COMMENTARIJ IN PRIMAM PARTEM DECRETI GRATIANI. AUCTORE DOM...

Rodrigo : da Cunha, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

13
15 - I
14
M

Digitized by Google

Digitized by Google

13.15.J.11

COMMENTARII IN PRIMAM PARTEM DECRETI GRATIANI.

AVCTORE DOM RODERICO ACVNHA
Iuris Pontificij Conimbricenſi Doctore. Olim hæreticæ pravitatis Vlyſſipponenſi Inquiſitore. Poſtea Portalegrenſi epiſcopo. Deinde Portucallenſi. Nunc Archiepiſcopo, ac Domino Bracharæ, Hiſpaniarum Primate.

57

IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM.

BRACHARÆ AVGVSTÆ.

Ex officina Ioannis Roderici. Anno Domini M.DC.XXIX.

Digitized by Google

O Padre Doutor Iorge Cabral veja eſtes cõmentarios compoſtos por o ſenhor Biſpo do Porto, & informe com ſeu parecer. Lisboa 24 de Setembro de 1626.

O Biſpo Inquiſidor Geral.

PAri ſtudio, ac voluptate peregi mihi iniunctum munus ab Illuſtriſſimo domino epiſcopo D. Fernãnando Martins Maſcarenhas, generali fidei Quæſitore pro Lusitaniæ regnis, & catholicæ Maieſtatis à conſilijs pro regni ſtatu amplus, inquam, prævidendi prius volumen commentariorum in Decretum Gratiani nuper editum ab Illuſtriſſimo domino Dom Roderico à Cunha epiſcopo Portuenſi, electo Archiepiſcopo Bracharenſi, Hiſpaniarum primate, eiuſdem q regis Catholici conſiliario: quo quidem peracto, mihi in ancipiti cura verſatur animus: hinc enim illuſtriſſimi præſulis, ac ſuprem fidei Quæſitoris urget præceptum (cui non parere grande piaculum cenſeo) propalandi ſcilicet, quicquid de hoc opere ſentiam: illinc vero illuſtriſſimi Auctoris monita (quæ mihi ſunt inſtar legis) ne promam, quæ illud comendare videntur. Vtriuſque ergo iuſſis libens obtemperabo; illuſtriſſimi quidem Auctoris, ſuperſedendo iis, quæ in tanti operis comendationem dici poſſent: illuſtriſſimi vero ſuprem fidei Quæſitoris, meum paucis ferendo iudicium, quo ſcilicet opus dignſſimum cenſeo, quod typis in lucem editum poſteritati cõmendetur; ſic enim fiet, ut ea quæ nunc prudens tacet lucem inſtar in aperto collocatæ totum orbem irradient; in quibus non extremum locum obtinent indefeſſum Auctoris ſtudium, acutiſſimum ingenium in veritate indaganda controverſijsque excitandis: præclariſſimum iudicium in iiſdem componendis, rationum que pondera, quibus ſuam ubique firmat ſententiam rutinando; ac mira denique ſapientia, qua ita omnia pertingit, difficilia quæque perſerutatur, & obſcura incredibili brevitate dilucidat, ut motiò urrique Hiſpaniæ gratulari poſſimus, quod ſi non regalis, ſaltem eccleſiaſticus ipſarum clavus novo feliciter regabtur Roderico: & ab altero præſule ſapientiſſimo non iam Abulenſi, ſed ipſarum Primate digniſſimo pari doctrina, ac ſapientia colluſtrentur. Vlyſſipone in domo D. Rochi Societatis IESV, 21. Octob. ann. 1626.

Doutor Iorge Cabral.

Podeſe imprimir.

O Biſpo Inquiſidor Geral.

Que ſe poſſa imprimir eſte liuro, viſto as licenças do Sancto Officio, & Ordinario, que offerece, & depois de impreſſo torne pera ſe taxar, & ſem iſſo naõ correrá, a 24. de Outubro de 1626.

D. de Mello. Araujo. Cabral. Meſquita.

Digitized by Google

EN tibi, Lector candide, [1] *quæ sparsim, & interciſim apud cõplures ſcriptores intervallata, cum labore reperiebantur, in unum quaſi corpus redacta, collegi: ut citra fatigationem, moroſamq́, inveſtigationem ſe offerant obvia ſtudioſis.* Nam [2] *in brevi quaſi tabella faciam id, quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt*, omnem ſcilicet doctorum operam, & in centum Gratiani diſtinctiones commentationem, huic libro, tanquam anulo gemmam inſertam, dabo. Opus quidem multo ſudore, & induſtria elaboratum, ac inter aſſiduas lucubrationes expolitum, [3] *non enim ſocordia, atq́, deſidia bonorum eſt conterendum.* Nec tamen [4] *ex flumine Tulliana eloquentiæ ducendus eſt rivulus; neq́, aures Quintiliani floſculis, & ſcholaſtica declamatione mulcendæ, ſed pedeſtris oratio ex ſacrorum Canonum, & Doctorum teſtimonijs attexenda,* [5] *quæ rem explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet.* Ita tamen, ut omnes qui legerint, & ſcierint, & comperto habeant; [6] *omnia noſtra eſſe, & nihil. Cum ordo à nobis ſit, verba tamen, & ſententias varie conquiſivimus,* [7] *ideoq́, de inconnexis continuum, de diverſis unum, de alieno noſtrum damus;* [8] *aliorum quippe dicta ingenue decerpere, & contexere malui, quam mea temere effutire; nec enim is ego ſum, qui nunc nova & mirabilia in cive, aut eleganter, ex nove dicere poſſim.* Quapropter [9] *ad diſputationes, aut amœnitates me non diffudi; ſed preſſis habenis curſum hunc, ut ſic dicam, continui intra orbitas uſus, & actionis;* [10] *quibus non tam tractaſſe, quàm tractantibus materiam præbuiſſe videamur.* Hoc tamen in laconiſmo alterũ habes Amaltheæ cornu, quod tibi omnia, ut ſpero, abunde ſuppeditabit. Ac proinde, [11] *quo ſpiritu locuti ſint Sancti illi Patres, qui priſcis tẽporibus floruerũt, cognoſcere poteris noſtrorum tenuium collatione; non enim ita commode, plenoq́, hauſtu ſummi illa grãdia potuiſſent, ni noſtra hæc exilia ſubnexuiſſem.* Neq́ futilem, aut inanem hunc noſtrum laborem exiſtimabo, ſi rem propius, medullitusq́ inſpexeris. [12] *Diverſa ſiquidem interpretatio plus adiuvit intelligentiam, quàm impedivit, & nonnullas obſcuriores ſententias plurium codicum manifeſtavit inſpectio.* Non vero alterum ſententiarum varietatem demireris, [13] *amant enim alterna camenæ;* & ut [14] *Phrygiones ex varij coloris filo unum aliquod aulæum ſarciant, ſic nos* ex mille Doctorum teſtimonijs *uniforme hoc, & cohærens opus ſumus: exorſi*, ut tot, tãtorumq́ virorum auctoritas [15] *vetuſtis novitatem, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam daret.* Ea autem mihi cauſa fuit Gratiani opus ſuſcipiendi illuſtrandum; tum quód à paucis expoſitum, ijsq́ antiquiſſimis, tum quod, [16] *in eo magnam iuris divini, & humani profeſſoribus utilitatem* inſpexi, *ut plane qui eius lectionem, vel omiſerit, vel negligenter fuerit aggreſſus, multarum rerum cognitione privatus iure ſit ex albo eorum delendus, qui utriuſq́ iuris profeſſores cenſentur.* Cæterum danda eſt venia [17] *homini* paſtoralis officij *curis diſtracto, & animo varijs actionibus impedito, quæ maxime à quiete doctrinarum avocant;* ſi opus non videat lucem undequaq́ concinnatum, & ad amuſſim perfectũ. Meum tamen laborem non caſſum, aut irritum exiſtimabo, ſi tibi, lector ſtudioſe, vel exiguum inde effluxerit emolumentum. Vale.

1 *Beroaldus in floribus poet.*

2 *Lucius Flor. in præfat.*

3 *Saluſt. in conſtitut. Catel.*

4 *D Hiero epiſt. ad Dam. Pap.*

5 *Idem ubi proximè.*

6 *Iuſt. Lypſ. in prolog. Polit.*

7 *Auſonius edyl. 28. num. 340.*

8 *Simanc. in dedicat. Collectaneorum.*

9 *Lypſ. ubi ſupr.*

10 *D. Cyprian. in præfat. adverſus Iudæos.*

11 *Lippoman. in Exod. ad Reg. Ioan.*

12 *Aug. apud Lippom. loco citat.*

13 *Virg. Eglog. 3.*

14 *Lipſius in Polit. in præfat.*

15 *Plin. naturalis hiſt. ad Veſpaſ.*

16 *Covar. lib. 4 var. cap. 11.*

17 *Alexãd. ab Alex. in prolog.*

Digitized by Google

Emendanda.

PAg. 12. col. 1. n. 1. lin. 3. ut quædam, lege ut sit quædam.
pag. 19. col. 2. n. 6. lin. 3. Edit. lege Cod.
pag. 33. col. 1. n. 8. lin. penult. dist. lege decis. 203. & col. 2. n. 1. dist. 5. lege decis. 5.
pag. 39. col. 1. n. 5. lin. 13. implicui, lege explicui, & col. 2. lin. 2. peccatorũ, lege præceptorũ.
Pag. 48. col. 1. n. 3. lin. 9. doctori, lege doctorũ.
Pag. 60. nu. 4. lin. 6. Monitariæ, lege monitoriæ.
Pag. 64. col. 2. ad fin. n. 4. texum, lege textum.
Pag. 65. col. 1. n. 2. lin. 3. §. 3. & inde, lege vers. & inde, & col. 2. n. 2. lin. 4. §. 3. & inde, lege vers. & inde.
Pag. 67. col. 2. in summ. n. 3. doctrina, lege differentia.
Pag. 69. col. 2. n. 2. lin 11. num. 16 lege n. 26.
Pag. 70. col. 2. in principio, n. 2. lin. 5. servandum, lege servandam.
Pag. 88. col. 2. n. 21. lin. 19. adhidendi, lege adhibendi.
Pag. 89. col. 2. n. 28. lin. ult. cum, lege eum.
Pag. 97. col. 1. n. 12. possa est, lege passa est.
Pag. 112. col. 1. lin. 9. Societati, lege Societatis.
Pag. 113. col. 2. n. 7. lin. 16. honre, lege honore.
Pag. 119. col. 2. n. 2. lin. 9. de eius, lege Decius.
Pag. 121. col. 2. n. 5. lin. 2. ego, lege ergo.
Pag. 130. col. 1. ad fin. n. 1. lin. 2. Mantua, lege Mantua.
Pag. 132. in summ. n. 6. lin. 3. Nova lege Non.
Pag. 140. col. 1. n. 7. lin. 15. principalis, lege particularis.
Pag. 143. col. 2. n. 8. lin. 7. illa, lege ille.
Pag. 158 col. 1. n. 6. lin. 13. decis. 62. lege. dist. 62.
Pag 163. col. 2. n. 8 lin. 3. vel. lege sed.
Pag. 164. col. 1. lin. 11. Gregor. Lopez, lege Gregor. Tolossan.
Pag. 165. col. 2. n. 4. lin. 6. lib 9. lege lib. 10.
Pag. 169. col. 1. n. 2. lin. 6. laicis, lege calicis.
Pag. 185. col. 1. n. 2. dist 19. lege dist. 23.
Pag. 185. n. 10. dist. 12. lege dist. 23.
Pag. 188 n. 13. lin. penult. mundum, lege modũ.
Pag. 194. col. 1. n. 4 lin. 1. flios, lege filios.
Pag. 207. col. 2. lin. 2. Caiet. lege Gaet.
Pag 217. col. 2. lin. 1. abigantur, lege abigunt.
Pag. 223. col. 2. n. 6. lin. 3. recipit, lege retpicit.
Pag. 235. col. 2. n. 13. lin. 7. Cornelius, lege Carolus.
P. 237. col. 2. n. 2. lin 10. dist. 44. lege dist. 34.
P. 238. col. 1. n. 4. lin. 11. Sum quidem, lege sunt quidam.
P. 239. col. 2. n 2. lin. 4. Extravagante, lege extravagãtem, & lin. 6 prædicti, lege prædictæ.
P. 268. col. 1. n. 5. lin. 11. n. 214. lege n. 114.
P. 272. col. 1. n. 10. lin. 2. convertit, lege controvertit.
P. 275. col. 1. in summ. num. 4. Monachi, lege moniales.
P. 277. col 2. n. 4. lin. 14. ad cap. Oportet, lege ad cap. Non oportet.
P. 279. col. 1. n. 3. lin. 15. omnium, lege ordinũ.
P. 295. col. 1. n. 1. lin. 12. Tuschus, lege Fuscus.
P. 295. col. 2. in summar. 3. huminus, lege homines, & lin. ult. Grarianus, lege gratus.
P. 300. col. 2. lin. 4. cap. Si, lege causa 51.
P. 301. col. 2. in princip. scribentibus, lege scribentes.
P. 306. col. 1. n. 2. lin. 6. 269. lege 36.
P. 311. col. 2. n. 4. lin. penult. quodl bet. lege quæstiunc.
P. 313. col 2. n. 1. lin. penult. revocatum, lege renovatum.
P. 315. col. 2. n. 2. lin. 4. nutritium, lege nutritivum.
P. 329. col. 1. n. 4. lin. 4. Commentarijs, lege Commendatarijs, & idem l. n. 26.
P. 333. col. 1. n. 2. lin. ult. vol. 1. q. 5. lege vol. 2. concl. 683.
P. 334. col. 2. n. 2. lin. 10. pro 150. lege pro ut n. 150
P. 337. col. 2. n. 4. lin. 12. prius, lege per ius.
P. 347. col. 2. n. 3. lin. 14. n. 2. lege art. 2. & lin. 15. Arbetinus, lege Albertinus.
P. 349. col. 2. n. 4. lin. 7. 21. lege illatione 21.
P. 350. col. 2. lin. penult. Richardus, lege Riccius, & lin. ult. dictum, lege decis. ibi, Bertandus, lege Bernard.
P. 351. col. 2. in summ. n. 5. honore, lege honorare.
P. 356 col. 1. n. 5. lin. 6. Germin. lege Gomes.
P. 357. col. 1. n. 5. lin. 16. Thuschum, lege Fuscũ.
P. 364. col. 1. n. 3. lin. 7. in c. 50. lege in cap. Quadragesimæ 64. & col. 2. n. 4. lin. 13. decis. lege dist.
P. 373. col. 2. n. 5 lin. 4. aliquem, lege aliquam.
P. 374. col. 2. n. 1. lin 6. comm. lege comũ.
P. 383. col. 1. n. 3. lin. ult. Cavall. lege Cevall.
P. 385 col. 1. n. 5. lin. 17. deem, lege idem.
P. 388. col. 2. lin 2. Fuschus, lege Tuschus.
P. 390. col. 1. n. 3. in summ. Iclus, lege Ictus.
P. 391. col. 2. n. 5. lin. penult. quia via, lege qua via.
P. 394. col. 1. lin. ult. an pater, lege an pauper
P. 395. col. 1. lin. 5. in Manuali num. lege in Man. cap. 25. n. 74. & 77.
P. 396. col. 2. n. 1. lin. 4. per recop. lege Azevedo lib. 8. novæ recop.
P. 401. col. 1. n. 3. lin. ult. Oraſcus, lege Oroſcus; & n. 4 lin. 8. Cassiodor. lege Cassador.
P. 403. col. 1. n. 1. lin. 9. idest, lege eodem libro; & col. 2. n. 4 lin. 4 illum, lege illam.
P. 412. col. 2. cap. Siquis post. XVI. lege LXI.
P. 417. col. 1. n. 1. lin. 6. permotum, lege Pennotum; & col. 2. n. 4. lin. 2. Procuratoris, lege Procuratores; & lin. 4. processum, lege processum firmam.
P. 441. col. 1. n. 2. lin. 34 postremo, lege postremo.

P. 459.

Digitized by Google

p.459. col.1. n.69. lin.ult. Phegnis, lege Rhegius.
p.464. col. 1. in princip. lin. 4. consider. lege consil. & col.2. n.3. lin.7. consid. lege consil. & lin.20. consid. lege consil.
p.485. n.2. lin.17. utraque, lege utrumsit.
p.486. col.1.n.5. Ancharran. Aman, lege Anch. Annan.
p.494. col.1.n.5. lin.9. pumillorum, lege pusillorum; & lin.10. & pumili, lege pusili.
p.507. n.16. lin.30. ne clerici, lege de cleric.
p.511. col.1. n.10. lin.3. 6. de natur. lege Cod. de natur.
p.512. col.1. n.4. lin.16. consid. lege consil.
p.518. col.1. n.8. lin. ante penult. n.45. leg.85.
p.525. col.1. n.3. lin.3. natus, lege ordinatus.
p.531. col.1. n.17. lin.6. Iomol. lege Imol.
p.553. col.1. n.3. lin.12. submittore, lege submitterent.
p.554. col.2.n.2.lin.7.Antonio, lege Antonino.
p.565. col.1. n.6. lin. 9 vere, lege aute.
p.576. col.2. lin.penult. modio, lege medio.
p.583. col.1. n.1. lin.10. Sixti, lege Pij.
p.587. col.2. n.1. lin.2. in, lege de.
p.597.n.23. lin.penult.diffinit. lege difficultate.
p.598. ubi repereris Lambertus, lege Lambertinus.
p.603. col.2. n.4. lin.penult. prænam, lege pænam.
p.608. col.2. n.2. lin.ult. not. lege voto.
p.609. col.2. n.7. lin.16. tale, lege tali.
p.611. col.2. n.2. lin.7. sam, lege eam.
p.614. col.1. lin.1. Alciatus, lege Alciatum.
p.620. col.2. n.3. lin.ult.79. lege 29.
p.621. col.2. n.2. lin.ult. Gallus, lege Gail.
p.633. col.1. n.10. lin.5. p ræb. lege prælator.
p.634. col.1. n.8. lin.15. n.61. lege n.6.
p.640. col.1. n.11. lin.5. minoribus, lege muneribus.
p.645. col. 2. in summ. n.21. quæ vera, lege quæ minus vera.
p.649. col.2. n.28. lin.17. spirituali, lege corporali.
p.662. col.2. n.2. lin.14. à filio, lege à filo.
p.664. col.1. n.4 lin.4. in cap. lege in cap.1. & lin.8. 94. lege 93. & lin.12. rei humanæ, lege rei beneficiariæ; & lin.13. ortum, lege totum.
p.677. col.2.n.1. lin.6. ad hospitiolum, lege ad cap.hospitiolum.
p.682. col.1. n.1. lin.3. videarum, lege viduarum.
p.687. col.1. n.3. lin.4. 65. lege 63.
p.690. col 2.n.3.lin.11. ibi 102.lege 102. in usibus feudorum.
p.694. col.2. n.1. lin.ult. quod, lege quos; & valent, lege valent; & Flerent, lege florent.
p.710. col.2. lin.ult. prodenti, lege prudenti.
p.706. col.1. lin.7. corrigens, lege corrigentis.
p.708. col.2. lin. 17. n.4. credis, lege tradis; & col.2. n.2. lin.4. omnis, lege omnes; & in summar. n.1. possi, lege possit.
p.721. col. 1. n. 3. lin. 13. Sanctissimus, lege Pissimus.
p.725. col.1. n.1. lin.3. tanetur, lege tenetur.
p.726. col. 2. n.4. lin. 10. iuruantis, lege curantis.
p.741. col.2. n.2. lin.3. est, lege erat.
p.748. col.2. n.5. lin.10. Guilcherius lege Guilhelmus.
p.766. col 2. n.4. lin.ult. regul. lege regia.
p.768. col.2.n.6. lin.penult. de pœnis, lege de pœmentijs.
p.767. col. 1. n. 2. lin. 3. ibi infra tit. 1. lege Cod. de episcop. & cleric.
p.770. col.1. n.7. lin.10. potemior, lege potentior; & n.1. lin.1. dedosicam, lege depositam.
p.792. col.2. n.4. lin.17. Albertus, lege Alberic.
p.774. col.1. n.14. lin. 5. Azor, lege Actor. & col.2. n.2. lin.9. hominо, lege hominem; & lin.14. minoris, lege maioris.
p.775. col.2. n.3. lin.10. Tra Allu, lege fratrem Alnarum.
p.776. col.2. n.3 lin.8. quænam, lege quædam.
p.778. col.1, n.1, lin.8. cap. 11. lege cap. 1. & & col.2. n.4. lin.8. n.1. lege lib. 1. & n. 2. lin.8. custodes, lege custodis.
p.780. col.2. n.6, lin.4. raptam, lege ratam; & n.7. lin.5. quam, lege quem.
p.781. col.1. n.1. lin.2. prohibetur, lege prohibet.
p.784. col.2. n.13. lin.13. ordinam. lege novæ recopil.
p.785. col.2. n.2. lin.ult. non, lege nam, & n.1. lin.2. ab, lege ad.
p.786. col.2. in summar. in num. 7. ad etiam, lege ad vitam.
p.787. col.1. n.3. lin.5. Cant. lege Car. & col. 2. n.2. hostor. lege historia.
p.791. col. 2. in sumn. n.11. nebent, lege debent; & n.2.in 2.vers. onimos, lege animos.
p.792. n.1. c.8. lin.ult. &, lege ex.
p.796. col.1. lin.1. 12. lege 11.
p.797. col. 2. n. 7. lin. 2. tenatur, lege tenetur.
p.808. col.2. n.1. lin.ult. 165. lege 65.
p.815. col.2. n.7. lin.5. 147. lege 47.
p.818. col.1. n.2. 197. lege 1. quæst.7.
p.828. col.2. n.17. lin.8. nihilominus, lege nihil tamen contra.
p.819. col.2. n.20. lin. ult. communionem, lege commissionem.
p.831. col.2. n.4. lin.4. cap. 7. lege cap. 6.
p.832. col.2.n.7.lin.30.facercoti, lege facerdoti.
p.835. col.1. lin.12. missarum, lege missas.
p.842. col.1. n.24. lin.3. abtineant, lege obtineant, & lin.11. fortunatus, lege Fortunius.

Digitized by Google

Emendanda.

p.855. col.1. lin.1. renovavit, lege revocavit.
p.856. col.2. n.19. lin.15. anuis, lege annis; & lin.20. c.2. lege c.42. & lin.21. cap. lege cap. 5. & lin. penult. per. lege par.
p.861. col.1. n.10. lin.13. contradixi, lege contradixit.
p.866. col.1. n.2. lin.6. venennt, lege veniunt.
p.871. col.1. lin.2. valebant, lege velabant.
p.872. col.2. lin.5. Durtnd. lege Durand.
p.880. col.1. n.4. lin.7. ecclesiis, lege ecclesijs; & col.2. n.5. lin.16. œceptis, lege exceptis; & lin.17. finem, lege fidem; & lin.26. dœcesibus, lege diœcesibus.
p.882. col.1. lin.6. nimirum, lege nimium; & col.2. n.2. lin.11. prosequibus, lege prosequitur; & lin.17. ducllatoribus, lege duellatoribus.

Addenda.

Pag.55. col.1. in c. Si in adiutorium, n.1. lin.8. Iason. Adde in l. de quibus.
p.119. col.1. n.1. lin. ult. Adde posita ad cap. ult. n.1. dist.96.
p.132. col.2. n.3. lin.4. Lopes, Adde part.7.
p.133. col.2. n.5. Felinus, Adde in cap. accepimus, n.3. in principio, de fide instrument.
p.161. col.1. n.2. lin.12. n.4. Adde dist.28.
p.181. col.1. nu.1. lin.11. ad cap. Adde si qui sine.
p.184. col.2. n.5. lin.ult. cap. Adde si qui sine.
p.185. col.1. n.8. lin.3. Adde posita ad cap. Diaconi, 23. n.2. & 6. dist.93.
p.194. col.1. in princip. dist.28. Adde posita ad cap. præcipimus, n.1. dist.90.
p.200. col.1. n.1. lin.4. dist.28. Adde, & ad cap. præcipimus, n.1. dist.90.
p.211. col.2. lin.5. a princip. Declanus, Adde volum.1.
p.221. col.1. n.2. lin.6. Adde latius ibi birris ad initium dist.100. n.8. & 9.
p.225. col.2. n.5. Adde posita ad cap.2. n.2. dist. 82.
p.250. col.1. n.8. lin.16. con vers. Adde coniugator.
p.253. col.2. lin.1. dist.27. Adde, quæst.3. art.1. Navarr. in Manual. cap.27. n.195.
p.263. col.1. lin.ult. in cap. Adde 1.
p.266. col.1. n.1. lin.7. n.4. Adde de sentent. excommun.
p.280. col.1. n.1. lin.5. nostri, Adde textus.
p.283. col.1. nu. 2. Adde posita ad cap. proposuisti, n.4. dist.82.
p.289. col. 1. nu.2. Adde posita ad cap. proposuisti, n.4. dist.82.
p.290. col 1. n.1. 7. Adde posita ad cap. proposuisti, n.4. dist.82.
p.297. col.2. n.3. lin.8. lib.3. Adde anno Christi.
p.298. col.1. n.2. lin.12. cap. statutum, Adde de electione.
p.353. n.6. lin.2. de transact. Adde Iason. in l.
p.355. col.1. n.12. lin.20. de probat. Adde lib. 2. cap.29.
p.356. nu. 4. Adde posita ad cap. qui clementiam, 22. n.2. dist.86.
p.364. col.1. n.3. lin.7. in cap. Adde Quadragesimæ 64.
p.371. col.2. n.6. Adde posita ad cap. Nullus, n.3. dist.14.
p.395. col.1. n.5. lin.13. in Man. Adde cap. 25.
p.401. col.2. in summario, Adde, 2. Doctores qui textus meminere.
p.28. col.2. in principio, lin. penult. eum qui, Adde de regulis iuris, lib.6.
p.562. col.1. in fine, l. 4. Adde posita ad cap. priusquam, 4. dist.28.
p.565. col.2. n.1. Adde posita ad cap. An putatis, 13. n.5. dist.86.
p.616. col.2. n.2. Adde posita ad cap. Cleros, n. 14. dist.21.
p.638. col.2. n.1. Adde posita n.1. c.1. dist.78.
p.639. col.1. n. 3. Adde posita ad cap. presbyter, n.2. dist.78.
p.646. col.1. n.1. Adde posita ad cap. 4. nu. 9. dist.82.
p.647. col.2. n.18. Adde posita ad cap. Cleros, n.10. dist.21.
p.653. col.2. n. 1. Adde posita ad cap. Subdiaconus, n.1. dist.77.
p.655. col.1. n.2. Adde posita ad cap. subdiaconus, n.3. & seq. dist.77.
p.668. col.1. n.1. Adde posita ad cap. Nullus, n.1. dist.24.
p. 677. col. 2. Adde in summario. 3. Ioannes Montholonius nostrũ textũ dicit singularẽ.
p.679. col.1. in summario, cap.26. Adde, 3. Nemo solus satis sapit.
p.687. col.1. n.3. Adde posita ad cap. ult. n. 2. dist.68.
p.690. col.2. n.2. Adde posita ad cap.1. nu. 10. dist.70.
p.697. col.2. n.9. Adde posita ad cap.7. n.1. & seq. dist.77.
p.707. col.2. lin.21. execrabili, Adde, de præbend.
p.730. col. 2. n. 2. Adde textum, ibi, Qui donant meretricibus.
p.748. col.2. n.1. Adde posita ad cap.1. n. 1. & seq. dist.86.
p.768. n.3. lin.7. de relig. lib. Adde c.
p.769. col.1. n.1. lin. 9. alicuius, Adde de electon.
p.772. col.1. n. 3. lin.9. l. in eum, Adde ff. de institutoria actione; & lin.11. Adde de institutoria, & exercitat. act. & col.2. n.3. lin.5. legatis, Adde ff. legatis 3. & n.4. lin.18. in l. Mercis, Adde ff. de verb. signif.

P.773.

Digitized by Google

Addenda.

p.773. col.1. n.7. lin. 5. legatis, Adde ff. legatis, 3.
p.775. col.1. n.4. lin.5. fiduciam, Adde ponere, & de illis gloriari, de quare tres ſtatuit concluſiones, quas ibi late, & ex Patribus probat.
p.778. col.1. lin. ult. dat. Adde cap 6.
p 785. in princip. lin.9. col.2. clariſſimo, Adde ſed auctore damnato in Indice Luſitano.
p 786. col.1. n.2. lin.18. cap. Adde 2, & col.2. n.3. lin.4. numer. Adde 10.
p.801. col.1. n.1. Adde poſita ad cap. Cleros, n.11. diſt.21.
p.805. col.1. n.2. lin. ult. Abbas, Adde lib. 1.
p.814. col.2. nu.2. Adde poſita ad cap. 1. nu. 8. diſt.25.
p.831. col.2. n. 2.lin. 18. Adde cap. quanto, de conſuetudine.
p.857. col.2. n.1. lin.27. Imola, Adde in rubr. n.37. ff.
p.874. col.2. cap.7. n. Adde, In textu quæres.

Delenda.

Pag. 23. n.4. dele Alciatus lib.3. diſpunct.cap. & tranſcribe in n.5.
p.217. col.2. lin.37. non baptiſatum, dele,non.
p.359. col.1. n.2. lin.penult. num. dele num.
d.633. in ſummario, dele in 6.
p 650. col.2. n.3. lin.6. dele Sancta.
p.823. col.1, lin.22. dele ex Cicerone.
p.864. col.1. n.2. lin.16. dele ff. de tutelar.

IN DECRETI OPVS

PROOEMIVM.

SVMMARIVM PROOEMII.

1 *Decretum quid ſit apud authores ſacros? & num. 2. 3. 4.*
5 *Apud authores profanos? & num. 6. 7. 8.*
9 *Apud Iuriſconſultos? & num. 10. 11. 12. 13.*
14 *Apud Pontifices? & num. 15. 16. 17.*
18 *Liber Decreti an ſit approbatus?*
19 *Quæ in Decreto reperiuntur, an canonizentur? & num. 20. & 21.*
22 *Authoritates Scripturæ ſacræ, an poſſint allegari in cauſis?*
23 *An ſententiæ Philoſophorũ queãt citari?*
24 *An hiſtoriæ humanæ poſſint allegari?*
25 *Proverbia an poſſint allegari? quid de Poetis, & Oratoribus.*
26 *Authoritates Sanctorũ an pro lege habeantur? & num. 27. 28. 29. 30.*
31 *Palea quis fuerit? & num. 32. 33.*
35 *Gratianus quis fuerit? & num. 35. 36. 37.*
38 *Primus Decretorum compilator Dionyſius exiguus.*
39 *Secundus compilator S. Martinus Bracharenſis.*
40 *Tertius compilator Iſidorus.*
41 *Quartus compilator Creſconius.*
42 *Quintus compilator Burchardus.*
43 *Sextus compilator Anſelmus.*
44 *Deusdedit, & Gregorius presbiter Decretum in ordinem redegerunt.*
45 *Septimus compilator Yvo.*
46 *Sub Ivonis nomine Pannomia.*
47 *Ivoni ſucceſſit Gratianus.*
48 *Gratiano referenti authoritatem Concilij an credatur?*
49 *Decretum curavit emendari Pontifex Gregorius 13.*

IAM Decretum. 1 Nomen *decretũ* tam apud authores ſacros, quàm profanos, & juris Conſultos diverſimodè uſurpatur: paucis dicam de ſacris, paucis de profanis, latius poſtmodum dicturus de juris Conſultis. *Decretum* ergo in ſacris eloquijs multis modis uſurpari conſuevit, qui omnes ad quatuor, quinque vè capita poſſunt revocari. In primis ſignificat iudicis ſententiã in aliquem latam, ita habetur *Deuter. 17. n. 12. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat Dño Deo tuo, & Decreto judicis, morietur homo ille.* Eadem ſignificatione D. Paulus uſus eſt *ad Coloſſ. 2 nu. 14. Delens quod adverſus nos erat Chyrographum Decreti quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.*

Pro conſuetudine, ſive lege uſurpatur, ſe- 2

cundo *Machab.* 10. *nu.* 8. *& decreverunt communi præcepto, & decreto universæ genti judæorum omnibus annis agere dies istos.* Pro statuto Reipub. usurpatur, *Machab.* 2. *cap.* 12. *nu.* 4. *Secundum communem itaq; decretum civitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisq; causa nihil suspectum habentibus, cum in altum processissent subinferentes non minus ducentos.*

3 Pro mandato, sivè præcepto, imperio vè usurpatum invenimus 3. *Reg.* 8. *nu.* 61. *Sit quoq; cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius;* & *Act.* 17. *nu.* 7. *& tamen omnes contra decreta Cæsaris faciunt Regem alium, dicentes esse Iesum.* & *ad Ephes.* 2. *nu.* 15. *Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in se ipso in unum novum hominem faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore Deo, per Crucem interficiens inimicitias in semetipso.*

4 Vsurpatur pro Regum diplomatibus, sivè edictis, pragmaticis vé, ut invenire fas est apud *Esdram lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 11. *A me ergo positum est decretum, ut omnis homo, qui hanc mutaverit iussionem tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur,* & apud *Dan.* 3. *nu.* 10. *Tu Rex posuisti decretum, ut omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, prosternat se, & adoret statuam auream* & *Machab.* 2. *cap.* 6 *nu* 8. *Decretum autem exijt in proximas gentilium civitates, suggerentibus Ptolomæis, ut pari modo, & ipsi adversus Iudæos agerent, ut sacrificarent.* Et in hoc significato nomen *decretum* usurpatum passim alibi sacris literis invenire facile erit.

5 Quod attinet ad profanos authores, apud Plinium Iuniorem in Epistolis, idem valet *decretum*, quod statutum, seu sententia, dum sic ait. *Decreta, quibus damnati erant, proferebantur: ideſt sententiæ illæ, quibus iudices reos capite damnabant, in publicum adducebantur, & coram magna populi frequentia evulgabantur. Tullius verò* 4. *Academ.* ita definit *Sapientia verò quid futurum est, quæ neque de se ipsa dubitare debet, neq; de suis decretis* (hoc est de suis statutis) *quæ Philosophi vocant dogmata, quorum nullum sine scelere prodi poterit.* In hoc etiam significatu usus est, *idem Tullius Orat. de Provinciis consularibus. Provinciam desponsam non decretam habere videtur,* quasi diceret, promissam cuidam Provinciæ dignitatem in votis iam habet, nondum tamen illius definita, & rata possessio est.

6 *Decretorium Sydus, vel tempus,* nuncupatur id, ex quo de aliquarum rerum proventu futuro sumitur iudicium, sivé coniectura, undé *Plinius lib.* 8. sic scribit. *Res summa vitium agitur decretorio sydere illo, quod caniculam appellamus; undè & carbunculare dicuntur.* Aliquando *decretorium* idem est, atq; firmatum, extansq; ad aliquid arguendum iudicandum vé; de quo extat apud *Quintilianum lib.* 6. *instit. Orat. cap.* 5. *post principium,* singulare exemplum dum sic asseruit, ut *quidam litigationibus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destitutum subsellia, pugnamq; illam decretoriam imperitis, ac sæpe pullata turba relinquunt.*

A Poetis hoc nomen *decretum* rarius usur- 7
patum reperio, sed ut Poetarum salibus nostra etiam condiantur, & sint inspersa commentaria, nonnulla illorum testimonia in medium proferre animus est. *Decretum* igitur apud Ovidium sumitur pro stabili, & immota Deorum lege, sivé pro inviolabili Parcarum statuto. Ita ille *lib.* 5. *Metamorph.* prope finem.

Toto Venus anxia cælo
Verba jacit, superosq; movet, qui rumpere quamquã
Ferrea non possunt veterum decreta sororum, &c.

Vbi non invenustè dicit ferrea decreta. Quèadmodum enim ferrum præ nimia duritie trăgi haud facilé potest: ita quidquid Parcarum decretis săcitum erat, prorsus inviolabile reddebatur. Hinc *Horatius Epist. lib.* 1. hominem sui decreti tenacissimum, murum dixit aheneum, *in Epistola* 1. *ad Mæcenatem.*

Hic murus aheneus esto.

Accedit locupletissimum testimonium *Valerij Flaci Argonaut.* 8. *prope finem,* ubi leges castè, sanctéq; observatas, decreta vocat.

Ipsam interea, quid restet amantem.
Ignorare sinunt, decretaq; tristia servant.

Aurelius Prudentius, cuius poemata non minorem habent concinitatem, quàm Christianam pietatem, in hymno martyris Vincentij, tyrannum inducit paternarum legum observantiam martyri suadentem his verbis.

Hoc namque decretum cape.
Aut ara thure, & cæspite
Precanda iam nunc est tibi.
Aut mors luenda est sanguine.

Quasi diceret. Per omnia tormentorum genera es tentandus, ni meis decretis, ac legibus obedieris. Neque in rem nostram est obscurius illud testimonium *Claudiani lib.* 3. *de laud. Stilicon.* ubi Senatus leges decreta appellat.

Bellaturoq; togatus
Imperat, & spectant Aquilæ decreta Senatus.

Et ne longius in poetarum amænitates diffundamur, rem totam claudat, & conficiat idem Claudianus, qui *lib.* 1. *de raptu Proserp.* dum Iovem inducit alloquentem, & Proserpinam Regi Stygio immotis fatorum legibus in coniugem destinatam, ita orationem exorditur.

Candida Tartareo nuptum Proserpina Regi
Iam dudum decreta dari; sic Atropos urget,
Sic cecinit longæva Themis.

Ex quo non difficili assequêris illationè, tam divinas, quàm humanas leges rectè per nomen *decretum*, & per verbum, *decerno*, explicari.

Et

8 Si in ſignificatione *Decreti* ad illius radicem (ideſt verbum *Decerno*) attendamus, à quo illud germanam, ac propriam ducit originem, ſignificat ſtatutum, definitum, conſultum, iudicium, placitum, quæ omnia rationalem quandam mentis operationem præ ſe ferunt, & in hac ſignificatione uſurpatum reperio apud *Tullium lib. 1. offic.* ubi ſic definit. *Quare expellanda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo*; ac ſi diceret, non tam attendendum eſt, quantum corporis, & lacertorum viribus, ac nervis polleamus, ſed præcipuè quantum mentis acie, & animi cognitione inveſtigare poſſimus; eadem ſignificatione uſus eſt. *Terent. in Andr.* ſic. *Quidquid peperiſſet, decreverunt tollere*, ideſt artificiosa quadam intellectus ratiocinatione, quidquid in lucem editum eſſet ſurripere, & occultare deliberaverunt.

9 Præfatus de verbi *decreti* varietate, venio tandem ad Iuriſconſultos, apud quos *decretum* dicitur, quod cauſa cognita ſtatuitur, & pronunciatur *l. 1. ff. de officio aſſeſſor. Decretum* enim cauſæ cognitionem deſiderat, ut apparet *ex l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. ff. de officio Proconſulis.* ubi Gloſſa verbo *Decretum*: à quo §. credibile eſt avulſam eſſe. *l. Omnia 73. ff. de reg. iur. Decretum* ſeparatio interpretatur. *l. 1. ff. Separation. Decretum* Pontificum *in l. Oſſa. 8. in principio. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum. Decretum* Præſidis *in l. 2. C. de curatore furioſi. Decretũ* principale *in l. 2. ff. de Officio aſſeſſorum. Decretum* civitatis habetur *in l. Tutio 36. ff. ad municipalem. Decretum* ordinis *in l. Item 6. §. 1. ff. Quod cuiuſq; univerſitatis.*

10 *Decretum* etiam ſeparatio interpretatur. *l. 1. ff Separation. Decretum* aliquando pro tribunali tantum, non de plano poteſt interponi. *l. Naturali. §. Si queratur in fine. ff. de confirmando tutore. l. 3. §. Si cauſa. ff. de bonorum poſſeſſ.* ibi *Quianeq; decretũ de plano interponi, neq; alibi quã pro tribunali dari poteſt. Decretũ* interponi dicebatur *in l. 1. §. Solet. ff. quando appellandum ſit. l. 3. §. Si cauſa. ff. de bonorũ poſſeſſ. l. Etiamſi 30. §. Si hæreditate. ff. de minorib. l. Si impubes 7. in principio. ff. de Carboniano edicto.*

11 *Decreto* prætoris in integrum reſtituuntur adoleſcentes. *l. tutor. 49. §. curator. ff. de minoribus. Decreto* à prætore interpoſito, hæreditatem quis adit, *l. Qui habebat 54. §. ſcripſi. ff. de manumiſſis teſtamento. l. Si præcedente 58. §. 1. ff. Mandati. Decreto* prætoris actor, ſeu adiutor conſtitui periculo tutoris ſolet. *l. Decreto 25. ff. de adminiſtratione, & periculo tutorum.* Bonorum poſſeſſio quædam patitur. *l. 2. §. Si quis ex liberis ff. ad Senatuscõſultum. Tertyllian. l. Ex duobus 14. §. ult. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas*; quæ poſſeſſio etiam Decretalis appellatur. *l. 1. §. Decretalis. ff. de ſucceſſ. edict. l. 2. §. dices* cum ſeqq. *ff. Quis ordo in bonorum poſſeſſionibus ſervetur.*

12 *Decreta* in plurali numero reperitur. Vndè Iuriſconſultus Paulus tres *decretorum* libros ſcripſerat, extat in ff. novo titulus de *Decretis ab ordine faciendis*, & in Cod. Iuſtiniani titulus de *Decretis decurionum. lib. 10.* Sic *decreta* ambitioſa legimus *in l. 3. in principio. ff. de minoribus*, & *in l. Ambitioſa. ff. de decretis ab ordine faciendis*, & *l. 2. C. de decretis decurionum. lib. 10.* Quæ autem dicãtur *ambitioſa decreta*, vide Budæum *in l. Si bene collata 33. ff. de uſuris. Decreta* appellari ſententiam definitivam, docet *Gloſſ. magna in Clement. 1. de jure iur. poſt med.* in figuration. §. *Nos itaq;*. p textum *in l. Decreta 48. ff. de rejud. Decreta* prætorũ *in l. Si Prætor 75. ubi Gloſſ.* accipit *decreta* pro ſententia. *Decreta* principum *in l. Ius autem 7. ff. de juſt. & jure. Decreta* patrum pro Senatus conſultis accipitur *in l. Libertus 17. in principio. ff. ad municip. Decreta* pro libro in quo continentur decreta. *Gloſſ. magna poſt med. in d. Clem 1. de jure iur. in figurat. §. Nos itaq;.*

Decreta illa, quæ ſine legitimo numero de- 13
curionum coacto facta ſunt, non valent *l. 2. ff. de decretis ab ordine faciendis*: legitimus autem numerus non aliter habetur, quàm duabus partibus adhibitis *l. 3. ff. eodem tit.* Sunt etiam quædam decreta decurionum, quæ in invitos ſuper muneribus rerum tribui poſſunt, exceptis, qui liberalium ſtudiorum laboribus inſervirent, & qui medendi cura funguntur. *l. Excepti. C. de decret. decurion. lib. 10.*

Abijt ad noſtros Pontifices eadem ferè grã- 14
maticorum interpretatio *Innoc. 3. in cap. Innotuit. 20. de election.* Scribens Cantuarienſi Archiepiſcopo, ait; *Præſentato nobis electionis decreto ſubſcriptionibus eligentiũ roborato*, ubi Gloſſ. 2. docet quòd tale *decretum*, debet continere totam ſeriem, & formam electionis, nomina eligentiũ, & eorum conſenſum, & ſubſcriptiones cuiuſlibet in modum, quem ibi ponit. Vndé *decretum* dicitur illic conſenſus eligentiũ in ſcriptis redactus *Clement. Vnica §. Nos eodem mandato de jure iur.* Sic ſimiliter electio Epiſcopi debet fieri ſolemnitate *decreti* roborati omnium ſubſcriptionibus. *cap. Epiſcopus: 61 diſt.*

Decretum pro mandato, ordine, ſtatuto, ſeu 15
lege poſuerunt Pontifices, Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunenſi, refertur *in cap. Quæ ſit. verſ. Cupientes de elect. lib. 6.* ibi *Hoc perpetuo decreto ſtatuimus.* In quem ferè ſenſum, idem verbũ accipitur à Bonifacio 8. *in cap. Tibi 12. §. Quinimo de reſcript. lib. 6.* ibi. *Idem erit cenſendum ſi in huiuſmodi gratia tibi facta, decretum à nobis fuerat irritum, & inane.* ubi *Gloſſ.* notat *decretũ* Papæ afficere etiam ignorantes, quod etiã aptius ſtatuit idem Bonif. *in cap. Quodam 40. de præbend. li. 6. Clement 5. in Concilio Vienenſi*, & tranſcribitur *in Clementina 1. de conceſſion. præbendæ*, ubi multa de *decreto*. Contrarium decreverat *Scævola in l. Vlt. ff. de decretis ab ordine faciendis.*

Diſtinxerunt autem noſtri interpretes inter 16
decretum, authoritatẽ, & conſenſum, affirmantes De-

cretum eſſe ſententiam, qua iudex contractum futurum iuſtum fore decernit, authoritatem ſuam interponendo, vel aliquem in poſſeſſione mittendo, vel mittendum declarando. *Authoritatem* verò eſſe authorizabilem conſenſum, qui competit iudici ex publico officio, vel legitima adminiſtratione. *Conſenſum* autem eſſe multorũ voluntatem, ad quos res pertinet, ſimul iunctam; quàm diſtinctionem amplectitur *Gloſſa communiter approbata in cap. 1. verbo Tractatus poſt méd. de rebus Eccleſiæ non alienandis. lib. 6.*

17 Quandoq; *Decretum* dicitur id, quod Papa conſtituit de conſilio Cardinalium, nulla facta conſultatione, & tunc in ſcriptis rẽdigitur, ut voluit *Gloſſ. Magna in Clement. Vnica. de jure iur. §. Nos itaq; poſt med.* (quæ multa de Decreto magiſtraliter docet) p text. *in cap. Præſenti de reſcript.* ubi firmat ſic accipi illud verbum *in d. Clement. 1. Gloſſ. Similis, verbo Omnes, in principio diſt. 3.* Invenitur etiam *Decretus, decreta, decretũ*, forſan à verbo *Decreſco, decreſcis*, & poteſt præpoſitio *de*, eſſe ibi augmẽtativa, ſeu privativa, tradit *Gloſſ. Magna in d. Clement. 1. de jure iur. poſt med. in fignation. §. Nos itaq;* Sed inepte Gloſſa autumat nomen *Decretus, decreta, decretum*, à verbo *Decreſco* proficiſci; quia prædictum nomen eſt participium paſſivum verbi, *Decerno*, quod definire, & conſtituere ſignificat, ac proinde, *Decretus*, idem eſt quòd conſtitutus, in quo ſenſu à Cicerone de provinciis uſurpatur, ut *ſupra nu. 5.*

18 Pullulat tamen dubium, an liber iſte *Decreti* reperiatur approbatus? Negant *Butrius in proœmio ad Decretales §. Sane nu. 10. & 17. Imola in cap. Ex parte nu. 33. de Feudis. Miles in Repertorio fol. 95. §. Lex licèt ſit. Emman. Roder. de regular. tom. 1 q. 6. art. 2. verſ. Neq;.* Affirmat, *Abb. in cap. 2. de reſcript. nu. 9. verſ. Sed dico*, & ibi *Siculus*, quos refert, & ſequitur *Felin. ibidem. nu. 44.* cum volumen *Decreti* communiter etiam à multis annis fuerit publicè lectum in ſcholis; undè ipſius dicta tacitè approbata cenſentur, quibus adde *Ioann. Andr. in cap. Ex parte in fine de Feudis*, ubi videtur docere volumen *Decreti* eſſe approbatum, licèt dicta Gratiani non approbentur. Ego hos authores conciliandos exiſtimo: etenim etſi volumen *Decreti* receptum ſit ab Eccleſia, ut ait ſecunda opinio, non tamen recipitur tanquam ius continens, quoad omnia in ipſo contenta; ut aiebat prima ſententia, advertitq; *Sanches de matrimon. tom. 3. lib. 9. diſput. 12. nu. 5. verſ. Nec probat.* Rubricę verò quę ſunt in Decreto nõ habent vim legis, ut poſt alios tradit idem *Felin. d. nu. 44. verſ. Rubricæ.* immò nullam earum compoſuit Gratianus, prima excepta, ſecundũ D.D. quos ibidem ſequitur *Felin.* Rubricæ autem decretaliũ ſunt authenticæ, quãdo habent perfectam orationem. *Abb. in proœmio. §. Rex pacificus nu. 2. & ibi additio litera C. & nu. 8.*

19 Vndé infertur non omnia, quæ in volumine ſuo noſter Gratianus retulit canonizata eſſe, notat *Greſerus pro defenſion. Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice cap. ult. verſ. Quintum dubium fol. mihi 816. Abb. in cap. 2. de reſcript. d. n. 9 in fine verſ. dicta. Emman. Roder. d. tom. 1. de regular. q. 6 art. 2. verſ. Sicut etiam*, Gratianus enim non habuit poteſtatẽ faciẽdi leges, tradit *Rebuf. in repetit. l. Quod inſit in Gloſſ. Magna. nu. 10. fol. 113. ff de rejud.* Quare dicta eiuſdem *Gratiani* non inducunt neceſſitatẽ, quin potius plura ex illis infirmantur, ut per gloſſas, quas congerit *Felin. in d. cap. 2. de reſcript. nu. 43. additio ad Abb. in cap. 2. de reſcript. nu. 9. litera D.* de quibus infra videbimus: perperàm in multis Gratianus reprehenditur.

Quod tamen apparet limitandum in decre- 20
tis Conciliorũ generalium, ac Sũmorum Pontificum, à *Gratiano* in hoc libro relatis, quæ neceſſariam habent obſervantiam, quippeque ab habentibus poteſtatem ſunt condita, advertit *Abb. d. nu. 9. verſ. Et præſuppoſito. Felin. in d. cap. 2. de reſcript. nu. 44. verſ. Firmat etiam. Sanch. d. lib. 9. de matrim. diſp. 12. nu. 5. verſ. Præterea.* Namq; unicuiq; canoni, qui in *Decreto* eſt eadem authoritas danda eſt, quæ authori eius datur. *Ripa in l. 1. nu. 69. ff. Si certum petatur. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. ult. §. ad primum dicitur*, ubi *Aragon. dub. 1. in ſolut. ad 2. in fine. Sot. de juſt. lib. 7. q. 3. art. 1. verſ. aut ergo deſunt. Valentia 22. diſput. 6. q. 6. de voto, puncto 6. §. Hinc ſequitur deceptum fuiſſe.*

Secus dicendum eſt de legibus imperiali- 21
bus in *Decreto* translatis, quia non eo ipſo cenſentur canonizatæ. *Gloſſ. verbo Tractatus verſ. Sed quærit. in cap. 1. de rebus Eccleſiæ non alienand. lib. 6. Felin. in d. cap. 2. de Reſcript. nu. 39. Abb. d. nu. 9. verſ. Solutio. Emman. Roder. de regularib. tom. 1. q. 6. art. 2. verſ. Quoad quartam*; etiamſi tales leges ſint favorabiles clericis, ſeu eccleſijs, nihil enim ſuffragatur is favor, ad ſupplendum defectum poteſtatis in concedente, *text. in cap. Eccleſia de conſtit. & ibidem Abb. nu. 15. Felin. nu. 40. Decius. nu. 24.* quod intellige niſi prædictæ leges eſſent p aliquem Canonem approbatæ, eo namq; ipſo ſuſcipiunt vim legis canonicæ, iuxta reg. *quod omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impertimur*, habetur *in l. 2. Cod. de veteri jure enucleando*: ita limitat *Gloſſ. d. verbo tractatus, ſingularis ex Peruſino ibidem. col. 3. Abb. d. nu. 9. in fine, & ibi additio litera D.*

Inſuper non eſt dubium, quòd authorita- 22
tes ſacræ Scripturæ ſint approbatæ, & poſſint allegari in cauſis, tanquam leges, *cap. 1. de rejud. lib. 6. Gloſſa verbo Eloquia. §. cognitio in Authent. ut judices ſine quoquo ſuffr.* Sequitur *Bald. in Authent. ad hæc. Cod. de Vſuris. Zerola in praxi Epiſcopali. p. 1. verbo Authoritas in principio*: undé authoritates Scripturæ, quas noſter *Gratianus* in Decreto congerit amplectendæ ſunt, in rebus animam tangentibus, *Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. lib. 6. Gloſſ. 2.* tradit in ſpecie *Felin. in cap. 2. nu. 44.*

verſ.

verſ. Intelligerem de reſcript. qui alia cumulat. *Innoc. in cap. Cum venerabilis. num 6. de exceptionibus.*

Nonnunquam etiam in decreto dicitur philoſophos eſſe legendos, ad paganorum vanitatem revincendam; *cap. Si quis artem. cap. Si quid veri, 37. diſt. gloſſ.* quæ de philoſophico temperamento loquitur *in cap. Quod quidam, 97. verbo, veniale. 1. q. 1.* quare reſolvendum eſt philoſophorum omnium conſenſionem certam fidē facere philoſophici dogmatis: quod enim in alijs actibus valet, ut authores probati authoritatem habeant, id in Philoſophia multo magis valere debet, ne in rerum naturalium cognitione detur error, notat *Felin. in cap. 2. num. 49. verſ. Et ita de reſcript. Gregor. Lopez. par. 1. tit. 1. l. 6. gloſſ. 2 ibi. Dictis ſapientiam legalis Philoſophiæ*, plures refert *Zerola d. verbo, Authoritas. verſ. Secundo, & verſ. Quarto*, eleganter *Canus de locis theologicis lib. 11 cap 3.* vide etiam poſita ad *cap. Cum multa. diſt. 86. l. Si pater. §. Nam & Ariſtoteles. ff ſolution l. Proponebatur. ff. de iudicijs. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin.*

De hiſtorijs item nonnunquam mentio in decreto habetur, *cap. Valentianus, 3. cap. Adrianus, 12. diſt. 63.* quæritur igitur quantam authoritatem hiſtoriæ ſuppeditent? In quo dubio reſolve nullum hiſtoricum poſſe idoneum eſſe ad faciendam certam fidem. Hiſtorici tamen graves fidedigni, quales nonnulli, & in eccleſiaſticis, & in ſæcularibus fuere; probabile argumentum faciunt ad falſas opiniones refellendas. Si verò omnes probati, ac graves hiſtorici, in eandem rem geſtam concurrant; tunc ex eorum authoritate certum argumentum promitur, ut theologica dogmata, firma etiam ratione conſtituantur. Exemplū ſit Petrum Romæ, & collocaſſe ſedem, quanquam hoc non, tam ex hiſtorijs gravium authorum, quàm ex Apoſtolica traditione certum cēſetur â Theologis, & pro Chriſto martyrium ſubijſſe. Colligūtur hæc ex DD. quos refert *Zerola d. verbo, Authoritas, verſ. Secundo*, optimè & fuſe *Canus de locis theologicis lib. 11. cap. 4.*

Aliquando proverbia à Gratiano citantur *in cap. Eccleſias. §. Item præcepit omnibus 13. q. 1.* Vnde iam inferas, poſſe proverbia loco iuris allegari; *cap. Etſi iudeos poſt princip de iudeis. l. Solent. §. fin. ff officio proconſulis. l. Si chorus. §. 1. ff legat. 3.* latè *Pacian. de probat. lib. 1 cap 4 num 21.* ubi *num. 24.* quòd poetæ poſſunt etiam allegari. *cap. Forus. 5 largitur de verborum. §. Item pretium inſt. de empt. Bart. in l. 1 num. 22. in fine. ff. Si certum petatur*, ubi *Alexand. numer. 32. & 33.* Plura congerit *Maſcard. concluſion. 287. Suar. allegat. 6. num 11.* De Oratoribus idem dicit ipſe *Pacian d. num 24. per text. in l. Cicero. ff. Penit. Menchaca in præfat. num 62.*

Nobilior inſurgit quæſtio de authoritatibus ſanctorum, quas paſſim in decreto Gratianus refert. Dicta ergo ſanctorum haberi pro lege in deciſionibus cauſarū tenent *Greg. Lopez. p. 1. tit. 1. l. 6 gloſſ. 2. Barbo. Rodoſ. lib. 1. de Regular q. 6. art 2. verſ. Quoad primam.* Contrarium ſentit *Iſernia in præludijs feudor. nu. 46. & 47.* expreſſe *Sanchez. 3. tom. de matrimon. lib. 9. diſp. 12. nu. 5. verſ. Nam omnia*, qui docet, dicta Sanctorum inſerta in decreto, non habere firmam authoritatem.

Ego arbitror eſſe dicendū, quòd ſi ſancti diverſas opiniones inter ſe habeat, licitum eſſe unicuiq; quod vult, eligere, ut notat *Ioa. And. in cap. Ne innitaris, de conſtitutionib.* quem omnes ſequūtur teſte *Felin. ibidem. nu. 5.* qui plures refert. Adde *Innoc. in d. cap. Ne innitaris. nu. 1. verſ. Si verò*, & ibi *additio littera F.* qui ponit exemplum in Salomone damnato, de quo ſunt opiniones inter DD. ſacros (ſcilicet in opinione Aſſumptionis B. Virginis minus cautè loquatur) *Can. de locis theologic. lib. 7. cap. 3. verſ. Tertia concluſio.*

Sanctorum authoritas ſive paucorum, ſive plurium, cum ad eas veritates affertur, quæ naturali lumine continētur, certa argumenta nō ſuppeditat, ſed tantum pollet, quantum ratio conſentanea perſuaſerit; quoniam ſancti Authores non erant adeò ſolicīti in Philoſophiæ libris pertractādis; quin philoſophorū libros, ut totos ſeſe divinæ ſapientiæ dederent, aut valere iubebant, aut interdum à limine ſalutabant. Ita *Canus de locis theologic. lib. 7 cap 3.*

Conſentiens eadem ſanctorum omnium ſententia, aut ſcripturarum interpretatio, ſive intelligentia in docendo aliquid ad rectam fidem ſpectare, pro catholica veritate accipienda, obſervandaq; eſt: & contraria ſententia hæretica eſt putāda, quia veteriſſimi patres ſcripturarū intelligentias, non ex cuiuslibet ſenſu, ſed ex ſanctorum patrum ſententijs accipiendas voluerunt. Vndè Origeniani obiecti ſunt in ſexta generali Synodo damnati, quod novas ſcripturarū expoſitiones, contra maiorum traditionem invexerint; probat, eleganter *Peuba ad Directorium. 2. p. cap 27. verſ Sit quarta.* præivit *Canus de locis theolog. lib. 12. cap. 6. §. Quarta præceptio.* Adde habendum quidem eſſe pro catholica veritate id, quod DD. omnes aſſerunt in materia fidei pertinere ad fidē ipſam catholicam; ſed non propter authoritatem, quam habeant definiendi res fidei, ſed nudè credendi tantū, ac teſtificandi, quod aliunde eſt de fide.

Quales autem ſint DD. quorum doctrina eſt approbata, docuit *Gelaſ. in cap. Sanctæ infrà d. 15.* alij numerantur *in c. Glorioſus, de reliquijs, & venerat. ſanctor. lib. 6.* ubi referuntur *Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, & Hieronymus.* Alios habes apud beatum *Thomam. lib. 4. contra Gentiles, c. 24.* Adde de materia, quæ ſcribimus *ad c. Noli, 3. n. 2. & 3. & ad cap. Vt veterum, 6. n. 3. infrà diſt. 9.*

Porrò cum in noſtro decreto, quæ dicuntur *Palea*, recentiori ſcriptura eſſe exarata, noſcantur, ut appareat omnino alterius, quàm Gratiani opus illud eſſe; iam quæritur, quis ſit ille

Palea. Multi ex græco hoc verbum interpretantur, apud quos significat rem fabulosam, fatuam, levem, qualia sunt quæ nimia vetustate obsoleta sunt: quo sensu apud *Aristophanem* non hæc sæpè accipitur: sic & *Lucianus in Epigrammate*, quo in libello suo est præfatus, quod refert *Alciat lib. 12. Parergon. c. 13. verſ. Sed quid.*

§§ Alij existimant veteres vulgari loco *Paleam* appellasse res tenues, & modicæ utilitatis, vel nullius momenti; undè in chronicis relatum extat Alexandriam ad Tartum flumen conditam, in gratiam Alexandri Tertij Summi Pontificis, Palea cognomen in contemptum à vicinis, qui Imperatorem Federicum primum sequebantur, accepisse: legi Platinam, & Illescam in Alexandro III. Sic cum Corradus Imperator Coronam Regni Italici, non
§ Mediolani, secundum veterum morem suscepisset, sed alibi; vulgo tunc ferebatur, Corona Palea fuisse redimitum, quàm opinionem sequitur *Alciat. in c. 3. verſ. Ego compertum habeo.*

33 Mihi semper communis placuit opinio, asserens Paleam fuisse Gratiani ipsius discipulum, qui magistri sui libro, & rubricas ipsas, & eadem capita adiecerit, sicq; à nomine proprio appellatum Paleam, ut docet *Ioann. Andr. ad Speculatorem, tit. de disputat. & allegation.* reassumit
§ *Ioan. de Immol post Salicet. in Rubrica, de verbor. obligat. col. 2. & 3.* quos refert & sequitur *Cotta. in memorabilibus, verbo, iurisperiti. §. Deinde*, idem tenent *Antonius Augustinus ad Decretal. in præfatione ad Gregor. 13. pag. 3. Emman. Roder. de regular. tom. 1. q. 6. art. 2. verſ. Nam Palea. Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1151. nu. 6. in fine.* Constat autem consensu omnium ea, in quibus talis est inscriptio, certæ fidei non esse, neq; ut authentica allegari posse, advertit *Alciat. d. cap. 3. in principio*, post alios *Emman. Roder. ubi proximè.*

34 Ibi Gratiani. Fuit Gratianus iuris utriusq; Doctor, & huius Decreti Pontificij compilator, natione Etruscus, Patria Clusinus, Monachus monasterij Sancti Proculi, sive (ut alijs placet) Sanctorum Felicis, & Naboris, Bononiæ, ordinis Sancti Benedicti cõgreg. Cluniacensis, opus suum anno 1151. in monasterio Sancti Felicis Bononiæ composuit, seu anno 1150. ut voluit *Glos. in cap. post appellationem, 31. in §. Forma, 2. q. 6.* Planè de Gratiano sunt videndi latissimè, *Gomez. in Rubrica de rescript. n. 4. lib. 6. Felin. in cap. 2. n. 44. & seqq. de rescript. Marant. de ordine iudicior. par. 3. à num. 34. & seqq. Emman. Roder. tom. 1. de regular. quæst. 6. art. 2. Azor in instit. moral. lib. 1. cap. 6. verſ. Tertio quæritur, Turrian. libr. 3. Epistolar. cap. 26. Bellarmin. de scriptorib. Ecclesiast. anno Domini 1100. tit. de Gratiano, fol. 184. Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1122. n. 1. & anno 1151. num 6. Genebrard. in Chronologia, lib. 4. anno Christi 1159. verſ. Gratianus. Alciat. lib. 4. Parergon. c. 24. Cotta in memorabilibus, verbo, iuris periti.*
§ *huius exemplo qui ineptè (ait) Decretum fuisse compositum, anno Domini 1105.*

Contigit autem (ait Arnoldus) de Gratiani monasterio, quod dicitur de patria Homeri: 35
monachis Sanctorum Felicis, & Naboris suũ esse asserentibus, monachis verò Sancti Proculi contradicentibus, quibusdam etiam placet ut monachus Classensis vocetur, quemadmodũ sensisse visus est *Tritemius de viris illustr. Sancti Benedicti, lib. 2. cap. 113.* Sed hallucinatus putatur, quod nomine *Clasis*, seu *Clusis* monasterium, non verò civitatem acceperit, in qua eum esse natum testatur *liber prænotatus Pomarij Ecclesiæ Ravennatis*, qui extat in Bibliotheca Vaticana, prout totum refert *Posserinus in apparatu sacro, tom. 1. littera G. K. fol. 559.*

Cæterum illos inter se posse conciliari, pu- 36
tat *Arnoldus*, si dicas Gratianum Clusis natum, Monasticam vitam professum fuisse in Monasterio Sancti Proculi, indeq; transijsse maioris commodi gratia ad Monasterium Sanctorum Felicis, & Naboris, ibiq; decretum composuisse, quod etiam coniecisse videtur *Carolus Sigonius, lib. 1. de Episcopis Bononiensibus.* Non ausus dicere Gratianum monachum fuisse Sancti Felicis, sed Decretum in eiusdem Sancti Felicis monasterio composuisse, tradit *Posserinus supra citato loco.*

Ferunt *Gratianum*, *Petrum Lombardum* ma- 37
gistrum sententiarum, & *Petrum Comestorem* germanos fratres fuisse, sed fundamento caret hæc opinio: cum nec in patria conveniant. *Gratianus* namq; Ethruscus fuit ex Clusio civitate, Magister *Petrus Lombardus* ex Novaria; *Petrus Comestor* Gallus ex Trecis: observat *Bellarmin. de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini 1100. tit. de Petro Lombardo, Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1164. nu. 52. in fine*, reprobat *& Sanctus Antoninus* fabulam illam vulgo sparsam. *p. 3. tit. 15. c. 6. in summa.*

Licèt autem *Gratianus* noster collegerit am- 38
pliori studio librum Decretorum, & per distinctiones, ac quæstiones rite disposuerit; primus tamen, qui sacrorum Canonum ex Conciliis Ecclesiæ Catholicæ volumen compilavit, fuit Dionysius natione Scytha, cognomẽto Exiguus, sed doctrina, & sanctitate maximus: vixit tempore Theodorici Regis Italiæ, & successorum eius, anno 527. ut tradit *Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis, anno Domini 500. tit. de Dionysio Exiguo. fol. 130. Genebrard. in Chronologia, lib. 3. anno Christi 533. verſ. Dionysius.*

Secundus compilator fuit Sanctus Marti- 39
nus Ecclesiæ Bracharẽsis Episcopus: vixit circa annũ Domini 572. nã præfuit secundo Cõcilio Bracharensi, quod habitũ est Era 610. id est anno Domini 572. scripsit collectionem canonum ex Græcis Synodis, qui extant in tomis Conciliorũ post secundam Synodum Bracharensem,

ſenſem, teſtatur *Bellarmin. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ad anno 500. fol. 133.*

40 Tertius compilator fuit Iſidorus, non ille Hiſpalenſis Epiſcopus, ſed alter cognomento, peccator, (errant qui hanc laudem Sancto Iſidoro Hiſpalenſi tribuunt) ut benè docet *Poſſevinus in apparatu ſacro, tom. 1. litt. B. K. fol. 254.* licet *Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ſub tit. de Græcismo*, non diſtinguat inter utrumque Iſidorũ, atque *Genebrardus in Chronologia, lib. 3. anno Chriſti 618. verſ. Iſidorus*, affirmet eſſe Iſidorum Hiſpalenſem, ſed eſt Iſidorus peccator, ſeu Mercator prout dicit *Baronius, tom. 2. annal. anno Chriſti 102. n. 11. verſ. Quod ergo* latius, *tom. 10. anno Chriſti 865. n. 5. verſ. Quod ad primum pertinet.*

41 Quartus Decreti cõpilator fuit Creſconius, cuius meminit *Bellarmin. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. anno Domini 500 ſub tit. de Dionyſ. exiguo. fol. 130. & anno Domini 1100. ſub tit. de Grat. in princ. fol. 184.* qui fecit uberiorem collectionem Epiſtolarũ Romanorum Pontificum, & canonum diverſorum conciliorum, ut docet *Baron. tom 10. annal. anno Chriſti 865. n 5. verſ. Quod ad primum.*

42 Quintus compilator fuit Sanctus Burchardus Epiſcopus Vormacienſis, vixit anno 1026. obijt ſancte & religioſe, ut ſemper vixerat, natione erat Heſſus in cœnobio Laubienſi ordinis Sancti Benedicti, vitam monaſticam edoctus, *Alberto* poſteà Abbate Gemblaſenſi magiſtro uſus eſt, cuius doctrina imbutus, magnos in ſacri Eccleſia fructus edidit: inter quos is præcipuus fuit, quod quintus ſacrorũ decretorum collector annumeratur: ſcripſit viginti libros, qui excuſſi ſunt Pariſijs, anno 1499. & Coloniæ 1548. de quo ſunt videndi *Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſt anno Domini 900. tit. de ſancto Burchardo, fol. 159. Poſſevinus in apparatu ſacro, fol. 254.* qui Burchardum non quintum, ſed ſextum dicit compilatorem: *Genebrard. in Chronologia. lib. 4. anno Chriſti 1008.*

43 Sextus compilator fuit Anſelmus Epiſcopus Lucenſis ab Alexandro ſecundo creatus, deinde cum in monaſterium ſe abdidiſſet, à Gregorio VII. ad Epiſcopatum revocatus, ſanctitate clarus obijt, anno Domini 1086. ſcripſit inter alia, libros duos, ex patrum ſententijs, *Genebrard in Chronologia, lib. 3. anno Chriſti 618. verſ. Cuius ſtudiũ, Baron. tom. 11. anno Chriſti 1086.* optimé *Bellarmin. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, anno Domini 1000. ad 1100. tit. de Sancto Anſelmo Lucenſi, fol. 164.*

44 Fere hoc eodem tempore Deusdedit Cardinalis canonum volumen, iubente Pontifice Victore III. in ordinem redegit, ut poſt Platinam tradit *Genebr. in Chronologia, lib 4. anno Chriſti 1085. verſ. Deusdedit, Baron. tom 11. annal. variis in locis.* Claruit etiam Gregorij Presbiter, qui volumen ſuum Polycarpum inſcripſit, cuius meminit *Antonius Auguſtinus in collectione ad decretales, in præfatione ad Gregorium XIII. pag. 2. in fine.* unde perperàm *Turrecremata in proœmio decreti, n. 25.* tranſverſo ordine alios compilatores enumerat. Vtrum Gratianus poſſit dici author huius libri? Eſt videndus idem *Turrecremata in d. proœmio, n. 22. & ſeqq.* affirmative reſolvens.

Septimus decreti compilator fuit Ivo Carnotenſis Epiſcopus, vixit tempore Vrbani Secundi, ad quem extant epiſtolæ, ſed ſupervixit uſq; ad annum 1114. cuius decretum decem, & ſeptem tomis, ſive partibus conſtat, ut Theſaurus totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ dici poſſit, Lovanij editum, anno 1591. *Poſſevinus in apparatu ſacro, tom. 1. litt. D fol. 387.* Plura de eodem Ivone vide per *Baron. tom. 12. annalium. anno Chriſti 1100. nn. 14. & ſeqq. & anno 1104. num. 2. & ſeqq. & anno 1106. num. 43 & ſeqq. & anno 1107. nu. 3. & ſeqq. Genebrard. in Chronologia, anno Chriſti 1100. verſ. Ivo.* 45

Sub Ivonis nomine fertur etiam Patnormia, ſeu potius Pannomia, ſed ea Pannomia nõ dicitur Ivonis, quia ſit ab Ivone compoſita, ſed quia ſit ex Decreto Ivonis maxime ex parte deſumpta: eſt enim Pannomia quaſi compendium Decreti Ivonis, & ideò mirum videri nõ debet, quod lib. 8. multa ſint decreta ex Innocentio II. Papa. & ex hiſtoria Sigiberti, qui fuerunt Ivone poſteriores: ita *Bellarmin. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis, anno Domini 1100. tit. de Ivone, fol. 169.* quidquid contrarium inſinuet *Genebr. in Chronolog. lib. 4. anno Chriſti 1100. verſ. Ivo. Typis mandata Lovanij, ex Officina Antonij Mariæ Belgagnæ, anno 1577.* 46

Beato Ivoni ſucceſſit accuratior labor noſtri Gratiani: opus valde laboriosum, in quo Canones plurimos collegit ex ſcripturis, ex reſponſis Pontificum, ex conciliis, & ex Patribus, & quamvis viri docti ſuprà citati, in hoc genere ſcriptionis laboraverint; ipſe tamen ſolus obtinuit, ut publicè in gymnaſijs legeretur, & multorum doctiſſimorum virorum commentarijs illuſtraretur, quorum primus fuit Archidiaconus, ſecundus Bellamera, tertius Dominicus Geminianus, quartus Turrecremata Cardinalis Sancti Sixti, Quintus Antonius Præpoſitus Mediolanenſis, & Cardinalis Alexandrinus, Sextus Ludovicus Bolognimus, prout illos recenſet *Azor, tom. 1. Inſtit. moral. lib. 5. c. 28.* 47

Sed dubitatur an credendum ſit Gratiano referenti authoritatem Concilij, Papæ, ſeu Sancti, ut videlicet tenor illius authoritatis ſola Gratiani relatione probetur? Affirmativè reſpondendum exiſtimo, niſi oſtendatur exẽplar in contrarium. Ita *Felin. in cap. 2. de reſcript. num. 47. & ibi Decius, num. 15. Præpoſitus in proœmio Decreti, nu. 4.* Ratio eſſe poteſt, quia paſſim noſtri Pontifices hanc fidem tribuunt Gratiano. patet *in c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælatis in c. per tuas, de ſententia excommunicat. in Clementi.* 48

rol. 4. verſ. Sed eodem mandato, ibi Secundum formam in decretis ſe inſinuat. Et in aliis iuribus, quibus decreta, & dicta ſanctorum ex relatione Gratiani adnituntur. Non hic dicas de decretis, quæ ſub nomine Palex referuntur, qui minoris eſt authoritatis, ut videbis ſupra num. 31. & ſeqq.

49 Ibi emendatum. Vniverſum corpus Decreti noſtra ætate emendari, & annotationibus inſigniri curavit Pontifex Gregor. 13. qui & iuſſit ne qua editio alia in ſcholis legeretur, ac privatim haberetur, ita vero emendatum prodijt Romæ anno 1580. Venetijs 1584. Lugduni eodem anno, & anno 1591. Francofurti anno 1576. & 1590. cum item prodiſſet Pariſijs anno 1585. quin & emendare illud antea attentaverat Antonius Contius, quod impreſſum fuit Antuerpiæ apud Plantinũ 1570. & ibidem 1573. ſed iam Romana emendatio cæteris eſt anteponenda.

DISTINCTIO. I.

SVMMARIVM.

1 *In iure an detur aliqua antinomia? & num. 2. & 3.*
4 *Ius naturale an ſit quod in Evangelio continetur?*
5 *Sententia aliquorum.*
6 *Sententia Authoris.*
7 *Facere alijs quod nolumus, nobis fieri; quomodo intelligatur?*
8 *Quid ſit lex, & Prophetæ de quibus textus agit?*
9 *Actus in voluntatem relictus non debet ad actum prohibitum extendi.*
10 *Verbum, Rogo, aliquando importat præceptum.*
11 *Permeſſione unius contrary, an aliud cenſeatur prohibitum.*

81 IN principio decreti ibi. *Concordia diſcordantium Canonũ.*

Ex hac inſcriptione probant multi nullam in iure antinomiam reperiri; neq; ſuperfluũ, neq; contrarium eſſe, prout aſſirmant *Zazius, & Bellonus uterq; lib. 1. diſſolutionum antinom. in principio, impriſ. Molin. de verborum obligation. tr. 81. Canon. lib. 4. Comment. cap. 5 num. 3.* contrarium docent *Budæus ad Pandectas ſub l. fin. ff. adilit. edict. Boleman. in 4. Si qui à non domino. Inſt. de rerum diviſione, & in §. Servus autem Inſt. qui teſtamenta facere poſſunt. Pinel. in l. 2 p. 2. cap. 4. nu. 53. de teſtam. Covar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 7. Valla lib. 7. elegant. cap. 59.*

Sed prima opinio verior apparet, ut probatur in præſenti, & *ex proœmio decretalium, verſ. Sanè,* ubi *Gloſſ. verbo, Contrarietatẽ. Bonifacius in proœmio ſexti, verſ. Et tandem,* ubi *Gloſſ. verbo, Contraria,* & colligitur *ex l. 1. verſ. Iubemus, & verſ. Nulla itaq; l. 2. verſ. Quod cæleſti, verſ. Contrarium. C. de veteri iure enucleando. & ex l. 1. §. Quibus ſpecial. de nove Codice faciendo.* 2

Et de decem modis ad diſſolvendas difficultates, quæ inter aliquas leges, & Canones poterunt obvenire, vide latiſſimè *Morlam in Emporio iuris. tit. de legib. q. 12. à num. 10. uſq; ad num. 34.* 3

In principio diſtinctionis 1. ibi. Ius naturale eſt, quod in lege, & Evangelio continetur. Cum ius naturale idem omnino ſit apud omnes homines, pariterq; illos aſtringat, ut eſt *text. in cap. Ius naturale,* ibi. *Omnium nationum,* infrà eodem probat. *D. Thom. 1. 2. q. 49. art. 4. Sot. lib. 1. de iuſt. q. 4. art. 4.* & omnes ubiq; iam videtur Magiſtrum Gratianum falſum aſſerere, dum dicit ius in lege veteri, & in Evangelio contentum omnes hominos aſtringere; de lege veteri patet, quia ſoli populo Iſraelitico data fuit, *cap. Moyſes. d. 7.* iuvat illud, *Pſalm. 147. num. 20. Non fecit taliter omni nationi,* ac proinde lex illa cæteros populos non aſtringebat. *D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 5. de* Evangelio idem apparet iuxta illud Pauli *1. ad Corinth. c. 5. de his, qui foris ſunt nihil ad nos* habetur *in cap. Gaudemus. de divort.* 4

Sunt qui arbitrentur Gratian. in præſenti non deſcribere ius naturale, ſed ius divinum poſitivum, ita *Gloſſ. hic, verbo naturali,* ſed merito refelluntur per *Turrecremat. in Præſenti. num. 8.* Alij contendunt omne ius divinum, eſſe naturale, quorum ſententia omnino falſa eſt, ut per *Navarr. in principio, de pœnit. diſt. 5. nu. 7.* Tertio alij intelligunt prædicta verba Gratiani legẽda eſſe per parenteſim; quaſi velit Gratianus ius naturale eſſe quo quis iubetur alijs facere, quod ſibi vult fieri, & hoc ius (inquit) in lege, & Evangelio continetur, ita *Navarr. ubi ſuprà n. 9. in fine,* & ante illum *Sot. de Iuſt. lib. 1. q. 4. art. 4. ad primum.* quæ interpretatio ſatis defendi poterat, niſi Gratianus ſuam mentem aliter explicaſſet, *in princ. 5 diſt. verſ. Sed cum ius naturale.* 5

Quare exploſis his, & alijs interpretationibus, dicendum videtur, Gratianum in præſenti non deſcribere ius naturale, quaſi ſit omne illud ius, quod ſub lege Evangelij continetur, 6

tur, ſed ſolum dicere omne ius naturale inibi contineri; quod quidem verum eſt, quia per illas leges divinas ſufficienter ius naturale nobis fuit explicatum, ita in effectu *D. Thom. 1. 2. q. 94, art. 4. D. Anton. p. 1. tit. 13. cap. 1. num. 2.* præſentit *Navarr. de pœnitentia in principio. diſt. 5. n. 9. in principio.* Atq; ſic fatemur legem Evangelicam, in quantum continet ius naturale, omnes homines aſtringere, probat *d. cap. Gaudemus* ibi *Cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit.*

7 Ibi quod ſibi nolit fieri. Non abſolutè prohibemur de Præcepto ſub pœna peccati facere alijs, quod nolumus nobis fieri, ſed tantum prohibemur de præcepto facere alijs id, quod de præcepto tenemur illis non facere. V.g. De præcepto teneor nolle capere rem alienam in ordinatè, ſicut nolo, quòd alius capiat rem meam. Alioquin peccarent judices punientes delinquentes, à quibus nollent ſibi eadem fieri: proſequitur elegantèr *Navarr. conſ. 8. de empt. & vendit. nu. 8. in 2. edition.*

8 Ibi, lex, & Prophetæ. Quæritur quæ lex, & qui prophetæ ſint, de quibus text. loquitur? Tu dic legem hic vocari legem Moyſi: iſta enim ſolet in ſcripturis ſemper lex vocari, quia erat lex Dei, & *ipſi* durante nulla alia lex Dei erat ſcripta. De Prophetis dicendum, quod ſunt Prophetæ veteris teſtamenti, qui largius hic accipiuntur pro omnibus libris ſacræ Scripturæ, & iſte videtur proprius ſenſus text. ſcilicet: Hæc eſt enim lex, & Prophetæ, ideſt, Hoc præceptum includit quidquid eſt in lege Moyſi, & in omnibus libris ſacræ Scripturæ; nam alio modo non daret Chriſtus ſufficientem regulã in qua includerentur omnia præcepta, quia manerent multa alia in libris ſacræ Scripturæ ultra libros legis, & Prophetarum; tradit optimè *Abulenſ. in cap. 7. ſuper Matth. q. 24.*

9 In Gloſſa *verbo Vult.* Notat *Molin. lib. 2. de primogenijs. cap. 5. nu. 16. & ſeqq.* quod quamvis actus in liberam voluntatem alterius ſit relictus, voluntas hæc non debet ad actum prohibitum, ſeu doloſum extendi; quia verbum *,volo,* ad actum licitum, & permiſſum, non autem ad actum regulatum ex voluntate corrupta, referẽdum eſt. Multa refert *Peralta in l. 1. nu. 73 ff. delegat. 2.*

10 In eadem Gloſſa ibi *Rogandi.* Et ita verbum, *Rogo,* quod de ſui natura importat conſilium, aliquando impropriatur, & de præcepto ſumitur, ut eſt *Gloſſ. in cap. 1. verbo Hortamur de teſtam.* Sed meo judicio non videtur, quod in his terminis verba debeant impropriari, quia non eſt inconveniens, ut quis rogetur ad illud, quod facere tenetur, ut eſt *text. in cap. 1. diſt. 84.* plura tradit *Decius in cap. Nam concupiſcentiam. nu. 2. de conſtit.* niſi aliud ex materia ſubjecta colligatur, ut tradit *Navarr. in cap. Fratres in principio de pœnitentia. diſt. 5.*

In Gloſſa *verbo Prohibetur,* ibi per conſequens prohibetur. Quomodo antem intelligatur, quod ad permiſſionẽ unius contrarij, aliud cenſeatur prohibitum, declara cum *Cagnolo in l. Secundum naturam. nu. 14. ad fin. ff. de regul. jur.* 11

CAP. Omnes leges I.

SVMMARIVM.

1 *Iſidorus quis fuerit?*
2 *Textus etiam intelligitur de legibus nõ ſcriptis.*
3 *Multa de lege divina, veteri, & nova.*
4 *Legis divinæ veteris author ipſe Deus.*
5 *Lex divina nova quid ſit, & de eius materia, & præceptis?*
6 *Leges humanæ multiplices.*
7 *Conſuetudo eiuſdem eſt pœnæ, cuius eſt lex.*
8 *Leges humanæ diverſæ ſunt, ſecundum diverſitatem patriæ.*
9 *Fas an ſit idem, quod juſtitia?*
10 *Plurale aliquando accipitur pro ſingulari, & è contra.*

IN ſuperſcriptione ibi Iſidorus, Fuit Sanctus Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis, ſedere cœpit in Epiſcopali Sede anno 596. & anno 636. migravit in cœlum, ſcripſit multa, quorum Cathalogum texit *Sanctus Hildephonſus de viris illuſtribus;* prodierunt opera editione Pariſienſi, anno 1601. in qua alij libri adduntur. Vide latè *Poſſevinum in apparatu ſacro. tom. 2. litera I-S. Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſt. anno Dñ. 600. ad 700. tit. de Iſidoro Hiſpalenſi fol. 136.* 1

Ibi Omnes. Diviſio hæc eſt optima, iuxta notata *in §. Omnes. inſt. de actionibus,* & ſub ſe comprehendit omnes leges, etiã non ſcriptas, quidquid *Michael Pampilon.* (habetur hic Author *tom. 16. tractat. de regimine mundi 1. p. q. 2. nu. 9.*) intelligat noſtrum textum in legibus dumtaxat ſcriptis; ſed ipſe textus ipſum redarguit Authorem in verbo, *Moribus conſentiat,* & in ratione, quæ tàm convincit de lege ſcripta, quàm de non ſcripta. Adde circa text. *Morlam in Emporio juris, tit. de legibus, in principio. num. 26.* 2

Salas

Salas de legibus disputat. 1. sectione. 9. num. 64.

3 Ibi, divinæ. Quid sit lex divina, & quotuplex, vide *Valent. 2. tom. disput. 6. q. 6. puncto 1. & 2.* & quando cæperit lex divina nova obligare, & in qua materia versetur, & an possit mutari, & an possit aliquis liberari ab eius obligatione? Vide per eundem *q 8. puncto 1. 2. 3. & 5.* & de lege divina nova *disput. 24. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 13.* & seqq. Adde latè de divino iure. *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 11.*

4 Legis divinæ veteris, scriptæ, & traditæ in quinque libris Moysi, fuit principalis, & proximus Author ipse Deus, ut tradunt *D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 2. Suarius de legib. lib. 9. cap. 2. nu. 3.* Quæ lex data est per Moysem, tanquam p proximum promulgatorem, respectu totius populi Israel, ut per eundem *Suarium num 10.* de quo etiam nonnulla dicimus *ad cap. Moyses 1. dist. 7.* non habebat tamen ex se virtutem iustificandi, docet *D. Thom. q. 100 art. 12. Suarius cap. 7 nu. 2.* Sed quomodo cessare potuit, cum esset divina? voluntas enim Dei est immutabilis. Respondet *Suarius cap. 9. nu. 10.* Legem veterem non esse legem ad intra in Deo ipso existentem, sed esse legem ad extra in lapidibus, aut membranis scriptam. Vndé non est voluntas Dei, sed signum quoddam externum voluntatis Dei, & effectus eius, & ideo licèt voluntas Dei sit immutabilis, lex dici potest esse mutabilis, quia p temporum successionem, effectus divinæ voluntatis mutari possunt, non mutata divina voluntate, quare fuit hæc lex abrogata post Christi adventum, vimq; obligandi amisit, ut prosequitur idem *Suarius cap. 10. à nu. 2.* Non tamen intelligas statim abrogatam, nam multas leges Christus implevit, neq; venit solvere leges, sed adimplere *Matth. 5. nu. 17.* itaq; vim obligandi amisit, postquam Christus in cruce dixit *Consummatum est. Ioann. cap. 19. nu. 30.*

5 Lex nova divina est, & vera, ac proprijssima lex præceptiva, ut definitur *in Concil. Trid. sess. 6. Canon. 19.* quia tenendum est Christum Dominum nō solum fuisse Redemptorem, sed etiam fuisse verum, & proprium legislatorem. Hanc assertionem de fide definitā *in Conc. Trid. sess. 6. Canon. 21.* & ex multis sacræ Scripturæ locis comprobat *Suarius lib. 10. de legibus cap. 1. nu. 3.* Quæ autem sit materia legis novæ, & quę præcepta eius? Vide per eundem *cap. 1.* Cæpit lex ista obligare populum Iudaicum, in die Pēthecostes, ut ex communi Theologorum opinione tradit *Suar. cap. 4. nu. 12.* Gentiles verò non cepit obligare usque ad revelationem Petro factam *Actor. 10.* tenet idem *Suar. nu. 22.* licet ante hanc revelationem aliquibus ex gētibus fuerit prædicata, & fortasse nostris Bracharensibus, per S. Iacobum Zebædei filium, & per S. Petrum eius discipulum, primum Bracharensis urbis Episcopum, & Hispaniarum Primatem, de quo nos in historia nostra Bracharensi, interim videndus *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 9. nu. 14.* & seqq. *Molina de just. tract. 5. disp. 72. post numerum 2. & alijs in locis* Hæc autem lex nova divina perpetuò est duratura, usq; ad finē mundi, ac proinde nunquam debet abrogari, donec cesset Ecclesia militans, & numerus prædestinatorum in gloria compleatur. Ita docet *D. Th. 1. 2. q. 106. art. 4.* & cum eo cæteri Theologi. Post illos *Suar. d. lib. 10. cap. 7. nu. 2.* Vide in consecratione sanguinis, pro ut Ecclesia iubet verba proferri, Testamētū novum dicitur ęternum, ut etiam *à D. Paulo ad Hebræ. cap. 3. nu. 20.* cui scilicét aliud non succedat, sicut veteri novum successit.

6 Ibi humanæ. Multiplices sunt leges humanæ, aliæ Canonicæ appellantur; aliæ civiles sunt; aliæ insuper favorabiles dicuntur, privilegium cōcedentes; aliæ leges pœnales nominantur; aliæ tandem sunt leges non scriptæ, quæ consuetudo appellantur, de quibus agunt D. *Thom. 1. 2. q. 95. & seqq.* latè *Azor. 1. tom. instit. moralium lib. 5.* latiùs *Salas in tractatu de legib.* latissimè *Suar. tract. eodē.* Nos tamen commodius de illis agemus infra *hac distinctione, & distinct. subsequentibus.*

7 Ibi, moribus constat. Citat *Navarr. de spoliis clericorum. §. 14. nu. 7.* adhoc quod consuetudo, eiusdem est pœnæ cuius est lex; quia eadem potestate nituntur lex humana, & consuetudo; solum enim differunt in eo, quod lex nititur expresso consensu potentis illam facere; consuetudo verò tacito eiusdem consensu, de quo vide posita ad *cap. Mos,* & ad *cap. Consuetudo,* infra *hac eadem dist.*

8 Ibi, discrepant. Ideo discrepāt, quoniam alię leges alijs gentibus placent: Vndè secundùm diversitatem morum, leges humanæ diversæ sunt, item & secundum diversitatem patriæ. Nec est intelligendum verbum, *discrepant,* pro ut Gloss. in præsenti corrumpit, quod referatur ad leges divinas & humanas, errat enim Glossa; quia Isidorus loquitur de discrepantia legum humanarum inter se, quod satis probat *text. in vers. Aliæ alijs placent;* namq; leges divinæ naturales apud omnes gentes sunt eædem, nec leges humanæ possunt ab illis discrepare, ut hîc Glossa putat: tradit *Matta de jurisdictione. p. 1. cap. 38. n. 24.*

9 Ibi, Fas. *Budæus in annotat. ad Pandect. l 1. ff. de just. fol 5.* idem existimat fas esse, quod ius, & justitia simul: Themis enim apud Græcos (idest ius, fasq;) Dea credita est quæ suaderet hominibus id petere, quod fas esset. Nam apud veteres binæ colebantur Deæ, quæ ad fas, & æquum inclinabant. Altera vocabatur Themis, quæ ad rite petendū suadebat,

ut

ut videre eſt ex *Ovid. 1. Metamorph. & Claud. 1. de rapty.* Altera dicebatur Nemeſis,quæ ad iuſtè, ac debitè ſperandum incitabat, quod pulchrè innuit *Alciat. emblem. 46.*

Spes ſimul, & Nemeſis noſtris altaribus adſunt.
Scilicet ut ſperes nil niſi, quod liceat.

Grammatici in illud Virgilij *Georg. 1.*

Fas, & iura ſinunt.

Putant fas ad religionem pertinere, ius ad homines. Ego credo ex mente Gratiani,& Iſidori, ſub nomine fas contineri id quod naturali iure continetur, ut ex verbis huius textus ſatis colligitur.

10 **In Gloſſa ibi plurale pro ſingulari.** Concluſio Gloſſæ eſt communis, & vera, plura adducunt hic D.D. in eius ornatum, ſed longe plura congeſſit *Tiraq. in l. Si unquam verbo ſuſcepit nu.* 240. uſque ad *nu.* 247. ex quorũ dictis colliges doctrinam Gloſſę procedere attenta magis ratione legis, quam verborum ſignificatione,quod ſatis probat *text. in l. 2. §. Homines verſ. Adhuc dicemus, & verſ. Non puto verba edicti deficere ff. vi bonorum.* Qui modus intelligendi verior eſt, quàm modus *Everardi loco* 54 *verſ. Illa tamen reſolutio,*qui intelligit procedere hoc, ubi bonum,& æquum illud exigit, hunc noſtrũ intelligens textũ *in c. Vt privilegia. verſ. Illud de privileg.* ubi pluralis locutio in una tantum Eccleſia verificatur,&doctrina Gloſſæ *etiam* procedit in arbitris, aut in teſtibus, qui plures ad unum actum concurrunt, ut per *Tiraq. d. loco nu.* 247. qui licèt ſint plures omnes unius ſignificati vim obtinent, & pro uno ſingulari reputantur; de quo per *Everard. d. loco* 54. & idem erit dicendum de ſingulari, quod in plurali verificatur, ut per eundem *Tiraq. n.*246: quod tamen intellige procedere, niſi aliquid extrinſecus obſtet, ut obſtat *in Gloſſa Si pro alio,* quę non verificatur à Papa pro multis ſcribẽte.

CAP. Ius generale II.

SVMMARIVM.

1 *Ius varias habet ſignificationes.*
2 *Ius an ſit verum dicere, & iniuſtum, an mentiri.*
3 *Ius, iuſtitia, & iuris prudentia, quomodo differant.*
4 *Non eſt dabilis lex, cuius ratio ſit ſola voluntas.*

1 IVS varias habet ſignificationes, ut videre eſt *in l. 1. & ult. ff. de juſt. & jure apud Molinam tractatu 1. de juſt. diſput. 2.* quæ omnes ad duas præcipuas revocantur. Prima eſt, ut ius à iuſto dicatur, quam dirivationem habet Iſidorus in præſenti, & *Vlpian. in d. l. 1.* undè *Cicero 2. de legibus,* ait, *Ius ipſo nomine legis eſſe vim, atq; ſententiam iuſti, & juris colendi.* Alia ethymologia à latinis recepta eſt; ut ius quaſi iuſſus, vel iuſſum à iubendo dicatur, quare antiqui iura appellabant iuſſa, ut inquit Pompon. Feſtus, quem refert *Salas de legib. diſput. 1. ſect. 2. nu. 7. Conan. lib. 1. iuris Civilis cap. 2. nn. 4.* quos latè conſule; Adde poſita *ad cap. ius autem* infra *hac eadem diſt.*

2 An autem ſit ius verum dicere, & iniuſtũ an mentiri. Vide eundem *Conan. cõment. iur. Civil. d. lib. 1. cap. 3. in principio.* Adde iuris definitionem,quam affert Plato ex ſententia Thraſymachi,qui aſſerebat ius eſſe illud,quod utile eſt ei,qui plus poteſt: *præſcribunt enim (aiebat) legibus ſuis principes,quod ſibi cõmodum putant:atq; id quia lege ſancitum eſt, ius habetur:* Sed hæc ſententia eſt aperte iniqua, & illam nullus Doctor, vel Philoſophus amplectitur; refert utrumq; *Conan. ubi ſupra nu. 3.* & vide eundem *cap. 2. ubi num. 10.* Quid ſit ius naturale, de quo noſter textus loquitur: An ius re vera ſit,vel opinione tantùm conſtet? Vide per eundem *cap. 1. per totum præcipuè nu. 3. qui curioſè agit.*

3 Ius,iuſtitia, & iuris prudentia differunt,nam iuſtitia virtus ipſa eſt: ius executio virtutis: iuris prudentia, iuris huius ſcientia eſt. Iuſtitia virtus diſtributoria eſt. ius diſtribuit: iuris prudentia docet quemadmodum diſtributionem fieri oporteat, ut poſt Acurtium, & alios,tradit *Pichard. inſtit. de juſt. & jure §. Iuris prudentia nu. 3.*

4 **In Gloſſa 1. ad fin. ibi Pro ratione ſufficit.** Ergo ſecundum Gloſſam dabilis eſt lex cuius ratio ſit ſola voluntas legislatoris. Inſinuat *Felin. in cap. Si quando nu. 11. de reſcript.* refert plures, qui tamen id non dicunt *Tiraq. in præfat. retract. nu.* 75. expreſſit *Paulus in l. Non omnium in principio. ff. de legibus.* Contraria opinio eſt omnino amplectenda, iuxta *cap. Erit autem 4. diſt. D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. ad 3. Caſtro de lege pœn. cap. 1. pag. 4.* & cõprobatur ex illis,quę tradit *Azor lib. inſtit. moralium lib. 5. cap 5.* nec pro prima opinione urget *l. 1. ff. de conſt. princip.* dum habet (quodlibet placitum Principis habere vigorem legis) Reſpondetur namq; placitum non importare voluntatem nudam, ſed potius deliberatam, & ratione regulatam; patet, quia placitum idem eſt, quod conſenſus *l. 1. in principio ff. de pact. D. Thom. 1.2.q.14. art. 3. ad 3.* conſenſus autem, licèt actus ſit voluntatis, eſt tamen ſententia finalis de agendis, qua ſcilicet præmiſſo rationis iudicio, ab ipſo voluntates eliciuntur,ut per *D. Thom. ubi proximè art. 4.*

CAP.

CAP. Lex eſt. III.

SVMMARIVM.

1 *Definitio legis.*
2 *Legislatores antiqui.*
3 *Quis habeat poteſtatem ferendi legem, & eius conditiones.*
4 *Scriptura an requiratur de ſubſtantia legis.*

1 IN textu ibi lex. Quę definitur à D. *Thom.* 1.2 q.90.art. 1. ut quædam regula, & menſura ſecundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur, vel ut placet *Papiniano lib.* 1. definit. *Lex eſt commune præceptum: virorum prudentium conſultum: & delictorum coertio.* Vnde Solon Græcorum ſapientiſſimus dixit, leges eſſe morum reformatrices. Quapropter *Horat. lib.* 3. *Carm. Od.* 24. (inquit)

Quid leges ſine moribus vana proficiunt?

Lex verò à ligando dicitur, ut tradit *Valent. tom.* 2. *lib.* 7. *punct.* 1. & ſeqq. & poſt *Sot.* & alios tradit *Salas de legib. diſput.* 1. *ſect.* 1. *Suar. lib.* 1. *de legib. cap* 1. *nu.* 9. Inſuper de legis ethymologia agunt *Rebuf. tom.* 1 *conſtitut. reg. in proœmio Gloſſa* 1. *ex nu.* 1. *Alphonſus Caſtr. de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 1. & 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 1. *ex nu.* 6. *Franciſcus Conan lib.* 1. *cap.* 8. *Moditius in* §. *Lex inſtit. de jure naturali dubitat.* 1. alios congerit *Cenedos in Collectan.* 1. *ad decretum nu.* 1. *Tiber. Decian. tractat. criminal. cap.* 5. *lib.* 2. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 1. & 2. *Pichard.* §. *Lex eſt. nu.* 1. *inſtito de iure naturali.*

2 Lycurgus Lacedemonijs legem dedit; Zoroaſtes Perſis; Mercurius Triſmegiſtus Ægyptijs; Minos Cretenſibus; Zomolenus Scythis; Socrates, Pythagoras, & Plato Magneſijs, & Siculis; Carundas Italis; Rex Foroneus Græcis; unde ab codē Foroneo locus judicij dictus eſt forus; Numa Pompilius Romanis leges dedit; Palamedes primus fuit lator legum bellicarū; Philolaus Thebanis; Apollo Arcadis, ſecundū *Tullium de natura Deorum*; Deucalion Delphis ſecundum *Ovidium*; Magi leges pariter dederunt Perſis; Druidi Gallis; Zeleucus Locrenſibus; Hippodamus Mileſijs; Hymnoſophiſtæ Indis; Belus Caldæis; Eacus Egineis; Phido Corinthis; Phalias Carthaginenſibus, ut tradit *Moditius in d.* §. *Lex dubitat.* 1. *nu.* 9. late *Volaterran. lib.* 29. poſt principio. Adde poſita ad *cap.* 1. *nu.* 2. infra *diſt.* 7.

3 Quis autem habeat poteſtatem ferendi legem, vide poſita *in cap.* 1. *diſt.* 2. Quæ autem ſint neceſſariæ conditiones ad rationem legis, vide poſita *ad cap. Erit autem*, infra *diſt.* 4.

4 In textu ibi ſcripta. An pro legis ſubſtantia ſcriptura requiratur, vide *Ripam in Rubr. de Conſtit. n.* 39. ubi *Felin. nu.* 3. & 4. *Rota* 1. *de conſtit. in nov. nu.* 2. *Selva de benefic.* 3. *p. q.* 22. *ex nu.* 2. *Menoch. de arbitrar. caſu* 420. *ex nu.* 25. *Morlam in Emporio juris ſub tit. de legib. q* 4. *D. Thom.* 1.2. *q.* 57. *art.* 1. *ad* 2. ubi meminit huius textus, & *Paleotus de noth. & ſpurijs cap.* 1. *nu.* 10. alios refert *Cenedos d. Collectan.* 1. *nu.* 4. Ego autem exiſtimo, quod licēt optimus modus ferēdi legem ſit in ſcripto, non eſt tamen hoc de ſubſtantia, & valore legis, ut efficaciter probant *Salas de legib. diſput.* 1. *ſect.* 9. *nu.* 64. & ſeqq. *Suar. de legib. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 6. *Molina de juſt. tract.* 5. *diſput.* 71. *nu.* 1. ubi citat *Panormitan. in Rubr. de conſtit. nu.* 3. qui affirmat, ad legis eſſentiam non pertinere, ut ſit ſcripta; ideo tamen ante publicationem ſolere ad ſcripta redigi, ut melius de illa conſtet, & firmius in memoria conſervetur.

CAP. Mos eſt. IV.

SVMMARIVM.

1 *Mos quid ſit, & aliquando brutis tribui ſolet.*
2 *Mos quam antiquior ſit legibus.*
3 *Differentia inter morem, conſuetudinē, & uſum.*
4 *Mos quanto tempore inducatur.*

1 IBI Mos. Mos teſte *D. Thom.* 1.2. *q.*58. *art.* 1. non ſolum rationabilibus, ſed etiam brutis tribui ſolet; unde ſcriptura dicit homines operari more brutorum, juxta illud 4. *Eſdræ* 8. *Qui mores pecudum habuerunt*, & 2. *Matth.* 11. *Leonum more impetu irruentes in boſtes.* Sed hoc per ſimilitudinem, ſeu analogiam brutis attribuitur, quatenus ex naturali indignatione eandem rationem operandi obſervant, ut advertit idem *D. Thom. in* 3. *diſt.* 23. *q.* 1. *art.* 4. *quæſtiun.* 2. Mos proprie tantum in liberis actibus reperitur, nam genus moris incipit ibi, ubi dominium voluntatis invenitur, ut idem *D. Thom. notavit in* 2. *diſt.* 24. *q.* 3. *art.* 2. & poſt illum tradit *Suar. lib.* 7. *de legib. cap.* 1 *nu.* 3. In uſitatiori apud latinos acceptione mos eſt longa conſuetudo, ut dixit *Salas de legib. diſp.* 19. *ſect.* 1. *num.* 4. & in hunc ſenſum accipitur ab *Iſidoro in præſenti.*

2 Mos quàm antiquior ſit legibus, poteſt colligi ex Platone dum affirmat, ius hoc nō ſcriptum, ſcripto eſſe vetuſtius, & certē negari non poteſt moribus homines priuſquam legibus uſos

uſos fuiſſe, de quo latiùs *Conan. lib. 1. jur. civilis cap. 10. nu. 2.* atq; leges ſine moribus nihil proficiunt, ut ex Poetis, & Philoſophis tradit idem *Conan. nu. 4. poſt med. Plautus* ludens in leges 12. tabul, quæ in æs inciſæ pendebant in foro, cum interim pravi mores, & corrupti dominarentur in civitate, ſic elegantér dixit.

Moris leges perduxerunt poteſtatem ſuam;
Neq́, magis ſunt ijs obnoxij, quàm parentes liberis.
Hæ miſeræ etiã ad parietem ſunt fixæ clavis ferreis,
Vbi malos mores adjigi nimio fuerat æquius.

3 Differentia inter morem, & conſuetudinẽ ſecundùm Varron. illa eſt, quòd mos eſt in iudicio animi conſtitutus, quem ſequi debeat cõſuetudo, qui ſcilicet omnium iudicio firmo, & certo cõprobatur, uſq; adeo ut conſuetudinem inducat, ideſt, ab omnibus cũ res poſtulat, uſurpetur; & ita mos animi eſt, & voluntatis; cõſuetudo autem actionis; ille præcedat, hæc ſequatur; & non tam brevi tẽpore perficiatur, quàm mos ipſe; multis comprobat *Conan. d. n. 6. ad med.* & de eadem differentia inter morem, & cõſuetudinem, vide *Prompt. jur. tom. 1. verbo conſuetudo in principio. Rebuf. ad leg. Gal. 3. tom. in præfat. tit. de conſuetud. n. 38. Roch. de cõſuetud. ſect. 1. n. 23.* Hoc etiam videtur differre inter morem, & uſum, quòd uſus tam defrequẽtia actuũ, quàm de ſingulis actibus dici poteſt, mos autem non dicitur propriè de uno actu, ſed de frequentia actuũ ſimilium; trádit *Suar. de legib. d. lib. 7. c. 1. n. 3. ad fin.*

4 Sed quæritur quanto tempore, & quot exemplis mos induci poſſit? Nonnulli ſatis eſſe putãt bis factum eſſe aliquid, ut dicatur ſolitum fieri, & ex eo morẽ induci, ſed hoc falſum eſt, nec ex eo quod quis ſemel, aut bis fortiter ſe geſſit, morem ſibi fortis animi confirmavit, multò minus duorum, vel trium civiũ factum, morem afferet cæteris civibus, ut quod illorũ exemplo fiet, ex more civitatis factũ eſſe putetur. Attamẽ cum mos multa exercitatione, & diuturno tẽpore acquiratur, certis limitibus præſcribi non poteſt, ſed tantum tempus eſſe debet, quantum ſufficiat ad civium voluntates, conſtãtiam, perpetuitatem q; demonſtrandũ, quod pro rei magnitudine, gravitate, & cõditione iudex non imperitus ęſtimare poterit: advertit *Conan. d. lib. 1. c. 10. n. 6.* annotavit *Macrobius* in illud *Virg. 7. Æneid.*

Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima rerum
Roma colit.

Planè de moribus vide etiã, quæ ſcripſi ad *cap. diuturni* infra *diſt. 12. Miſcel. lib. 4. Parergon cap. 21.*

CAP. Conſuetudo. V.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinis definitio.*
2 *Triplex eſt conſuetudo.*
3 *An abroget legem humanam?*
4 *Quando poſſit abolere legem in qua eſt clauſula non obſtante conſuetudine.*
5 *Quot actibus conſuetudo introducatur?*
6 *Conſuetudo non præſumitur, & quomodo probetur.*
7 *An ſint perſonæ, quæ non poſſint conſuetudinem inducere?*
8 *Conſuetudo an ſit ius non ſcriptum?*
9 *Gloſſa approbatur.*
10 *Secũdum conſuetudinem eſt judicandũ.*

IBI, Conſuetudo. Quæ multipliciter à DD definitur *in Rubr. & cap. Fin. de conſuetud. Bart. in l. De quibus*, & ibi ſurdiſæ *ff. de legib. Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 10. nu. 153. & 8. Emman. Roder. de regul. tom. 1. q. 69. art. 1. in princip. Rebuf. ad leges Gal. 3. tom. in præfat. tract. de conſuetud. nu. 1. & 43. Azor tom. 1 inſt. moral. lib. 5. cap. 17. in princip. Salas de legib. diſp. 19. ſect. 1. nu. 4. & 6. Suar. lib. 7. de legib. cap. 1. nu. 1.* & ante illos *D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3.* Sed definitio Iſidori in præſenti licet ab aliquibus impugnetur, ſatis defenditur à *Suar. ubi proximè n. 5. 6.* & ſeqq. *Reginald. in praxi lib. 13. c. 23. n. 241.* 1

Triplex eſt conſuetudo, una ſecundũ legem, alia contra legẽ, tertia præter legem. Cõſuetudo ſecundũ legem humanã duobus modis dicitur; primo quia legẽ ipſam interpretatur, & declarat; ſecundo quia ipſam confirmat. Conſuetudo contra legem aliquando eam abrogat, ut ſtatim dicemus; Cõſuetudo præter legem eſt etiam illa quæ aliquãdo legem extendit, ut V. g. ſi lex initio lata ſit ſolum pro laicis, poſtea verò per cõſuetudinem ad clericos ſe extẽdat, iuxta notata *in cap. Cum cauſa de ſententia, & re jud.* ubi *Abb. n. 4.* & quæ notat *Covar. in 4. Decretal. 2 p. cap. 6. §. 6. n. 8.* colligũtur hæc ex *Abb. in cap. Vlt. n. 28. de cõſuetud. Azor d. lib. 5. cap. 17. verſ. Secundo quæritur, & cap. 18. verſ. Primo quæritur. Salas d. diſp. 19. nu. 12. & 15. ſect. 2. Suar. d. lib. 7. cap. 4. nu. 14.* & ſeqq. 2

Dubiũ eſſe poteſt, an conſuetudo legi humanæ contraria, illam abroget? Tu omiſſis multis reſponde, legem humanam, ſive canonicã, ſive civilem poſſe cõſuetudine abrogari. In hoc conveniunt Theologi cũ *D. Th. 1. 2. q. 97. art. 3.* Canoniſtæ *in cap. Vlt. de conſuetud.* Legiſtæ *in l. De quibus ff. de legib.* multa congerunt *Azor d. c. 17. verſ. Septimo quæritur. Salas d. diſp. 19. ſect. 3. n. 18. Roder. de regul. tom. 1. q. 69. art. 1. verſ. Secundum dicit Suar. d. lib. 7. cap. 18. nu. 2.* Quot nam ſint neceſſaria ut cõſuetudo cõtra ius, ſive legem vires obtineat? Cõſule eundem *Azor. ubi proxim. verſ. Octavo quæritur. Roder. verſ. Secunda cõditio. Salas n. 20. Suar. n. 3.* et ſeqq. Quantũ tẽporis requiratur ut conſuetudo præcribat contra legem? Vide *Azor d. c. 17. verſ. Sexto quæritur. Salas d. diſp. 19. ſect. 4. Suar. d. cap. 18. a n. 11. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 83. Reginald. in praxi lib.* 3

13.cap.23.n.253. Quæ autē conſuetudo irrationabilis iure cenſeatur, vide eund. *Menoch. caſu* 82.

4 An autem conſuetudo poſſit abolere legem, in qua eſt clauſula derogatoria, non obſtante quacumq; conſuetudine? Cōſulendi ſunt *Sot.lib.* 1. *de juſt.q.*7.*art.*2. *Vaſq* 1.2.*diſp.*177.*cap.ult. Azor d. lib.*5.*cap.*17. *verſ. Decimo quæritur. Molin. tom.* 1. *de juſt. tract* 2 *diſp.* 77. *Gutierr.* 3. *practicar. cap.* 32. *Covar.*3.*variar. cap.*13. *nu.* 4. *Cevallos in pract.quæſt. q* 704. *per totam, Salas de legib. d. diſp.* 19. *ſect.* 7. *Suar. cap.* 19. *nu* 18. & ſeqq. An lex improbans conſuetudinem,cenſeatur ſolum præcedentem tantùm,& non ſubſequentem improbare? vide *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.*23. *nu.* 254. poſt *Covar. lib.* 3. *variar. cap* 13. *nu.* 4.

5 Deinde ſciſcitabere quot actibus, & quanto tempore conſuetudo præter legem introducta cenſeatur? *Azor d. cap.* 17. *verſ. Nono quæritur ad med.* poſt *Abb. in cap. ult. de conſuetudine nu.* 11. & alios, dicit ſufficere decennium, quoniam id longum tempus reputatur; conſentit *Farinac* 3. *tom q.*95.*nu.*33. *Salas d. diſp.* 19. *ſect.* 12.*nu.*26.*verſ. Sed hæc.* At illis litem movet *Iurisconſult.in d l de quibus ff de legib.*ibi.*inveterata conſuetudo*, decennij autem ſpatio non video quæ dici poſſit inveterata conſuetudo, hoc enim verbum ſignificat longum quoddam tempus non certū, aut definitum,ſed pro rei conditione,cui iungitur,modò longius, modò brevius. Vndē ſemper mihi viſa verior opinio,quæ docet totū hoc à iudicis arbitrio pendere,ut elegantér tradit *Conan.lib.*1. *cap* 10.*nu.*6.*ad med.* & poſt *Rebuf. Corraz.* & alios cōmendat *Menoch. de arbitrar. lib.*2.*caſu* 81.*n.*4. & ſeqq. Adde de materia latiſſimé *Suar.d.lib.*7.*cap.* 10. & ſeqq. & poſita *ad cap. Fruſtra nu.* 3. infra *diſt.*8. *& ad cap. Conſuetudo nu.*3. infra *diſt.* 12.

6 Cum conſuetudo ſit quid facti, nunquā præſumitur, & ſic per allegantem probanda eſt, ut tradit *Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 32. Rebuf. ad leges Gallia 3. tom. tract. de conſuetudine Gloſſa 3. num.* 1. quomodò autem probari debeat,& teſtes debeant ſuper eam deponere? dicunt omnes eſſe difficillimum,ut tradit *Gloſſa in cap.Fin. de conſuetud.* Tu dic conſuetudinem probatam à Principe per libri, & articuli exhibitionem bene conſtare. Probatur ſecūdò,ſi judex inter duos cauſa cognita per ſentētiam definitivam pronūtiaverit, talem eſſe conſuetudinem. Tertio probari poteſt per advocatos, procuratores,& notarios, de quibus judex etiam ex officio ſe informare debet. Alios modos conſuetudinem probādi,vide latiſſimé p *Rebuf.dict Gloſſ 3. á n.*2.*uſq; ad n* 41.

7 Dubitatur ultimò an ſint in jure aliquæ perſonæ,quæ non poſſint cōſuetudinem inducere? Ad quæſtionem reſpondent *Alb. conſil.* 53. *nu.*1. *p.* 2. *Emman.Roder. de regular. tom.* 1. *q.* 69.*art.*1. *in fine. Azor tom.*1 *cap.*18.*verſ Vndecimò quæritur. Tiraq. de primogen. q.* 16. *nu.* 1. & antè illos *Præpoſitus in cap. Fruſtra. nu.* 10. *diſt.* 8. ubi citat *Bart.* Itaq; nentes mulieres, amentes, furioſos, & puerōs non poſſe inducere conſuetudinem, ex ea ratione,quia legem condere nequeūt per *l.*1. *ff de legib.* Ego ſi regulariter loquantur,illis aſſentio, ſi autem intelligant nequire à matronis cōſuetudinem induci earum rerum,quæ ſunt muliebris officij,contrarium exiſtimo:ut de obſtetricibus,nutricibus,ancillis, earūq; ſallarijs,& ſimilibus negotijs, diuturnus honeſtarum fœminarum uſus,vim,authoritatemq; habet conſuetudinis, ut elegantér contendit *Conan. lib.*1. *jur. civil. cap.*8. *nu.*5. *Salas de legib diſp.*19. *ſect.*6. *nu.* 59. *ante finem,* poſt alios *Balbus centuria* 2. *diſp.*117.

In textu ibi, Cum deficit lex. 8

Contrarium ſuadetur,quia ſæpe contingit leges conſuetudinis eſſe ſcriptas, quales cenſentur eſſe leges feudorum, & in Hiſpania leges, quæ fori dicuntur; Ergo eſſe ius non ſcriptum, non eſt de ratione conſuetudinarij juris: ſed reſpōdetur,propriū ſenſum,& rationem illius particulæ,*cum deficit lex*, eſſe ius conſuetudinis ſolere introduci in defectum legis: nam ubi ius ſcriptum ſupponitur, non eſt neceſſaria conſuetudo, quæ ius introducat, cum lex ſufficiat; ita *Suar. de legib. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 1. *&* 2.

In Gloſſa verbo, Inſtitutū, ibi, Vel tolerantia. 9

Comprobat ex aliis *Iaſ. in l. De quibus.nu.*59. *ff. de legib.* ubi tamen dubitat; ſed hæc receptiſſima eſt ſententia, ut per *Roth. in cap. Fin. de conſuetud. ſect.* 4. *nu.* 36. *& ſect.* 8. *nu.* 27.

In Gloſſa verbo, Cum deficit, ibi, Eſt iudicandum. 10

Docet Gloſſa in iudicio contentioſo eſſe iudicandum, ſecundùm conſuetudinem etiam contrariam iuri ſcripto, ſi talis cōſuetudo, ſit rationabilis,& præſcripta; ſequitur *Sylveſt. verbo, Conſuetudo* 5. 19. *nu.*23. quod etiam extendit ad conſuetudinem non præſcriptam, dummodo ſit à Principe ſcita, & tolerata.

CAP. Ius autem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus trifariā ius dividit in naturale, civile,& gentiū,& de juris ethymologia.*

PErgit Gratian.ex doctrina Iſidori,ut palam faciat definitionem iuris,qui illud trifariam dividit in naturale, civile, & gentium; De ethymologia iuris in cōmuni,vide quæ ſcripſimus ad caput *Ius generale nu.*1. *&* 2. *hac eadem diſt.* quibus adde *Azor lib.*5 *inſt.moral. tom* 1.*cap.*1.*verſ. Primo quidem,& de inceps, Valent. tom.* 2. *diſp* 7 *q* 4. *puncto* 2. *Sot.lib.* 3. *de juſt. art.*1. *Suar.lib.*1.*de legib. cap.* 2, *Robert, lib.* 3.*receptar. cap.* 12. *Vaſq. lib.* 1. *de la-* 1

declarationum cap. 3. Vualter. lib.2.miſcelanior. cap.7. De jure autem naturali, civili, aut gentium dicemus infra capitulis ſubſequentibus.

CAP. Ius naturale. VII.

SVMMARIVM.

1 *Iure naturali utebantur primi homines.*
2 *Humanæ menti inſidet.*
3 *An ſit quod natura ōnia animalia docuit?*
4 *Inſtinctus naturæ duplicitèr accipitur.*
5 *Educatio liberorum eſt de jure naturali.*
6 *Libertas eſt dē jure naturali.*
7 *De jure naturali eſt, ut res depoſita reſtituatur deponenti.*
8 *Vera littera textus reponitur.*
9 *Gloſſa intellectus, & labor.*

1 IN textu ibi, Ius naturale. Iūre naturali viſi ſunt uti primi homines, rudes quidem, & agreſtes, cæterū expertes cupiditatis, & æmulationis. Nulla tum furta, nullæ cædes, nulla cōmercia, nulla ipſis regnandi libido, cum regnum nullū noviſſent, ſed in montibus, & ſylvis habitaſſent, ut ait *Lucretius.*

Quod ſol, atq; imbres dederant, quod terra creabat
ſponte ſua, ſatis id placabat pectora donum:
Nec commune bonum poterant ſpectare, nec ullis
Moribus inter ſe ſcibant, nec legibus uti:
Quodcumq; obtulerat prædæ fortuna, ferebat
ſponte ſua, ſibi quisq; valere, & vivere doctus.

Seneca in Hyppolito.

Nullus ijs auri fuit
Cæcus Cupido, nullus in campo ſacer
Diviſio agros arbiter populis lapis.

His igitur primi ſęculi hominibus nullę fuerūt leges cognitæ, præterquam de maris, & fœmine coniunctione, liberorumq; procreatione, ut ex *Vlpiano varijs in locis,* tradit *Conan. lib.1. juris civilis cap.4.n.4.* Porro de jure naturali laté agunt *Fercatul. Dialogo 37. & in Aviario cap.2. Corraſ. lib.6. miſcelanior. cap.25. Pinel. in Rubr. de reſcind. vendit. p.1.n. 11. & 19.* poſt alios *Pichard. inſt. de jur. naturali n.1.*

2 Ius naturale pro ut pertinet ad noſtrū inſtitutū, eſt illa lex, quæ humanæ menti inſidet, ad diſcernēdum honeſtū à turpi, iuxta illud *Pſalm. 4.n.4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe.* ut explicuit *D. Tho. 1.2.q.91.art.2.* ſenſit *Cicero lib.2. de legib. Eſt enim ratio, mensq; ſapientis ad jubendum, & ad dēterrendū idonea.* ut poſt illos explicat *Suar. lib.1. de legib. cap.3.nu.8. & 9. Ambroſ. etiam Epiſt.71* ait *Naturalem legem infudit Deus ſingulorum pectoribus:* ſed noſter textus forſan aliter intelligitur, ut infra *nu.4.* De lege verò naturali multa agūt *Salas de legib. diſp.5. ſect.1. & ſeqq. ubi ſect.5.* quod ad legem naturalem non ſolùm quædam principia, ſed etiam cōcluſiones pertinent, *Vaſq. 1.2. diſp. 157. cap.1. & ſeqq. Suar. de legib. lib.2. cap.4. & ſeqq. Molin de juſt. tract.2. diſp.4. Zacius de jur. civilis interpretatione tit.2. Tyber. Dec. tract. crim. lib.2. cap.6. & 7.* laté *Abb. in cap. Cum tanto nu. 23. de cōſuetud. Valent. tom.2. diſp.7.q.4. punct.3. & ſeqq. Reginald. in praxi lib.13. cap.4.n.31. & ſeqq. & cap.5. nu. 41. & ſeqq.* qui latiſſimè differunt, in qua materia verſetur lex naturalis, utrum ſit mutabilis, an poſſit quis eximi ab eius obligatione? Adde poſita ad initium *diſt. 5. nu. 2.*

Vlpian. in l.1.§.2.ff. de juſt. & jur. ait, *Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit.* Eandem definitionē probavit *Iuſtin. in §. Ius naturale inſt. de jure naturali,* quos ſatis irridet *Laurent. Valla li. 4. elegant. cap.48.* abſonum enim videtur ius aliquod conſtituere cōmune bellūis, & hominibus, cum belluis nulla ratio juſtitiæ cōmunis ſit; cum ſequitur *Vaſq. d. diſp.157. cap.1. nu.4.* At non fuerunt in ea ſententia *Vlpianus,* & *Iuſtinian.* ut putarent quidquid ipſa natura docuit omnes etiam beſtias, ius eſſe: ſed ius quo videtur cætera quoq; animalia eſſe edocta, naturale appellari: quia cum ſolius hominis ſit, ad id tamen cætera animantia vi quadam naturali ſua ferūtur, perinde ac homines ipſi ſua inſita, & ingenita ratione. Vnde lex naturalis non attribuitur animantibus ſecundum proprietatem, ſed ſecūdum metaphoram. Ita eleganter *Conan. d. lib.1. cap.4.nu.7. Suar. d. lib.1. de legib. cap.3.nu.8.* 3

Ibi, Inſtinctu naturæ. Inſtinctus naturę dupliciter accipitur, vel enim importat inclinationem à natura inſitam non præmiſſo rationis diſcurſu; vel importat inclinationem non ita inſitam, ſed potius præmiſſo rationis diſcurſu acquiſitam, qua ſcilicet aſſentimur, his quæ iudicamus bona, & declinamus contraria: & de hoc poſteriori inſtinctu rationis, agit textus in præſenti; ſic ſano ius naturale de quo hīc, nō eſt illud, quod noſtris mentibus eſt inſcriptum, ſed potius illud, quod dictamine rationis naturalis ſecundū primævam rerum naturam inter omnes homines conſtat; quod noſtri ius gentium primævū appellant, conſonant exempla præſcripta ab Iſidoro in præſenti quidquid *Covar. in reg. Peccatum 2.p.§.11.nu.4. & 5. Navar. in cap. Fraternitas 12. q.2. nu.15.* contendat doctrinam Iſidori circa exempla de quibus hic, pugnare cū Iurisconſultis *in l. Veluti, & in l. Vt vim ff. de juſt.* 4

Ibi, Educatio liberorū. Vnde cū hæc neceſſitas ſit de jure naturali, conſequitur filium, qui accepta portione, remiſit patri neceſſitatem alendi, adhuc egeſtate preſſum poſſe petere alimenta, ex *Felin. in cap. Si diligenti nu. 5. de foro cōpetenti,* etiamſi iuraſſet ſe non petiturum ex *Marian. ibidem nu. 13.* quidquid in hoc opinetur 5

Dec. in l. Pactæ nu.26. Cod.de pact. & in l. Vnica sanguinis nu. 2. & 3. ff. de regul. jur. & an hoc procedat, si filius dolo, vel lata culpa bona dissipasset. Vide *Guilhelm. in cap. Raynutius verbo in eodem relinquens in primo nu.* 222.

6 Ibi, Et omnium una libertas. Vide *Navarr. in cap. Ita quorundam notab.* 11. *Gloss. pen. á nu.* 1. *Covar. in Reg. peccatum* 2. *p.* §. 11 *nu.* 5. qui latè disputant utrum aliqua sit servitus inducta jure naturali, resolvences servitutem esse proprie cõtra ius naturale, quoad statum innocentiæ, quia est contra ius naturale dictans, ne quis in eo statu esset servus; quoad statũ autem post peccatum non esse contra ius naturale, immò potest dici secundum ius naturæ, quatenus est quædam pœna determinata jure humano pro delicto, quod jure naturæ castigandum est, ut sentit *D. Thom. in* 4. *dist.* 36. & post illum *Navarr. ubi proximé nu.* 10. & 11. Nam servitus legalis iuregẽtium ex misericordia ad tẽperandum belli rigorem, fuit instituta, cum enim jure belli licitum sit hostes occidere *cap. ab illo* 14. *q.* 4. *cap. Qui culpatur* 23. *q.* 1. nihil æquius ad temperandum belli rigorem existimari potuit, quam quod illis qui absq; victorię periculo servari possent, vita quidẽ ex misericordia donetur, *cap. Noli in fine* 23. *q.* 1. dummodo ad coercendam eorum audaciam pœna servitutis, veluti meliori quadam morte mulctentur.

7 Ibi, Item depositæ. Probat Isidorus esse de jure naturali dominium rei depositæ, restituendæ deponenti, de quo latè agit *Sot. lib.* 4. *de just. & jure q* 3. *art.*1. At *Hotoman. in l.* 1. *nu.*9. *ff. de just. & jure*, satis reprehendit Isidorum in prætenti, quem tamen defendit *Pinel. in Rubr. de rescindend. p.* 1. *cap.* 1. *nu.* 16. *ad fin.* quod tamen limita ex *D. Thom.* 2.2 *q.* 57. *art.* 2. *ad primum*, nisi ex nova circunstantia ius hoc naturale non obliget, ut si deponens reddatur furiosus, vel Reip. hostis, & periculum verisimile alteri nocendi timeatur.

8 Ibi, Cõmendatæ. Sic enim legendum est, non cõmodatę, ut malè in vulgatis Codicibus olim legebatur, & apud *Vaconium lib.* 2. *declaration. cap.* 43. *nu.*4. quia pecunia non cõmodatur, sed mutuatur, ut in principio *inst. quibus modis re contrahitur obligatio*, & *in* §. *Itẽ is cui, eodẽ tit.* nisi in casu. *l.* 4. *ff. Cõmodati.* observat *Pichar. in* §. *Præterea n.* 13. *eod. tit.*

9 In Glossa verbo, Communis. Laborat Glossa, ut ad cõcordiam reducat verba textus, ibi. *Communis possessio*, & ibi *Acquisitio eorum*: contraria namq; intra se sunt isthęc duo, nempe cõmunio rerum, & illarum acquisitio, seu appropriatio, de quo vide *Innoc. in cap. Quod super n.* 1. *de voto. D. Thom.* 1.2. *q.* 94. *art.* 5. *ad* 3. *Sot. de just. lib.* 4. *q.* 3. *art.* 1. *ad* 2 *Conrad. de contractib. tract.* 1. *q.* 10. *concl.* 3. *Fortunium in l.* 1. §. *ius naturale á n.* 72.

CAP. Ius civile. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius civile cur sic dictatur?*
2 *Origo, & divisio juris civilis.*

IN textu ibi, Ius civile. Civile ius vocatur, quia civitatum proprium est. Civitas appellatur quicumq; populus ijsdem moribus, & legibus gubernatus: nulla alia ratione differt ius civile ab eo, quod gentium dicitur, quam quod unum civium tantum, alterũ omnium commune est hominum, utrumq; ad eorum utilitatem, quibus imperat spectans; multis comprobant *Conan. lib.* 1. *juris civilis cap.* 4. *nu.* 1. *ubi nu.* 4. quales primæ leges civiles, & antiquissimę fuerint. De origine autem juris civilis Rõmanorũ, vide latè eundẽ authorẽ *d. lib.* 1. *c.* 12. 1

At de origine, causa, & divisione iuris civilis, vide *Zazium de juris civilis interpretatione tit.* 4. *Budæum ad pandect. in annotation. l. Ius civile ff. de just. & jure fol.* 10. & 11. *Conan. d. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 1. *Azor lib* 5. *instit. moral. cap.* 1. *vers. Secundo dividitur, tom.* 1. latissimè *Tyber. Decian. tract. criminum. lib.* 2. *cap.* 23. *Salas de legib. disp.* 2. *sect.* 7. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 21. *Ferand. lib.* 1. *explicationum cap.* 5. refert alios *Pichard. inst. de jure naturali* §. *Sed ius quidem nu.* 1. & seqq. ex quibus resolve. Ius civile scriptum constare sex partibus; legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, edictis prætorum, constitutionibus principum, responsis prudentum: ut colligitur ex *l. Ius civile ff. de just. & jure* §. *Constat autem inst. de jure naturali*, quanvis *in l. Necessarium*, §. *Postea vers. Augescente, &* §. *Ita in civitate ff de origine juris*, septem partes cõnumerẽtur, adijcitur ibi alia pars, nempe legis actiones, & in *l. Ius gentium* §. *Prætor ff. pactis*, solum recensentur quinque partes: De quibus omnibus infra separatim agemus. Ius scriptum ex Atheniensibus promanasse videtur; ius non scriptum à Lacædemonijs initium habuit, ut tradit *Pichard. in dict.* §. *constat. nu.* 2. & 3. 2

CAP. Ius gentium. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ius gentium quare sic dictum?*
2 *An ad ius naturale, seu positivum sit revocandum?*
3 *Opinio Authoris.*
4 *An tantum concedat, vel etiam aliquid prohibeat?*
5 *Quæ sint juris gentium?*

Potest

6 *Poteſt quis rem propriam, authoritate propria ſurripere.*

7 *Captus in bello an peccet fugiendo?*

1 IBI, Ius gentium. Nominatur autem ius gentium, quòd eo utantur omnes homines, qui in gentẽ aliquam, ſocietatemq; ſunt congregati. Eſt enim gens, hominum multitudo eiſdem moribus utentium, dicta quaſi genus literæ, *V*, detracta Nam cum homines eiuſdem eſſent cognationis, & generis, ex nimis ampla familia in multas familias commigrarunt, ex quibus vicinitatem quandam ſibi conſtituerunt. Eſt ergo ius gentium, quo homines utuntur, non tanquam homines, ideſt rationis participes animãtes, ſed tanquam gentes, & in populi formam aliquam ſociati. Explicat elegantèr *Conan. lib. 1. juris civil. cap. 5. nu. 2.* & ſeqq. Adde latè *de jur. gentium Zazium de juris civilis interpret. tit. 3. Azor lib. 5. inſtit. moral. cap. 1. verſ. Secundo dividitur, tom. 1. Vaſq. 1. 2. diſp. 157. cap. 3.* & ſeqq. *Salas de legib. diſp. 2. ſect. 3.* & ſeqq. *Suar de legib. lib. 2. c. 18.* & ſeqq. *Tyber. Decian. tract. crimin lib. 2. cap. 8. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 4. nu. 40.* & ſeqq. *Forcatul. Dialogo. 30 Pinel. in Rubr. de veſtind. vendit. p. 1. cap. 1. n. 3. Roſcium lib. 2. memorabilium cap. 8.* poſt alios *Pichard. inſt. de jure naturali §. Ius autem nu. 1.* & ſeqq.

2 At difficultas oritur, an ius gentium ad ius naturale ſit revocandũ, an verò ad ius poſitivũ? Prima ſententia eſt. Ius gentium ſub jure naturali latè dicto, comprehendi, quam tenet *Anton. Vacca ad l. 1. §. Ius gentium ff. de juſt.* citans *Corraſium lib. 6. Miſcel. cap. ult. Azor lib. 5. cap. 1. verſ. Secũdo dividitur.* Secunda eſt opinio, ius gentium partim ſub naturali, partim ſub poſitivo comprehendi, *Bart. in l. Ex hoc jure ff. de juſt. & jur. n. 9. &* 10. & ibi ſcribentes *Menchaca 1. de ſucceſſion. creat. §. 1. nu. 2. & 3. primo controverſiar. cap. 10. nu. 18.* dicit receptiſſimũ. *Bolognet. in Rubr. de verbor. obligat. nu. 20.* & ad hoc reducitur, quod noſtri vulgariter docent. Ius gentium aliud eſſe primarium, aliud ſecundarium, de quibus per *Conan. d lib. 1. cap. 5. nu. 3.* plures quos refert *Salas diſp. 2. ſect. 2. n. 16.* Tertia eſt opinio, firmans omne ius gentiũ proprié ſumptum eſſe poſitivum, ita tenet *Sot. lib. 1. de juſt. q. 5. art. 4. & lib. 3. q. 1. art. 3. Molin. tom. 1. de juſt. tractatu 1. diſp. 3. & 5.* alios refert, & ſequitur *Salas ubi proximè nu. 18.*

3 Ego ſentio magna ex parte quæſtionem eſſe de nomine: nam ſi conſtet aliquid eſſe de lege naturæ, parum refert dicere eſſe quoque de jure gẽtium; quia gentes cõmuniter eo jure utũtur: Sentio etiam ius gentiũ ſimpliciter ſumptũ eſſe humanum, & poſitivũ, ut comprobat *Salas ubi ſupra ſect. 3. nu. 21. §. 4. Suar. d. lib. 2. cap. 19. nu. 3.* neq; ab hac ſententia diſſentiunt juriſtæ, qui ius gentiũ diſtingunt in primarium, & ſecundariũ, & prius dicunt includi in iure naturali, poſterius verò eſſe poſitivum humanum. Hæc enim diviſio tantũ differt in uſu vocis, nam verè coincidit cum ſuprapoſita opinione. Quia illud ius gentium primævũ, naturale eſt, ſolumq; denominatur gentium, quia illo gentes cõmuniter utuntur. Nos autem loquimur quatenus ius ab origine, & authoritate denominatur, & hoc eſt illud ſecundarium, quod juriſtæ fatentur eſſe poſitivum humanũ. Vide *Suar. ubi proximè n. 4.*

Alia quæſtio pullulat an ius gentium aliquid præcipiat, vel prohibeat, an ſolum cõcedat, vel permittat? *Vaſq. diſp. 157. cap. 3.* poſt *Conan.* quem citat *lib. 1. juris civilis cap. 6. nu. 5.* exiſtimat ius gẽtium pro ut à naturali diſtinguitur, non cõtinere ſub ſe præcepta, aũt prohibitiones, ſed ſolum conceſſiones quaſdam, ſeu facultates aliquid agendi, vel non agendi; quod Vaſquez cõprobat ex noſtro textu, ubi *Iſidorus* non definit ius gentium, ſed tantum illud explicat p quædam exempla. Contrarium tamen tenendum eſt cũ *Suar. lib. 2. de legib. c. 18.* quem latè conſulat lector. 4

Quæ autem ſint juris gentiũ, & de exemplis relatis ab Iſidoro in præſenti, firmante illa omnia ad ius gentiũ pertinère, ſunt videndi *Covar. in Reg. peccatũ 2. p. §. ij à princip. Navarr. in cap. Ita quorundam notab. ij. Gloſſ. penult. nu. 3. Molin. de juſt. tract. 5. diſp. 9 nu. 1. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 10. Vaſq. 1. 2. diſp. 157. c. 3. & 4. Suar. de legib. lib. 2. cap. 18. per totũ.* Ego multa prętermitto, brevitatis cauſa. 5

In Gloſſa verbo, *ſedium* ibi, Niſi forte. Collige ex Gloſſa poſſe quemquam rem propriam à non Domino occupatam ſua authoritate, ſine peccati reatu ſurripere; quod tamen moderandum eſt, quãdo nullo pacto apud judicem poterit rem propriam obtinere, & talis occupatio fiat ſine ſcandalo, aut læſione proprię famæ, vel alterius, ut poſt *Caiet. Sylveſt.* & alios tradit latè *Covar. lib. 1. variar. c. 2. n. 15.* quibus adde *Rebuf. in l. Vnic. C. de ſentent. quæ pro eo notab. 9. n. 13. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 13. n. 9.* 6

In Gloſſa verbo, *ſervitutes*, ibi, peccat taliter captus. Tenet Gloſſa peccare captũ in bello juſto ſi à Dño fugerit, quia fugiẽdo ſui ipſius furtum cõmittit, quam Gloſſam dicit cõmuniter receptam *Covar. li. 1 reſolut. c. 2. n. 10. verſ. in Secunda etiam:* latè *Mol de juſt. tom. 1. diſp. 120. & 121. Gloſſ. verbo Reſtituat in cap. Sicut 29. de jure jur.* Quod tamen limitant prædicti D. D. niſi taliter captus ad ſuam patriam redeat, ſequitur *Vaſq. 1. 2. diſp. 174. cap. 1. nu. 8.* & ſeqq. An juſtè captus damnatusq; ad mortem, aut aliam corporis pœnam poſſit abſq; peccati labe à carceribus fugere? vide latè eundem *Covar. ubi ſupra*, & quos ibi citat, ultra illos *Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 13. nu. 6.* & ſeqq. affirmativè reſolventes, latè, & elegantèr *Vaſq. ubi proximè cap. 2. & 4.* 7

CAP. Ius militare. X.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *Præda belli quomodo dividenda?*
3 *Res immobiles principi acquiruntur.*
4 *Principis portio eſt quinta pars.*

1 IN textu. Meminerunt huius textus *Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. l. 3. Gloſſa 4. Repertorium Inquiſitorum verbo Ius. verſ. Ius militare, ubi additio litera C.*

2 Ibi, Prædæ diviſio. Id enim militaris diſciplina poſtulat, ne iniqua forte præda eorũ ſit, qui omiſſis hoſtibus, eam dumtaxat ſectantur, ut optimè exponit *Alciat. in l. 1. nu. 10. ff. de acquirenda poſſeſſion.* poſt illum *Luſit. Cabed. deciſ. 88. nu. 7. tom. 2.* qui textum adducit.

3 Ibi, juſta diviſio. Res immobiles Principi, aut Rei pub. bellum gerentibus acquiruntur, cum ab hoſtibus vendicantur *l. Si captivus §. Expulſis in fine ff. de captivis,* & ideo civitates, aut caſtra capta ab infidelibus non efficiuntur capientium, ſed Regis, ut poſt *Bart. Alexandr. Alciat.* & alios, tradit receptum *Covar. in Reg. peccatum 2. p. §. 11. nu. 6. verſ. Res autem, Cabed. dicta diſt. 88. num. 6.* Res verò mobiles capientium efficiuntur; debent tamen tradi Duci exercitus, ut is eas dividat inter milites, iuxta cuiuslibet dignitates, & merita, ut probat noſter textus, & ex illo deducunt *Covar. d. verſ. Res autem. Cabed d. deciſ. 88. num. 7.*

4 In fine ibi, Principis portio. Quæ portio eſt quinta pars, ſecundum *Lopez l. 4. tit. 26. part. 2. Gloſſa 1. Sic, & quinta pars frugum dabatur Regi Ægipti. Geneſ. cap. 47. num. 24.* Si tamen Rex vicerit prælium, debet ei dari dux maior exercitus hoſtium, ſi captus fuerit, cum ſuis mulieribus, una, vel, pluribus, & cum ſũis filijs, & hominibus ſervitoribus, & cum rebus ſuis mobilibus, ut per eundem *Gregor. l. 5. in principio ubi ſupra.*

CAP. Ius publicum. XI

SVMMARIVM.

1 *Dicitur ius publicum quaſi populicum.*
2 *Leges inducentes ſolemnitatem pro forma actus, ſunt juris publici.*

IN textu ibi, publicum. Et dicitur ius publicum, quaſi populicum, quod ius indubitatiſſimi iuris eſt, non poſſe privatorum pactis immutari. Vide circa utrumq; *Conan. lib. 5. juris civilis cap. 5. nu. 3.* verſatur q; in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus, ut ex Iſidoro in præſenti deducit. *Repertorium Inquiſitorũ verbo Ius verſ. Ius publicum.* 1 3

Notabis inſuper omnes leges eſſe juris publici, quæ ſolemnitatem aliquam inducunt pro forma actus, docet *Bart. in l. Ius publicum nu. 2. ff. de pactis Paul. in l. 2. nu. 12. Cod. illo tit.* ubi *Dec. nu. 27.* id q; tanquam receptum pertranſit *Felin. in cap. Si diligenti à nu. 8. de foro compet. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 3. nu. 8.* qui de multiplici jure publico loquitur. 2

CAP. Ius quiritum XII.

SVMMARIVM.

1 *Ius quiritum, primum Archagatho Medico datum fuit.*
2 *Infideles ſubditi Principis Chriſtiani, tenẽtur obſervare leges.*
3 *Imperator an ſit dominus mundi?*

IN textu. Deducitur ab *Iſidoro li. 5. ethymolog. cap. 9.* & vide *Repertorium Inquiſitorũ verbo Ius quiritum fol. 507.* Adde ex ſententia *Alexandri ab Alexandro lib. 4. cap. 10. col. 3.* Ius quiritum primum Archagatho Medico cum Taberna in compito Acilio, datum fuiſſe, cuius meminit *Plinius de naturali hiſtoria lib. 29. cap. 1. ad med.* vide *Manic. lib. 2. de conjecturis cap. 14. nu. 26. Iaſ. in Rubr. ff. acq. hared. num. 16.* qui textum citant ad hoc, quod ius civile primum inter cives Romanos legitimas ſucceſſiones introduxit. 1

In Gloſſa ultima. Collige ex Gloſſa infideles ſubditos Principi chriſtiano teneri ad obſervantiam legis ab ipſo Principe promulgatæ. *Innoc. in cap. Quod ſuper his de voto. Ioann. Andr. in cap. Gaudemus de divort.* alia cumulat *Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. l. 16. Gloſſa 16.* 2

In eadẽ ibi, Eſt dominus mũdi. Vide laté *Sot. de juſt. lib. 4. q. 4. art. 2. Molin. de juſt. tractatu 2. diſput. 30.* qui latiſſimé diſſerunt an Imperator ſit Dominus mundi? Adde *Suar. de legib. lib. 3. cap. 7. à nu. 1.* 3

DISTINCTIO II.

CAP. Lex eſt. I.

SVMMARIVM.

1 *Legis definitio,& ethymologia.*
2 *Quis habeat poteſtatem cõdendi leges?*
3 *Hæc poteſtas eſt penes Epiſcopos,& an ſit attento jure divino?*
4 *Cardinales, & legati an habeant poteſtatem condendi leges?*
5 *Quid de ſuperioribus Religionum?*
6 *Conſtitutio Carthuſianorum de abſtinẽtia ab eſu carnium an obliget cum periculo mortis?*
7 *Legum civilium primus author eſt Imperator, deinde Reges, & Principes ſupremi.*
8 *Reſpub. ſuprema poteſt leges condere.*
9 *Duces, Marchiones, aut comites an habeant poteſtatem condendi leges?*
10 *Lex an obliget cum conſcientia, & cum periculo vitæ? & à quo tempore incipiat ligare?*
11 *Maiores natu quidicantur?*

1 IN textu ibi, lex. De legis definitione,& ethymologia, vide quæ latè ſcripſimus *in cap. Lex eſt 3. nu. 1. ſupra diſt. 1.* Vtrum leges generales præſumantur juſtè conditæ? vide *Abb. in cap. 1. num. 9. de conſtit. Menoch. de præſumpt lib. 2. præſumpt. 1.*

2 Ibi, ſanxerunt. Controvertũt in præſenti Doctores penes quem ſit poteſtas condendi leges? Tu breviſſimè reſolve,primam poteſtatem legum eccleſiaſticarum eſſe penes Pontificem ab ipſo Deo dirivatam. Namq; eo ipſo, quod voluit Chriſtus Summum Pontificem eſſe Vicarium ſuum, ſupremumq; Paſtorem Eccleſiæ, conſequenter illi conceſſit facultatem ferendi leges ſpirituales, quia convenit naturæ capitis poſſe præcipere ſubditis. *Vaſquez 1.2. diſp. 152. cap. 3. nu. 25.* latiſſimè *Suar. lib. 4. de legib. cap. 3. à nu. 10. Molina de juſt. tract. 5. diſp. 46. nu. 4.* Vbi affirmat ad Sũmum Pontificem ſpectare eas omnes leges condere, quas expedire judicaverit ad finẽ ſupernaturalem, abſque ulla dependentia: ex eo, quod ſubditi illas approbent, aut recipere velint. Ex quo infert idem *Molin. citato loco*, poſſe eundem Pontificem abrogare eas leges Principum ſibi ſubditorum, quas fini ſupernaturali contrarias, vel minimè expedientes cognoverit.

3 Hæc poteſtas eſt etiam penes Epiſcopos, quia verè ſunt Paſtores, Rectores, & præfecti, & ex munere proprio incumbunt ſpirituali gubernationi Eccleſiæ ſuæ, *Vaſquez ubi ſupra.* elegantèr *Suar. d. lib. 4. cap. 4 nu. 2.* An illam poteſtatem accipiant à Romano Pontifice, vel immediatè à Chriſto, non levis eſt controverſia; atq; à Chriſto eſſe, exiſtimant *Victoria in 2. relection. de poteſtate Eccleſiæ q. 2. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de juſta hæreticorum punit. cap. 24.* quos ſequitur *Vaſq. 1.2. diſp. 152. cap. 3. nu. 28. & diſp. 153. cap. 1. nu 4.* Contrarium tamen poſt multa, & multos tuetur *Suar. d. cap. 4. nu. 5.* & ſeqq. Eadem poteſtas competit Archiepiſcopis Primatibus, ſeu Patriarchis, qui jure communi idem poſſunt in ſuis particularibus diœceſibus, quod Epiſcopus, quia illarum Epiſcopi ſunt, ut per *Suar. d. lib 4. cap. 5. nu. 3.*

4 Inſuper de Cardinalibus dicendum eſt per ſe, & ratione ſuæ dignitatis, poſſe ſolum leges ferre in Eccleſijs ſuorum titulorum, ut probatur ex *cap. His quæ, de maioritat. cap. Querelam de elect.* & poſt alios, tradit *Suar. lib. 4. cap. 5. nu. 4.* Hæc poteſtas conceſſa eſt etiam legatis Sedis Apoſtolicæ in Provincia ſuæ legationis, ut notavit *Sylveſt. verbo lex, quæſt. 4. per text. in cap. ult. de offic. legati. cap. Ex reſcripto de locato*, hæc tamen poteſtas non convenit eis alio jure, quam voluntate Pontificis legantis, quare, & Pontifex illam limitare, & omnino tollere poſſet. *Vaſq. d. diſp. 153. cap. 1. nu. 5. Suar. d. nu. 4. ad fin.*

5 Convenit etiam hæc facultas condendi leges ſuperioribus religionum, in congregatione generali, ut manifeſtè conſtat ex privilegijs. Hæc autem facultas pendet omnino à Pontifice religiones approbante; olim autem talis facultas concedebatur religionibus ab Epiſcopis, ad quos tũc approbatio regulæ intra ſuam diœceſim ſpectabat, nunc autem meritiſſimè Summo Pontifici eſt reſervata; tradit *Vaſq. d. num. 5. verſ. Secundo.* Vndé inferas, legem Carthuſianorum de abſtinentia ab eſu carnium, eſſe omnino ſervandam; quod tenet *Navarr. conſ. 51. de regularib. nu. 5. edit. 2.*

6 Vtrum autem obliget illa conſtitutio in articulo mortis, non leviter à Doctoribus controvertitur? *Medin. in edit. de jejunio q. ult. ad 4. argumentum. Almainus in 4. diſput. 15.* abſolutè exiſtimant in nullo caſu poſſe Carthuſianum conſtitutionem ſuam ſervare cum periculo vitæ; quia ſervare vitam eſt jure naturæ præceptum, nulla autem lex humana, aut votum obligare poteſt contra legem naturalem. Alij docent hoc non licere ſi ſcandalum præſumeretur, ne forte detur occaſio contemnendi regulam. Ita *Major in 4. diſt. 38. q. 24. concluſ. 5. Adrian quodlibet. 1. art. 3.*

art. 3. ad 9. argumentum, quod probant ex illo Apoſtoli 1. *ad* Corint. 8. *nu.* 13. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum.* 3. *Valentia in reſolt. de temperantia nu.* 8. firmat, licere Carthuſiano in extrema neceſſitate conſtituto abſtinere à carnibus, ſed ad hoc non obligari. Primum probat, quia nemo tenetur mutare locum gratia ſanitatis, ut liberetur ab ægritudine; ſed patienter in eodem loco poteſt vitam finire. Probat ſecundum, quia ſi non eſſet licitum Carthuſiano carnibus veſci, eſſet talis conſtitutio intolerabilis, & inhumana. Tandem *Vaſq.* 1. 2. *diſp.* 162. *cap.* 4. ait, debere Carthuſianum à carnibus, vel à cibo ex carnibus condito abſtinere, etiamſi ea ratione ſperet, ſe periculum mortis ſubiturum, quod limitat niſi alius cibus præter carnes non ſit, aliter videtur ſentire *Salas de legib. diſp.* 11. *ſect.* 2. qui latè diſputat. Tu lege, & elige.

7 Circa leges civiles, primus illarum author eſt Imperator in civitatibus, & locis ſibi ſubjectis: nam cum leges ferre, ſit poteſtatis ſupremæ, & Imperator ſit ſupremus in Imperio: efficitur ipſum poſſe leges condere; non tamen per illas poteſt obligare Eccleſiam, vel Regna diverſa, ut probant *Vaſq. diſp.* 153. *cap.* 2. *à nu.* 11. *Suar. lib.* 3. *cap.* 8. *à nu.* 1. qui declarat quænam ſint Provinciæ Imperio ſubjectæ; & ita in paucis Provincijs chriſtianorum ſervatur jus civile, ut latè refert *Gygas de crim. læſa Majeſt. lib.* 3. *q.* 23. *nu.* 17. Conſtat etiam ex dictis, hanc poteſtatem eſſe in omnibus Regibus, & Principibus ſupremis, pro ſuo Regno; tradunt *Canoniſtæ in cap. Eccleſia de conſtit. Legiſta in l. ult. C. de legib. Vaſq. ubi ſupra, cap.* 3. *à nu.* 30. *Suar. d. lib.* 3. *cap.* 9. *à nu.* 2. Quæ etiam poteſtas legislativa, poteſt eſſe in Regina Regni hæredè, ſive à matrimonij vinculo ſit libera, ſive ſit in ſtatu matrimonij, ſive vidua exiſtat; *Vaſq. d. cap.* 3. *à num.* 32. *Suar. d. cap.* 9. *à nu.* 7.

8 Rurſus Reſpublica, quæ nulli paret Regi, aut Principi ſupremo, ſed ſibi eligit ducem, aut perpetuum, aut temporalem, qualis eſt Reſpublica Veneta, & Genuenſis, authoritatem habent condendi leges, quia ex ſe ſupremam habent juriſdictionem; notavit *Vaſq. d. cap.* 3. *nu.* 30. *Suar. d. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 6. *Moditius in* §. *Lex inſt. de jure naturali, dubitat.* 101. *nu.* 13. ubi idem affirmat de Republica *Lucenſium* referens *Menoch. reſponſo Secundo Cauſæ finarien. nu.* 52. 63. & ſeqq. Vtrum autem quælibet civitas poſſit veras leges condere? Vide *Menoch. & Moditium ſupra citatis locis*, latè *Suar. d. cap.* 9. *à nu.* 16. *Vaſq. diſp.* 153. *cap.* 3. *nu.* 37.

9 Vltimò dubitatur, an Duces, Marchiones, Comites, & Barones poſſint leges condere? Poſſe in Hiſpania, tuetur *Gregor. Lopez part.* 2. *tit.* 1. *l* 12. Cæterum contraria opinio eſt certiſſima, ut docent *Sot. lib.* 1. *de juſt. q.* 1. *art.* 3. *Azeved. lib.* 2. *cõmen. legum Hiſpaniæ cap.* 1. *Avend. de excquend. cap* 5. poſt illos *Vaſq. diſp.* 153. *cap.* 3. *nu.* 36. *Salas de legib. diſp.* 7. *ſect.* 13. *Suar. d. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 5. quod tamen limitatur in ducibus ſupremis, ut eſt Dux Subaudiæ, *Roman. conſ.* 59. & Dux Mantuæ, & Mediolanenſis, tradit *Natta conſ.* 487. *nu.* 9. Idem de Marchione Montisferrati, tradit *Laſ. conſ.* 235. *col.* 2. *lib.* 2. de quibus vide latiùs *Moditium d. diſput.* 101. *à nu.* 9. *uſq, ad* 18. *Merlam in Emporio juris tit. de legib. in principio nu.* 23.

Vtrum lex poſſit obligare in conſcientia, & cum periculo vitæ? Vide poſita *ad cap.* 1. *infra diſt.* 4. Atq; à quo tempore lex incipiat ligare, vide poſita *ad cap. ult. nu.* 2. infra *diſt.* 18. ubi etiam de legis legitima promulgatione. 10

In Gloſſa verbo, Qua maiores. 11

Tenet Gloſſa, quòd maiores natu dicuntur nobilitate, dignitate, & ſcientia præditi, de quo vide latè per *Tiraq de nobilitate cap.* 37. *n.* 24. *& 27.*

CAP. Plebiſcita. II.

SVMMARIVM.

1 *Plebiſcita quid ſit?*
2 *Quando ortum habuerunt.*
3 *An hodie plebs poſſit condere ſtatuta?*

IN textu ibi, Plebiſcita. Plebiſcita eæ leges dicuntur, quas ſola plebs ſcivit, plebs autẽ notabatur, in qua gentes patritiæ non inſunt; plebs enim eſt, cæteri cives ſine Senatoribus *l. Plebs* 237. *ff. de verbor. ſignif.* tradit latè *Conan lib.* 1. *iuris civilis cap.* 13. *nu.* 5. ubi quid à plebe populus differat. Quam ergo legem non populus univerſus, ſed plebs tantum conſtituiſſet, vocaverunt plebiſcitum, non legem, ut per eundem *Conan. nu.* 6. *in principio*, cum quo proſequere. Adde *Budeum ad pandect. in l. Poſteriore ff. de orig. jur. fol.* 15. *Vaſq.* 1. 2. *diſp.* 157. *cap.* 5. *nu.* 35. elegantèr *Pichard.* §. *Plebiſcitum nu.* 1. *& 2. inſt. de jure naturali.* Quid verò diſcriminis fuerit inter leges, & plebiſcita, paucis accipe ab *Alex. lib.* 6. *genial. dier. cap.* 23. *Magni* (inquit) *inter plebiſcita, legeſq, intererat, quod plebiſcita tribuno rogante, de his quæ ad plebem pertinent: leges verò conſule, vel prætore, aut alio magiſtratu conſulente, rogabantur.* 1

Plebiſcita ortum habuerunt, quando facta ſeceſſione exercitus, ſive plebis à patribus in montem Aventinum, ob Apij Claudij ſcelus in Veſtalem virginem, pro tempore, quo diſſenſio illa duravit, plebs ſibi leges conſtituit, quæ plebiſcita ſunt appellata, quod à plebe lata, & ſcita 2

& ſcita forent, tradit elegantér *Tyber. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 27. à nu. 1.* Plebiſcita ergo primum lege Horatia, & Valeria latis anno ab urbe condita 304. vim legis habere cœperunt, deinde lege Hortenſia lata anno 467. idem clarius ſtatutum fuit, tradit idem *Decian. nu. 5. ubi à nu. 6.* plura plebiſcita leguntur de varijs rebus, apud diverſos Authores relata. Sed inter alios Authores vide *Livium decad. 1. lib. 3. & decad. 1. lib. 8. Alexand. genial. dier. lib. 6. cap. 23. & ibi Tiraquel.*

3 An hodie plebs, vel populus poſſit condere ſtatuta abſq; ſuperiorum authoritate? Negativè reſpondendum eſt, ut ex *Bart. & Iaſon. in l. Omnes populi ff. de juſt. & jure*, tradit *Moditius in §. Plebiſcitum inſtit. de jure naturali dub. 4. à nu. 1. per text. in l. Si quid extraordinarium C. de legationib. lib. 10.* Sed dubitatur quot homines plebem faciant? & ſufficere decem, notavit *Abb. poſt Gloſſam in cap. Nullus in Eccleſia de elect.* quem ſequitur *Moditius ubi proximè dubit. 90. in principio.*

CAP. Senatusconſultum. III.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconſulti definitio.*
2 *De Senatu legitimo, & indicto.*
3 *Differt Senatusconſultus à Decreto Senatus. De omnibus Senatusconſ. n. 4.*

1 IN textu ibi, Senatus. Qui definitur, quod ſit ille cœtus Senatorũ, qui centum erant numero, nam adeo augebatur populus Romanus, ut eſſet impoſſibile in unum congregari, quando novus caſus emergebat; unde conſtituit populus ipſe centum viros, deputatos ad regimen civitatis, qui Senatores appellabantur *l. fin. ubi Gloſſa verbo centum C. de petit. haredit.* Si facienda erat aliqua lex nova, congregabantur ſolùm illi centum Senatores, qui decidebant caſum propoſitum, & illa deciſio erat lex, quæ vocabatur Senatusconſultum, ut per *Corraſ. in tract. de redigen. ins ad artem lib. 2. cap. 12.* poſt alios *Moditius in §. Senatusconſultum inſt de jure naturali dubitat. 1. in principio*, latè *Decian. in tract. crimin. lib. 2. cap. 18. à nu. 1.* ubi etiam agit de origin. Senatusconſult. de quo etiam *Moditius ubi proximè nu. 12. Vaſq. 1. 2. diſp. 157. cap. 5. nu. 36.*

2 De Senatusconſultis, & de ſenatu legitimo, & indicto vide *Conan. lib. 1. jur. civil. cap. 14. nu. 1.* atq; Senatusconſultũ duobus fiebat modis, primo modo per diſceſſionem, cum ſcilicet Senatores eandem habentes ſententiam, in eundem locum pedibus ibant, ſive diſcedebant, quos vocabant *pedarios Senatores*, ut *Author eſt Gellius noct. Attic. lib. 3. cap. 18.* Secundo modo fiebat Senatusconſultum, cum unuſquiſque ſuam ſententiam verbis proferebat. Qui Senatores vocabantur *capita cum lingua*, at vero pedarij *capita ſine lingua*; ut conſtat *ex Gellio citato.* Erat, & aliud genus Senatusconſulti, quod tacitum vocabatur, quòd nolebant enunciari priuſquam latũ, perfectumq; fuiſſet, ita ut nec ſcribæ, nec ſervi publici, nec cenſuales illis intereſſent, ſed Senatores ipſi dictabant, excipiebant, & ſcribarum munere fungebantur: ita ex *Capitolino* refert idem *Conan. ubi ſupra nu. 5.* Poſtquam Senatusconſulta vim ſibi legis arrogabant, populo non repugnante, cæptum eſt, ea quoq; ut cæteras leges deferre ad ærarium. Sic ex Suetonio dicit *Conan. nu. 6.* cum quo proſequere *Decian ubi ſupra nu. 10.* Neque omittas *Aul. Gellium noct. Atticar. lib. 14. cap. 7.*

Differebat autem Senatusconſultum à Decreto Senatus, nam decretũ erat particula ipſius Senatusconſ. Senatus autem conſultũ erat totum id, quod in eo Senatu conſtitutum erat, ut Author eſt *Feſtus, in verbo Senatus*; Sæpe enim confunduntur hæc nomina, Decretum, & Senatusconſultum, ut conſtat ex *Suetonio*, & probatur ex *Agellio lib. 20. cap. 24.* dum loquitur de Senatusconſulto de re ſumptuaria, quod modo decretum, modo Senatusconſultum appellat; tradit *Decian. d. cap. 28. nu. 4.* Inſuper orationes, quibus Principes Senatum conſulebant, quandoq; etiam Senatusconſultum appellabantur, ut probatur ex *l. Item veniunt §. Præter hæc ff. de petit. haredit.* & clarius *in l. Cum hi, in principio ff. de tranſact.* notat idem *Decian. nu. 32.* 2

Porro de omnibus Senatusconſult. agit uberrimè *Decian. d. cap. 28. à n. 2. uſq; ad 30.* quem conſule, & præterea vide *Alexand. lib. 6. genial. dier. cap. 23.* & ibi *Tiraquel.* 3

CAP. Conſtitutio Principum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio quid ſit?*
2 *Principes cum conſilio procerum, debẽt conſtitutiones condere.*
3 *Decreta Principũ an habeant vim legis?*
4 *Schedulæ Principum an obligent?*

IN textu. Notat illũ *Rebuf. in proœmio leg. Gall. nu. 4. Gloſſa 1. Gomeſ in cap. ſtatutum nu. 2. de reſcript. lib. 6.* Conſtitutio tamen appellatur, quam Rex, vel Imperator cõſtituebat, 1

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtituebat,& vim habebat legis: quodcũq; enim Princeps per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat, tradit *Conan. lib.1. juris civilis cap.16.nu.1.* ſquinat tales conſtitutiones cum tyrannide expiſſe, late *Decian. tract. crim. lib. 2. cap.30.nu.1. 14.16.18. & 20. Salas de legib. diſp. 2. ſect.8. nu. 42.* & ſeqq. *Vaſq. diſp. 157. cap. 5. num. 38.* & ſeqq. *Corraſ lib.6 miſcellanor. cap. 8. Duaren. lib.2. diſputationum cap. 19. Govean. lib.2. variar. cap. 30. Pichard. in §. Sed & quod Principi nu. 1. inſtit. de jure naturali.*

2 Principes cum conſilio procerum, & conſiliariorum debent conſtitutiones condere, ut notat *Abb. in Rubr. de conſtitut. nu. 2.* & deducitur ex *l. Humanum C. de legib.* licet enim *lex ult. C. eodem*, videatur repugnare, dum dicit quòd ad ſolum Principem ſpectat; Reſpondetur authoritatem pendere à ſolo Principe, ſed de honeſtate non excludi procerum conſilium, ut declarat poſt *Decium in Rubr. de conſtit. in ſecunda lectura. Decian d. cap.30. nu.6.* unde *Plato 4. de Repub.* aiebat, ſe videre interitum paratum Reipub. in qua non lex Principi, ſed Princeps legi præeſſet. Refert idem *Decian. nu. 7.*

3 Quoniam verò, & juri dicendo ſtudium, & induſtriam ſuam quandoq; navabant Principes, quę cognoſcentes iudicabant, appellabãtur decreta, & cognitiones Principum: quibus ſimiliter par erat ac legibus poteſtas, tradit *Conan. lib.1. d. cap.16. nu. 4. Decian. tract. crimin. lib. 2. d. cap 30. n.14.* conſtitutionibus annumerat etiam *Vlpian.* Principum dicta, & orationes, quæ non ambigitur tantum poſſe, quantum leges ipſæ, cum publicè edantur, tradit idem *Conan. nu. 6.* cum quo doctè, & curioſè proſequere, *Decian. d. cap. 30. nn. 15.* Adde *l. 1. ff. de rebus eorum*, ubi fit mentio de oratione Severi, & de oratione Antonini fit mentio *in l. Cũ hic ſtatus ff de donat. inter virum.*

4 Hinc etiam infert Marcus Burgẽſis ſchedulas, quas Rex noſter Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, & alij Reges mittunt ad tribunalia, & cancellaria ad dubiorum declarationem eodem modo vim legis habere, etiam ſi ex procerum, & Senatorum conſilio non manaverint; tradit *Vaſq. diſp. 157. cap. 5. nu. 45.*

CAP. Reſponſa prudentum. V.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſa prudentum quid ſint?*
2 *Reſponſa prudẽtũ an habeant vim legis?*
3 *Quid dicendum de reſponſionibus Cardinalium?*

IN textu ibi, **Reſpõſa prudentũ.** Sunt non minima pars noſtri juris, prudẽtum reſponſa, & authoritas. Cæterùm de reſponſis, & authoritate prudentum, vide latè per *Conan. lib.1. jur. civil. cap. 15. nu. 3.* & ex eodem nota quòd Tytus Coruncanus fuit primus, qui ius civile profeſſus eſt publicè: quem Cicero in Bruto plurimùm ingenio valuiſſe ſcribit; Floruit Coruncanus circiter annum ab urbe condita 473. Olymp. 125. quo anno creatus fuit Conſul, ſimul cum Pub. Valerio, ut ex Faſtis legere licet, traditq; *Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 31. nu. 2.* Attamen dum Iuſtinianus appellat reſponſa prudentum. *Inſtit. de jure naturali*, & *Papin.* authoritatem prudentũ *in l. Ius civile ff. de juſt. & jure*, non eſt intelligendũ de ea prudẽtum interpretatione, quæ in foro ex uſu civili fiebat, ſed de reſponſis, quæ juris prudentes in ſcriptis dabant; notavit idem *Decian. nu. 4.* 1

In textu ibi, **Lites contentionesq; ſopirent.** Ergo reſponſa prudentũ vim legis habebant, litibusq;, & contentionibus finem imponebant, *Pichard in §. Reſpõnſa prudentum nu. 1. inſt. de jure naturali*, quod tamen non ſic accipiendum eſt, ut intelligatur omnnia prudẽtum reſponſa leges eſſe; nam in pandectis videmus eos multũ contraria ſæpe reſpondiſſe; à quibus nihil poteſt judex habere certi, quod ſequatur: ſed ea tantum ſcripta prudentum juris authoritatem habebant, quæ Principes probabant, nemini enim licebat de jure conſulentibus reſpondere, niſi quibus ipſe Princeps permiſiſſet. Plures autem fuerunt ij, quibus ius publicè reſpondẽdi datum fuerat, quos ex profeſſo connumerat *Pomp. in l. 2. §. Iuris civil. ſcientiam ff. de origin. jur.* proſequuntur elegantér *Conan. d. cap. 15. nu. 4. Decian. d. cap. 31. nu. 6.* & ſeqq. 2

Vnde dubitatur an reſponſiones congregationis Cardinalium inſtitutæ ad explicationem Trid. vim legis habeant? De qua relatione agit *Roder. tom. 1. regular. q. 11. art. 6.* ubi ex alijs docet has declarationes non habere vim legis, non enim ſunt ſolemniter promulgatæ, nec habent rationem ſententiæ definitivæ; ſi enim Pontifex vellet eſſe leges, vellet ut typis mandarentur, & per totum orbem publicarẽtur; ſcimus namq; id nunquam permiſiſſe, ſequitur *Salas de legib. diſp. 2. ſect. 9. á nu. 50.* quod tamen limitat *Roder.* niſi dictæ declarationes authentico ſigillo habeantur, de quo tamen dubitat idem *Salas nu. 53.* At idem *Salas diſput. 21. ſect. 12. verſ. Tertio colligitur*, pœnitentia ductus, aperté docet declarationes dictæ congregationis non ut probabiles, & doctrinales, ſed ut authoritativas, & neceſſarias eſſe habendas, habereq; vim obligandi in utroq; foro, quod nititur probare ex bulla *Sixti. 5.* quæ incipit. *Immenſa* 3

menſa anno 1588. quam ſententiam etiam docuit *Garcia de benefic. in præfat. poſt principium. Zerola in praxi Epiſcopali p. 1. verbo, Authoritas, in fine.*

CAP. Quædam etiam leges. VI.

SVMMARIVM.

1 *Leges ſæculares an obligent in foro eccleſiaſtico?*
2 *Leges Romanorum.*
3 *Alciatus Gratianum reprehendit.*
4 *Suffecti Conſules, qui dicebantur.*
5 *Papia lex, qualis?*
6 *Quando quis excuſetur à tutellis?*

1 IN textu. Cum hîc nominentur nonnullæ leges ſæculares, iam dubitatur, an tales leges obtineant in foro eccleſiaſtico, & in illo vim habeant obligandi, cum videantur ab ipſo iure approbatæ? De quo *Felin. in cap. 2. de reſcriptis nu. 39.* ubi in ſpecie agit de legibus contẽtis in volumine Decreti, de quo etiam *Abb in d. cap. 2. nu. 9. in fine.* idem *Abb. in cap. Super eo, in primo nu. 4. de teſtibus.* ubi *Felin nu. 3.* qui allegat ad hoc Gloſſam notabilem *in cap. 1. verbo tractatus, poſt med. de rebus Eccleſiæ non alienand. Mariuta de ordine judic. 3. p. nu. 38. Gutierr. lib. 1. canonic. queſt. cap. 21. ex n. 32.*

2 De omnibus legibus Romanorum, vide *Briſon. de verborum ſignificat. lib. 10. verbo, Lex verſ. Verum. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 25.* & de legibus Græcorum vide eundem *cap. 24.*

3 Ibi, Sub Octaviano. *Alciat. lib. 3. diſp. cap. 3.* pungit Gratianum in præſenti ſcribentem legem Popæam fuiſſe latam ſub Octaviano Auguſto, ſed illum defendit *Covar. de ſponſalib. 2. p. cap. 8. in principio nu. 4.*

4 Ibi, Suffecti Conſules. Illi dicebãtur, qui pro alijs ſubſtituebantur, ut ex Iſidoro, Suetonio, & Lampridio tradit *Briſon. de verborũ ſignificat. lib. 17. verbo Suffectus Conſul. Alciat. lib. 3. diſp. cap. 3.* ſic etiam appellabatur, qui in demortui Conſulis locum ſufficiebatur *l. 2. §. Poſt hunc verſ. Labeo ff. origin. juris,* & cõllige, quòd eandem poteſtatem habet ſubſtitutus in officio, ſicut ille, qui à principio anni fuit electus, & facit textus *in l. Parabolani C. Epiſcop. & Cleric.* ubi *Bald. nu. 1.* ait, quòd qui à principio officij ex defectu alicuius qualitatis non poteſt eſſe officialis, non poterit eſſe ſubſtitutus eiuſdem.

Ibi, Papia, & Popæa. De lege Papia, & Popea à Papiano primùm rogata, poſtea à Papæo Sabino ſub Auguſto emendata, aucta, & ab eodẽm lata, ideoq; nonnunquam Iulia appellata, vide latè *Conan. lib. 8. jur. civil. cap. 1. à nu. 5.* latiùs *Covar. de ſponſ. 2. p. cap. 7. §. 8. nu. 2. & 3. Lypſius in cõment. ad 3. Annal. Cornelij Taciti fol. 136.* Latam dicit à Senatu, Papio Mutilo, & Q. Poppæo cõſulibus, à quibus nomen accepit, enumerat nonnulla eius capita, quæ ipſe apud eundem vide, Lata Papia lex anno Vrbis 762. 5

In Gloſſa. Agit Gloſſa quando aliquis excuſetur à tutellis, de quo vide *Ferdinand. Paez. de excuſandis parentibus nu. 6. 18. 20. & 31.* & munera multa, à quibus liberorum numerus nullus excuſet. Vide per eundem *nu. 30.* Item *Barboſam ad Ordinat. Luſit. lib. 4. tit. 104. per totum, ubi cum multis.* 6

CAP. Satyra. VII.

SVMMARIVM.

1 *Multa de lege Satyra.*
2 *Lex una, de pluribus diſponit.*
3 *Briſonius noſtræ Gloſſæ meminit.*

IN textu ibi, Satyra. De hac lege Satyra meminit *Salluſtius in Iugurtha,* pro ut refert *Ioann. Britãnicus in præfat. ad Iuvenalem, & Ioan. Baptiſtam in præfat. ad Perſium.* Veteres ſcriptores exiſtimarunt, ideo Satyram dictam, quia Satyra genus eſt lancis, quæ referta multis, varijsq; primitijs in ſacrificijs Cereris offerebatur, & à copia, ſeu ſaturitate rei Satyra vocabatur, cuius generis lancis meminit Virgil. ut per eoſdem ſupra citatis locis, quibus adde *Badium Aſcenſium in præambulis ad Perſium,* qui refert Varronem exiſtimantem Satyram dictam à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, notat *Perottus in cornucopia fol. 500. n. 70.* latiùs *Anto. Auguſt. de legibus, & Senatusconſultis fol. mihi 185.* ubi textum allegat, & explicat, & vide *in Proœmio Digeſtorum verſ. Et primo,* ubi *Gloſſa litera M,* & *Gloſſa Marginalis:* & de Satyra Marci Varronis, quæ inſcribitur teſtamentum; vide *Conan. lib 9. jur. civil. cap. 10. nu. 5. ad med. Lypſium variar. lib. 1. cap. 9. & cap. 17.* & huius Satyræ legis meminit Lucilius Poeta dum ait, *Per Satyram ædilem factum, qui legibus ulnat,* quem refert *Chriſtophorus Landin. in præfat. ſermonum ad Horatium;* ubi nonnulla; contulendus etiam *Dionyſius Lambinus in Horat. lib. 1. Satyra 1.* 1

Ibi,

2 Ibi, De pluribus loquitur. Collige ex textu, unam legem posse de pluribus rebus simul disponere, ut notavit *Præpositus in præsenti nu. 1. in principio. Lilius Gregorius, Gyraldus de historia poetarum Dialogo 6.*

3 In Glossa, Vnica. Vide circa illam *Brisonium de verborum significat. lib. 16. verbo Satura.* Quidam enim inepte saturam per, *V*, legendum putant, atq; à verbo *Saturo* deducunt, quia convitia, & crimina hominum libere invadat, ut saturi homines, ideſt ebrij, vide *Lilium Gregorium de historia poetarum dicto Dialogo 6. post principium vers. Et Sallustius.* Petronius Arbiter opusculum suum quo Neronis, & aliorum procerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicavit, Satyricon potius, quam Satyram inscribere maluit.

CAP. Rhodiæ. VIII,

SVMMARIVM.

1 *Leges nomen assumunt ex loco ubi sunt conditæ.*
2 *Patientibus naufragium non possunt bona auferri.*
3 *An qui ea auferunt sint excõmunicati?*

1 COllige ex textu, quòd leges multoties nomen assumunt ex eo loco ubi sunt conditę. Rhodos enim Insula est in mari Licio posita, cognominata à Rhodo Neptuni filia ex sorore. Licia autem pars est Asiæ, eius meminit *Iuvenalis Satyra* 8. ubi imbelles Rhodios appellat, ex eo quòd luxuria, & delicijs affluebant, ut vult *Ioannes Britãnicus*, ibi *in comment. & Satyra 6.* In hac Insula fuit admirandæ magnitudinis Colloſſus, & de illa facit mentionem *Ortelius in theatro orbis charta 70.*

2 In principio Glossæ. Dicit Glossa ex sententia Modestini patientibus naufragium omnia bona posse auferri; sed contrarium disponit *l. Cum levanda 8. ff. ad l. Rhodiam*, quæ dicit bona iactata non haberi pro derelicto, & ita in quem locum iacta fuerint, posse requiri, nisi ex modo iactus aliud præsumatur, iuxta *l. Falsis 44. §. Si iactu ff. de furtis*, & est videndus text. *in Authent. navigia. C. de furtis. Menoch. de arbitrar. casu 297.*

3 In eadem Glossa ibi, Excõmunicati ipso jure. Circa hanc excõmunicationẽ, quę hodie continetur in bulla Cœnæ, vide *Navarr. in Manual cap. 27. nu. 118. Graſſis in aureis decis. p. 1. lib. 4. cap. 18. à nu. 70. Vivald. in Candelabro part. 2. in explicatione Bullæ Dun. 27.* latè *Suar. tom. 5. de cens. iuris disput. 21. sect. 2. á nu. 26.*

DISTINCTIO III.

CAP. Canon. I.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio ecclesiastica dicitur, aliquãdo Canon.*
2 *Canon idem est, quod regula.*
3 *Ludovicus Vives reprehenditur.*
4 *Variant quandoq; Canonistæ à Theologis, & Legistis.*

1 IN Glossa summæ, verbo, Omnes, ibi, Canon dicitur. Tenet Glossa omnem ecclesiasticam constitutionem posse appellari Canonem, sequitur *Abb. in cap. 1. notab. 1. de sententia, & re jud.* post illum *Felin. in cap. 1. nu. 1. de constitutionibus*, ubi idem *Abb. n. 1.*

2 In textu. Docet Isidorus, quòd Canon idem est, quòd regula, sic dicta, quia ducit hominem ad rectè, regulatèq; vivendum, de quo *Abb. in cap. 1. nu. 1. de constitutionibus. Azor inst. moral. p. 3. lib. 1. cap. 6. Salas de legib. disp. 1. sect. 5. nu. 17. post med. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 18. nu. 1.* & ante illos *Turrecremat. in Proœmio Decreti nu. 2.*

3 Vnde *Ludovicus Vives lib. 3. de civitate Dei cap. 15.* videtur incusare canonicos Regulares nominis ambitiosi; quasi bis hoc nomine vocari gaudeant, ne putentur semel Regulares, cum canonici, & Regulares idem significent, iuxta nostrum textum. Ab hac tamen nota canonici Regulares omnino liberi sunt; cũ ius Pontificium hoc nomen illis indixerit, ut patet *in tit. de statu monachorum, & canonicorum Regularium, cap. Quod Dei timorem. cap. In singulis, vers. Hoc ipsum eodem tit.* tradunt *Covarr. in Clem. Si furiosus. 1. part. in initio nu. 1. Azor lib. 12. inst. moral. cap. 22. vers. Secundò quæritur.*

4 Ius Canoni cum à Canone dicitur: variant autem quandoq; Canonistæ à Theologis, & in quibus illis præferantur, & è contra, sunt videndi *Alexand. lib. 2. cons. 1 nu. 10. Dec. cons. 432. nu. 19.* post alios *Decian. d. lib. 2. cap. 18. ex num. 5.* Rursus de Canonici juris differentia à jure civili, circa delicta, vide eundem *Decian. cap. 19.* insuper de differentia circa pœnas delictorum, vide *cap. 20.* atq; quomodo differant circa ordinem, & modum procedendi, vide *cap. 21.*

Tandem

Tandem quomodo differant circa jurisdictionem, ſententiam, appellationem judicum, & delictorum extinctionem? Vide *cap.* 22. Planè de jure Canonico vide *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 20. *nu.* 200. & ſeqq.

CAP. Regula. II.

SVMMARIVM.

1 *Regula ex eo dicta, quòd regit.*
2 *Regula ordinat partes ad totum.*
3 *Concilium Provinciale à quibus cõgregetur?*

1 IN textu. Collige ex illo; regulam ex eo dictam, vel quòd regat, vel quòd rectè vivendi normam præbeat; proſequitur latè *Turrecremat. in proœmio Decreti nu.* 3.

2 Ibi, Aliquem trahit. Ergo officiũ regulę eſt ordinare partes ad totum, ut ex noſtro textu notavit Roder. tom. 1. *regularium q.* 66. *art.* 2. *verſ. Quarta regula eſt,* & eum inducit ad quæſtionem: utrum lex civilis, quæ non derogat libertatem eccleſiaſticam, liget clericos, & monachos, quoad vim coactivam? & affirmativè reſolvit.

3 In §. Porro, ibi, Alij. Eum citat *Navar. conſ.* 8. *nu.* 1. *de verbor. ſignificat. edit.* 2. ad hoc, quòd Concilium Provinciale poteſt congregari à Pontifice, Patriarcha (qui ſuperior eſſet) Archiepiſcopo, & Metropolitano, proſequitur *Suar. de legib. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 8. de quo videbis, quæ latè dicemus infra *diſt.* 18.

CAP. Privilegia. III.

SVMMARIVM.

1 *Privilegij definitio.*
2 *Aliud reale, aliud perſonale, & quomodo dignoſcantur perpetuum, & temporale?*
3 *Quomodo privilegia amittantur, & an ſint favorabilia?*
4 *Privilegium in privatũ fertur, & quomodo extendatur?*
5 *Repudia an lege veteri permiſſa ſint, tãquam licita?*
6 *Privatus homo duobus modis dicitur,*

IN textu ibi, Privilegia. Privilegiũ definiri poteſt, ut ſit privata lex aliquid ſpeciale concedens, notant D.D. *in Rubr. de privileg. Sũmiſta* verbo, *privilegium,* tradit latè *Suar. lib.* 8. *de legib. cap.* 1. *nu.* 3. *Panor. in cap. Abbate nu.* 6. *de verbor. ſignificat.* qui utrique noſtrum textum referunt *Roderic. de regularib. tom.* 1. *q.* 7. *art.* 1. *Azor inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. & *Salas de legib. diſp.* 1. *ſect.* 7. *nu.* 43. *& ſect.* 8. *nu.* 48. *poſt principium. & diſp.* 17. *ſect.* 1. *nu.* 2. *Reginald. in praxi fori pœnitentialis lib.* 13. *cap.* 22. *nu.* 231. & deducitur ex Iſidoro in præſenti, unde conſtat de ratione privilegij eſſe, ut concedat aliquid ſpeciale, quia aliàs eſſet inutile, *cap. In his, de privilegijs. cap. Abbate de verbor. ſignificat.* tradit idem *Suar. ubi proximè nu.* 4. Quod an ſemper ſit verum? Vide per eundem dicto *lib.* 8. *cap.* 22. *Salas ubi proximè nu.* 6. 1

Dividitur autem privilegium in reale, & perſonale, reale dicitur, quod conceditur directè alicui rei, muneri, vel conditioni à perſonâ diſtinctæ. Perſonale verò, quod immediatè fertur in perſonam ratione ſui, ut eſt textũ *in cap. Mandata, de præſumpt. l. Privilegia* 157. *ff. de regul. juris, l. Forma* 5. *Quanquam ff. de cenſibus.* tradit *Salas de legib. diſp.* 17. *ſect.* 2. *nu.* 9. & ſeqq. *Azor tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 2. latè *Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 3. *à nu.* 1. Quomodo autem dignoſcatur, an privilegium adhæreat perſonæ, vel rei? Vide per eundem *nu.* 4. & ſeqq. *Barboſ. in l. Quia tale ff. ſolut. matrimon. nu.* 4. Rurſus dividitur privilegium in perpetuum, & temporale; primum eſt, quod ſine limitatione temporis conceditur; ſecundum, quod lapſu temporis finitur, pro ut per exempla explicant *Salas d. ſect.* 2. *nu.* 13. & ſeqq. *Suar. d. lib.* 8. *cap.* 5. ubi *cap.* 6. de quatuor aliis privilegiorũ diviſionibus, de quibus etiam *Salas nu.* 19. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 22. *nu.* 233. & ſeqq. 2

Quot modis privilegium irritum reddatur? Vide poſita ad *Gloſſam in principio* 25. *q.* 2. ubi etiam agemus quomodo privilegia amittuntur, & revocantur, interim vide *Azor d. cap.* 22. *verſ. Sextò quæritur,* & ſeqq. *Salas ſect.* 13. *d. diſp.* 17. *Suarez d. lib.* 8. *cap.* 33. & ſeqq. Vtrum autem privilegium ſit res odioſa, vel favorabilis? Vide *Azor cap.* 23. *q.* 2. *Salas ſect.* 6. *Suar. cap.* 27. qui etiam latè agunt, quinam poteſt privilegiũ interpretari, & an ſtrictè, aut ample interpretandum ſit? De quo etiam *Abb. in cap. Cum cauſam nu.* 7. *de reſcript. & in cap. Cum veniſſent. nu.* 1. *&* 3. 3

Ibi, Privato. Ergo de ratione privilegij eſt, quod in privatum feratur, docet poſt alios *Menoch.* 1. *remedio recuperanda nu.* 24. qui noſtri textus meminit, non tamen ſemper eſt favor ſolũ privatæ perſonæ, cũ ſæpe ſit favor cõmunitatis, ut advertit 4

Gloſſa 1. in præſenti, ſequitur *Salas d. diſp. 17. ſect. 1. nu. 2. verſ. Ita ergo. Suar. d. lib. 8. cap. 1. nu. 3.* Privilegium fori, vel immunitatis conceſſum dominis, an, & quando comprehendat, vel extendatur ad eorum ſervos, famulos, colonos, & ſimiles? Vide latiſſimè per *Menoch. de arbitr. centur. 6. caſu 562.*

5 In §. Officium, ibi, Libellum repudij. Docet *Gratianus*, quòd repudia judæis fuerunt permiſſa, non tanquã licita, ſed tãquam minus mala, ut etiam tuetur *Sot. in 4. diſt. 33. q. 2. art. 2. concluſione 2.* qui alios refert *Caſtr. de lege pœnali cap. 11. in 3. principali argumento. Tiraq. l. 9. connubiali Gloſſa 1. nu. 5.* & *de retract. in præfat. num. 59.* (ubi minus cautè loquitur) *Covar. in 4. Decretal. cap. 7. §. 4. nu. 4. Navarr. lib. 3. conſilior. in 2. edit. conſ. 3. in fin. de converſione conjugatorum, Petrus Gregor. ſyntagm. jur. p. 8. lib. 9. cap. 16. nu. 1. & p. 3. lib. 22. cap. 3. nu. 22.* plures refert *Sanchez 3. tom. de matrim. lib. 10. diſp. 1. nu. 5.* & eſt opinio probabilis. Probabilior tamen apparet contraria, quam tenet *D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 10. §. 3. Abulenſ. in Matthæum cap. 19. q. 46. & q. 51. Ledeſma 2. 4. q. 69. art. 7. dubio 1. Veracruz in ſpecul. conjug. 2. p. art. 10. concluſ. 1. & 2. Petrus Sot. ſect. 13. de matr. difficult. 2. Petrus Ledeſma de matrim. q. 68. art. 1. concluſ. 1. & 2. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 17. in ſolut. ad 14. objectionem*, dicit fortè ita eſſe *Henriq. lib. 11. de matrim. caſ. 10. num. 13.* ſequitur aliàs *Sanchez ubi ſupra nu. 7.* quibus adde *Suar. de legib. lib. 9. cap. 4. nu. 9. & 10.*

6 In Gloſſa verbo, Privatorum. Privati duobus modis dicuntur; Primò ij, qui non ſunt in aliqua dignitate, ſeu magiſtratu, ut probat illud *Tullij Philipp. 9. Sæpe magno uſui Reipub. Servius Sulpitius, & privatus, & in magiſtratibus fuit.* Secundò, qui non ſunt ex numero eorum, quos priviligiatos dicimus, in quo ſenſu accipitur à *Gloſſa in præſenti*, ut ex illa colligit *Tiraq. de nobilitate cap. 8. nu. 11.*

CAP. Omnis autem. IV.

SVMMARIVM.

1 *Officium legis quadruplex.*
2 *Multa à legibus permittuntur.*
3 *Multa vetantur.*
4 *Multa puniuntur.*
5 *Pœna capitalis an ſit pœna mortis?*
6 *Lex præcipit multa.*
7 *Iſidorus corrigitur.*

IN textu. Agit Gratianus de officio legis, quod ex Iſidoro quadruplex eſſe affirmat, *permittere, vetare, punire, & præcipere*, quam diviſionem tradit etiam *Iuriſconſultus in l. Legis virtus ff. de legib.* Eſt ergo hæc diviſio ſatis apta ad explicandos legis effectus. *Suar. de legib. lib. 1. cap. 15. nu. 2. & 9. Salas de legib. diſp. 3. ſect. 3.* Non tamen omnes iſtos effectus cõvenire ſingulis legibus, tradit idem *Suar. d. lib. 1. cap. 16. nu. 2.* Verum dentur aliqui effectus præter iſtos quatuor? Vide eundem *Suar. cap. 17. Salas ſect. 6. diſp. 3. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 2.* 1

Ibi, Permittit. Multa à legibus, vel Canonibus permittuntur, quæ licèt impunè fiant, non tamen carent vitio, & dedecore, quia non omne illicitum punitur, ſed id tantùm, quod ſtatuit lex eſſe delictum. *L. militis C. de religioſ. & ſumpt. funer. l. 3. §. Non perpetuò verſ. Divus, ff. de ſepulc. violato.* Vnde licèt viro permittatur occidere uxorem in adulterio deprehenſam: ut permittit lex Luſitana *lib. 5. Ordinat. tit. 38.* ibi. *a poderà matar*, de qua lege videbis, quæ colligit *Barboſa* ibi, *à n. 1. uſque ad nu. 7.* Si tamen faciat, non excuſatur à peccato, ut eſt cõmunis opinio, de qua latè *Tiraq. de legib. cõnub. l. 9. Gloſſa 1. nu. 4.* Permiſſio autem de qua noſter textus agit, non eſt permiſſio facti, quia talis non eſt effectus legis, ſed permiſſio juris, quæ regulariter attribui ſolet malis actibus, & de illis maximè intelligitur; eleganter *Suar. d. lib. 1. cap. 15. nu. 5. uſq; ad nu. 12. & cap. 16. nu. 4. uſq; ad nu. 8. Salas d. diſput. 3. ſect. 4. nu. 15. Vaſ. 1. 2. q. 92. art. 2. nu. 9.* 2

Ibi, Aut vetat. Hic eſt alius effectus legis, cuius proprium eſt vitia vetare, ne juſtitia civium violetur, incolumitati, & communi Reipub. ſaluti proſpicientis, ut ex *Demoſthen.* tradit *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 5. verſ. Tertiò quæritur*: de quo effectu vide etiam *Suar. d. cap. 15. nu. 2.* & ſeqq. *Salas d. diſp. 3. ſect. 3. Vaſq. d. q. 92. art. 2. nu. 9. in fine.* 3

Ibi, Autem punit. Punire eſt proprius actus, & effectus legis, ut poſt *D. Thom. Medin.* & alios tradit *Salas d. ſect. 4. nu. 17. & ſect. 5. num. 20. in fine. Azor d. lib. 5. cap. 5. verſ. Quartò quæritur*, & ſeqq. *Vaſq. d. q. 92. art. 2. nu. 10. Suar. d. cap. 15. nu. 13. & 14.* qui recte declarat quomodo punitio ſit effectus legis. 4

Ibi, Capite plectatur. Notat *Alberic. de agnoſcendis*, *q. 25. nu. 30.* quòd ſi pro aliquo delicto imponitur pœna capitalis, non intelligitur de pœna mortis, ſed de minori; nec mortis appellatione ſimpliciter prolatæ per modum impoſitionis pœnæ, intelligitur de morte corporali jure Canonico, ſed de morte ſpirituali, textus eſt *in cap.* 5

Per Venerabilem, circa finem, qui filij ſint legitimi, ibi, Mori præcipitur, ut ibi notat *Abb. num.* 21. dicens mentiri tenendum, quia alibi non probatur. Ac de pœna homicidij, vide eundem *Albert. ubi ſupra nu.* 39. *Barboſ.* cum multis, *ad Ordinat. Ciuit. lib.* 5. *tit.* 35. *nu.* 13. latè *Covar. lib.* 2. *reſolut. cap.* 9. *nu.* 2. ubi etiam agit, an poſſit juſtè puniri pœna tantum pecuniaria?

6 **Ibi, Præcipit.** Hunc legis effectum deſeruit *D. Thom.* 1. 2. *q.* 92. *ar.* 2. cum oratione declarat, quia actus humani aliquando ſunt boni, & illos lex præcipit. Sequuntur *Vaſq. d. art.* 2. *nu.* 9. *Valent. diſp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *Azor cap.* 5. *lib.* 1. *verſ. Quinto quæritur. Salas d. diſp.* 3. *ſect.* 3. *nu.* 3. *Suar. d. cap.* 15. *nu.* 2. & 3. quidquid alij argumententur. Vnde lex *Iulia de adulterijs* præcipit accuſantem, accuſatum, & advocatos, eſſe præſentes, quãdo ſervi torquentur in cauſa adulterij, notat *Azor ubi proximè.*

7 **Ibi, Divina.** Hæc verba non ſunt Iſidori, & particula iſta ineptè addita eſt, & ideo in multis Codicibus non habetur, & ſine dubio expungenda eſt, & legendũ tantùm, *aut præcipit*, ut ſit quædam additio ad enumerationem Iſidori; nam lex humana etiam præcipit, advertit *Vaſq. d. art.* 2. *nu.* 10. *Salas d. ſect.* 3. *nu.* 12. *Suar. d. cap.* 15. *nu.* 2.

DISTINCTIO IV.

CAP. Factæ ſunt. I.

SVMMARIVM.

1 *Lex humana habet vim ligandi.*
2 *Virum habeat vim ligandi in foro conſcientiæ?*
3 *Vnde dignoſcitur legem obligare in cõſcientia?*
4 *Lex humana an obliget cũ vitæ periculo?*

1 IN textu poſt principium, ibi, Vt earum metu coerceantur. Ergo lex humana habet vim ligandi; de quo *Cened. ad Decretal. collectan.* 2. *nu.* 2. latiſſimè *Morla in Emporio juris de legib. q.* 7. quod idem eſt dicendum in lege pœnali, de qua *Caſtr. lib.* 1. *de lege pœnali cap.* 8. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 108. *art.* 4. *Gomez in cap.* 2. *nu.* 6. *de conſt. lib.* 6. *Covar. in reg. peccatũ* 2. *p.* §. 5. *nu.* 4. *Sot. de juſt. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 5. copioſè *Morla eodem tit. de legib. q.* 8. *per totum*, ubi tres refert opiniones, & earum fundamenta. Adde *Valent. tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 6. §. 1. & quomodo hæc obligatio ex legislatoris mente colligatur? Vide *ibidem*, §. 2. & 3. latè de *utraq; queſt. Salas de legib. diſp.* 15. *ſect.* 1. latiſſimè *Suar. de legib. lib.* 5. *cap.* 3. *nu.* 2. & ſeqq.

Sed dubitatur an habeat vim obligandi in 2
conſcientiæ foro? Et partem negativam videtur habere *Gerſon. tract. de vita ſpirituali part.* 3. *lect.* 4. *Alphab.* 6. *Almainus de poteſtate Eccleſiæ cap.* 12. *in fine*, & in eam inclinant *Triola in cap.* 2. *nu.* 3. *de maiorit. & obedient. Decius in cap. Nam concupiſcentiam de conſtit. circa finem lectionis primæ.* Rationem afferunt, quia nullus legislator poteſt lege ſuæ ad eam pœnam obligare, quam ipſe non poteſt infligere in ſuo tribunali, *argum. l. ult. ff. officium eius, cui mandata eſt juriſdictio.* Sed hæc opinio abſurda eſt, & omninò tenendum leges humanas, & civiles, habere efficaciam obligandi in conſcientia, ut docent *Antonin. p.* 1. *tit.* 18. *cap. Vnic.* §. 2. *Sot. lib.* 1. *de juſt. q.* 6. *art.* 4. *ad* 8. *Bellarm. tom.* 2. *lib.* 3. *de laicis cap.* 11. *Covar. in reg. peccatũ, p.* 2. §. 3. *Navar. in ſumm. cap.* 23. *nu.* 54. *Valent. tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 6. §. 1. alios refert *Vaſq.* 1. 2. *diſp.* 152. *cap.* 2. & *diſp.* 158. *cap.* 2. plures *Suar. lib.* 3. *de legib. cap.* 21. *nu.* 5. qui latiſſimè diſputat. Adde poſita *ad cap. Quis autem nu.* 1. infra *diſt.* 10. Quod idem regulariter dicendum eſt, in lege pœnali, ut eſt communis Theologorum, & Canoniſtarum, teſte *Suar. lib.* 5. *cap.* 3. *nu.* 6. quidquid repugnet *Navarr. in cap. Fraternitas* 13. *q.* 1. *n.* 22. & *in Man. cap.* 22. *nu.* 55. licet aliquando dentur leges pœnales non obligantes in conſcientia, ſed tantùm ſub pœna, de quibus vide eundem *Suar. d. lib.* 5. *cap.* 4. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 24. 25. & 26.

Vnde tamen dignoſci poſſit legem aliquam 3
obligare in conſcientia. Sunt conſulendi *Caiet.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *Vaſq. d. diſp.* 158. *cap.* 3. *Suar. d. lib.* 3. *cap.* 26. qui benè docent, quando leges pœnam mortis, vel aliquam gravem imponunt tranſgreſſoribus, materiam illius legem eſſe gravem, & de ſe ſufficientem ad peccatũ mortale; inſuper quãdo lex utitur verbo, *præcipimus*, vel æquivalenti, per textum *in Clem. Exivi, de verbor. ſignificat. cap. Exiji, eodem tit. in* 6. Notabis etiam obligationem ad culpam mortalem, non ex ſolis verbis legis, ſed ex materiæ gravitate expendi debere; notat eleganter *Vaſq. ubi proximè cap.* 4. *Suar. cap.* 25. & an ſolum ſufficiat ad gravitatis materiam intentio legislatoris? Vide eundem *cap.* 27. *Reginald. d. cap.* 26. *per totum.*

Dubitatur inſuper an lex humana obliget cũ 4
vitæ diſcrimine? Prima eſt ſententia, affirmãs, non poſſe obligare cum periculo vitæ. *Almain. in moralib. tract.* 1. *cap.* 3. *propoſit.* 4. & eam videtur approbare *Sylveſt. verbo metus, q.* 7. rationem afferunt, quia dare vitam propter opus per ſe non neceſſarium ad ſalutem, eſt opus difficillimum: lex autem humana non poteſt ad difficillima obligare. Secunda opinio eſt, legem humanam

manam in universum obligare, non obstante quocumque periculo mortis, tenet *Caiet. 1.2. q. 96. art. 4. & 2.2. q.125. art. 3.* sentiunt *Adrian. in 4. q. 3. de clavib. Henriq. tract. de Synodo post 3. part. art. 1. nu.371*, citat alios *Azor tom.1. instit. moral. lib. 1. cap. 11. q. 1.* pro quibus est text *in cap. Sicut Satius 31. q. 4.* ubi *Augustin.* dicit. *Satius est fame mori, quàm idolothytis vesci.* Tertia, & vera opinio est, præceptū humanum obligare posse cum periculo vitæ, sed regulariter leges humanas hoc non intendere, nec obligare cum tanto periculo. *Sot. lib. 1. de just. q. 6. art. 4. Covar.* alios referens *in cap. Alma p. 1. §. 3. nu. 9. vers. Tertiò solet. Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 7. disp. 5. nu. 3. & 4. Vasq. 1.2. disp. 161. cap. 1.* & seqq. *Salas de legib. disp. 11. sect. 1. Suar. tom. 5. disp. 4. sect. 13. nu. 12.* latè *de legib. lib. 3. cap. 30.* ubi ad argumenta in contrarium adducta fit satis.

CAP. Erit autem. II.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates legis quales sint?*
2 *Prima conditio, ut sit honesta.*
3 *Secunda conditio, ut sit justa.*
4 *Tertia conditio, ut sit possibilis.*
5 *Quarta conditio, ut conveniat tempori.*
6 *Insuper, ut sit necessaria.*
7 *Sexta conditio, ut sit utilis.*
8 *Septima conditio, ut sit manifesta.*
9 *Vltima conditio, ut sit pro bono cōmuni.*
10 *Privilegiū quomodo distinguatur à lege.*

1 IN textu. Agit textus de qualitatibus legis, de quibus sunt videndi *D. Thom. 1.2. q.95. art.3. Sot. lib.1. de just. q. 5. art. 3. Castrus de lege pœnali lib. 1. cap. 1. col. 3.* latè *Morla in Emporio juris in principio nu. 42. & 43. Riccius collect. 461. p. 2.* Est enim semper effectus legis reddere homines simpliciter, & moraliter bonos, ex Platone, & Aristotele tradit latè *Salas de legib. disp. 3. sect. 1.* latiùs *Suar. de legib. lib. 1. cap.13. Reginald. in praxi lib.13.cap.16.*

2 Ibi, Honesta. Hæc est prima conditio, quam Isidorus desiderat in lege, ut præcipiat rem honestam, vel de se, vel ex fine, ad quem conducit; nam si præciperet rem inhonestam, veluti idololatriam, vel quid simile contra rationem, obligare non posset. Vide *Navar. cons. 5. nu. 4. de appellat. edit. 2.* eleganter *Vasq. 1.2. disp. 155. cap. 1. nu. 6. Salas de legib. disp. 1. sect. 9. nu. 57. Suar. de legib. lib. 1. cap. 9. nu. 7.*

3 Ibi, Iusta. Conditio est secunda, ut lex sit justa, non quia non præcipiat aliquid in damnum alterius (hoc enim satis explicatum est in verbo, *honesta,*) sed dicitur justa, quia æque omnes subditos comprehendat, & inter eos servet justitiam per æqualitatem. Tradit *Vasq. de legib. d. cap. 1. nu. 7.* Duobus modis intelligi potest legem debere esse justam, primò respectu ipsius actus exercendi à subdito, ex vi talis legis. Secundò respectu ipsiusmet legis obligantis hominem sine injuria: potest enim actus esse justus, & tamen superior injuriam faciet talem actum præcipiendo, ut infra dicemus: verbum ergo *(justa)* de quo textus, intelligi debet de priori modo legis justæ, ut intelligit *Suar. d. lib. 1. de legib. cap. 9. nu. 2.* & vide citatos p *Sot. lib. 1. de just. q. 5. art. 3. col. 2. Emman. Rodey. de regular. q. 66. art. 2. col. 2. tom. 1. & q. 11. art. 8. post principium. Salas de legib. disp. 1. sect. 9. nu. 57. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 16. nu. 149.*

4 Ibi, Possibilis. Hæc qualitas conjungenda est cum verbis sequentibus. *Secundum naturam, secundū patriæ consuetudinem:* ut sit sensus legem debere esse non tantùm de re honesta, nec tātùm æqualiter subditis imponi, sed etiam debere esse possibilem, tùm respectu naturæ, tùm respectu consuetudinis patriæ: nam si induceretur jejunium in pane solo, & aqua, per totam quadragesimam, videtur impossibile secundū naturam subditorū. Præterea secundum patriæ mores, & consuetudinem, impossibile aliquid judicatur, V.g. si lex juberet, ut æquo honore tractarentur rustici, & nobiles: prosequitur elegantér *Vasq. d. disp. 355. cap. 1. nu. 8. & 9. Salas d. disp. 1. sect. 9. nu. 55. & 56. Suar. d. lib. 1. cap. 9. nu. 1.*

5 Ibi, loco, & tempori conveniens, & accōmodata. Hæc est quarta legis conditio, licèt enim lex sit de re secundùm se honesta, æquali, & possibili, potest ratione loci, aut circunstantiæ temporis, reddi impossibilis, & inhonesta; oportet ergò ut conditiones prædictas habeat ex ratione loci, & temporis, in quo fertur, notat *Vasq. d. cap. 1. nu. 9. in fine.*

6 Ibi, Necessaria. Hanc cōditionem explicavit *D. Th. 1.2. q. 94. art. 3. in corpore*, ut lex sit ad removendū aliquod malum: nam si in Repub. omnia constēt, supervacanea videtur, nec erit secundum rationem, si nulla exigente causa feratur, imò detrimentū orietur ex eius transgressione: cū tamen nullū prorsus sequeretur, si posita non esset: elegantèr *Vasq. d. cap. 1. nu. 10.*

7 Ibi, Vtilis. Hæc est sexta legis conditio, quam *D. Thom. d. art. 3.* refert ad consequendum bonum, quasi diceret, non sufficere à lege removeri aliquod damnum, nisi aliquod bonum afferatur, si enim lex bonum aliquod non afferret, non esset secundùm

cũdùm rationem. V.g. Si lex non permitteret meretrices in Repub. & graviter eas puniret; nam licet hęc lex ex ſe haberet omnes alias cõditiones, cum tamen utilitatem non afferret, ſed potius inde graviora ſequerentur peccata, non eſſet talis lex ſecundum rationem. Optimè *Vaſq. d. cap. 1. nu. 11.*

2 **Ibi, Manifeſta.** Hæc ſeptima conditio pertinet ad promulgationem legis, de quo videbis poſita ad *cap. In iſtis,* infra *hac eadem diſt. nu. 3. & ad cap. Vltim.* infra *diſt. 18. nu. 2.*

9 **Ibi, privato cõmodo, & ibi, Pro cõmuni civium.** Docet Iſidorus ultimam legis conditionem eſſe, non ad bonum privatum, ſed ad bonum cõmune conducere; nam ſicut leges cõmunitati imponuntur, ita propter bonum cõmunitatis præcipuè ferri debent; alioquin inordinatæ eſſent, de qua conditione agit *D. Thom. lib. 3. de regimine principum cap. 11.* latè *Rebuf. in prooemio legum Gallicarum 1. tom. art. 1. Gloſſa 1. nu. 16. Menchac. de ſucceſſ. progreſſu in præfat. num. 70. & 78. Navarr. in comment. de ſimb. nu. 28.* latiſſimè *Vaſq. diſp. 151. cap. 2. & 3. Salas* plures referens *de legib. diſp. 1. ſect. 7. per totam, Suar. lib. 1. de legib. cap. 7.* qui obiectionibus faciunt ſatis. Sumitur etiam hæc conditio ex *Platone Dialogo 1. de legib. Ariſtot. lib. 3. Ethicor. cap. 6. & lib. 4. cap. 1.* optimè *Quintilian. lib. 2. cap. 4.*

10 **In Gloſſa ult.** Tenet Gloſſa verbũ, *privato,* poſitũ eſſe ad diſtinguendam legem à privilegio, nam privilegium privatum bonum non commune reſpicit: quam interpretationem improbat *Caſtrus de lege pœnali lib. 1.* ea ratione, quia ſi princeps legem à ſe data pro ſui utilitate ſubditos ad tributum perſolvendum obligaret, non diceretur tam legem tuliſſe, quam privilegium, quod eſt abſurdum. Sed mentem gloſatoris non videtur aſſecutus; nam cum dicit Gloſſa privilegium differre à lege, quod lex reſpicit cõmunem utilitatem, privilegium autem privatum bonũ, nõ intellexit illud, quod in detrimentum caderet cõmunitatis: hoc enim quis unquam privilegiũ appellavit? ſed per privatum privilegium intellexit utilitatem unius, aut alterius tantùm.

CAP. In iſtis. III.

SVMMARIVM.

1 *Auguſtinus quis fuerit?*
2 *De legibus non eſt judicandum.*
3 *Promulgatio an ſit de ratione legis?*
4 *Lex quando incipiat obligare?*
5 *Lex non approbata, an obliget?*
6 *Lex abrogata, an ſit lex?*
7 *Scientia Principis an requiratur, ut cõſuetudo ſit introducta?*

1 **IN ſuperſcriptione ibi, Auguſtinus.** Natus eſt Auguſtinus Tagaſte in Africa honeſtis parentibus, anno Domini 355. Arbecione, & Hocliano cõſulibus, imperante Conſtantino, & Pontifice Damaſo Idibus Novembris; eum enim diem natalem ſuum dicit *in lib. De vita beata circa principium*; idemq; decimo ſeptimo ætatis ſuæ anno, Domini autem 371. litterarum ſtudij cauſa (ut ipſe teſtatur *confeſ. lib. 2. cap. 2.*) Carthaginem petijt, quo, & orbatus eſt patre: decimo verò nono, nempe Chriſti 373. impegit in Manichæos, quos rethoricam docuit, de quo, & eius vita vide latiſſimè *Baron. tom. 4. annal. anno Chriſti 377. nu. 7.* & ſeqq. *& anno 383. nu. 40. & anno 384. nu. 26.* & ſeqq. & de eius converſione *anno 385. à nu. 3.* vixit Auguſtinus annos ſeptuaginta ſex, obijt anno 433. ut habet *Proſper in Chronicis*, cuius corpus primùm in Sardiniam delatũ, deinde à Luitprando Longobardorum Rege, magno prætio redemptum Ticinium tranſlatũ eſt, ibiq; honorifice conditum. Adde *Covar. lib. 4. variar. cap. 16. nu. 5. ad med.* & poſita *ad cap. Sancta nu. 15. diſt. 15.* eius vitã ſcripſere Poſſidonius ex ijs, quæ vidit, & audivit ab eodem Auguſtino, & noſtra ætate præter alios *Ioſephus Pãphilicus Epiſcopus Signinus*, & ante illum *Ambroſius Coranus*, & ipſe *Baron. tom. 5. annal. anno 395. à nu. 31. & anno 398. à nu. 24. & anno 409. à nu. 15. & anno 418. à nu. 26.* Poſtremus omnium, non eruditione noſter Luſitanus, & Portucalenſis fr. Lodovicus ab Angelis, inſtituto Eremita Auguſtinianus, quem cælum ipſius religioni non ſine omnium deſiderio abſtulit, anno ſuperiore 1625. cuius laboribus, & diligentia non ſemel uſus ſum in hiſtoria mea Epiſcoporũ Portucalenſium, & utinam poſſem in Bracharenſi, quam paro.

2 **In textu.** Docet Auguſtinus non eſſe de legibus iudicandum, ſed ſecundum ipſas iudicandum, de quo vide latè *Henriq. in ſumm. lib. 13. cap. 17. nu. 6. littera F. Navarr. in Rubr. de judicijs nu. 71. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2.*

3 **In §. Leges, ibi, Promulgãtur.** Ergo promulgatio eſt de ratione legis *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4.* & ibi *Vaſq. nu. 25. Navarr. conſ. 21. nu. 2. de privilegijs edit. 2.* latiſſimè *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 3. Salas de legib. ſect. 1. diſp. 12.* optimè *Suar. lib. 3. de legib. cap. 16. Puteus deciſ. 281. p. 1. Riccius collectaneo 461. ad fin.* Non eſt tamen determinata certa ſolemnitas, vel promulga-

mulgatio publica, ſed hæc ex ipſo jure, vel ex recepta conſuetudine, aut ex voluntate expreſſa legislatoris determinanda eſt, advertit *Suar. ubi proximè nu.* 4. Vtrum legis promulgatio in curia Principis ſufficiat ad omnes ſubditos obligandos? Vide eundem *Suar. cap.* 17. *Salas diſp.* 12. *ſect.* 2. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 16. *nu.* 151.

4 De tempore autem, in quo lex incipiat obligare ſubditos, vide latè *Suar. d. lib.* 3. *cap.* 18 *Salas d. diſp.* 12. *ſect.* 3 & poſita *ad cap. Vlt. nu.* 2. *infra diſt.* 18. *Reginald. ubi proximè nu.* 152.

5 Ibi, Approbantur. Ergo lex quæ non approbatur non ligat, nec habet vires, ut per hunc textum tradit *Navarr. conſ* 18. *nu.* 1. *de ſtatu monachorum edit.* 2. *& in Manual. cap.* 23. *nu.* 41. *Emman. Roder. de regul. tom.* 2. *q.* 99. *art.* 7. §. *Nota. Caſtro de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 1. *col.* 2. *Abb. in cap. Fin. nu.* 13. *de conſuetudine. Azor tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 4. *Natta conſ.* 628. *nu.* 13. *&* 14. *vol.* 3. juvat illud *Ariſtot.* 2. *polit. cap.* 6. dicentis *Lex nullam vim habet, ut illi pareatur, niſi ex more. Covarr.* 2. *variar. cap.* 16. *nu.* 6. latiſſimè *Salas de legib. diſp.* 17. *ſect.* 1. *& ſect.* 2. Hæc tamen conditio non eſt de ratione legis, nam lex vim habet obligandi, ſi autem pendeat ex acceptione ſubditorum, iam illos non obligaret, ſi ergo aliquando requiritur populi acceptatio, eſt de benignitate legislatoris, qui non vult uti ſua abſoluta poteſtate, advertit *Suar. lib.* 1. *de legib. cap.* 12. *nu.* 7. & vide poſita *ad cap. Denij, nu.* 8. infra *hac eadem diſt.*

6 Ibi, Abrogatæ. Ergo lex obrogata nõ eſt lex, tenet *Gloſſa* 2. communiter recepta *in cap.* 2. *de conſtit.* & adde legem abrogatam adeo nullam eſſe, ut eam allegans, pœnam falſi incurrat, ut poſt *Bart.* & alios tradit *Dec. in cap.* 1. *de conſt. nu.* 11. *lectur.* 1. & vide addit. *ad Abb. in cap. Novit nu.* 23. *de judic.* An lex extendatur ad præterita? Vide poſita *ad cap. Ex antiquis* 9. *nu.* 6. & ſeqq. infra *diſt.* 54.

7 In Gloſſ. verbo, Abrogatę in fin. Vult Gloſſa quod non requiratur ſcientia Papæ, aut Principis, ut conſuetudo introducatur cuius contrarium voluit *Gloſſa verbo, Conſuetudinem, ad fin. in cap. Fruſtra diſt.* 8. ubi vide poſita *n.* 4

CAP. Statuimus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Teleſphorus quis fuerit?*
2 *Pontifex, appellatur Epiſcopus Romæ.*
3 *Diſcreta debet eſſe clericorum, & laicorum vita.*
4 *Jejunij quinquageſimæ origo, & inſtitutio.*
5 *Aliquid fieri continuò quando dicatur?*
6 *Conſuetudo an poſſit tollere jejunium?*

INſuperſcriptione ibi, Teleſphorus. De quo vide poſita *in cap. ſeq. nu.* 4. 1

In eadem ſubſcriptione ibi, Epiſcopus Romæ. Nota quòd Pontifex apellatur Epiſcopus Romæ, & nomina omnia quæ Romano Pontifici tribui ſolent, vide late per *Bellarm. tom.* 1. *lib.* 2. *de Romano Pontifice nu.* 31. quæ ſunt quindecim ſcilicet Papa, Pater patrum, Chriſtianorũ Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Vicarius Chriſti, Caput corporis Eccleſiæ, Fundamentum ædificij Eccleſiæ, Paſtor ovilis Domini, Pater, & Dominus omnium fidelium, Rector domus Dei, Cuſtos vineæ Dei, Sponſus Eccleſiæ, Præſul Apoſtolicæ Sedis, Epiſcopus univerſalis. 2

Ad textũ. Notat illum *Alciat. lib.* 6. *Paregon. cap.* 20. *poſt med.* ad hoc quòd diſcreta debet eſſe clericorum, & laicorum vita: ubi ait hoc jejunium, quod clericis tantum Teleſphorus induxit poſtea Eccleſia ad ſæculares produxit. 3

In eodem. Agit text. de jejunio quinquageſimæ circa quod, & quænam fuerit eius origo, & inſtitutio, vide omnino *Azor* 1. *tom. inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 27. *in principio, & verſ. Secundò quæritur.* ubi textum citat, & latè, & ſecurè eius materiam proſequitur *Leſſius de juſt. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 25. & ſeqq. Adde *Alphonſ. Chacon. de varia jejunior. obſervantia* ſtatim in principio, & vide *Covarr. lib.* 4. *reſol. cap.* 20. *nu.* 6. *ad med. Henriq. in ſumma lib.* 7. *cap.* 13. *nu.* 8. *littera D. & F.* & ex antiquis *Albin. de divinis officijs in cap. de Septuageſima*, qui ait, Melchiadem Papam poſtea præcepiſſe, ut nemo in prima, vel quinta feria jejunaret; in prima propter Dominicam Reſurrectionẽ; in quinta, quia in ea Dominus cœnavit cũ diſcipulis ſuis, & in ea aſcẽdit in cœlos. Tu conſule omnino *Azor ubi proximè verſ. Mihi verò ſimilius.* Illud autem vidimus hoc jejunium hebdomadæ conſuetudine iam ſublatum, notarunt idem *Azor cap.* 30. *in principio, & Gloſſa* 1. *in præſenti.* 4

In fine ibi, Die noctuq; Et ita illud dicitur continuò fieri, quod fit horis competentibus; non eſt enim ſic ſtricto modo interpretãdum, quod textus diſponit, ut nec diebus, nec noctibus, non ſit ab hymnis, & orationibus ceſſandum, & hinc ſi quis dicat, quod vidit aliquando continuò exercere talem, vel talem actum, debet intelligi, quod vidit horis, & temporibus competentibus. 5

IN

6 In Gloſſ. 1. ibi, Non tenet hodie, Ergo neceſſitas jejunandi poteſt tolli per contrariam conſuetudiuem, de quo latiſſimé diſputat *Medina in Cod. de jejunio, cap. de conſuetudine legem jejunij diſſoluente. Gloſſa verbo conſuetudinem, in cap. 2. de obſerv. jejun. Sylveſt. verbo jejunium q. 2. nu. 7. Roſel. eodem verbo nu.* 8. & poſt *Palud. Anton.* & alios, laté controvertit *Azor tom. 1. inſt. moral. lib. 7. cap. 3. verſ. Primò quæritur.*

CAP. Quadrageſima. V.

SVMMARIVM.

1 *Ambroſius quis fuerit?*
1 *Doctores qui text. meminerunt.*
3 *Quadrageſima habet ſex ſeptimanas.*
4 *Ratio quadrageſimalis jejunij triplex eſt.*
5 *Teleſphorus inſtituit ut in Natali Chriſti noctu tres miſſæ celebrarentur.*

1 IN ſuperſcriptione ibi, Ambroſius. Qui fuit nobiliſſimus civis Romanus, ex Patre Ambroſio Galliarũ olim præfecto natus, eruditione præclarus, eloquentiæ ſtudijs egregiè excultus, optimisq; cõpoſitus moribus; quem cum Probus eligeret ad gubernandas Liguriam, Æmiliam, aliasq; provincias, hortatus eſt eum dicens (veluti quodã futurorum vaticinio) *Vade age non ut judex, ſed ut Epiſcopus.* ut tradit *Paulin. in vita Sancti Ambroſij.* optimè *Baron. tom. 4. annal. anno Chriſti 369. nu. 37.* & ſeqq. Poſtea Ambroſius creatus fuit Epiſcopus Mediolanenſis, anno Chriſti 374. de quo, & quomodo electus fuerit, & tentaverit evadere Epiſcopatum? Vide eundem *Baron. anno Chriſti 374. à nu. 1. 3.* & ſeqq. *Covarr. lib. 4. variar. cap. 16. num. 5. poſt principium.* Pro Eccleſia Dei maximis laboribus, curisq; perfũctus, multis libris, & egregiè conſcriptis in morbum incidit, atq; animam Deo reddidit, pridie Nonas Aprilis anno poſt Chriſtum natum 380. *Baptiſta* verò *Mantuanus Carmelita* ſexaginta plus minus verſibus Ambroſij geſta inſigniora breviter, at appoſitè attigit. Vide poſita *ad cap. Sancta nu. 14. diſt. 15.*

2 In textu. Vide circa illũm optimè *Mãtua. Dialogor. Denar. claſſe 15. cap. 31. Azor d. tom. 1. lib. 7. cap. 27.* & *Chacon. de varia obſervat. jejuniorum in principio,* cum quibus proſequere. Adde *Additionem ad Repertorium Inquiſit. verbo Quadrageſima fol. 663. Medina in Cod. de jejunio, in cap. de inſtitut. jejunij per totum. Covarr. lib. 4. reſolut. cap. 20. nu. 4. Henriq. in ſumm. lib. 7. cap. 13. num. 8.* & ibi, *Gloſſa littera A. & B.*

Ibi, Sex. Ergo quadrageſima non habet niſi ſex hebdomadas; quatuor enim dies, quæ primam Dominicam præcedunt, non quadrageſima, ſed quinquageſima vocatur; unde ſi ſtatutum dicat, quòd cõmittens tale delictum in quadrageſima, tali pœna puniatur, non includeretur, qui in prædictis quatuor diebus illud cõmitteret. Notavit *Præpoſit. in præſenti nu. 1.* 3

Ratio autem quadrageſimalis jejunij eſt triplex. Prima, quia virtus Decalogi per libros quatuor ſancti Evangelij impletur. Denarius autem quater ductus in quadragenarium ſurgit. Secunda, quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis ſubſiſtimus, per cuius volũtatem præceptis Dominicis contraimus, quæ per Decalogum ſunt accepta, unde dignum eſt, ut eandem carnem quater decies affligamus. Tertia, quia ita offerre contendimus Deo decimas dierũ, dum enim per trecentos, & ſexaginta dies annus ducitur; nos autem per triginta, & ſex dies affligimur, qui ſunt jejunabiles in ſex ſeptimanis quadrageſimæ, quaſi anni noſtri decimas Deo damus. Quas rationes ex *D. Greg.* tradit *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. in corp.* & ibi ex *D. Auguſt.* quartam addit rationem. Vide eundem *in 4. diſt. 15. q. 3. art. 3.* Vnde olim quadrageſimale jejunium pro laicis incipiebat feria ſecunda poſt eam, quæ nunc dicitur prima Dominica quadrageſimæ. *Henriq. lib. 7. cap. 13. nu. 8. in fin. Leſſius de juſt. lib. 4. cap. 2. nu. 63.* qui uterq; noſtrum textum referunt. 4

In text. ibi, Addidit Teleſphorus Fuit Teleſphorus natione Græcus, ex patre Anachoreta, creatus Pontifex anno Chriſti 127 ſecundùm *Panvinum in faſtis, & Platinam de vita Pontificum.* Sed *Baron. tom. 2.* ait creatum fuiſſe Papam anno Chriſti 141. & anno 154. §. 2. agit ipſe *Baron.* de hac conſtitutione, ut ſeptem hebdomadis ante Paſcha jejunium obſervetur, de quo etiam *Platina ubi ſupra. Genebrard. in Chronicolog. anno Chriſti* 129. qui fuit annus Romæ 881. ut per eundem; de quo etiam *Alphonſ. Chacon. de vitis, & geſtis Pontificum in vita ipſius Teleſphori,* & iterum de varia jejuniorũ obſervãtia poſt principium; & adde ex ijſdem authoribus ipſum Teleſphorũ inſtituiſſe, ut in Natali Ieſu Chriſti noctu tres miſſæ celebrarentur. Prima media nocte, cum Chriſtus in Bethlem natus eſt. Secunda illuceſcente aurora, quando à paſtoribus eſt adoratus. Tertia in hora diei tertia, qua dies nobis redemptionis illuxit; cum reliquo anni tempore ante horam tertiam celebrare in Eccleſia Romana interdictum tunc eſſet. Vide *cap. Nocte ſancta,* & ibi poſita *de conſecrat. diſt. 1. Suar. 3. tom. diſp. 80. art. 2. ſect. 4. verſ. Tertiò inquiri.* 5

CAP. Denique. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vivaldus text. interpretatur.*
2 *Ordo Sacerdotalis eſt dignitas.*
3 *Ludi in introitu quadrageſimæ, qui ſint liciti.*
4 *Habens licentiam comedendi carnes in quadrageſima, an peccet?*
5 *Vitium quod non tollitur ſine periculo, debet permitti.*
6 *Cibi quibus jejunantes uti non debent.*
7 *Habens poteſtatem comedendi ova, an poſsit comedere lac, & butyrum, & ſimul uti piſcibus?*
8 *Lex an obliget, ſi non ſit recepta?*
9 *Conſiliũ non obſervans, minimè peccat.*
10 *Perſonæ privatæ, quæ dicantur.*
11 *Conſuetudo excuſat in delictis.*
12 *Quod ſuperior permittit, non approbat.*

1 IN textu. Vide *Vivald. in Candelab. 3. p. cap. 15. nu.* 18. ubi ait, quod quamvis in operibus. D. Gregorij non inveniatur epiſtola, ex qua fuit deſumptum hoc cap. ſufficit tamen Eccleſiæ authoritas, quę iam Canonem iſtum approbavit, maximè poſt correctionem, & emendationem factã à Gregor. XIII.

2 Ibi, Dignitas. Ergo ordo Sacerdotalis, dignitas eſt, & honor: imò talis dignitas, quæ maior eſt omni alio honore ſæculari; unde non eſt clericus inter plebeos numerandus, ut probat text. *in l. 2. C. ut nemo privatus*, multã congerit *Tiraq de nobilitate cap. 9. nu.* 4. Vt verò altius hanc Sacerdotalem dignitatem demireris, apponam bina teſtimonia ab ipſis ethnicorũ fontibus deducta; apud quos tantus honos, ac reverentia Sacerdotibus exhibebatur, ut ingens eſſet piaculum, ſi quis Sacerdotis dignitatem minueret, aut labefactaret. Vide *Plautus in Rudent.* Quis, inquit, *eſt homo tantæ conſidentiæ, qui Sacerdotem violare audeat?* & *Ovid. 1. de Ponto*, tantam in Deorum etiam Sacerdotibus dignitatem agnoſcit, ut illos quaſi Deos vocet.

Vaticinor, vovecque, locum date ſacra ferenti.
Non mihi ſed magno poſcitur ille Deo.

3 In verſ. De ipſa verò die. Agitur in præſenti de introitu quadrageſimæ, quod Luſitani *Entrudo*, Hiſpani *Antruejo*, Itali *Carnevale* appellant, de quo, & de ludis, & iocis, qui in tali die fiunt, & quando inducant, vel non inducant peccatum mortale, aut veniale, vide latè per *Vivald. ubi ſupra cap. 18. Feder. Scotum reſponſ. 25. in principio lib. 3. tom. 2.* pro ut illum refert *Coned. ad Decretum collectan. 41. nu. 2.*

4 In eodem verſ. ibi, Non rationi, ſed voluptati. Notat *Guido Pap. deciſ. 111.* ad hoc, quòd licèt Papa alicui permittat comedere carnes in quadrageſima, nihilominus peccat illas comedens, nec excuſatur à pœna licèt excuſetur à culpa, ſed hæc inter ſe non bene cohærent, & miror virum aliâs doctum, hoc aſſerere, cum contrariũ ab omnibus teneatur, & ſit tenendũ.

5 In eodem ibi, Relinquẽdi ſunt. Ergo quando aliquod vitium inolevit, nec tolli ſine periculo poteſt, quia eo ſublato, ſubditi ad deteriora prolaberentur, ſub quadam diſſimulatione debet permitti, facit textus *in cap. Cœmeſſationes 44. diſt.* & *in cap. Non poteſt 23. q. 4.* Adde *Petr. Ravenas de conſuetud. ſect. 1. nu. 27. Iacob. de Graſſis conſ. 12. de pœnit. & remiſſ. nu. 2.*

6 In verſ. Par autem, ibi, A lacte, & caſeo. De cibis prohibitis, quibus jejunantes uti non debent, vide latè *Covarr. 4. variat. cap. 20. nu. 15.* ubi textum citat. Adde *Gregor. Lopez part. 1. tit. 23. l. 4. Gloſſã penult.* poſt *D. Thom.* & alios quos citat *Vivald. in Candelab. 3. p. nu. 17. Navarr. in Manual. cap. 21. nu. 15.* latiſſimè *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 7. cap. 19. Henriq in ſumma lib. 7. cap. 13. num. 8.* & ibi *Gloſſa littera F. Leſſium de juſt. lib. 4. cap. 2. num. 8.* ex quibus collige, quòd ſolum in jejunio quadrageſimæ lac, butyrum, caſeus, ova, & cætera, quæ ex carnibus originem trahunt, prohibentur; unde in alijs jejuniorum diebus, jure cõmuni permittitur uſus ovorum, lactis, & ſimilium, niſi contrarium conſuetudo Regni, vel populi obſervet.

7 Sed dubitatur, an quibus fuit data poteſtas, ut in diebus quadragenarijs ova comedant, poſſint uti caſeo, lacte, & butyro? Negant quidam, quia privilegium juri communi derogãs ſtrictius exponitur. Contraria opinio mihi probabilior eſt, nam hæc omnia eiuſdem videtur eſſe rationis, cum ex carne ducant originem; Ita *Medina in inſtructione confeſſarior. lib. 1. cap. 14. §. 10. Azor d. lib. 7. cap. 10. verſ. Quarto quæritur.* ubi *verſ. Quinto quæritur*, affirmat illum cui ex privilegio licet ova comedere, poſſe ſimul cum ovis, uti piſcibus, ne faſtidiat. Vtrum caupo peccet, ſi die jejunij cœnam apponat, aut cibos vetitos? Vide elegantèr *Leſſium de juſt. lib. 4. cap. 2. nu. 22.* & ſeqq.

8 In §. Hæc etſi legibus ibi, Vſu approbata. Ergo nullam lex habet obligationem, niſi uſu ſit recepta, & ita receptio eſt de eſſentia, & obſervantia legis;

legis; faciant quæ magno apparatu ſcribit *Felin. in cap. 1. de treugua, & pace à nu. 69. verſ. Lex nova*, ubi *nu. 11. in 2. limitat.* teſtatur receptionem eſſe faciendam à maiori parte; & ex *Dominico*, & alijs tradit *Navarr. in Manual. cap. 23. nu. 41.* & ita ſemper videtur à legislatoribus lata ſub ea tacita conditione, *ſi recipiatur*; ſin minus nemi-nem ligare intendunt; quo fit ut legi non re-ceptæ etiam Concilij, aut Pontificis, non ſit lo-cus, nec in foro conſcientiæ; ut per eundem *Felin. nu. 7. Exea in cap. 1. de conſtit. nu. 305.* & vi-de latè *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 4.* Adver-te tamen cum eodem *Azor.* & *Felin. nu. 10.* non ſufficere populum non uti lege, etiam per lon-gum tempus, ut ea dicatur non recepta, ſi uſus illius legis nunquam toto illo tempore occurri-rit; & vide poſita ad *cap. Iſtis nu. 5. ſupra hac eo-dem diſt.* Non dicitur tamen lex uſu recep-ta quando probatur, illam fuiſſe ratificatam à mi-nore parte populi. *Verallus in deciſ. 19. p. 3.* quem refert, & ſequitur *Riccius collect. 461.* & uſus nõ probatur ſi conſtet per paucas vices uſum fuiſ-ſe receptum: idem *Verallus in diſt. 203.* pro ut ſequitur *Riccius d. loco:*

9 **Ibi, Exhortando.** Notat *Menoch. de arbitrar. lib. 2. ca-ſu 380. num. 3.* ad hoc quòd inobediens conſi-lio non obligatur, atq; ita illud non obſervan-do, non peccat; nam conſiliũ importat ſolùm exhortationem, quæ tantum liberam voluntã-tem excitat.

10 **In Gloſſa 1. in fin.** Tenet Gloſſa il-las perſonas eſſe privatas, quæ non habent dignitatem, ſequitur *Tiraq. de nobilitate cap. 8. nu. 3. & num. 10.* quem in ornatum vide.

11 **In Gloſſa verbo, Cõſuetudine.** Docet Gloſſa conſuetudinem excuſare in de-lictis; cõmendat *Rom. ſing. 19. & Cremenſis ſing. 149.* ubi infert ad morem puerorum, quando ludunt lapidibus, ſi fortè unus interficiat alium cum lapide. quod non debet puniri pœna mor-tis, & ait de facto hoc contigiſſe. Vide latiſſi-mé *Covar. 2. p. de ſpouſ. cap. 7. §. 3. nu. 5.* ubi quod etiam conſuetudo prava poſſit excuſare in foro conſcientiæ. Adde *Navarr. in cap. 1. §. Tanto, nu. 7. de pœnit. diſt. 5.* & vide Gloſſam ſimilem *in cap. Cum venerabilis, verbo Migraſſe de conſuetudine. Abb. ibidem nu. 5. Tiraq. de pœnis cap. 42. á princip.*

12 **In Gloſſa verbo, Venia, ibi, Non eſt dicendum.** *Navar. conſ. 15. nu. 11. de empt. & vendit. edit. 2.* ubi hanc Gloſſam dicit celebrem ad hoc, quòd tolerantia Papæ, qui ſolum permittit, & non approbat actum, non faciet eum licitum.

DISTINCTIO. V.

SVMMARIVM.

1 *Nemo diſpenſat in lege naturali, & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Puer quare in tẽplo offerebatur quadrageſimo die?*

6 *Fœtus fœmineus, & maſculinus quando animentur, & numeri ſeqq.*

IN ſumm. diſtinct. ibi, Immutabile. Tenet Gloſſa neminem poſſe diſpenſare in lege naturali. Ad quod dicit memorabilem *Navar. in cap. Novit de judic. nu. 112.* & vide eundem *diſt. 5. nu. 7.* & ſeqq. textus ſimilis *in §. Sed naturalia inſtit. de jure naturali.* 1

Sed hæc concluſio certa, & immutabilis non eſt apud ſcribentes; prior, & communior opinio docet, jura naturalia in communi ſem-per firma, & immutabilia permanere, & ideo per Principem, aut aliam humanam poteſtatẽ in univerſum tolli non poſſe, nullum tamen eſſe inconveniens, quòd in hoc, vel illo caſu particulari, ſubſiſtente juſta cauſa, mutationem recipiant. Ita notabiliter per textum ibi nota-vit Gloſſa verbo *noſcerentur, in l. Manumiſſiones ff. de juſt. & jure, Gloſſ. verbo exemptus, in cap. A vobis 24. de decimis*, recepta ex multis de quibus *Felin. in cap. Vlt. á nu. 7. de maiorit.* & infiniti quos referunt, & ſequuntur *Sanch. de matrim. lib 8. diſp. 6. á nu. 5. Molin. de juſt. tract. 1. diſp. 4. verſ. Dubium tamen eſt.* & multi adducti *á Suar. de legib. lib. 2. cap. 14. nu. 1.* pro quibus facit deciſio text. *in l. Ius civile ff. de juſtitia*, dum ait, ius civile eſſe, quod neq; in totum à naturali jure, vel gentiũ recedit, neq; per omnia ſervit, ſed jure cõmu-ni, ideſt ipſi naturali, vel gentium aliquid addit, vel detrahit. 2

Verùm hanc communem traditionem me-ritò improbant multi, quos refert, & ſequitur *Suar. d. lib. 2. cap. 13. nu. 2.* & comprobatur ex *D. Thom.* & communi theologorum ſententia, de qua teſtatur idem *Suar. cap. 14. num. 5.* quia naturale ius, ſemper in ſe firmum eſt, & im-mutabile tàm in communi, quàm in particula-ri, cum enim naturali rationi ſit cõmenſura-tum, ſicut ipſa naturalis ratio deficere non po-teſt, neq; eſſe iniuſta, ut probat *Gratianus in præſenti D. Thom. 1. 2. q. 100. nu. 8.* & alij de quibus *Cõvar. de ſponſal. 2. part. cap. 6. §. 9. nu. 3.* plures quos refert *Suar. d. cap. 14. nu. 5.* & convinci-tur efficaciter *in Clement. Paſtoralis verſ Septimus de re judicata*, ubi Pontifex agit de caſu parti-cu-3

laris

laris ſententiæ, ſcilicet latæ ab Imperatore cõtra Robertum Siciliæ Regem non citatum, & inquit Pontifex ſententiam fuiſſe nullam, quia non potuit Imperator procedere ſine citatione, quia defenſio eſt proveniens à jure naturali; atq; ita apertiſſimè probat non poſſe etiam in particulari legem naturalem immutari.

4 Quare meliùs, & breviùs cum eodem *Suar. cap. 13. nu. 2. & 6. & cap. 14. nu. 8. 12. & 21.* dicimus dupliciter poſſe contingere mutationem in lege naturali, vel humana; aut intrinſecè per mutationem ſui, (& hic modus ſolùmodo poſſibilis eſt in lege humana, quæ à proferente quoad ſe ipſam licitè mutari poteſt, juxta ea, quæ notantur *in cap. Non debuit, de conſanguinitate*; non ita in lege naturali, quæ intrinſecè nullam recipit mutationem) aut extrinſecè, quia mutatur materia, circa quàm verſatur, & hoc modo nullum eſt inconveniens, quod lex naturalis mutationem recipiat, ut in exemplo depoſiti, de quo *in l. Bona fides ff. depoſiti*; quãvis enim rectum rationis dictamen poſtulet, ut de poſitum reddatur, ſi tamen ponatur circunſtãtia illa, quod reſtitutio in ipſius deponentis, vel Reipub. cedit perniciem; deficit illa rectitudo, & dictamen rationis, & poſtulat potius contrarium, atq; ita mutatio contingit, non ex parte ipſius legis, ſed materiæ, quæ variatur.

5 In Gloſſa ſũme, verbo, Quadraginta. Quare præciperet Dominus die 40. offerri puerum in templo, aſſignantur tres rationes. Prima ad notandum, quod ſicut die 40. in materiale templum ducitur, ſic in 40. die anima in corpore, tanquam in ſuo templo infunditur. Secunda, ut anima, quæ in die 40. corpore infuſa, ab ipſo corpore maculatur, in die 40. templum ingrediens per hoſtias expiaretur. Tertia ad inſinuandum, quod illi merentur cæleſte templum ingredi, qui decem præcepta Decalogi cum fide quatuor Evangeliorum profitentur.

6 Ibi, Fœtus fœmineus. Tenet Gloſſa fœtum fœmineum animari lapſis 80. diebus; maſculinum lapſis 40. ſequuntur D.D. communiter, teſte *Navarr. conſ. 46. nu. 2. de homicidio edit. 2. Vivald. in Candelab. tract. de irregul. tit. Ex homicidio voluntario nu. 230. & 231.* diſcrepat tamen *Menoch. de arbitrar. caſu 357. nu. 3.* qui ex *Plinio lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 6. Ariſtotele de hiſtoria animalium lib. 7. cap. 3.* fœtum fœminæ circa nonageſimum diem affirmat rationali anima informari, quẽ aliqui ſint ſequuti. *Avicena tamen lib. 9. de natura animalium cap. 3.* vult marem animari trigeſimo die. Sanctus Auguſtinus autẽ vult animari die quadrageſimo ſexto, pro ut illũ refert *Sayro de cenſuris lib. 7. cap. 1. nu. 3.* Videbis elegantèr de hac quæſtione *Cornelũ de Cornel. ad cap. 12. Levit. nu. 5.* ubi multa adducit ex Patribus, & medicis, præcipuè ex *Levino Lemnio lib. 1. de occultis naturæ miraculis cap. 11. ex Fraciſco Valeſio Medico Philippi ſecundi Hiſpaniarũ Regis lib. de ſacra philoſophia c. 18.*

7 Sed omnibus litem movet Thom. Fictus medicus Bavariæ Ducum, & in academia Lovanienſi profeſſor Primarius, qui in libro de formatrice fœtus *q. 8. concluſ. 11.* opinionẽ tuetur nimis paradoxam, nititurq; nonnullis argumentis probare, quòd anima rationalis infunditur tertio die circiter à ſeminis ſuſceptione, ſi conceptus abeat in vitam, & non ſit irritus. Vnde irridet *Conimbricenſes lib. 2. de anima q. 14. art. 1.* aſſerentes opinionem dicentium animam citiſſimè, & ante organizationem infundi, falſam, ac erroneam eſſe. Sententiæ tamen Gloſſæ eſt ſtandum, quam etiam tuetur *Covar. in Clement. de homicidio §. 1. nu. 24. Molin. de juſt. & jure tract. 3. diſp. 27. nu. 1. Sayro de cenſuris lib. 7. cap. 1. nu. 3.*

CAP. Cum enixa. I.

SVMMARIVM.

1 *Cæremoniæ legis veteris, an hodie allegentur?*

2 *Partus Virginis fuit puriſſimus.*

IN textu. Collige ex textu poſſe cæremonias legis veteris hodie allegari ad deciſionem dubiorum, & cauſarum, ſed quomodo hæc doctrina debeat practicari? Vide laté *Covarr. lib. 1. variar. cap. 17. nu. 1. verſ. Hinc non immeritò. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 290. nu. 10.* conducunt quæ tradit *Suar. de legib. lib. 9. cap. 10. Salas de legib. diſp. 23. ſect. 2. & 3.* At de lege veteri vide, quæ ſcripſimus ad *cap. Omnes leges 1. nu. 2. ſupra diſt. 1.* & de præceptis veteris legis quomodo, & quæ obligent. *Tiraq. laté in præfat. retract. nu. 8.* & ſeqq. *& de pœnis cap. 38. nu. 4.* 1

Ibi, Mulier. Attamen beata virgo, ſub hoc nomine, & obligatione purgationis non fuit cõprehenſa: nam partus Virginis fuit puriſſimus, omniq; ſorde immunis, & à fluxu ſanguinis liber, quod venuſtiſſimis carminibus innuit *Sannazarius lib. 2. de partu Virg.* dum Sãctiſſimam matrem ſuum enitentem filium ita inducit. 2

Qualis rorem cum verè tepenti
Per tacitum matutinus deſudat Eous.

Et paulò poſt.

Haud aliter, quàm cum purum ſpecularia Solem
Admittunt, lux ipſa quidem pertranſit;

Et inde.

Illa manent Meſa.

Sicq;

Sicq decebat Virginem ipsis astris puriorem, omni sordium labe esse alienam. Quam opinionem esse communem patrum sententiam, latè ostendit *Suar. de vita Christi disp. 16. art. 4. sect. 2.* quidquid dubitet *Abulens. Leritic. 12. q. 2.* & seqq. nam purificatio in Virgine non idem significabat, quod in alijs, sed erat licitum illa legalia exercere ad vitanda scandala, vel incõmoda aliena, advertit *Salas de legib. disp. 23. sect. 9. nu. 59. in fine.*

CAP. Si mulier. II.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo cõtra ius divinum cæremoniale, est valida.*
2 *Mulier in partu nullum peccatum incurrit.*
3 *Peccator an possit ob devotionem abstinere ab ingressu Ecclesiæ?*
4 *Non debet quis duplici pœna puniri.*

1 IN textu. Notat *Anchar. in cap. Vlt. De consuetud. nu. 6. post med.* quòd quando consuetudo est contra ius divinũ cæremoniale, aut sacramentale, dicitur rationabilis, & valet.

2 Ibi, Nullo pondere peccati. Nota quòd mulier in partu nullum peccatum incurrit, licet in conceptione possit peccatum cõmittere, ut ex nostro textu notavit *Abb. in cap. 1. de purificat. post partum notab. 2.*

3 Ibi, Intra Ecclesiam. An habens conscientiã gravatam possit licitè ob devotionem abstinere ab ingressu Ecclesiæ, donec bene purgetur? vide *Abb. ubi próximè vers. Item nota* affirmativé resolventem.

4 Ad fin. text. Collige quòd si ex culpa sequatur aliqua pœna, non propterea ex illa pœna, debet alia pœna sequi, ne quis duplici pœna puniatur, contra *cap. Atsi clerici §. De adulteriji de judic.* & vide *Glossam* verbo, *imputari, in secunda post principium vers. Quid dices, in reg. imputari de reg. jur. lib. 6.*

CAP. Baptizari. III.

SVMMARIVM.

1 *Puer an possit in utero baptizari?*
2 *Parentes an obligentur ad baptizandos filios in tempore infantiæ?*

IBI, Eadem hora qua natus est. 1 An verò puer in utero possit ante integrã nativitatem baptizari, controvertunt hîc D.D. de quo dubio *D. Thom. 3. p. q. 68. art. 11.* & ibi *Caiet. Sylvest. Baptismus 4. nu. 2. vers. Primò verò quæritur. Armilla verbo eodem nu. 27. Angel. Baptismus 6. nu. 3. Victor. in summ. num. 32.* post alios *Vivald. in Candelab. 1. p. tit. de Baptismo, num. 57.* ubi textum hunc citat, & vide posita *in cap. Qui in maternis 115. de consecrat. dist. 4.* Ego breviter quæstionem solvo, asserendo esse expectãdam totalem egressionem pueri ex utero, ut baptisetur. Si verò detur periculum mortis posse baptisari ante totalem egressionem, in capite, manu, vel pede iam emisso. Ita *Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 25. art. 11. q. 68.*

In eodem, ibi, Nullo modo prohibetur. 2 An verò non solum nõ prohibeatur baptizari, sed etiam obligetur? Vide *Suar. eodem tom. de Sacram q. 68. disp. 25. art. 11. sect. 2. vers. Sed quæres,* cum quo optimè prosequere, *& q. 71. disp. 31. sect. 1. vers. Tertiò sequitur,* ubi, ait, quòd extra casum necessitatis, & stando solum jure divino, non videtur obligari parentes ad baptizandos filios tẽpore infantiæ, quod videtur olim fuisse in consuetudine in aliquibus locis, at verò ex consuetudine Ecclesiæ, & præcepto eius, rectè possunt parentes christiani ad baptizãdos infantes suos ante adultam ætatem, obligari: cum res sit justa, & bono cõmuni expediens, & ipsi subditi jurisdictioni Ecclesiæ, unde secluſa magna causa, non potest hæc consuetudo violari.

CAP. Ad eius. IV.

SVMMARIVM.

1 *Mater an debeat filium proprio lacte nutrire?*
2 *Bonarum est mentium timere culpam, ubi culpa non est.*
3 *Mulier an teneatur tẽpore menstrui reddere debitum?*
4 *Prima opinio firmans esse peccatum mortale.*
5 *Secunda opinio ait esse culpam, non tamen qualitatem culpæ declarat.*
6 *Tertia opinio dicit solùm esse peccatum veniale.*
7 *Quarta sententia tantùm esse consilium, quæ verior apparet.*
8 *Quod quis invitus patitur, non ei parat præjudicium.*

IBI,

1 IBI, Prava autem. Vide *Navarr. in Manu. cap. 14. nu. 17. verſ. decimo ſexto*, qui per hunc textũ tenet peccare matrem, ſaltem venialiter, quę filium proprio lacte non nutrit, niſi adſit juſta cauſa, de quo etiam *Covarr. de ſponſalib. 2. p. cap. 8. §. 6. nu. 13. Rebuf. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de conſuetud. nu. 47.* Vnde Anna illa Sanctiſſima Helcanæ uxor, Samuelem filium proprijs uberibus aluit, ut videre licet ex *lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 23.* & ibi, *Franciſc. de Mendoça in expoſitione littera à nu. 3.* & ſeqq. ubi multa congerit; juvat illud *Claudiani Panegyric. 4. de Honorij Imperatoris conſulatu*, ubi tradit eundem *Honorium* educatum fuiſſe uberibus maternis.

Ipſa quirinali parvum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules
Vberibus ſanctis.

Proſequitur latè, & elegantèr, *Tiraq. de nobilitate cap. 20. nu. 80.* & ſeqq. quem omninò conſule; ſed nec venialiter peccare matres, obſervat communis uſus.

2 Ibi, Bonarum mentium. Ergo bonarum eſt mentium timere culpam, ubi culpa nõ reperitur. Intellige tamen non velle Greg. in præſenti dicere bonæ mentis eſſe credere aliquid eſſe peccatum, quod peccatum non eſt; quia id ſtultæ mentis eſſet; authore *Antonino 1. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. reg. 6. in fine.* poſt *Gerſon*, quem citat, de quo latè *Navarr. in cap. Cum contingat de Reſcript. 15. cauſa nullis. remedio 1. num. 17. & 18.*

3 In Gloſſa, verbo, Ablactetur, ibi, Commiſceri. Dicit Gloſſa tempore menſtrui, non teneri mulierem reddere debitum viro, de quo *Abb. in cap. 1. in fin. de purif. poſt part.* juvat illud *Levitic. cap. 15.* ubi dicitur de coeunte cum menſtruata. *Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum in quo dormierit, polluetur*, & *cap. 20.* habetur. *Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, interficientur ambo.* Et qui plurima in huius concubitus deteſtationem videre deſiderat, conſulat *Tiraq. connubial. leg. 15. nu. 128.* & ſeqq. Sed ad hanc quæſtionem ſatis dubiam reſerãdam, & ut materia magis eluceſcat; veniunt nonnullæ opiniones examinandæ.

4 Prima eſt opinio aiens culpam eſſe lethalem eo tempore debitum petere, docet *S. Bonavent. in 4. diſt. 32. in expoſitione litterã nu. 7. & art. 3. q. 1. Scot. eadem diſt. q. Vnica. Petrus Sota de inſtit. Sacerdotali lect. 16. de matrim. §. Sunt etiam*, & clarius *lect. 10. de different. peccatorum §. Quia tamen in fine. Angles floribus Theolog. p. 1. de matrim. q. 6. de ſolvendo debito art. 1. difficult. 2.* tradunt juriſperiti *in Rubr. de ſponſalib.* ubi *Butrius nu. 14. verſ. Vnde. Alexand. de Nevo nu. 21. verſ. Primus*, quod tamen temperant prædicti D.D. niſi adſit incõtinentiæ periculum in alterutro conjuge.

5 Secunda ſententia ait culpam eſſe petere, aut reddere debitum; qualis autem culpa ſit? Subticet *D. Thom. in 4. diſt. 32. q. Vnic. art. 2. quæſtiuncula 2. in corpore* ubi, *Richard. art. 4. q. 1. ſupplementum. Gabr. q Vnic. art. 2. poſt 11. concluſion. verſ. Videtur ergo. Medin. lib. 1. in ſumma cap. 16. §. 13. fol. 189. Gloſſa in præſenti*, verbo, *Ablactetur*, communiter tradita ab *Henrico in cap. Inquiſitioni. nu. 10. de ſentent. excommunicat.*

6 Tertia opinio ſatis probabilis, docens ſolam culpam venialem eſſe tunc exigere debitum; quam tenet *Paludan. in 4. diſt. 32. q. 1. art. 3. nu. 13. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 5. in fine. Abulenſ. cap. 5. Matth. q. 245. in fin. Caietan. 2.2. q. 154. art. 1. verſ. Ad tertium dicitur. Ledeſma 2. 4. q. 66. art. 1. verſ. Sed an iſta conjugeſ fol. 525. Sotus in 4. diſt. 32. q. Vnic. art. 2. ad ſecundum. Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 7. Gaeta in repet. cap. Ad limina §. 4. nu. 136.*

7 Vltima ſententia affirmat, conſilium eſſe tempore menſtrui à debito coniugali abſtineri, ſi tamen fiat, nullam eſſe culpam, quia conjuges jure ſuo utuntur, ac per accidens, & præter intentionem proli ſequitur damnum, nam teſte *Ariſt. lib. 1. de generat. animalium cap. 19.* rara eſt eo tempore conceptio: quam opinionem ſatis tutam exiſtimo, eamq; tenet *Gloſſa in cap. Si cauſa*, verbo, *conceptus 33. q. 4. Caſtro de lege pœnal. lib. 1. cap. Vlt. §. Aliud eſt.* In Leviticо idem docent alij, quando coniux bona fide ducitur; tradit *Navarr. in Man. cap. 16. nu. 32. Matienſo lib. 5. recopil. in Rubr. nu. 11.* & *Gloſſa 1. nu. 111. Vivald. in Candelab. 1. p. de matr. nu. 250.*

8 In Gloſſa verbo, Invita, ibi, Non afferat præiudicium. Docet Gloſſa regulare eſſe, ut quod quis invitus patitur: nullum ei debeat parare præiudicium, ſed ad hoc *Tiraq. tetract. Lignag. §. 1. Gloſſa 18. nu. 39.* videndus qui latè materiam proſequitur.

DISTINCTIO. VI.

CAP. Teſtamentum. I.

SVMMARIVM.

1 *Genus illuſionum multiplex.*
2 *Pollutio nocturna ex ſuperfluitate non eſt timenda.*
3 *Poteſt eſſe peccatum veniale.*
4 *Aliquando eſt peccatum mortale.*

An

5 *An propter illam debeat Sacerdos à missa abstinere?*

6 *Quid de hoc sentiat missale Romanum?*

7 *Copula coniugalis, an prohibeat cõmunionem?*

8 *An pollutio possit desiderari in somno?*

1 IN textu. Agit Gratianus in præsenti, ex doctrina D. Gregor. de multiplici genere illusionum, & pollutionum, quæ nocte contingũt, de quo sunt videndi D.D. quos latè congerit *Cened. ad Decretũ collect. 25.* Adde *Vasq. 1.2. disp. 207. cap. 1. & 2.* & quæ dicemus *ad cap. Vlt. nu. 1. hac eadem dist.* latissimè *Azor in summ. tom. 3. lib. 3. cap. 24. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 7.*

2 In §. Sed est, ibi, Ex naturæ superfluitate. Igitur pollutio nocturna, quæ accidit ex superfluitate, vel infirmitate, non est timenda, nec impedit sumptionem Eucharistiæ, ut tradit *Victoria de Sacrament. tit. de Eucharistia nu 81. Sylvest.* verbo, *Eucharistia 3. vers. decimo quæritur, n. 12. Navarr. in Man. cap. 21. nu. 51. vers. minus autem, Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. conclus. 1. Vivald. in Candelab. 1. p. de Sacramento Eucharistiæ, nu. 110. Ludovic. Beja de casib. 1. p. casu 8. ad fin. Medices in summ. peccatorum, p. 2. tit. 8. q. 36.* post principium. *Cordub. quæstionum theologicarum, lib. 1. q. 7. Vivius lib. 2. cõmun. opinion. 228. Suar. tom. 1. de Sacrament. disp. 68. art. 8. sect. 2. vers. Dico igitur primò. Vasq. tom. 3. de Eucharistia disp. 210. art. 7. nu. 19. & 20. Sanch. de matr. tom. 3. disp. 45. nu. 4. lib. 9.*

3 In §. Cum verò, ibi. Aliquem reatum. Et ita illusio, & pollutio nocturna potest esse peccatũ veniale, nempe quando appetitus gulæ in sumendis alimentis excedit, atq; id circo humorũ receptacula gravantur; non tamen hæc pollutio in somno cõtingens, prohibet missarum solẽnia celebrare. *Victoria d. nu. 81. Sylvest. d. nu. 12. vers. Qualibet. Sot. d. art. 7. conclus. 1.* in principio. *Cordub. d. q. 7. vers. De alijs. Medices d. q. 36. vers. Si igitur. Vivald. d. nu. 110.* in principio. *Covarr. in Clement. Si furiosus, 3. p.* in initio *nu. 7.* post principium. *Gaeta in recept. cap. Ad limina, §. 6. nu. 115. & 116. Suar. d. sect. 2. vers. Secundum dicendum est. Vasq. d. art. 7. nu. 21. Sanch. de matr. lib. 9. disp. 45. nu. 22.*

4 In vers. Qua in re, ibi, Ex turpi cogitatione vigilantis. Ergo illusio, seu pollutio dormientis aliquando est peccatũ mortale, quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens; remanet enim quoddam vestigium, & inclinatio in anima, qua dormiens inducitur in sua imaginatione ad assentiendũ actibus, ex quibus sequitur pollutio, ac proinde est peccatũ mortale per relationem ad suam causam, à qua processit, habetq; rationem culpæ, ex parte causæ: ut post *D. Thom. in 4. dist. 9. art. 4.* tradit elegãter *Cavar. d. nu. 7.* post principium. *Medices d. q. 36. vers. Contingit autem. Victoria d. nu. 81. vers. Si verò. Beja d. casu 8.* prope finem. *Sot. art. 7. conclus. 1.* in principio. *Cordub. d. q. 7.* in principio.

Ibi, A sacro mysterio. Docet Gregor. quando pollutio nocturna est peccatũ mortale, debere Sacerdotem à mysterio altaris ea die abstinere ad quod obligari sub mortali comprobãt *Sot. d. conclus. 1.* in principio. *vers. Si verò. Sylvest.* verbo, *Eucharistia 3. n. 12.* & post *D. Thom.* tradit *Menoch. de arbitr. cent. 6. casu 590.* in principio; sed peccare tantùm venialiter, contendit *Victoria d. nu. 81. vers. Si verò.* latè *Cordub. d. q. 7. propos. 1.* Probatur quia illud tantùm sub mortali impedit sumptionem sacramenti, quod hominem illius indignũ reddidit; at sufficienter contritus, atq; cõfessus non accedit indignè. Idem videtur tenere D. Th. (licet pro cõtraria opinione citetur) *in 4. dist. 9. q. 1. art. 4. in 2. q.* ibi. *Non tamen si celebrat, mortaliter peccat, sed venialiter.* Et infertius in responsione ad secundũ, tantùm dicit non esse consulendum alicui, quòd statim post peccatũ mortale, etiam cõtritus, & confessus ad Eucharistiam accederet, nisi magna necessitas urgeret, non tamen affirmat peccatum mortale incurri, si aliter fiat; imò *Navar. in Man. cap. 21. nu. 81. vers. Quare*, docet nec venialiter peccari, & meo judicio idem sentit *Vasq. d. art. 7. n. 28. in fin.* 6

Hodie verò consulendũ est Missale Romanũ Clementis 8. & Pauli 5. authoritate recognitũ in rubrica de defectibus circa missam §. 9. n. 5. cuius verba trãscribere liceat. *Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedẽti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel evenerit propter nimiam crapulam, abstinendum est à cõmunione & celebratione, nisi aliud confessario videatur. Si dubium est an in præcedenti cogitatione fuerit peccatũ mortale, consulitur abstinendũ, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed evenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione, potest cõmunicare, & celebrare, nisi ex illa corporis cõmotione tanta evenerit perturbatio mentis, ut abstinendum videatur.* Hæc ibi. 7

Sed quæritur quid dicendum sit de copula coniugali? & cõmunis opinio habet, esse tantùm consilium eo die abstinere, *Victoria in sum. tit. de Eucharistia d. nu. 81. in fin. Silvest.* verbo *Eucharistia 3. nu. 13. Beja 1. p. casu 8 in principio. Navarr. in Man. cap. 21. nu. 51. in fin. Maiolus de irregularitate lib. 5. cap. 1. nu. 11.* quæ sententia tutiùs procedit si non sit ex voluptate, sed ex pura intentione prolis. At vero quando copula est, omnino voluptaria, & ex concupiscentia carnis, consulẽdũ est, ut eo die quis abstineat à cõmunione, & re-

gulariter erit peccatū veniale, ita cum cōmuni comprobat elegantèr *Suar. 1. tom. de Sacramentis disp. 68. art. 8. sect. 2. vers. Secundo intelligitur*; congerit ex poetis, & oratoribus multa symbolica argumēta latissimè *Tiraq. l. 15. connub. à nu. 114.*

8 Dubitatur an desiderare pollutionem in sōno, ut natura leyetur, non intendendo pollutionem ipsam, nec aliquid adhibendo, ut pollutio sequatur, sit peccatum? Licitum esse, tuetur *Navarr. in Man. cap. 16. nu. 7. vers. Non est*, citans *Cajet. 2.2. q. 154. art. 5. Sylvest.* verbo, *pollutio ad med. Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 5.* eam videtur sequi *Tabiena*, verbo, *cōmunicare*, §. 38. *vers. De illo. Angelica*, verbo, *pollutio, nu. 2. vers. Si autem.* Contrarium docet *Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. col. 6. vers. Secundo arguitur*, & post *Paludan. Medin. Adrian.* dicit probabilius *Azor in sum. tom. 3. lib. 3. cap. 24. vers. Tertiò quæritur.* Mihi prima opinio satis tuta.

CAP. Sed pensandum. II.

SVMMARIVM.

1 *Peccata quæ cogitatione, delectatione, & consensu perpetrantur.*
2 *Peccata, quæ cogitatione complentur.*
3 *An subiti voluntatis motus, sint peccata?*
4 *Delectatio morosa, an sit peccatum?*
5 *Quid si fuerit tacita, & non voluntaria?*
6 *Consensus quid sit?*
7 *Differentia inter consensum, & delectationem.*

1 IN textu. Agit textus de peccatis, quæ cogitatione, delectatione, & consensu perpetrātur, de quo latè agit *Azor tom. 1. instit. moral. lib. 4. cap. 4. per totum*; prędicta autē peccatorū genera sunt inter se specie, & natura distincta, ut tradit *Azor d. cap. 4. vers. Secundò quæritur*, & de materia textus tangit etiam nonnulla *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 27.* Adde ex doctoribus aliam triplicem peccatorū differentiam, quędam enim peccata sunt cōtra bonū cōmune, primò, & per se, ut conjuratio in Principem, hæresis, proditio in rempub. & alia huiusmodi; quædam sunt in dānum alicuius privatæ personæ, ut homicidium, furtū privatum, &c. Quædam etiam sunt peccata solùm contra ipsummet pœnitentem, ut fornicatio, cōcubinatus; qui enim talia cōmittunt sibi potius nocent; de quibus omnibus agit *Tolet. in instit. Sacerd. cap. 57. lib. 5. nu. 1. ad med.*

2 Ibi, Suggestione. Sunt certa quædā peccatorum genera, quæ suggestione, seu cogitatione complentur, quod multis modis contingere potest, nam res sensibus perceptæ ipsum appetitum animalem, vel sui desiderio trahunt, vel quadam voluptate, & suavitate deliniunt: mox ex sensibus transvolant ad imaginandi vim, unde rerum memoria, seu cogitatione quidpiam concupiscimus, aut inaliquo delectamur? Tandem res in mentem veniunt, atq; eius intelligētia conceptæ, in appetitu rationis, quæ est voluntas, sui desiderium excitant, vel sua iucunditate delectant: tradit elegantèr *Azor d. lib. 4. cap. 5. in principio.*

Sed dubitatur an subiti voluntatis motus, qui 3
omnem rationis usum præcurrunt, sint peccata? Partem affirmativam tenent *Alexand. de Ales p. 2. q. 168. Durand. in 2. sent. dist. 21. q. 1.* ea ratione nituntur, quòd motus qui imaginationē rei absentis repræsentant, licèt rationis vsum antevertant, possunt tamen ab ea impediri: nam si ratio diligenter invigilet, imaginationem potest continere, ne turpe quid absens fingat, aut cogitet. Contraria tamen opinio verior est, ut tradit *Corduba quæst. Theolog q. 23. dubio 9.* post alios *Azor. d. cap. 5. vers. Secundò quæritur*, qui latissimè disputat. Probatur quia ante omnē rationis vsū nihil voluntariū esse potest: quippe voluntariū naturaliter est cum cognitione rei; unde ubi nulla est mentis cognitio, volūtarium esse non potest. Ad obiecta vero non magni negotij est respondere, nam licèt ratio sæpe imaginationē prevenire queat, non tamen semper potest, cùm multæ imaginationes prętervolent, quæ subitò in sensus incurrūt, ita ut citius in eam illabantur, quam ratio possit aduertere. An autem motus qui vocātur à Theologis *secundo primi*, in culpa, & vitio sint? Vide eundem *Azor ubi proximè, vers. Tertiò quæritur*, & seqq.

Ibi, Delectatione. Ergo delectatio 4
morosa circa objectum malum, est peccatum; ita ut si materia sit levis, delectatio venialis: lethalis verò, si gravis; quia objectum quatenus malum, cum sit rectæ rationi dissentaneum, à voluntate approbari jure non potest; & ad hoc dicit nostrū textum optimum *Covar. de homicidio, 2. p. §. 1. nu. 6. Navarr. in Man. cap. 11. nu. 11.* & *cap. 16. nu. 9.* Quæ opinio est cōmuni Theologorum, & Canonistarum consensu adeo recepta, ut contraria tanquam temeraria rejiciatur, ut post *Chrisost. Gregor. Bernard. D. Thom.* & alios tradit *Azor d. lib. 4. cap. 6. vers. In hac igitur*; quod tamen intelligendum est de delectatione, qua quis delectatur in malo, ut malum est, nam in malis sæpe potest aliquid boni cogitatione apprehendi. Sit exemplum: Antonius ex jumento cadit, & graviter lædituir, quia casus ille fuit ridiculus, risum excitat, & lætitiam. Tunc is, qui lætatur, & ridet nequaquam delectatur de malo, aut corporis offensione, sed solum de modo ridiculo, quo Antonius decidit, prosequitur alijs exemplis *Azor d. cap. 6. vers. Primò, ad fin.*

Quæstio

5 Quæstio autem esse potest, an vt delectatio morosa sit in culpa mortali, sufficiat eam esse implicitè, & tacitè voluntariam, an verò etiam oporteat vt sit voluntaria explicitè, seu expressè? Exempli gratia, inappetitum sensus irrepit quædam delectatio ex cogitatione turpi: voluntas verò nec reprimit, nec acceptam habet, sed solùm permittit: dubitatur an quia non refræinat, cum possit, eo ipso graviter peccet? De quæstione disputat uberrimè *Azor* hinc, inde multa adducens *d. lib. 4. cap. 6. vers. Quintò quæritur*, & seqq. Tu resolve: si immineat probabile periculũ impliciti consensus cadendi in eam delectationem, lethalis culpa incurritur, si voluntas tale periculum non repellat; quando verò abest omne periculum; tunc voluntas eam delectationem non respiciens, licèt peccet, non tamen graviter: ita colligitur ex *Sylvest.* verbo *delectatio q. 1. vers. Quartum*, prope fin. *Caiet. in sum.* verbo *delectatio morosa. § magna tamen, Armilla*, verbo *cogitatio. nu. 3. Navarr. in Man. cap. 11. nu. 11. & 12. Sanch. de matr. lib. 9 disp. 45. nu. 25.* Ratio est quia si nullum periculum impendeat, nulla lege cõpellitur voluntas ad eam delectationem cõprimẽdam, licèt in sua potestate sit eam cohibere.

6 **Ibi, Consensu.** Est actus, quo voluntas approbat sententiam cõsultatione rationis iudicatam, tanquam sibi placentem. Nam vt docet *Bonavent. 2. sent. dist. 28. art. 2. q. 2.* Consensus est concordia volũtatis, & rationis ad aliquid faciendum. Ex quo efficitur, vt in amentibus, & pueris, in quibus nulla est consultatio, consensus quoq; non sit: licèt in eis sit voluntarium. Plane de consensu agit *D. Thom. 1. 2. q. 15. per totam.*

7 Differentia est inter consensum, & delectationem (de qua egimus *nu. 4.* & 5.) quia consensus, sive voluntas efficax refertur ad opus externum, tanquam progressus quidam, & motus ad terminum: at verò delectatio, quam vocant simplicem complacentiam, ad opus exterius minimè refertur: sed solum est quidam simplex volũtatis affectus, quo objecta, tãquam jucunda, placent, & accepta habentur: notat *Azor d. lib. 4. instit. moral. cap. 6. in fine.*

CAP. Non est peccatum. III.

SVMMARIVM.

1 *Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi.*
2 *Objciuntur dormientibus, quæ vigilantes cogitarunt*
3 *Præcepta moralia veteris legis an expiraverint?*
4 *Ius cõsuetudinariũ, quãdo habuit exordiũ?*
5 *Nemroth. quis fuerit?*
6 *Distinctio peccatorum veteris legis.*

In textu. Agit textus, quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi, & pollui; de quo vide, quæ late scripsimus ad *cap. Testamentum 1. hac eadem dist.* Adde *Sanch. 3. tom. de matrim. lib. 9. disp. 45. à nu. 28.* ubi, *nu. 31.* agit an dormiens possit admittere gratiam? & negativè resolvit. 1

Ibi, Dormientibus apparent. 2
Et ita ea obijciuntur dormientibus, quæ vigilantes, aut cogitarunt, aut adamarunt, ut tradit *D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 6. in corp. Comitolus respons. moral. lib. 4. q. 4. nu. 3.* Nec illud prætereundũ in rem nostram appositissimum argumentum, ductum ex *Claudiano in præfat. de rapt. Proserp.*

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno.
Tempore nocturno reddit amica quies.
Iudicibus lites, aurigæ Somnia currus.
Vanaq; nocturnis meta cavetur equis.

Sed meo judicio cõptiùs, ac breviùs *Sene. in Oda.*

Quæcunque mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietem facer, & arcanus refert,
Veloxque sensus.

In §. His itaq; ibi, Manet immobile. Docet Gratianus præcepta moralia veteris legis non expirasse à passo Christo; quia sunt naturalia, & permanebunt in perpetuum, sequitur post *D. Thom. Navar. de datis, & promissis § Octavo noto, n. 13.* post principiũ. *Rebuf. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de consuet. nu. 45. Roch. in cap. Vlt. de consuet. sect. 2. nu. 1. Greg. Lopez p. 6. tit. 9. l. 32. Glossa 3. vers. Vt dixi superius.* 3

In eodem §. His, in vers. Ius verò, ibi, Ex quo Cain. Et sic ius cõsuetudinariũ exordium habuit, postquam homines convenientes in unum cœperunt simul habitare; quod ab eo tempore factum esse credit Gratianus, ex quo Cain civitatem ædificasse legitur: *Gen. cap. 4. nu. 17.* sequuntur *Rebuf. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de consuet. n. 5. Roch. de consuetud. in præfat. n. 2. Navar. in cap. Novit de judicijs, notab. 3. nu. 154.* qui ait hoc fecisse Cain, ut qui profugus, & ejectus erat à Deo ob fratricidium, ie tutaretur ab alijs, quibus odio habebatur. Vide Patres, & Scriptores ad locum citatum Geneseos, præcipuè *Abulens. Perçiram, Cornelium, Delrium, Oleastrum.* 4

In fin. textus, ibi, Nemroth robustus venator. Hoc est hominum oppressor, & extinctor, quemadmodũ exponit Gratianus in præsenti, sic interpetrans. *cap. 10. nu. 8. & 9. Geneseos*, sequitur post alios *Menoch. de arbitrar. cent. 5. casu 413. nu. 4.* Fuit Nemroth, primus rex post diluvium 5

luvium, deſcendens per lineam reprobatam Cham, vnde dicitur Tyrannus, & quod per tyrannidem uſurpavit poteſtatem regiam, quæ poſt diluvium videtur fuiſſe penès Noam, & ſucceſſores eius per lineam Sem approbatam, de quo vide elegantèr *Navarr. in cap. Novit de judicijs notab. 3. nu. 151.* Lege doctores ad dictum locum *Geneſ. 10. nu. 8. & 9.* maximè quos proximè citavi.

6 In Gloſſa verbo, His itaq; Nititur Gloſſa diſtinguere præcepta vetera, appellans alia moralia, alia myſtica; ſed eam impugnat *Covar. lib. 1. reſolut. cap. 17. nu. 1. poſt principium*, qui ait diſtinctionem hanc eſſe imperfectã, & mutilam, & ibi prænotat præcepta veteris teſtamẽti quædam eſſe judicialia; quædam moralia; quædam cœremonialia; de quibus latè agit, & ante illũ eandem diſtinctionem tradiderat *D. Thom. 1. 2. q. 99. art. 4.* & eſt cõmunis. Lege *Cornelium de Cornelijs*, qui in fine cõmentariorum ad Pentateuchũ, optimè dividit in proximas tres claſſes hæc præcepta, & unicuiq; ſua diligẽter aſſignat.

DISTINCTIO. VII.

CAP. Moyſes. I.

SVMMARIVM.

1 *Moyſes tulit Hæbreis legem. & nu. 2.*
3 *Legum latores enumerantur.*
4 *Decem viri quando crearentur.*

1 IBI, Divinas leges. Ergo non Moyſes tulit Hæbreis legem, ſed quam Deus latam à ſe ipſi Moyſi traddidit, illam eis promulgavit, ut per *D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. 2. & 3. Prompt. juris tom. 2. verbo, lex, fol. 12. littera E. Molitius in §. Lex eſt, inſtit. de jur. naturali dub. 1. n. 7. Navarr. in princip. de pœnit. diſt. 5. nu. 7.* ubi infert omnes leges veteris teſtamẽti, tam cœremoniales, quàm judiciales eſſe divinas, ſed non naturales: quoniã à paſſo Chriſto expirarunt. Adde *Bellarm. de ſacrament. in genere, cap. 23. verſ. Secundò*, & *cap. 25. verſ. Ad ſextum. & lib. 1. de extrema Vnctione, cap. 4. verſ. Habemus.* Deinde *Vaſq. 1. 2. diſp. 180. cap. 3.* & quæ ſcripſimus ad *cap. Omnes leges nu. 3. ſupra diſt. 1.* & ad *cap. Vlt. nu. 3.* infra *diſt. 8.* An verò Deus per ſe immediatè, an miniſterio Angelorũ vices Dei gerentiũ legem Moyſi tradiderit? Quæſtio eſt non vulgaris: & an omnes hominibus apparitiones, quas Deum feciſſe in veteri teſtamẽto legimus, à Deo factæ ſint immediatè, aut per Angelos loco Dei ſuffectos? Illam eruditè, & copioſè tractant inter alios, Patres Societatis IESV, *Ribeira in cap. 1. epiſt. ad Hebr. à nu. 3. Pereira in cap. 31. Gen. diſp. 1. & in cap. 3. Exod. diſp. 6. & lib. 3. in Daniel.* ibi. *Species quarti ſimilis filio Dei. Pineda in cap. 1. Iob verſ. Sexto in fine & in Proverb. Salomon. lib. 3. cap. 8. Barrad. tom. 1. Concord. lib. 1. cap. 15. Lorinus in cap. 7. Act. nu. 30. Petrus Thyræus lib. 1. de ſpirituum apparitionibus cap. 4. & lib. 1. de apparit. viſibili cap. 24. & lib. 2. de apparit. vocali cap. 15. & lib. 3. de apparit. imaginaria, cap. 15. Delrius de magia lib. 4. cap. 1. q. 1. Molina 1. p. q. 51. diſp. 2. §. Quod attinet. Vaſq. ibi, diſp. 185. Valent. tom. 1. diſp. 4. q. 2. punct. 2. Suar. de legib. lib. 9. cap. 2.* & *de Angelis lib. 6. cap. 20. §. 25.* & ſeqq. Qui omnes cõcludunt Deum non per ſe immediatè, ſed per Angelos, & legem dediſſe, & antiquis Patriarchis apparuiſſe, quod cum Scripturæ ſacræ conformius ſit, placet tãtorũ virorũ ſententia.

Decem autem tantùm eſſe mandata, & in duabus tabulis ſcripta, probatur ex *cap. 4. Deuteronom.* & 10. *Scripſit Deus in tabulis verba decem.* Si quæras quænam præcepta in prima, quæ in ſecunda tabula inſcripta ſint? Breviter reſpondetur, in prima tabula mandata eſſe ſcripta, quæ ad Deum pertinebant, ſcilicèt primum, ſecundum, & tertium præceptum. Reliqua ſeptem præcepta erant in ſecunda tabula, & homines reſpiciebant: proſequitur latè *Barradas in Itinerario filiorum Iſrael lib. 4. cap. 4. nu. 3.* 2

Ibi, Phoronæus. Innumerat textus legum latores diverſarum gentium, de quibus vide latè *Alexãd. ab Alexand. lib. 6. genialium dierum cap. 10. poſt principium*, ubi, *Tiraq. Multa ex Strabone, Diodoro, & Ariſtotele*, congerit; *Maranta de ordine judiciorum, 3. p. á nu. 16. 17 & 20.* Adde *Azor lib. 6 inſtit. moral. cap. 6. tom. 1.* & poſita ad *cap. Lex n. 2. ſupra diſt. 1.* 3

Ibi, Decem viros. Sextus Licinius tribunus plebis inſtituit, ut decem viri crearentur, quinq; patrum, quinq; plebis: manſitq; hic numerus ad Cornelium ferè Syllam, quo tempore quindecim viri creati ſunt: ut tradit *Alexand. ab Alexãd. lib. 3. genialium dierum cap. 16. in principio*, & ibi, *Tiraq. littera C.* & de his quoq; decem viris loquitur *Probus Æmilius in vita Thraſybidi.* Sed, & aliquando Epheſij decem viros crearunt, apud Plutarchum in Lyſandro: plura tradit *Agellius noctium Atticarum lib. 18. cap. 12. antè med.* & primos decem viros Romanos enumerat *Maranta p. 3. de ordine judiciorum nu. 20.* 4

CAP. Fuerunt. II.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de legibus duodecim tabularũ.*
2 *Leges præteritæ an poſſint allegari?*

1 IN textu. Loquitur textus de legibus 12. *tabul.* de quibus sunt videndi *Anton. August. de legib. & Senatusconsult. fol. mihi* 217. *Azor instit. moral. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 63. per totum. *Conan. lib.* 3. *de jur. civil. cap.* 11. *nu.* 2. *vers. Quo tempore,* latissimè *Decian. tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 26. elegantèr *Alexand. ab Alexand. lib.* 6. *genialium dierum cap.* 10. non longè post principium, *vers. Ex his,* ubi *Tiraq.* cum curiosè exponit, atq; exornat:

2 In vers. Novæ leges. Circa has cõstitutiones, & Codices, vide textum *in l.* 1. *in principio, C. de novo Codice faciendo,* & an tales leges, cum sint præteritæ, possint allegari? Vide text. *in l. Unica, §. Hunc igitur in princip. Cod. de Iust. Cod. confirm. Rebuf. in l. Derogatur, iij. vers. Effectus autem ff de verbor. signific.*

DISTINCTIO. VIII.

CAP. Quo jure. I.

SVMMARIVM.

1 *Iure gentiũ rerũ diuisio introducta fuit.*
2 *Qui longo tempore usus est molendino, non potest prohibere volentem novũ molendinum facere.*
3 *Aliqua rerum divisio jure civili introducta.*
4 *Regibus debet quisq; obtemperare.*
5 *Petenti restitutionem potest opponi exceptio de hæresi.*
6 *Verbũ, Meũ, natura sua denotat dominiũ.*

1 IBI, Nonne jure humano. Ergo jure humano seu gẽtium rerum divisio fuit introducta, de quo latè disputant *D. Thom.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 2. *ad* 1. & ibi *Cajet. Medina in Cod. de rebus restituendis q.* 1. *conclus.* 5. *vers. Quibus non obstantibus. Scotus in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 1. latè *Salon.* 2. 2. *q.* 4. *art.* 1. & 2. *Ledesma* 2. 4. *q.* 18. *art.* 1. *dub.* 5. *Conan. lib.* 1. *jur. civil. cap.* 6. *nu.* 5. elegantèr *Molin. de just. tract.* 2. *disp.* 20. *conclusione.* 1. & *conclusione* 2.

2 Ibi, Hæc villa mea. Per hunc textũ dicunt *Hostien. & Ioan. Andr. in cap. Significante, de appellat.* quòd non licet illi, qui longo tempore usus est furno, & molendino, prohibere volentem novum furnum, vel molendinum facere, nisi probet servitutem sibi deberi. Tamen hoc fallit in domino villæ asserente, quòd talis servitus sibi debeatur, & idem præsupponunt licere domino, quamvis non probet hanc servitutem sibi deberi; quòd verum est, si loquantur de Imperatore, vel saltem de Principe supremo, qui non recognoscat superiorem, ut in simili respondit *Natta cons.* 522. *nu.* 23. *vers. Et eodem.* Quòd si indistincte loquantur in quocumq; domino villæ, seu loci, utiq; esset falsum, ut post multa, & multos comprobat *Surd. cons.* 127. *nu.* 2. 18. & 54. *vol.* 1.

3 In vers. Tolle jura Imperatorũ. Ergo aliqua rerum divisio jure tantùm civili fuit introducta, ut tuetur *Cajetanus,* & *Ledesma, ubi proximè. Sot. de just. lib.* 4. *q.* 3. *art.* 1. *conclus.* 3. In contrarium urget, quòd omnis dominiorũ distinctio juri gentium tribuitur, *l. Ex hoc jure ff. de just.* & inde est quod omnia dominia dicuntur juris gentium, *Bart. nu.* 5. & 6. & *Ias. nu.* 43. *in d. l. Ex hoc jure.* Tu resolve omnem rerum divisionem virtualiter quidem, jure gentiũ fuisse inductam, non tamen actualiter, cum plures sint divisiones, quæ licèt ad illam juris gentiũ divisionem, velut partes ad totum reducantur; per se tamen consideratæ, non ad ius gentium, sed ad civile potiùs expectant. Nec obstat text. in præsenti, dum omnem tribuit divisionem juri civili; nam q; omissa responsione communi, quòd scilicet Augustin. hic rerum divisionem juri civili tribuit non quasi authori, sed quasi ministro, & executori ipsius. Respondebis quòd D. August. omnes juris opiniones ad duas tantùm reduxit, nempe ius humanum, & divinum: proinde sicut ius naturale, ad divinum, ita meritò ius gent. (quod constat esse humanum) ad ius imperatorum reducitur. Similem distinctionem ponit *Isidor. in cap. Omnes, supra dist.* 1. Adde de materia *Gomez. variar. ytom. cap.* 10. *n.* 4. *vers. Sed attende. Navarr. in cap. Novit de iudic. notab.* 3. *nu.* 22. *ad fin. Navarram tom* 2. *de restitut. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 6. *Martam de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 12.

4 In §. Legantur, ibi, Reges reveremini. Ergo peccabit, qui non obtemperaverit, tradit *Covar. reg. peccatum,* 1. *p. nu.* 5. cum potestas regia proximè, vel remotè sit à Deo, de quo latè disputat *Molin. de just. tract.* 2. *disp.* 26. & 27. *in principio.* Lege Lypsium optime differentem reges, & regna à Deo dari, *in monitis, & exemplis politicis, lib.* 1. *cap.* 5. *mon.* 1.

5 In Glossa 2. ibi, Obstat exceptio hæresis. Docet Glossa, quòd petenti restitutionem potest opponi exceptio hæresis: sequitur *Panormit. in cap. Item cũ quis n.* 9. *de restit. spoliat.* & hinc colligitur regula quòd omnis exceptio respiciens possessionem, admittitur; notant *Ioan. Andr. Bald. & Abb. nu.* 9. *ad fin. in c.* 1. *de restit. spoliat. Decia. tract. crim. lib.* 5. *c.* 20.

6 In Gloſſa verbo, Meus. Nota ex Gloſſa verbum, *Meum*, natura ſua denotare dominium, quam ad hoc dicit ſingularem *Corſetus in ſingul.* verbo, *meus, in principio*, quod ſolum procedit habito reſpectu ad præſens tempus, non autem ad futurum. Caſus eſt *in l. Si ita ff. de auro, & argento legato*, ubi ſtatuitur, quod ſi teſtator dicat, *lego veſtem meam*, & *argentum meum*, debetur tantùm veſtis, & argentum, quæ erant tempore teſtamenti.

CAP. Quæ contra mores. II.

SVMMARIVM.

1 *Contra ius naturale nulla conſuetudine agere licèt.*
2 *Peregrini ligantur ſtatutis loci.*
3 *Si condunt teſtamentum, debent ſervare formam loci.*
4 *Tranſeuntes ſine ſolutione gabellæ, an debeant puniri?*
5 *Subditi an ſint partes ſuæ Reipub?*
6 *Advenæ, an obligentur legibus loci in quo morantur?*

1 IN textu. Collige ex textu adverſus naturale ius nulla conſuetudine agere licere, quia ſi conſuetudo mutuit peccatum, de ſe eſt irrationabilis, & ſervari non poteſt ſine peccato, etiamſi conveniret iuri civili, quia bonum animæ præponderat bono temporali. *Sylveſt.* verbo, *Conſuetudo* 5. 1. *nu.* 2. *ad med. Gregor. Lopez part.* 1. *tom.* 2. *l.* 3. *Gloſſa* 1. qui textum referunt, & eius materiam proſequuntur, *Petrus Raven. de conſuetud. ſect.* 3. *nu.* 51. *Suar. de legib. lib.* 7. *cap.* 6. *nu.* 4. *Navar. de reddit. eccleſiaſt. q.* 1. *monito* 24. *nu.* 1. Adde poſita ad *cap. Mala conſuetudo nu.* 1. infra *hac eadem diſt.* late *Salas de legib. diſp.* 19. *ſect.* 6. *nu.* 44. *Azor tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 17. *q.* 1. *&* 2. An verò contra ius gentiũ poſſit conſuetudo præſcribere? Videatur *Azor d. cap.* 17. *q.* 4. *Salas d. ſect.* 6. *nu.* 65. *Reginald. in praxi lib.* 13. *cap.* 23. *nu.* 251. *Tuſch. tom.* 2. *concluſione* 806. *nu.* 43.

2 Ibi, Aut perigrini. Ergo peregrini, & advenę ligantur perinde, ac cives ſtatutis loci: facit *Gloſſa* verbo, *debent, in l.* 3. *ff. de muner. & honorib.* quæ ponit hunc verſum.

Terra ad quam pergis cape mores, quos ibi cernis.

Vide latè *Sanches lib.* 3. *de matrimon. diſp.* 18. qui hunc textum citat *nu.* 4. *& tom.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 12. *à nu.* 19. Adde *Navarr. in Manual. cap.* 13. *nu.* 5. *verſ. Infertur tertiò, & cap.* 23. *nu.* 120. *Henriq. in ſumm. lib.* 7. *cap.* 13. *nu.* 8. latiſſimè *Bart. in l. Cunctos populos à nu.* 14. *Cod. de ſumma Trinit.* ubi *Laſ. à nu.* 55. & poſt alios *Decian. tract. crim. lib.* 2. *cap.* 35. *nu.* 21. *&* 26. cum quo ampliabis, & limitabis. Optimè *Suar. lib.* 3. *de legib. cap.* 23. *nu.* 3. & ſeqq. qui efficaciter probat leges alicuius territorij obligare advenas dum ibi exiſtunt, tàm quoad vim directivam, quàm quoad vim coactivam, & *tom.* 1. *de religione lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 9.

Vnde advena, qui in territorio alieno facit teſtamentum, aut contractum, debet in illis ſervare formam præſcriptam per leges illius regni: ac proinde ſi forma illa non ſit ſervata, cõtractus, aut teſtamentum erit irritum, etiam ab extraneo factum, quia illa lex eſt regula talis actus, quoad vim obligandi, ratione loci. Ergo etiam ibi obligat ad ſervandam formam operandi, quam præſcribit, & ſicut ibi habet vim puniendi, ita etiam vim irritandi. Docent *Bart.* & *Laſo. ubi ſupra. Felin. in cap.* 1. *de ſponſalib. nu.* 2. 23. & ſeqq. Optimè *Abb. conſil.* 52. *p.* 2. *Sylveſt.* verbo, *conſuetudo. num.* 23. *in fin.* poſt alios *Suar. lib.* 3. *de legib. cap.* 33. *nu.* 13. quod tamen limitandum eſt in contractu dotis, ut per *Sanch. d. lib.* 3. *diſp.* 18. *nu.* 11. 3

Vtrum autem forenſes, & advenæ per tranſeuntes ſine ſolutione gabellæ debeant puniri? Vide poſt alios *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 397. *nu.* 7. qui ait, hoc judicis arbitrio eſſe terminandum: ſed veriùs abſolutè reſolvit *Sanches* teneri forenſes ad gabellas ſolvendas ſine judicis arbitrio *d. diſp.* 18. *nu.* 12. 4

Ibi, Turpis eſt pars. Sunt ergo ſubditi partes ſuæ Reipub. De quo vide *Sym. de cathol. cap.* 4. *à principio*, & nota *Navarr. conſ.* 7. *nu.* 11. *in fin. de jur. patronat. edit.* 2. *incipit S. Franciſcus.* 5

In Gloſſa, Peregrini, ibi, perpetuò habitantes. Innuit Gloſſa advenas non obligari legibus loci, in quo morantur, niſi perpetuò habitaturi illùc accedant, cuius meminit *Comiculus reſponſ. moral. q.* 57. *nu.* 2. *Suar. tom.* 1. *de religione lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 2. Contrarium tamen ex eorum ſententia, & ex ijs, quæ ſcripſimus *nu.* 2. *&* 3. tenendum eſt. Adde poſita ad *cap. Illa*, infra *diſt.* 12. 6

CAP. Mala conſuetudo. III.

SVMMARIVM.

1 *Pernitioſa conſuetudo eſt evellenda.*
2 *Malis principijs eſt reſiſtendum.*
3 *Ius retractus, an ſit licitum?*

IN

1 IN textu. Docet Nicolaus Pontifex pernitioſam cõſuetudinem eſſe evellendam, de quo ultra poſita *in cap. Quæ contra mores num. 1. ſupra hac eadem diſt.* vide *Promptuar. juris p. 1.* verbo, *conſuetudo littera T.* ubi textum hunc refert, & eius materiam proſequitur *Petrus Raven. de conſuetud. ſect. 2. nu. 43. Graſſis in aureis deciſion. p. 2. lib. 3. cap. 19. nu. 48. Rebuf. ad leg. Gallia 3. tom. in præfat. tit. de conſuetud. nu. 44. & nu. 8. Abb. in cap. Cum venerabilis, nu. 4. de conſuetud. & in cap. Cum conſuetudinis nu. 3. in fin. & in cap. Cum tanto nu. 4. eodem tit.* Adde textum *in Auth.* Habita, cum Gloſſa in verbo *perverſa conſuetudine. Cod. Ne filius pro patre*, latè *Tuſch. tom. 2. concluſione 813. per totam.*

2 Ibi, celerrimè compreſſæ. Nota quòd malis principijs eſt reſiſtendum, namq; cum crimina incipiunt veteraſcere, aſſumuntur in privilegium, atq; difficulter tolluntur. Iuvat illud *Ariſt. Ethic. 5.* qui dicit *iſta puſillitates, quæ latenter in Repub. ſubcreſcunt interdum in magnum quid evadunt, ſi negligantur*, & *Ethic. 10. cap. 9.* ait, *Conſueta multo tempore, & quæ moribus ſunt impreſſa, aut non poſſunt mutari, aut non facilè mutantur.* Vnde Cicer. 5. Philip. ait. *Omne malum naſcens facilè opprimitur, inveteratum, fit plerumq; robuſtius.* Flumina non ſtatim ab ortu ſuo magna ſunt, ſed plerũq; augentur in curſu aquis undecumq; acceptis; comprobat *Ovid. lib. 5. de remedio amoris.*

Principijs obſta ſerò medicina paratur.
Cum mala per longas convaluêre moras.

3 Hoc maximè in hæreſi ſervandum eſt, ut ſcintilla ſtatim extinguatur ignis. Si Lutheri illa ſcintilla, quæ ex tartaro in terras inſilijt, ſtatim fuiſſet extincta; non exarſiſſet tot animarũ incendium. Si ſpina illa fuiſſet protinus eradicata, dum tenera erat, neq; creſceret in magnũ, nec fuiſſent ex ea tot ſpinæ ortæ, tot hæreſes, tot Novatores, veræq; atq; antiquæ Apoſtolorum, & Patrunſ fidei hoſtes: ut conceptis verbis exclamat *Barradas in Itinerario filiorum Iſrael, lib. 4. cap. 17. nu. 3.*

CAP. Veritate. IV.

SVMMARIVM.

1 *Veritas conſuetudinem excludit.*
2 *Clericus imperitus, an poſſit prabenda ſpoliari?*
3 *Rex contra clericos inquirere nequit.*

1 IN textu. Nota ex illo, quòd nemo conſuetudinem rationi, & veritati debet præponere, quia conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit: proſequũtur latè *Prõptuarium juris tom. 1.* verbo, *conſuetudo littera T. Rochus de conſuetud. ſect. 1. nu. 14. Rebuf. ad leg. Gallia in præfat. tit. de conſuetud. nu. 44. Graſſis in aureis deciſion. p. 2. lib. 3. cap. 19. nu. 48.* Adde poſita ad *cap. Si conſuetudinem nu. 1.* & ad *cap. Qui contempta, nu. 1.* & ad *cap. Fruſtra nu. 1.* infra *hac diſt.*

2 Ibi, Manifeſtatæ. Facit iſte textus ad quæſtionem, quam movet *Ioan. Andr.* poſt *Gofred. in addit. ad ſpeculatorem tit. de prabend. in principio*; de clerico imperito, cui Epiſcopus dedit præbendam, putans eum idoneum; & de vaſſallo cui dominus dedit fœudum credens illum virum bonum, qui tamen repertus eſt vilis, & inutilis, an manifeſta veritate, poſſint iſti tales præbenda, & fœudo ſpoliari? Negativam partem tuetur *Ioan. Andr. ubi proximè*, cui ſubſcriberem, niſi obſtaret expreſſum decretum *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 3.* ibi. *Beneficia eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia perſonis dignis conferantur; aliter autem facta collatio ſive proviſio omnino irritetur.*

3 Ibi, Nemo. Quod verbũ omnes perſonas videtur comprehẽdere, unde non poteſt conſuetudo operari, ut Rex contra clericos inquirere valeat, de quo agit latè *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu 10.* & tenuit *Rota deciſ. 10.* alias 840. *de conſuetud. in antiquis*, ubi concluditur non valere conſuetudinem Anglicanam, quòd Rex habeat juriſdictionem in clericos ſolutos, tàm in criminalibus, quàm in civilibus.

CAP. Si conſuetudinem. V.

SVMMARIVM.

2 *Cõſuetudo veritati eſt poſtponenda.*
2 *Ex conſuetudine cõpetit ius excipiendi.*

1 IN textu. Tenet Gregor. quamlibet conſuetudinem veritati eſſe poſtponendam, de quo vide quæ ſcripſimus ad *cap. ſupra proximum nu. 1.* & ad *cap. Qui contempta nu. 1.* & ad *cap. Fruſtra n. 1.* infra *eodem.* Adde textum *in l. Conſuetudinis, Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, & quæ circa illum tradit *Madera lib. obſervat. cap. 5. nu. 2. Vaſq. 1. 2. diſp. 177. cap. 7. n. 59.* & ſeqq. latè *Tuſch. tom. 2. pract. concluſione 815.* latiùs *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 19. per totum. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23 nu. 246.*

2 In textu ibi, Opponas. Ergo ex cõſuetudine competit ius excipiendi; notabis tamen, quòd aut tale ius excipiendi reſcindit ius actoris ipſo jure, & tunc non eſt neceſſe quòd aliqua

qua proponatur exceptio, sed sufficit quòd consuetudo probetur; namq; non est necesse, quòd petatur à judice, vt rescindatur illud, quod à jure rescinditur. *l. Quæ sub condit. §. fin. ff. cond. inst.* aut non sic rescindit, sed tribuit tantum ius excipiendi, seu excusandi, & tunc debet proponi intra tempus statutum à jure: argumẽto, text. *in l. Cives Cod. de appellat.* & adde quòd consuetudo pòtest probari per testes, de quo *Roch. in cap. Vlt. de consuetud. sect. 8. nu. 21.* scripsimus ad *cap. Cõsuetudo nu. 6. supra dist. 1.* Adde latissimé *Tusch. tom. 2. practic. conclusione. 790.*

CAP. Qui contemptâ. VI.

SVMMARIVM.

1 *Veritate revelata, consuetudo cedere debet.*
2 *Revelatio quomodo probetur?*
3 *Petrus an dignè reprehẽdatur de simulatione quam fecit, ad Galat. 2. n. 11.*
4 *An peccauerit in illa simulatione saltem venialiter?*

1 IN textu. Collige ex textu quòd veritate revelata, consuetudinẽ ei cedere oportet, ad quod refert hunc textum *Prompt. iur. tom. 1.* verbo, *consuetudo in Glossa littera T. post med.* Adde *textum in cap. Cum venerabilis §. post modum de consuetud. Salas de legib. disp. 13 sect. 1. num. 6. vers. Fundatur,* & *disp. 19. sect. 5. nu. 47.* & seqq. & quæ scripsimus ad *cap. Si consuetudinem nu. 1. supra eodem.*

2 Ibi, Veritas revelatur. Intellige eo casu, quo de revelatione apparere possit aliqua evidenti ratione, sive authoritate sacræ Scripturæ, aut confirmatione alicuius miraculi, vt est textus, *in cap. Cum ex iniuncto vers. Quòd si forte de haret;* aliàs non est credendum, *cap. Placuit. vers. Namq; per somnia, de consecrat. dist. 1.*

3 Ibi, Petrus cessit Paulo, Ecce textus cõtra D. Hieronymum, qui in quadam epistola ad Augustin. tenebat, quòd Petrus nõn fuit dignus reprehensione in illa simulatione, quam fecit *ad Galat. 2. nu 11.* Eandem opinionem vir ille Sanctissimus in magnis cõmentarijs eiusdem epistolæ ad Galat. quæ habentur *in 6. tom* defendere conatur; quam sententiam tradiderunt etiam Chrysostomus, & Theophylatus in eãdem epistolã. Ex scholasticis pro viribus defendit *Adrian. in 4. q. 1. de baptismo,* sed aperte in præsenti hæc opinio ab August. improbatur, qui in multis epistolis de hac re cum Hieronymo contendit, quæ inter eius epistolas habentur ab octaua usquè ad 19. Sententiam tamen ipsius ex *Epist. 19.* clariùs, quam ex alijs colligere licet, cui omnes scholastici adhærent *D. Thom. 1. 2. q. 103. art. 4. ad 2. Bonavent. in 4. dist. 3. art. 2. q. 2. Scot. eadem dist. q. 4. §. quantum ergo. Sot. lib. 2. de iust. q. 5. art. 4. ad 3. membrum primi argumenti,* sequitur plures *Vasq. 1. 2. disput. 132. cap. 3. nn. 27.* quem latissimè vide *cap 4. 5.* & *6.*

Sed dubitatur, qua ratione Petrus fuerit dignus reprehensione? 4 Augustinus locis allegatis admittit in Petro aliquod peccatum reprehensione dignum, sequuntur *D. Thom. Bonavent. Scot.* vbi proximè *Durand. in 4. dist. 1. q. 9. nu. 7.* & *8. Palud. q. 6. art. 5. conclus. 4. Gabr. q. 4. art. 3. dub. 3. Maior dist. 3. q. 2. §. Circa illud.* Nullus tamen dixit, peccatum illud fuisse mortale, imò multi affirmant fuisse tantùm veniale, quia re vera usus cæremoniarũ non erat tunc omnino prohibitus, sed quia incautè, aut intempestivè usus fuerit Petrus cæremonijs legis. Quam opinionem probabilem judico, cum tot, & tantis firmetur authoribus, quibus addo latissimé *Salmeron* super illa verba ad *Galat. 2. nu. 11. Si tu judæus cum sis gentiliter vivis, tom. 15.* Placet tamen magis *Vasq. d. disp. 182. cap. 7. num. 56.* & seqq. Existimãtis rectè quidem Petrum admonitum fuisse, & reprehensum à Paulo, etiamsi nullius peccati, neq; venialis apud Deum ipse Petrus reus fuerit, quod ait publicè docuisse in Collegio Complutensi anno 1582. quem latè videbis. interim ratio sit, quoniam culpa illa non poterat esse mortalis, cum iam Petrus esset in gratia confirmatus; non venialis, quia neq; ex intentione operantis, neq; ex obiecto talis colligatur. Fecit ergo Petrus aliquid, quod non expediebat, quanvis liceret, neq; enim hæc duo inter se repugnant, teste eodem Apostolo *Paulo, 1. Corinth. cap. 6. nu. 12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Et in hoc tantum defecit, judicando magis expedire, quod minus expediebat, quanvis semper ageret, quod licebat, atq; ob hunc defectum tam exiguum, fuit à Paulo reprehensus, lege *Salas. de legib. lib. 9. cap. 20. á nu. 19. Franciscum de Mendoça tom. 2. in lib. 1. Regũ. cap. 3. vers. decimo octavo, annot. 6. sect. 3. nu. 9.* & 10. ubi in cõmendationem Petri, atq; eius humilitatis, quæ in hac ferenda reprehensione illuxit, multa adducit ex *S. Cypriano in epistola ad Quirinum, de haret. bapt. ex Gregor. Magn. lib. 28. cap. 6.* aliàs 12. & *homil. 18. in Ezechiel.*

CAP.

CAP. Fruſtra. VII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo veritati fruſtra opponitur.*
2 *Veritas conſuetudine firmatur.*
3 *Conſuetudo quomodo introducatur?*
4 *Conſuetudo an requirat ſcientiam Principis?*
5 *Conſuetudo debet à maiori parte cõmunitatis obſervari.*

1 IN textu. Dicit in præſenti Auguſt. cõſuetudinem veritati fruſtra opponi, de hac quæſtione agunt *Prompt. iuris*, verbo, *conſuetudo littera T.* ubi nonnulla. Adde textum *in cap. Ex parte in princip. de conſuetud.* & vide *Roch. in cap. Vlt. de conſuet. ſect. 7. à nu. 18. & ſect. 1. nu. 14. Petrum Raven. de conſuetud. ſect. 2. nu. 13. Abb. in cap. Vlt. nu. 14. de conſuetudine*, & ibi, *Anchar. nu. 6. ad med.* & *nu. 7. verſi.* Sed hic 3. *Abulenſ. in Geneſim cap. 29. verſ. Ad argumentum. Tuſchus tom. 2. concluſ. 813.* Adde textũ *in cap. Ex parte in principio de conſuetud.* & poſita ad *cap. Mala nu. 1. cap. Veritate nu. 1. cap. Conſuetudinem nu. 1. cap. Contempta nu. 1. ſupra eodem.*

2 In fine textus, ibi, Firmius. Nota quòd nihil eſt firmius, quàm veritas, conſuetudine firmata, & munita, uſus enim populi maximè firmat legem: conducunt quæ latè tradit *Tuſcus tom. 2. practicar. concluſ. 811. & 806. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 245.*

3 In Gloſſ. verbo, Cõſuetudinem. Agi: Gloſſa quomodo conſuetudo introducatur, & firmetur, de quo ultra poſita *in cap. Conſuetudo diſt. 1. numĩ 5.* vide *Lopez. p. 1. tit. 2. l. 3. Gloſſa 1. Miles in Repertor.* verbo, *conſuetudo. Cotta in memorab.* verbo, *conſuetudo. Bald. conſ. 401.* incipit *In fœudo vol. 5. & conſ. 349.* incipit *Si hoc, eodem vol.* & poſt *Abb. Gloſſam*, & alios, vide *Roch. in cap. Vlt. ſect. 2. nu. 20. de conſuetudine*, & poſita ad *cap. Conſuetudo diſt. 12. nu. 3.*

4 In Gloſſa ad medium, ibi, Eo animo fiant. Igitur ad inducendam conſuetudinẽ requiritur, quòd actus fiat eo animo, ut conſuetudinem inducat, ſequitur *Abb. in cap. Fin. verſ. Septimò requiritur de conſuetudine*, tenet per plura *Calderin. conſ. 39.* quod eſt primum de conſuetudine, *Roland conſ. 13. nu. 17. lib. 4. Menoch. conſ. 187. nu. 57.* Contraria opinio, quod non requiratur declaratio animi, ſed ſufficiant actus geſti, mihi magis arridet, quam tenet *Claveta conſ. 658. nu. 19.* ubi alios refert, maximè *Guido Pap. conſ. 131. in principio*, proſequitur poſt alios *Tuſch. tom. 2. concluſ. 795. nu. 21.* & ſeqq.

In Gloſſa eàdem ad fin. ibi, Item ſcientiam Principis. 5 Docet Gloſſ. quòd ut conſuetudo introducatur requiritur ſcientia Principis. Contrarium docuit *Gloſſa*, verbo, *abrogata in fine, in 4. Leges 4. diſt.* & hæc Gloſſa cõmuniter reprobatur, teſte *Rebuf. ad leg. Gall. 3. tom. in præfat. tit. de conſuetudine nu. 36*; illam tamen defendit *Vaſq. 1. 2. diſp. 177. cap. 2. nu. 19.* Sed opinio Rebuffi magis omnibus probatur, ut poſt *Antonin. Conradum*, & alios tradit *Salas de legib. diſp. 19. ſect. 4. nu. 37. ad fin.* & *nu. 40. Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 17. verſ. Septimo quæritur*, qui plures refert; & *verſ. Nono quæritur.* Sanches verò non probat deſiderari ſcientiam Principis, ut conſuetudo obtineat vim legis, *tom. 3. de matrimon. lib. 7. diſp. 4. nu. 12. & 14.* & *diſput. 17. nu. 7.* & *diſp. 82. nu. 20.* Ego exiſtimo non requiri conſenſum Principis, quando conſuetudo præſcripta ius inducit; ſi tamen conſuetudo non prævaleat ex vi præſcriptionis, tunc requiri cõſenſum perſonalem, ſeu ſcientiam Principis; probat utrumq; *Suar. de legib. lib. 7. cap. 13. nu. 7. & nu. 11.* In urbe Romæ nulla conſuetudo probatur, niſi conſenſu Apoſtolico firmata ſit, tradit *Laſ. in l. Cunctos populos nu. 52. C. de ſumm. Trinitat.* ſequitur *Farinac. in praxi crimin. tom. 1. q. 45. nu. 27.*

In eadem Gloſſa ad fin. ibi, Maior pars populi. 6 Ergo ut conſuetudo introducatur, neceſſarium eſt, ut ſaltem à maiori parte cõmunitatis obſervetur, atq; illa ſufficit; nam cõſuetudo debet eſſe moraliter à tota communitate, cum ius eius in totam cadat, quæ opinio eſt communis omnium doctorum, ut poſt *Bart. in l. 2. à nu. 12. Cod. quæ ſit longa conſuetudo.* Tradit *Suar. de legib. lib. 7. cap. 9. nu. 12.*

CAP. Conſuetudo. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Opinio cedit veritati.*
2 *Conſuetudo inducitur per errorem.*
3 *Conſuetudo fini aterno repugnans non eſt rationabilis.*
4 *Conſuetudo excuſat à pœna.*

1 IN textu. Colligę ex textu, quod ratione compertæ cedit opinio veritati, ex quo infert *Roman. singul. 760. l. Barbarius*, & *cap. Ad probandum de re judicata*, disponentes sententiam latam ab excommunicato, vel servo, ratione communis erroris validari, hoc non procedere, si illi, inter quos est lata sententia, sciebant illum cōmunem errorem esse falsum; quod antea docuerat *Butrius in cap. Scisciatus, nu. 24. in fine de rescriptis.* Sed vide *Sanch. de matrim. lib. 3. d. 22. nu. 5. 6. & 7.*

2 In textu, ibi, Obrepserat. Et ita cōsuetudo non inducitur per errorem, sed ex certa scientia; exemplum erit, ut si populus utatur consuetudine, quia sic cœpit legem disponere, cum tamen lex disponat oppositum, tunc enim non induceretur consuetudo contra legem; secus si populus non erret in consuetudine inducenda, sed in causa consuetudinis, quia tunc valebit; sicut trasnfertur dominium, licèt erretur in causa, qua traditur, *l. 1. ff. de condit. indebiti*, ita ex nostro textu deducit *Gregor. Lopez. p. 1. tit. 2. l. 3. Glossa 2. in principio.*

3 Ibi, In æternum. Notat *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 82. nu. 7.* quòd consuetudo, quæ fini æterno repugnat non est rationabilis, de quò vide, quæ scripsimus ad *cap. Qua contra mores nu. 1. supra hac eadem dist.*

4 In vers. Ignoscipotest, ibi, Ignorans. Ergo ignorantia excusat; unde licèt consuetudo contra Ecclesiam non valeat, tamen ille, qui fundatur super tali consuetudine, excusatur à pœna temporali, de quo *Roch. in cap. Vlt. de consuetud. sect. 6. nu. 19. Tiraq. de pœnis, causa undecima nu. 2. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 84. nu. 11. & lib. 9. cap. 15. nu. 7.* de qua materia agit latè *Farinac. in praxi crim. tom. 2. q. 95. per totam*, ubi abundè disputat, quando consuetudo pœnam minuat. *Tusch. tom. 2. concl. 806. nu. 40. & seqq.*

CAP. Si solus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificij corporis, & sanguinis figura.*
2 *Nullus Christo contrarius est audiendus.*
3 *Glossa reprobatur.*

1 IN superscriptione, ibi, Cyprianus *lib. 2. Epist. 3.* Extat hodie hæc epistola Cypriani inter opera Parisijs edita apud Nivellium cum adnotationibus Pamelij, & est *nu. 63.* in qua agitur, utrum calix Dominicus aquam solam, an eam vino mistam debeat habere? Disputat enim ibi Cyprianus contra Aquarios, docens hac occasione multis Patrum, ac Prophetarum testimonijs præfiguratum fuisse, verum corporis, & sanguinis Domini sacrificium. Vide quæ scripsi *in historia Episcoporum Portugalensiū, p. 1. cap. 10.*

In principio textus, ibi, Solus Christus. 2 Non excludit tamen Prælatos, & alios superiores legitimos: sed est sensus, quod nullus Christo contrarius est audiendus, & vide textum *in cap. Sciendum in fin.* & ibi *Glossa* verbo, *Sola*, 8. *q.* 1.

In Glossa 2. 3 Dicit Glossa, quòd olim regebantur Iudæi constitutionibus humanis, scilicet scribarum, & phariſæorum, sed hodie non; & contra hanc doctrinam arguit ex *cap. Omnia, dist. 12.* sed videtur quod male arguat, & peius solvat; male quidem arguit, quia *in d. cap. Omnia*, non dicitur quòd Iudæi tantùm divinis constitutionibus regebantur, sed dicitur quòd legalibus tantum sacramentis, non humanis præsumptionibus subijciebantur; quod longè diuersum est; male solvit, quia videtur sanctificare Iudæos huius temporis, dicendo eos modo non hominum, sed Dei institutionibus regi, de materia tamen vide, quæ scripsimus ad *cap. Omnes leges, nu. 3. supra dist. 1.* & ad *cap. Moysei, n. 1. supra. dist. 7.*

DISTINCTIO. IX.

CAP. Imperatores I.

SVMMARIVM.

1 *Legibus Principum, aliquando non obtemperatur.*
2 *Nemo debet obedire injustè præcipienti.*
3 *An peccent locātes meretricibus domos.*
4 *Ancillæ inservientes meretricibus, an peccent?*
5 *Quid de famulis dominos cōmitantibus ad meretrices?*
6 *An tales possint à confessoribus absolvi?*
7 *Argumentū à cōtrario sensu, an valeat?*

1 IN textu. Nota quòd legibus Principum contrarijs legi divinæ, non est obtemperandum, & contra legislatores, qui tales leges promulgant, insurgit illud. *Esaiæ cap. 10. nu. 1. Væ, qui condunt leges*

leges hiqnãs. Addè *Promptuar. iuris tom.* 2. verbo, *obedire, littera X.* qui textum refert.

2 In textu, ibi, Obedire noluerũt. Ergo nemo tenetur obedire ſuperioribus, ſi injuſtè præcipiant: de quo optimè *Navarr. conſ.* 4. & 5. *de pœnit. & remiſſ. edit* 2. in quibus elegantèr agit de famulis, qui meretricibus inſerviũt, & earum amaſijs litteras deferunt, per quas 1 amaſius invitatur, & rogatur, ut adveniat. Sed cum in quæſtione nonnulla pullulent obſcura, concluſionibus periclitemur minus obſcuris.

3 Prima concluſio. Superiores, qui ad habitandas meretricibus domos ſuas locant, minimè peccant; Ita *Maior in* 4. *diſt.* 15. *q.* 35. *Navarr. in Man. cap.* 17 *nu.* 195. *Emman. Roder. in ſũma* verbo *luxuria, cap.* 203. *nu.* 1. *Lop. in inſtructor p.* 1. *cap.* 58. §. *Item an li. eat*, & ex cõmuni vſu ubiq; recepto, tradit *Azor. tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *in fine. Graſſ. l. p. deciſionum lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 20. *Beja part.* 1. *caſu* 27. *Leſius lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 23. *Navarr. lib.* 5. *conſ.* 1. *nu.* 8. de Iudæis, & Sarracenis, *edit.* 2. licèt cõtrarium inſinuet idem *Navarr. in Man. cap.* 16. *nu.* 15. *in fin.* Inſimul nec illi peccant, qui pro pecunia ipſarum meretricum ſunt patroni, ut eas defendant *Emman. Roder. d. cap.* 203. *nu.* 2. Quod tamen limito, niſi ſine ullo incommodo poſſint domum ſuam alteri locare, quia tunc male facerent ſine ulla neceſſitate, aut utilitate locando cum præſcientia mali finis; obſervat *Suar. de charitate diſp.* 10. *ſect.* 4. *nu.* 5.

Secunda concluſio. Non peccat ancilla, quæ 4 meliorem non reperiens conditionem, inſervit publicis meretricibus; etiamſi aperiat oſtia, epiſtolas deferat, vocèt amaſios, ornet, vel comitetur, quando ad amatores pergunt, lectum conſtruat, in quo ſcit eas peccaturas, ut advertunt *Beja d. caſu* 27. *verſ. Tum quia*, & *caſu* 35. *Leſius d. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 23. *Emman. Roder. d. cap.* 203. *nu.* 2. *Graſſis d. cap.* 27. *nu.* 21. *Azor tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *verſ. Octavo. Sâ in aphoriſmis*, verbo. *peccatum nu.* 9. latiſſimè *Navarr. conſ.* 5. *de pœnit. & remiſſ. edit.* 2. horum rationem aſſignat *Beja d. caſu* 35. quia quandocũq; opus ex ſe malum non eſt, ſed ex ſola alicuius prava intentione; fas eſt ad illud concurrere, ne lucrum amittatur, ut conſtat in eo, qui petit mutuum ſub uſuris, neceſſitate compulſus, apud *Navarr. cap.* 17. *nu.* 262. & communiter apud *Henriq. lib.* 1. *cap* 30. §. 1. *In comento.* Inſuper prædicta ſervitia non minus ſunt indifferẽtia, quàm eſt actualis miniſtratio, præſtita domino eunti ad colendum idolum, imò actualiter idolatranti, & tunc non idolo, ſed domino ſervire licitum eſt, ut patet *ex* 4. *Regum cap.* 5. ut ibidem obſervat *Caietan. Leſius lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 23. & *lib.* 2. *cap.* 44. *n.* 39.

5 Tertia concluſio. Quando ſervientes ex tali ſervitio ad peccandum excitantur, tunc non poſſunt famuli, abſq; peccato mortali dominis ſuis, & concubinis inſervire, nec illos comitari. Ita limitant præcitati D.D. *Alcocer in ſumma, cap.* 7. & 8. *Emman. Roder. d. nu.* 3. & *in additionibus ad bullam,* §. 9. *nũ.* 135. *Navarr. conſ.* 4. *de pœnit. & remiſſ. nu.* 2. & 3. adducens illud Apoſtoli *ad Romanos* 1. *nu.* 32. *Digni ſunt morte, qui talia agunt, & qui conſentiunt illis.* juvat textus *in cap.* 1. *de officio deleg.* & quæ ibi notantur.

Quarta concluſio. Quia ex iſtis obſequijs 6 ſæpè ſæpius ipſæ ancillæ, & famuli in pericula animæ incurrunt, quia videntes impudentiſſimos concubinariorum actus, non poſſunt non concupiſcentiæ illecebris exagitari, & pravis deſiderijs exardeſcere, ſemper debent à confeſſore moneri, ut de domo dictarum mulierũ diſcedant, quod ſi renuant, non debent ut plurimùm, à confeſſore abſolvi. Ita *Emman. Roder.* palinodiam recantans *d.* §. 9. *nu.* 135. *Beja d. caſu* 35. *verſ. Quia tamen. Navarr. d. conſ.* 4. *de pœnit. & remiſſ. nu.* 4. & cum hoc interrogaſſem à doctiſſimo Franciſco Suario, reſpondit magnũ in hoc ſcrupulum eſſe, & ubiq; evitandum. Vide pro tota hac quæſtione, *Sanch. tom.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 7. ubi de illa egregiè. Vtrũ autem famulus peccet, qui in die jejunij miniſtrat cibum domino, cum certus ſit violandum eſſe jejunium? Vide eundem *Suar. tract. de charitate ſect.* 4. *diſp.* 10. *nu.* 5.

In Gloſſa Vlt. Agit Gloſſa de argumẽto à contrario ſenſu, & an ſit validum in jure, de quo vide Gloſſam *in cap. Significaſti de foro compet.* verbo; *clerici, verſ. Sed ibi*, & *Gloſſam* verbo, *diſpenſare*, poſt principium, *in cap. Vnico de ætate, & qualitate, lib.* 6. latiſſimè *Everard. in topicis legalibus, cap* 4. Adde quæ latiùs ſcribam *ad cap. Epheſijs num.* 4. & 5. *infra diſt.* 43. 7

CAP. Iuſtum. II.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex, & Princeps legibus ſuis ſunt aſtricti.*

2 *Princeps an poſſit bona remittere; quæ ſubditi tempore acquiſierunt?*

IN textu. Collige ex textu Pontificem, & Principem legibus ſuis aſtrictos eſſe, do quo *D. Thom.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *Sot. de juſt. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 7. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *q.* 7. *nu.* 70. *Gomez l.* 4. *Tauri, nu.* 89. *col.* 3. & *de contractib. cap.* 1. *nu.* 1. *Cabed. 1 p. deciſione* 12. *nu.* 18. & 2. *p. deciſ.* 78. *nu.* 1. dicit cõmunem, tàm Canoniſtarum, quàm Legiſtarũ. 1

Rolan. d. conſ. 13. à nu. 33. vol. 3. Latiſſimè *Merla in Emporio juris tit. de legib. q. 1.* cum quo diſtingue inter vim directivam, & vim coactivam.

2 Ibi, Damnare jura. Per hunc textum docet *Gama deciſ. 335. nu. 5.* Principem pace facta cum hoſtibus, non poſſe bona illis remittere, quæ ſubditi ſui tempore belli acquiſierunt, abſq; illorum ſubditorum conſenſu; argumento text. *in cap. Quanto, de jure jur. Abb. nu. 1.* poſt *Hoſtienſ. in ſumm. de pœnit. §. Fin.*

CAP. Nolimeis. III.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Canonica quæ dicatur.*
2 *Dicta Sanctorum an debeant obſervari? & num. 3.*

1 IN textu. Agit textus de ſcripturis Canonicis, de quo agit *Concil. Trident. ſeſſ. 4.* in principio, & vide de materia *Cantum de locis theologicis lib. 3. cap. 3. & 6. Turrecremat. in cap. Ego ſolis nu. 5.* infra *eadem diſt. Albertin. de agnoſcend. q. 15. nu. 6. 8. 12. & 13. in fin. Bellarmin. lib. de Verbo Dei, à cap. 4. Azor tom. 1. lib. 8.* à principio. *Suar. de fide, diſp. 5. ſect. 3. n. 9.*

2 In Gloſſa, verbo, In iſtis, ibi, Sed hodie. Docet Gloſſa dicta Auguſtini, & ſanctorum eſſe authentica, & deberi obſervari uſq; ad ultimum iota. Eam approbat *Felin. in cap. Ne innitaris, nu. 4. de conſtitutionibus*, illam tamē reprobās Caſtro gloſſatorem irridet, & fundamentum erroris oſtendit *lib. 1. adverſus hæreſes, cap. 7. col. 4.* ægrè ferens hominem tàm aperte mendacem, nam ſi omnia ſanctorum dicta iubentur teneri, quis non videat hac ratione contradictoria præcipi? Cum illorū ſententiæ invicèm contradicant.

3 Ego ſic exiſtimo; unius, aut duorum ſanctorum authoritatem in his, quæ ad ſacras literas, & doctrinam fidei pertinēt, probabile quidem argumentum ſubminiſtrare poſſe; firmū verò non eſſe: in quo ſenſu poteſt intelligi *Caſtro ubi ſupra.* Ita eleganter *Canus de locis theologicis lib. 7. cap. 3. concluſ. 2.* quando verò eſt concors omnium ſanctorum Patrum, atq; doctori eccleſiæ ſententia, & ſenſus circa fidem, & ſacram Scripturam, tunc omnino tenenda eſt: Gloſſam noſtrā in præſenti ſic intelligēdā, tradunt *Corduba in quæſt. theologic. lib. 4. q. 1. propoſit. 6. vaſ. Tertium ſignum. Suar. de fide diſp. 5. ſect. 3. nu. 13.* Addē notata ad proœmium Decreti *nu. 25.* & ſeqq. ubi latiùs.

CAP. Negare. IV.

SVMMARIVM.

1 *Debet quis confiteri errores ſuos.*
2 *Seniores aliquando non ſunt ſequendi.*

1 IN textu. Collige ex textu, quod debet quis confiteri errores ſuos, & non negare veritatem; ideo D. Auguſtin. author huius textus fatetur ſe in multis erraſſe, & hanc ob cauſam fecit librum retractationum, de quo vide *Albertin de agnoſcend. quæſt. 15. nu. 4* qui optimè circa textum, & habes hic argumentum quòd debet iudicium retractari, ſi propter imperitiam, negligentiam, ſeu dolum aduocati, aut iudicis, cauſa ſit perdita, de quo eſt videndus *Speculat. tit. de aduocato, §. fin. verſ. Quòd ſi per imprudentiam.*

2 Ibi maioribus. Ergo ſi ſeniores in errore deprehenderentur, non ſunt ſequendi ſed reprehendendi, ut per hunc textum notat *Tiraq. de primogenijs in præfat. à nu. 98.* allegans textum *in l. 1. §. Si uſus fructus ff. ad l. Falcidiam.* Nec propterea fit illis injuria per text. *in l. Potioris, Cod. de officio rector. provinc.* quam ad rem ferè ſimilem annotat *Gloſſ.* verbo, *poſſeſſionem, in l. 3. §. Si quis quaſi ſtatū liber, ff. de condit. ob cauſam.* Vide poſita *in cap. Neq; nu. 1.* infra *eodem.*

CAP. Ego ſolis. V.

SVMMARIVM.

1 *In ſcripturis Canonicis non datur mendacium.*
2 *Libri ſacri, an habeant plures ſenſus?*
3 *Semper debet error ſalvari in aliqua ſcriptura.*
4 *Etiam viro ſancto non eſt de facili credendum.*
5 *Regulariter unus teſtis non probat.*
6 *Magis eſt credendum honorabilibus perſonis.*
7 *Ratio æquivalet Canoni.*

1 IN textu. Collige ex textu in ſcripturis Canonicis mendacia non admitti, quoniam aliter Deus, qui illarum omnium primus creditur author, ſuſpectus de mendacio haberetur; quod Chriſtianæ aures

audire

audire horrent; proſequitur elegantèr *Caſtro de juſta hæreticorum punit. lib. 1. cap. 4. verſ. Prima via*, qui monet Auguſtini verba mendosè hîc citari, & certiora reponit: bene *Suar. de fide, diſp. 5. ſect. 3. nu. 7. & 8. Franciſcus de Mendoça tom. 1. in lib. 1. Regum annot. 2. proœmiali, ſect. 3.* per totam.

2 Ibi, Scriptorum. An ſacri iſti libri, ſvb una littera habeant plures ſenſus? Vide *D. Auguſt. lib. 1. Geneſ. ad lit. cap. 1. & lib. de utilitate credendi, cap. 3. & lib. de doctrina Chriſtiana. 5. Hieronym. epiſt. 150. q. 12. D. Thom. part. 1. q. 1. art. 10.* & circa textum agit etiam *d. p. 1. art. 2. & art. 8. ad 2.* quem etiam citat *Albertin. de agnoſcend q. 15. nu. 9.* Adi *Suar. de fide diſp. 5. ſect. 3. à nu. 11.*

3 Ibi, Mendoſum codicem. Colligè ſemper debere ſalvari errorem in aliqua ſcriptura repertum. Vnde ſcriptura notarij, ſeu tabellionis, licèt primo aſpectu falſa videatur, nihilominus debet ſaluari, pro ut melius potuerit, notant ſcribentes *in cap. Cum tu, de teſtibus.*

4 Ibi, Sanctitate. Ergo etiam viro ſancto de facili non eſt credendum, de quo vide *Tiraq. de pœnis cap. 51. nu. 16.* cum ſequentibus, & *nu. præcedente*, quia non eſt conſiderandum quis dicat, ſed quid dicatur; *unde D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 3.* in fin. affirmat, *non* eſſe de quolibet præſumendum bonum, ubi alterius imminet periculum.

5 Ibi, Non verum putem. Notat *Valaſc. tom. 1. conſult. 73. nu. 2.* ad hoc, quod regulariter unus teſtis noh probat, etiamſi ſit magnæ authoritatis, & dignitatis, de quo latè agit. Adde *Gabriel lib. commun. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 20. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu 99.* Conſule quæ erudite *Barboſa ad Ordinat. Luſitaniæ lib. 3. tit. 54. nu. 1. concluſ. 1.* & per ſequentes, ubi materia teſtium plene diſcutitur.

6 In Gloſſa verbo, Quantalibet. Agit Gloſſa an ſit magis credendum honorabilibus, & egregijs perſonis, de quo vide *Covar. practic. cap. 33. nu. 3. ad med. Afflict. deciſ. 1. n. 3.* latè *Farinac. de teſtibus q. 63. cap. 3.* ubi diſputat de teſtimonio Papæ, & Principis.

7 In Gloſſa vlt. Docet Gloſſa, quòd ratio equivalet Canoni, de quo vide *Comitolum lib. 7. reſpond. q. 1. nu. 12. verſ. Sextum.* Neque id obſcure colligitur ex *D. Thom. 1. ſent. diſt. 3. q. 4.* ubi rationem vocat naturam intellectualem obumbratam. Ex quo inferunt D. D. tantum præſtare rationem legibus; quantū præſtat ipſa natura. Si igitur lex unum imperet, & ratio idem prohibeat, rationi potius quam legi parendum eſt; quia teſte *Ariſt. lib. 1. ethicor. Ratio ſemper deprecatur ad optima.* Hinc *Perſ. ſat. 5.* rationē pulchrè imperatis oblatrantē inducit.

Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabat, agendo.

CAP. Vt veterum. VI.

SVMMARIVM.

1 *In libris corrigēdis præferūtur ſeniores.*
2 *Gloſſa reprobatur.*
3 *Auguſtinus, Hieronymus, & Gregorius quomodo comparentur?*
4 *Verba Auguſtini explicantur.*

IN textu ibi, Veterum librorū. Ponderat *Tiraq. de jure primogenior. in præfat. nu. 155.* ad hoc, quòd in libris corrigendis præferuntur ſeniores, referens *Alciatum in l. 1. §. ult. col. 10. verſ. Sed conſequenter quæritur ff. verbor. obligat.* 1

In Gloſſa verbo Græci in principio. Colligit Gloſſa ex D. Hieronymo emēdatiora eſſe exemplaria latina, quam græca; ſed errat Gloſſa, quia Hieronymus per ironiam loquitur, ut patet ab exemplari, refertur *3. tom. pag. 14.* incipit, Deſiderij. 2

In eodem ibi, quia inter iſtos tres. Docet Gloſſa quòd Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs, & translationibus, Gregorio in moralibus; de quo vide *Panormit. in cap. Ne innitaris nu. 2. & 3. de conſtit. Azeved. lib 2. recopil. tit. 1. nu. 21. Gloſſas marginales ad Felinum in cap. 2. de reſcriptis n. 48. littera A.* Eundem *Felin. in cap. Ne innitaris nu. 3. de conſtit.* 3

Sed quomodo intelligendus Auguſtinus, qui *epiſt. 97.* ad *Hieronymū* fatetur in multis rebus ſe Hieronymo eſſe minorem? Reſolve quòd Hieronymus ætate erat grandior, chriſtianus à puero, quòd inſuper linguarum peritia ex cellebat quòd nulla aliquando hæreſi fuerat deformatus, vel ſpuria ſobole auctus: quibus omnibus Auguſtinum fuiſſe minorem Hieronymo, liquidò conſtat. Ita *Baronius tom. 4. annal. anno Chriſti 382. nu. 25. §. Ex his autem.* 4

CAP. Si ad ſcripturas. VII.

SVMMARIVM.

1 *An ſit valida ſcriptura ubi mendacium reperitur?*

2 *Si inſtrumenta pro parte inveniantur falſa, an in totum reprobentur? & nu.* 3.

1 IN textu ibi, Officioſa mendacia. Ergo non eſt valida ſcriptura, ubi officioſum mendacium admiſcetur, & quando nulli obeſt, & alicui prodeſt, ut ex noſtro textu colligit *Innocent. in cap. Fraternitas. nu.*1. *de hæretic.* quod tamen intelligit, quãdo tale mendacium admiſceatur circa ſubſtantialia negocij, de quo agitur, ut per exempla proſequitur idem *Innocent. d. nu.* 1. & vide infra nu. ſeqq.

2 In Gloſſa verbo, quod in eis. Vult Gloſſa quòd ſi inſtrumenta, aut atteſtationes pro parte inveniantur falſæ, in totum reprobentur, de quo etiam agunt *Gloſſa* 2. *in cap. Quod ergo.*23. *q.*5. & Gloſſa verbo *firmis* vbi D.D. & *Padilha à nu.* 14. *in l Si ex falſis*, per textum ibi, *Cod. tranſact. Gloſſa* verbo, *liberi in fin. in l.*2. *ad fin. Cod de veteri jure*, cum alijs relatis à *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 21. *Maſcard. de probat. tom.* 2. *concluſ.* 741. incipit. *Multa ſunt cauſæ. Tiraq. de pœnis. cap.* 44. *nu.* 42. *Boer. deciſ.* 253. *nu.* 6. *Hyppolit. ſingul.* 76.

3 Communis opinio diſtinguit inter inſtrumẽtum, quod conſtat, aut probatur eſſe falſum, & inter illud quod non conſtat, nec probatur eſſe tale, ſed tantummodo ſuſpectum exiſtit, propter abraſionem, aut ſimile vitium in parte ſubſtãtiali; ita quòd prius corruat in totum, etiã quoad partes, & capitula ſeparata, ut colligitur *ex cap Quanto* in fine *debis, quæ fiunt à prælatis*, & ex *reg. l.* 2. *in fine ff. de fide inſtrumentorum*, cum alijs citatis à Gloſſa in præſenti declarando, & limitando, ut per *Menoch*, & *Maſcard.* ubi, ſupra. Poſterius verò in dubio corruat tantùm quoad eam partem, in qua vitium eſt, non verò quoad alias ſeparatas, ut ex alijs obſeruant *Abb.* in fine *Felin. n.*15. *in fin. in cap. Ex litteris de fide inſtrum. Bart.* & omnes *in d. l. Si ex falſis* ubi, *Padilha n.* 17: *Menoch. nu.* 12. *Maſcard. num.* 17. ubi ſupra, pro quibus facit textus *in l. Iubemus verſ. Quòd ſi non fuerit obſervatum Cod. de teſtam.*

CAP. Quis neſciat. VIII.

SVMMARIVM.

1 *De ſacra Scriptura diſceptari non licet.*

1 IN textu. Collige ex textu quòd de ſacra Scriptura omnino dubitari, & diſceptari non licet, utrùm verum, vel utrùm rectum ſit, quidquid in ea ſcribitur, vel conſiterit eſſe? Vnde ſi idiota pertinaciter dubitaret, paradiſum terreſtrem non fuiſſe in partibus orientalibus, vel negaret quòd Tobias non habuit canem, & alia ſimilia, eſſet hæreticus cenſendus, proſequitur latè *Albertin. de agnoſcend. q.* 15. *nu.* 6. & *q.* 21. & 22. faciunt quæ tradit *Penha ad Directorium p.*1. *cõment.*25. *littera* C. qui textus meminit.

CAP. Noli frater. IX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *Quis fuerit Donatus hæreſiarcha?*
3 *Cypriani error circa baptiſmum.*
4 *Scripta eorum, qui labuntur in hæreſim, quando reprobentur?*

IN textu. Eius meminere *Albertin. de agnoſc. q.* 15. *num.* 7. in principio. *Tiraq. de primog. in præfat. nu.* 98.

Ibi, Donati. Agit textus de hæreſibus Donati; à quo Donatiſtæ appellati ſunt. Hic Donatus exiens è Numidia, quæ pars eſt Africæ, totam penè Africam ſuis erroribus infecit; quorum errorum initium, & cauſa fuit, quia Cæcilianus contra voluntatem ipſius Donati fuerat ordinatus Carthaginenſis Epiſcopus, qui Cæciliano imponens, quæ probare non potuit, à judicibus, qui optimè rem noverunt, tanquam impoſtor Donatus judicatus eſt, qui volens ſuam falſitatem pertinaci diſſenſione firmare, ſchiſma in hæreſim commutavit, ut ex *D. Auguſtino* tradit *Caſtro adverſus hæreſes*, verbo, *Eccleſia, hæreſi prima.* 1

Ibi, Cypriani. Agit etiam textus de errore Cypriani, & aliorum Africæ Epiſcoporum, qui Concilio apud eos celebrato, definierunt, hæreticos cum ad Eccleſiæ communionem redijſſent, fore rebaptizandos, quia (ut aſſerebant) inter hæreticos non poteſt conferri baptiſma. Nec tamen propter hunc errorem Cyprianus, & alij ei cõſentientes iudicandi ſunt hæretici, qui errorem pertinaci animoſitate minime defenderunt; quinimo parati ab alijs meliora docentibus corrigi, ſententiam ſuam dixerunt. Quod ex ipſo facto patuit, quoniam à Summis Eccleſiæ Pontificibus, videlicèt Cornelio, Lucio, Stephano, edocti, contraria prioribus ipſi Afri definierunt: ut elegantèr tradit *Caſtro adverſus hæreſes*, verbo, *baptiſmus, hæreſi* 5. 2

Ibi

4 Ibi, Antequam ſeparetur. Igitur ſcripta eorum, qui lapſi ſunt in hæreſim, edita priusquàm laberentur in huiuſmodi errorem, non ſunt reſpuenda; quòd an ſit verum? Vide *Indicem librorum prohibitorum regula* 2. & D.D. quos congerit *Cened. ad Decretal. collectan.* 8. *nu.* 1. *Pegna ad direct.* 2. *p. comment.* 3. *Suar. de fide, diſp.* 20. *ſect.* 2. *nu.* 20.

CAP. Neque. X.

SVMMARIVM.

1 *Senes errantes reprehendendi ſunt.*
2 *Liberè poteſt quis cõtradicere doctorib.*

1 IN textu. Notat *Tiraq. de primog. in præfa. nu.* 98. ad hoc, quòd ſenes errantes reprehendi poſſunt, de quo *Laſ. in l. Servum, §. Sequitur in ultim. notab. ff. de verbor obligation. Bolognetus in diſp. uter ſit præferendus doctor, an miles? col.* 9. Adde poſita ad *cap. Negare nu.* 2. ſupra eodem.

2 Ibi, Quorumlibet, & ibi, improbare. Igitur liberè poteſt quis contradicere doctorum opinionibus, & Senatorum ſententijs; quod amplia, etſi ſint deciſiones Rotæ: de quo vide latiſſimè *Gloſſ.* §. *Deciſiones in prœmio Extravag. Maſcard. de probat. vol.* 1. *concluſ.* 485. incipit, *Deciſiones Rotæ*, qui multos D.D. refert, maximè cum Rotam Romanã aliter rotare dicat Gloſſa in prooemio regulæ Cancellariæ, *Maſcard. ubi ſupra concluſ.* 484. *Magdalenus de numero teſtium in teſtamento requiſito. q.* 2. *cap.* 9. *nu.* 35. *Tib. Decian. reſponſ.* 63. *nu.* 15. *volum.* 5. *Menoch. lib.* 2. *de præſumpt. q.* 71. *nu.* 14. *Surdus conſil.* 403. *nu.* 83. & 84. & an idem dicendum ſit de regulis Cancellariæ? Vide *Anchar. conſ.* 297. *nu.* 1. & 2. incipit, *Efficacius, Gomez. in prooemio reg. cancell. q.* 2. *Maſcard. d. tom.* 1. *concluſ.* 257. incipit, *Cancellarias regulas*, & quid in ſententijs prolatis in noſtro Senatu Luſitano? Vide *Gama deciſ.* 33. & 174. & 228. *Cabed. deciſ.* 221. *p.* 1. *Pinell. in l.* 2. *C. de reſcindenda venditione, p.* 2. *cap.* 4. *nu.* 2. *Cald. Pereira de Renovat. q.* 15. *nu.* 27. plures refert *Barboſ. Ordinat. Luſit. lib.* 3. *tit.* 64. *nu.* 6.

CAP. Sana. XI.

SVMMARIVM.

1 *Exempla non ſunt ſequenda, ſi ratio cõtradicit.*
2 *Miſericordia eſt ſemper ſequenda.*
3 *Quod temperabis.*

MEminit huius textus *Præpoſitus in cap. Si in adjutorium, nu.* 2. infra *diſt.* 10, ex quo nota quòd exempla non ſunt ſequenda, quando ſana ratio, aut lex recepta eis adverſatur; faciunt maximè textus *in l. Nemo, Cod. de ſent. & interlocut.* & *in l. Vlt.* ubi D.D. *Cod. quibus res jud. non nocet*, & quæ circa illos reſolvunt *Conan. lib.* 1. *comment. cap.* 15. *nu.* 7. *Valaſc. conſ.* 148. *nu.* 26. & 27. *Oſaſc. in* 1. *deciſ. Pedament. nu.* 43. *Cabed. deciſ.* 212. *nu.* 2. *p.* 1. cum quibus proſequere.

In Gloſſa Vltima. Docet Gloſſa miſericordiã eſſe ſequendam, vide Gloſſas ſimiles *in cap. Vlt.* verbo, *æquitate*, & verbõ, *inhũmaniorem, de tranſact.* & quæ ibi notant D.D. optime *Decian. conſ.* 72. *nu.* 38. *vol.* 3. unde melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quam propter ſeveritatem; proſequitur latè idem *Decian. d. nu.* 38. *Paulus Euſebius de viſitat. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 18. 2

Vnde regem, ac prælatum manſuetum eſſe oportet, ita tamen ut ſcelera non patiatur impunita creſcere; Non enim inter ſe pugnant miſericordia, & juſtitia; ſed bene conveniunt, & in una ſede, & pectore morantur. Audiamus *D. Gregorium lib.* 20. *Moral. cap.* 6. *Circa ſubditos* (inquit) *ineſſe rectoribus debet, & juſtè conſolans miſericordia, & piè ſæviens diſciplina; ſit itaq; amor, ſed non molliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens, ſit pietas, ſed non pluſquam expediat, parcens.* Adi ſcripturarum interpretes *Luc.* 10. *nu.* 30. de illo, qui incidit in latrones, ubi *Maldonatus, Salmeron, Barradius, Toletus.* Vide etiam humaniorum litteratum profeſſores ad illud *Seneca.* 3

Qui vult amari languidâ regnet manu.

Et ad aliud *Ovidij*,

Quò quiſque eſt maior magis eſt placabilis iræ.

DISTINCTIO. X.

CAP. Lego Imperatorum. I.

SVMMARIVM.

1 *Sufficiunt duo teſtimonia ad aliquid aſtruendum.*
2 *Lites Epiſcopatuũ ſunt cauſæ Eccleſiaſt.*
3 *Matrimonium terminatur per legem eccleſiaſticam.*
4 *Reges non poſſunt legitimare ad ſpiritualia.*

5 *Papa non debet Episcopatum dividere.*
6 *Iustinianus defenditur.*
7 *Multa permittuntur, ad alia evitanda.*

1 IBI, Duorum. Ergo sufficiũt duorũ D.D. testimonia, ad aliquid astruendum; adde *Comitolum lib. 5. responsi. q. 26. versic. Secunda propositio,* & textum *in l. Si ita vulneratus* 52. in principio, *ff. ad l. Aquiliam,* quod intellige in qualibet causa tàm profana, quàm etiam in ecclesiastica, vel spirituali; *Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. q. 5. nu.* 117. latè *Madalen. in tract. de num. testium, cap. 1. nu. 1.* & seqq. latissimè *Farinac. de testibus, q. 63. cap. 5. nu.* 232. usq; ad *nu.* 261. cum quo ampliabis, & limitabis.

2 Ibi, Divisis. Notat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 56. Glossa* 8. ad hoc, quòd lites Episcopatuum sunt causæ ecclesiasticæ.

3 In vers. Si inquit. Collige ex textu causam matrimonij debere terminari per legem divinam, & ecclesiasticam, non autem per legem humanam, & temporalem. *Gregor. Lopez d. part. 1. tit. 6. l. 56. Glossa* 2. ubi alia jura cumulat.

4 In Gloss. verbo, Divisis ante fin. ibi, Non est legitimatus in spiritualibus. Docet Glossa, non posse Reges legitimare, nec habilitare quemquam ad spiritualia beneficia, & dignitates ecclesiasticas obtinendas: sequuntur plures de quibus per *Navarr. cons. 1. nu. 1. qui filij sint legitimi, edit. 2. Glossa similis,* verbo, *habeant. in cap. Per venerabilem,* & ibi, *Abb. nu.* 21. *qui filij sint legitimi,* recepta ex *Covarr. de sponsal. 2. p. cap. 8. nu.* 18. *Sanch. lib. 8. disp. 7. nu. 1.* & *nu.* 31. Adde *Rebuf. ad leg. Gallia. Glossa 1. nu. 72.* in proœmio. *Decium cons. 155. nu. 7. vol. 1.* An legitimatus à Rege, succedat in jure patronatus Ecclesiæ? Vide *Gregor. Lopez part. 4. tit. 15. l. 4. Glossa ult.* & notabis, nec legitimatum à Principe, nec ab ecclesiastico, quoad omnia bona posse succedere in feudalibus, nisi exprimatur, *Ias. in l. Si is, qui pro tempore, nu.* 247. *ff. de usucapion.* Pro quo est textus *in tit. 26. §. Naturales,* si de feudo fuerit controversia.

5 In Glossa, verbo, Divisiones. Tenet Glossa, quòd Papa non debet Episcopatum dividere invito Episcopo, nec Episcopus parrochiam, invito rectore, sequitur *Navarr.* alia referens *de spoliis clericorum, §. 3. num. 2.* de quo vide *Panorm. ad cap. Ad audientiam in primo nu. 16. de Ecclesijs ædificand. Roch. de jure patronat.* verbo, *honorificum, nu.* 10. Hodie consule Concilium *Trid. sess. 21.* de reformatione *cap. 4. vers. In iis verò,* Si dividat sine causa Pontifex, peccabit; factum tamen tenebit, ut in simili *Sanch. lib. 7. de matr. disp. 2. nu. 6. Suar. lib. 2. de legib. cap. 14. nu. 22.*

In Gloss. verbo, lex, ibi, Vel ideo. 6
Defendit Glossa Iustinianum multa permisisse, ut graviora vitarentur; sequitur *Bart. n. 6.* & *7.* ubi *Salicet. in l. Cunctos populos, C. de summ. Trinit.*

In eadem Glossa, ibi, Usuras 7
permisit. Igitur licèt Iustinianus usuras permisisset, non tanquam licitas, sed solum tanquam impunitas ad maiora mala vitanda, eas reliquit; sed Glossa *in Authent. ad hæc, C. de usuris,* bene affirmat Iustianum leges Cæsareas abrogasse, quæ usuras concedebant, cum idem Imperator fidem admisit Concilij Nicæni, eamq; servari præcipit; in Concilio autem Niceno usuræ damnatæ sunt. Atq; hæc videtur cõmunior Iuris peritorum sententia, quidquid reclamet *Covarr. 3. variar. cap. 1. nu. 6.* sequitur *P. Molin. de contractib. disp. 304. vers. Doctores. Rebellus 2. p. de obligationibus justitiæ. lib. 8. de usuris, q. 3. §. Ad ultimum,* qui usuras permissas esse, dicunt eodem modo, quo usuram Mosaycam per legem impunitam *Lessius lib. 2. cap. 20. de mutuo, & usura, dub. 4. n. 32. Suar. de legib. lib. 7. c. 4. n. 10.*

CAP. Non licet. II.

SVMMARIVM.

1 *Symachus quis fuerit?*
2 *Ordinationes seculares, an serventur quoad clericos?*
3 *Vincula legis divinæ sunt indispensabilia.*
4 *Pietas idem est, quod sanctimonia.*

1 IN superscriptione, ibi, Symachus. Qui fuit natione Sardus, & mortuo Anastasio, Pontifex non sine magna discordia creatus anno 499. de quo vide Platinam in vita ipsius Symachi, & adde ex eodem Platina, quòd Symachus constituit, ut in die Dominico, vel in natalitijs martyrum, canaretur hymnus, *Gloria in excelsis Deo.* Vide Panvin. in addit. ad eundem Platin. optimè Alphonsum Chancon de vitis, & gestis Sũmorum Pontificum, in vita Symachi *fol.* 139. Atq; iste Pontifex Manichæos urbe Romana expulit, eorumq; libros ante fores Constantinianæ Basilicæ concremavit. Symachi Papæ anno 8. Christi autem 506. celebratum est Concilium Agathense in Agatha civitate Galliæ Narbonensis, sub Alario Vvisigothorum Rege.

IN

2 In textu. Eius meminit *Rebuf. ad leg. Gall. tom.* 1. in proœmio *Gloſſ.* 1. *nu.*72. & ex illo deducit omnes ordinationes ſæculares favorabiles clericis, & canonibus non cõtradicentes, ſervari debere, etiam quoad eccleſias, & clericos, *Bald. conſ.* 30. *vol.* 1. *Alex. conſ.*121. incipit *viſo themate.* in fine. *lib.*2. *& conſ.* 122. *viſo. nu.* 6. *vol.* 5.

3 Ibi, Imperatori. Ergo nec Pontifex, nec Imperator poſſunt diſpenſando vinculum legis divinæ ſolvere, ut notatur in *cap. Sunt quidam* 25. *q.* 1. & tradit *D. Thom.* 1. 2. *q.* 97. *art.* 4 *ad. tertium. Suar. de legib. lib.*10. *cap* 6. *nu.* 7. poterit tamen Pontifex interpretari ea, quæ ſunt fidei, tùm ad dubiorum terminationem, tum etiam ad occultorum & implicitorum explicationem, ut optimè docet *Albertin. de agnoſc. q.*21. *nu.*38. Adde quòd conſuetudo poteſt limitare ius divinum, ut poſt eundem Albertin. tradit *Roch. in cap. Cum tanto de conſuet. nu* 25. *fol.* 16.

4 Ibi, Pietatem. Hoc eſt religionem, & ſanctimoniam, pro ut noſtrum textũ explicat *Turrecremat. in cap. Sanct. nu.* 2. *in fin. ſupra diſt.* 9.

CAP. Certum. III.

SVMMARIVM.

1 *Felix Pontifex quis fuerit?*
2 *Statuta laicorũ an adſtringant eccleſias?*
3 *Epiſcopi præſũt principibus tẽporalibus.*
4 *Felicitas principum augetur ex iuſtitia.*
5 *Epiſcopi an poſſint Reges excõmunicare?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Felix. Qui fuit nomine tertius, creatus anno Domini 483. patria Romanus, patre Felice presbytero ex Regione Faſciolæ; conſtituit ut eccleſiæ non niſi ab Epiſcopis conſecrarentur, & de eo habetur *in cap. Oſius* 56 *diſt.* & vide Platin. in vita ipſius Panvin. in additi ad eundem Platinam, ubi contendit hunc Felicem fuiſſe nomine ſecundum, & adde ex iiſdem, decreto Felicis fuiſſe Petrum, & Acatium, tanquam hæreticos damnatos.

2 In principio, ibi, De cauſis Dei agitur. Ergo ſtatuta, & conſtitutiones laicorum non comprehendunt, nec adſtringũt clericos, & eccleſias, ut per hunc textũ docet *Rebuf. ad leg. Gallie. tom.*1. in proœmio *Gloſſ.* 1. *nu.*57. de quo etiam agit. *Greg. Lopez. part.* 1. *tit.*6 *l.* 56. *Gloſſa* 10. *Suar. lib.*3. *de legib. cap.*34. *n.*15.

3 Ibi, Regiam voluntatem ſacerdotibus ſubdere. Ergo Epiſcopi præſunt principibus temporalibus, quare, & Principes debent aſſurgere in adventu Epiſcoporum, tradit utrum *Abb. in cap. Solitæ. nu.* 7. *de maiorit.* & vide optimè *Hoſium Cardinalem de concilio Œcumenico. cap.*24. *col.* 7. *verſ. Sed invenuntur. fol mihi* 20.

4 Ibi, Piæ devotiones. Citat Rebuf. in principio proœmij concordatæ ad hoc quòd felicitas ſæcularium Principum augetur quando iuſtitiæ adminiſtrandæ dediti ſunt, & exemplum adducit ex *Paludano in* 2. *Sentent.* in Francia quendam, dum in agro ſuo foderet, inveniſſe humanam linguam loquentem quę interrogata cuiuſnam eſſet? Reſpondit fuiſſe linguam hominis Paganorum iudicis, qui eo quòd nullam ſententiã protulerit iniquam, Deus reſervarat animam ſuam in illa lingua, quoad uſq; baptiſmũ reciperet, & fuit baptiſata, & ſtatim in pulverem redacta, quod etiam refert *D. Antoninus in* 2. *p. ſumm. tit.* 1. *cap.*19. *§.*2. *Rubrica de iuſtitia.* Leges de hac materia *Iuſtũ Lypſiũ* in exemplis politicis *lib.* 2. *cap.* 9. & *in Politica lib.*2. *cap.* 10. & 11.

5 In Gloſſa verbo, Submittere. Agit Gloſſa an epiſcopi poſſint Reges excõmunicare? De quo vide poſita *cap. Nos ſi, §. cum Balaã* 2. *q.* 7. & *in cap. Duo ſunt* infra 96. *diſt.*

CAP. Conſtitutiones. IV.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones contra Canones non valent.*
2 *Epiſcopus prohibet quæ ſunt contra bonos mores.*
3 *Quod tamen limitabis.*
4 *Paulus Fuſchus Gloſſæ meminit.*

1 NOta ex textu. Conſtitutiones cõtra Canones non valere, unde ſtatutum, imponens pœnam contrahentibus matrimonium ſine conſenſu patris, non valet, ut per *Ioann. Andr. in cap. ſtatutum de hæret. lib. 6. Paris. conſ.* 29. *nu.* 5. & 14. *vol.* 3. tradit poſt alios *Decian. lib.*4. *cap.* 34. *nu.* 4. & idem dicendum eſt circa uſuras, præſcriptiones cum mala fide, iuramentum, & alia huiuſmodi. Adde ſtatutum factum in favorem animæ per laicos, putà de faciendo eleemoſinam non poſſe per eoſdem laicos revocari,

vocari, ut notatur *in l. Priuilegia, & in Auth. Cassa Cod. de sacros. eccles.* & post *Severin.* tradit idem *Decian. d. cap.* 34. *nu.* 1. quod totum pulchrè limitabis cum eodem *Decian. ubi proximè à nu.* 12.

2 In textu, ibi, Contra bonos mores. Vide *Bart. in l. Non impossibile, 52. nu. 4. in fin. ff. de pact. & in l. Omnes populi, à nu.* 21. *ff. de iust. & iure. Petrum Ravenas de consuetud. nu.* 30. *sect.* 1. *Paris cons.* 92. *nu.* 2. ubi *num.* 3. & 4, consuluit non valere statutum, quòd non pulsetur campana, vel reliquiæ non ostendantur, cum hoc sit contra bonos mores. Vnde Episcopus poterit prohibere eas constitutiones, quæ sunt contra bonos mores. Ideò potest statuere, ne mulieres utantur fucis, ut post *Anchar.* & *Crotum* tradit *Decian. d. cap.* 34. *nu.* 32. potest etiam prohibere ludos noxios sub pœnâ excõmunicationis, ut post *Navarr.* docet *Paulus Fuscbus de visitat. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 43. faciunt quæ tradit *Roland. cons.* 63. *nu.* 19. & seqq. *vol.* 2.

3 Intellige tamen de moribus, qui cum mali sint, per constitutionem nõ possunt fieri boni, quia sunt contra ius naturale, vel Canonicum: secus si contra ius civile, quia tunc valebit constitutio; optimè tradit *Decius cons.* 516. *nu.* 6. & 7. sequitur post alios *Decian. ubi proximè, nu.* 31. & post *Abb.* vide omninò *Roch. de consuetud. sect.* 3. *à num.* 7. Vbi quærit, an clericorum consuetudo, aut statutum contra Canones valida sit?

4 In Glossa, verbo, Constitutiones, ibi, Alia est ratio. Notat *Paulus Fuschus de visitat. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 1. ad hoc, quòd christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerẽt, & Pontifices pro causa temporalium rerum, imperialibus legibus uterentur.

CAP. Imperium. V.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus primus, quis fuerit?*
2 *Reges circa spiritualia nequeunt se intromittere.*
3 *Princeps secularis peccat usurpando iurisdictionem ecclesiasticam.*
4 *Reges beneficia conferunt.*

1 IN superscriptione, ibi, Nicolaus primus. Qui fuit patria Romanus, patre Theodosio, creatus Pontifex anno Domini 858. ut tradit *Panvin. in Chronologia eccles.* imperantibus in Occidente Ludovico II. iuniore, & in Oriente Michaele IV. ad quem Nicolaus hanc epistolam mittebat per eosdem legatos, quos ipse Imperator cum muneribus Romam misit. Hæc autem munera fuere patena aurea, & calix aureus iusti ponderis, cum gemmis magnæ æstimationis, teste Platina in vita ipsius Pontificis. Hic fuit ille Michael (secundum eosdem) quẽ postea Basilius consors Imperij factus, dolo necavit, ut solus imperio potiretur; vide *Alphons. Chacon. de vitis Pontificum, fol.* 243. *Possevinum in apparatu sacro, tom.* 2. *littera N. fol.* 490. qui huius epistolæ meminit.

In textu. Nota quòd Reges circa spiritualia nequeũt se intromittere; vnde non habent facultatem interdicendi matrimonium, etiam ad tempus, ut tradit *Abb. in cap. Vlt. nu.* 3. *de secundis nuptijs. Suar. de legib. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 9. Namq; Imperator adstringitur canonibus concernentibus animam; tradit idem *Abb. in cap.* 1. *nu.* 6. *de constit.* Adde tamen quòd licèt Imperator fidelitatis juramẽtum præstet Romano Pontifici, subditi tamen Imperatoris, de temporali dominio Ecclesiæ non efficiuntur, ut per eundem *Abb. in Clement. Romani nu.* 14. *de jur. jur.* 2

Ibi, Vsurpare. Ergo Imperator, aut quicũq; Princeps sæcularis, peccat usurpando ea, quæ solis Sacerdotibus, aut spirituali Prælato conveniunt, quia alienam jurisdictionem usurpare, ex suo genere mortale est peccatum. *D. Thom* 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. receptus, ut per *Navarr. cons.* 2. *de haret. nu.* 4. incipit *Virum Inquisitores, edit.* 2. 3

In Glossa, ibi, Reges conferũt. Docet Glossa Reges posse beneficia conferre ecclesiastica; de quo vide *Navarr. cons.* 27. *nu.* 2. *de præbend. edit.* 2. & posita ad *Gloßam primam in summ.* 16. *q.* 7. *Chassen. in Catalog. gloriæ mundi* 4. *p. considerat.* 80. *Peres ad l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordin. col.* 1. & 2. *Marta de jurisdict. p.* 2. *cap.* 40. *nu.* 4. & seqq. qui latè agit, & plures Reges nominat, qui beneficia, & præbendas conferunt ex consuetudine, & privilegio Apostolico. 4

CAP. Suscipitis. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prælati habẽt libertatem reprehendẽdi.*
2 *Anima debet præponi corpori.*

IN principio textus, ibi, Libertatem scribi. Ergo Prælati ecclesiastici debent habere libertatem dicendi etiam Imperatoribus, & Regibus, ea quæ ad ius 1

ad ius Eccleſiæ ſpectãt,& ſi opus fuerit ſe morti exponere,ut fecit beatus Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis ſecundum. *Innoc. in cap. Niſi cum pridem nu. 5. de renunt.* qui paſſus eſt martyrium anno Domini 1172. de quo vide latiſſimè *fr. Bernardum de Britto in Chronicis Ciſtercienſib. lib. 6. à cap. 5.* & ſeqq. & *cap. 10.* Vnde ſimiliter conſiliarij, & officiales Regis tenentur potiùs demittere officium, quàm aliquid conſtituere, vel conſentire, quod non ſit bonum, ut per *Abb. in cap. Adverſus nu. 19. de immunit. eccleſ.*

2 Ibi,Cedat ſpiritus carni. Quod eſt irrationabile,& contra naturam, imò contra eſſe debet, ut anima præponatur corpori, *cap. Sedulo, verſ. Hu etiam, 38. diſt. cap. Cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* Namque caro corrupta facit animam peccatricem, ut notat *Turrecrem. in cap. Si baptizata nu. 5. de conſecrat. diſt. 4.* Neque immeritò *Divus Chryſoſt.* illum hominem dixit propriè ſalutis corruptorẽ, qui corpus pluris facit, quàm animam. *Non anima* (inquit) *pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt; qui ergo quod primum eſt negligit, & quod inferius eſt extollit, utrunque corrumpit.* Ita ille *de reparat. lapſi.* Cui concinit *D. Hieron. epiſt. 6.* contra Iovinianum, ubi corpus indomito equo, animam verò aurigæ comparat. *Anima* (inquit) *in auriga modum retinet frena.* Vbi vides fas, & æquum poſtulari, ut non ſpiritus carni, ſed caro potius cedat ſpiritui.

CAP. Si in adjutorium. VII.

SVMMARIVM.

1 *Sylveſter noſtri textus meminit.*
2 *Leges in adjutorium Eccleſiæ allegãtur.*
3 *Paulus quomodo fuit civis Romanus?*
4 *Quicumque retinet patris originem.*
5 *Appellatione civis comprehenditur ex privilegio factus.*

1 IN textu. Notat illum *Sylveſt.* verbo, *conſuetudo, §. 19. nu. 23.* deducens quòd judex judicabit ſecũdùm Canones, quibus deficientibus judicabit ſecundùm leges; & deficiente jure, judicabit ſecundùm conſuetudinem generalem, vel particularem, ſi generalis deſit; qui debet intelligi in judice eccleſiaſtico. Faciunt quæ tradit *Iaſ. nu. 12.* & *13. ff. de legibus.*

2 Ibi, Imperij leges,&c. Ergo leges in adjutoriũ Eccleſiæ, licitè allegantur, de quo vide *Gloſſam*, verbo, *adjuvantur, in cap. 1. De novi operis nuntiatione*, quæ meminit huius textus. Faciunt quæ optimè tradit *Valaſc. de jure emphyt. q. 20. nu. 6. verſ. Item quæro.* Adde tamen unum notabile, quòd ſi clericus, aut Eccleſia utantur legibus, aut conſuetudine laicorum pro ſe, tenetur etiam illis uti contra ſe, ut poſt *Bald. Abb.* & alios tradit *Roch. de conſuetud. ſect. 8. nu. 82.* cum quo dupliciter limitabis. Adde *Rebuf. in proœm. ad leg. Gallia. Gloſa 1. n. 78.* Vide poſita ad *cap. Scit Sanctæ nu. 4.* infra *diſt. 12.* eleganter *P. Suar. lib. 3. de legib. cap. 8. nu. 3.* ad finem.

Ibi, Paulus, & ibi, Civem,&c. 3 Civem Romanum fuiſſe Paulum, vel ex eius teſtimonio liquet, nam aperte civem ſe Romanum profitetur, *Act. cap. 16. nu. 37. Paulus autem dixit eis; cæſos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem, &c.* & *Alter. cap. 22. num. 27.* cum dixiſſet tribunus Paulo ſe multa ſumma civilitatem (*Syrius, D. Anſelm. epiſt. 2. ad Timoth. cap. 4. nu. 13.* & alij legunt, *civitatem*) Romanam aſſecutum eſſe, ideſt factum fuiſſe civem Romanum vi pecuniæ: reſpondit Paulus, *Ego autem, & natus ſum*, ideſt, civis Romanus. Patet ex mortis genere,quam Romæ pertulit,capitis nimirũ abciſionem, honeſtam quidem mortem, & quæ civem Romanum non dedeceret. Hærent tamen adhuc Doctores, qua ratione Paulus civis fuerit Romanus? *Hugo Card.* & *Chartus. 2. ad Timoth. cap. 4. num. 13.* exiſtimant patrem Pauli pro ſe, & filijs ſuis civitatem Romanam accepiſſe,quòd oppidum in quo natus erat, *Giſchalam*, in Galilæa Romanis ſponte tradiderit, indeq; Tarſum cum filio Paulo commigraſſe. De *Giſchala*, patria parẽtis Pauli ſermo eſt apud *Hieronym. de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 5.* ubi etiam addit, à Romanis fuiſſe captam, & inde cum filio ſuo Paulo abijſſe Tarſum. Cæterum fabulã hanc, Giſchalæ expugnationem eſſe probat optimè *Baron. tom. 1. anno Chriſti 36. num. 7.* ipſo etiam *Hieron.* atteſtante *in comment. epiſt. ad Phil.* prope finẽ,ac proinde non Giſchalę accepiſſe ius civis Romani patrem Pauli verius eſt. *D. Anſelmus*, & *Lyra 2. ad Tim. 4. nu. 13.* contendunt, Divi Pauli parentem Tarſo in Cilicia cum cęteris Tarſenſibus occurriſſe Romanorum legatis cum coronis,ac eos in civitatẽ ſuam benignè, & comiter excepiſſe. ac propterea donatos eſſe civitate Romana,indeq; Paulum natum civem fuiſſe Romanum, quòd pater eum poſt acceptam civitatem Tarſi genuerit, ut conſtat *Act. 22. num. 3.* ubi Paulus de ſe. *Sum Iudæus natus Tarſo Ciliciæ.* Lege *Baron. tom. 1. anno Chriſti 58. nu. 148. Lorin. in cap. 22. nu. 28. Act.* ubi multa de Tarſo. Illud cum *Baron. tom. 1. ann. Chriſti 58. nu. 7. Lorin. proximè citato*, probare non poſſum, quòd *S. Anſelm. Lyra, Chartus.* & *Hugo Card.* locis à me allegatis, item *S. Ambroſ.* relatus à *Magaliano 2. ad Timoth. cap. 4. nu. 13.* addunt

de penula, de qua *Paulus 2. ad Timoth. cap. 4. nu. 13. penulam, quam reliqui Troade*, eſſe veſtem conſularem, quam Pauli pater à Romanis acceperat, ipſe verò Paulus à patre in argumentum nobilitatis, & civitatis Romanæ. De penula hac interim dum præcitatos auctores non legis, ſcito eam fuiſſe, vel archam, ſive theccam libris refertam, vel veſtem ſacram ad inſtar planetæ, vel caſulæ, qua Paulus in ſacris utebatur; vel volumen ſacrum, putà veteris teſtamenti, quod Paulus ſecum ferre conſueverat; non verò penulam arcendis pluviis inventam, ſivè ſcorteam, ſive gauſapiam, de qua *Martialis lib. 14. epig. 130. Cicero ad Attic. lib. 13. Lampridius in Alexandro, Spartian. in Hadriano*, quid quid interim abnuat *Magallanius*, cum multis quos citat, *ubi proximè*.

4 In Gloſſ. verbo, civem, ibi, Pater. Igitur quiſque retinet ſui patris originem, quã profecto mutare non poteſt, *l. Aſſumptio, §. Filius*, & ibi *Gloſſ. ff. ad municipales, l. Filios apud originem patris. Cod. de Municip. & origin. lib. 10.* probat poſt multos *Boerius deciſ. 13. nu. 5.* qui Gloſſæ meminit.

5 Ibi, Inſignum. Citat *Boer. deciſ. 160. nu 22. & 23.* & ex illa deducit, quod appellatione civis, comprehenditur civis privilegio factus, ita quòd pœna per ſtatutum irrogata offendenti civem, extenditur ad civem privilegio creatum. Cæterum de penula, de qua hìc Gloſſa dixi *nu.* ſuperiori.

CAP. Quoniam. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex an habeat juriſdictionem temporalem?*
2 *Pontifex eſt judex, ubi lis oritur inter Principes.*
3 *Nullus debet mittere falcem in meſſem alienam.*
4 *In temporalibus an appelletur ad Pontificem?*

1 IN textu. Agit textus cum Gloſſa, an Pontifex poteſtatem, & juriſdictionem habeat temporalem? De quo ultra poſita *in cap. 1. nu. 4. 22. diſt.* & notata *in cap. Novit. de jud.* vide *Suar. de legib. lib. 3. cap. 6 nu. 2. Bartol. in l. 1. §. Præſides, ff. de requirendis reis*, ubi affirmat, hæreticum eſſe, aſſerere, non habere Pontificem poteſtatem temporalem, & ex ea ratione damnatum fuiſſe Dantem Poetam celebrem. *Munch. illuſtr. cap. 20. nu. 2. verſ. Contrariam. Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 4. verſ. Præterea. Victoria relect. 1. de poteſtate Eccleſiæ. Soto in 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. a conclus. 3. Cæt. 2. 2. q. 43. art. 8.* Optimè *Baron. tom. 10. anno Chriſti 847. nu. 11.* qui textus meminit.

Illud tamen obſerva, Summum Pontificem 2
poſſe cognoſcere, & judicem exiſtere competentem, ubi lis, vel diſcordia in re gravi vertitur inter duos Principes, neminem in temporali recognoſcentes; ſi dum non conſentiunt in judicem aliquem, vel arbitrum, ex tali diſcordia, ſeu lite, probabiliter timetur fidei catholicæ, Eccleſiæ, vel boni ſpiritualis detrimẽtum, ex bello, ſeditione, & perturbatione reipub. tunc enim poteſt, & debet Pontifex in ordinem ad evitanda huiuſmodi incõmoda, cognoſcere, & ſententiam ferre; cui tales Principes Chriſtiani ſtare tenentur. Ita *Soto in e. diſt. 25. q. 2. art. 1. concluſ. 3.* & poſt *Victoriam, Phigium*, & alios, comprobat *Molin. de juſt. tract. 2. diſp. 29. verſ. Ex dictis Soto.*

Ibi, Dignitatibus diſtinctis. 3
Notat *Decian. reſponſ. 80. vol. 3. num. 23.* ad hoc, quòd nullus judex debet apponere falcem in meſſem alienam, quia poteſtates ſunt diſtinctæ; faciunt quæ cõgerit *Rebuf. ad leg. Gallus*, in procemio *Gloſſa 1. nu. 61.*

In Gloſſa, verbo, Diſcrevit, ibi, 4
Appellaretur. Docet Gloſſa in temporalibus non appellari ad Papam, quam dicit notabilem *Alb. in cap. 1. nu. 7. de conſtit.* limitans, niſi ratione peccati contra juſtitiam denegatam, adiretur Papa contra Imperatorem; ut proſequitur latè *Decius in cap. Novit. nu. 8. de judiciis.*

CAP. De capitulis. IX.

SVMMARIVM.

1 *Leo 4. quis fuerit?*
2 *Lex Imperialis, deficiente Canone, an ſervetur in Eccleſia?*
3 *Aliquid pro certo quando habeatur?*
4 *Imperatores appellabantur Pontifices?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Leo 4. 1
Qui fuit patria Romanus, patre Rodulpho, creatus anno 848. ſecundum Platinam, aut 845. ſecundum Alphonſum Chacon in vitis, & geſtis Pontificum, & adde juxta eoſdem authores Pontificatus ſui principio magnam ſancti-

sanctitatis, ac prudentiæ declarandæ materiam nactum esse. Romæ iuxta ædem Sanctæ Luciæ in Orthea, basiliscus (quem latini regulum appellare possunt) dirum serpentis genus, est ortus, qui venenato suo halitu, omnibus qui ad cavernam eius ascendebant, repentinum afferebat interitum, itaq; trepidantibus ad tantum periculum universis, Pontifex solemni jeiunio, ac precatione perfectis, in die Assumptionis Virginis Mariæ, è patriarchio exijt, & cum hymnis, ac canticis, sancta præcedente imagine, ad Basilicam sancti Adriani cum clericis processit, inde ad Basilicam sanctiss. Virginis ad præsepe perrexit; & cum ad speluncam ubi exbare serpens dicebatur, apropinquasset, cáterva fidelium, qua stipabatur, subsistere iussa, interitus animo ad os cavernæ, unde pestifer erúpebat afflatus accessit, atq; oculis, & palmis in cœlum intentis, repente exitiale virus serpentis evanuit. Postea incendium illud signo crucis extinxit: quod diu per domos Saxonum, & Longobardorum vagatum D. Petri Basilicæ appropinquabat. Hoc autem factum est 8. die ab Assumptione Beatæ Deigenitricis, qui dies postea ut festus celebratur.

2 **In textu.** Refert hunc textum *Rebuf. ad leg. Gallia* in proœmio *Glossa 1. nu.* 55. & collige ex illo leges Imperiales, deficiente Canone, esse servandas in foro ecclesiæ, de quo *Fortun. de vlt. fin. illat.* 13. Contrarium tamen, & melius docet *Tiraq. de primog. q.* 44. *nu.* 3. nisi tales leges fuerint à Pontifice approbatæ. Integram originem textus vide apud *Baron. tom.* 10. *annal. anno Christ.* 847. *nu.* 11. *vers. de capitulis*, cumquo prosequere. Adde posita ad *cap. Vestram* 13. *nu.* 4. infra *eadem dist.*

3 **Ibi, conservaturus.** Ex honestate loquitur hîc Pontifex non ex necessitate, quia non tenetur subesse legibus Imperatorum, de quo vide posita *in cap. Nos.* 2. *q.* 7.

4 **Ibi, Pro certo.** Ergo à contrario sensu dicitur quis habere aliquid pro certo, quando est certificatus ab uno fidedigno; de quo vide *Castrens. in l. Si posthumus* 4. *si quis nu.* 3. *ff de liberis, & posthum.* prosequitur latè *Tiraq. de pœnis causa* 51. *nu.* 31.

5 **In Glossa verbo, Pontificum.** Docet Glossa Imperatores olim apellari Pontifices, quam dicit notabilem *Ludovicus Gomez in reg. de infirmis, q.* 2. §. *Prope.* ubi in initio agit, an Imperator infirmitate oppressus, possit renuntiare imperio?

CAP. Vides. X.

SVMMARIVM.

1 *Ioannes octauus quis fuerit?*
2 *Lex prohibitiua an annullet actum?*

IN superscriptione, ibi, Ioannes Octavus. Hunc Ioannem Anglicum fuisse, ex Maguntiaco oriundum testatur Platina; qui addit huiusmodi Pontificem mentitum esse sexum, cum fœmina esset; quam fabulam excerpsit à Martino Polono asserente, post Leonis 4. pontificatum Ioannam fœminam in Sede Romana, astutia, & malis artibus intrusam, sedisseq; annos duos, menses quinque, dies tres. At quis non videt commentum hoc à Martino excogitatum, sine ullo authore, citra veri similitudinem confictum; de quo videndus est omnino *Onuphrius Panvinus in additione ad eundem Platinam*, late *Florimundus Remondus in lib. nuncupato de fabula Ioannæ*, præcipuè *cap.* 3. latissimè *Bellarm. lib.* 3. *de Roman. Pontif. cap.* 24. ubi figmenta à Magdeburgensibus in contrarium allata, festivè irridet, & elegantèr dissoluit. Optimè *Alphonsus Chacon de vitis Pontificum*, post vitam Leonis 4. *fol.* 240. qui *fol.* 248. affirmat Pontificem Ioannem octavũ fuisse Romanum, Gundi filium, consecratum 19. Kalend. Ianuarij anno 872. 1

Ad textum. Collige quòd legis authoritate dissolvi, quod cõtra eam fit, & sic lex prohibitiva simpliciter loquens, semper censetur habere clausulam derogatoriam, & annullativam actus, ut ex nostro textu deducit *Gregor. Lopez part.* 5. *tit.* 11. *l.* 28. *Glossa* 7. Quid autem si lex ultra prohibitionem, adderet pœnam, an tunc teneat actus, & tantum agatur ad pœnam? Vide eundem *Gregor. Lopez. ubi proximè*, & *Abbat.* notabiliter distinguentem *in cap.* 2. *nu.* 5. *de testib.* Tu resolve legem purè prohibitiuam nunquam irritare actũ, *Suar. de legib. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 6. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 164. *cap.* 3. 3

CAP. Quis autem. XI.

SVMMARIVM.

1 *Lex an obliget in conscientia?*
2 *Magistri grammaticæ an possint statuta facere?*

Lex

3 *Lex loquens de consilio non obligat ad peccatum.*

4 *Aliud est cõtemnere, aliud non parere.*

1 IN textu ibi, Leges principum. Ergo leges principum imponunt homini necessitatem in foro conscientiæ, de quo *D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Covar. in reg. peccatum. 2. p. §. 5. nu. 3. Castro de lege pœnal. lib. 1. cap. 4. Soto. lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. Alciat. in cap. Cum contingat. nu. 98. de jure jurando. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 15. cap. 6. & lib 13. cap. 18.* Adde quæ latè scripsimus *ad cap. 1. nu. 2. supra dist. 4.*

2 Ibi, monitiones paternas. Ergo pater potest superdomum, vel familiam suam, leges statuere, & admonitiones facere, ut tradit *Bart. in l. Omnes populi nu. 12. ff. de iust. & jure*, qui etiam ibi, dicit magistros grammaticæ posse facere statuta circa bonos mores, & pœnalia alicujus coercionis, non tamen pœnalia pecuniaria, allegans textum in *Authent. habita Cod. ne filius pro patre, & in l. Sed etsi quæcumq; §. fin ff. ad l. Aquil. l. Item quæritur §. Item Iulianus ff. de locato, & conducto.*

3 In Glossa, verbo contemni, ibi, De consilio. Tenet Glossa, quòd ubi lex loquitur de consilio, non obligat ad peccatum; quam dicit bonam, *Abb. in cap. 1. nu. 4. de constitutionibus. Navarr. in Man. cap. 20. nu. 2. Menoch. de arbitrar. casu 380. nu. 3.* quod tamen limitabis, nisi quis ex contemptu contraveniret huic consilio, ut per eundem *Menoch. nu. 6. Navarr. cons. 3. num. 4. de celebrat. missarum edit. 2. Felin. in cap. 1. nu 22. de constitutionibus. Covarr. in cap. Alma 1. p. §. 7. nu. 6.*

4 In eàdem Glossa, ibi, Aliud est. Et sic aliud est contemnere, aliud est non parere, ut ex nostra Glossa notavit *Cabed. decis. 87. nu. 2. Menoch. de arbitrariis casu 416. nu. 27.* cũ quibus prosequere plures quæstiones circa hoc excitantibus.

CAP. Certum. XII.

SVMMARIVM.

1 *Gelasius Primus, quis fuerit?*

2 *Leges Romanorum debent servàri.*

1 IN superscriptione, ibi, Item Theodorico Regi. Cum textus superior sit conditus à Gelasio pontificè; iam inferas hunc Gelasium fuisse nomine primum, natione Afrum, patre Valerio, creatum anno Domini 492. teste Platina, & Panvino in vitis Pontificum, quia tunc temporis hic Theodoricus regnabat, & Siciliam, Dalmatiam, Burgundiam, aliaq; regna suo regno adiunxerat. Gelasius autem, Manichæos in urbe deprehensos exilio damnavit, eorumq; libros apud Basilicam B. Mariæ publicè combussit. Adde *Alphons. Chacon de vitis, & gestis Pontificum*, anno Domini 492. fol. 133.

2 Ad textum. Collige ex textu, & eius summario, leges principum Romanorum servandas esse ab omnibus, & ideo dicit *Bart. in l. Hostes ff. de captivis*, hæreticum esse, qui dicit Imperatorem non esse Dominum mundi: sed contrarium verum est, ut post *Palat.* tradit *Cabed. tom. 1. decis. 211. in* principio. *Covarr.* & alios citans *Avendan. tit. de las excepciones nu. 1. Gama decis. 348. nu. 6.* cum rex in suo regno possit facere legem contra ius cõmune. *Affict. in pralud. constit. Neapolit. q. 2. Rebuf. tom. 1. ad leg. Gall.* in proœmio. *Glossa 1. nu. 4. & nu. 78. & Glossa 1. nu. 20.* Adeo quòd pœnæ impositæ in legibus proprijs, tollunt pœnas legum Romanorum. *Felin. in cap. Quia super n. 9. de maiorit. & obedient.* & post *Grammatic.* & alios tradit *Cabed. ubi proximè nu. 4.*

CAP. Vestram. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Leo quartus quis fuerit?*

2 *Lotharius Augustus monasticum habitum suscepit?*

3 *Iudex ecclesiasticus compellit secularem ad leges observandas.*

4 *Lex Imperatorum, an obliget ecclesiasticos?*

1 IN superscriptione ibi, Leo quartus. De quo vide posita ad *cap. De capitulis, supra eadem dist.*

2 In eàdem superscriptione, ibi, Lotharius Augustus. Qui fuit Imperator Romanus nomine primus, electus anno Christi 840. pro ut refert *Panvinus in Chronolog. ecclesiastica, eodem anno*, & imperium obtinuit ann. 15. mensibus 3. Vide *Petrum Mexiam in vita Lotharij*, qui ait hunc Lotharium monasticum habitum suscepisse, & sanctè universæ carnis viam fuisse ingressum.

Ad

3 **Ad textum.** Vide textus originale p *Baron. tom. 10. annal. anno Chriſti 847. num. 11. ad med.* & collige ex illo, quod ad judicem eccleſiaſticum ſpectat hortari judicem ſæcularem, ut leges obſervet, & ſecundùm eas judicet, nec aliquam diſſolvi permittat, adeo ut poſſit illum ad hoc compellere, de quo vide *Abb. in cap. 1. num. 11. de officio ordin. Rebuf. conſ. 193. pag. 4. verſ. Iudex ſecularis.*

4 **In §. Volumus.** Ergo Imperator leges poteſt condere, quæ obligent judices eccleſiaſticos, quod an ſit verum? Vide *Azor tom. 1. lib. 5. cap. 13.* per totum, & *cap. 14.* Adde poſita ad *cap. De capitulis, nu. 25.* eàdem diſtinctione.

DISTINCTIO. XI.

CAP. Vſus. I.

SVMMARIVM.

1 *Vſus an excuſet in malis?*
2 *Vſus quid ſit?*

1 **AD textũ.** Collige ex textu, quòd uſus non excuſat in ijs, quæ de ſua natura, mala & deteſtabilia ſunt, de quo vide *Felin. in cap. Ea quæ nu. 1. in fine, de ſimonia,* poſt alios *Farinac. tom. 1. q. 20. nu. 26.* Notabis tamen, quòd conſuetudo aliquando excuſat; ſic videmus, quòd excuſat monachos non obediendi regulis eorum religionis, ut poſt *Matheſilan.* tradit idem *Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 21.* Sic ſimiliter excuſat delicta commiſſa in ludis, colluctationibus, & torneamentis, ut per eundem *Farinac. nu. 25.* per text. *in l. Qua actione, §. Siquis in colluct. ff. ad l. Aquil.* & *in l. Si ex plagis. §. Fin. ff. eodem,* imò uſus, & cõſuetudo excuſant judicem judicantem contra leges. *Bart. in l. 1. in fin. principij n. 11. ff. quod quiſq; juris. Tiraq. de pœn. temp. cauſa 42. nu. 10.* poſt alios *Farinac. ubi proximè nu. 9.* Adde poſita ad *cap. Conſuetudo nu. 3.* & *5. ſupra diſt. 1.*

2 **Ibi, Vſus.** De uſu vide *Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 1. cap. 27.* & de differentia inter uſum, & morem, vide *cap. Mos eſt nu. 3. ſupra diſt. 1.*

CAP. Conſequens. II.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminêre?*
2 *Statutis Pontificum, conſuetudo non refragatur.*
3 *Occaſio quid ſit.*

1 **IN textu.** Meminerunt huius textus *Petrus Ravenas de conſuetud. ſect. 1. nu. 28. in fin. Franciſcus Grattianus in compend. juris Canonici p. 1. nu. 228. verſ. Et taceo.*

2 **Ibi, Nullius conſuetudinis.** Ergo non poteſt ſtatutis Pontificum aliqua cõſuetudo refragari, tùm quia licèt conſuetudo excuſet aliquando à pœna temporali, nunquam tamen excuſat à pœna ſpirituali, & æterna. *Gloſſa Vlt. in cap. 2. de tempor. ordin. Roman. ſing. 19,* incipit, *An conſuetudo;* tradit poſt multos *Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 42.* Tum quia conſuetudo reprobata à Principe, vel à lege, non excuſat delinquentem, ut colligitur ex traditis per *Bald. in Authent. navigia nu. 2. Cod. de furtis:* alios in propoſito refert *Tiraq. de pœn. temper. cauſa 42. nu. 15.* plures *Farinac. ubi ſupra nu. 43.* licèt *nu. 49.* referat aliquos contrarium tenentes.

3 **Ibi, Occaſione.** Quæ definitur à Dominico *col. 1. in cap. Statutum §. Inſuper de reſcriptis lib. 6.* ut ſit res, quæ in veritate facti eſt falſa, ſed exterius apparet coloratè juſta, per textum *in l. Famoſi §. Hoc tamen.* ibi. *Non in occaſione, ſed in veritate rei, ff. ad l. Iuliam majeſtatis:* unde aliud eſt occaſio, aliud eſt cauſa, ut videri poteſt *in cap. Soluta,* poſt principium, ibi. *Non cauſam, ſed occaſionem prohibuit. de maiorit. & obedientia;* unde ſcribentes dicunt cauſam in jure conſiſtere, occaſionem in facto. Planè multa de occaſione vide latiſſime p *Tiraq.* ceſſante cauſa, *limitatione 13.*

CAP. Nolite. III.

SVMMARIVM.

1 *Iulius primus quis fuerit?*
2 *Errant illi, qui peregrinas citant opiniones.*
3 *Bona quæ ex legibus deducuntur.*
4 *Cõſuetudo Romana, an ubiq; ſit ſervãda?*

1 **IN ſummario, ibi, Iulius.** Qui fuit nomine primus, Ruſtico patre natus, creatus anno Incarnationis 336. die 26. Octobris: de eius ſucceſſore in Pontificatu agunt *Zozemenus lib. 2. cap. 29. Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmen.* & vide *Chacon fol. 90.* & *91. de*

vitis,

vitis, & geſtis Pontif. Quàm gravis autem tempore huius Iulij contra Eccleſiam Dei perſecutio excitata ſit à Sapore Perſarum rege? Cognoſci poteſt ex *Zozomeno lib. 2. cap. 8.* & ex *Anciniano Marcelino lib. 25.* quam ex illis refert *Cardin. Baron. tom. 3. annal.* anno Domini 343.

2 Ad textum ibi, Doctrinis varijs, & extraneis. Nota errare illos, qui varias, & peregrinas citant opiniones, & relinquunt certam, & ſanam doctrinam, & facit contra D.D. qui modum legendi, & explicandi ita innovant, ut confundant veras theoricas, & dum varias opiniones referre procurant, antiquum chaos ſuſcitant; & plerũq; novitates pariunt diſcordias, de quo vide *Anchar. in cap. Cum conſuetudinis nu. 2. de conſuet.* & ideo dicit *l. In rebus, ff. conſtit. princip. In novis rebus conſtituendis evidens debet eſſe utilitas,* & adde Gloſſam *in cap. Vlt.* verbo, *cogi, de conjugio lepros. Cordub. in quæſtionario, lib. 4. q. 1. propoſit. 6. verſ. Secundo probatur. Nihil ultra licet novitati, quia nihil addi convenit vetuſtati,* ut tradit Sixtus Pontifex in epiſt. ad Antiochenſ. Epiſcopũ, quam refert *Baron. tom. 5. annal. anno Chriſti* 432. *nu.* 41. ubi adverſus novitates, eleganter *Franciſcus de Mendoça, tom. 1. in lib. Regum, annot. 2. proœmiali. ſect. 2.* per totam. Adde poſita ad *cap. Quis neſciat nu. 5.* infra hac eadem diſtinctione, & ad *cap. Hac autem, nu. 1.* infra *diſt. 30.*

3 Ibi, His freti. Homines enim legibus freti, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valent, lex facit patrias habitare cautè, proprias facultates habere firmiſſimè, & juſtitia frui, ut ex noſtro textu deducit *Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. l. 10. Gloſſa 1.* Adde *Sylveſtrum* verbo, *Conſuetudo, §. 13. nu. 16. Franciſcum Gratianum in compendio juris Canonici, p. 1. nu. 229.*

4 In Gloſſa verbo, Docere. Diſputat Gloſſ. an conſuetudo urbis Romæ ſeruanda ſit ubiq? De quo vide *Rochum de conſuet. ſect. 4. n. 18.* qui huius Gloſſæ meminit. *Nevizanium in Sylva nuptiali, ſub tit. Monitatiæ, verſ. Amplia ſecundò,* poſt med. fol. mihi 98. col. 3.

CAP. Conſuetudinis. VI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminere.*
2 *Gloſſa contra textum arguit.*
3 *Conſuetudo an vincat legem? & nu. 4. & 5.*

IN textu. Circa textum, & eius materiam *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 2. l. 3. Gloſſa contra derectos.* Adde *Decian. tract. crim. lib. 9. part. 1. nu. 31. Rebuf. ad leg. Gallie 3. tom. in præfat. tit. de conſuet. art. 2. Gloſſa 12. nu. 2. Anchar. in cap. Vlt. nu. 6.* ad fin. *de conſuetud. Reginaldum in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 248.* & ſeqq. *Baſilium de impedimentis matrimonij, cap. 1. §. 2. verſ. Aliq, ex his.* 1

In Gloſſa verbo, Vincat. Arguit Gloſſa contra textum; & dicit quòd verba illius non poſſunt intelligi de conſuetudine rationabili, ſiquidem hæc præiudicat legi humanæ, quam abrogat; nec item poſſunt intelligi de conſuetudine irrationabili, quippequæ nullam debet habere vim, nec authoritatem: de quo dubio, & ſolutione vide textum, & Gloſſam *in l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuet. Gloſſam 4. in §. Ex non ſcripto inſt. de jure naturali. D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad ſecundum. Rebuf. ad leg. Gall. 3. tom. in præfat. tit. de conſuetud. à nu. 60. Corraſ. de jure civili in Methodo, 3. p. cap. 15. Conan. de jure civili, lib. 1. cap. 10. à nu. 6. & 9.* 2

In fine textus, ibi, Rationem, aut legem. Docet textus conſuetudinem non vincere rationem, aut legem, idem docuit Imperator *in l. 2. C. quæ ſit longa cõſuetudo.* ex qua noſter textus fuit deſumptus. At omiſſis multis, quæ tradunt ſupra citati Doctores, dicendum eſt per verbum, *rationem,* intelligi ius naturale, & per verbum, *legem,* ius humanum poſitivum. Vnde hîc agitur de conſuetudine irrationabili; quæ nec contra naturam, nec leges ullam habet authoritatem. Nec obſtat, quòd Imperator *in d. l. 2.* loquitur de conſuetudine, cuius non vilis authoritas eſt, ut planè vilis, imò nulla eſt irrationabilis conſuetudinis authoritas: nam reſpondetur conſuetudinem irrationabilem plurimum ſibi authoritatis vendicare circa ignorantiam, errorem, & veriſimilem mentem partium explicandam, & probandam, ut per *Menoch. de arbitrar. caſu 71.* per totum, & hoc intendunt Doctores, qui in conſuetudine rationem non requirunt, ut per citatos à *Tiraq. in præfat. retract. nu. 76. Gomez in cap. 1. de conſtitutionib. lib. 6. nu. 131.* 3

In §. Cum verò, ibi, Nec humanis legibus. Colligitur conſuetudinem tunc eſſe obſervãdam, quando legi humanæ non adverſatur: ſed videtur poſſe Gratianum convinci ex eo, quod conſuetudo non minorem habet authoritatem quàm lex, juxta ſententiam *Iuliani in l. De quibus ff. de legibus,* & *in l. Sed ea ille tit.* Plane nemo dubitat, quòd lex ſequenti legi deroganti cedit, *cap. 1. de conſtitutionibus lib. 6.* tradunt latè citati à 4

Cenedo

Cencdo ad Decretales Collectan. 123. *nu.* 3. eſt etiam contra Gratianum unanimis ſcribentium ſententia, qui omnes legitimæ conſuetudini contra leges tribuunt authoritatem, *Abb. in cap. Vlt. de conſuetudine nu.* 9. ubi reliqui ſcribentes *Accurſius in §. Ex non ſcripto inſtit. de jure naturali Bart. in l. de quibus. nu.* 5. *ff. de legibus. Duarenus tit. de legibus cap.* 12. *verſ.* 4. *Rebuf. ad leg. Gallic.* 3. *tom. tit. de conſuetudine in præfatione à nu.* 60. *Cuiacius in cap.* 1. *de fœudi cognitione.*

5 Quare Gratianus in præſenti, de conſuetudine mala venit intelligendus, iuxta reſoluta ſupra *nu.* 3. nam cum Gratianus in hac diſtinctione ad probãdum id, quod in principio dixerat citet dictam *l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, ut patet in noſtro textu, meritò ſecundum illam eſt intelligendus. Cum igitur locus ille Imperatoris de irrationabili conſuetudine, ex ſupra dictis intelligatur, de illa etiam Gratianus in præſenti debet intelligi, ex quo ceſſabunt contra illum obiecta. Iuvat textus *in cap. Vlt. de conſuetudine*, ubi eadem fermé verba noſtri textus eodem modo eleganter ſummus Pontifex declarat, in verſ. *Licèt enim.*

CAP. Eccleſiaſticarum. V.

SVMMARIVM.

1 *Baſilius Sanctus quis fuerit?*
2 *Cõſuetudo antiqua Apoſtolorum, an tradat aliquid de fide?*
3 *Conſuetudo univerſalis ligat tanquam lex.*
4 *Debemus orare verſus Orientem.*
5 *Olim fiebat oratio ad Occidentem.*
6 *Signum crucis quomodo debet fieri?*

1 IN ſuperſcriptione ibi, Baſilius. Qui fuit nobilis Cappadox, & Athenis unà cum Gregor. Nazianzeno eius amiciſſimo ſæcularibus litteris, deinde in monaſterio ſactis mirabiliter eruditus, virginitatem perpetuò coluit, caluit doctrina mirabili, & morum excellẽtia, ut inde magni cognomen invenerit, multa præclara ſcripſit; ac nemo, teſte Gregorio Nazianzeno, ſacræ Scripturæ libros veriùs, aut uberius explicavit; floruit anno Domini 354. Pontifice Liberio, & Imperatore Cõſtantino; de quo vide *Baron. 3. tom. anno Domini* 354. *à nu.* 27. *uſq; ad* 40. & *anno* 361. *nu* 50. & 51. ubi ait fuiſſe Baſilium authorem, & inſtitutorem monachiſmi in Armenia, & Ponto; Obijt ſub Damaſo Papa, teſte eodem *Baron. anno Domini* 378. *nu.* 1. *tom.* 4. ubi numeris ſequentibus poſſunt videri multa de laudibus Baſilij.

Ibi, Apoſtolica traditione. Ergo 2 antiqua conſuetudo à temporibus Apoſtolorum cuſtodita, ſufficiens eſt argumentum ad demoſtrandum aliquid eſſe de fide; cum plura Eccleſia catholica circa ſacramẽta, religionem, & fidem tradidit, quæ non conſtant ex ſacra Scriptura, ut refert *Covar. lib.* 1. *variar. cap.* 10. *nu.* 3. ante finem, qui plura congerit. Hoc tamen loco, nomine Apoſtolicæ traditionis, illa intelligitur traditio, quam Apoſtoli ex ore Chriſti, acceperunt, vel quam illi tanquam inſtrumenta Spiritus Sancti, ſeu dictante Spiritu Sancto tradiderunt Eccleſiæ; non verò ea, quam hiſtoria tantùm continuat à tempore Apoſtolorũ deductam; hæc enim non facit rem de fide. Vide eleganter *Suar. tract.* 1. *de fide diſp.* 5. *ſect.* 4. *nu.* 5. 6. & 7. Favet præterea *D. Auguſt. lib.* 4. *de baptiſmo cap.* 24. *Quod*, in quit, *uniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditur.* Cujus teſtimonij uberiorem explicationem habes apud eundem *Suar. tom.* 3. *in* 3. *p. diſput.* 12. *ſect.* 1. §. *Dices ſi ea.*

Ibi, Quibus par ritus. Notat *Navarr.* 3 *in* 3. *p. ſumma. Gloſſa de pœnit. diſt.* 5. *nu.* 32. & hunc textum vocat optimum ad hoc, quod conſuetudo univerſalis per inde liget, ac lex univerſalis; & conſuetudo particularis, ac lex particularis; faciunt quæ tradit *Sylva nuptialis ſub tit. monitoria* verſ. *Amplia ſecundo* poſt. med. fol mihi. 98. col. 3.

In §. Quæ enim verſ. quæ Orientem verſus. Vide *Petrum Ravenas de conſuetud. ſect.* 3. *nu.* 43. optimè *Navarr. in Enchirid. de orat. cap.* 4. *nu.* 6. ubi dicit hunc textum eſſe D. Hieronymi; ſed eſt D. Baſilij in lib. de ſpiritu Sancto. cap. 27. Ex quibus collige rationem quare debemus orare verſus Orientem, quam etiam aſſignat *Paulus Fuſcus de viſitat. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 7. quia in Oriente eſt paradiſus delitiarum, ubi Deus hominem, quẽ creaverat, poſuit *Gen.* 2. *nu.* 16. nos tendere debemus, tanquam requirentes antiquam patriam; Item quia Chriſtus in ſcripturis Oriens nominatur *Zach.* 3. *nu.* 8. & *cap.* 6. *nu.* 12. Hunc præterea morem orandi verſus Orientem, non quidem ſuperſtitioſé, ſed religioſé veteres olim obſervabant. Hinc *Æneas lib.* 8. 3

Surgit, & æthereij ſpectans orientia ſolis.
Lumina.

Et *lib.* 12.

Illi ad ſurgentem converſi lumina Solem.

Neque ſolùm ex Marone, ſed etiam ex Valerio Flaco hanc gentiliũ religionem obſervatã

habemus; qui tunc ſuas preces ſuperis acceptas eſſe credebant, cum pleno vultu orientem Solem excipiebant. Ita ille *lib.* 3. *Argon.*

Imperat hic altè Phabi ſurgentis ad orbem
Ferre manus, totisq́, ſimul procumbere campis.

Neque abnuunt ab hac conſuetudine *Apul. lib. 2. Vitruuius lib. 4. cap. 5. Latin. Pacat. Paneg. Theodoſ.* *Divinis*, inquit, *rebus operantes, in eam cæli plagam ora convertimus, à qua lucis exordium eſt.* Non omittam veruſtiſſimum locum Damaſceni affirmãtis, Chriſtum ſervatorem in Cruce pendentem ideo à fronte Occidentem, à tergo verò Orientem habuiſſe, ut gentes dum Orientem orantes intuerentur, divinos Chriſti vultus ſimul aſpicerent. Ita ille *lib. 4. cap. 13. Dominus*, inquit, *cum in Cruce penderet, ad occaſum proſpiciebat, eoq́, nomine ita adoramus, ut eum obtueamur.* Vide hac in re *Pontan.* ad illa loca *Virgilij: Cerdam. Lambertum*, & *Naſcimb.*

5 Olim autem in lege veteri oratio fiebat ad Occidentem, & dicit *Sanctus Thom. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 5.* quòd adoratio ad Occidentem fuit introducta in lege veteri, ad excludendam idolatriam, cum gentiles in reverentiam Solis adorarent ad Orientem. Item ex eo, quòd totus ſtatus prioris tabernaculi ordinabatur ad figurandam mortem Chriſti, quæ ſignificabatur per occaſum.

6 In Gloſſa, verbo, Scriptura. Agit Gloſſa qualiter debeat fieri ſignũ crucis, de quo videbis *Marquardum in tract. de Iudæis, p. 1. cap. 9. nu. 6.* qui huius Gloſſæ meminit; *Navarr. de orat. cap. 19. nu. 200. 3. tom.*

CAP. Conſuetudinem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Non valet conſuetudo baptizandi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſanĉti, & Diaboli.*

1 IN textu. Notat *Rochus de conſuetud. in cap. Cum tanto, nu. 13. fol. 26.* & per illum tenet, quòd non valet conſuetudo baptizandi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Diaboli; ſic ſimiliter *ſum. 16.* non valere conſuetudinem, quòd clerici in minoribus beneficiati non teneantur ad horas, ſeu divinum officium Domini. Item *num. 21.* ait quòd conſuetudo, ut ſuſpenſi teneantur in patibulis, non valet, quia id prohibetur à jure divino; idemq; tradit *Bald. in cap. 1. §. Injuria, nu. 9. in tit. de pace juramento firman. in uſibus fœud.* Vide etiam *Rebuf. ad leg. Galliæ, 3. tom. in præfat. tit. de conſuetud. nu. 63.* qui textus meminit.

CAP. In his. VII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo præter legem eſt valida.*
2 *Peregrini an obligentur legibus loci, in quo verſantur.*
3 *Tranſgreſſor conſuetudinis punitur, ſicut tranſgreſſor legis.*

IN textu. Illum refert *Abb. in cap. Vlt. nu. 21. de conſuetud.* & per illum tenet conſuetudinem præter legem validam eſſe, de quo etiam *Anchar. ibidem nu. 6.* poſt principium, & ad med. *Ripa lib. 2. reſponſ. 31. nu. 1.* ad fin. & meminit huius textus *Canus de locis theologicis lib. 3. cap. 6.* poſt med. *Rochus de conſuet. in cap. Cum tanto num. 13. fol. 16. Petr. Raven. de conſuet. ſect. 1. nu. 47.* quem vide circa textum. 1

Ibi, Mos populi. Notat *Salat de legibus diſp. 14. ſect. 4. nu. 42. fol. 323.* ad hoc, quòd peregrini, & advenæ obligentur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo verſantur; vide de materia quę ſcripſimus ad *cap. Quæ contra mores nu. 2.* & ſeqq. ſupra *diſt. 8.* 2

Ibi, Ita contemptores. Collige ex textu trãſgreſſores conſuetudinis debere puniri, ſicut tranſgreſſores legis, de quo *Abb. in cap. Cum cõſuetudinis nu. 3. de conſuet. Petrus Ravenas de conſuet. ſect. 2. nu. 43. Iaſon in l. Iubemus nu. 3. Cod. de judic. Maior in 4. diſt. 15. q. 5.* Vnde conſuetudo etiam in foro conſcientiæ ſervanda eſt, ut tradit *Rebuf. ad leg. Gall. 3. p. in præfat. tit. de conſuetud. nu. 74. Suar. de legib. lib. 7. cap. 16. nu. 2.* 3

CAP. Catholica. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet Eccleſia regitur ſuis conſuetudinibus.*
2 *Concilium Provinciale habet poteſtatem ferendi leges.*
3 *Gloſſa ab omnibus approbatur.*

IN

1 IN textu. Dicit optimum *Abb. in cap. Cum olim, nu. 5. verſ. Contra, de conſuet.* & ex illo deducit quamlibet Eccleſiam regi ſuis ſpiritualibus conſuetudinibus: quem vide in ornatum, & ibi *addit. littera A.* & *nu. 7.* in principio, & *in cap. Cum conſuetudinis, nu. 3.* & *in cap. Vlt. nu. 21. eodem tit. Anchar. in d. cap. Cum olim. nu. 3.* verſ. *Tertiò nota*, & vide ad quid notet *Innocent. in cap. Dilecto nu. 6. de officio Archid. Boer. deciſ. 265. nu. 9. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus feſtis, cap. 3. nu. 1.* Vnde ſynodalis conſtitutio eſt obſervanda, ut notat ex hoc textu *Cardinalis Mantica deciſ. 229. nu. 4.*

2 Ibi, Privatis conſtitutionibus. Ergo Concilium Provinciale habet poteſtatem ferendi leges, quoad territorium ſuum, ut per hunc textum poſt *Medices in tract. de legib. p. 1. q. 9.* tradit *Salas de legib. diſp. 8. ſect. 15. nu. 76.* & vide poſita 18. *diſt.* per totam. Adde *Suar. de legib. lib. 4. cap. 6. nu. 9.* qui textum refert.

3 In Gloſſa, verbo, particularis. Vide *Petr. Raven. de conſuet. ſect. 2. nu. 10.* & illam appellat notabilem *Palat. in repet. cap. Notab. 2. §. 1. nu. 36.* & eam dicit auream *Felin. in cap. Accedentes nu. 6.* in principio, *de præſcript.*

CAP. Palam IX.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, an debeat in alijs Eccleſijs obſervari?*
2 *Privilegium à pluribus conceſſum validius eſt.*

1 IN hoc cap. & duobus ſequentibus loquitur Gratianus de conſuetudine generali Romanæ Eccleſiæ, quam etiam in alijs Eccleſijs ſtatuit obſervandam; & eſt ratio, quia in Romana Eccleſia remanſit integra Apoſtolorum ſucceſſio, & traditio, ut p *Bellarm. de verbo Dei nõ ſcripto, cap. 9.* verſ. *Quinta regula eſt.* & ideo mater omnium eccleſiarum dicitur, ut per eundem de Romano Pontifice *cap. 23.* verſ. *Quid eſt etiam lib. 1.* Inſuper exempla patrum, & pontificum ſequenda ſunt. Siquidem talis conſuetudo optima eſt interpres eccleſiaſticarum traditionum, & legum, ut multis comprobat idem *Bellarmin. tom. 3. lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 5.* in principio. Adde optimè *Cordub. in quæſtion. lib. 4. q. 1. propoſit. 5.* & poſita ad *cap. 1. nu. 1.* infra *diſt. 12.*

In Gloſſa Vlt. Colligit Gloſſa ex textu, quòd privilegium à pluribus Epiſcopis conceſſum, prævalet illi, quod à paucioribus datur, de quo vide aliqua per *Abb. in cap. Cum dilecta*, in principio, *de confirm. utili*, & *in cap. Quia 29. nu. 1.* & *2. de privilegijs*: & quòd privilegium erit potius, ſi plura ſint impetrata à diverſis perſonis ſuper eâdem cauſa, vide eundem *in cap. 1. nu. 14. de reſcript.* 2

CAP. Hoc veſtræ. X.

SVMMARIVM.

1 *Leo primus quis fuerit?*
2 *Sylveſter noſtri textus meminit.*
3 *Delictum iteratum grauius punitur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Leo Papa. Hic eſt Sanctus Leo magnus nomine primus, Quintiniani filius, natione Tuſcus, creatus anno Domini 440. imperantibus Theodoſio juniore, Placido Valentiano, Flavio Marciano, Flavio Avetto, Flavio Iulio, Maioriano, & Flavio Leone, Auguſtis. Obijt anno Domini 461. tertio Idus Aprilis, ſedit ann. viginti unum minus diebus 32. cum multa ſanxiſſet, & luculenter ſcripſiſſet de ſancta Dei Eccleſia, & univerſo grege Domini; rerum geſtarum magnitudine, pontificia ſanctitate, Apoſtolica facundia, modeſtia chriſtiana, omnique divina virtute fuit admirabilis. Vide *Platin. in ipſo Leone*, fuſius *Alphonſum Chacon de vitis, & geſtis Pontificum.* fol. mihi 123. Adde *Baron. tom. 6. anno Chriſti 461. nu. 3.* & ſeqq. & vide poſita ad *cap. Sancta nu. 18. diſt. 15.* Sunt qui Merlinum Anglum Vatem inſignem, illis temporibus adſcribant, de quo plura fortaſſé, quam ſatis eſt, ſcribuntur.

In textu. Vide poſita *in cap. Palam*, ſupra *hac eadem diſt. 11.* & infra *in cap. ſeq. nu. 3.* Adde *Sylveſt.* verbo, *conſuetudo*, §. 13. *num. 26.* & poſita ad *cap. Ridiculum*, infra *diſt. 12.* 2

In Gloſſa 1. Ergo delictum iteratum gravius punitur, de quo vide *Felin. in cap. Aiſi clerici, §. de adulterijs nu. 18. de judic.* faciunt quæ tradit *Covar. lib. 2. reſolut. cap. 9. nu. 7.* in principio. Vnde ſi quis commiſerit aliquod delictũ, de quo habuerit gratiam: ſi inde reiteret, gratia ſecunda non valet, niſi Princeps fuerit certificatus de priori delicto. *Alciatus in cap. Cum non ab homine de judicijs. num. 44. lectura 2.* 3

CAP. Quis neſciat. XI.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius primus quis fuerit?*
2 *Ieiunium ſabbathi quando inſtitutum?*
3 *Traditionibus Romanæ Eccleſiæ fides datur.*
4 *Inſulæ an veniant ſub appellatione provinciæ?*
5 *Novitates plerumq; diſcordias pariunt.*
6 *Dictio, alium, quid importet.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Innocentius primus. Qui fuit filius Innocentij, patria Albanus, creatus anno Domini 402. Imperatoribus Archadio Honorio, & Theodoſio juniore Auguſtis: ſedit in pontificatu annos 15. menſes 2. & dies decem: Tempore huius Innocentij Mileti in Numidia celebratum eſt ab Epiſcopis totius Africæ Concilium Milevitanum primum; poſtea celebratum fuit in Africa Concilium generale Carthaginenſe dictum, quod ex omnibus provinçijs Africæ fuerit collectum: in quo de concordia, & unitate concilianda cũ Donatiſtis actum eſt. Anno 3. Innocentij, Chriſti 404. emerſit Pelagius hæreticus ex Britannia maiori (ut Proſper in Chronicis teſtatur) profeſſione Morſachus, divinæ gratiæ hoſtis, & impugnator acerrimus. Anno 14. Innocentij, Chriſti autem 415. corpus Zachariæ Prophetæ in villa Cophar, in territorio Eleutheropoli Paleſtinæ, inventum à Calimero præfecto agri, cui revelatum fuit. Obijt Innocent. anno Domini 427. vide *Platinam in vita ipſius Innocent.* & *Panvin. in addit. ad eundem*, optimè *Alphonſus Chacon de vit. & geſt. Pontifi. fol.* 112.

2 In eâdem ſuperſcriptione, ibi, Ad Decentium. Vide *Alphonſum Chacon*, ubi proximè, *fol.* 114. qui agit de hac epiſtola, quam Innocent. ſcripſit ad Decentium Epiſcopum Eugubinum, cũ conſultus de cauſa jejunij ſabbathi edoceri exoptabat. Ait verò Pontifex ſabbathi jejunium ideo inſtitutum, quia ſabbatho Dominus in ſepulchro poſitus, & diſcipuli jejunarunt. Hîc decipiuntur aliqui exiſtimantes Innoc. Papam jejunium ſabbathi inſtituiſſe, cum tamen id fuerit antiquitus inſtitutum.

3 Ad textum. Vide poſita *in cap. Palam, nu.* 1. & *cap. Veſtra nu.* 2. ſupra *eadem diſt.* & adde optimè, & latiſſimè *Hoſtium Cardinal. in confeſione catholicæ fidei Chriſtianæ cap.* 92. fol. mihi 191. qui late agit de traditionibus Romanæ Eccleſiæ, & quanta fides, & reverentia illis ſit debita, & vide eundem in confutatione Brentij (qui Brentius ſcripſit adverſus Petrum Soto) *lib.* 4. fol mihi 296. ubi ait, quòd in ijs rebus, de quibus nihil ſtatuit divina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum, pro lege tenenda ſunt, & ſicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarũ conſuetudinum coercendi ſunt; de quo ibidem multa videri poſſunt. Adde *Frãciſcum Gratianum in compendio juris Canonici, p.* 1. *num.* 230.

4 Poſt principium textus, ibi, Italiam, & ibi, Inſulas. Ergo Inſulæ Italiæ, vel aliarum provinciarum non veniunt ſub appellatione provinciæ, cui adhærent; ſed contrarium docet textus *in l. Inſula ff. de judic.* & hoc dictum fuit in præſenti pro evidentiori expreſſione.

5 Ad finem, ibi, Novitates. Præſumitur ſemper contra eum, qui vellet innovare, quia novitates plerumq; diſcordias pariunt. Quod notant doctores contra eos, qui tenent novas opiniones, & qui inducunt novas ſectas, ſeu religiones, unde qui ſunt deputati ſuper bono regimine, non poſſunt aliquid innovare, niſi talis novitas, & utilitas cedat in bonum commune, tradit poſt alios *Alciatus de præſump. reg.* 2. *præſumpt.* 30. qui huius textus meminit, vide poſita ad *cap. Nolite nu.* 2. ſupra *hac eadem diſt.* & ad *cap. Hac autem nu.* 1. infra *diſt.* 30.

6 In Gloſſa 2. Agit de hac dictione, *Alium*, de qua vide *Gloſſam* 3. ad fin. *in cap. Sedes de reſcriptis*, & *in Clement.* 1. *eodem tit.* verbo, *alij*.

DISTINCTIO. XII.

CAP. Non decet. I.

SVMMARIVM.

1 *Calixtus Pontifex quis fuerit?*
2 *Eccleſia Romana ab omnibus ſequenda.*
3 *In conſuetudine recurrendum eſt ad vicinos.*
4 *Trident. innovavit texum.*

1 IN ſuperſcriptione ibi, Calixtus. Qui fuit Romanus Domicij filius de vico Caſtrorum Ravennatum, creatus anno Dñi 221. ſedit in pontificatu imperantibus Marco Aurelio,

relio, Antonio Heliogabalo, & Marco Aurelio Severo Alexandro Auguſtis. Ieiunia quatuor temporum inſtituit vernale, ſcilicet, æſtivale, Autumnale, & Hyemale, quibus temporibus deinceps ratio ſacrorum ordinum habita eſt; cum antea id quidem tantum Decembri menſe fieri conſueviſſet. Templum ædificavit in honorem Beatę Virginis, quod fuit templum Virgini primum publicè dicatum. Floruerunt hoc tempore Tertullianus, Origenes, & Iuriſconſultus Vlpian. Paulus, Modeſtinus, Alexius, Africanus, Calliſtratus, & alij, de quibus videbis *Platinam*, & *Panvinum in vita Calixti*, *Chacon de vitis, & geſtis Pontif. fol. mihi* 51. latiùs *Baronium tom. 2. annal. anno Domini* 224. & 225. atq; *anno* 226. *á nu.* 1. agit de martyrio Calixti.

2 In textu. Notant *Paramus de origine inquiſitionis lib. 3. q. 1.* inprincipio *nu. 63. Palacius de benef. in curia vacant. §. 3.* & inde ex illo deducentes Eccleſiam Romanam tanquam magiſtram in omnibus eſſe ſequendam, de quo vide poſita ad *cap. Palam nu. 1.* ſupra *diſt. 11.* & infra *nu. 3. cap. ſeq.*

3 Ibi, caput ſequantur. Ergo quando localis nō eſt conſuetudo, recurrendum eſt ad aliorum circum vicinorum locorum conſuetudinem, ut per iſtum textum tradit *Boeri. deciſ. 263. n. 9.* quia dubijs occurrētibus vicinorum conſuetudo eſt ſervanda; *cap. Super. De cenſibus* ubi D.D.

4 In textu ibi, Nulli verò. Innovavit *Trid. ſeſſ. 7. de bapt. Can. 3. & ſeſſ. 14. de ſacramento extremæ Vnctionis. cap. Vlt. ad fin.* & *ſeſſ. 22. cap. 8.* late *Covar. in cap. Alma 2. p. in initio nu. 1. verſ. Vtrumq;*

CAP. Præceptis. II.

SVMMARIVM.

1 *Gregor. quartus quis fuerit?*
2 *Præceptis Apoſtolicis non eſt reſiſtendū.*
3 *Cauſa Epiſcopi debet referri ad Sedem Apoſtolicam.*
4 *Non obedientes poſſunt excōmunicari.*
5 *Feudum de novo vacans, poteſt alienari.*
6 *Confirmatio non dat aliquid novi.*
7 *Epiſcopus ſolùm à Papa condemnatur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregor. Papa quartus. Patria Romanus, patre Ioanne creatus, anno Domini 828. 17. Kalend. Febr. Ludovic. & Lothario eius filio Imperatoribus Auguſtis, nobilitate, inſignis, Sanctitate clarus, doctrina, & eloquentia præcipuus, diligentia, ac ſolicitudine tum in rebus divinis, tum humanis admiratione dignus, Synodi præterea tempore Gregor. plures habitæ ſunt, diverſis locis. Maguntina anno 834. Gallicana 835. Aquiſgranenſis 837. Lugdunenſis 838. Remenſis 840. Meldenſis in qua Canones 31. editi ſunt. Anno eodem Synodus Aquiſgranenſis altera, & Maguntina fuerunt habitæ anno Domini 829. Obijt Greg. Romæ 8. Kalend. Februar. anno Domini 844. ſepultus ad S. Petrum tempore Gregor. corpus Sancti Marci Evangeliſtæ Venetias Alexandria delatum, & magno honore exceptū, Iuſtiniano Duce. Creditum etiam eo tempore S. Bartholomæi corpus ex Lypari Ciciliæ proxima Inſula, Beneventum tranſlatum fuiſſe à Sicardo Beneventorum Principe. Vide *Platin.* in ipſo *Gregor.* & *Chacon de vitis, & geſtis Pontificum fol.* 234.

In textu. Collige ex textu neminem debere præceptis Apoſtolicis ſuperbe reſiſtere, de quo vide *Palatium de beneficijs in Curia vacantibus, §. 3.* & inde *Felician de cenſibus lib. 1. cap. 9. nu. 1. verſ. Quarò.* Vnde optimè Ludovicus Imperator conſtituit decretum his verbis: *Ita unanimes divinis, & Apoſtolicis inſtitutionibus ſerviatis, ut in nullo patiamini pia Canonum decreta violari, ut nulli fas ſit, ſine ſtatus ſui periculo, vel divinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare*; refert *Baron. tom. 9. annal. anno Chriſti* 819. *§. Ne tu igitur, fol.* 671. atq; integram epiſtolam, ex qua noſter textus ſunt deſumptus, vide per eundem *Baron. d. tom. 9. anno Chriſti* 839. *num.* 4. 2

In verſ. Non novum, ibi, Ad Sedem Apoſtolicam. Notat *Lælius Iordanus de cauſis Epiſcoporum cap. 4. nu. 9.* ex illo deducens omnem cauſam Epiſcoporum, & religionum debere referri ad Sedem Apoſtolicam, tanquam ad Eccleſiarum caput; & ſic jura quæ loquuntur Epiſcopos fuiſſe dānatos ab inferioribus à Papa, loquuntur aut de jure antiquo, aut de mandato Pontificis, elegantèr *Felin. in cap. 1. nu. 4. de re judicata.* 3

In fine textus, ibi, Non obſervaverit. Ergo non obediētes præceptis Apoſtolicis excōmunicari poterunt, argumento textus *in cap. 2. De maiorit. & obedient.* unde poteſt Epiſcopus compellere parentes p cenſuras Eccleſiaſticas, ut mittant filios ſuos ad parrochiales Eccleſias, ut facilè doceantur fidei rudimenta *Paul. Fuſch. de viſitat. lib. 1. cap. 4. n. 17.* 4

In Gloſſa verbo, Non novum, ibi, alienari. Docet Gloſſa feudum de novo vacans poſſe iterum alienari, quia res Eccleſiæ conſueta dari in emphy- 5

teusim potest, de novo in emphyteusim concedi, de quo vide *Covar.* post alios, 2. *variar. cap.* 17. *nn.* 4.

6 In eâdem Glossa, ibi, Non datur ius novum. Et ita confirmatione superioris non acquiritur aliquid novi, de qua materia controvertit latè *Imol. in cap. Inter dilectos, n.* 24. *de fide instrum.*

7 In Glossa Vltima, ibi, potest absolvi. Igitur licèt Episcopus solum à Papa condēnetur, ab alio tamen potest absolvi, quam Glossam dicit singularem *Brusius in tractatu de dignitate Archiepiscopali privilegio* 22. *nu.* 2. qui pro ea adducit *l. fin. C. ubi Senatores*, & authoritatem *Succini in cap. Qualiter q.* 5. *de accusat.* sed contrarium est cōmuniter receptum, ex eodem *Brusio, ubi supra*, atq; etiam Glossam improbant *Abb. nu.* 5. & 6. & *Felin. nu.* 5. & seqq. *in cap. Non potest de re jud.* qui latè agit quis possit Episcopum condemnare, & absolvere?

CAP. Scit sancta. III.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus primus quis fuerit?*
2 *Doctores qui textus meminere.*
3 *Consuetudo cōtra Canones, etiam in laicis facta non valet. & nu.* 4.

1 IN superscriptione, ibi, Nicolaus primus. Vide posita ad *cap. Imperium*, supra 10. *dist.*

2 Ad textum. Vltra posita ad *cap. In his*, supra *dist.* 11. & ad *cap. Si consuetudinem, dist.* 8. vide *Cavalcanum de brachio Regio, p.* 1. *nu.* 31.

3 Ibi, Non obsistat. Ergo consuetudo, seu statuta contra ius canonicū, etiam in laicis facta, non valent; quod intellige verum in his, in quibus ius canonicum ligat laicos, aliàs quælibet dispositio militabit in foro suo, juxta notata *in cap.* 1. *De novi oper. nuntiat.* de quo vide *Bart. in l. Privilegia nu.* 2. *C. de sacros. Eccles.* & ibi *additiones*, quæ multa utilia controvertunt; optimè *Suar. de legib. lib.* 7. *cap.* 16. *nu.* 12.

4 Quæres consuetudo laicorū, an obliget clericos? Communis est opinio non obligare, quia clerici sunt veluti populi distincti, & inter eos est eminentior communitas; si verò consuetudo sit mixta clericorū, & laicorum, tunc obligabit clericos, quia ligantur in consuetudine propria. *Rochus de consuetud. in cap. Vlt. nu.* 54. & 65. qui multas limitationes, & ampliationes congerit. *Felin. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ n.* 100. & seqq. *de constitut.* & post *Abb.* & alios tradit *Suar. de legib. lib.* 7. *cap.* 16. *nu.* 9. Si tamen clerici utantur consuetudine laicorum, tenebuntur ad observationem consuetudinis; quemadmodum ad observationem legum laicorum, ut diximus ad *cap. Si in adjutorium, nu.* 2. supra *dist.* 10.

CAP. Illud. IV.

SVMMARIVM.

1 *D. Hieronymus quis fuerit?*
2 *Consuetudo debet observari.*
3 *Iudex delegatus secundum, quam consuetudinem debet judicare.*

1 IN superscriptione, ibi, Hieronymus. Qui fuit filius Eusebij, Stridone in Dalmatia Constātio Imperatore natus, anno Christi 329. Romæ puer est baptizatus, & in liberalibus disciplinis à Donato, & alijs viris doctissimis eruditus: postea Greg. Nazianzeno magistro Constantinopoli operam dedit: quo doctore se sacras litteras didicisse profitetur. Tum religionis causa visit Christi Domini incunabula, totamq; lustravit Palęstinam; præsbyter à Paulino Episcopo Antiochiæ factus, Romam petijt. Verùm cum pristinæ solitudinis desiderio teneretur, in Palęstinam reversus Bethlem ad Christi Domini præsepe cœlestem vitam instituit. Vetus testamentum Damasi Pontificis iussu ex Hæbreo convertit. Tandem ad summam senectutem perveniens, sanctitate, doctrina, & miraculis illustris, Honorio Imperatore migravit in cœlum, cuius corpus ad Bethlem sepultum est, postea Romam in Basilicam Sanctæ Mariæ ad præsepe translatum. Vitam eius Sebastianus monachus Divi Benedicti; Erasmus item, ac demum Marianus Victorinus, scripsere. Vide *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 16. *nu.* 5. ad fin. *Baron. tom.* 4. *annal.* varijs in locis; & *tom.* 5. *anno Domini* 398. *nu.* 6. & seqq. & *anno* 400. *nn.* 25. & seqq. & *anno* 420. *nu.* 39. & 41. ubi de eius morte, & laudibus.

2 In textu. Meminit huius textus *Abb. in cap. Pastoralis nn.* 9. *de officio ord.* & collige ex illo, quòd consuetudines debent observari, de quo vide posita ad *cap. In his*, supra *dist.* 11. & ut judex arbiter (in quem compromissum est, ut juxta jura pronuntiet) teneatur judicare secundum statuta, & consuetudines;

nes; vide optimè *Sylveſtrum*, verbo, *Conſuetudo*, §. *Vigeſimo primo nu.* 24.

3 In Gloſſa Vlt. poſt principium, verſ. Ex his duobus. Diſputat Gloſſa, ſecundùm quam conſuetudinem judicare debeat judex delegatus, an ſecundùm conſuetudinem loci, an ſecundùm conſuetudinem delegantis? De quo vide *Sylveſt.* verbo, *Conſuetudo, verſ. Decimo nono, nu.* 23. *ad med.* qui huius Gloſſæ meminit; quãdo autem proceſſus eſſet factus in uno loco, & delictum in alio, ſecundum quam conſuetudinem deberet judicare, quæri poteſt? Et dicendum eſt, quòd in procedendo attenditur locus judicij, & in condemnando locus delicti. Maximè ſi locus judicij eſt ſub eodem Principe. 1 Vide *Clarum* cum ibi per eum adductis, §. *Fin. q.* 89. *verſ. Tertius eſt caſus.* Optimè *Cavalcanus de brachio Regio p.* 4. *nu.* 59.

CAP. Ridiculum. V.

SVMMARIVM.

1 *Traditiones antiquæ nõ ſunt infringẽdæ.*
2 *Iuvenes à ſenioribus debent edoceri.*
3 *Vaſa ſacra, an debeant eſſe aurea, aut argentea? & nu.* 4.

1 IN textu. Inquit textus traditiones antiquitus inſtitutas non eſſe infringẽdas, de quo vide poſita *in cap. Conſuetudo diſt.* 9. & *in cap. Palam, & duobus ſequentibus*, ſupra *diſt.* 11. & *in cap. Conſequens, eàdem diſt.* Adde *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 82. *nu.* 6. & 7. latiſſimè *Tiraq. de primog. in præfat. num.* 190. & ſeqq. qui textum citat.

2 Ibi, A Patribus. Adſtipulatur illud *Eccleſ. cap.* 8. *nu.* 11. *Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerũt à patribus ſuis, quem ab ipſis dices intellectum, & in tẽpore neceſſitatis dabis reſponſum.* Ponderat idem *Tiraq.* ubi proximè, *nu.* 189. Quam in audienda ſeniorum doctrina, reverentiam teſtabantur veteres Romani, cum ſenes, juvenum cenſores, & caſtigatores appellabant. Ad quod alluſiſſe creditur, *Horat. de Arte poet.* ubi inter plurima ſenectutis incommoda illud unum enumerat, quòd ſenex ſit *cenſor, caſtigatorq; minorum.* Quapropter doctrinam in adoleſcentes à ſenibus derivatam, elegantèr dixit *Iuvenalis Satyr.* 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum.
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat.

3 Sed ex hoc textu arguunt nonnulli vaſa ſacra non debere eſſe aurea, ſeu argentea, quia in ſpectantibus ad divinum cultum uſus primitivæ Eccleſiæ maximè attendi debet, ut habet noſter textus, cui ſimiles *in cap. Contra* 25. *q.* 1. *cap. Videntes* in fine 12. *q.* 1. Conſtat tamen calices aureos, ſeu argenteos non eſſe olim in uſu, ſed ſolùm ligneos, ex ſententia Bonifacij martyris relati *in cap. Vaſa* 44. *de conſecrat. diſt.* 1. Hlvat quòd per calicem ſepulchrum Chriſti deſignatur. *D. Thom.* 3. *p. q.* 83. *art.* 5. *Durad. in rationali divinorum officiorum lib.* 4. *cap.* 46. *nu.* 11. & tamen ſepulchrum illud noſcitur eſſe lapideum, *Matthæi cap.* 27. *nu.* 60.

4 Tu reſolve contrarium propter authoritatem dicti *cap. Vaſa*, cum *cap. ſequente*, quibus juribus probatur ſacra vaſa ex alia materia præterquam ex auro, ſeu argento, vel ſaltem ob inopiam ex ſtagno minime conflari, cuius quidem prohibitionis potiſſima eſt ratio, quia cæteræ materiæ, vel ob poroſitatem, ut lignum, ſeu lapis; vel ob fractionis periculum, ut vitrũ; vel denique ob periculum æruginis, quæ ad vomitum prouocat, ut æs, prædictis vaſis minimè conveniunt; ita *D. Thom.* ubi proximè, *Sylveſt.* verbo, *calix, nu.* 1. *Sot. in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2. *ad ſextum.* Nec obſtant argumenta adducta. Reſpondetur enim ad primum, ligneos calices olim fuiſſe in uſu, tùm ob paupertatem Eccleſiarum, tùm ne vaſa ipſa ex auro, ſeu argento conflata, rapinis, & ſacrilegijs tyrãnorũ eſſent obnoxia; proinde ceſſante illa neceſſitate, prædictus uſus ob inconveniens ſupra notatum, & ob Eccleſiæ ornatum merito fuit ſublatus. Solvitur 2. argumentum dicendo, per calicem duo deſignari, alterum eſt ſepulchrum, alterũ eſt vas, in quo Chriſtus in die Cœnæ Sacramẽtum confecit: fatemur igitur priori quidem reſpectu, magis congruere ſignificationi calicis, quod ſit lapideus; non ita tamen poſteriori; ſic ſanè ſimilitudo calicis ad ſepulchrum non ſtat reſpectu materiæ; ſed ſolum reſpectu ſanctitatis; reſolvit elegantèr *Vualdenſis tit.* 4. *de ſacramentalib. cap.* 30. *nu.* 3.

CAP. Diuturni mores. VI.

SVMMARIVM.

1 *Diuturni mores ſunt obſervandi.*
2 *Mos debet retineri.*
3 *Doctrina inter morem, & mores.*

1 IN textu. Nota ex illo, diuturnos mores eſſe obſervandos, de qua materia agunt *Rebuf. ad leg. Gall.* 3. *tom. in præfat. tit. de conſuetudine nu.* 61. *Gomes in l.* 1. *Tauri nu.* 8. & vide quæ notant doctores *in* §. *Ex non ſcripto inſtit. de jure naturali.*

2 Ibi, Mores. Mos namq; retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis, ut præcepit Imperator *in l. Teſtamenta omnia, C. de teſtam.* quem textum dicit ibidem moralem *Corneus*, conſonat illud Enij.

Moribus antiquis res ſtat Romana, virisq;.

Quem verſum *Tullius lib. 3. de Repub.* tùm brevitate, tum veritate dicit tanquam ex oraculo ſibi quoddam effatũ, uti etiam refert *D. Auguſt. de civitate Dei lib. 2. cap. 21.*

3 Adverte in ſuper non nihil intereſſe inter mores, & morem, ſed ita tamen, ut plerumq; à doctis confundantur, juxta illud *Plauti in Trinummo.*

Morem majorũ ſi tias, nam nunc mores nihil faciũt.

Ex quo loco intelligitur, quòd morem illic Plautus appellat, quod paulò poſt, & mores dicit. Planè de more vide quæ latè ſcripſimus ad *cap. Mos eſt* 4. ſupra *diſt.* 1. latè *Tiraq. de primogen. in præfat. nu.* 191.

CAP. Conſuetudo. VII.

SVMMARIVM.

1 *Contra conſuetudinem facta revocãtur.*
2 *Bartolus textus meminit.*
3 *Conſuetudo quo tempore introducatur?*

1 IN textu. Decernit textus, quidquid contra longam conſuetudinem fit, revocari oportere, de quo vide poſita ad *cap. In his* ſupra *diſt.* 11. Adde textum *in l.* 1. §. *Nam et conſuetudo*, & quæ ibi notantur *Cod. quæ ſit longa conſuetud.* Vnde conſuetudo prohibens aliquos actus, vel dans formam illis, poteſt eo animo introduci, ut actus aliter factus non valeat. Ita *Felin. in cap.* 1. *de ſponſal. nu.* 2. & 3. latè *Sanches de matrim. lib.* 7. *diſp.* 4. quos ſequitur *Suar. de legib. lib.* 7. *cap.* 16. *nu.* 4. & ſeqq. De perſonis autem, quas obligat talis conſuetudo, vide ibidem *nu.* 8.

2 Ibi, Præſes provinciæ. Vtrum hęc conſuetudo debeat præſidi probari? Vide *Bartol. in l. Omnes populi nu.* 67. *ff. de juſtitia, & jure*, & ibidem *additio, littera H.*

3 In Gloſſa. Diſputat Gloſſa, quanto tẽpore conſuetudo introducatur? De quo agunt *Roch. in cap. Fin. ſect.* 3. *n.* 28. *de conſuetud. Mantua lib.* 1. *locorum, cap.* 19. à principio. *Aretin. conſ.* 23. *nu.* 11. *Sylveſt.* verbo, *conſuetudo*, §. 4. *nu.* 6. poſt principium. *Suar. de legib lib.* 7. *cap.* 8. *nu.* 7. Adde poſita ad *cap. Conſuetudo nu.* 5. ſupra *diſt.* 1. & ad *cap. Fruſtra nu.* 3. ſupra *diſt.* 8.

CAP. Nos conſuetudinem. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ſemper obſervanda.*
2 *Incidens in hæreſim non poteſt amplius eligi.*
3 *In beneficijs an præferatur bonus alij, qui fuit malus?*
4 *Perſona ineligibilis poteſt conſuetudine fieri eligibilis.*

AD textum. Collige ex illo immo- 1
tam permanere conſuetudinem, quæ contra fidem catholicam nihil uſurpat, de quo vide notata *in cap. Conſuetudo*, ſupra *diſt.* 1. *nu.* 3. & *in cap. Conſuetudo nu.* 2. ſupra *diſt.* 8. & vide nonnulla per *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 82. per totum. *Paulum Fuſch. de viſitat. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 31. *Tiraq. de primogen. q.* 40. *nu.* 158. & *de nobilitate cap.* 10. *num.* 1.

Ibi, Exceptis ijs. Igitur incidens ſe- 2
mel in ſchiſma, ſeu adhærens hæreticis, non poteſt amplius de iure eligi, ſeu promoveri in Epiſcopum, ut per hunc textum notant *Abb. in cap. Quia diligentia* 5. *nu.* 1. *de elect. Iacobatius de concil. lib.* 7. *art.* 4. *verſ. Sic ergo*; poterit tamen cum eo ſolus Pontifex diſpenſare, ut tenent præcitati doctores. 1

Ibi, prohibemus. Notat *Rochus de jure* 3
patronatus, verbo, *onerоſum. q.* 3. *nu.* 6. & per illum tenet, quòd ſi duo ſint præſentati ad beneficium, quorum unus ſemper fuit bonus, alter autem fuit devius, ſed poſtmodum eſt reductus ad frugem melioris vitæ, debet præferri ille, qui ſemper fuit bonus; ſequitur *Decius in cap. Atſi clerici* §. *De adulterijs* ad fin. *de judicijs nu.* 25. De quo dubio vide ſcripta ad *cap. Fidelior* 54. infra *diſt.* 50.

In Gloſſa verbo, de primatibus, 4
ibi, Ratione conſuetudinis. Docet Gloſſa perſonam ineligibilem poſſe conſuetudine fieri eligibilem, abrogando legem, perquam fiebat ineligibilis; ſequitur *Suar. deleg. lib.* 7. *cap.* 19. *nu.* 14. Notabis tamen non valere conſuetudinẽ ſtatuentem quòd non recipiantur in canonicos niſi nobiles, tradit *Tiraq. de nobilitate cap.* 20. *nu.* 18. *Decius in cap. Cum adeo, nu.* 4. *de reſcriptis.* ubi improbat aliqua ſtatuta Alemaniæ, quòd in Eccleſia non recipiantur niſi nobiles, pro quibus eſt textus *in cap. Penult. de prebend.* ubi Gloſſa verbo, *Conſuetudinem.*

CAP.

CAP. Quemadmodum. IX.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudine non debent illicita perpetrari.*
2 *Conſuetudo pecunias ſpargendi eſt damnata.*

1 IN textu. Collige ex textu quód licèt quæ ſunt conſuetudinis non negentur, tamen eius authoritate illicita non debent perpetrari; quo argumento dicit *Decian. tract. criminali cap. 1. nu. 31.* abſurdam eſſe conſuetudinem, qua utuntur milites, & qui ab armis, à propulſatione injuriæ, & atroci vindicta honorem hominum pendere putant, quòd ſcilicet quis ſolus, & inermis liberè corpus ſuum ponat, & remittat in manibus inimici armati, qui de ſe eam ſummat vindictam, quam maluerit, etſi ipſum velit occidere; hæc enim conſuetudo corruptella dicitur, & inimica legibus naturalibus, ideo non ſervanda. Atq; *num. 32.* ait ipſe *Decian.* vidiſſe quendam maritum, qui uxorem interfecerat in adulterio, quæ chirographum ipſi marito ſuo proprio ſanguine ſcriptum dederat, quo ipſa licentiam dabat marito eam impunè occidendi, ſi aliàs in futurum in adulterio reperiſſet, neq; tamen potuit exilium evitare, ex quo tale pactum, & licentia tanquam illicita non valebat.

2 Ibi, Illicita. Notat *Tiraq. de nobilitate cap. 37. num 44.* ad hoc, quòd conſuetudo pecunias ſpargendi eſt damnata, tanquam illicita; facit textus *in l. 2. C. de conſulibus, & non ſpar ab his pecun. lib. 12.* quod feciſſe Auguſtum, ſcribit *Dion. in vita illius*, idem de Heliogabalo tradit *Herodianus lib. 5.* ubi ſcribit illum è turribus miſſilia ſparſiſſe aurea, & argentea pocula, veſtesq;, & linteaminum genus omne.

CAP. Novit. X.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio in dicendis horis canonicis ſervabitur.*
2 *Epiſcopus in diœceſibus nova feſta poteſt inducere.*

1 IN textu, ibi, Sed mihi placet. Igitur ſi eſt conſuetudo probabilis, vel certa conſtitutio in dicendis horis canonicis ſervabitur, ſi antecedat annos ducentos, ut conſtat ex bulla Pij 5. præfixa Breviario Romano, & notat *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 23. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. nu. 220.* An verò directè hoc, vel illud officium ſit ſub præcepto? Negat per noſtrum textũ *Cardin. in Clement. 1. nu. 10. verſ. Septimo quæro, de celebratione miſſ.* & ibi, *additio littera C.* ſed affirmat *Suar. ac Filiucius* ubi proximè. Vide *cap. De his 13. nu. 1. hac diſtinctione.*

Ibi, In qualibet Eccleſia. Ex his verbis. 2 iuncta ſuperſcriptione colligit *Navarr. de horis canon. cap. 11. nu. 27.* poſſe Epiſcopos in ſuis diœceſibus nova feſta inducere, & conſequenter nova etiam officia ordinare, non obſtante quòd Pius quintus in bulla breviarij, videatur appellare pravam Epiſcoporum conſuetudinem, quia non loquitur de Epiſcopis mutantibus formas ſuorum Epiſcopatuum, ſed de mutantibus formam Eccleſiæ Romanę. Atq; *nu. 16.* ait, poſſe Epiſcopos diſpenſare iuſta de cauſa, ut ſubditi eorũ ſecundum aliam formam, quam propriam ſui Epiſcopatus horas pronuntient. Adde *Gloſſam*, & ibi poſita *in cap. 1. 91. diſt.*

CAP. Illa autem. XI.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes quomodo teneatur ſervare ieiunia loci perquem tranſeunt.*
2 *Prima opinio circa dubium.*
3 *Secunda opinio.*
4 *Opinio Authoris.*
5 *Peregrini an teneantur ſervare conſuetudinem ſui domicilij?*
6 *Valet conſuetudo non ſolvendi ſpolia Pontifici.*

1 IN textu. Docet ibi, Auguſtin. quomodo peregrini, & forenſes teneantur ſervare leges, & jejunia loci, perquem iter faciunt; de quo dubio conſule *Rochum de conſuetudine ſect. 5. nu. 6. Petrum Raven. de conſuetudine ſect. 2. nu. 14. & 15. ſect. 3. nu. 51. Rebuf. ad leg. Gall. 3. tom. in præfat. tit. de conſuetud. nu. 24. Anchar. in cap. Vlt. nu. 6.* in principio *de conſuet. & ad med. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 1. l. 8. Gloſſa 2. & tit. 7. l. 16 Gloſſa 6. Covar. lib. 4. de ſponſ. q. 57. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſp. 18. à nu. 3. & tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 12. á nu. 19. Suar. tom. 1. de religione lib. 2. de diebus feſtis cap. 14.* Adde poſita *ad cap. Quæ contra nu. 2.* & ſeqq. ſupra *diſt. 8.*

Prima eſt opinio peregrinos teneri ad obſervanda feſta, & jejunia loci, *Gloſſa in præ-* 2

ſenti

ſenti, verbo, *Societate Abb. in cap. Conſilium nu: 6. de obſervat. jejuniorum. Felin. in cap. Quod clerici* in principio. *De foro competent. Navarr. in Man. cap. 13. nu. 5. verſ. Infertur* 2. & *cap. 23. nu. 120. Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 13. num. 8.* licèt *lib. 8. de miſſa cap. 25 n. 2.* in fine moderetur ſententiam.

3 Secunda ſententia ait non teneri forenſes ad obſervanda feſta, & jejunia loci, ita *Gloſſa* in præſenti, verbo, *Liberas, Sylveſt.* verbo, *jejunium, q. 2. Medin. in Cod. de jejunio, q. 10.* quando neceſſe eſt jejunare, in initio. *Ledeſma 2. p. q. 17. art. 3. col. 1. verſ. Tertiò dico. Angles in floriſb. theologicis. p. 1. q. 4. de jejunio fol. 386. Vega lib. 2. ſummæ caſu 315.* ſequitur poſt alios *Sanchez d. diſp. 18. nu. 6.* dicit probabilem *Suar. 3. p. diſp. 44. ſect. 3. art. 4. §. Illud verò.*

4 Ego diſtinguendum arbitror, quando quis pervenit ad locum, ubi per aliquot dies debet morari, ita ut locus ille ſit quaſi terminus peregrinationis, & viæ; licèt quis in illo parvo tẽpore ſit duraturus; tunc ſentio cum prima opinione, teneri ad feſtum, vel jejunium loci ſervandum. Quando autem præſentia in tali loco ſolum eſt in tranſitu, tanquam in hoſpitio viæ, prandendo, vel pernoctando, & ſtatim diſcedendo; tunc exiſtimo veriorem opinionem ſecundam. Ita in effectu *Gloſſa Vlt.* in præſenti. *D. Antoninus 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 1.* elegantèr *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus feſtis. cap. 14. n. 8.*

5 An autem peregrini in aliquem locum per modum tranſitus, & hoſpitij confluentes, teneantur ſervare leges, & conſuetudinem ſui domicilij, ſi in eo loco in quo reperiuntur, non obligent? Vide *Sanch. d. diſp. 18. nu. 17.* & ſeqq. negative reſolventem. Adde *Suar. d. cap. 14. nu. 14.* Quid ſit dicendum de Luſitano tranſeunte per Caſtellam an poſſit edere Sabbatho inteſtina animaliũ, & de ſacerdote Græco cui in ſua patria permiſſum eſt in fermentato celebrare, an tranſiens per Eccleſiam latinam poſſit hoc facere? Videndus eſt *Sanch. d. diſp. 18. n. 19.* & 20. qui affirmativè reſolvit. *Suar. 3. p. diſp. 44. art. 4. ſect. 3. §. Illud verò.* Vtrum liceat Sacerdoti latino tranſeunti per Græcos celebrare ſine aZymo? Vide eundem *Sanches d. nu. 20.* qui item affirmat.

6 In verſ. Quod enim. Per hunc textũ tenet *Navar. de ſpolijs clericorum §. 14. nu. 4.* & ſeqq. valere cõſuetudinem non ſolvendi ſpolia ſumo Pontifici, & ita obſervari in noſtro Portugalliæ regno, licet contrarium practicetur in Hiſpania.

CAP. Omnia. XII.

SVMMARIVM.

1 *Reſecanda ſunt, quæ authoritate non probantur.*

2 *Iudæi an ligentur legibus Romanorum?*

In textu. Collige ex illo reſecanda eſſe, quæ neq; authoritate, neq; moribus comprobãtur, de quo vltra poſita per totam diſt. vide *Turrecremat. in cap. 1. nu. 4. diſt. 60.* & in *cap. Revertimini nu. 14. 16. q. 1.* 1

In fine textus. Ponderat *Tiraq. de primog. gen. q. 66. nu. 22.* ex illo deducens judæos non ligari canonibus, nec legibus Romanorum. Vnde in ſucceſſionibus Iudæorum ſervandũ eſſe legem Moſaycam, conſuluit *Calderin. conſ. 30. de teſtam.* incipit, *An ſi Iudæus.* Neq; obſtat *l. Iudæi, Cod. de Iudæis,* & ſimilia jura, quia intelligũtur, quando eſt contentio inter Iudæum, & Chriſtianum, quod an ſit verum, vide per eundem *Tiraq. d. q. 66. nu. 21.* & ſeqq. 2

CAP. De ijs. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Omnes Provinciæ eundem in pſallendo modum debent tenere.*

2 *Civitas Metropolis qualis dicatur?*

3 *Metropolitanus poteſt punire deviantes à conſuetudine Metropolitana Eccleſiæ.*

4 *Regimen monaſteriorum, an ſpectet ad Epiſcopum? & nu. 5.*

In textu. Statuit Concilium Toletanũ 11. ut omnes Provinciæ eundem in pſallendo modum teneant, quem Metropolitana ſedes habet; unde inſurgit quæſtio, an quicumq; tenetur recitare horas canonicas, ſatisfaciat recitando eas ex quovis alio Breviario, quam ſui Epiſcopatus, vel dicendo de ſancto cum recitare debeat de feria? Affirmant *D. Antoninus in ſumma 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 5. Maior in 4. diſt. 12. q. 6. Sylveſt.* verbo, *hora,* in principio, & *q. 12. Caiet.* verbo, *hora, §. 3.* Negat *Navarr. de horis canon. cap. 19. nu. 211.* & ſeqq. quem latè videbis. Item *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 23. nu. 12. Filiucius tom. 2. tract. 23. de Relig. nu. 226.* qui aiunt eſſe peccatum ex ſuo genere mortale. At aliquando ex parvitate materiæ eſſe veniale. 1

Ibi, Metropolitanæ. Metropolis civitas dicitur, quæ mater eſt aliarum *l. 1. C. de Metropoli, Berito lib. 11.* ſit & Metropolis mentio à *Iuriſconſulto in l. Obſervare, ff. de officio proconſulis:* Hinc *Ægeſippus lib. 3. de excidio Hieroſolomytano,* de Antiochia inquit, *Vrbs ea Syriæ ſine retractatione primã, ideoq;* 2

ideoq; Metropolis habetur, proſequitur latè *Covarr. practicar. cap. 19. nu. 2. & 3.* qui textus meminit.

3 In verſ. Quisquis autem. Notat hunc textum *Quaranta in ſumm. Bullarij*, verbo, *Archiepiſcopi authoritas, nu. 23. verſ. 22.* & per illum tenet, quòd Metropolitanus poteſt punire deviantes à conſuetudine Metropolitanæ Eccleſiæ in divinis officijs; cum ſuam Metropolim teneãtur ſequi Eccleſiæ ſuffraganeæ. *Gloſſa in cap. Penult. de celebrat. miſſ. cap. Fin. de ſponſa duorum*, & ſic nota caſum, in quo Archiepiſcopus judicat inter ſubditos ſuffraganei: videlicet, quãdo agitur de modo officiandi: & ratio poteſt eſſe, quia concernit totum ſtatum provinciæ: in quo Archiepiſcopus habet juriſdictionem, *cap. Ex frequentibus de inſtitutionibus.*

4 In Gloſſa, verbo, Sui Epiſcopi. Dicit Gloſſa, quòd regimen omnium monaſteriorũ ſpectat ad Epiſcopum. Nam olim omnes monachi erant ſubjecti Epiſcopo, intra cujus diœceſim morabantur, ex textu *in cap. Qui verè 16. q. 1.* tradit poſt *Innocent.* & *Abbatem, Emman. Roder. tom. 2. q. 63. art. 1.* Vnde Epiſcopus in diœceſi ſua erat quaſi generalis, & admittebat ad profeſſionem in monaſterijs, ut conſtat ex *cap. Viduitatis 27. q. 1. Rodrig. d. art. 1.* Hodie tamen omnia fere monaſteria proprijs privilegijs ab Epiſcoporũ juriſdictione ſubtracta ſunt; de quo multa congerit idem *Emman. Roder. d. q. 63. art. 3.*

5 Sunt tamen multi caſus, in quibus monachi exempti ſubduntur ordinarijs, quos congerunt *Ioannes Andr. in cap. 1. De privileg. lib. 6. nu. 7.* ubi etiam *Geminianus*, & de jure noviſſimo ſacra Synodus Trid. in multis regulares Epiſcopis ſubjecit, ut videre eſt *ſeſſ. 5. de reformat. cap. 2.* & *ſeſſ. 6. de reformat. cap. 3.* & *ſeſſ. 7. de reform. cap. 7.* & *cap. 14.* & *ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij cap. 1. verſ. Quòd ſi quis*, & *de reformat. cap. 2. verſ. Synodi*, & *cap. 4 verſ. Nullus*, & *ſeſſ. 25. de regularibus, cap. 4. 5. 11. 16.* & alibi de quibus omnibus agit *Emman. Roder. tom. 2. de regularibus, d. q. 63. art. 11.*

CAP. Placuit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Bracharenſe 1. quando celebratum?*
2 *Idem ordo debet ſervari in matutinis, & veſpertinis officijs.*
3 *Appellatione Eccleſiarum, an veniant monaſteria?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Bracharenſi 1. Refertur 2. tomo Conciliorum fol. mihi 215. cap. 19. fuiſſe celebratum anno 3. *Ariamiri Regis Hiſpaniæ*, ſeu *Theodomiri*, Kalendis Maij circa tempus Honorij Papæ primi, cum Gallicæ Provinciæ Epiſcopis Lucrecio, Andræa, Martino, Cotto, Hilderico, Lucencio, Thimoteo, Melioſo, ex præcepto præfati Regis in Metropolitana eiuſdem Provinciæ Bracharenſi nimirum civitate: ita eam appellat *Plinius de naturali hiſtor. lib. 3. cap. 3. Hiſpania citerior*, & *lib. 4. cap. 20.* dixi aliqua in hiſtoria mea Epiſcoporum Portucalenſium, *p. 1. cap. 4.* dicam plura in Bracherenſi, adi interim de hoc Concilio, *Brittum p. 2. cap. 13. Monarch.* & nota hoc Concilium habitum eſſe cõmuniter primum ex Bracharenſibus, ſed revera eſſe ſecundùm, ut jam ſcripſi *dicta p. 1. cap. 3. hiſt. Epiſcoporum Portucalenſ.* & dicam in Bracharenſi ſub Epiſcopo Panchracio. 1

In textu. Inquit textus eundem ordinem debere ſervari in Matutinis, & veſpertinis officijs, de quo vide poſita *in cap. Novit nu. 1. & 2. & in cap. De ijs nu. 1. hac eadem diſt.* Adde *Cardinal. in Clement. 1. n. 10. verſ. Dicit tamen de celebrat. miſſ. Abb. in cap. Paſtoralibus nu. 9. de offic. ord.* 2

Ibi, Neq; monaſteriorum. Ergo appellatione Eccleſiarum non veniunt monaſteria, quod an ſit verum? Vide *Gloſſam in cap. Grandi, de ſuppl. neglig. Prælatorum lib. 6.* verbo, *monaſteriorum.* & *in Clem. 1. de elect.* verbo, *monaſterijs*, & quæ ibi notabimus. 3

DISTINCTIO. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus defenditur à Gloſſa.*

IN Gloſſa ſummæ poſt principium, ibi, de perplexitate. Reprehendit Gloſſa Gratianum exiſtimantem poſſe dari perplexitatem inter duo mala, quam ſequitur, & commendat *Abb. in cap. Litteras, num. 24. verſ. Oppono tertiò, de reſtitut. ſpoliat.* cum non detur in jure perplexitas, nam ſi quis habeat neceſſe in alterum malum incidere, iam non eſt peccatum, & ita nec perplexitas; quia ubi neceſſitas eſt inevitabilis, ibi nullum peccatum; ſed immeritò Gloſſa Gratianum arguit, primò quia Magiſter hoc non affirmat, ſecundò quia negari 1

gari non poteſt inter ſententiam Eccleſiæ, & conſcientiam poſſe aliquando eſſe perplexitatem, ut fatetur idem *Abb. d. nu.* 24. in fine, ſed hæc non inducit peccatum in homine ſciente, ut infra videbimus. Concordat *Concil. Tolet.* relatum *in cap.* 1. & *Gregor. Mag. in cap.* 2. *hac diſt. Ven. Beda* relatus *in cap. Non ſolum* 22. *q.* 4. Vtrum verò aliquis inter duo mala conſtitutus, talem poſſit habere perplexitatem, ut præciſam peccandi neceſſitatem admittat? Negant *D. Thom. Corduba, Medina, Vaſquez, Azor, Salas, & Valentia,* quos refert, ac ſequitur *Sanches in Decal. lib.* 1 *cap.* 11. *n.* 12. 13. & 14. quibus adde *Abulenſ. in Matth. cap.* 2. & 3. *Scot. lib.* 4. *diſt.* 21. *q.* 2. in fine. *Gerſon. part.* 2. *in compendio Theol.* ubi de natura, & qualitate conſcientiæ perplexæ, quam aliquis prius deponat, ut tuto operetur.

CAP. Duo mala. I.

SVMMARIVM.

1 *Ex duobus malis minus eſt eligendum.*
2 *Talis electio non eſt contra conſcientiã.*
3 *Quod procedit in malis pœnæ, & culpæ.*
4 *Perjurium an ſit maius peccatum homicidio?*
5 *Minus malum eſt juramentum noxium frangere, quam implere.*

1 IN textu. Collige ex textu ex duobus malis minus eſſe eligendum, de cuius intellectu, & materia videndi ſunt *Sanches de matrim. lib.* 2. *diſp.* 39. *nu.* 1. verſ. *Quarto,* & *nu.* 12. *in reſponſ. ad* 4. *tom.* 1. & *tom.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 16. ubi *nu.* 22. noſtri textus meminit, & optimè diſtinguit, qua ratione hoc ſit intelligendum. *Molina de contractibus, diſp.* 335. verſ. *Poſtrema huius. Sotus lib.* 6. *de juſt. q.* 1. *art.* 5. *col.* 5. & 6. *Abb. in cap. Sacris, nu.* 7. *de his, quæ vi, & in cap. Litteras, nu.* 4. *de reſtit. ſpoliat.* ubi *Imol. nu.* 8. *Gabr. in* 3. *diſt.* 15. *q.* 11. *col.* 16. verſ. *Sed hic attendes. Greg. Lopez part.* 4. *tit.* 3. *l.* 2. *Gloſſ.* 1. & *in ſumm. tit.* 12. *part.* 4. ubi *Gloſſa* 1. *Menchac. controv. illuſtr. cap.* 48. in principio. *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 7. §. 2. *nu.* 9.

2 Intellige non agere quem contra conſcientiam ſi id eligat, quod tutius eſt ex duobus, quorum alterum neceſſario agere debet. Vbicũque enim duo præcepta contraria circa idem factum concurrunt, illi obtemperãdum eſt, quod arbitrio diſcreti viri potiorem obligandi vim habet, tunc verò alterius ſuſpenditur obligatio. *Adrianus quodlibeto* 1. *art.* 2. *ad* 9. *Greg. Lopez dict. Gloſſa* 2. *Covar. d. nn.* 9. explicat *Sepulveda* in dialogo de ratione dicendi teſtimoniũ, *cap.* 9. *Sanch. d. diſp.* 41. verſ. *Secundò probatur,* & *tom.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 16. ubi optimè explicat, quæ præcepta in hac concurrentia inter ſe invicem præponderent. *Medina* 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *q.* 4. *concluſ.* 4. *Vaſq.* ibi *diſp.* 66. *cap.* 1. in principio, & *cap.* 4. *nu.* 21. *Azor tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *q.* 4. & idem ſentit *Ariſtot. dum lib.* 2. *Ethicor. cap.* 3. ſcribit minus malum boni vicem habere, ſi maiori comparetur malo; ſic perplexus an debeat potius mentiri judici roganti, quàm prodere occultum reum, ſi eligat mendacium, quod minus videtur, excuſari interdum poteſt, docet poſt alios *Henriq. in ſumm. lib.* 12. *cap.* 6. § 7. in principio.

Intellige inſuper hoc procedere non tantum in malis pœnæ, ſed etiam in malis culpæ. 3
Ita *Sotus d. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 5. *col.* 5. verſ. *Quod univerſim. Henriq. d. lib.* 12. *cap.* 6. §. 7. ubi *addit. littera* D. alios refert, quidquid videatur dubitare *Sanch. lib.* 2. *de matrimon. diſput.* 39. *num.* 12. verſ. *Ad quartum.*

In verſ. Etenim pejerare. Quòd perjurium ſit maius peccatum, quàm homicidium, 4
eſt communis opinio ex *D. Thom. quodlib.* 1. *q* 9. *art.* 18. *Tabiena,* verbo, *perjurium, nu.* 4. *Conrad. quodlib.* 15. §. 19. contrarium defendit *Aibius in tractatu juramenti à nu.* 91. pro quo videtur *Gloſſa in præſenti,* verbo, *duplici.*

Ibi, Complemus. Notat *Covar. in cap. Quamvis. p.* 1. 5
§. 6. *nu.* 6. ad hoc, quòd minus malum eſt juramentum noxium frangere, quàm implere; imò nulla apparet juramenti violatio, quandoquidem non ſit huic juramento ulla obligandi vis. Quod latè diſputant Iuriſconſulti, & Doctores Theologi ad regulam *in* 6. *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentũ.* Quam regulam doctiſſimè explicat *Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 32. *nu.* 1. & *in Decal. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 22. 23. 24. & ſeqq. *Suar. tom.* 2. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 3. poſt *num.* 4.

CAP. Nerui. II.

SVMMARIVM.

1 *Si duæ difficultates concurrant minor eligitur.*
2 *Similia ſimilibus gaudent.*
3 *Prælatura plus mœroribus afficitur, quam honoribus.*
4 *Actus matrimonialis, an poſſit aliquando eſſe culpabilis?*
5 *Multa permittũtur, quæ vitio non carẽt.*

6 *Peccans poteſt revelari judici.*
7 *Præcipitans ſe ex muro, vel turri quando peccet?*
8 *Verbum, concedo, an inducat ius novũ?*

1 IN textu. Statuit multis exẽplis Gregor. Pontif. quòd ſi duę difficultates ſimul concurrãt, minor debet eligi, de quo vide poſita ad *cap.* 1. *n.* 1. 2. & 3. hac eadem diſt.

2 Poſt principium textus, ibi, ſimilem ſibi. Ergo æqualitas, & ſimilitudo eſt conciliatrix concordiæ, & amicitiæ; facit illud *Eccleſiaſt. cap.* 13. *n.* 19. *Omne animal diligit ſimile ſibi, & omnis homo ſimilẽ ſibi.* Hinc proverbia celebrata ſunt, quòd æqualis æqualẽ delectat; quòdq; ſemper à ſimili ſimile amatur; de quibus eſt videndus latiſſimè *Tiraq. l.* 5. *connub. Gloſſa* 1. *part.* 5. *nu.* 20. & 21. Vnde *D. Ambroſ. lib.* 1. *officior. Videmus*, ait, *maximè pares paribus delectari.* Iuvat *cap. Tranſmiſſam, de elect.* ibi. *Conſimilium ſibi laicorũ manus aſſociant*; pro ut notat *Ioan. Andr. in cap. Fraternitatis, col.* 4. *nu.* 13. *de frigid. & maleſ.* pares paribus eſſe matrimonio collocandos: citatq; illud *Ovidianum.*

Quam malè inæquales veniunt ad aratra iuvenci.
Tam premitur magno conjuge nupta minor.

3 In verſ. Alius penſare. Ponderat *Abb. in cap. Licet Heli, nu.* 2. *de ſimonia*, & ex textu deducit, quòd prælatura plus aliquando mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet: unde infert prælatum quantumcumq; bonum, & ſanctum in ſe, poſſe deprimi, & puniri ex ſubditorum exceſſibus, quos negligenter omittit incorrectos.

4 In verſ. Eſt tamen, ibi, Pro explenda libidine. Collige quòd actus matrimonialis poteſt aliquãdo culpabilis eſſe, niſi prolis intẽtio, ac mutua inter conjuges fides adſit, ſed tantum exerceatur pro explẽda libidine, de quo vide *D. Th. in addit. ad* 3. *p. q.* 49. *art.* 5. & 6. ubi explicat quãdo talis culpa ſit venialis, & quando mortalis.

5 In fine textus, ibi, Quod ignoſcitur, non præcipitur. Igitur multa pleruq; à legibus, & Canonibus permittuntur, quæ licèt impunè fiant, non tamen carent vitio, & dedecore: quia non omne illicitum punitur, ſed id tãtum, quod ſtatuit lex eſſe delictũ, unde ait *Iuriſconſultus in l. Non omne, ff de regul. jur. Non omne quod licèt honeſtum eſt*; proſequitur latè *Tiraq. l.* 9. *connubial. Gloſſa* 1. *p.* 9. *nn.* 2. *D. Thom.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 2. *ad* 3. recurre ad *cap. Omnis autẽ*, 4. *n.* 2. 3 *diſt.*

6 In Gloſſa, verbo, Trãſgreſſiones ad med. Docet Gloſſ. quod perſona peccãs poteſt revelari, & denuntiari judici, quam dicit ſingularem *Barbat. in cap.* 2. *col.* 2. *de offic. ordinarij. Abb. nu.* 7. & *Felin. nu.* 10. *in cap. Ego enim de jure jur.* idem *Felin. in cap. Intimavit. nu.* 6. *de teſtibus*, & latè eam explicat *Albertin. de ſecreto, nu.* 228. & ſeqq, faciunt quæ tradit *D. Th. in* 4. *diſt.* 21. *q.* 13. *art.* 1.

In Gloſſa, verbo, Præcipitat. 7 Dicit Gloſſa, quòd ſiquis ſe præcipitat ex muro, præſumens evadere mortem, non peccat mortaliter, licèt moriatur, niſi murus eſſet altus; quam Gloſſam dicit notabilem *Greg. Lopez part.* 2. *tit.* 18. *l.* 16. *Gloſſa* 3. unde infert cuſtodem caſtelli tempore obſidionis, teneri ſuccurre caſtello, & illud ingredi, quando non eſſet certa eius mors, vel captio, nam aliàs potius eſſet temeritas, & peccatum, quod ſecundum non exiſtimo verum, ut colliges ex his, quæ ex *Victoria, Petro Navarr. Leſſio*, docet *Filiucius. tom.* 2. *tract.* 29. *cap.* 4. *nu.* 72.

In Gloſſ. verbo, Conceſſit. Ergo verbũ 8 *concedo*, non inducit ius novum, ſed tantum importat illud, quod de jure cõmuni concedebatur: ſimilis Gloſſa, verbo, *concedimus in cap. Quia in cauſis de procurat.* de quibus latè *Albertin. in cap. Quoniam*, in principio, *de hæret. lib.* 6. *notab.* 2. *nu.* 5. & 6. Quod limitabis ex eodem *Albertin.* niſi verbum, *concedo*, apponatur in aliqua diſpoſitione ſimpliciter, & aliàs non diſpoſita, quia tunc ius dare videtur illi, cui eſt facta conceſſio, quĩ ante illud non habebat, & ad hoc *Dec. conſ.* 262. incipit, *in cauſa magnifici Herculis, Bart. in l. Vxori* 32. §. *Cum Scius, nu.* 3. ubi additio, *ff. legat.* 3.

DISTINCTIO. XIV.

CAP. Quod ait. I.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt committendum delictum, ne aliꝙ graviora committant.*
2 *An liceat aliquem inducere ad minus malum, ut evitet maius?*
3 *Loth an peccaverit proſtituendo filias?*
4 *An quis poſſit committere veniale, ne alius incidat in mortale?*

1 IN textu. Collige ex illo non eſſe à nobis aliqua cõmittenda delicta, ne aliquis graviora cõmittat, ut notavit Gloſſ. 2. in principio, quam notabilem dicit *Abb. in caſ. Qui ſcandalizaverit, nu.* 1. in fine, *de reg. jur.* & *in cap. Debitores, nu.* 3. ad fin. *de jure jur. Sotus lib.* 6. *de juſt. q.* 1. *art.* 5. verſ. *Item alteri. Molin. de contractibus, diſp.* 335. verſ. *Ad ſecundum.*

1 Sed dubitatur, an liceat aliquem inducere ad minus malum, ut evitet maius? Multis omissis, resolve. Quanvis nefas sit, suadere minus malum ei, quem alia ratione arcere possumus à maiori: fas tamen est minus malum ad peius evitandum consulere, quando ab executione maioris mali aliter aliquem dimovere nequimus, modo id non vergat in detrimentum alterius tertij, de quo malefactor non cogitat, ita in effectu. *Sylvest.* verbo, *usura 7. q:* 1. *Navarr. in Man. cap.* 17. *nu.* 263. latè *Sotus d. art.* 5. vers. *His tamen non obstantibus*; tradit post alios *Molin. d. disp.* 335. vers. *Hoc tamen. Lessius de just. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 3. *dub.* 19. *Sanch. de matr. lib.* 7. *disp.* 11. *à nu.* 15. & *tom.* 1. *Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 25.

3 Ibi, Loth. Redarguitur Loth ab Augustino, quasi peccator, dum Sodomitis exposuit filias, ut hospitũ vitaret abusum; sequuntur *Abulens. cap.* 19. *Genes.* vers. *Dicendum. Sotus d. art.* 5. vers. *Tertio*, & vers. *At verò*. Videtur tamen incõsideratio, & pturbatio Loth, in re tam ancipiti, multum de peccati gravitate minuisse, nam ut hospites liberaret, non advertit se hac ratione injuriam facere filiabus suis. Ita *S. August. lib. contra mendacium, cap.* 9. *Lyranus, Thomas Anglicus, Abulensis, Lippomanus, Benedictus Pereira, Cornelius de Cornelijs*, ad *cap.* 19. *Gen. nu.* 8. Posset Loth excusari, si diceremus prostitutionem illam fuisse hyperbolicam, non animo, ut res ita fieret, sed ad ostendendum, quàm molestum illi esset, eam iniuriam hospitibus irrogari: eo sensu quo quis ad demonstrandum, quàm ægrè ferat aliquid effici, dicere consuevit, potius me interficias, quàm hoc facias. Ita *Caietan. in Cõmentario ad cap.* 29. *n.* 8. *Gen.* ubi etiam adducit similem locutionem hyperbolicam Rubeni filij Iudæ *Genes. cap.* 42. *nu.* 37. & Davidis ad Ionatham 1. *Reg. cap.* 20. *n.* 8. quem approbat *Molin. d. disp.* 335. vers. *Circa excusationẽ.*

4 In Glossa 2. post principium, ibi, Sed veniale potest cõmittere. Agit Glossa, an debeat quis cõmittere venialè, ne alius incidat in mortale? Et negativè tenẽdum est, ut ex textu colligitur, cum homo debeat se ipsum, ex charitate plus diligere, quàm alios; tradit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 25. *art.* 4. & idem tenet *in* 4. *dist.* 38. *q.* 2. *art.* 4. vers. *Ad secundam quæstionem*, & vide *Glossam* 1. post principium, & quæ ibi notantur *in cap.* 3. *Ne clerici vel Monach.* & *Glossam in cap. Nisi de authorit.* & *usu pallij.*

CAP. Sicut. II.

SVMMARIVM.

1 *Leo Pontifex quis fuerit?*
2 *Cõstitutiones in quas dispẽsatio nõ cadit.*
3 *Canones Apostolici an possint mutari à Ecclesia?*
4 *Nullus dispensat in his, quæ sunt de necessitate Sacramenti.*

IN superscriptione, ibi, Leo. Vide posita ad *cap. De capitulis, 9. dist.* & ad *cap. Hoc vestræ dist.* 10. 1

In textu. Agit textus de constitutitutionibus, quæ valeant temperari, & de illis in quas dispensatio non cadit, de quo ultra posita *in cap. Sunt quidam*, & *in cap. Contra statuta* 25. *q.* 1. vide *Innocent. in cap. Quæ in Ecclesiarum, nu.* 3. & 4. *de constit.* & *in cap.* 1. *n.* 3. *De bigamis*, & *in cap. Post translationem, vn.* 6. *de renunt. Anchar. cons.* 124. incipit. *Circa bigamos*, ubi dicit quòd Papa dispensat etiã contra epistolas Pauli, quia in hoc est supra Apostolorũ authoritate, & potestate, quia in terra Dei vices fungitur, & ab eo est eius potestas. Adde *Henriq. de Bois. in cap. Proposuit de concess. prabend. nu.* 1. 2. & 3. & vide *Marta de jurisdict. p.* 2. *cap.* 37. *nu.* 14. qui textũ citat, & per illum tenet, quòd potest sup Evangelio dispensare; nam potest Evangelium declarare, ut etiam voluit *Parisius vol.* 4. *cons.* 68. *col.* 3. & vide eundem *n.* 82. & 125. & seqq. & 157. 2

Tu dic Canones Apostolicos mutari posse ab Ecclesia. Nam Apostoli statuêre, quòd præsbiter propter fornicationem deponeretur, ut *in Canon. Apost.* 24. hoc tomen postea per Sylvest. & Concilium fuit immutatum. Namq; ex his, in quibus Apostoli promulgabant ius divinũ, nihil potest mutari: in his verò, quæ ipsi præcipiebãt, potest, quia est ius positivum, ut post *D. Thom.* tradit *Sarmiento in defens. de reddit. p.* 1. *monit.* 67. *nu.* 7. qui hunc textum appellat optimum. 3

In Glossa 1. Docet Glossa, nullũ posse dispensare in his, quæ sunt de necessitate Sacramenti, de quo vide *D. Thom. ad* 3. *partem q.* 66. *art.* 5. 4

DISTINCTIO. XV.

CAP. Canones. I.

SVMMARIVM.

1 *Celebratio Conciliorum quando incepit?*
2 *Cõciliorũ Nicænum cur dicatur primũ?*
3 *Numerus Patrum, qui Concilio Nicæno interfuere.*
4 *Viri illustres, qui interfuerunt Concilio Nicæno:*

Ariani

5 *Ariani Epiſcopi, qui in eo interfuerũt.*
6 *Quo tempore fuit celebratum?*
7 *Cauſa Nicæni Concilij.*
8 *Arius ſcripſit librum, Crapula, vocatum.*
9 *Meletius Epiſcopus ſchiſmaticus.*
10 *Aſiani Epiſcopi Iudaico ritu Paſcha celebrabant.*
11 *Concilij Nicæni Canones ubinam ſervati? & nu.* 12. 13. 14.
15 *Numerus Canonum Nicæna Synodi. & nu.* 16.
17 *De ſecunda Synodo Conſtãtinopolitana.*
18 *Numerus perſonarum, quæ Conſtantinopolitano Concilio interfuerunt.*
19 *Quo tempore celebratum?*
20 *Cauſa Concilij Conſtantinopolitani.*
21 *De tertia Synodo Epheſina.*
22 *De Epiſcoporum numero, qui huic Synodo interfuerunt.*
23 *Synodus Epheſina quando celebrata?*
24 *Cauſa Synodi Epheſinæ.*
25 *Neſtorius damnatus.*
26 *Neſtorius quænam poſt damnationem machinatus fuerit?*
27 *De quarta Synodo Chalcedonenſi.*
28 *Numerus Epiſcoporũ in Concilio Chalcedonenſi.*
29 *Quo tempore celebratum?*
30 *Cauſa Synodi Chalcedonenſis.*
31 *Dioſcorus, & Euthyches damnati. & num.* 32.
33 *Concilia quatuor, quæ in Eccleſia maximum nomen obtinent.*
34 *Synodus, quid ſit?*
35 *Apoſtoli inſtituerunt Symbolum.*
36 *Symbolum, quid ſignificet?*

1 COllige ex textu, quòd celebratio Conciliorum incepit tempore Sylveſtri Papæ, & Conſtantini Imperatoris. Nam ante, perſecutione ſæviente infidelium contra chriſtianos, docendarum plebium non dabatur facultas, & quia non erat Epiſcopis licentia conceſſa conveniendi in unum. Nec obſtant nonnulla iura aſſerentia fuiſſe antea celebrata Concilia, ut tempore Melchiadis Papæ *in cap. Placuit* 13. *q.* 2. Reſpondetur namq; talia Concilia non eſſe ita generalia, ſicut poſtea facta fuerunt, ſed tantum cum paucis: ut tradunt *Coſmas in pragmat. de authoritate generalis Cõcil.* 4. *Frequens*, verbo, *celebratio*, fol. mihi 20. qui textum refert, & eius etiam meminit *Salas de legib. diſput.* 8. *ſect.* 14. in principio. *Franciſcus Gratianus in Compendio juris Canonici, p.* 1. *diſt.* 3. *nu.* 40. & infra videbis. Adde *Iacobatium de Concilio, lib.* 1. *fol.* 8. verſ. *Sed quare.*

De Concilio Nicæno.

In verſ. Harum 1. Niccena Synodus. 2 Niccenum Concilium ſic dictum, quia celebratũ, in civitate Niccæa, quæ victorioſa interpretatur, & eſt de provincia Bithyniæ, ex *Ptholom. lib.* 5. *cap.* 1. *Plin. lib.* 5. *cap.* 32. primum quidem æcumenicum, hoc eſt generale, non autem primum numero, ſive ordine fuit; nam antea Concilia ab Apoſtolis, ut *Actorum cap.* 15. in principio, ubi elegantèr *Lerinus*, ac deinceps celebrata fuerant Romæ, in Græcia, & in Africa; quibus intererant catholici Epiſcopi, & reliqui Sacerdotes; de quibus agit *Tertullianus contra Pſychicos, cap.* 3. ſed primarium dici potuit, quoniam de re omnium ſumma, & quidem ordinatiſſimè, ac legitimè ſancitum eſt. Ego de hoc Concilio paulò uberius locuturus ſum, cum ex eo, & forma legitimorum Conciliorum, & ordo in catholica Eccleſia conſervandus mirificè eluxiſſet.

De numero Patrum, qui Concilio interfuerunt.

Ibi, Trecentorũ decem, & octo Patrum. 3 Idem numerus conſtat ex epiſtola Sylveſtri Papę ad Nicænam Synodum, idem ſcripſere *Socrates lib.* 1. *cap.* 9. *Rufin. lib.* 10. *hiſtoria eccleſiaſtica, cap.* 2. *Platina in vita ipſius Sylveſtri*, ſed & *Sozomenus lib.* 1. *cap.* 16. teſtatur trecentum, & viginti Epiſcopos conveniſſe in ea Synodo. *Socrates lib.* 1. *cap.* 7. Epiſcoporum numerum exceſſiſſe trecentum ſcribit ex *Euſebio lib.* 3. *de vita Conſtantini.* Rurſus *Nicephorus lib.* 8. *cap.* 14. aſſeverat congregatos fuiſſe circiter trecentum decem, & octo Epiſcopos. At *Poſſevin.* noviter *in Apparatu ſacro*, 2. *tom.* verbo, *Nicænum Concilium, fol.* 468. cum Gratiano ait, quòd trecenti, & duo de viginti viri ſcientiæ, & vitæ ſanctitate admirabili Epiſcopi convenerunt, præter plures gentium Philoſophos, qui permoti fama celeberrimi conventus, accurrerũt, pertracti ab Ario, ut ſuis captionibus veritatem Orthodoxæ fidei inſuſcarent. Quod etiam poſt *Athanaſium*, tradit *Baron.* 3. *tom. annal. anno Chriſti* 325. *nu.* 18. *Bellarmin. tom.* 1. *controverſ.* 4. *lib.* 1. *de Concilijs, cap.* 5. verſ. *De numero*, quidquid involuat *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 15. *nu.* 1. poſt principium.

Viri Illuſtres, qui interfuerunt Nicæno Concilio.

4 Inter quos primùm locum obtinebat Hoſius Epiſcopus Cordubenſis, Vitus, & Vicentius, qui à Beato Sylveſtro miſſi, ut Apoſtolicæ Sedis legati, Synodo præeſſent, & Alexander Alexandrinus. Sequebatur Fuſtochius Antiochenus, *qui doctrina, & ſanctitate conſpicuus clariſſima* (ut ait D. Hieronym.) *tuba in adverſarios bellicum cecinit*; & Macharius Hieroſolymitanus Epiſcopus, quem Arius ut ſuæ hæreſi acerrimè adverſantem, apud Euſebium Nicomedienſem, in crimen adduxerat. Ex reliquis item excelluere inprimis Potamon Heraclienſis altero orbatus oculo ob teſtimoniũ Ieſu Chriſti; Paphnutius Thebaidis ſuperioris Epiſcopus, Apoſtolicis clarus miraculis, cui eâdem de cauſa alter effoſſus oculus, & ſiniſtrũ genu fuerat ſuciſum: Speridio Amathuntis in Cypro Epiſcopus, mirabiliũ patrator operum, & ſacrarum propugnator ſcripturarum; Paulus Neocæſarienſis Epiſcopus, ob fidei confeſſionem celebris, manu candenti ferro ſemiuſta. Iacobus Niſibenus vir plane Apoſtolicus, & mortuorũ ſuſcitator; Leontius Cæſareæ Cappadociæ antiſtes, prophetico ſpiritu commemorabilis, qui dum iter haberet ad Synodum, Gregorij Nazianzeni patrem, & baptiſmo luſtravit, & futurũ denuntiavit Epiſcopũ, ampliùs confeſſor eximius: Hypatius Grangrenſis meritis, martyrio clarus, Nicolaus Myre Epiſcopus, cuius ſanctitas in illuſtri excelſoq; loco ſemper fuit, alijq; cõplures. De quibus vide latiſſimè *Baron. 3. tom. annal. anno Chriſti* 325. *à nu.* 19. uſq; ad 39.

Quales Epiſcopi Ariani Synodo interfuerunt.

5 Qui licèt idem ſentirent cum Ario, tamen à parte catholicorum ſe ſtare ſimulabant, tempori inſervientes: alij ſub vexillo impietatis, ſicut turpiter, ita, & apertè profitebãtur. Erant horum omnium duces Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus, alterq; Euſebius Præſul Cæſareæ Palæſtinæ, Paulinus Epiſcopus Tyri, Menophãtes Epheſi, Theogonius Nicœnus antiſtes, Patrophilus Scythopolitanus, Narciſſus Nerodiadis Epiſcopus, Theonas Marmaricæ, Theodorus Laodiceæ, Athanaſius Anazarbi, Gregorius Berythi, Aetius Lydæ, Mares Chalcedonenſis, Secundus Ptolomaidis, Paulus Larandis, & ſiqui alij ijſdem inhærentes: quorum Euſebius Nicomedienſis, Mares Chalcedonenſis, Theogonius Nicœnus inter illos diſcipulos Luciani connumerati habentur, qui tempore perſecutionis, Tyranni crudelitate cedentes, à fide, ad ſuperſtitionem gentilium deflexerant, ſed p magiſtrum Lucianum poſtea revocati ſunt; recenſentur, & alij, qui pariter deinde Ario adhæſerunt, ut Antoninus, qui poſt hæc Epiſcopus Tarſi factus eſt ab Arianis, Leontus Præfectus; deinde ab ijſdem Eccleſiæ Antiochenæ, Numerius Exdoxius, Alexander, & Aſterius Cappadox, vide *Baron. ubi ſupra, nu.* 40. & ſeqq.

Quo tempore fuit celebratum.

Ibi, Conſtantino Auguſto imperante. 6 Hanc ſacroſanctam Synodum cõgregatam fuiſſe ſub Conſtantino Magno conveniunt omnes. Quo verò anno fuerit celebrata, adeo controverſum eſt, ut nihil certum hac de re definiri poſſe, affirmet *Covar. lib. 4. var. cap. 15. n. 1.* verſ. *Mediante*, qui latiſſimè hoc agit. Tu dic quod Concilium cæptum eſt ad condictam diem tredecim. Kalend. Iunij, Paulino, Iuliano Conſſ. anno Chriſti 325. ſicut extat in Concilio Chalcedon. *act.* 2. ſolutum verò ad 8. Kal. Septembris. Quo tempore Conſtantinus Magnus Imperij ſui vicennalia cum Epiſcopis celebravit, ut tradit *Euſebius de vita Conſtantini cap.* 14. *Poſſevin. in Apparatu ſacro*, 2. *tom. littera N. fol.* 469. *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti* 325. *n.* 1. & ſeqq. Adde *Bellarm. tom. 1. controv. 4. lib. 1. de Concilijs. cap.* 5. verſ. *Sed quia*, & ſeqq. Vnde corrigendi ſunt *Sozemenus, Photius, Euſebius, Caſſiodorus, Covar.* & *Ioſephus Scaliger*, ut per eoſdem *Poſſevin.* & *Baron.* patet.

Cauſa Nicæni Concilij.

In textu, ibi, Arianæ perfidiæ. 7 Cauſa tanti Concilij habendi non una fuit. Primùm blaſphema Arij hæreſis; Meletij deinde Ægyptij Epiſcopi ſchiſma; Aſianorum deniq; cõplurium Epiſcoporũ, de Paſchate celebrãdo diſſenſio. Et Arius fœda animi elatione, deformi aſpectu, ſacrilega lingua non contentus oppugnaſſe Alexandrũ, qui poſt Petri, & Achillæ obitum Alexandrinam Eccleſiam ſanctiſſimè regebat, de Dei Filio indigna jactabat in vulgus. Erat aliquando, aliquando non erat ex non extantibus factus, non de Patris ſubſtãtia, genitus ex tempore, non ab æterno: haud quaquam Deus verus de Deo verò, ſed ex nihilo creatus, minor Patre volũtate, naturaq; mutabilis. De Ario vide etiã quæ ſcripſimus *in c. Sexta*, 16. *diſt.*

Sed et Arius ſcripſerat librum, quem Thaleiam, hoc eſt convivium, & crapulam pernotaverat, quo per iocum, & laſciviam, ſive per meretricias choreas, & ſaltationes multorum ſibi animos devincire ſtuduit, ut ſanctus Athanaſius habet *orat.* 2. contra Arianos. 8 *Quibus*

attibus

urtibus ſeptuaginta Virgines Deo ſacras, ut inquit Epiphanius *hæreſi 69. ſeptem presbyteros, & duodecim diaconos peſtilenter inſecit Euſebiumq; Nicomedienſem, & alios paſtores, convertit in lupos.*

9 Atq; Meletius altera fax non paucis criminibus convictus, eo potiſſimum quòd idolis ſacrificaſſet, ab Epiſcopatu deturbatus à Petro Alexandrino Epiſcopo in frequenti Synodo Epiſcoporũ, Petrumq; ipſum propterea, eiuſq; ſucceſſores Achillam, et Alexandrum fœdiſſimis criminationibus laceratus, totaq; fere Ægypto bacchatus, & multis per civitates diaconis, presbyteris, Epiſcopis creatis, pernicioſo ſchiſmate ſcindebat Eccleſiam.

10 Vigebat item gravis, atq; inveterata diſſenſio ex Aſianis pleriſq; Epiſcopis, qui nec Dominico die, quo Chriſtus Dominus ab inferis reſurrexit, ſed ipſa quarta decima primi menſis luna, inquemcumq; incidiſſet diem, Iudaico ritu Paſcha celebrabant; nec primum menſem eum numerabãt, cuius quarta decima luna in ipſum æquinoctij verni diem, proxime ve ſequentem recurreret, ſed qui per judaicos emboliſmos ſe ſe primum obijceret; quem ritum ab Apoſtolica traditione penitus abhorrẽtem S. Victor Romanus Pontifex, & martyr Romæ, Theophilus Cæſarienſis in Palæſtina, Palma in Ponto, Irenæus in Gallia, Bacchilus Corinthi, & Eccleſiæ ad Oſroenam decretis variis damnaverunt. *Ita Poſſevinus ubi ſupra. Covar. d. nu. 1. in fin. Baron. d. anno 325. nu. 50. & ſeqq. & nu. 80. & 97. & ſeqq.* ubi ſeparatim, & ex profeſſo de omnibus his erroribus, & eorum emendatione diſputat. Adde *Bellarm. tom. 1. controv. 4. lib. 1. de Concilijs cap. 5 verſ. Iam verò.*

Concilij Nicæni Canones ubi nam ſervati?

11 Sanè verò Nicæni Concilij nuſquam extitere exemplaria planiora, & emendatiora, quàm in ſcrinijs Romanorũ antiquorum Pontificum. Nam quæ in Græcia erant, concremata fuerunt ab Arianis, teſte Athanaſio in epiſtola ad omnes Orthodoxos, & ideo non mirum ſi quæ citãtur à Græcis, & à Ruffino mutila, & corrupta ſint. Quin, & Bellarmin. Cardin. inter alios probat Nicæni Concilij Canones haud fuiſſe integros, quos Ruffinus ipſe affert *lib. 10. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 6.* & qui miſſi ſunt ex Oriente ad Africanos. Vide *Bellarm. tom. 1. controv. 3. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 25.* Extabat etiam idem Nicænum Concilium litteris purpureis, & aureis conſcriptum, inſigni (quæ iam perijt) bibliotheca Archiepiſcopatus Ravennatis, quod ſe vidiſſe ante centum, & ſeptuaginta annos teſtatus eſt Ambroſius Camaldulenſium generalis.

Sed et Gelaſius Cyſicenus cum acta Nicænæ Synodi ex antiquiſſimo libro in membranis plane integris deſcripſiſſet, qui quidem liber fuit Dalmatij Cyſicenorum Archiepiſcopi, redegit ex illo multa in ſyntagma, ſive cõmentarium, quod græce ac latinè Pariſijs à Federico Morello editum fuit Roberto Balforeo Scoto viro catholico interprete, qui et notas ad eundem Gelaſium adiecit, uti ad Theodorum Raithy de Incarnatione Chriſti, qui libellus eſt eidem Gelaſio adjunctus. At cum Gelaſius hic plus æquo tribuat Euſebio Cæſarienſi, qui partes Arianorũ ſectabatur, non tanti faciẽdus eſt. 12

Et verò Gulielmus Lindanus librum emiſit inſcriptum *Tabula naufragij Nicæni*, ubi aurea ſanctorum Canonum, & actorum Nicænorum ex varijs veterum Patrum ſcriptis, fragmenta repræſentantur: & Synopſis de veris Conciliorum generalium actis, ipſorumq; genuinis, & germanis Canonibus. 13

Succeſſit accuratus labor *Baron. Card. in 3. tom ſuorum Annalium*, in quo plura expendit, quæ digna ſunt illius ingenio, atq; pietate, cum quo proſequere *d. anno 325. à nu. 62.* Porrò ad huius a muſlim examinanda eſt, ſi quæ prodijt editio ab hæreticis de actis Nicænæ Synodi, qualis fuit Græca, & Latina, quam Hieronymus Cõmelinus emiſit anno 1597. unà cum Athanaſio Alexandrino. Vide *Poſſevinum*, ubi ſupra, *fol 478. tom. 2.* 14

Canonũ Nicænæ Synodi numerus.

Octoginta igitur Canones ab ea fuiſſe promulgatos, qui ad numerum ſeptuaginta fuerint redacti ſcribit *B. Athanaſius Epiſt. ad Marc. 1.* Quod non negat B. Marcus Romanus Pontifex ad Athanaſ. ad quem ille de ijs recuperãdis, ſcripſerat. Plures verò fuiſſe omninò, quam viginti illos, quos commemorat ſextum Concilium Carthaginenſe, non ſolùm, qui aliquot ante ſæcula nos anteceſſere, Iſidorus, & alij, verùm etiam antiquiſſimi alij ſunt teſtes, quos quoniã accuratè enumerat, & probat *Alphonſus Piſanus* Societatis Ieſus Theologus, qui plura de Nicæna Synodo ſcripſit, & verò paſſim liber ille extat, ad eum refero lectorem. Eſt autem in Vaticano manuſcriptus Græcus codex, nomine Syntagmatis, ſive Commentarij, de rebus quæ contigerunt in Synodo Nicæna, quo in libro mentio fit conſtitutionum, & Canonum. Eæ verò certo haud ſcio quot fuerint, cum, qui illas forſan cum Canonibus cõnumerarunt, fieri poſſit, ut octoginta quatuor Canones fuiſſe Nicænos crediderint; uti putavit *Onuphrius in Chronol. Eccleſiaſtic.* In eodem tamen Græco Codice Diatypoſes tãtum aſcriptæ reperiuntur, licèt author pauca de multis dicat ſe deſcripſiſſe. 15

16 Præterea viginti duo Canones, quos Synodus Carthaginenſis actis ſuis inſervit, ſed & Arabicum octoginta Canonum Concilij Nicæni exemplar extabat in Bibliotheca Marcelli ſecundi Romani Pontificis, cuius ſimile ex Alexandria Ægypti, Romam attulit Ioannes Baptiſta Romanus Societatis IESV, cum iuſſu Pij quarti Pontificis Maximi, ad Alexandrinũ Patriarcham navigaſſet, ut eum ad Synodum Tridentinam invitaret: quam quidem Synodum poſtea, eo ipſo Ioanne Baptiſta procurante, & Gregorio XIII. mandante, Epiſcopi mõtis Libani admiſerunt. Erant autem in ipſo Arabico exemplari vulgati viginti Canones, ordine alio diſpoſiti, priore tamen excepto. Quod quoniam multa habet, quæ ad eccleſiaſticam Hierarchiam, & ſingulorum in ea graduum poteſtatem attinent, quædam item ex ijs, quæ Iulius primus Epiſtola 2. tanquam Nicæna citaverat, nonnulla item, quæ vel in Synodo Antiochena, vel in Concilio Sardicenſi reperta ſunt; propterea Diatypoſes ipſas è Græco, quæ paſſim non extant, quandoquidem ad reliqua faciliorem aditum ſternunt, intexuit *Antonius Poſſevinus ſectioni quintæ eiuſdem refutationis, cap.* 2. & 3. Sed & tertiæ ſectioni *cap.* 9. unà cum Apoſtolico Symbolo, fideiq; Nicænę profeſſione, ipſoq; Athanaſij ſymbolo, expoſitionem ſymboli Nicæni adjecit, Ioanne Theophilo interprete, in ſectione autem quarta, quicquid de Paſchæ temporis emendatione ab eâdem Synodo fuit decretum. Ad quæ lectorem, ſi ei lubeat, amandamus. Vide eundem *Poſſevinum in Apparatu ſacro, d. tom.* 2. *littera N. fol.* 472.

De ſecunda Synodo Conſtantinopolitana.

17 In eodem textu, in verſ. Secũda Synodus. Conſtantinopolitana Synodus hæc fuit ſecunda è quatuor primis generalibus, prima verò quæ habita fuit Conſtantinopoli; in qua Synodo quædam præcipuè acciderunt, quæ digna ſunt ſcitu. Meletius enim Antiochenus Epiſcopus, Theodoſio per quietem oſtenſus, ipſi imponere diadema, ut, per quos regias conferri dignitates divina providẽtia velet, intelligere poſſet. Nam, & ab eodem Theodoſio cognitus eſt, Meletius, nullo indicante, vultu ipſius conſiderato, quem cernere ſibi viſus fuerat. In ea item Synodo hæreſes õmnes reprobatæ ſunt, ac præſertim Macedonij Conſtantinopolitani Epiſcopi, de quo infra dicemus, perperam ſentientis de Spiritu Sancto, quem in rerum aliarum ordinem redigebat. Acta decretaq; omnia à Damaſo Pontif. probata, novumq; fidei ſymbolum in quo de Spiritu Sancto, ex Patre filioq; eum procedere, affirmatum eſt. Ita Synodus Forojulenſis ait ante annos octingentos habita. Id verò ſymbolum Nicæenum, ut ſubſtitueretur ſacris celebrandis actor fuit Damaſus, qui anno ſequente diem obijt. Vide *Theodoretum lib.* 5. *hiſt. cap.* 9. & 10. *Bellarm. Cardin. tom.* 1. *controv.* 4. *lib.* 1. *de concilijs cap.* 5. verſ. *Secunda, & in eodem tom. controv.* 2. *lib.* 2. *de Chriſto, cap.* 21. *Poſſevin. in apparatu ſacro tom.* 1. *littera C. fol.* 350. *Iacobatium de Concilio lib.* 1. *fo.* 11. verſ. *Secundum.*

Qui perſonarum numerus Concilio Conſtantinopolitano interfuit.

In textu, ibi, Centum, & quin- 18
quaginta Patrum. Qui omnes convenerunt è provincijs Orientis, è quibus Patriarchæ fuerunt Nectarius Conſtantinopolitanus, Timotheus Alexandrius, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus. Nemo Occidentalium Epiſcoporum interfuit, quoniam Damaſus Papa, Romæ coegerat Synodum Occidentalium; atq; ad eum locum invitaverat Epiſcopos, qui Conſtantinopoli convenerant, ut eo modo Romæ celebraretur Concilium pleniſſimum. Sed quoniam Orientales iuſtis de cauſis Romam venire non potuerunt, Damaſus excuſationem admiſit, atq; animis, ac ſententijs duæ illæ Synodi coniunctæ ſunt, non minus quam ſi una, & eadem fuiſſent. Vide *Poſſevinum in Apparatu ſacro, tom.* 1. *littera C. fol.* 350. *Bellarmin. tom.* 1. *controv.* 4. *lib.* 1. *de concilijs, cap.* 5. verſ. *Eſt advertendum.*

Quo tempore Concilium Conſtantinopolitanum fuit celebratum.

In eodem verſ. ibi, Sub Theo- 19
doſio Seniore. Celebratur Synodus à Theodoſio anno 2. eiuſdem imperij, & à Nativitate 383. ut ex Proſpero Aquinatico, & alijs tradit *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 15. *nu.* 2. Licèt nonnulli aſſerant hanc Synodum celebratam fuiſſe anno Domini 381. ut per eundem *Covar.* quem latè vide; ſed tenendum eſt fuiſſe celebratam dicto anno 383. menſe Iunij Damaſi Pontificis anno 17. Imperatorum Valentiani 8. & Theodoſij 5. Quo anno Præfectum Prætorio ſummum magiſtratum Poſthumianus agebat; vt conſtat ex *Codice Theodoſiano, l.* 10. *De bonis præſcriptis*, & 11. *de hæreticis*, tradit

tradit latius *Card. Baron. tom. 4. anno Chriſti 383. nu. 24.* & ſeqq. Adde *Bellarm. tom. 1. contov. 4. lib. 1. de concilijs, cap. 5. verſ. Porrò.*

Cauſa Concilij Conſtantinopolitani.

20 In eodem verſ. Ibi, Macedonium. Fuit hic Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, tempore Conſtantij Imperatoris, & Liberij Papæ: fidem catholicam, & orthodoxos evertere conatus, hæreſi nefandiſſima Spiritum Sanctum impetivit, aſſeverans Spiritum Sanctũ eſſe minorem Patre, & Filio, & non eſſe eiusdem ſubſtantiæ cum Patre, ſed eſſe veram creaturam. Ab hoc Macedoniana hæreſis appellata eſt, cuius impium dogma fuit in hac Synodo improbatum, recepta catholica aſſertione, ſecundum quam credimus in Spiritum Sanctum Dominum, ac Deum, Patri, & Filio conſubſtantialem, coæqualem, coæternum, coomnipotentem, vide *Covar. d. nu. 2. verſ. In qua. Baron. d. anno 383. nu.* 25. & ſeqq. cum quo proſequere.

De tertia Synodo Epheſina.

21 In eodem textu, in verſ. Tertia Synodus. Hæc eſt tertia generalis Synodus, quæ apud Epheſum Aſiæ minoris maritimam urbem congregata fuit; prima autem in eadem urbe, tertia verò è quatuor primis generalibus Synodis: de qua agit *Covar. lib. 4. var. cap. 15. nu. 3. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Concilijs, cap. 5. verſ. Tertia Synodus. Baron. tom. 5. annal. anno Chriſti 431. nu. 7.* & *nu. 8.* refert epiſtolam Cæleſtini Papæ ad eandem Synodum Epheſinam, quam vide, & *nu. 16.* ponitur altera epiſtola eiuſdem Cæleſtini ad Theodoſium Auguſtum. Adde *Iacobatium de Concilio, lib. 1. art. 7. verſ. 3.* Collecta Synodus Epheſina fuit in Eccleſia Sanctiſſimæ Deigenitricis Mariæ, Mariana ob eam cauſam appellata. Diſpoſitis ſedibus, & pro perſonarũ dignitate ijſdem ſingulis diſtributis. Vide *Baron.* ubi proximè, *num. 50.*

De Epiſcoporum numero, qui in hac Synodo interfuerunt.

22 In textu, ibi, Ducenti. Plusquam ducentos Epiſcopos interfuiſſe ex actis Epheſinæ Synodi tradit *Baron.* ubi proximè, *num. 41.* id ipſum conſtat ex Epiſtola Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ad Clerum Alexandrinum, adeo ut non ſit curandum, ſi qui hodie in eiuſdem Synodi actis ſubſcripti inveniuntur, centumquinquaginta trium Epiſcoporum numerum tantùm expleant. Nam quam plurimos in eis deſiderari, collectio Creſconiana redarguit, in qua nominãtur, & numerantur Epiſcopi, qui Epheſinæ Synodo interfuerunt, centum nonaginta; verum conveniſſe Epiſcopos ducentos tradit *Covar. lib. 4. variat. d. cap. 15. nu. 3. verſ. In qua. Bellarm. d. verſ. Tertia Synodus.* Ex quibus Patriarchæ fuerunt, Cyrillus Alexandrinus, qui locum etiam Romani Pontificis obtinebat, Ioannes Antiochenus, & Iuvenalis Hieroſolymitanus: quamquam Ioannes, quia ſe adhuc in itinere conſtituto, Concilij decretum factum fuerat, initio diſſentire cœpit à Cyrillo; poſtea tamen reconciliati ſunt, atq; idem ſenſerunt, ut per eundem *Bellarm.* videre eſt.

Synodus Epheſina, quando celebrata.

In eodem verſ. ibi, Theodoſio Auguſto. 23 Fuit celebratum hoc Concilium anno Theodoſij Senioris 24. Valentiniani anno 7. & Cæleſtini Pontificis anno 8. Conſulibus Baſſo, & Antiocho, ut indicavit *Socrates lib. 7. cap. 34.* & tradit *Bellarmin. lib. 1. de Concil. d. cap. 5. verſ. Celebratum,* & conſtat ex epiſtolis, quas Cœleſtinus ſcripſit Theodoſio Auguſto, & Cyrillo Epiſcopo, eas refert *Baron. ubi ſupra, nu. 16.* & *19.* De anno autem Domini variant doctores, namq; *Bellarm.* exiſtimat eſſe annum 434. *Covar. d. nu. 3.* eandem opinionem ſequitur, licèt alias referat, *Baron.* tamen ait fuiſſe celebratum anno Domini 431. quem ſequitur *Poſſevinus in Apparatu ſacro, tom. 1. littera E. fol.* 437. quos doctores videbis, & ſequere opinionem, quæ ex eorum fundamentis potior tibi viſa fuerit, nobis placet Bellarmini ſententia.

Cauſa huius Synodi Epheſinæ.

In eodem verſ. ibi, Neſtorius. 24 Fuit in hoc Concilio dãnatus Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui in eam incidit hæreſim, ut aſſeveraret Chriſtum purum hominem ex Sancta Virgine Maria natũ fuiſſe, ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis. Tunc verò paſſim per omnium ora Mater Dei celebrata eſt, indeq; creditur angelicę ſalutationi additum illud. *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis,* tradit *Poſſevin. d. fol. 437. Covar. d. nu. 3.*

verſ. *In qua.* Cœleſtini Papæ laus exiſtit, quòd per eum Deus Pelagium, & Neſtorianam hæreſim jugulaverit.

De damnatione, & ſententia in Neſtorium lata.

Pronunciatę in Neſtorium ſentẽtiæ præſens eſt tenor.

25 *CVM inter catera irreligioſiſſimus Neſtorius, neq; noſtræ citationi parere, neq; ſanctiſſimos, rurſus religioſiſſimosq; Epiſcopos noſtros ad ſe miſſos admittere voluerit: non potuimus ad eorum, quæ impiè docuit, examinationem animũ non adiungere. Edocti itaq; partim ex litteris, cõmentariisq; illius, hic publicè lectis, partim ipſum è ſermonibus, quos in hac Epheſiorum Metropoli habuit, quiq; teſtimonijs comperti ſunt illum impiè docere, & ſapere per ſacros Canones, ſanctiſſimiq; Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cœleſtini Patris noſtri litteras; lachrymis ſuffuſi, & pene inviti, ad lugubrem hanc ſententiam ferendam urgemur. Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſphemijs, vocibusq; impetivit, per ſacrã hanc Synodum eundem Neſtorium omni prorſus Epiſcopali dignitate privatum, & ab univerſo nihilominus Sacerdotum conſortio, & cœtu, alienum eſſe decrevit.* Hactenus verba in Neſtorium prolatæ ſententiæ, quam ponit *Baron. tom. 5. d. anno 431. num. 59.*

26 Quæ verò ipſe Neſtorius poſt ſententiam machinatus fuerit, vide per eundem *nu. 66.* uſq; ad finem illius anni. Item quæ paſſus fuerit Neſtorius in exilio, vide per eundem *Baron. anno Chriſti 435. à num. 1.* uſq; ad 8. Miſerandum Neſtorij interitum audi, & mirare, nimirum eius lingua vermibus exeſa eſt, ac totum corpus putrẽdine conſumptum, ſicq; cum huius vitæ miſerijs ad graviora ſupplicia, juſto Dei judicio infligendà, eaq; ſempiterna migravit, ut ex Evagrio, & Theodoro lectore, tradit idem *Baron. d. anno 436. nu. 9.*

De quarta Synodo Chalcedonenſi.

27 In eodem textu, in verſ. Quarta Synodus Chalcedonẽſis. De qua agũt *Covar. lib. 4. var. d. cap. 15. nu. 4. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Concilijs, cap. 5. verſ. 4.* latiſſimè *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 451. nu. 22.* uſq; ad *nu. 162. Iacobatius de Concilio, lib. 1. art. 7. fol. 5. verſ. Chalcedonenſe.* & Synodi quidem iſtius appellatione ea tantum acta intelligenda ſunt, quæ confirmata Leonis 1. Pontific. Max. fuerunt authoritate. Id dixerim, quoniam Leo Papa iuſtiſſimè irritavit decretum haud legitimè ſancitum actionis 16. Abſentibus enim ſuis legatis, qui poſtea apertiſſimè reclamaverunt, primatum Eccleſiæ tribuerunt Conſtantinopolitanæ ſedi quaſi Romana olim, & ipſa tunc habuiſſet primatum, cum Orbis Imperio Roma potiretur, hoc eſt humanitus, non divinitus, quæ contra Chriſtum Dominum eſt ipſiſſima blasphemia. Vide *Leonis Pontif. Max. epiſtolam 55. ad Pulcheriam Auguſtam, Liberatum in Breviario cap. 12. Evagrium lib. 2. hiſtoria cap. 2. 3. & 4.* Optime *Poſſevinum in Apparatu ſacro tom. 1. littera K. fol. 309.* ubi refert apologiam Leonitij Byzantij contra eos, qui Synodum Chalcedonenſem calumniantur. Porro Chalcedon civitas erat Bythyniæ prope Boſphorum Thracium è conſpectu Byzantij, quod in altera parte eſt ſitum.

De numero Epiſcoporum Concilio Chalcedonenſi aſſiſtentium.

In eodem verſ. ibi, Sexcenti & viginti. 28 Quotnam autem fuerint? Diverſæ reperiuntur ſententiæ, *Nicephorus lib. 15. cap. 2.* ait fuiſſe ſexcentos triginta ſex. Verum *Sanctus Leo epiſt. 52. ad Epiſcopos Galliarum,* ait fuiſſe ſexcentos; eundem numerum tradit *Poſſevinus* ubi ſupra, verſ. *Porro.* Sed tenendum eſt cum noſtro Gratiano fuiſſe ſexcentos, & viginti, ita tradit *Liberatus in Breviario, cap. 13. tom. 2. Phoſius de ſeptem Concilijs,* ac demum reliqui fermè omnes illos ſequuntur, ut tradit *Baron. d. anno 451. nu. 55.* eandem opinionem ſequitur *Bellarmin. d. lib. 1. de Concilijs, cap. 5. verſ. Quarta ad finem.* Ex quibus erant Patriarchæ Dioſcorus Alexandrinus, qui tamen mox ejectus eſt, Maximus Antiochenus, Anatolius Conſtantinopolitanus, & Iuvenalis Hieroſolymitanus, vide *Bellarm. & Poſſevinum, ubi proximè. Corayc. d. cap. 15. nu. 4. verſ. In hac.* Convenerunt omnes non intrà mœnia Chalcedonenſis civitatis, ſed in ſuburbijs, in ampliſſima Baſilica Sanctæ martyris Euphemiæ, quæ ab *Evagrio* Graphice deſcribitur, *lib. 2. cap. 3.* & tradit *Baron. ubi proximè, nu. 56.* quem videbis.

Quo tempore Synodus Chalcedonenſis fuerit celebrata.

In eodem verſ. ibi, Sub Martiano Principe. 29 Fuit celebrata anno Domini 451. inchoata eſt octavo Idus Octobris, abſoluta verò Kalend. Novem-

Novembris, ānno imperij Valentiniani 27. & Martiani 2. & Leonis Papæ anno 12. quo medio tempore duodecim diebus, duodecim ſeſſiones, ſive ſecretaria eſſe habita, Liberatus teſtatur: Actiones verò in eis habitas numerat ipſe quindecim: ſed tum latina, tum Græca exemplaria, ſexdecim continent, cum tamen ob depravatos codices interdum ex Græco corrigendus ſit latinus textus, & ex Latino Græcus, habeantur ꝙ actiones in Græco codice, quę in Latinis deſiderantur, vide *Baron. d. tom. 6. anno Chriſti* 451. *nu.* 69. & *nu.* ſeqq. qui ponit totas ſeſſiones, & circa eas diſputat. Adde *Covar. lib. 4. var. d. cap.* 15. *nu.* 4. *Bellarmin. de concilijs. lib.* 1. *d. cap.* 5. *verſ.* 4. *Poſſevinum tom.* 1. *littera* C. *fol.* 508.

De cauſa Synodi Chalcedonenſis.

30 **In eodem verſ. ibi, Eutychem.** Fuit damnatus Eutyches Archimandrita, ſeu Abbas Conſtātinopolitanus, qui aſſerebat poſt Verbi divini Incarnationem, & carnis, ac diuinitatis unionem, ſtatim carnem converſam ſuiſſe in Deitatem; atq; inde cogebatur multa contra catholicam fidem nefanda, & abſurda confiteri, de quibus legito *Alphonſum à Caſtro lib. de hæreſibus* verbo, *Chriſtus, hæreſ* 4. vide *Covar. variar. lib* 4 *d. cap.* 15. *nu.* 4. verſ. *In hac*; latiſſimè *Baron. d. tom.* 6. *anno Chriſti* 449. *nu.* 22. & ſeqq. *Bellarmin lib.* 3. *de Concil. d. cap.* 5. *verſ.* 4. ſententiam prę ſcriptam à Leonę Pontifice in Eutychetem, vide per eundem *Baron. anno* 449. *nu.* 68. Item de eius exilio *anno* 454. *nu.* 16.

31 **In eodem verſ. ibi, Eius defenſionem Dioſcorum.** Fuit etiam damnatus cum Euthyche, tanquam eius defenſor Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus, qui licèt homo eſſet facinoroſiſſimus, ſanctiſſimus tamen videri voluit; fuit vocatus ad Synodum per epiſtolam Theodoſij, quam refert *Baron. d. tom.* 6. *anno Chriſti* 449. *nu.* 33. & 34. & Eutychetem ibi abſolvit, ut tradit idem *Baron. nu.* 93. fuit tandem Dioſcorus Gagram civitatem in Paphlagonia iuſſus proficiſci, ibidem namq; relegatus eſt, & infelix diem clauſit extremum, ut poſt *Evagrium*, & *Liberatum*, tradit *Baron. d. tom.* 6. *anno Chriſti* 451. *nu.* 160. Sed quis credere poſſit, quòd Dioſcorum deforme monſtrum, & in quo monſtra omnia in unum poterant videri coniūcta, Alexandrini, & Ægyptij delirantes, velut ſanctum coluerint, & uſq; in hanc diem colant? Vide eundem *Baron.* ubi proximè, *anno* 452. *nu.* 22.

32 **In eodem verſ. ibi, Neſtorium.** Fuit iterum damnata Neſtoriana hæreſis, & eius autor Neſtorius, de quo vide poſita ſupra *in Synodo Epheſina, nu.* 25.

In §. Hę ſunt quatuor. Quæ Cōcilia in Eccleſia catholica maximum nomen, & majeſtatem ſemper obtinuerunt, ut conſtat ex textu in præſenti, & ex *l. Nos reddentes, §. Suſcepimus, C. de ſumm. Trinit.* & ex *l. Quicunq;*, poſt principium, *C. de hæret.* adde *Covar. d. lib.* 4. *var. cap.* 15. *nu.* 4. in fin. 33

In §. Synodus. Agit textus de ethymologia Synodi, & dicit ſignificare ex dictione Græca, idem quod cœtus, ſeu conventus. Hinc veteres lunam appellabant Synodicam, quando ob ſolis convētum univerſo lumine privabatur; Similiter, & ſtellas Synodicas nuncupabant, veluti cum ſole commeantes. Huius eruditionis auctor eſt *Cœlius Rhodigin. lect. antiq. lib.* 20. *cap.* 7. & *lib.* 21. *cap.* 5. *Synodica*, inquit, *luna nuncupatur, cum luminis univerſitate privatur, velut cum ſole cōmeans.* Omnis igitur multorum virorum cœtus, vel conventus propriè Synodus dici poteſt. De quo vide *Felin. in cap. Capitulum, col.* 1. *nu.* 2. *de reſcript. Iacobatium de Concilio, lib.* 1. *art.* 1. *fol.* 2. verſ. *Sed ſi recte. Decium in cap. Oſius. nu.* 4. verſ. *Quarto de elect.* qui textum referunt. *Gregor. Lopez part.* 2. *tit.* 18. *l.* 21. *Gloſſa Vlt.* ubi dicit Concilium convocari ad ſonum campanæ. Adde quod Synodus eſt etiam genus piſcis, in cuius cerebro Synodonties gēma invenitur. *Plin. lib.* 37. *cap.* 10. 34

In Gloſſa, verbo, Apoſtolos. Dicit Gloſſa, quod Apoſtoli ſymbolum inſtituerunt, quam ad hoc allegat, & ſequitur *Gregor. Lopez p.* 1. *tit.* 3. *l.* 1. *Gloſſa* 2. 35

In eādem, ibi, Dicitur. Laborat Gloſſa in ethymologia, verbi, *Symbolum*, ſed inepta videtur Gloſſæ interpretatio, ſicut Gloſſæ *in cap.* 1. verbo, *diabolus, de ſumm. Trinit.* cum ſymbolum à ſymbolo verbo Græco, quod ſignificat confero, & ſimul trado, deducatur. Fallitur etiam *Gloſſa, in Rubrica de ſumma Trinit.* ad fin. De varia ſymboli notione, leges *Rhodiginum, lect. antiq. lib.* 5. *cap.* 21. De ſymbolis maximè in convivijs, & in ludis, nonnulla habet *Turneb. Adverſ. lib.* 3. *cap.* 6. & *lib.* 29. *cap.* 9. 36

CAP. Sicut. II.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Quatuor concilia ſuſcipienda, ſicut quatuor Evāgelia, quomodo intelligatur?*
3 *Dictio*, ſicut, *quid ſignificet?*

Quinta

4 *Quinta Synodus, quando celebrata?*
5 *Iba Episcopus Edessæ.*
6 *Epistola Samuelis contra Ibam.*
7 *Papa an dispenset circa articulos fidei?*

1 IN superscriptione ibi, Gregorius. Vide posita ad *cap. Cum de Constantinopolitana dist.* 22. & de eius sapientia, & vi in scribendo, ac docendo: vide *Poseuinum in Apparatu sacro tom.* 1. verbo, *Gregorius Magnus fol.* 564. & qui fuerint legitimi libri Gregorij, vide per eundem fol. 567. & seqq. ubi multa videbis.

2 Ad textum. Collige ex textu, quod sicut Evangelij quatuor libri, sic quatuor Concilia suscipi, & venerari debent; in quo videtur Gregorius parem venerationem exhibere quatuor Concilijs, quæ exhibetur Evangelijs; sed in contrarium urget, quod authoritas sacræ Scripturæ omnibus alijs rebus præponenda est, ut dicit *Augustin. in cap. Quis nesciat* supra *dist.* 9. Tu dic Beatum Gregorium in præsenti, non intendere quatuor Concilia æquare authoritati sancti Evangelij, cuius authoritas omnibus scripturis antecellit: sed denotare voluisse similitudinẽ, quia in his quæ de fide determinant illa concilia, conformia sunt doctrinæ Evangelicæ, quoad veritatem, quam ex Evangelio fundatam sumpserunt; & ita quoad fidem à nobis illis adhibendá, paria sunt Evangelia, et generalia Concilia, quia utrisq; eadem fides adhibetur; tradit post alios *Albert. de agnoscendis q.* 25. *nu.* 12. & 22. *Iacobatius de Concilio lib.* 1. *art.* 1. vers. *Nunc igitur fol.* 5. & huius textus meminit *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 5. *l.* 1. *Glossa* 5 & eum notat *Abb. in cap. Significasti nu.* 3. *de elect.* ad hoc, quod sententiæ Papæ standum est, etiam si contradicat sententiæ totius Concilij, & verba nostri textus transtulit *Eymericus in Director. inquisit. p.* 1. *fol* 54.

3 In principio textus ibi, Sicut. Hæc comparatio versatur circa certitudinem in rebus fidei, ita ut postquam Ecclesia sic tradit, observandum sit, cum apud Ecclesiam sit ius declarandi, quæ sit sacra Scriptura, aut Evangelium Canonicum. *Covar. lib.* 4. *resolut cap.* 14. *nu* 1. *Canus de locis theolog. lib.* 2. *cap.* 7. *Cordub a in quæstion. lib* 4. *q.* 1. *propositi.* 4. ad finem Adde posita ad *cap. Nam sicut dist.* 31.

4 In vers. Quintum. Vide posita ad *cap. Sexta* vers. *Quinta* infra *dist.* 16.

5 In eodem vers. ibi, epistola, quæ Ibæ dicitur. Fuit Iba Episcopus Edessæ cuius epistola extat apud Cõcilium Chalcedonense, *actione* 10. *tom.* 1. *concil.* in impressione Coloniæ Agrippinæ; scripta ad Marim Persam, contra Cyrillum Alexãdrinum.

Libellum Samuelis, & aliorum presbyterorum Edessæ ad Photium, & ad reliquos Episcopos contra Ibam vide ibidem fol. 902. At Iustinianus in edicto fidei, quod continet fidei professionem, & hæresum refutationem, Ioanni Papæ 2. transmisso, condemnat defendentes hanc epistolam Ibæ, abnegantis Deum Verbum hominem factum esse, & dicentis non Deum Verbum ex Virgine incarnatum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem *templum* vocat, ut alius sit Deus Verbum, & alius homo; Extat hoc edictum in calce *d. tom.* 1. *fol.* 1068. vers. *Siquis*, & seqq. ubi multa vide. 6

In Glossa Vltim. circa finem. Inquit Glossa Papam non posse dispensare circa articulos fidei, & est Glossa similis, *in cap. Litteras*, verbo, *non potest, de restitut. spol.* & ibi scribentes; at de materia *Covar. practic. cap.* 31. *nu.* 4. post principium. 7

CAP. Sancta. III.

SVMMARIVM.

1 *Gelasius Papa quis fuerit?*
2 *Quales libros Ecclesia Romana approbet?*
3 *Vetus, & novum testamentum, quos libros contineat?*
4 *Libri Agiographi qui dicantur?*
5 *Cypriani opuscula.*
6 *Athanasij opuscula.*
7 *Gregorij Nazianzeni opuscula.*
8 *Basilij opuscula.*
9 *Ioannis Constantinopolitani, & Chrysostomi opuscula. & nu.* 10.
11 *Theophili opuscula.*
12 *Cyrilli opuscula.*
13 *Hilarij opuscula.*
14 *Ambrosij opuscula.*
15 *Augustini opuscula.*
16 *Hieronymi opuscula.*
17 *Prosperi opuscula.*
18 *Leonis Papæ epistolæ, & earum miraculum. & nu.* 19. & 20.
21 *Opuscula omnium Patrum.*
22 *Decretales epistolæ.*
23 *Sanctorum martyrum gesta.*
24 *Quid sentiendum de gestis martyrum, quorum authores ignorantur?*

Martyres

25 *Martyres debent venerari.*
26 *Vita Patrum, Pauli, Antonij, & Hilarionis recipiuntur.*
27 *Beati Sylvestri acta. & nu.* 28.
29 *Inventio sanctæ Crucis quando instituta? & de eius festo nu.* 30.
31 *An festum sit de jure communi?*
32 *Inventio capitis Ioannis Baptistæ. De eius capitis revelat. nu.* 33. & 34.
35 *Rufinus, & eius opera.*
36 *Origenis nonnulla opuscula permittuntur; eius scripta, & vita nu.* 37.
38 *Opera unde recussa.*
39 *Eusebij Cæsariensis chronicõ; fuit Episcopus, dictus etiam Pamphilius. n.* 40.
41 *Paulus Orosius quis fuerit? eius opera nu.* 42.
43 *Sedulius, & eius opera.*
44 *Iuvencus, & eius opera.*
45 *Apocryphi libri, qui dicãtur? & nu.* 46
47 *Ariminensis Synodus apocrypha quãdo celebrata? & nu.* 48.
49 *Romana Ecclesia quos actus Apostolorum recipiat?*
50 *Itinerarium Petri Apostoli apocryphus*
51 *Actus Andreæ Apostoli apocryphus.*
52 *Actus Philippi Apostoli apocryphus*
53 *Actus Thomæ Apostoli apocryphus.*
54 *Hæretici etiam Christo apocrypha opera imposuerunt.*
55 *Evangelium Thadæi Apostoli apocryphum.*
56 *Evangelium Thomæ apocryphum.*
57 *Evangelium Barnabæ apocryphum.*
58 *Evangelium Bartholomæi apocryphum.*
59 *Evangelium Andreæ apocryphum.*
60 *Lucianus falsavit Evangelia.*
61 *Hircius falsavit Evangelia.*
62 *Liber de infantia Salvatoris apocryphus.*
63 *Liber de Nativitate Salvatoris apocryphus.*
64 *Liber de Sancta Maria apocryphus. & nu.* 65.
66 *Liber Psalteris apocryphus*
67 *Libri, quos fecit Lentitius, apocryphi.*
68 *Liber, qui appellatur, Fundamentum, apocryphus.*
69 *Liber, qui appellatur, Thesaurus, apocryphus.*
70 *Liber de filiabus Adæ apocryphus.*
71 *Centimetrum Christi apocryphum.*
72 *Actus Tecle, & Pauli apocryphus.*
73 *Liber Nepotis apocryphus.*
74 *Liber Proverbiorum ab hæreticis scriptus apocryphus.*
75 *Revelatio Pauli apocrypha.*
76 *Revelatio Thomæ apocrypha.*
77 *Revelatio Stephani apocrypha.*
78 *Liber de transitu Beatæ Mariæ apocryphus. & nu.* 79.
80 *Liber de pœnitentia Adæ apocryphus.*
81 *Liber Ogiæ Gygantis apocryphus.*
82 *Liber de testamento Iacob. apocryphus.*
83 *Liber de pœnitentia Origenis apocryphus.*
84 *Liber de pœnitentia Cypriani apocryphus.*
85 *Liber de pœnitentia Iamnis, & Mambræ apocryphus.*
86 *Liber de sortibus Apostolorum apocryphus.*
87 *Liber Lusana apocryphus.*
88 *Liber Canonum apocryphus.*
89 *Liber Physiologus apocryphus.*
90 *Historia Eusebij Pamphili apocrypha.*
91 *Opuscula Tertulliani apocrypha: eius vitæ, & scripta. nu.* 92.
93 *Opuscula Posthumiani, & Galli apocrypha. & nu.* 94.
95 *Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ apocrypha.*
96 *Opuscula Fausti Manichæi apocrypha.*
97 *Opuscula alterius Clementis Alexandrini apocrypha. & nu.* 98.
99 *Opuscula Cassiani apocrypha.*
100 *Opuscula Victorini Pictavienſis apocrypha. & nu.* 101.
102 *Opuscula Faustini Rhegiensis apocrypha.*
203 *Opuscula Frumentij apocrypha.*
104 *Epistola Iesu ad Agabarum apocrypha. Epistola Agabari ad Iesum. nu.* 105. *Rescripta Iesu ad Agabarum. n.* 106. *Quantam fidem habeant? nu.* 107.
108 *Passio Georgij apocrypha.*
109 *Passio Cirici, & Iulitæ apocrypha.*
110 *Contradictio Salomonis apocrypha.*
111 *Phylacteria omnia apocrypha.*
112 *Nonnulli hæresiarchæ recensentur.*

113 *Modus per quem nouum, & vetus teſtamentum per annum diſtribuitur.*

114 *Gloſſa, verbo Cyrici reprobatur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gelaſius. De quo vide poſita *in cap. Certum, diſt.* 10. Adde *Baron. tom.* 4. *annal. anno Chriſti* 382. *nu.* 19. ad finem.

2 In eâdem ſuperſcriptione, ibi, In Concilio habito Romę. Gelaſius primus, ſui Pontificatus anno tertio, Domini autem 494. Romanum Concilium 70. Epiſcoporum Romæ coegit, ad fidem illibatè cuſtodiendam, ubi & libros canonicos, & legitimos diſcrevit ab apocryphis. Quin, & libellum edidit, cuius hæc fuit inſcriptio. *Gelaſius Papa adverſus Andromachum Senatorem, cæteroſq; Romanos, qui lupercalia ſecundum morem priſtinum colenda conſtituebant.* Totum autem hunc libellum perdignum lectu, noſtrisq; temporibus commodum, ubi viget licentia carnis, inſervit *Baron. Card. ſexto ſuorum Annalium tomo*, ſub anno Domini 496. Gelaſij autem eiuſdem Papæ Quinto.

2 Ad textum. Agit Gelaſius in præſenti de Concilijs, & libris, quos ſancta Eccleſia Romana ſuſcipiat, de qua materia in genere vide *Albert. de agnoſcend. q.* 15. *nu.* 2. & 9. *Caſtrum adverſus hæreſes, lib.* 1. *cap.* 7. *col.* 4. verſ. *Qui iam ferat*, & verſ. *Colligamus.* Notavit *Felin. in cap. Ne innitaris, nu.* 3. & ſeqq. *de conſtitutionibus. Symanch. de catholicis, cap.* 59. per totum. *Canus de locis theologicis, lib.* 2. *cap.* 5. *Vaſq. 1. p. d.* 112. *cap.* 2. *Bellarm. tom.* 1. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 4. & ſeqq. *Iacobus Gretſerus in defenſione, Bellarmin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. per totum. latiſſimè *Covarr. lib.* 4. *reſolut. cap.* 16. per totum. Atq; fermè hæc propria verba noſtri cap. tradit *Burchard. in ſuo Decreto, lib.* 3. *cap.* 217. uſq; ad *cap.* 221. *Heymericus in Directorio Inquiſit. part.* 1. *fol.* 55.

3 In principio textus ibi, Veteris teſtamẽti, & novi ſcripturas. Quas ſuo ordine enumerat Gelaſius Pontifex in originali, quod habetur 1. *tom. Concil. fol.* 991. idem obſervavit *Burchard. in ſuo Decreto lib.* 3. *cap.* 207. uſq; *ad* 220. Hodie verò enumerantur libri Canonici in *Concil. Trid. ſeſſ.* 4. ubi videbis, licet enim in Eccleſia Catholica Orthodoxorum omnium conceſſione enumeratorum librorum ſemper viguerit authoritas. Non defuerunt tamen hæretici, qui libros teſtamenti veteris, & novi oppugnarunt, de quibus vide doctiſſimè *Bellarmin. lib.* 1. *de Verbo Dei cap.* 5. & 6. Imò nonnulli fuerunt catholici ſcriptores, qui aliquos libros veteris teſtamenti extra Canonem poſuerunt, veluti librorum Eſther, quem repudiarunt Athanaſius, & Gregorius Nazianzenus & librum Baruch, quem rejecit Ioannes Driedo, & quædam capitula Danielis, quæ ipſe Driedo reprobat: quorum defenſionem vide latiſſimè per eundem *Bellarm. ubi ſupra, cap.* 7. & ſeqq. & videbis etiam *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 14. per totum.

Poſt principium textus, in §. Iam nunc. 4 Hìc agitur de libris agiographis, id eſt de libris Sanctorũ, qui licèt ab Eccleſia recipiantur, ut hìc dicitur, non tamen faciunt authoritatem neceſſariam, ſed probabilem *D. Thom. p.* 1. *q.* 1. *art.* 9. *ad* 2. *Canus de locis theolog. lib.* 7. *cap.* 1. *Caſtro adverſus hæreſes, lib.* 1. *cap.* 7. *col.* 5. verſ. *Quod verò. Covar. variar. lib.* 4. *d. cap.* 16. *nn.* 1. Quanvis *Gloſſa in cap. Noli, 9. diſt.* dicat, quòd hodie hæc doctrina eſt omnino certa, per hunc textum, ſed eam improbat *Canus lib.* 7. *cap.* 3. *concluſ.* 2. *Caſtrus adverſus hæreſes, cap.* 7. *col.* 4. verſ. *Verum non eſt hic prætermittendum.* & vide notata ad *Gloſſam in d. cap. Noli.*

Ibi, Item opuſcula beati Cypriani. 5 Fuit Cyprianus martyr, & Epiſcopus Carthaginenſis. Neophytus per omnia eccleſiaſtica munera ad presbyterium, deinde ad Epiſcopatum, ſummo amore, & ardore plebis evectus eſt, anno à Chriſto nato 249. anno Fabiani Pontificis 13. martyrium ſubivit primo anno Dionyſij Pontificis, & fuit primus martyr Epiſcoporum Carthaginenſiũ. Vide *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 19 *nn.* 2. *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 250. uſq; ad *annum* 261. Plane opera Cypriani edita ſunt emendatiora Antuerpiæ, in ædibus Petri Belleri, anno 1589. in fol. diſtincta in tres tomos: additis alijs Cypriani epiſtolis, quæ in alijs editionibus extabant. De fructu ſcriptorum Cypriani, & eorum comendatione eſt videndus *Lactantius lib.* 5. *divinarum inſtitutionum cap.* 4. Atq; elenchum, eorum, quæ in opuſculis Cypriani ſunt vel addita, vel detracta, vel lapſu typographi, vel alio quovis modo ſuppoſita. Vide per *Poſſevinum in apparatu ſacro*, verbo, *Cyprianus, fol.* 362. *tom.* 1. elegantèr *Bellarm. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 250. *fol.* 48.

Ibi, Item opuſcula beati Athanaſij. 6 Fuit Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, adhuc puer dum unà cum pueris alijs ad littus maris luderet, ab ijs fuit Epiſcopus dictus; claruit uſque ad Valentinianum, & Valentem Imperatores; multas Arianorũ paſſus eſt inſidias, quas *Baron. in* 3. & 4. *tom. annal.* paſſim commemorat, nec fermè omittit quidquam, quod ad eius labores, perſecutiones, exilia, ſolitudines, & ſcripta pertineat. Vide

Ruffinum

Ruffinum lib. 1. cap. 4. Sozomenum lib. 2. cap. 16. Covar. d. lib. 4. cap. 16. nu. 2. verſ. Opuſcula. Extat vero ſymbolum, quod ab omnibus appellatur Athanaſij, ab Eccleſia catholica receptum. Hoc autem Romam à Papa Iulio I. vocatus, ut judicaretur, publicè edidit. Tandem poſt multa annorum curricula tradi meruit Eccleſiæ recitandum, incipit autem. *Quicunq; vult ſalvus eſſe.* Aliud eſt ab altero illo Athanaſij ſcripto, quod inſcriptum eſt: *Expoſitio fidei*, quodq; in primo operum eiuſdem tomo habetur. Meminit autem Symboli ipſius Auguſtinus variis in locis, ubi eius ſcripta verbis quibuſdam, ac ſententijs eiuſdem Symboli apparent conſperſa. Cæterùm quamquam in univerſo pene orbe fuerit admiſſum, à Græcis tamenijs qui ab Eccleſia Romana ſe ſe præciderãt pars illa dempta eſt, qua Spiritum Sanctum à Patre, Filioq; procedere expreſſum habetur; eo falſo prætextu, quòd ſuperaddita nuper fuerit à Latinis, cum liquido appareat ante annos nongentos ſexaginta, ita ut nunc ſe habet, legi ſolere. Quod conſtat ex *primo capite Toletani 4. Concilij*, & ex teſtimonio Apoſtolicæ ſedis legatorũ ad Græcos *Gregorio 9. Rom. Pont. in definitione fidei Catholicæ.* Sentiunt alij non Romæ, ſed apud Treviros in puteo ubi dilituit Athanaſius, hoc Symbolum fuiſſe conſcriptum divino quodam prævio miraculo; ſed *Baron. tom. 3. annal. ſub. anno 340.* fabellam hanc nulla exparte veritate ſubnixam corruiſſe affirmat. De ſcriptis Athanaſij, quæ pro legitimis habentur, lege *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom. 1.* in verbo, *Athanaſius, fol. 137.* At poſt impreſſiones veteres ſubſecutæ ſunt editiones operum Athanaſij; prima anno 1572; ſecunda, anno 1581. Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium virum catholicũ. Cæterum opera Athanaſij Græca, & Latina, unà cum Niceæna Synodo Vittembergæ ſunt edita, anno 1597, quæ tamen cautè ſunt legenda: de quo vid ebis *Poſſevinum* ubi ſupra. *fol.* 141. late *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 340. *fol.* 58.

7 Ibi, Item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni. Cognomento Theologus, quis, qualis, & quantus fuerit, omnes uno ore Græci, & Latini melioris notæ ſcriptores eccleſiaſtici teſtati ſunt. Vitam ipſemet ſuam Græco carmine iambico ſcripſit. Fuit Epiſcopus Saſimorum, deinde in Nazianzeno Epiſcopatu patri adminiſtrator, poſtea Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus. Fuit præceptor Divi Hieronymi, eodem Hieronymo teſte, obijt ſub Theodoſio Magno, anno eius Imperij 3. aut 13. ut alij volunt. Vide *Covarr. lib. 4. variar. dicto cap. 16. nu. 3.* Quæ Gregorij Nazianzeni opera extent, in latinum converſa, & edita, vide per *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Gregorius Nazianzenus, fol.* 574. Quinam primo è Græco in Latinum verterunt aliqua Gregorij Nazianzeni; vide ibidem, *fol.* 574. & ſequentib. Qui in opera hæc perdocta ſcripſere commentaria; ſunt Nicetas Serronius, Elias Cretenſis, & hi quidem Græcè, Iacobus autem Billius ſcholia Latina edidit, quæ omnia data ſunt in publicum Pariſijs anno 1583. Poſt hanc autem Billij verſionem prodierunt eiuſdem Nazianzeni arcana, ſive de principijs, quadringentis octoginta duobus verſibus cum paraphraſi græca; & eiuſdem carmen adverſus Apollinarium. Item de poematis à ſe editis è Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ. *Baronius tom. 4. annalium* de Nazianzeno late agit. De libris ſcriptis ſoluta, ligataq; oratione Sancti Gregorij, & de eorum obſervatione vide *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 370. *fol.* 73.

8 Ibi, Item opuſcula beati Baſilij. Fuit Baſilius cognominatus Magnus, Cæſareæ Cappadocum, quæ olim Maſaca vocabatur, epiſcopus, Natus eſt in Heleſponto, Ponti oppido è nobilibus parentibus. Vide poſita ad *cap. Eccleſiarum, 11. diſtinct. Covarr. variar. dict. cap. 16. nu. 3.* verſ. *Item, & judicium*, de Baſilij doctrina, & ſcriptis, & quænam opera extent, ſive edita, ſive non edita, quidq; in depravatis eorum aliquibus cavendum, lege latiſſimè per *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Baſilius Magnus, fol* 184. *cap. 2. & 4. Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 370. *fol.* 71. Latinæ Baſilij verſionis à varijs authoribus factæ, quænam melior, & auctior ſit, vide per eundem *cap.* 10. uſq; ad *cap.* 14. Porrò duæ græcæ operum Baſilij editiones, præter Aldinam præcipuæ extant, altera, quæ anno 1535. apud Stephanum Sabium emiſſa eſt Venetijs. Iam verò editiones quoq; catholicorum duæ præcipuè fuerunt, quæ nobis poſtremò Baſilium auctiorem, & emendatiorem tradiderunt Philippus Nutius Antuerpiæ, anno 1569. Sebaſtianus Nivellius Pariſijs anno 1571. Quæ verò opera continentur in ijs? Vide per eundem *Poſſevinum*, ubi ſupra, *cap. 15. fol.* 206.

9 Ibi, Item opuſcula beati Ioannis Cõſtantinopolitani Epiſcopi. Vide *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 3.* verſ. *Item opuſcula beati Ioannis*, qui textũ intelligit de Ioanne Chryſoſtomo, ita nuncupato ob aureum eloquẽtiæ flumen: Chryſoſtomus enim ex græco fonte idem ſonat, atque *os aureum*. Natus eſt Antiochiæ, Secundo, et Anthuſa parentibus nobilibus;

bilibus; mortuo Nectario, invitus Arcadij Imp. opera, eidem Episcopatui Constantinopolitano suffectus est anno 398. Anastasij summi Pontificis primo: obijt in exilio Comanis, prope Euxinum Pontum post nonum annum sui Episcopatus. Inter alias eius dotes scribit *Sophronius in Prato spirituali cap.* 191. nunquam eum mentitum fuisse, nec unquam alicui maledixisse; neque scurrilia locutum, nec iocos admisisse; de illo agit accuratè *Baron. tom.* 5. *annal.* Post varias editiones operum D. Ioannis Chrysostomi editas Parisijs, et Basileæ, exijt altera Parisijs apud Gulielmum Merlinum anno 1570. postea nonnulla alia opera Antuerpiæ anno 1579. et Ingolstadij eodem anno. Vide latè *Possevinum tom.* 1 *fol.* 145: & seqq. Porro de ipso Chrysostomo, & de observatione in eius opere vide *Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini* 398. *fol.* 94.

10 Sed noster textus in præsenti non ponit illud cognomen, *Chrysostomi*, quod etiam observavit *Burchardus in suo Decreto lib.* 3. *cap.* 220. unde non defuerunt D. D. existimantes Ioannem, de quo est sermo fuisse illum Ioannem (ut Isidorus habet in Cathalogo) sanctæ memoriæ Constantinopolitanũ Episcopum, natione Cappadocem, qui fuit vir inæstimabilis abstinentiæ et eleemosynis tam largus, ut etiam zelo avaritiæ adversus eum Imperator Mauritius permotus, urbe pellendos pauperes ediceret. Græco eloquio edidit de sacramẽto Baptismatis rescriptum ad beatæ recordationis Dominum meum (verba sunt S. Isidori) & prædecessorem Leandrum Antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias. Clarvit temporibus Mauritij Principis, defunctus q; Augusto eodem regnante, anno autem 590. ut habet Tritemius. Eius libellus de fide extat in volumine Conciliorum Coloniæ editorum; vide *Possevinum in apparatu sacro tom.* 1. *littera I. fol.* 162. Sed huius opinionis authores falluntur, quia Gelasius enumerat quatuor ordine doctores Ecclesiæ Græcæ. Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, & quarto loco beatum Ioannem Constantinopolitanũm, qui necessario est Chrysostomus; igitur perperam faceret mentionem de beato Ioanne eleemosynario, qui doctor Ecclesiæ non habetur.

11 **Ibi, Item opuscula Theophili Alexandrini Episcopi.** Qui primo de Ecclesia benemeritus, quòd adversus Origenem, & Origenistas se gessisset egregiè, deinceps autem ob persecutionem procuratam cõtra Ioann. Chrysostom. Pontifici Romano, & omnibus bonis odiosus, tandem resipuit, atq; post 27. annos, quibus Ecclesiam illam rexit, ex hac vita anno Domini 412. undecimo autem Innocentij Papæ migravit; qua de morte *Ioann. Damascenus, lib.* 3. *de imaginibus*, prope finem, narrat ex Isidoro diacono hæc, quæ sequuntur. *Theophilus ob illud peccatum* (quod scilicet nunquam Ioannis Chrysostomi nomen passus esset in Ecclesiâ recitari) *non poterat animam agere, donec oblata ei fuit imago Chrysostomi, quam ille cum esset veneratus, spiritum emisit.* Cæterum Leo Papa epist. 52. & 64. vocat Theophilum probatissimum Præsulem, & sanctæ memoriæ Episcopum, scribens ad Galliarum Episcopos, & ad Martianum Imperatorem. Vide *Possevinum in apparatu sacro, tom.* 3. *littera T. fol.* 289. ubi ponuntur scripta, & opera Theophili, *Baron.* 5. *tom. annalium, anno* 397. & seqq. & 412. *nu.* 41. & 42. ubi etiam ponuntur eius scripta, licèt in nonnullis dissentiat. *Covarr. lib.* 4. *variar. d. cap* 16. *num.* 4. Adde *Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini* 390. *fol.* 91.

12 **Ibi, Item opuscula beati Cyrilli.** Cyrillus mortuo patruo Theophilo, Alexandrinus Episcopus eligitur, vir insignis eruditionis, quiq; pro christianæ religione adversus Nestorium egregiè pugnavit; præfuit Ephesinæ Synodo, nomine Papæ Cælestini, anno 432. floruit temporibus Theodosij Iunioris, obijt anno Domini 444. sanctè. Eius extant præclara opera, quorum meminit *Nicephorus lib.* 14. *cap.* 14. Porro qui dixerunt Cyrillum fuisse monachum montis Carmelli, nullo legitimo teste id pronuntiarunt; nam apud Hieronymum, & alios illius sæculi scriptores, nunquam de hac fabella fit mentio. Cæterum opera Cyrilli, quæ hactenus latina sunt reddita, magis emaculata typis Michaelis Somnij Parisiensis typographi, anno 1573. fuerunt excussa. Verum idem Cyrillus librum de animalium, & plantarum proprietate scripserat versibus Græcis, qui anno Domini 1590. Romæ fuit primò editus è typographia Francisci Zanetti. Vide *Covarr. d. cap.* 16. *num.* 4. ad med. latè *Possevinum in apparatu sacro, tom.* 1. *littera C. fol.* 370. qui speciatim de omnibus operibus Cyrilli disputat: de quo etiam *Bellarmin. de scriptor. ecclesiast. anno Domini* 430. *fol.* 112.

13 **Ibi, Item opuscula Beati Hilarij Pictavensis Episcopi.** Quem non solum Hieronymus, & Augustinus, verum etiam integra Synodus Ephesina prima, & alia deinceps Concilia mirificè coluerunt. *Is* (inquit Hieronymus in Cathalogo) *factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterensi in Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Gallianum Episco-*

Epiſcopos ſcripſit, & in Pſalmos Commentarios, primum videlicet, & ſecundum, & à 51. uſq; ad 62. & à 118. uſq; ad extremum, in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de ſuo addidit. Eſt eius ad Conſtantinum libellus, quem viventi Conſtantinopoli porrexerat; & alius in Conſtantium, quem poſt mortem eius ſcripſit; & alius liber adverſum Valentem, & Vſacium, hiſtoriam Ariminenſis, & Seleucienſis Synodi continens, & ad Praefectum Salluſtium, ſive contra Dioſcorum, & liber hymnorum, & myſteriorum alius, & Commentarij in Matthaeum, & tractatus in Iob, quos de Graeco Origenes ad ſenſum tranſtulit, & alius elegans in Cantica Canticorum, ſed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus eſt Pictavis Valentiniano, & Valente regnantibus, anno Domini 372. Hæc Hieron. Pictavium urbs Galliæ Aquitanicæ. At poſtea nõnulla alia opera Hilarij extiterunt, quæ alibi excuſſa, tandem Pariſijs integriore editione prodierunt, anno 1572. Vide *Covarr. d. cap. 16. num. 5.* latè *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 2. littera H. fol. 49. Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſticis, anno Domini* 355. *fol.* 67.

14 Ibi, Item opuſcula Beati Ambroſij. De quo vide poſita ad *cap. Quadrageſima, 4. diſt.* & de doctrina D. Ambroſij in qua excelluit, & de acumine dicendi, & interpretandi, vide *Poſſevin. in Apparatu ſacro, tom. 1. fol. 59. littera A.* Eius opera ante multos annos Aldina emiſit editio, ſubſecutæ ſunt aliæ, tum in Germania, tum in Gallijs, anno autem 1569. Pariſijs ex typographia Guilielmi Merlini, Sebaſtiani Nivelij, Michaele Guillardæ, ea, quam Ioannes Coſterius, & Ioannes Guillotius viri optimi, emiſerunt, ad vetuſtiora exemplaria emendatam, perquiſitis undiq; codicibus. Deniq; Felix de Monte alto Cardin. qui poſtea fuit Papa Sixtus Quintus, opera Ambroſij Romæ excudi curavit apud Dominicum Baſſam, anno 1580. & tandem 1587. & obſervationes in omnia opera Ambroſij 6. tomis digeſta, vide per *Poſſevinum*, ubi ſupra, *fol.* 62. & ſeqq. latè de beato Ambroſio, & obſervatione in eius opera. *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 374 *fol.* 75.

15 Ibi, Item opuſcula Beati Auguſtini. De quo vide poſita ad *cap. In iſtis, 4. diſt.* Divino autem miraculo tribuitur, quod ſcripta illius fuerint aſſervata, cum anno poſt eius mortem concremata Hipponenſi civitate à furentibus Wandalis, ijsq; Arianis, ipſa eius Hipponenſis Bibliotheca illæſa permanſerit; adeo capillus non perit de capite Sanctorum. De ratione intelligendi Auguſtinum, & de authoribus, qui libros, ſive commentaria ex Auguſtini operibus conficientes, viam ad eius ſenſum aſſequendum, aut ad illius doctrinam propugnandam ſtraverunt, vide *Poſſevinum in Apparatu ſacro, tomo 1.* verbo, *Auguſtinus, cap. 6.* & *7. fol.* 160. & paucorum aliquot locorum Auguſtini rectam explanationem è *Cardin. Bellarmino*, & è *Sixto Senenſi*, & alijs. Vnde ipſius Auguſtini defenſio in alijs pleriſq; colligi poſſit, vide eundem *Poſſevinum cap. 5. fol.* 156. & *cap. 9. fol.* 164. & ſequentibus. Porro anno 1571. opera Theologorum Lovanienſium factum eſt, ut eadem Auguſtini opera per eoſdem caſtigata prodirent in lucem, ex officina Chriſtophori Plantini typographi; deinde verò Pariſijs 1586. cũ additione nonnullarum aliarum homiliarum ederentur. Hæc autem opera à Plantino edita, omnibus prioribus editionibus eſſe præferenda, cenſuit Ioannes Molanus Lovanienſis. Plane de eodem Auguſtino, & obſervatione in eius ſcripta, vide latiſſimè *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 400. *fol.* 97.

Ibi, Item opuſcula Beati Hieronymi. 16 Vide poſita ad *cap. Illud, 4. diſt.* Qualem Divus Hieronymus requirat lectorem ſuorum operum. Vide *Poſſevinum tom. 2. in Apparatu ſacro*, verbo, *Hieronymus, cap. 2.* & indicem eorum, quæ Divo Hieronymo falſo aſcribuntur, vide per eundem *cap. 5. fol.* 42. Atq; obſervata quædam poſt *Marian. Victorium in operibus Hieronymi, cap. 6.* ubi ex ſcriptis Baronij, & Bellarmin. multa reſtituuntur; de quibus omnibus eſt videndus *Bellarmin.* idem, *de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 390. *fol.* 83. univerſa opera Hieronymi in novem tomos diſtributa Romæ excuſſa ſunt. Primò à Paulo Manutio, hoc eſt primus, ſecundus, & tertius tomus, anno 1565. deinde quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octavus, & nonus, in ædibus populi Romani, anno 1571. & 1572. Pariſijs item anno 1580. ſed & anno 1565. Hieronymi epiſtolæ ad collationem veterum exemplarium multis in locis reſtitutæ, & in tres libros redactæ à Petro Caniſio prodierant Dilingæ, in Germania, & Pariſijs anno 1583. Lovanij autem anno 1583. Antuerpiæ verò anno 1578.

Ibi, Item opuſcula Proſperi. 17 Proſper Rhegij Flaminiæ in Italia Epiſcopus, natione Aquitanus, Leonis Papæ primi quondam notarius, vir acris ingenij, dictionis preſſæ, nervoſæ, & elegantis, magnam cum vitæ ſanctitate divinarum, & humanarum rerum eruditionem habens, ſcripſit in quinquaginta poſtremos Pſalmos, hoc eſt a Pſalmo centeſimo uſq; ad ultimum, breviſſimos iuxta litteralem, ac ſpiritualem ſenſum commentarios, ſtricto, & arguto expoſitionis genere comprehenſos. Item de promiſſionibus, & prædictionibus Dei, libros tres quibus omnia vaticinia, & pollicitationes de Chriſto, & Eccleſia in ſacris literis expreſſas elucidavit. In poetica autem quantũ valuerit teſtatur opera illius elimatiſſimis ver-

ſibus deſcriptæ: é quorum numero ſunt de Providentia Dei liber unus, et alius de ingratis carmine heroico, ac liber epigrammaton, quem de ſacris Beati Auguſtini dictis elegiaco verſu magno lepore contexuit. Vide *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 5.* ad finem; ſanè verò Tridentinum Concilium meritò damnavit eam ſententiam, *omnia peccatorum aut etiam infidelium opera eſſe peccata.* Quanvis maximum Authorem D. *Auguſtin. lib. 4. contra Iulianum cap. 3.* & *lib. 3. contra 2. epiſt. Pelagian. cap. 5.* & *Proſperum. ſentent.* 106. habuiſſe videatur. Plané *Baron. Cardin. tom. 4. annalium*, plura loca reſtituit in Proſpero; de quibus vide *Poſſevin. in Apparatu ſacro, tom. 3. littera P. fol.* 106. Optimè *Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno Domini* 460. *fol.* 121.

18 Ibi, Item epiſtolam beati Leonis Papæ. De quo vide poſita ad *cap. Hoc veſtra, diſt.* 11. & adde *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nn. 6.* Leonis opera à Gerardo Voſio Belga recognita, & varijs additionibus ſunt locupletata; cum antea idem præſtare conatus fuiſſet Laurentius Surius Coloniæ anno 1568. apud Ioannem Birckmanum. Deinceps autem Canonici regulares ſancti Martini oppidi & Vniverſitas Lovanienſis, è manuſcriptis codicibus, eundem emendarunt, atq; edi curarunt Antuerpiæ apud Philipum Nutium anno 1583. cum eiuſdem Leonis decretalibus, & familiaribus epiſtolis. Extat autem confeſſio Leonis magni ex eius operibus excerpta à Theodoro Petreio Campenſi Coloniæ impreſſa, anno 1604. Elenchum eius operum vide per *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom. 2. littera L. fol.* 338. *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 440. *fol.* 119.

19 Hæc epiſtola (de qua agit textus) data eſt ad Flavianum, non quidem privatim ad eum, qui probè catholicus illa minimè indigeret, ſed ut publica, & communis omnibus, in plena Synodo Epheſina legeretur, de quo vide *Baronium tom. 6. annalium, anno Chriſti* 449. *nu.* 38. Fuit hæc epiſtola contra Eutychetem, & Neſtorium. His adde morem fuiſſe tum Romanæ, tum omnium Occidentalium Eccleſiarum, eandem epiſtolam, publicè legere in Eccleſia menſe Decembri ante Domini Nativitatem; quo tempore à maioribus celebrari conſuevit Domini adventus in carne, ut tradit idem *Baron. nu.* 41. ubi refert verba huius §. & integram epiſtolam vide *num.* 45. & ſeqq. uſq; ad *num.* 58.

20 At miraculum huius epiſtolæ Leonis refert *Sophronius in Prato ſpirituali, cap.* 147. in hunc modum. *Narravit nobis, & hoc Abbas Menas eiuſdem cœnobij Pater, audiſſe ſe eundem Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem. Cum profectus eſſem Conſtantinopolim, fruitus ſum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, & ſingularis viri, qui narravit mihi de ſanctiſſimo, ac beatiſſimo Leone Romano Pontifice, dicens habeti ſcriptum in Eccleſia Romana, quòd cum ſcripſiſſet epiſtolam ad Sanctum Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum contra impios Eutychetem, & Neſtorium, poſuerit eam ſuper tumulum Principis Apoſtolorum Petri, & orationibus, ac vigilijs, & jejunijs vacans, oraverit ipſum ſummum Apoſtolum, dicens; Si quid ut homo, vel minus cautè poſui, tu cui à Domino Salvatore noſtro Ieſu Chriſto, & hac ſedes, & Eccleſia commiſſa eſt, emenda, poſt quatuor vero dies apparuit ei Apoſtolus, ac dixit.* Legi, & emendavi. *Sumensq; epiſtolam de ſepulchro beati Petri, aperuit eam, & invenit Apoſtolica manu emendatam.* Hæc ibi qvæ verba refert *Baron.* ubi ſupra, *nu.* 39. atq; *nu.* 40. refert viſionem Sancti Eulogij de hac ipſamet epiſtola.

Ibi, Item opuſcula, atq; tractatus omnium Patrum. 21 Ergo opuſcula ſanctorum Patrum Orthodoxorum, qui in nullo à ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſortio deviarunt, nec ab eius fidei prædicatione ſejuncti ſunt, legenda ſuſcipiuntur; quod intellige ad uſum lectionis, non tamen ut non liceat aliter ſentire, aut exponendo, aut interpretando. Approbat enim Gelaſius Sanctorum virorum ſcripta, ut intelligamus ea ratione probari, quòd catholicæ fidei minime repugnent, ut tandem nihil in eorum ſcriptis reperiatur, quod manifeſte ſit religioni chriſtianæ contrarium, non tamen ſic, ut omnia illorum dicta pro lege ſuſcipienda ſint, ac neceſſariò admittenda; vide poſita ſupra *nu. 7. Covar. d. cap. 16. nu. 6.* poſt principium. Cæterum Patres antiqui quonámmodo intelligendi, & ad uſum adhidendi ſint? Vide *Sixtum Senenſem annotat. 152. lib. 6. Bibliothec. ſancta*, latè *Poſſevin. in apparatu ſacro, tomo 3.* verbo, *Patres antiqui, fol.* 10.

Ibi, Item Decretales epiſtolæ. 22 De quibus vide poſita ad *cap.* 1. infra, *diſtinct.* 19.

Ibi, Item geſta ſanctorum Martyrum. 23 Martyr græca dictio eſt, quæ latinè teſtem ſignificat: planè licèt, & ipſi martyres propter veræ fidei, & chriſtianæ religionis conſtantiſſimam confeſſionem dici poſſint confeſſores, quod Gelaſius probat inpræſenti, Eccleſiæ tamen traditione obtentum eſt, ut ad martyrum diſtinctionem, confeſſores dicantur illi, qui abſq; ſanguinis martyrio, diem poſtremum obiere, moribus, & religione, atq; miracùlis adeo illuſtres, ut jure optimo Eccleſia eos in Sanctorum numerum retulerit, ac

referendos eſſe decreverit. Vide *Covarr. d. cap. 16. num. 7.* in prinicipio. Quænam in legendis martyrum geſtis ſint obſervanda? Vide *Poſſevin. in ſua Bibliotheca ſelecta*, editionis Venetæ anno 1603. *cap.* 21. & vide eundem *in apparatu ſacro tom.* 1. verbo, *apocryphi fol.* 117. verſ. *Secundo*, ubi verba noſtri textus refert.

24 In eodem verſ. ibi, Nomina penitus ignorantur. Illorum igitur martyrum hiſtorias Gelaſius in Romana Eccleſia minimè legi aſſeverat, quarum authores prorſus ignorantur, atq; ideo paſſim videmus in Eccleſijs, præſertim in officio matutino, legi multa de martyribus, & ſanctis ex authoritate Doctorũ Eccleſiæ Hieronymi, Auguſtini, Gregorij, Ambroſij, & aliorum qui ob vitæ integritatem, ob inſignem religionis chriſtianæ profeſſionem, digni ſunt ut illorum teſtimonio utamur, & præterea ex eccleſiaſtica hiſtoria, maximè Euſebij, qui, & de martyribus opus quoddam ſcripſit, ut ipſe aſſeverat *lib. 4. cap. 16.* vide *Covarr. num. 7.* verſ. *Quia late, Poſſevin.* ubi proximè, *cap. 23.* ubi agit de martyrum geſtis; unde ſunt ſumpta, & vide eundem *in apparatu ſacro tom. 2.* verbo, *Martyres, fol.* 412. & *tom. 1.* verbo, *apocryphi*, verſ. *Secundi generis, fol.* 117.

25 In eodem verſ. ibi, Omni devotione veneramur. Quanvis Gelaſius admonuerat hiſtorias martyrum, quarum authores ignorantur, in Eccleſia Romana non legi, ipſos tamen martyres venerandos eſſe teſtatur, ac docet; unde impium eſt, ex eo hæreticos chriſtianum populum avertere à veneratione Sanctorum, quòd eorum hiſtoriæ, quæ vulgo circumferuntur, ab Eccleſia Romana minimè probentur. Tametſi non cogamur adhibere fidem ijs, quæ de martyrum geſtis fuerint paſſim ſcripta, niſi et hæc fuerint ex traditione eccleſiaſtica planè recepta, aut Apoſtolicæ Eccleſiæ decreto probata, vide *Covar. d. nu. 7.* ad finem. *Poſſevin. d. tom. 1. fol.* 117.

26 Ibi, Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis. *Divus Hieronymus, in lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis*, aſſeverat ſcripſiſſe ſe vitas Pauli, Hilarionis, & Captivi monachi, atq; ita inter eius opera *tom. 1.* hi tres libri circumferuntur vulgo. Porro vitam Antonij, ex Athanaſio græcè ſcriptam Evagrius, & Hieronymus in latinum verterunt, quem Hieronymum, quoniam non ſolum ſententias ſententijs reddidit, verum etiam, quia integriorem emiſit, propterea ſcripſiſſe vitam Antonij, ait Gelaſius in præſenti: vide *Covarr. d. nu. 7.* in fine. *Baron. tom. 3. annalium, anno Chriſti* 358. *num.* 24. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Antonius, Ægiptius, fol.* 100. Cæterum ipſe *Poſſevin. tom. 3.* verbo, *Vitas Patrum, fol.* 355. exiſtimat illum librum eſſe Evagrij Pontici Hyperboritæ, ſive D. Petronij Bononenſis, & aliorum, quem vide, & *tom. 1.* verbo, *apocryphi*, verſ. *Dent, fol.* 118.

Ibi, Item actus B. Sylveſtri. 27 Laudat hoc in loco Gelaſius, & probat actus beati Sylveſtri, item hiſtoriam de rebus geſtis à beato Sylveſtro: tametſi aſſeveret eorum authorem eſſe incertum. Laurentius Valla in eo libro, quem adverſus Conſtantini donationem debachatus ſcripſit; blaſphemo animo aſſeverat, huius hiſtoriæ ſcriptorem nebulonem fuiſſe, ſed de hac controverſia, donatione, & baptiſmo Conſtantini, videbis poſita ad *cap. Conſtantinus, 96. diſt.* Planè de his Sylveſtri actibus eſt videndus *Baronius tom. 3. annalium, anno Chriſti* 315. *nu.* 10. & ſeqq. ubi, *nu.* 14. refert verba huius §.

Demum ut alia prætermittamus, omnem 28 de eiuſdem Sylveſtri actis diſputationem, hac ſententia claudimus: ut dicamus, ea quidem vere accidiſſe, ſed non in omnibus vera eſſe, quæ hodie extant, nimirum deturpata complurib̃us, quæ aliunde irrepſerunt, mendacijs. Quæ autem vera, atq; legitima erant, ſicut ante Gelaſium, tantum eis antiquitas detulit, ut cùm Romæ, tùm in multis alijs Eccleſijs legerentur; ita poſt Gelaſium tantum abeſt, ut illorum imminuta ſit fides, ut abſq; dubitatione eadem, pro veris, certisq; ſint habita. Tradit *Baron.* ubi ſupra, *nu.* 17. & *anno* 324. *nu.* 31. & 32. Atq; de appendice, quæ ad actus Sylveſtri poſita eſt, ſitne vera, an conficta? Vide per eundem *Baron. anno Chriſti* 324. *nu.* 97. & ſeqq. ubi de dracone in ſpecu Romæ morante, lethali halitu homines necante, cuius ora poſtea clauſerit Sylveſter, & æreis ianuis quibus claudebatur, ſigno crucis obſignatis, perpetuò cum ergaſtulo manciparit.

Ibi, Item ſcripta de inventione ſanctæ Crucis. 29 Referunt antiqui Patres lignum illud ſanctiſſimæ Crucis, in quo Chriſtus pependit judæorum, & infidelium induſtria ſub terram fuiſſe abſconditum, & in loco eius ſimulachrũ Veneris fuiſſe poſitum, ut chriſtianis penitus eſſet ignotum, ſicut fuit ad tempora Conſtantini, quo tempore non ſine divino nutu, & admonitione, illud Helena inveſtigatura Hieroſolimam petijt, & ipſo Deo juvante illud

tandem invenit. Retulit hanc inventionem *Ambroſius in oratione de obitu Theodoſij. Sozomenus in hiſtoria eccleſiaſtica, lib. 2. cap. 1. Theodoretus lib. 1. cap. 18. Nicephorus lib. 8. cap. 29.* qui authores nonnihil inter ſe in hiſtoria narranda differunt, ſed nulla eſt pars, quæ contrarietatem contineat, cum omnia conciliari poſſint, ut per *Suar. tom. 1. de religione, lib. 2. de diebus feſtis, cap. 7. n. 5.* videre poteris.

30 Quomodo autem potuerit ab Eccleſia feſtum inſtitui propter inventionem Crucis, ſolum humana fide, & opinione cognitam, vel quid in illa inveniatur tanta celebritate dignũ? Dici poteſt, inventionem Crucis, non tàm fuiſſe fundamentum huius celebritatis, quam occaſionem. In ipſa enim Cruce ratione illius, qui in ipſa crucifixus fuit, eſt per ſe ſufficiens fundamentum huius feſtivitatis. Sed hoc antea ſolum fiebat ab Eccleſia publico cultu in die Paraſceves, cum mors Domini celebratur, ubi Crux ſpeciali titulo populo adoranda proponitur. Poſtea verò occaſione illius inventionis, nova feſtivitas in illius ſpecialem cultum dedicata eſt. Proſequitur latè *Suar.* ubi proximè, *nu. 6.* & ſeqq.

31 An hoc feſtum ſit ex ijs, quæ jure communi celebrari præcipiuntur, & quando, & ubi latum fuerit hoc præceptum? Vide poſita ad *cap. Crucis de conſecratione, diſt. 3.*

32 In eodem verſ. ibi, Et alia ſcripta de inventione capitis B. Ioannis Baptiſtæ. Notant ſcriptores caput Ioannis Baptiſtæ apud Sebaſtem (quæ eſt Samaria) fuiſſe ſepultum. Nam Herodias Ioannis reprehenſionem quodammodo, etiam poſt capitis reſectionem, verita, coniungendumq; id rurſus reliquo corpori timens, apud ſe remotis arbitris in abſtruſiori regiæ loco, caput ſepeliendum duxit. Ita poſt *Nicephorum*, & *D. Hieronymum*, tradit *Suar. de vita Chriſti, diſp. 24. art. 6.* ad finem, latè *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 33. nu. 1. 4.* & 5. & de apparitione eiuſdem Ioannis, vide *Sophronium in Prato ſpirituali, cap. 1.* quem tranſcripſit *Baron. d. tom. 1. anno Chriſti 31. nu. 11.* & ſeqq. ubi multa de Ioanne Baptiſta.

33 Porrò extat inter opera *D. Cypriani tom. 3. tractat. de revelatione capitis beati Ioannis Baptiſtæ*, in quo longe deſcribitur, ac depingitur tota hæc de revelatione capitis Ioannis Baptiſtæ hiſtoria, conaturq; illius operis author probare, feſtum, quod Eccleſia celebrat quarto Kalend. Septembris, non eſſe dicendum decollationis Ioannis, ſed coll ctionis, aut inventionis, vel revelationis capitis Ioannis, nominandum fore. Cæterum illud opus non eſſe Cypriani Eraſmus aſſeverat. Etenim Marcellinus comes in chronico narrat, ſub Martiano Auguſto, inventionem capitis Ioannis Baptiſtæ contigiſſe, eo ferè modo, quo apud Cyprianum ſcribitur; die verò 24. Februarij Vincomalo, Opilione conſulibus, anno Domini juxta Holoandri chronologiam 455. ſed & *Sozomenus Eccleſ. hiſt.* author hoc multò vetuſtior, *lib. 7. cap. 21.* ſcribit à monachis quibuſdam, ſub Valente, Hieroſolymis caput Ioannis Baptiſtæ repertum eſſe, atq; inde illud allatum in Pantechium, quod eſt oppidum parvum, non longe à Chalcedone, donec Theodoſius Imperator illud in Conſtantinopolim attulit, & de hac controverſia, & eius authoribus vide *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 9.* poſt principium.

Sed nulla eſt ferè hiſtoria, quæ tot obvol- 34
vatur ambagibus, & variarum dubitationum complicata ſit nodis; etenim apud acta Matronæ Pergenſis contigiſſe fertur, tempore Leonis Imperatoris, atq; Verinæ Auguſtæ, non cũ primùm apud Herodis regiam inventum eſt, ſed cum in agro Emeſæ civitatis repertum eſt; quare dicendum eſt duplicem ab Eccleſia celebrari inventionem capitis Ioannis Baptiſtæ, tam apud Græcos, quàm Latinos, quarũ prior illa dicitur facta ex ruderibus antiquæ Herodis regiæ; poſterior verò ex agro Emeſæ, unde translatum eſt Conſtantinopolim, in cuius ſolemnitate *Ioannes Damaſcenus in cant. Eccleſ.* iſta habet. *Sicut divinum depoſitum occultum terræ, Chriſtus detexit caput tuum nobis, o Propheta, & Præcurſor: omnes igitur ſimul profecti, in huius inventione cantibus Deiloquis Salvatorem laudemus, ſalvantem animas noſtras ſupplicationibus tuis.* Ita habet *Baron. tom. 4. annal. anno Chriſti 391. nu. 8. uſq; ad nu. 12.* & 13. ponit verba huius, §. quem videbis circa feſtivitatem, & hiſtoriam.

Ibi, Item Ruffinus vir religioſus. 35
Fuit Ruffinus Aquileienſis presbyter, ſive monachus, quem cognomento *Toranum*, alij *Tarmum* ſcribunt; non minimam apud veteres laudem eſt conſequutus, tum in divinis Scripturis interpretandis, tum in Græco, & Latinæ linguæ eruditione non equidem vulgari. Habuit enim, teſte Gẽnadio, elegans ingenium in græcis operibus in latinam linguam vertendis; claruit ætate Hieronymi, cum quo graves exercuit ſimultates, quorum minor Gennadius nimium Ruffino tribuit, Hieronymo plurimũ detrahens; non ſatis intelligens, quantum à D. Hieronymo Ruffinus abſit. Sanè Ruffinus anno Domini 401. Anaſtaſij verò I. Papæ quarto, ab eodem Pontifice max. damnatus eſt, *Hieron.* teſte *Apolog. contra Ruffinum, lib. 2.* in principio. Deniq; anno 410. nono autem Innocentij I. Papæ mortuus eſt, cuius opera, quæ nunquam prodierant, ſive ex parte ſeparata habebantur, aliquando edita fuere, tandem ſimul omnia excuſſa, Pariſijs an. 1580. apud Michaelem Som-

nium:

nium : eiuſdem in ſeptuaginta quinque Pſalmos Davidis commentaria, Lugduni apud Rovillium anno 1570. Vide *Covar. d. cap. 16. nu. 10. Baron. 5. tom. annal. anno Chriſti 410. nu. 60. & 62. Poſſevinum in apparatu ſacro tom. 3.* in verbo, *Ruffinus, fol.* 168. qui errores Ruffini curioſè congerit, & textum refert. *Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſticis, anno Domini 390. fol. 92.*

36 **Ibi, Item Origenis nonnulla opuſcula.** Fuit Origenes Alexandrinus, qui ob infatigabile ſtudium Adamantij, & Chalcenteri, hoc eſt ænei cognomen eſt aſſecutus, modo ſũmopere ab antiquis, & recentioribus Patribus, atq; doctoribus laudatus, modo acerrimè reprehenſus, & hæreticus habitus, atq; damnatus; ſed tamen nunquam ita proſcriptis eius operibus, quin et legi, et cudi, atq; recudi poſſent. Diſcat verò quilibet, vel doctiſſimus timere, quando vir alioquin tantis ingenij, et (ut videri poterat) pietatis dotibus ornatiſſimus, corruit in errores, unde hæreſes aliæ ex alijs peſtilentes exortæ, hodieq; varias provincias quatiunt, ne et ipſe ſine duce timore Domini, atq; Eccleſia catholica, aberret; pro quo facit beatæ Mathildis revelatio, abea enim Chriſtus Dominus rogatus, ubi eſſet anima Origenis, reſpondit. *Quid benignitas mea cum anima Origenis effecerit, volo eſſe abſconditum, ut nullus in ſua ſcientia confidens audeat elevari.* Cæterum licet Origenes habuerit multas hæreſes, eius tamen opera à Divo Hieronymo approbata, ab Eccleſia recipiuntur, ut in præſenti habes. De quo idem Hieronymus ait: *Origenes ubi bene, nemo melius; ubi male nemo peius ſcripſiſſe videtur.* Origenis condemnationem continet quinta Synodus univerſalis *Can.* 11. ut tradit *Bellarm. de ſcriptor. Eccleſiaſt. anno* 226.

37 Cæterum de Origines ſcriptis, & vita, quinam pro eo, vel contra eum ſcripſere? Vide *Poſſevinum in apparatu ſacro tom.* 2. in verbo, *Origenes fol.* 518. & quando nonnulli errores, qui attributi ſunt Origeni, excuſentur? Vide per eundẽ *fol.* 520. & elenchum operum Origenis vide *fol.* 522. uſq; *ad* 531. Claruit Origenes ſub Alexandro Mammeę filio, uſq; ad Gallum, & Volluſianum eius filium, ideſt uſq; ad ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum, & mortuus eſt Tyri, atq; ibidem ſepultus anno à Chriſto nato 260. ſeu 256. ut habet *Baron. tom. 2. annal anno Chriſti 256. nu.* 28. ubi plura de Origene. Vide *Covar. d. cap. 16 nu.* 10. ad med *Henriq. de fine hominis cap.* 11. *nu.* 2. & *cap* 25. *nu.* 6. *Baron. tom* 4. *annal. anno. Chriſti* 388. *nu.* 104. & *anno* 393. *anno* 9 *tom.* 5. *anno Chriſti* 402. *nu.* 16. qui verba huius textus refert: de Origene quando ſe ipſum caſtravit, vide eundem *tom.* 2. *anno Chriſti* 280. *nu.* 1. quæ caſtratio occaſionem dedit ſectæ dictæ Eunuchorum, ut per eundem anno Domini 230. *n.* 5. Item de Origenis excellentia in omnibus ſcientijs, vide *anno Chriſti* 220. *nu.* 9. De laboribus etiam Origenis contra hæreticos vide *d. nu.* & *anno* 229. *nu.* 1. & *anno* 232. per totum.

Cum Pariſijs anno 1512. ſequentibus verò 38
hoc eſt anno 1536. Baſileæ prodijſſent latinè, item Venetijs commentaria Origenis, Ambroſio Ferrario interprete, anno 1552. apud Andream Spinælium. quin, & Salingiaci in Germania anno 1537. Tropologiæ deſumptæ ex Origenis commentarijs in Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, Ioſue, & Iudices: has omnes editiones aut nondum mature expenſas, aut verſas in latinum, ab eis, qui ſenſum Origenis minus fuerant aſſecuti, excepit Gilberti Genebrardi editio Pariſijs ex officina Petri l' Huillier, anno 1374. Ad extremum recuſſa ſunt Pariſijs eadem Origenis opera, anno 1604. omnia quidem, quæ proferri potuerunt.

Ibi, Chronicon Euſebij Cæſa- 39
rienſis. Quod ſcripſit Euſebius, & Hieronymus è Græco in latinum tranſtulit, auxitq; *Sciendum etenim eſt* (inquit Hieronymus ſcribens Vincentio, & Galicano) *me, & interpretiſſe, & ſcriptoris ex parte, officio uſum, quia & græca fideliſſimè expreſſi, & nonnulla, quæ mihi intermiſſa videbantur, adieci, in Romana maximè hiſtoria, quam Euſebius, huius conditor libri, non tàm ignoraſſe, ut potè eruditus, quam ut græce ſcribens parum ſuis neceſſariam perſtrinxiſſe mihi videtur. Itaque à Nino, & Abraham uſq; ad Troiæ captivitatem pura Græca tranſlatio eſt, à Troia uſq; ad viceſimum Conſtantini annum nunc addita, nunc mixta ſunt plurima, quæ de Tranquillo, & cæteris illuſtribus hiſtoricis, curioſiſſimè excerpſimus; à Conſtantini autem ſupra dicto anno, uſq; ad conſulatum Auguſtorum Valentis ſextum, & Valentiniani, iterum totum meum eſt, quo fine contentus, reliquum temporis Gratiani, & Theodoſij latioris hiſtoriæ ſtylo reſervavi.* Hæc Hieronymus.

Fuit Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, qui 40
& Pamphili dictus eſt, quod cum eo familiariter vixerit, quiq; Conſtantino Magno, & Conſtantio Imp. vixit, plura edidit, quæ plus æquo laudata ab Acatio, ab Euſebio Emiſſeno, à Socrate minus damnum afferrent, quòd ij nota hæreſeos laborarunt: Georgius autem Trapezuntius, Donatus Veronenſis, Sixtus Senenſis à ſuſpicione quoq; Arianiſmi eum liberare tẽtaverunt: At Gelaſius in præſenti eius librum ſingularem appellat, & Haymon Halberſtatenſis de Euſebio Cæſarienſi ſic ait, in præfatione librorum Chriſtianorum rerum memoria. *Itaq; divino operi tuo, meum non confero, ſed te ipſum refero, te inſpiciens, te adoramus, quem penna penitus è veſtigio ſequor.* Cæterum ſimplicitate nimia factũ eſt, ut aliqui Euſebium inter ſanctos retulerint, quod *Petrus à Nat. in Cathal. Sanctorum lib.* 5. *cap.* 134. fecit, quod item in Vſuardum irrepſit, &

in Monologium die 27. Iunij. Errores Euſebij congerit *Baron. tom 3. annal. anno Chriſti 324. Poſſevin.* vbi infra, *fol.462.* Mortuus eſt anno Chriſti 396. tempore Damaſi Papæ, ut ait idem *Baron. tom.4. annal. anno 396. nu.* 41. Obſervationes quaſdam, ex Bellarmino, Baronio, & alijs, obſervatas ad intelligentiam Euſebij vide per *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Euſebius Cæſarienſis, fol.* 466. cum quo proſequere. Adde *Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſticis. anno Domini 326. fol.* 56. Planè opera Euſebij Pariſijs ſunt edita anno 1581. apud Michaelem Somnium, & Coloniæ Agrippinæ apud hæredes Arnoldi Birckmani anno 1581.

41 Ibi, Item Oroſium virum eruditiſſimum. Paulus Oroſius presbyter, Hiſpanus genere, vir eloquẽs & hiſtoriarum cognitor, qui adverſum querulos, & infamatores chriſtiani nominis, qui dicunt defectum Romanæ reipub. Chriſti doctrina invectum, libros ſeptem ſcripſit, in quibus penè totius mundi, & temporis calamitates, & miſerias, ac bellorum inquietudines explicuit. Hic eſt Oroſius, qui ab Auguſtino pro diſcenda animi ratione ad Hieronymum miſſus, rediens, reliquias B. Stephani primò martyris. tunc nuper inventas, primus intulit occidenti, Bracharæ noſtræ nimirum, ut palam faciam in hiſtoria mea Bracharenſi, interim conſule fr. Bernard. de Britto loco ſtatim citando. Claruit extremo penè Honorij Imperatoris tempore. Gennadius *in Cathal.* vixit ipſe Oroſius anno 421. ad quem uſque ſuam deduxit hiſtoriam nimirum ad Valliam tertium Regem Gothorum in Hiſpania. De Paulo Oroſio dicemus latius in hiſtoria noſtra Bracharenſi, quod illum Bracharæ natum, certe educatum putemus, interim conſule fratrem *Bernard. de Britto 2. p. monarch. Luſitan. lib. 6. cap.* 27.

42 Quin etiam ſcripſit de libero arbitrio, & Apologeticum adverſus Pelagianos, de q; ratione, ſive origene animæ; ac commentarios in Canticum Canticorum. Extant ij libri ſeptẽ hiſtoriarum recogniti *in Bibl. V.V. P.P. tom.* 7. qui antea, hoc eſt, anno 1526. fuerant excuſſi Coloniæ, apud Eucharium Cervicorum. Cæterum ſcriptor hic acris judicij vir, brevi hiſtoria ingentem rerum ſupellectilem continet; *qui tamen memoria lapſus videtur* (inquit. Baron. Card. tom. 4. annal.) *cum verſus Claudiani de victoria Theodoſij contra Eugenium referens, non videatur conſuliſſe Claudianum qui aliter habet.* Vide *Covar. d. cap. 16. nu.* 11. *Poſſevin. in apparatu ſacro tom.* 3. in verbo, *Paulus Oroſius fol.* 26. Planè Oroſius laboravit adverſus hæreſes Hiſpaniam labefactantes, ut tradit *Baron. tom.* 5. *annal. anno Chriſti* 414. *nu.* 10. & 11. Porro eidem Oroſio Sanctus Auguſtinus iniungit opus, ut ſuam hiſtoriam inſcriberet, ut per eundem *Baron. nu.*14. de quo Oroſio vide etiam *Bellarm. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno* 425. *fol.* 112.

Ibi, Item venerabilis viri Sedulij. 43 Hic eſt C. Cælius Sedulius Scotus presbyter, ſcripſit mirabilium divinorum, ſive operis Paſchalis ad Macedonium Abbatem poematum libros quatuor, eodem item argumento ſoluta oratione libros quinq;, ex vetuſto manuſcripto codice, Petri Pythei ſtudio, & notis Luteri: extant *in tom.* 8. *Bibl. V.V. P.P. Bignæi.* Quin & in eundem Sedulium extabant antea enarrationes Antonij Nebricenſis. Ac de Sedulio quidam ita *Iſidorus in Cathalogo. Sedulius præsbyter edidit tres libros Dactylico, Heroico metro compoſitos; quorum primus ſigna, & virtutes veteris teſtamenti potentiſſimè reſonat, reliqui verò geſtorum Chriſti Sacramenta, & miracula intonant.* Vide *Gregor. Gyraldum de vitis Poetarum. Covar. d. nu.* 11. *ad med. Poſſevin. in apparatu ſacro,* verbo, *Sedulius, tom.* 3. *fol.* 201. *Bellarm. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno Domini* 430. *fol.*112. At opus Paſchale extat impreſſum Hiſpali per Meynardum Alemanum, anno 1494. cum epiſtola fratris Adolfi Ordinis Prædicatorum, ad Franciſcum Guſtin archipresbyterum Salmant.

Ibi, Item Iuvenci. 44 Fuit Iuvencus presbyter, poeta chriſtianus natione Hiſpanus, quatuor libros de hiſtoria Evangelica carmine conſcripſit; quo de viro ſic varijs in locis ait *Hieronymus de viris illuſtr. Iuvencus nobiliſſimi generis Hiſpanus præſbyter quatuor Evangelia hexametris verſibus ad verbũ, pene transferens, quatuor libros compoſuit; & nonnulla eodem metro ad ſacramentorum ordinem pertinentia. Floruit ſub Conſtantino Principe*, & in epiſtola ad Magnum urbis Oratorem. *Iuvencus*, inquit, *preſbyter, ſub Conſtantino hiſtoriam Domini Salvatoris verſibus explicavit, nec pertimuit Evangelij majeſtatem ſub metri leges mittere.* Item ſuper Matthæum pulcherrimè ait, *munerum Sacramenta Iuvencus presbyter uno verſiculo comprehendit dicens.*

Aurum, tibus, myrrham, Regiq;, hominiq;, Deoq;,
Dona ferunt.

Sic Hieronymus. Quem verò fructum ſperaret ex hoc opere Iuvencus, ijs prologi verſibus docet: quibus ſic inquit.

Quòd ſi tam longam meruerunt carmina famam,
Quæ veterum geſtis hominum mendacia nectunt
Nobis certa fides æterna in ſæcula laudis
Immortale decus tribuet, meritumq; rependet.

Claruit anno 330. extat verò *in tom.* 8. *Biblioth. V.V. P.P. edit.* 2. Vide *Covar. d. cap. 16. nu.* 11. ad finem. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 2. *fol.* 319. *Baron. tom.* 3. *annal. anno Chriſti* 337. *nu.* 48. ubi huius textus meminit. *Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno Domini* 330. *fol.* 57.

AD

45 Ad medium textus in §. Cæterum, qui ab hæreticis. Agit Gelaſius in præſenti de libris, qui apocryphi ab Eccleſia dicuntur. Cæterum apocryphorum librorum duo ſunt genera; quædam apocrypha dicuntur, quorum author eſt ignotus, ſed de veritate non dubitatur, de quibus agit *Gloſſa Vlt. in cap. Canones, diſt. 16.* & ibi videbis *nu.* 4. & vide etiam poſita ad hũc textum *nu.* 24. & 25. quædam autem apocrypha dicuntur, quorum author, & veritas ignoratur, de quibus agit Gelaſius in præſenti. Planè ſcriptores magno priſcorum patrum ſtudio, vel notati, vel proſcripti ſunt, ne quis falſa pro veris, incerta pro certis hauriret, atq; in catholicorum damnum abiteretur. Verum de his libris apocryphis aguñt in genere *Covarr. lib. 4. variar. cap. 17. nu. 1. Bellarmin. de Verbo Dei, tom. 1. lib. 1. cap. 20.* per totum. *Gretſerus in defenſione Bellarm. tom. 1. lib. 1. cap. 20. Canus de locis theolog. lib. 11. cap. 6. poſt medium,* verſ. *Tertia regula. Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *apocryphi, fol. 117.* hos etiam libros tanquam apocryphos enumerat *Burchard. in ſuo Decreto, cap. 221. Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 44. nu. 48.*

46 Igitur vox, *apocryphus*, græca eſt, & rem occultam, ac reconditam ſignificat. Porro eccleſiaſtici ſcriptores non ſemper eodem modo hanc vocem uſurpant; interdum enim vocant ſcripturas apocryphas eas, quæ non eſt certum, an ſint Canonicæ, & divinæ; etiamſi ſatis conſtet nullos in eis errores inveniri. Sic Hieronymus in prologo Galeato, vult eos omnes libros, qui non ſunt in Canone, eſſe inter apocryphos numerandos. Interdum autem vocant apocryphos libros, eos, qui errores admixtos habent; ſic utitur hac voce *Origenes homil. 1. in Cantica, Hieronymus in epiſtola ad Letam de inſtitut. filiar. & Auguſtin. lib. 15. de civitate Dei, cap. 23.* quam ſignificationem ſecutus Gelaſius in hoc Decreto de libris eccleſiaſticis, eos libros vocat apocryphos, qui ſunt editi ab authoribus hæreticis, vel certe ſuſpectis, ut ſupra dictum eſt.

47 Ibi, In primis Ariminenſem Synodum. Ariminenſe generale Concilium Epiſcoporum 600. ſub Conſtantio anno 26. ut notat *Hieronym. in Chronico*, reprobatum eſt. Vide *Auguſtin. lib. 3. contra Maximum, cap. 24. Hieronymum contra Lucifer ianos, Ambroſium epiſtola 32. Ruffinum lib. 10. cap. 21. Socratem lib. 2. cap. 29. Baſilium epiſtola 52. ad Athanaſium.* Hoc autem Concilium, licet habuerit 600. Epiſcopos, partim Græcos, partim Latinos, tamen quia Romanus Epiſcopus, hoc eſt, Summus Pontifex diſſenſit, ſemper habitum eſt erroneum. Vide *Covarr. d. cap. 17. nu. 2.* in principio. *Bellarm. 1. tom. lib. 2. de Chriſto, cap. 28.* verſ. *Nam Concilium. Baron. tom. 4. annal. anno 365. nu. 13. Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Ariminenſe, fol. 126.* Adde ipſum *Bellarm. lib. 1. de Romano Pontif. cap. 8.* verſ. *At Concilium,* & *lib. 1. de Concilijs, cap. 6.* verſ. *Tertium generale.* Fuit autem Concilium Ariminenſe irritatum à Damaſo Pontifice; de qua re vide epiſtolam Damaſi ad Epiſcopos Myrici. *Bellarm. d. lib. 1. de Concilijs, cap. 1.* verſ. *Idem ad teſtimonium.*

Sed *Card. Baron. tom. 3. annal.* ait Concilium 48
Ariminenſe fuiſſe celebratũ anno Chriſti 359. Conſtantij Imperatoris 23. & Liberij Papę anno 8. apud Ariminum Italiæ urbem, idque Tauro Imperatoris præfecto, ita habet d. anno 359. *nu.* 1. & 2. Quod verò ad numerum Epiſcoporum ſpectat, idem Barõn. varie *nu.* 3. concordat autem partem Epiſcoporum ex Arianis fuiſſe, illorum q; principes Vrſacium, Valentẽ, Auxentium, Demophilum, & Caium; partim ex catholicis, quorũ caput erat Vincentius Epiſcopus Capuanus. & *nu.* 5. agit deactis Synodi Ariminenſis, & *nu.* 14. refertur ſententia Synodi, & *nu.* 16. definitio catholicorum Concilij Ariminenſis, & *nu.* 17. ſententia Synodi in Valentem, & ſocios hæreticos, & *nu.* 37. lapſus Epiſcoporum in Concilio Ariminenſi. Verum in quibus dicta Synodus Ariminenſis dicenda ſit catholica, aut reprobata; vide per eundem *nu.* 49. & ſeqq. quem omnino videbis.

Sancta Romana Eccleſia, ſpiritu Sancto 49
ducente, tantum Actus Apoſtolorum à Divo Luca ſcriptos approbavit, reliquos apocryphos eſſe decrevit. De his autem eſt videndus *Leo Papa epiſt. 93. cap. 15.* ubi ſcribens ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem, hæc ait. *Apocryphæ autem ſcripturæ; quæ ſub nominibus Apoſtolorum multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicenda, ſed etiam penitus auferenda ſunt, atq; ignibus cõcremandæ; quanvis ſint in illis quædam, quæ videantur habere ſpeciem pietatis, nunquam tamen vacua ſunt venenis; & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione ſeductos laqueis cuiuscumque erroris involuant.* Hæc Sanctus Leo, quem refert *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 44. n. 49.*

Ibi, Item itinerarij nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. 8. Hic liber apocryphus eſt, & ſanè præter authoritatem Gelaſij extat authoritas *Euſebij lib. 3. de eccleſiaſt. hiſt. cap. 37.* de Clementis Papæ operibus, nec ulla ibi fit huius operis mentio, imò Euſebius apertiſſimè fatetur, & ſentit Hieronymus, aliquot libros vulgo legi huius authoris titulo, qui falſò illi fuerint ſuppoſiti. Quanvis ea opera, quæ Clementina dicuntur, exiſtimet *Nicephorus lib. 3. cap. 18.* Divi Clementis eſſe, ab eoq; ſcripta fuiſſe; ſed refra- 50

gatur

gatur Gelaſius ſaltem quoad itinerarium, & in ſpecie tale itinerarium Athanaſius in ſynopſi, & Leo Papa in epiſtola contra Nicetem, ſcriptis apocryphis annumerant. Hoc tamen opus Tritemius partitur in libros 10. quorum initium eſt. *Cum in urbe Roma*, & à capite uſq; ad calcem libri, nihil feré aliud enarratur, quam Petri, & Clementis peregrinatio ex Italia in Paleſtinam, & ex Palæſtina uſq; Antiochiam. Sané hoc opus aliquot ante annos ſanctæ Romanæ Inquiſitionis officium in indice damnatorum ab Eccleſia librorum adſcribi iuſſit. Vide *Covar. d. cap. 17. nu. 2. ad med. Poſſevin. in apparatu ſacro tom. 1.* in verbo *Clemens. 1.* verſ. *Cæterum Clementis fol. 335.* Adde poſita *cap. Sextam* infra *diſt. 16. nu. 2.*

51 **Ibi, Actus nomine Andreæ.** Andreæ Apoſtoli acta Nexocharidas, & Leonidas Philoſophi ſunt ementiti. Innocentius in epiſtola ad Exuperium, & Gelaſius Papa in præſenti reprobavit. Philaſtrius etiam in Cathalogo hæreſeon *cap.* 48. & Auguſtinus in lib. de fide contra Manichæos, figmenta fuiſſe Manichæorum ſcribunt id quod ſatis monſtratur ex eo, quod ſcribit *Euſebius Cæſarienſis in 8. Eccleſiaſt. hiſtoria lib. cap.* 15. vide *Covar. d. cap. 17. nu. 3. Poſſevin. in apparatu ſacro tom. 1.* verbo, *Andreas Apoſtolus, fol.* 81. *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 34. *nu.* 235.

52 **Ibi, Actus nomine Phelippi Apoſtoli.** Phelippi Apoſtoli nomine confictum fuit à Gnoſticis hæreticis Evangelium, de quo Epiphanius in primo Panarij, & Gelaſius in præſenti, actus Phelippi refert in Cathalog. apocryphorum. Vide *Covar. d. nu. 3. Poſſevin. in apparatu ſacro tom. 3.* verbo, *Phelippus Apoſtolus. fol. 76. Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 34. *nu.* 235.

53 **Ibi, Actus nomine Thomæ Apoſtoli.** Thomæ Apoſtoli nomine confictum Evangelium ab hæreticis, & librum alterum, qui inſcribebatur Actus Thomæ, inter damnatas ſcripturas reiecerunt *Innocentius I. in epiſtola ad Exuperium. Auguſtin. lib. 1. de ſermone Domini in monte, & in libro contra Adimantum, & lib. 22. contra Fauſtum, Epiphan. lib. 2. Panarij, Athanaſius in Synopſi, Gelaſius in præſenti.* vide *Covar. d. nu. 3. Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 3.* verbo *Thomas Apoſtolus fol. 295. Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 34. *nu.* 235. & vide infra *nu.* 76.

In verſiculo ſequentibus.

54 Proſequitur Gelaſius nomina librorum apocryphorum, qui falſo Apoſtolis tribuebantur. At non tantum ut vidimus, Apoſtolorum nomine aſpidum ova (quod aiunt) fovēda ſuppoſuerunt; ſed etiam Chriſti Redemptoris noſtri nomine, librum de Magia ad Petrum, & Paulum Apoſtolos ſcriptum fuiſſe, quidam ſive hæretici, ſive gentiles, horrendè, plane, ac nefariè mentiti ſunt; quos *Auguſtinus* turpiſſimi, ac patētiſſimi mendacij arguit, *de conſenſ. Evang. lib. 1. cap. 9.* & 10. cuius verba refert *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 50. quem vide.

55 **Ibi Evangelium nomine Thadæi.** Thadæi Apoſtoli nomine confictum Evangelium in præſenti reprobatur, cuius meminit *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 3.* verbo, *Thadæus, fol.* 268. Nec etiam improbi hæretici pepercerunt Thadæo, cuiusquoq; nomine hoc pſeudoevangelium promulgarunt, de quo videbis *Baron. 1. tom. annal. anno Chriſti* 44. *num.* 48.

56 **Ibi, Evangelium Thomæ.** Sub titulo Thomæ Apoſtoli fuit à Manichæis ſcriptum Evangelium, quod hic reſpuit Gelaſius, de quo vide poſita ſupra *nu.* 53. adde *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 48. *Covar. lib. 4. var. cap. 16. nu.* 3. ad fin. Manichæos autem uſos fuiſſe Evangelio Thomæ Apoſtoli, tradit *D. Auguſtin. in ſermone* 22. *de Verbis Domini*, imò, *Cyrillus Hieroſolymitanus Cathechеſi 6.* ſcribit, hoc Evangelium à Thoma quodam Manetis diſcipulo deſcriptum.

57 **Ibi, Evangelium nomine Barnabæ.** Inſcribitur Barnabæ ſpurium, à ſpurijs, & obſcœnis, eisq; hæreticis evāgelium; quod una cum eo pſeudoevangelio, quo Valentiniani hæretici, & Sabelliani uſi ſunt, quod dicebatur Ægiptiorum, nomine Marci confictum, deteſtatur noſter Gelaſius. Fuit Barnabas Cyprius unus è ſeptuaginta diſcipulis, ut *Euſebius lib. 2. cap. 1. Epiphanius lib. 1. cap.* 22. ſatis indicarunt, à Gamiele una cum Saulo, & Stephano litteris imbutus; tranſtuliſſe dicitur ex Hebræo in Græcum Matthæi Evangelium, ut refert *Theodorus lector in l. 2. Collectaneorum*, vide *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 48. & *anno* 51. *num.* 51. quem legito. Adde *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Barnabas Cyprius. fol.* 181.

58 **Ibi, Evangelium nomine Bartholomæi.** Bartholomæi Apoſtoli nomine, hæretici evangelicam confixerunt hiſtoriam; quam æquè cum cæteris, Gelaſius reijcit. Planè licèt non ſcripſiſſet Evangeliū, tamen ſcriptum a Matthæo ſecum detuliſſe ad Indos profecturus, atq; illis reliquiſſe, ſcribitur ab *Euſebio lib. 5. cap.* 10. & *Hieronymo de ſcriptor. eccleſiaſticis*, vide *Baron tom. 1. annal.*

annal. d. anno 44. *nu.* 48. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Bartholomæus. fol.* 182.

59 Ibi, Evangelium nomine Andreæ. Vide poſita ſupra *nu.* 51. & *Euſebium in hiſtoria lib.* 3. *cap.* 19. Andreæ Apoſtoli nomine conſtat fuiſſe editum Evangeliũ, quod Gelaſius damnat. *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 48. Fuit Andreas diſcipulus ille, qui primus venit obviam Ieſu, quàm Petrus, tradit idem *Baron. anno Chriſti* 31. *nu.* 23. & cœlibem vitam duxit, ſeniorq; erat Petro, ut per eundem *nu.* 24. De tempore eius martyrij, vide eundem *anno.* 69. *nu.* 34.

60 Ibi, Evangelia, quæ falſavit Lucianus. Quis fuerit iſte Lucianus dubium eſt, ſed cum hîc agatur de re hæreticis admodum cõvenienti, probabile eſt hunc Lucianum fuiſſe ex ſorore nepotem Eunomij hæretici, & Epiſcopum Conſtantinopolitanũ, qui ſub Arcadio, & Honorio in Epiſcopatu Eudoxio ſucceſſit, quiq; hæreticus fuit, quemadmodum ſcribit *Nicephorus lib.* 3. *cap.* 1. ita *Covar. lib.* 4. *variar. d. cap.* 17. *nu.* 3. poſt medium. Quidam Lucianus multa ſcripſit adverſus chriſtianorum religionem; de eo Suidas ſic ait. *Lucianus Samoſatenus cognomento blaſphemus, ſive maledicus, atq; inauſpicatus, ac potius impius, quòd in dialogis divina oracula pro ridiculis induxit, fertur ſub Trajano & ante eum fuiſſe, initio concionator Antiochiæ fuit, quæ res cum ei male ceſſiſſet, ſe adſcribendum contulit, ſcripſitq; infinita; interemptus fertur à canibus cùm rabiem ſuam contrà veritatem exercuiſſet*: hæc Suidas, quem refert *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 171. *nu.* 7. Fuit & alter Lucianus, qui cum vidiſſet ſacros libros eſſe valde adulteratos, omnes rurſus ſũpſit, & ex lingua renovavit Hebraica, in eis corrigendis plurimum laboris conferens, de quo agit *Baron. tom.* 3. *anna.. anno Chriſti* 331. *nu.* 10.

61 Ibi, Evangelia, quæ falſavit Hircius. Apud *Burchard. in ſuo Decreto, lib.* 3. *cap.* 221. legitur *Iſicius.* apud *Gelaſium tom.* 1. *Concil. fol.* 993. ex officina Ioannis Quintel, anno Domini 1551. Coloniæ Agrippinæ legitur *Eſitius*, ſive *Heſychius.* Quis autem fuerit iſte homo impius, mihi eſt incognitum, cum neq; antiquiores, neq; recentiores de eo mentionem faciant. At cuiuſdam Heſychij, ſeu Iſichij Hieroſolymitãni presbyteri, ac deinde Patriarchæ, meminit *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 2. *fol.* 27. ſed hic vir fuit prudens, & litteratus, & commentarium ſcripſit in Leviticum. Fuit & alter Heſychius presbyter Conſtantinopolitanus, qui ſermonem ſcripſit in ſerpentem æneum.

62 Ibi, Liber de infantia Salvatoris. Chriſtum in pueritia nullum feciſſe miraculũ, tenet *D. Thom.* 3. *p. q.* 43. *art.* 3. Vnde miracula, quæ circumferuntur, & referuntur in *dict. lib.* tanquam apocrypha hîc reijciuntur. Proſequitur *Lindan. lib.* 4. *cap.* 100. & *lib.* 5. *cap.* 6. & poſt *Irenæum lib.* 1. *contra hæreſes, cap.* 17. & alios ſanctos Patres tradit *Suar. de vita Chriſti, diſp.* 17. *ſect.* 3. ante finem, verſ. *Quinto*, & *Vltimo*, ubi huius textus meminit *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 2. verbo, *Ieſus Chriſtus, fol.* 94. *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 1. *nu.* 46. ad fin. & *anno Chriſti* 12. *nu.* 6. Porrò Matthæi nomine editus erat hic liber, qui à Valentinianis hæreticis putatur fuiſſe conſcriptus, ut per eundem *Baron. anno Chriſti* 44. *nn.* 48.

63 Ibi, Liber de Nativitate Salvatoris. Qui tanquam apocryphus à Gelaſio reprobatur. *Poſſevin. in apparatu ſacro*, verbo, *Ieſus Chriſtus, tom.* 2. *fol.* 94. At de vera Salvatoris Nativitate, vide *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 1. *nu.* 2. & ſeqq. *Suar. de vita Chriſti, diſp.* 13. *ſect.* 1. & *ſect.* 2. ubi latiſſimè probat Salvatoris Nativitatem abſq; dolore Matris, & ſordibus puerperij perfectam fuiſſe; & quo tempore acciderit Nativitas Salvatoris, vide p eundem *ſect.* 4.

64 In eodem verſ. ibi, Et de Sancta Maria. Olim Gnoſtici protentoſum librum confinxerunt de ſtirpe Mariæ, in quos acerrimè invehitur *Epiphan. hæreſi* 26. de quo vide *Baron. in apparatu, ad tom.* 1. *annal. nu.* 35. & *nu.* 39. ubi improbat fabulam ex eodem lib. petitam, quòd hic liber de ortu Mariæ falſò tribuatur ab hæreticis Matthæo Apoſtolo, vide *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 2. verbo, *Maria*, verſ. *Librum autem, fol.* 392.

65 In eodem verſ. Et Obſtetrice. Hoc commentum ſcripſit Theodoſius Iudæorum princeps, temporibus Iuſtiniani Imperatoris, at non fuit novum inventum prædicti Theodoſij, quod ſcribit de obſtetrice Deiparæ Virginis exploratrice. Nam *Clemens Alexandrinus ſeptimo Strõmatum.* teſtatur hæc eadem à quibuſdam ſuo tempore iactari, ſed hæc ex apocryphorum inſomnijs. Vide *Baron. in apparatu ad tom.* 1. *annal. nu.* 36. ad fin,

66 Ibi, Item liber, qui appellatur Paſtoris. De quo *Covar.* 4, *variar. cap.* 17. *nu.* 3. ante finem, *Bellarm. de Verbo Dei lib.* 1. *cap.* 20. verſ. *Nec minus, Medinâ de recta fide in Deum, lib.* 6. *cap.* 17. Revelatio tamen facta Hermæ, de celebrando Paſchate in Dominico approbatur à *Pio* I. *in cap. Noſſe, de conſecrat. diſt.* 3. quæ tamen in eo libro Paſtoris continetur, & vide *Euſebium, lib.* 3. *de hiſtoria eccleſiaſtica, cap.* 23. & *Nicephor. lib.* 2. *cap. Vlt.* Perperam hunc librum divinitus inſpiratũ eſſe putavit *Origenes*

lib.

lib. 1. in epist. ad Romanes, unde testimonia proferunt *Tertullian. lib. de oratione Irenæus lib. 4. cap. 34. Cassian. collat. 13. cap. 12.* utilis tamen à Patribus antiquis fuit iudicatus, ut ex Hieronymo, Russino, & alijs tradit *Possevin. in apparatu sacro, tom. 3.* verbo, *Pastoris fol. 9.* Vixit autem Hermas temporibus Apostolorum, de cuius vita, & operibus vide late eundem *Possevin. tom 2.* verbo, *Hermas fol. 24.*

67 Ibi, Libri omnes; quos fecit Lentitius. Apud Burchardum legitur *Leucius*, apud Gelasium 1. Conciliorum tomo *Lucius*, qui fortassis est Lucius ille Arianus Alexandriæ Episcopus. Athanasio refragante electus, cuius ecclesiastici historici meminère. Quòd si quis legerit *Leucius* non contendam cum eo. Nam et huius hæretici meminit *D. Augustinus in lib. de fide contra Manichæos cap. 4.* & *38. Leucius* etiam legit *Baron. tom. 1. annal. anno Christ. 44. num. 43.* ubi refert verba nostri textus.

68 Ibi, Liber qui appellatur fundamentum. Nemo potest aliud ponere fundamentum præter id, quod positum est, quod est Christus: neque conuellet quod ipse firmavit; unde meritò Gelasius in præsenti reprobat librum, qui comprobabat aliud fundamentum. vide *Baron. 1. tom. annal. anno Christi 33. nu. 20.* Plane de hoc libro, qui incipit: *Manichæus Apostolus Iesu Christi*, latissimè agit *D. August. in lib.* contra epistolam Manichei, quam vocant *fundamenti cap. 5.* cum seqq. extat 6. tom. ipsius operum. At nostris temporibus in monte Granatensi repertus fuit liber, qui inscribebatur *fundamentum fidei*, quem nonnulli ex nostro textu reprobare intendebãt, sed eum late defendit *Gregorius Lopez. Madeira in discursu Montis sancti Granatæ. cap. 38. fol. 154. §. El segundo punto.*

69 Ibi, Liber qui appellatur Thesaurus. Inter recentiores authores nullum hactenus inveni, qui huius libri, aut eius authoris mentionem fecerit. Attamen *D. Augustinus* illius meminit, affirmãs Manichæum fuisse, et ipsummet authorem, qui librum composuit, & dicitur *fundamentum*, de quo supra *nu. 68.* ita asserit in libro de fide cõtra Manichæos *tom. 6.* ipsius *oper. cap. 5.* ibi, *Nam sic in 2. Thesauri libro dicit*; & ibi, *item in epistola fundamenti*, & affirmat *Gregorius Lopez. Madeira in discursu montis sancti Granatensis*, utriusq; libri authorem fuisse Hæresiarcham Manem. At *D. Cyrillus Alexandrinus* librum scripsit, quem etiam Thesaurum appellavit. vide *Madeira ubi supra cap. 38. fol. 153. §. El segundo.*

70 Ibi, Liber qui appellatur de filiabus Adæ, vel Geneseos. Ita enim legitur apud Gratianum, & in I. Conciliorum tomo; apud Burchardum verò falsò, & corruptè legitur, de filiabus Adelgenesis. Fortassis hic liber est illa parva Genesis, quæ citatur à Ioanne Zonara in I. annal. tomo, ubi scribit hoc opus non esse à divinis Patribus inter approbata relatum. Planè Augustinus contra Faustum testatur Manichæos authores huius libri fuisse, uti per *Possevin. tom. 1. annal.* in verbo, *Adam, fol. 14. Covar. d. lib. 4. variar. d. cap. 17. nu 4.* in principio.

71 Ibi, Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatum versibus. Centimetrum verò hoc in loco non intelligitur poema centum compositum carminibus, sed ex multis, alienisq; hinc inde compositum versibus, & in unum coagmentatum, & confectum: quod centonem appellamus, à veste vili, & rustica varijs, & versicoloribus segmentis filisve consuta. Proba Falconia, Adelphi Romani proconsulis uxor, rari, & elegantis ingenij, Græcè, & Latinè ad summum erudita, prima omnium excogitavit ex versibus Virgilij, varios utriusq; testamenti locos metricè describere. Vixit sub Honorio, & Theodosio Iuniore, circa annum Domini 430. ut habet *Sixtus Senensis, lib. 4. Biblioth.* habetur hoc opus *tom. 8. Biblioth. V. V. Patrum, fol. 225.* At Eudoxia uxor Theodosij Iunioris, centonem ex Homeri carminibus de Christo confecit, authoribus *Tritemio de scriptoribus eccles. & Gregor. Gyraldo de poetis, dialogo 5.* & *Ioanne Zonara*, qui in Theodosio Iuniore scribit, hoc opus à Patricio quodam imperfectum, & indigestum relictum fuisse, & tandem Eudoxiam Imperatricem illud absolvisse, habetur etiam *tom. 8. Biblioth. V. V. P. P. fol. 237.* Obijt Eudoxia anno Dñi 460. imperante Marciano. Vtrumq; poema vulgò circumfertur Græcè, & Latinè, legiturq; privatim, quanvis latinum à Gelasio inter apocrypha referatur. Huiusmodi poema nonadmodum probare videtur Tertullianus, illudq; apertè improbat D. Hieronymus. Vide latè *Covar. d. cap. 17. nu. 4.* post principium. Verum hos Virgilij centones recognitos, & purgatos edidit Bernardus Gualtherus Coloniæ Agrippinæ anno 1601.

72 Ibi, Actus Thecle, & Pauli Apostoli. Acta quædam Thecle nomine, & Pauli ab Asiano presbytero quodam (ut author est Tertullianus de baptismo cap. 17.) conflat fuisse conficta, & sua ipsius confessione falsa omnino probata, atq; cõvicta.

Hiero-

Hieronymus idem aſſerit *de ſcriptor. eccleſiaſt. in Luc. cap* 7. reprobans actus Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam. Hos ſecutus Gelaſius *Acta* Theclæ, & Pauli inter apocryipha jure recenſuit. Fuit autem Thecla Protomartyr, & prima omnium fœminarũ, quæ pro Chriſti nomine, in certaminis campum fide roborata deſcendit, triumphũq; revexit, unam ſi excipias virginem regis filiam, quæ ſimul cum B. Petro martyre Bracharenſium Epiſcopo, & Hiſpanarum Primate, apud oppidum Rates, pro tutanda virginitate, poſſa eſt, de qua ego in hiſtoria mea Bracharenſi. Plura de actis germanis Theclæ, & quomodo Thecla ſponſum ſuum Thamirim relinquẽs, adhæſit Chriſto, & à ſpõſo accuſata damnata fuit, vide latiſſimè p *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 47. *nu.* 2. & ſeqq. Planè Baſilius Epiſcopus Seleuciæ in Iſauria duos libros Græce edidit de vita, ac miraculis D. Theclæ, quos Petrus Pantinus Tiletanus decanus Bruxellenſis è tenebris primum eruit, & latinè vertit, notisq; illuſtravit, editi fuerunt Antuerpiæ ex officina Plantiniana, apud Ioann. Moretum anno 1608.

73 Ibi, Liber, qui appellatur Nepotis. Fuit enim olim Nepos quidã apud Ægyptios Epiſcopus, à quo dicti Nepotjani hæretici, qui librum eiuſdem Nepotis proferẽtes, eius authoritate oſtendere, ac probare nitebantur, regnum Chriſti in terris de futurum, deſignatam quandam mille annorum vitam referentes. Quem equidem librum, & judaicam authoris opinionem, duobus de promiſſionibus libris compoſitis, Dionyſius Alexandrin. Epiſcopus evertit, ſicuti ſcripſere *Euſebius lib.* 7. *Eccleſiaſt. hiſt. cap.* 23. & 24. & *Nicephorus lib.* 6. *cap.* 12. Vixerat autem Nepos ſub Galieno Imperatore anno 270. Vide *Covar. d. cap.* 17. *nu.* 4. ad fin. *Poſſevin. in apparatu ſacro tom.* 2. verbo, *Nepos fol.* 456. qui ait fuiſſe Nepotem virum planè bonũ, & eruditum, ſed Chiliaſtarum errore deceptũ.

74 Ibi, liber proverbiorum ab hęreticis conſcriptus, & nomine ſãcti Sixti ſignatus. Sixto Papæ, & Martyri hic liber falſó aſcriptus eſt, dequo *Divus Hieronymus in Ierem cap.* 22. exclamans ait: *Miſerabilis Grunnius, qui ad calumniandos ſanctos viros, apervit os ſuum, linguamq; ſuam docuit mendacium, Sixti Pythagorei hominis gentiliſſimi unum librum interpretatus eſt in latinum, diviſitq; eum in duo volumina, & ſub nomine Sancti martyris Xyſti urbis Romanæ Epiſcopi auſus eſt edere, qui per multas provincias legitur, maxime ab his, qui impeccantiam prædicant.* Hæc Hieronymus. Vide *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 142. *nu.* 5. *Bellarmin. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno Domini* 254. *fol.* 48. Fuit Sixtus nomine ſecundus.

Ibi, Revelatio, quæ appellatur Pauli. 75 Cum enim Paulus ſcribens ad *Corinth.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. teſtatus ſit ſe à Deo revelationem accepiſſe, & ad *Galatas* 2. *n.* 2. etiam ſuam citet revelationem; eius nomine revelationes ſunt editæ; quiquidem cõmentarius rurſus quaſi è terra revulſus, Theodoſij Imperatoris temporibus apparuit, ut tradit *Sozomenus lib.* 7. *cap.* 19. Sed quòd fabulas contineret hereticorum, eſt rurſum oblivione ſepultus: Vide *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 47 ubi etiam refert omnia ſcripta, quę falſó Paulo ſũt attributa. Adde *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 3. verbo, *Paulus*, verſ. *Qua tamen, fol.* 21. qui uterq; noſtrũ textũ refert *Covar. d. cap.* 17. *nu.* 4. in fine, qui apud Paleſtinos ſemel quotannis in Eccleſijs in die Paraſceves legi hanc revelationẽ fuiſſe ſolitam.

Ibi, Revelatio, quæ appellatur Thomæ. 76 Præter Apocalypſim Ioann. Apoſtoli, & Evangeliſtæ, nullam aliam revelationem Eccleſia recepit, quanvis olim nomine Apoſtolorum plures fuerint vulgo editæ. Nam inter illegitima, & adulterina ſcripta referunt eadem *Euſebius lib.* 3. *cap.* 25. & *Nicephorus lib.* 2. *cap. Vlt.* Vide *Covar. d. cap.* 17. *nu.* 4. in fine, & poſita ſupra *nu.* 49. & 53. & huius revelationis Thomæ meminit *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 48.

Ibi, Revelatio, quæ appellatur Stephani. 77 Revelationem Stephani Protomartyris, qui unus fuit è ſeptem Apoſtolorum diaconis, confictam ab hæreticis Manichæi (ut Serapion eſt teſtis) in pretio habuerunt, hanc Gelaſius Papa ſub anathematis in terminatione chriſtianis interdixit; meminerunt dę hac revelatione apocrypha *Poſſevin in apparatu ſacro, tom.* 3. verbo, *Stephani, fol.* 252. *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 48. in fin. qui ait, Valentinianos, & Sabellianos hæreticos hanc revelationem edidiſſe.

Ibi, Liber, qui appellatur tranſitus B. Mariæ. 78 Liber de tranſitu, hoc eſt, Aſsũptione Sanctæ Mariæ Virginis, ab Hieronymo, ſeu potius Hieronymi comite Sophronio in ſermone de Aſſumptione Virginis, reprobatur ut apocryphus; quod & *Auguſtinus ſermone* 35. *de Sanctis*, fecit Tritemius verò licèt in Cathalogo numeret hunc librum inter opera Melitonis Sardenſis Epiſcopi; Hieronymus tamen inter Melitonis ſcripta non poſuit. Improbavit verò hunc librũ ſub nomine Melitonis editum, Beda in retractationibus exponens illud. *Act.* 8. *nu.* 1. *Omnes diſperſi erant per regiones Iudeæ, & Samariæ.* Cum ille liber multa habeat fatua, delira, atq; tãto viro indigniſſima.

Cæterum Vſuardus, & Ado in ſuis Martyrologijs 15. Auguſti, putantes ſcriptionem illam 79

de tranſitu B. Mariæ Hieronymi eſſe germanã, quaſi ex ſententia Eccleſiæ,hæc in hunc modũ deſcripta poſuerunt Octavo Kal. Septembris. *Dormitio Sanctæ Deigenitricis Mariæ, cuius ſacratiſſimũ corpus etſi non inveniatur ſuper terram, tamen pia mater Eccleſia eius venerabilem memoriam ſic feſtivã agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus Sancti templum nutu,& conſilio divino collocatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam quid frivolum, & apocryphum inde tenendo, docere.* Hæc ipſi, ſed dum ſe apocrypha vitare putant, in deterius lapſi ſunt. Nam Eccleſia cum agit dè obitu Sanctiſſimæ Deigenitricis, Aſſumptionem appellat, quoniã non ſolius animæ ſolum tranſitum, ſed et corporis ſimul evectionem voluit ſignificare. Sed quæres qua certitudine hęc veritas tenenda ſit? *Abulenſ. Matth. 22. q. 230.* verſ. *Ad ſecundum*, ſolum dicit eſſe rationabiliorem opinionem. *Caiet.* autem *opuſcul. de concept.* dicit eſſe piam ſententiam, & fere idem docet *Sot. in 4. diſt. 43. q. 2. art. 1.* verſ. *De ſacratiſſima. Canus*, verò, *lib. 12. de locis Theolog. cap. 11.* addit eſſe petulantem temeritatem hoc negare, quem ſequutus eſt *Corduba lib. 1. quæſtionum theolog. q. 17. §. 1.* in fine. *Catharinus* autem *lib. 4.* contra Caiet.& in opuſculo de conceptione contendit eſſe de fide, ſed re verã non eſt, quia neq; ab Eccleſia eſt definita,neq; eſt teſtimonium ſcripturæ, aut ſufficiens traditio, quæ infallibilem faciat fidem. Eſt tamen iam nunc tam recepta ſententia, ut à nullo pio, & catholico poſſit in dubium revocari, aut ſine temeritate negari. Ita *Suar. de vita Chriſti, diſp. 21. ſect. 2. col. 4.* verſ. *Sed quares.* Cæterũ de feſtivitate hac Aſſumptionis B. Mariæ,& eius inſtitutione videbis *Ioan. Andr. in cap. Licet de fer. Azor tom. 1. lib. 1. cap. 20. q. 1. Felinc. tom. 2. tract. 17. cap. 4. n. 57.* & 58. adi poſita ad *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.*

80 Ibi, Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ. Adam primus homo Dei manu formatus ad imaginem,& ſimilitudinem opificis effectus,& habitatione Paradiſi honoratus,iure primus ſapiens appellatur,omniumq; gratiarum plenus. Cuius confictam olim à Gnoſticis hæreticis revelationem, aut pœnitẽtiam Epiphanius in primo Panarij dicit, & reijcit, ut teſtatur *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Adam*, ad finem, *fol. 14.* Adæ item falſò aſcriptus fuit liber Chryſopœia, quam vulgo vocant Alchimiam; de quo videbis *Martin del Rio diſp. Magicar. libr. cap 5. q. 1. ſect. 1.* verſ. *De ſola*; ſed hæc omnia pro impoſturis habenda ſunt, & otioſorum hominũ ſomnijs.

81 Ibi, Liber, qui appellatur nomine Ogię Gygantis. Olim perperam legebatur nomine *Diogenis*; qui Ogias poſt diluvium cum dracone ab hæreticis pugnaſſe dicebatur. Erat hic liber ſcriptus Og Regis Baſam, cuius Moyſes meminit *Num. 32. nu. 33.* & *Deut. cap. 1. nu. 4.* & *cap. 3. nu. 2.* & ſeqq. & *David Pſalm. 134. nu. 11.* & 135. *nu. 20.* ut *Covar.* ſuſpicabatur *d. cap. 17. nu. 5.* ad fin. & firmavit *Poſſevin. in apparatu ſacro tom. 2.* verbo, *Og, fol. 511.*

Ibi,Liber, qui appellatur teſtamentum Iacob. 82 Iacobi Patriarchæ teſtamentum à Gelaſio inter apocrypha numeratur. Porro expoſitionẽ, quam Ebionitæ hæretici ſub nomine Iacob emiſerant, quæ ſcala inſcribebatur, de qua *Gen. 28.* fuit illorum cõmentum. Vide *Epiphanium 1. lib. Panarij*, in confutatione Ebionitarum;quem refert *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 2.* verbo, *Iacobi, fol. 69.* apud *Burchard.* legitur *Teſtamentum Iacob*, & ita etiam legit *Covar. d. nu. 5.* ad fin.

Ibi, Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis. 83 Dè Origene, & eius libris,vide quę ſupra notavimus *nu. 36.* & 37. Cæterum de libro qui Lamentationes,ſeu pœnitentia Origenis inſcribitur, & velut adulterinus à Gelaſio reſpuitur, verba refert *Epiphanius hæreſi 64. Tu neſti Domine, quia invitus cecidi, volens alios illuminare me ipſum obſcuravi, nitens alios de morte ad vitã reducere,me ipſum ad mortem perduxi; volens alios repræſentare Deo, me ipſum à Deo ſeparavi; volens pro pietate inveniri, contra pietatem inventus ſum; procedens enim contra iniquorũ congregationes,& arguens, ibi peſſimum diaboli errorem inveni; neſciens certantium varias inſidias, ad Dei eos cognitionem provocabam. Igitur poſt multas ſeductationes promiſerunt mihi aſſutias infelici: poſtquam verò profectus ſum ab eis, diabolus eadem nocte transformatus in angelum lucis aſſerebat mihi. Diluculo exurgens perge, & perſuade eis, & adduc eos Deo, ſi tibi verbum propoſituri ſunt: quòd ſi aſſenſerint, ſine ulla intermiſſione facito nihil dubitans propter multorum ſalutem.* Hæc & alia Origenes amariſſime lugens, ſi tamen eius lamentationes; aut pœnitentiam eſſe dixerimus; videbis *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti 253. num. 118*, & ſeqq.

Ibi, Liber, qui apellatur pœnitentia S. Cypriani. 84 Nonnulla Cypriani *Auguſt. lib. 5. contra Donatiſtas*, refellit, & in *epiſt. 48.* ad Vincentiũ, aſſerit non eſſe forſan Cypriani; quare Gelaſius in præſenti meritò pœnitentiam Cypriani apocrypham eſſe cenſuit. Vide *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo,*Cyprianus*, verſ. *Sane verò, fol. 361.* & quæ ſupra notavimus *nu. 5.* & de hoc libro *Pœnitentia Cypriani* meminit *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti 261. nu. 46.*

Ibi, Liber, qui appellatur pœnitentia Iannis, & Mambre. 85 Iannis, & Mambres reſtiterunt Moyſi, quemadmodũ, &

& impij, ac proterui resistũt veritati, teste *Paulo 2. ad Timotheum cap. 3. nu. 8.* quo in loco *Chrysostomus* scribit hos fuisse magos Pharaonis, qui resistentes Moysi, & veritati, signa in Ægypto fecisse leguntur *Exodi cap. 7.* Quanvis eorum nomina in veteri testamento nusquam reperiãtur; sed illa Pauli spiritus didicerat. Horum meminere *Numenius Pythagoricus lib. 3.* & *Eusebius de præparat. Evangelica, lib. 9. cap. 3.* meminit etiam huius libri, qui dicitur Iannis, & Mambres, *Origenes tract. 35. in Matthæum*, meminit et horum magorũm Pharaonis *Georgius Cerdenus in annal. epitome*, & *D. Augustin. epist. 119. ad Ianuarium.* Vide *Covar. lib. 4. var. d. cap. 17. nu. 5.* ad fin. Atq; *B. Ambrosius in 1. Corinth. 15.* hunc librũ tanquam apocryphum rejecit, ut tradit *Possevin. in apparatu sacro, tom. 2.* verbo, *Ioannes, fol. 89.*

86 **Ibi, Qui appellatur Sortes Apostolorum.** Apostolorum scripta inter apocrypha referuntur veluti actus, doctrina, Evangelium, quod inscribitur secundum duodecim Apostolos, Vitæ, quæ sub Abdia nomine prodiere, revelationes item, quæ dicũtur Apostoli Magni, & Apostolicus liber, qui à Marcione hæretico collectus est è testimonijs epistolarũ Pauli adulteratis, & mutilitatis multis, atq; de hoc libro dicto *Sortes Apostolorũ*, mentionem faciunt *Possevin. in apparatu sacro, tom. 1.* verbo, *Apostolorum, fol. 124. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nu. 49.* ubi ait hunc librum cõmentatos esse Cherintianos, Ebionitas, Valentinianos, Gnosticos, sed præcæteris Manichæos; apud *Burchard. lib. 3. cap. 221.* legitur Sors Apostolorũ, & videbis posita ad *cap. Non observetis 26 q. 7.*

87 **Ibi, Liber Lusanæ.** Apud *Burchard. lib. 3. cap. 221.* legitur Lusa Apostoli, sed corruptè, fidelior nãq; extat lectio in I. Concil. tomo sub Gelasio Papa fol. 993 in editione Coloniæ Agrippinę anno 1551 ubi habetur, Liber, qui appellatur: *Laus Apostolorum*, quam lectionem observat *Baron. d. nu. 49.* & ita habetur in Glossa marginali decreti sub signo †. Vide *Covar. lib. 4. d. cap. 17.*
88 *nu. 5.* in fin. & posita supra *n. 49.* & *n. 86.*

Ibi, Liber Canonũ Apostolorũ.
89 *D.* quibus vide posita ad *cap. 1. infra dist. 16.*

Ibi, Liber Physiologus. Hic liber ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, quem proscribit Gelasius in præsenti. *Covar. lib. 4. var. d. cap. 17. nu. 5.* in fine, interpretatur librum Physiologum eum esse, qui de rerum naturis tractat, & verè dicit, namq; Physiologia verbum est Græcum, significans rerum naturæ inquisitionem, ut tradit *Cicero 1. de natura Deorum*; atq; Physiologus rerum naturæ perscrutator. At Physionomia divinatio unde nata sit, & quæ habeat fundamenta, & quæ possit prædicere, vide *Martin. del Rio desquisit. Magicarum, lib. 4. cap. 3. q. 4.* Is autem liber non est Physiologus ille putandus, quem Græce Sanctus Epiphanius, iste autem latinè creditur cõpositus, advertit *Possevin. in apparatu sacro, tom. 1.* verbo, *Epiphanius*, versi. *Scripsit autem, fol. 444.*

Ibi, Historia Eusebij Pamphili. 90 Gelasius Pontifex historiæ Eusebij Cæsariensis authoritatem ademit, cum eam vocarit apocryphã. *Quid?* (subdit Canus) *an non etiam observandum est, ut qui in fideli Ecclesia fuerit, & fidem Ecclesiæ in rebus non habeat? experimur, enim hæreticos sectæ suæ non dogmata solum, ac præcepta, sed res etiam gestas accõmodare; imò verò torquere, atq; adeo fingere, ut sectam undiq;, & comprobasse, & ornasse videantur.* At Rhenanus in epistolola nuncupatoria, quam historiæ ecclesiasticæ præfixit, existimat, vel Gelasium sibi ipsum contrarium esse, vel hæc verba ab aliquo asino adducta fuisse; quorum prius falsò, posterius impudenter, ac temere dici constat. Nec Gelasius sibi ipsi adversatur, quia in secunda parte huius textus, nec omninò probat huius authoris lectionem, nec omninò improbat; & in præsenti licet inter apocrypha connumeret Eusebij historiam, nihil contrarium tradit his, quæ prius docuerat; si apocrypha interpretemur ea, quæ publicè in Ecclesijs legi non debent, privatim tamen legi possunt; prosequitur latè *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 17. nu. 7.* & vide posita supra *nu. 39.* & *40.*

Ibi, Opuscula Tertulliani. Fuit Ter- 91 tullianus presbyter provinciæ Africæ, civitatis Carthaginẽsis, patre Centurione Proconsulari; eius opuscula ideo apocrypha censentur, quòd is author novę prophetię meminerit, & in libro de Monogamia vim fecerit verbis Apostolicis, & in Montani hæresim secundas nuptias detestantis prolapsus fuerit. Quemadmodũ D. Hieronymus, & alij scripsere, ac præter alios, Vicentius Lirenensis in libro adversus hæreses: sunt etiam, & apud hunc authorem opiniones quædam, quæ hodie prorsus ab Orthodoxis improbatæ, & damnatæ sunt. Atq; ideo inter apocrypha huius authoris opera, cententur, hac quidem significatione, ut legi in Ecclesijs publicè minime permittantur; privatim tamen legi possint cautè, & cum ea censura, quæ omnia dirigat in catholicæ Ecclesiæ defensionem. Tertulliani autem errores notavit *D. Augustin. lib. de hæresibus, cap. 86.* Vide *Covar. d. cap. 7. nu. 8.* latissimè *Baron. tom. 2. annal. anno Christi 201. à n. 5.* & annis sequentibus.

At, & alij vitam Tertulliani scripsere, præ- 92 sertim Iacobus Pamelius, qui egregiam operam posuit in illustrando, & emaculando tam antiquo scriptore, sed illud sciendum; beati Rhena-

ni ſcholia in Tertullianum, iam in Romano Indice omninò eſſe prohibita. Similem operam, antequam Pamelius cum Tertulliano prodiret, poſuerat in hoc interpretando Renatus Laurentius de la Barre, qui anno 1580. Pariſijs editus eſt; quemadmodum Tertullianus Pamelij ibidem anno 1583. apud Michaelem Somnium. Sed, & anno 84. huius ſæculi, Romæ editi ſunt apud Franciſcum Zañetum loci ex coniectura Latini Latinij Viterbienſis, vel reſtituti, vel aliter lecti in Tertulliano, poſt editionem Iacobi Pamelij Brugenſis, de qua ſupra diximus. Ad extremum Cõmẽtaria in aliquot huius authoris libros, in lucem emiſſa ſunt, à doctiſſimo patre Ludovico de Lacerda, perlucidũ quidem opus, & quod tanti viri ingenium prodat, & eruditionem. Acceſſit poſtea confeſſio Tertulliana, & Cypriana, fidem Romanæ Eccleſiæ ab 1400. aũis dilucide repetens, authore Frãciſco Theodoro Petreo, unà cum antidotis, pro eadem cõfeſſione adverſus Lutheranos, & Calviniſtas, Pariſijs apud Nivellium, anno 1603. Vivebat Tertullianus ſub Pontificibus Victorino, & Zepherino; Imperatoribus Severo, & Antonino, anno Chriſti 200. & ſeqq. Vide *Poſſevin. tom. 3.* verbo, *Tertullianus, fol. 266. Baron. d. anno* 201. uſq; ad *annum* 217.

93 Ibi, Opuſcula Poſthumiani, & Galli. Sulpitius Severus edidit de rebus geſtis S. Martini, ſimulq; de Ægypti monachis, tres dialogorum libros, qui plura habent emendatione digna, & meritò à *S. Hieronymo in Ezechielem, cap. 36.* arguitur errores Millenariorum, ubi poſt enumeratos eius erroris ſectatores, addidit, *& Nuper Severus noſter in dialogo, cui Gallo nomen impoſuit.* Porro Severus aſſerebat, Neronem eſſe Antichriſtum, & quod magis eſt, hanc opinionem impingebat S. Martino. Hæc, & alia Severus in dialogis, qui etſi non alia, hac certè de cauſa, jure à Gelaſio adnumerati ſunt inter apocrypha; hoc titulo; *Opuſcula Poſthumiani, & Galli apocrypha.* Sic enim cõmentarius ille inſcriptus habetur, quod in dialogis illis Poſthumianus, & Gallus interloquantur, vide *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 70. nu. 4. & tom. 5. anno Chriſti 402. nu. 51.*

94 Fuit Severus (ut eſt apud Gennadium in Cathalogo) presbyter Aquinaticæ provinciæ, vir genere, & litteris nobilis, & paupertatis, atq; humilitatis amore conſpicuus, clarus etiam ſãctorum virorum notitia. Hic in ſenectute à Pelagianis deceptus, agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium uſque ad mortem ſervavit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. Porro Sigonius Sulpitium appellavit Beatum; qui planè ſanctitatis nomine illuſtris legitur. Vide *Poſſevin. in apparatu ſacr. tom. 3.* verbo, *Severus, fol. 212. Baron. d. tom. 5. ann. Chriſti 431. nu. 189 & 190.* Cum verò Sulpitij Severi editiones antiquæ non careant maculis, non poſſunt legi (ut admonet Index Romanus) donec expurgentur. Cæterum vita beati Martini cum collatione Poſthumiani, & Galli, prodijt Baſileæ, Coloniæ, atq; Pariſijs, unà cum Abdia Babylonico, ſed hic ab ea ſecernendus eſt, tanquam apocryphus, nullius q; fidei.

Ibi, Montani, Priſcillæ, & Maximillæ. 95 Fuit Montanus author nonnullarũ hæreſum, qui aſſerebat ſe Paracletũ fuiſſe, & duæ eius Prophetiſſæ Priſca, & Maximilla, quas ipſe Montanus tanquam ex eius inſpiratione factas jactabat. Horum meminit *Auguſtinus de hæreſibus ad Quodvult deum, cap. 26.* Sed prius id fecerat. *Euſebius lib. 5. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 14. Nicephorus lib. 4. cap. 9. & 22,* apud quos hæ fœminæ dicuntur Priſcilla. & Maximilla, apud Auguſtinũ, & Hieronymum in epiſtola ad Marcellam adverſus Montanum, Priſcam, & Maximillam. Hi hæretici ab initio dicti fuerunt Phryges; & quia eorum hæreſis dicta eſt, ſecũdum Phrygas Græcè, poſtea dicti ſunt Cataphryges. Vide *Covar. d. cap. 17. nu. 8.* ad fin. Montanus autem, & Maximilla ferũt quod ſpiritu, & impulſu veſano cõmoti, ſibi laqueo mortẽ conſcivere; tradit *Euſebius* ubi ſupra, *cap. 15.*

Ibi, Omnia opuſcula Fauſti Manichæi. 96 Fauſtus quidem fuit gente Afer, civitate Milivetanus, ſecta Manichæus; qui quoddam volumen edidit adverſus rectam chriſtianam fidem, & catholicam veritatem. Authore Auguſtino, qui contra hunc hæreticũ triginta tres ſcripſit libros, qui extant *6. tom. oper.* Dictus eſt Manichæus à principe huius hæreſis Menete quodam Perſa, cuius idem *Auguſtinus* meminit *in dict. lib. de hæreſibus, cap. 46. Euſebius lib. 7. Eccleſ. hiſtor. cap. 31. Suidas,* & alij eiuſdem meminere. Huius ergo authoris libri, cum is hæreticus fuerit, nec publicè, nec privatim legi debent. Adde noviter *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Fauſtus Manichæus, fol. 481.*

Ibi, Opuſcula alterius Clemẽtis Alexandrini apocrypha. 97 Clemens Alexandrinus Panteni Matyris diſcipulus, & Origenis præceptor, quiq; poſt Pantenum Alexandriæ ſcholam eccleſiaſticam tenuit, & inſtitutionum chriſtianæ religionis magiſter fuit, inſignia volumina plenaq; et eruditionis, & eloquentiæ, tã de ſcripturis divinis, quam dehumanis edidit, atq; in publicum emiſit authore *Hieronymo de ſcriptoribus eccleſiaſt.* cui conſentire videntur *Euſebius lib. 5. eccleſ. hiſtor. cap. 11, & lib. 6. cap. 13. Nicephorus lib. 4. cap. 33.* Claruit anno fere Domini 200. ſub Severo, & alijs principibus, ita *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 7. nu. 9.* in principio.

Poſſevin.

Possevin. in apparatu sacro tom. 1. verbo, *Clemens, fol.* 224. ubi enumerat omnes libros à Clemente compositos, *Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini* 204. *fol.* 42.

98 Cæterum quòd aliquibus nævis eius commentarij respersi inveniantur, ne occasione eius nominis celeberrimi, fideles ad omnia sectanda, quæ ab ipso scripta essent, incautè in errorem adducerentur, Gelasius Papa providè quidem eiusdem Clementis opera apocryphorum nota voluit esse insusta. Nec mireris, nam ea etiam occasione ab eodem sancti Cypriani quoque opuscula eàdem censura notata fuerũt. Cæterum quod mos est hæreticorum, testimonia aucupari magnorum virorum, cum aliter non liceat eorum scripta depravare, atq; corrumpere, accidit planè, ut ab Arianis aliqua in eius commentarijs fuerint immutata, quod Rufinus testatur in Apologia pro Origene. Hæc *Baron. tom.* 2. *annal. anno Christi* 196. *nu.* 26. usq; ad *nu.* 27. agit de Clementis scriptis, & laudibus. Errores autem ipsius Clementis congerit *Possevinus* ubi supra, vers. *Sed quod.*

99 Ibi, Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum. Fuit Ioannes Cassianus (ut tradunt Gennadius, & Tritemius in Cathalogis) natione Scytha, Constantinopoli à Ioanne magno, hoc est Chrysostomo Episcopo, diaconus ordinatus, apud Massiliam urbem in Narbonẽsi provincia presbyter, scripsit de institutis renuntiantium, libros duodecim, & collationum Sanctorum Patrum libros viginti quatuor, idq; lingua latina, quidquid secus aliqui existimaverint. Hi autem libri anno 1580. editi sunt, recogniti Romæ, & iuncti cum regula S. Pachomij ex typographia Dominici Basæ. Et quidem primò, quæ ad lectorem initio libri adiuncta est epistola, Ioannem Cassianum latinè scripsisse probat. Quin etiam observationes additæ sunt in eundem Cassianum; quoniam Gelasius Pontifex in præsenti, opera huius viri ea potissimum ratione iudicavit apocrypha, quod collatione tertia decima, aliisq; locis, de gratia, & libero hominis arbitrio, more Pelagianorũ locutus, à Prospero Aquinatico, scripto adversus eum libro, convictus esset; de quo idem *Cassiodorus lib.* 1. *Institutionum*, monachos suos præmonuit. Vide D. *Antoninum p.* 2. *Historiar. tit.* 10. *cap.* 10. §. 2. *Possevin. in apparatu sacro, tom.* 2. verbo, *Ioannes Cassianus, fol.* 131. *Baron.* 5. *tom. anno Christi* 404. *nu.* 78. & *anno* 430. *nu.* 90. & seqq. Porrò Cassiani laudes prosequitur idem *Prosper in opusculo contra collatorem.* At q de eodem Cassiano vide *Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini* 440. *fol.* 118.

100 Ibi, Victorini Pictavensis. Qui fuit martyr celebris inter alios Galliarum, qui passi sunt in persecutione Diocletiani. Fuit Victorinus Episcopus Pictavensis, qui cõmentarios à se editos clarus habitus est inter scriptores ecclesiasticos, de quo scribit D. Hieronymus, dum agit de scriptoribus ecclesiasticis. *Victorinus Pictavensis Episcopus non aque latinè, ut Græcè noverat, unde opera eius grandia sensu, viliora videntur expositione verborũ.* Sunt autem hæc: Cõmentarij in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechielem, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica canticorum, in Apocalypsim, adversus omnes hæreses, & multa alia; ad extremũ martyrio coronatus est. Idem Hieronymus scribens ad Paulum *epist.* 13. de ipso ait. *Victorinus inclyto martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest.* Vide nonnulla p *Covar. d. cap.* 17. *nu.* 10. in fine, latè *Possevin. in apparatu sacr. tom.* 3. verbo, *Victorinus, fol.* 346. *Bellarm. de script. eccles. ast. ann. Dñi* 270. *fol* 53.

Sed cum Gelasius in præsenti recenseat 101
opuscula Victorini inter apocrypha, nonnulli dicunt esse, eo quòd reperiatur in Romano Cõcilio habito sub Sylvestro, Victorini damnatio, qui Paschale festum nequaquam ex instituto Ecclesiæ catholicæ, sed decimo Kal. Maij diceret celebrandũ. At hæc nequaquam possunt intelligi de Victorino Episcopo Pictavensi, qui multos ante annos constat fuisse martyrio coronatus tẽpore Diocletiani: Sylvester verò Pontif. fuit tẽpore Constantini Magni. Duplex tamen potest esse ratio, tum quod (ut de ipso Victorino testatur *Hieron. epist.* 35.) in explanatione scripturarum secutus sit Origenem, tum etiam quod Millenariorũ est sectatus sententiam. Qui quidem error tolleratus fuisse videtur in Ecclesia, usq; ad tempora Damasi; quando cum stabilire conante Apollinare hæresiarcha, ex decreto Apostolicæ Sedis penitus fuit condẽnatus. De quo vide *Baron.* 2. *tom. annal. anno Christi* 303. *nu.* 126. & 127.

Ibi, Opuscula Fausti Rhegiẽsis 102
Galliarum. *Covar. d. cap.* 7. *nu.* 10. in fine, legit *Faustini*, ait què hunc authorem scripsisse temporibus Valentiniani, & Theodosij, atq; Luciferianæ hæresi vitium esse consensisse; sed longè à veritate dissat; namq; apud *Gelasium* 1. *tom. Concil.* & apud *Burchard. lib.* 3. *cap.* 221. & apud nostrum *Gratianum* meritò legitur, *Fausti*. De quo latè agit *Gennadius in Cathalogo.* Fuit hic in Gallia apud Rhegium, Episcopus factus. Pariter Ioannes Tritemius (ut inquit *Vasq. in* 1. *p. disp.* 91. *nu.* 52.) deceptus fuit, dum asserit prius quidem Pelagianum fuisse, deinde verò à Fulgentio ad veram fidem revocatum, atq; idcirco in gratiam illius duos libros de gratia, & libero arbitrio edidisse. Nam imprimis Faustus, aliàs quidem pius, & religiosus monasterij Lirinensis, nunquam fuit plane Pelagianus; libro enim illo in primo capite usq; ad

ſextum, & *cap.* 14. eleganter contra Pelagium neceſſitatem gratiæ probat. Non negandum eſt tamen è reliquijs Pelagianorum cum fuiſſe, ſicut Maſſilienſes,& Caſſiani fuere,qui ſemipelagiani ſunt dicti. Porro Fauſti Rhegienſis ſcripta Sidonium Apollinarem adhuc tyronem in ſacris dogmatibus,atq; alios, fefellerunt. Errores tamen Fauſti notati ſunt à Cæſareo Arelatenſi Epiſcopo, qui Pelagianum illum detexit. Vide *Poſſevin. in apparatu ſacro. tom.* 1. verbo,*Fauſtus Rhegienſis, fol.* 480. latiſſimè *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti* 472. *nu.* 18. & 520. *nn.* 11. 13. & 14. & *anno* 490. *nu.* 15. 19. & 32. *Bellarm. de ſcriptor. eccleſiaſt. anno Domini* 480. *fol.* 123.

103 Ibi, Opuſcula Frumentij. Fuit Frumentius, qui ſimul cum Ædeſio prædicavit Evangelium Indis, invitatus ad hoc opus per Metropium philoſophum Tyrium, de quo agit *Ruffinus lib.* 1. *cap.* 9. ab Athanaſio Alexandrino creatus Epiſcopus, ut tradit *Theodoretus lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 13. *Baron. tom.* 3. *annal. anno Chriſti* 327. *nu.* 8. & 9. At ipſe profectus ad Indos, dicitur tàm inſigniter ſacerdotio perfunctus,ut eius conata omnes laudarent, non minus illũ, quàm Apoſtolos admirati; quãdoquidem Deus per eum multos mirandum in modum ſanando, ſigna,& prodigia edendo,eum reddidit plane illuſtriſſimum, ut tradit *Sozomenus lib.*2.*hiſtor. Eccleſ. cap.* 23. *Socrates lib.* 1. *cap.* 15. *Baron. d. tom.* 3. *anno Chriſti*356. *nu.* 18. & 24. ſed non pepercit actis Sanctorum, ſemper invigilans aſſutia Satanæ, quæ per pravorum hominum mentes eos labefactare curavit; interdum ſanctorum vera ſcripta corrumpens; interdum falſa edens,ſuppreſſis veris,& falſis traditis; notat idem *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 290. *nu.*34. Tandem adverto hunc Frumentium eſſe cognominatum cæcum, ut videre eſt in originali apud Decreta *Gelaſij tom.* 1. *Concil.* ubi etiam legitur *Frumenti*, & *Frumentici.*

104 Ibi, Epiſtola Ieſu ad Abagarũ. Apud *Gelaſium*, & *Burchard.* legitur *ad Agabarum*; extat hæc epiſtola in civitate Ædeſſa,ultra Euphratem, quam Euſebius è Syria lingua tranſtulit in Græcam, *hiſtoriar. lib.* 1. *cap.* 13. eam latino idiomate tranſcribit *Baron. tom.* 1. *annal.anno Chriſti* 31. *nu.* 58. ſic verò ſe habet. *Abagarus Princeps Ædeſſæ Salvatori propitio, qui in confinijs Hieruſalem in carne apparuit.* Hæc erat epiſtolæ inſcriptio. Interiorem verò ſcriptionem ita accipe.

105 *Inſignes illas virtutes, & curationes, quæ abſque fine medicamentis, & ſine herbis, facta ſunt auditione accepi. Cæcos enim (ut fama eſt) videre efficis, claudos ambulare, & leproſos mundas, ſpiritus iracundos, & dæmones eijcis; eos etiam, qui diutius morbis preſſi ſunt, ſanas, mortuos denique ad vitam revocas. Quæ quidem cum de te audiviſſem, de duobus hiſce alterum verum eſſe cogitabam; te aut Deum eſſe è cœli faſtigio delapſum, aut Dei filium ſaltem, qui iſta tam ſtupenda edas miracula. Quapropter hac ad te ſcripſi, magnopere precatus, ut laborem ad me accedendi ſuſcipere, hunc; quo crucior morbum curare, non graveris. Etenim audio Iudeos tibi obſtrepere malevolè, & velle libenter aliquo magno malo afficere. Eſt mihi civitas perexigua quidem, ſed ornata ſane, & illuſtris, quæ utriq; noſtrum rerum neceſſarium ſuppeditabit ſatis.* Hactenus epiſtola:ſequitur Euſebius. *Illa, divino ſplendore ei tum paululum ducente, ad Ieſum hoc modo præſcripſit. Operæ pretium eſt porrò, epiſtolam licèt brevem,plenam tamen virtutis, & efficacitatis audire, quæ per eundem tabellarium à Ieſu ad illũ miſſa fuit, cuius quidem hæc erat ſententia.*

Reſcripta Ieſu ad Abagarum Principem per Annaniam curſorem miſſa.

106 *Abagare beatus es, qui cum non videris me, in me tamen credidiſti; de me enim ſcriptis proditum eſt, eos qui me viderunt, in me non credere; ut hi, qui me non viderunt, credant, & vitam conſequantur. Quod ſcribis ad me, te velle, ut ad te veniam: eas res, quarum gratia ſum miſſus, debeo hic neceſſario obire; quas cum plene perfecero,ad eum recipi,qui me miſit. Quo ſimulac aſſumptus fuero, aliquem ex diſcipulis meis mittam ad te, qui morbo, quo tantopere torqueris, faciat medicinam, & vitam tibi, tuisq; impertiat.* Hactenus Ieſu litteræ.

107 Quod pertinet ad dictarum epiſtolarum fidem,eoquod non reperiantur ab Evangeliſtis conſcriptæ, idcircò Gelaſius Papa recenſet illas inter apocrypha, quaſi non agiographa; nõ tamen ut eas ab Eccleſia omnino proſcribat, ſicut nec complures alios libros, quos proximè recenſuit, eas verò abſq; aliqua dubitatione ab antiquioribus fuiſſe receptas, evidenter teſtatur epiſtola 263. Darij Comitis ad S. Auguſtinũ ſcripta, in qua earundem argumentum recenſet, & ex eis ad perſuadendum Auguſtino, ut ſua ſcripta ad ſe mittat,exemplum adducit; ſed et antea Auguſtini tempora, ipſe S. Ephræm diaconus eiuſdem civitatis Ædeſſæ, in eo opuſculo, quod noviſſimum omnium ſcripſit,cuius eſt titulus,*Teſtamentum Ephræm*, de ijſdem epiſtolis egregiam habuit mentionem. Vide *Baron. d. tom.* 1. *anno Chriſti* 31. *nu.* 60.

108 Ibi, Paſſio Georgij apocrypha. In qua inſunt multa ab hæreticis accepta, ut conflictus ille Goergij cum Athanaſio Mago. Alludit nimirum author ille impius ad Georgium Arianum Epiſcopum, invaſorem ſedis Alexãdriæ, & magni Athanaſij eius ſedis Epiſcopi

copi pugnacissimum persecutorem, Athanasiũ enim ab Arianis esse magum appellatum, Acta Tyrij conciliabuli satis docent; apud gentiles etiam de eo spartam esse calumniam, constat ex *Ammiano Marcellino lib.* 15. At Georgium Arianum Episcopum, defuncto iam Constantio Imperatore, occisum esse ob sua scelera Alexandriæ, relatumq; à suis inter martyres, liquet testante id etiam *Marcellino lib.* 22. Ex quibus sane, apparet totam illam de Actis Georgij fabulam fuisse commentum Arianorum. Leguntur in eodem alia nonnulla indigna martyre; ut phanatica quædam, & portentosa, suspectum contubernium viduæ, ars dolosa eiusdem ad perdendos Gentilium magos, atq; enecandos gentiles; innumera præterea tormentorum genera, quibus agitatus Georgius, nec mori potuit; de quibus vide latissime *Baron. in Martyrologio 23. Aprilis, & tom. 2. annal. anno Christi 290: nu. 35.* & utrobiq; huius textus meminit.

109 **Ibi, Passio Cyrici, & Iulitæ apocrypha.** De his Beda, Vsuardus, Ado, & cæteri latinorum; Græci autem in Menologio Idibus Iulij, ubi Tharsi Ciliciæ eos occubuisse martyrio tradunt; quòd verum esse Ioannis eorundem acta testantur; ex his plerorumq; errores sunt corrigendi, qui Antiochiæ eos reiciunt; exciderunt proculdubio ea Acta Cyrici & Iulitæ, quæ Gelasius Papa, ut commentum hæreticorum procul hinc reiecit; diversa omnino ab illis censentur, quæ recitat *Metaphrastes*, quæ & retulit *Lippom. in tom. 6.* & *Sur. in tom. 5.* quorum summam Græci referunt in Menologio. *Molanus in addit. ad Vsuardum 2. edit.* post Lippomani, & aliorum eruditorum sententiam, dum probat eadem à Metaphraste edita acta prædictorum martyrum, addit Gelasium non intellexisse de illis ipsis actis Græce conscriptis, sed de his quæ edita erant latinè, & manuscripta habebantur. Videbis latè, & eleganter *Baron. in notis ad Martyrolog. die 16. Iunij.* Plane admirabilis illius Iulitæ cum filio Cyricio infantulo, nomina cum passione notata, habentur publicis monumentis, hoc titulo. *Quircus triennis puellus, cum matrem, quæ ante Alexandrum Præsidem neruis diris sime cædebatur, implacabili luctu lugeret, ad gradus tribunalis illius interijt, Iulita vero post dira verbera, & gravia tormenta martyrij sui cursum obtruncatione capitis complevit.* Vide ipsum *Baron. tom. 2. annal. anno Christi* 305. *num.* 15.

110 **Ibi, Scriptura, quæ appellatur Contradictio Salomonis.** Spiritu Sãcto actus fuit Salomon ad scribendum; quod satis est ad eius libros cõmendandos, Propheta item fuit ante lapsum; qui si pœnitentiam post lapsum egerit, quemadmodum præter Hebræos hoc ipsum asserentes, existimarunt *Cyrillus Hierosolymitanus Cathec. 2. Hieronymus lib. 12. in Ezechielem cap. 43. Epiphanius contra hæresim 42. lib. 1. tom. 3.* in princi. 10. *Bachiarius in epistola ad Ianuarium de recipiendis lapsis.* & alij qui dubitant, an post pœnitentiam potuerit prophetare? Videat lector in hac tota re accuratissimè differentem *Martin. del. Rio sect. 3. in Isagoge ad suum in Salomonis Canticum Canticor. commentarium.* Nam quantus ille inde iderit Salomon in suis scriptionibus, ipse quidem indicat. Vide nonnulla per *Covarr. d. cap. 17. nu. 12.* in fine, latè *Possevin. in apparatu sacro, tom. 3.* verbo, *Salomon, fol.* 181. latissimè *Pineda è Societate Iesus, lib. 8. toto cap. 1. de rebus Salomonis*, qui efficacissimè probat Salomonem salvum fuisse. Porrò de libro prænotato, *contradictio Salomonis*, qui à Gelasio reprobatur, quoniam plenus est diabolicarum impostarum, quemadmodum liber *de umbris Idearum*, & alter qui dicitur *Clavicula Salomonis.* Vide *Sixtum Senensem lib. 2. Bibliothecæ*, in verbo, *Salomon. Possevin.* verbo supra, *fol.* 188. vers. *Fertur, Bellarmin. de scriptor. ecclesiast.* verbo, *Salomon, fol. 6.*

Ibi, Philacteria omnia. Pharisæi olim apud Iudæos Decalogũ in membranulis scribere consueverunt, & in fronte ligare, ut religionis intimæ speciem præberent; dicebanturq; hæ membranulæ Philacteria; quasi custodientia in memoriam præcepta illa, quæ custodire tenebantur, & veluti in custodiam, & munimentum sui haberent, sicuti in *Matthæum cap. 23. nu. 5.* explicarunt *Hieronym. Chrysostom.* & alij *Iustinus item Martyr in Dialogo cum Triphone adversus Iudæos pag.* 34. Idq; faciebant Pharisæi prave intelligentes mandata legis à Domino data per Moysen: *Deuteron cap. 6. nu. 8.* Hæc igitur dicebant Philacteria, idest conservatoria, ad quorũ similitudinem, & exemplum arioli, & excãtatores ad se ducendos simplices animos, quasdam membranulas scriptas potius à Dæmone, quam ab Angelis, exhibebant Christianis; quasi hæc Philacteria forent illis admodum utilia in tutelam corporis & animæ; quæ quidem præter Gelasium omnino prohibet *Gregorius 3. cap. 12. suorum decretorum, & Concilium Laodicen. cap.* 30. Vide *Covarr. lib. 4. variar. d. cap. 17. num. 12.* in principio. Vide etiam *Martin. Delr. de magia. lib. 1. cap. 4. q. 4.* ubi de Philacterijs quibus utebãtur athletæ, ne Circereis magicis superarẽtur ab adversarijs. *Celius lib. 5. lect. antiq. cap. 9.* non quidem *philacteria*, sed *philateria* ex Hebræo fonte legendũ putat. Huic tamen sentẽtiæ refragãtur *Origenes, & Euthymius* apud *Ioannem Maldonat. cap. 23. Matth. nu. 5.* ubi affirmant esse nomen Græcum. Præterea *D. Hieron.* eodem loco asserit, hanc jactandi philacteria consuetudinem, non solum à Iudæis esse observatam, sed etiam ab Indis, Persis, & Babylonijs hunc morem ad

111

fua uſque tempora difluxiſſe. Qua de re omnino eſt conſulendus *Abulenſis q.* 32. & 33. *in cap.* 23. *Matth.* ubi rem diſcutit eleganter. Neque diſplicet Eraſmus, imò inter multa audacter, & flagitioſè dicta in ſuis commentarijs in Matth. non quidèm in explicandis philacterijs à verò aberravit ſcopo. *Phariſæi*, inquit, *quò viderentur admodum obſervantes legis, ſcribebant decalogum in duobus voluminibus, quorum alterum fronti, coronæ vice circum ponebant, alterum brachio.* Acſi divinæ legis obſervantia non ſolum capiti coronam, ſed etiam brachio adderet ſcutum omnibus adverſariorum ictibus formidabile; ut egregiè notavit *Abulenſis*, & *Chryſoſtomus* iam relati. Ne verò aliquid eruditionis hac in notula poſſit deſiderari, addo ex *Guilielmo Epiſcopo Minateu. in ſuo rationali, philaterium*, ſive *philateriam* fuiſſe vaſculum ex auro, argento, cryſtallo, aut ebore confectum, in quo ſanctorum cineres, ac reliquiæ ſervabantur. Ex quo derivantur *philacteria*, in quibus legis præcepta ſimiliter cuſtodiebantur.

112 Poſt medium textus in §. Hęc, & omnia his ſimilia. In hoc §. enumerat Gelaſius nonnullos hæreſiarchas, hæreſum inventores, quos damnat ſub anathematis vinculo. Nos de illis commodiùs agemus *in cap. Quidam* 24. *q.* 3. ubi hæreſes, & eorum authores colliguntur, & condemnantur.

113 Anteſinem textus in §. Cæterum qui libri. Hunc §. ponit *Burchardus* ſeparatim *lib.* 3. *cap.* 222. *Ivo p.* 4. *cap.* 63. & nota modum, ſecundum quem novum, & vetus teſtamentum diſtribuitur in Eccleſia per totum anni circulum; & collige Breviarium ſecundũ ordinem huius textus debere inchoari à ſeptuageſima; ſed tamen hodie incipit ab Aduentu Domini. At de his tractabimus infra multis in locis; interim vide *Suarium tom.* 2. *de religione lib.* 4. *de orat. à cap.* 1. *vſq; ad* 11.

114 In Gloſſa verbo Cyrici. Eam citat, & reprobat *Bellarm. de verbo Dei lib.* 1. *cap.* 20. verſ. *Quod autem.*

DISTINCTIO. XVI.

CAP. Canones. I.

SVMMARIVM.

1 *Canones Apoſtolorum per Clementem primum tranſlati.*
2 *Canones Apoſtolorum an reijciantur? & num.* 3.
4 *Libri hæreticorum an debeant legi?*
5 *Libri apocryphi qui dicantur.*

IN principio diſtinctionis, ibi, Per Clementem Pontificem.

De Canonibus Apoſtolorum variè ab hiſtoriographis, & veteribus theologis tractatur, ſed cõmunis videtur traditio, per Clementem primum Pontificem Romanum fuiſſe tranſlatos, ut habetur in codicibus Græcis, & tradit *Nicephorus lib.* 3. *cap.* 18. & *Gratianus in præſenti Covar. lib.* 4. *variat. cap.* 17. *nu.* 6. qui minus bene exiſtimat Nicephorum, & Gratianum interſe pugnare, licèt in latinis codicibus abſque Clementis nomine inſcriptis plerumq; reperiantur; ac fortaſſe inde accidit, ut Gelaſij cenſura eos reijciat, ut poſt *Baron.* notavit *Poſſevin. in apparatu ſacr. tom.* 1. verbo, *Apoſtolorũ acta fol.* 123.

Ad textum. Collige ex textu quòd Canones, qui dicuntur Apoſtolorũ, reijciuntur authoritate Apoſtolica; ut ex Iſidoro tradit hìc noſter Gratianus, illos etiam tanquam apocryphos proſcripſit *Gelaſius Pontifex in cap. Sancta*, ſupra *diſt.* 15. & ibi notavimus *nu.* 88. ex eo, quòd ſit incertum, ab ipſis Apoſtolis eſſe conſcriptos; & quia non niſi ex traditione eos manaſſe ſanctiſſimi Patres exploratum haberent, ea de cauſa factum eſt, ut Romani Pontifices Innocentius, Leo, Gelaſius, atq; Gregorius, ſic ex illis videantur petijſſe authoritatem, ut tamen Apoſtolorum nomine ſpeciatim citare Canones temperaverint. Quòd ergo inter Canonicos libros non ſunt adnumerati, ea exparte quòd authoritate careant, nec conſtet ab Apoſtolis eſſe omnino ſancitos, apocryphi dici meruerunt. Qua etiam ratione ſanctus Athanaſius in ſynopſi eiuſdem Clemẽtis, ſcripta inter apocrypha illa connumerat, quæ ab antiquo ſcripturarum Canone eſſent aliena; quot verò à ſanctis Patribus privatim, & à ſacris Synodis publicè ſunt recepti, meritò authentici dici debent; proſequitur latè *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 102. *nu.* 10. & ſeqq. 2

Ibi, Ab hæreticis compoſiti. Hæc eſt cauſa, quare *Gelaſius in d. cap. Sancta*, poſuit inter apocryphos Canones Apoſtolorum, quod propter aliquos, vel corruptos, vel additos ab hæreticis feciſſe videtur, ut tradit *Bellarm. de verbo Dei cap.* 20. verſ. *Quod ad priorem*, quem ſequitur *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Apoſtolorũ acta, fol* 123. notabis tamen eſſe verba Iſidori, quem tranſcripſit Gratianus in 3

præ-

præſenti; ſed *Baron. tom. 2. d. anno. 102. nu. 11.* ex germana Iſidori lectione, contrarium aſſeverat; namq; ſic reponit integram ſententiam Iſidori. *Deniq; propter eorum authoritatem, cæteris Concilijs præpoſuimus Canones, qui dicuntur Apoſtolorum (licèt à quibuſdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias Synodali authoritate roborauere, & inter canonicas poſuere conſtitutiones.* Hæc Iſidorus. Vide *Baron.* ubi ſupra, & poſita ad *cap. Placuit*, infra, *hac eadem diſt.* Item *Martinum Aiala de tradit. eccleſiaſt. part. 3. pag. 171. Viguer. de inſtit. cap. 17. §. 1. verſ. 3. Covar. 4. reſolut. cap. 17. nu. 6.*

4 Ibi, Quanvis utilia inveniantur. Et ita libri hæreticorum magis ſunt comburẽdi, quàm legendi, nam licèt in alijs aliquid boni reperiri poſſit iuxta illud. Hieronymi. *Nullus liber tam malus, in quo aliquid, quod bonum ſit non reperiatur.* Tamen quia omnia tendunt ad malum, & maius eſt mali periculum in legente, quàm boni ſpes, ideo debent prohiberi; hoc enim eſt proprium hæreticorum, ut bona malis, vera falſis immiſceant, ut ſic facilius imponant legentibus, eosq; illudant, & in foveam trahant, ſicut auceps cantu, piſcator eſca, ut ex *Divo Gregorio lib. 5. moral.* tradit *Decian. tract. criminali, lib. 5. cap 46. à nu. 1.* ubi textus meminit, & ante illum docuit *Simanch. de catholic. cap. 38. nu. 10.* & vide quæ notabimus in *cap. Fraternitas, de hæreticis.* Nec modo hæreticorum, ſed etiam profanorum librorum lectio ab Apoſtolis iam initio naſcentis Eccleſiæ interdicta; ut videri poteſt ex his, quæ ſcribit *Clemens Papa lib. 1. conſtit. Apoſtolicarum, cap. 7.* & refert *Penña ad Directorium 2. p. comment. 19.* in fine, quem vide. Neque omittas *Anaſtaſium Nicenum, quæſt. 79. ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, lib. 1. cap. 6.* ubi à profanis litteris jubet abſtinere, & ſacrorum librorum lectioni ſũmo ſtudio invigilare. *Ab ethnicis*, inquit, *libris abſtinete. Quid enim tibi eſt cum libris alienis, qui leviores evertunt a fide? Quid tibi deeſt in lege Dei, ut ad illas gentium fabulas te conferas?* Et ſane profana lectio, inſtar peſtis in animum ſerpit, & graſſatur; inſtar tineæ pulcherrimam gratiæ, & ſanctitatis ſtolam paulatim corrumpit; inſtar edaciſſimi curculiõnis ingentem virtutum aceruum depopulatur; ut paſſim apud ſacros doctores reperies.

5 In Gloſſa Vltima. Hi libri quos refert Gloſſa ſunt Canonici, apocryphi tamen dicuntur, quia authores ignorantur, licet de veritate non dubitetur. *Albert. de agnoſcend. q. 22. nu. 51. Covar. lib. 4. variar. cap. 17. nu. 1* Adde *Trident. ſeſſ. 4.* Sed hoc improbat *Bellarmin. de verbo Dei lib. 1. cap. 20. in principio*, dicitq; non eſſe probabile apocryphos vocari eos libros, quorum author ignoratur; nam tunc multi libri ſacri eſſent apocryphi; ut liber judicum, Ruth. Iob, primus Machabæorum, & permulti alij, quorum authores ignorantur; quod tamen abhorret ab uſu loquendi Eccleſiæ, quis enim unquam audivit librum Canonicum, & apocryphum? Sequitur *Gerſerus in defenſione. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. cap. 20.* poſt verſ. *Quando igitur*, qui Gloſſam interpretatur, & vide poſita ſupra *in cap. Sancta. nu. 45. & 46.*

CAP. Sexaginta. II.

SVMMARIVM.

1 *Zepherinus Pontifex quis fuerit?*
2 *Numerus Canonum Apoſtolorum.*
3 *Apoſtoli controverſias definiebant.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Zepherinus. Qui fuit Romanus, filius Abundij, creatus Põtifex anno Domini 203. ſedit in throno Pontificio, Septimio, Severo, Antonio Caracalla, Macrino, Diadumeno, & Antonio Heliogabalo Imperatoribus Auguſtis. Statuit ut conſecratio divini ſanguinis, in vitreo vaſe fieret, non autem in ligneo, ut antea fieri conſueverat. Idem inſtituit, ut omnes chriſtiani ad ætatem pubertatis pervenientes, ſingulis annis in ſolemni die Paſchæ, publicè cõmunicarent, quod quidem inſtitutum Innocent. 3. ad confeſſionem peccatorum traduxit. Mandavit item, nê epiſcopus, vel à Patriarcha, vel à Primate, vel à Metropolitano ſuo, in judicium vocatus, ſine authoritate Apoſtolica dãnaretur. Vide *Platinam in vita ipſius Zepherini*, latius *Alphonſum Chaconium de vitis, & geſtis Pontificũ*, fol. mihi 49. *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti* 204. & deinceps. Mortuus fuit anno 218. aut 219. cum viginti annos integros Eccleſiam rexiſſet; ut tradit *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 3.* verbo, *Zepherinus, fol.* 308. licèt *Baron. tom. 2. annal.* dicat ſediſſe annos 18. quem ſequere. 1

Ad textum, ibi, Sexaginta ſententias Apoſtoli præſcripſerunt. De numero Canonum Apoſtolorum variè cõtrovertitur. Namque Zepherinus in præſenti, ſexaginta eſſe demonſtrat, traditq; obſervandos; licèt ſeptuaginta ex eiuſdem Zepherini epiſtola tradat *Bellarm. lib. 1. de Verbo Dei, d. cap. 20. verſ. Quod priorem.* Et quidem qui primus è Græco ſermone Canones Apoſtolicos in latinum vertit, accuratiſſimus, atq; fideliſſimus interpres Dionyſius Græcus author, & inter latinos magna cum laude diu verſatus, quinquaginta 2

Digitized by Google

ginta tantum reperit; quam obrem opinati ſunt nonnulli, ſexaginta illas ſententias, quinquaginta ijs Canonibus à Dionyſio tranſlatis contineri. Sed quicquid ſit, quinquaginta tantum Canones, eoſdemq; à Dionyſio in latinũ tranſlatos, novit antiquitas; qui in nova editione quadraginta novem numero continentur, ita ut ultimus habeatur ille, quo agitur de trina in baptiſmate merſione. Et quidem qui his ſuperſunt, uſque ad numerum octogeſimũ quintum, quos habet Canon ille, qui dicitur *Sexta Synodus* poſtea emanarunt. Ita *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti* 102. *nu.* 12. & vide poſita ſupra in *cap.* 1. & infra in *cap.* 3. & 4. *hac eadem diſt.* Adde *Iacobum Gretſerum in defenſione Bellarm. tom. 2. lib.* 1. *cap.* 10. verſ. *De Gratiano*, & verſ. *De Martiali, fol.* 54.

3 In eodem textu, ibi, Et ſervãdas cenſuerunt. Apoſtoli conſueverũt ipſi obortas cõtroverſias communi conſeſſu, atq; conſenſu, ſtatutis, quibuſdam regulis definire; quæ facta ſunt Hieroſolymis, cum de Legalium uſu agitata eſt cõtroverſia, ut conſtat ex *Actis* 15. & poſt *Clementem*, & *Sophronium*, tradit *Baron. tom. 2. d. anno* 102. *nu.* 18. Canones Apoſtolorum negare, quomodo, & qua ratione ſit abſurdum? Vide *Turrianum de Canonibus Apoſtolorum, lib.* 1. *cap. Vlt.*

CAP. Clementis. III.

SVMMARIVM.

1 *Leo* 9. *quis fuerit?*
2 *Itinerati Petri Apoſtoli apocrypha.*
3 *Canonum Apoſtolorum numerus ſecundum Leonem.*
4 *Dicitur eſſe alicuius, id, quod reputatur ſuum.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Leo 9. Natione Alemanus, Bruno antea vocatus, Hugonis filius, pontificatum hac ratione inijt. Anno Domini 1049. Romani legatos ad Imperatorem Henriquum 3. miſerunt, orantes ut optimum Pontificem ſibi daret Imperator, Brunonem Epiſcopum Tulenſem legatis, & Romanæ Eccleſiæ obtulit, cui quidem Romam Pontificio habitu petenti, Hildebrandus monachus Cluniaſenſis obviam factus, perſuaſit, ut depoſito pontificali ornatu Romam privatus ingrederetur; quia Henriquus nullam creandi Pontificem poteſtatem habebat. Motus his verbis Leo, cum etiam vocem de cœlo intercundum audiviſſet; *Ego cogito pacis cogitationes, non afflictionis; Ieremiæ cap.* 29. *nu.* 11. depoſito pontificio apparatu. Romam privatus ingreditur, ſe ipſum accuſans, quòd Imperatori maluerit, quam Deo, obtemperare. At verò clerus Romanus, ſuadente Hildebrando, eundem Brunonem in Pontificem eligunt; eo libentius, quòd omnem authoritatem creandi Pontificẽ ab Imperatore (ut par erat) ad clerum tranſtuliſſet. Fuit Leo vir pietate, innocentia, gratia, hoſpitalitate adeo inſignis, ut eius domus peregrinis, & pauperibus, ſemper patuerit; nam cũ ſemel antefores leproſum pauperem inveniſſet eumq; collocari in lecto ſuo mandaſſet, apertis manè à ianitore foribus, nuſquam pauper inventus eſt, & Chriſtum pauperis nomine eo loci recubuiſſe creditum. In rebus præterea ad religionem pertinentibus, tanta diligentia, & ſolertia uſus eſt, ut in Concilio Vercellenſi Berengariorum hæreſeos authoritatem damnaverit, & Conſtantinopolitanum Imperatorem ſuis monitionibus impulerit, ſepulchrum Domini Hieroſolymis à Barbaris dirutum, reſtituere. Lege *Platinam in eodem Leone*, latiſſimè *Alphonſum Chacon de geſtis Pontificum fol.* 256 *Baron. tom.* 11.

In textu ibi, Petri Apoſtoli Itineratio. 2 Inter alia ſcriptorum eiuſdem Clementis monumenta, recenſentur circuitus Petri; qui ab alijs interdum Itinerarium Clementis, ac rurſum recognitionum Clementis nomine libri illi decem, ſunt appellati; & re vera à Clemente eius argumenti libros eſſe conſcriptos, nulla fuit apud antiquos dubitatio; ſed eos, adhuc ipſo Clemente vivente, ab Ebionæis hæreticis fuiſſe depravatos, teſtatur *Sanctus Epiphanius hæreſi* 30. & ab Eunomianis quoq; eoſdem eſſe corruptos, *Ruffinus affirmat in præfat. ad Gaudent.* Vnde meritò liber ille in præſenti reijcitur, & Gelaſius Pontifex recenſuit inter apocrypha, ut notavimus ſupra *in cap. Sancta diſt,* 15. *nu.* 50. Adde *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti* 102. *nu.* 11. *&* 12.

Ibi, Quinquaginta capitulis. 3 Ergo ſecundum decretum Leonis Pontificis Canones Apoſtolorum tantum ſunt quinquaginta ut notavimus ſupra ad *cap. ſexaginta n.* 2. *hac eadem diſt.* & vide *Iacobum Gretſerum in defenſione. Bellarmin. tom. 2. lib* 1. *cap.* 10. verſ. *de Martiali. fol.* 54. & vide poſita infra *in cap. Sequenti.* At circa Canones illos, qui à Clemente verſi dicuntur, & nomine Apoſtolorum circumferuntur, vide *Turrian. de Canonibus Apoſtolorum lib.* 1. *cap.* 1. Conſtitutiones autem Clementis Pontificis, Carolo Bovio Epiſcopo Oſtienſi interprete prodierunt Venetijs, ex officina Iordanis Zileti anno 1563.

IN

4 In Gloſſa verbo, Clementis. Nota quòd dicitur eſſe alicuius id, quod non eſt ſuum; unde ſi reſerventur beneficia alicuius, non ſolum cenſentur reſervata illa, in quibus habet Canonicum titulum, verum etiam illa quæ poſſidebat, licèt in eis Canonicum titulum non haberet, *Rota 8. de electione aliàs 274. in antiquis*

CAP. Placuit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Octoginta quinque Canones Apoſtolorum fuerunt recepti.*
2 *An Canones Apoſtolorum in Concilijs debeant proponi?*
3 *Diſputatur de authoritate, & numero Canonum Apoſtolorum.*
4 *Liber chronicorum an probetur?*
5 *Maior authoritate habet priorem vocem in ferendo ſuffragium.*

1 COllige ex textu fuiſſe receptos à ſancta ſexta Synodo octoginta quinque Canones Apoſtolorum: ſed ex his inſurgit contrarietas, namq; in præſenti dicitur 85. capitula Canonum Apoſtolorum eſſe ſervanda. *Zepherinus* verò ſupra *in cap. Sexaginta*, dicit Canones eſſe 6. *Leo* verò *in cap. antecedenti* dicit eſſe quinquaginta, quos omnes eſſe renuendos decrevit *cap. 1. huius diſt.* Sed quod pertinet ad textum noſtrum, quo approbantur 85. Canones Apoſtolorum, reſpondetur non eſſe hos Canones ſanctæ Synodi, ut dicit Gratianus ſed cuiuſdam alterius Concilij poſtea celebrati, quòd ſummus Pontifex Sergius, qui tunc ſedebat, non ſolum non approbavit, ſed etiam reprobavit, ut poſt *Bedam* tradit *Bellarmin. de verbo, Dei lib. 1. cap. 20.* verſ. *Quoad priorem*, & ſeqq. & circa alias difficultates vide poſita *in cap. 1. nu. 2. & 3. hac eadem diſt.* & proſequere cum infra dicendis.

2 In §. Iſidorus. Ex Iſidori ſententia tradit Gratianus, Canones Apoſtolorum cæteris Conciliis eſſe præponendos, cuius contrarium ipſe Gratianus docuerat ex eodem Iſidoro *in cap. 1. hac eadem diſt.* At præſens lectio omnino tenenda eſt, reprobata ſuperiori, ut ibi notavi, & tradit *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti 102. nu. 11.* qui infine huius textus meminit.

3 Verum his de authoritate, & numero Canonum Apoſtolicorum diſcuſſis, illi tantũ nobis ex Apoſtolicis fontibus Canones fluxiſſe iure videri poſſunt, qui vel à Patribus inter alios ſacros Conciliorum Canones ſunt recepti, vel Romanorum Pontificum authoritate firmati, aut in communem uſum Eccleſiaſticæ diſciplinæ tranſiſſe noſcuntur; quæ enim ab Apoſtolis tradita eſſent, & ad poſteros temporum ſucceſſione delapſa, ea ſummorum Pontificum authoritate, Conciliorum decretis, & vniverſalis Eccleſiæ conſuetudine roborata, ac penitus ſtabilita eſſe, ut nefas ſit his aduerſari, quis poterit dubitare? 2. His includi quinquaginta illa capitula à Dionyſio è Græco tranſlata, certiſſimum eſt. Alia ſuperaddita ſic alijs in locis poſita eſſe noſcuntur, ut in dubium æquè revocari poſſit, an inde accepta fuerint, vel in eam tranſlata? Sed ut cumq; acciderit: Quòd ſancta Eccleſia eaprobaſſe noſcatur, ſive quòd ab Apoſtolis fuerint inſtituta, ſive quòd Conciliorum decretis fuerint confirmata, meritò, jureq; authentica habeantur.

In Gloſſa verbo, Iſidorus, quia 4
poſiti ſũt in Breviario. Nota ex Gloſſa, quòd liber Chronicorum in iſtis factis antiquis inducit probationem. Gloſſa ſimilis *in cap. Inter dilectos*, verbo, *Magis, de fide inſtrum. Gama deciſ. 355. Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 287.* cum quo declarabis.

Ibi, Gloſſa verbo, Præponimus, 5
ibi, Priorem vocem. Ergo illi, qui maioris ſunt authoritatis, debent habere priorem vocem in ferendo ſuffragium, aut in eligendo, ut proſequitur *Afflict. deciſ. 1.* ad fin. *Boerius de authoritate Cõcilij, nu. 62.* poſt alios *Marant. de ordine judiciorum in proœmio, nu. 8. Felin. in Rubr. de maiorit. nu. 2. Tiraq. in præfat. de primog. nu. 151.* Quantum verò ubique gentium, & terrarum, valeat maior perſonæ, dignitas, & auctoritas, ut reliquis præponatur; non ſolum poetarum, ſed etiam ſacrorum interpretum teſtimonijs probatur. Vt conſtat ex *Plauto in Perſ.* viris dignitate, & auctoritate præcellentibus, non ſolum primos accubitus, ſed primos etiam deberi ſermonis aditus. *Summates*, inquit, *viri ſummi accumbent, ego in infimatis infimus*; quaſi de re magna confeſſum, & Concilium habituri, eo eſſent locorum, ac ſedium ordine diſpoſiti, quo ſuos eſſent ſuffragiorum calculos edituri, ut nihil ſingulorum authoritati derogaretur. Neque longe fuit ab hac conſuetudine, totius ille Ægypti ſalvator moderatorq; Ioſephus, cum fratres ſuos regio exceptos convivio, non quidem confuſo, ſed diſtincto nativitatis ordine, menſis juſſit diſcumbere. *Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam Geneſ. 43. nu. 33.* quo in loco Lippomanus, alijq; apud eum concate-

nati

ueri interpretes, ideò factum esse creditum, ut non solum in sedibus, sed etiam in sermonibus plus digniori, quàm minus digno deferretur.

CAP. Sextam Synodum. V.

SVMMARIVM.

1 *Adrianus Pontifex recepit octoginta quinque Canones Apostolorum.*

1 NOtabis ex textu Pontificem Adrianum recipere octoginta quinque Canones Apostolorum, quod etiam facit ad *cap. Placuit* supra *hac eadem dist.* Sed vltra ibi posita respondebis, non Adrianum Papam, sed Tharasium Patriarcham Constantinopolitanum, eos Canones recipere, & approbare; ut constat ex *Synodo 7. Act.* 1. & 2. Adrianus verò Papa refert tantum verba Tharasij, & hallucinatus est Gratianus in præsenti, dum allegat, & accipit ea verba tanquam Adriani Papæ. Extat enim epistola Adriani ad Tharasium, ex qua fragmentum malè citatur à Gratiano; non enim ut ponit dixerat Adrianus: *Sextam Synodum sanctam recipio, cum omnibus Canonibus suis*; sed ut habet germana Anastasij versio secundum ea, quæ præposita fuerant à Tharasio *Quare easdem Sanctas sex Synodos suscipio, cum omnibus regulis, quæ jure, ac divinitus ab ipsis sunt promulgatæ.* Ita *Baron tom. 2. annal. anno Christi 102. n. 13. Bellarm. de Conciliis lib. 2. cap. 8.* vers. *Decimotertio*, & seqq. *Azor instit. moral tom. 2. lib. 5. cap. 16.* vers. *Tertio objicies. Possevin. in apparatu sacro, tom. 1.* verbo, *Apostoli*, vers. *Qui verò fol. 123.* Nec obest, quòd quidam Pontifices aliquando aliquos ex his Canonibus citarunt, quia id fecerunt, quando agebant contra Græcos, ut eos proprijs armis confoderent; veluti Apostolus *Actor. 17 vers. 28.* & ad *Titum 1. vers. 12.* citavit Aratum, & Epimenidem. Sicut igitur Apostolus non ideo approbavit, ut vera, omnia quæ dicti Poetæ dixerunt; sic nec Pontifices probarunt ut bona, omnia quæ dicti Canones continent, ut docet *Baron. tom. 8. anno Domini 692.* sub finem.

CAP. Habeo librum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Patriarchæ tenentur venire ad Concilium.*

2 *Sexta Synodus quando fuit soluta?*

3 *Filius Imperatoris potest eligi in Imperatorem.*

4 *Gesta in generali Concilio subscribuntur per Patres qui interfunt.*

5 *Hæresis Monothelitarum reprobata.*

6 *Quatuor anni dicuntur multum tempus.*

NOtat hunc textum *Præpositus in cap. Canones, nu. 2.* post med. *dist. 15.* ad hoc quòd Patriarchæ tenentur venire ad Concilium, & de materia eius vide posita ad duo capita supra proxima. 1

In vers. Et soluta. Soluta est hæc sexta Synodus sub anno 14. Constantini Pogonati, in qua promulgati fuerunt Canones, qui dicuntur *sexta Synodi*, quanvis alio respectu posse dici, *septima Synodi*, contendant *Franciscus Gratianus in compendio juris Canonici 1. p. decis. 2. in fine, nu. 38.* vers. *Dicitur autem.* 2

In eodem vers. ibi, Iustiniano filio. Notat *Gregorius Lopez part. 2. tit. 1. l. 2. Glossa Vlt.* ubi per hunc textum dicit, quod filius Imperatoris potest immediatè eligi in Imperatorem, post mortem patris. 3

In eodem vers. ibi, Superscripserunt. Collige quod ea, quæ gesta sunt in generali Concilio, subscribuntur per Patres, qui interfunt Concilio; p hoc enim videntur ab eis approbata. Nam qui instrumẽto subscribit, contenta in eo approbare videtur, nisi erraret; ut in *l. Fideiussor, §. Si tibi, ff. de pignor.* & in *l. Sicut, §. Non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypoteca solvatur*, & in *l. Distrahente, Cod. de rebus alienis non alienand.* Ideo *Innoc. in cap. 1. De fide instrum.* reprehendit eos, qui subscribunt chartas vacuas: quia si quid postea in eis superscribitur; videntur approbare, & sic possent decipi. Si tamen constaret de errore, excusarentur per prædicta jura. 4

In vers. Sancta, ibi, Monothelitas. Hæc hæresis asserebat in Christo tantum unam fuisse voluntatem, videlicet divinam; huius hæresis author fuit Macharius Antiochenus Episcopus, qui condemnatus est in sexta Synodo Constantinopolitana, sub Agathone Papa celebrata. Huius hæresis fautores dicti sunt Monothelitæ, non (ut quidam corruptè dicunt) Monosolitæ à Monosollius hæresis authore, sed Monothelitæ dicti sunt ab una tantum voluntate, quam Christo tribuebant, ut ex verbo Græco, *Monos*, quod est unum, & *Celon*, quod est voluntas, comprobat *Alphonsus à Castro adversus hæreses*, verbo, *Christus*, vers. *Sexta est hæresis.* Quæ de re consule *D. Thom. 3 p. q. 18. art. 1. & Suar. 1. tom. in 3. p. disp. 37.* per 5

totam

totam. Qui huius hæreſeos damnatam falſitatem hoc uno probant argumento. In Chriſto Domino non ſolum humana, ſed etiam diuina dabatur natura in eadem perſona ſubſiſtens; ergo cum duplici natura duplex erat voluntas, altera diuina, humana altera. Quæ veritas habetur definita *in cap. Firmiter. De ſum. Trinit.* ad illa verba: *Vna in duabus naturis perſona.*

Ad finem ibi, Quarto, aut Quinto. Nota quód quatuor, vel quinque anni dicuntur multum tempus, & circa hoc vide Gloſſam vlt. in *Clemẽt. 1. de rebus Eccleſia*, receptam per *Covar. 2. reſolut. cap. 16. nu. 3.*

CAP. Quoniam. VII.

SVMMARIVM.

1 *Sexta Synodus quando celebrata?*
2 *Sexta Synodi acta corrupta à Theodoro.*
3 *Epiſtola ad Hebræos Canonica.*
4 *Numerus Canonum Apoſtolorum.*
5 *De Synodo Nicæna.*
6 *De Synodo Ancyrana.*
7 *De Synodo Neocæſarienſi.*
8 *De Synodo Gangrenſi.*
9 *De Synodo Antiochena.*
10 *De Synodo Laodicenſi.*
11 *De Synodo Conſtantinopolitana.*
12 *De Synodo Epheſina.*
13 *De Synodo Calcedonenſi.*
14 *De Synodo Sardicenſi.*
15 *De Synodo Carthaginenſi.*
16 *Opuſcula Theophili.*
17 *Dionyſius Alexandrinus quis?*
18 *Petrus Alexandrinus quis?*
19 *Gregorius Thaumaturgus quis?*
20 *Athanaſius quis?*
21 *Baſilius quis?*
22 *Gregorius Nyſſenus quis?*
23 *Gregorius Theologus quis?*
24 *Amphilochius Iconienſis quis?*
25 *Timotheus Alexandrinus quis?*
26 *Gennadius Conſtantinopolitanus quis?*
27 *Cyrillus Alexandrinus quis?*
28 *Cyprianus Carthaginenſis quis?*
29 *Synodum Cyprianus celebravit.*

1 IN ſuperſcriptione ibi, Conſtitutiones Synodi Sextæ. Fuit Sexta Synodus anno Domini 680. Agathone Papa, anno eius 3. coacta Conſtantinopoli, per Imp. Conſtantinum Pogonatum, hortante illum Agathone Pont; fuit œcumenica; interfuere Epiſcopi 289. ſecundum annales Græcorum, tam apud Cedrenum, quàm apud Theophanem. *Photius in libello de Synodis*, numerat 170. *Paul. Diaconus de geſtis Longob. lib. 6, cap. 4.* centum quinquaginta *Theodorus Balſamo* 171. In ultima verò actione eiuſdẽ Synodi numerãtur ſubſcriptiones Epiſcoporũ, cum legatis presbyteris, & diaconis 166. verum in ipſo Synodi exordio longe minor numerus habetur; quod Epiſcopi omnes tàm brevi temporis ſpatio pervenire Conſtãtinopolim haud potuerint. Fuit celebrata in ſecretario ſacri Palatij, quod cognominatum eſt Trullus. Trullus autem, ſive Trulla fœminino genere, præter inſtrumentum cœmentarium, ſignificat etiam quod Itali dicunt *cuppulla*, fuit autem locus Synodi Palatij ſecretarius, quod eiuſmodi Trullo, ſive Trulla faſtigiatum, teſtudine ſurſum erecta, ſui rotunditate conficiens emiſphærium, ab ipſo ædificij genere nominatum eſt. Quæ deſiderentur in ſextæ Synodi actionibus iam editis, vide *Baron. tom. 8. annal. anno Chriſti 680. nu. 40.* & ſequentibus. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 3.* verbo, *Sexta Synodus, fol. 213.*

Sextæ autem Synodi acta quomodo corruperit Theodorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, vide ibidem *Baron. d. tom. 8. anno 681. nu. 19.* uſq; ad *nu. 25.* Item ſextæ Synodi actiones mutilatas vide ibidem *nu. 2.* & cur hæc ſexta Synodus ab Hiſpanis dicta ſit quinta, vide *anno 684. nu. 6.* Tandem de ſextæ Synodi appendice, & eiuſdem Synodi dicta erratica, & damnata à Romanis Pontificibus, vide ibidem *anno Chriſti 692.* per totum, & vide poſita in *cap. Sexta*, infra *hac eadem diſt. nu. 1.* 2

Ad textum. Hunc textum citat *Canus de locis theolog. lib. 2. cap. 9.* verſ. *Tertia concluſio*, ad hoc quod hæreticum eſt epiſtolam ad Hebræos inter canonicas non reponere, & vide eundem *lib. 1. cap. Vlt.* verſ. *Alterum argumentum*, ubi de hac ſexta Synodo non bene ſentit, quem videtur improbare *Henriques in ſumma de Sacramentis, lib. 2. cap. 28. §. 2. litteta R.* 3

In verſ. Placuit, ibi, Canonum Apoſtolorum. 85. De his vide quod late diximus ad *cap. 1. nu. 2.* & 3. & ad *cap. Sexaginta, nu. 2.* & ad *cap. Clementis, nu. 3.* & ad *cap. Placuit, nu. 2.* & 3. & ad *cap. Sextam, nu. 1.* ſupra, *hac eadem diſtinct.* 4

In verſ. Confirmamus, ibi, Nicœnam. Vide poſita ad *cap. Canones, à nu. 2.* uſq; ad *nu. 16.* ſupra *diſt. 15.* 5

6 Ibi, Ancyranam. Ancyrana Synodus fuit coacta anno Domini 314. à Vitali Epiſcopo Antiocheno, Ancyræ, quæ civitas opportuno in loco erat ſita, ad quam facilius convenire poſſent, tanquàm ad centrum minoris Aſiæ Epiſcopi Cappadoces, Pontici, Armeni, Cilices, & Syri, interfuerũt duodeviginti inſignes Epiſcopi. Extant 24. Canones ipſius, ijdemq; è Græco converſi triplici editione, quarum primam à Dionyſio exiguo tranſlatã habet Creſconiana Collectio. Secunda eſt incerti authoris; Tertia Gẽtiani Herueti. Ex ea verò, quæ Dionyſij exigui eſt, *Baron. Card. in tertio annal. tomo.* Canones illos inſeruit, deq; his, qua ſolet diligentia, & judicio diſſeruit, vide ſuo *tomum* 314. *nu.* 75. & ſeqq. Qui & alterius Ancyrani Concilij anno 357. celebrati Ancyræ Galatiæ civitatis, adverſus Arianos, & Semiarianos meminit ex *Hilario de Synodis*, ubi agit de Sermienſi, & ex *Epiphanio hæreſi* 73. vide etiam *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 3. verbo, *Ancyranum, fol.* 81.

7 Ibi, Neocæſarienſem. Poſt Ancyranũ, Neocæſarienſe Concilium celebratum eſt; quoto tamen anno neſcitur, ſed quantum conjectura aſſequi licèt, cum ijdem prope omnes Epiſcopi, qui interfuerunt Concilio Ancyrano, ſubſcripti pariter habeantur illi, quòd Neocæſareæ celebratum eſt, & inter alios Baſilius Epiſcopus Amaſiæ, qui in perſecutione Licinij martyr occubuit, non multum interfuit inter utrumq;. Canones autem Neocæſarienſis Concilij, vide per *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti* 314. *nu.* 90. & 91.; Fuit Neocæſarienſis Eccleſia in Ponto florentiſſima, uſq; ad Baſilij tempora, cuius patria erat. Vide eundem *Baron. anno* 343. *nu.* 18. & 19. & ibi quomodo Neocęarea ſubverſa eſt terræmotu, excepta Eccleſia, ac Epiſcopo, cæterisq;, qui ibidem reperti ſunt. Vide etiam *Azor. tom. 2. lib.* 5. *cap.* 19. §. *Secunda.*

8 Ibi, Gangrenſem. Gangrenſe Concilium Gangris, oppido Paphlagoniæ non ita multò poſt Nicænam Synodum celebratum eſt; quo Concilio David Chythræus, & alij, hæretici adverſus cælibatum Sacerdotum ſcribentes, abuſi ſunt, ſed hos ſatis refutat *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Gangrenſe Concilium, fol.* 525. qui latiſſimè de illo agit. Fuit Concilium celebratum, ſecundum eundem, anno Domini 350. Vide poſita infra in *cap. Prima*, verſ. *Tertiò, nu.* 4. *hac eadem diſt.* & in *cap. Siquis diſcernit. nu.* 1. infra *diſt.* 28.

9 Ibi, Antiochenam. Anthiochena Synodus coacta ab Orientalibus, anno Domini 255. adverſus ſchiſma Donatiani, ad quam è Cappadocia, Aſia, Syria, Ægipto fuere vocati Epiſcopi. Vide *Dionyſium Alexandrinum in epiſtola de pœnitentia, ad eos, qui erant in Ægypto.* Rurſus Antiochenæ duæ, contra Paulum Samoſatenum. Prior anno Domini 265. poſterior anno 272. Vide *Euſebium lib.* 6. *cap.* 23. & 24. & *Baron. Cardin. tom.* 2. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Antiochenam, fol.* 97. *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 265. *nu.* 10.

10 Ibi, Laodicenſem. Laodicenſe Cõciliũ apud Laodicæam Phrigiæ Pacatianæ, ex diverſis regionibus Aſiæ, celebratum eſt; non autem apud Laodicæam Syriæ, ut nonnulli putarunt. Celebratum fuit non ſolum ante Theodoretum, verum etiam ante Baſilium; quin & ante Concilium Nicœnum, ut gravibus rationibus comprobat *Baron. in appendice ad* 4. *tom. annal.* & vide poſita ad *cap. Prima*, verſ. *Sexto*, infra, *hac eadem diſtinct.*

11 Ibi, Conſtantinopolitanam. De qua vide poſita ad *cap. Primum, nu.* 7. & ſeqq. ſupra *diſt.* 15.

12 Ibi, Epheſinam primam. De qua vide poſita ad *cap. Primum, nu.* 21. & ſequentibus, ſupra *diſt.* 15.

13 Ibi, Chalcedonenſem. De qua vide poſita ad *cap. Primum, nu.* 29. & ſequentibus, ſupra *diſt.* 15.

14 Ibi, Sardicenſem. Sardicenſe Concilium anno 351. tempore Iulij primi, & Conſtantij Imperatoris, fuit generale, & ſemper in Eccleſia receptum, & fuere in eo pluſquam 300. Epiſcopi Catholici, ex 36. provincijs totius orbis chriſtiani, quas omnes Athanaſius nominat; cum autem dicitur pluſquam trecentos Epiſcopos interfuiſſe catholicos, ſciendum eſt fuiſſe quidem 376. omnes, ac ſeptuaginta fuiſſe Orientales, quorum plerique omnes adverſus Athanaſium Arianæ hæreſi faverunt, ac ſubſcripſerunt; Epiſcopi verò Occidentales fidem catholicam confirmarunt, quam exponit *Hilarius in lib. de Synodis.* Vide *Socratem lib.* 2. *cap.* 10. *Sozom. lib.* 3. *hiſt. cap.* 10. & 11. *Theodoretum lib.* 2. *cap.* 7. & 8. At *Divus Auguſtin.* dum ait, *lib.* 3. *contra Creſconium, cap.* 34. *Diſce quod neſcis, Sardicenſe Concilium Arianorum fuit*; eſt intelligendus de Epiſcopis Orientalibus ſeptuaginta, qui fidem catholicam, & Athanaſium damnaverunt. Porro in Sardicenſe Concilium aliqui Canones Concilij Nicœni tranſlati ſunt, proinde Canones Sardicenſes Nicœnos appellare ſolebant veteres, tradit *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 3. verbo, *Sardicenſe, fol.* 196. *Bellarmin. lib.* 1. *de Concil. cap.* 7. in principio, ubi hoc Concilium Sardicenſe appellat

appellat partim confirmatum, partim reprobatum, late *Baron. 3. tom. annal. anno Chriſti* 347. p totum, cum quibus proſequere. Sardica civitas eſt Thraciæ, ut per eundem *nu.* 2.

15 Ibi, Carthaginienſem. Carthaginienſis Synodus dicta prima, perperam ponitur tempore Sylveſtri, vel Marci Papæ. Mendoſè item legitur in eiuſdem Synodi præfatione, Conſtantinus, loco Conſtantis Imperatoris. Fuit celebrata tempore Pontificis Iulij, anno Chriſti 348. occaſione legationis à Conſtante Imperatore in Africam miſſæ per Paulum, & Macarium clariſſimos viros, ad uniendos diviſos ſchiſmate Donatiſtas, Eccleſiæ catholicæ; ſunt hæc illa tempora dicta Macariana, ſic denominata ab altero legatorum Macario, quorum frequens fit mentio, tùm apud Optatum Milivitanum, & Sanctum Auguſtinum, tum etiam apud ipſos Donatiſtas. Vide *Baron. tom. 3. annal. anno* 348. *nu.* 16. Cæterum quod hæc dicatur prima Synodus, non ita accipiendum eſt, ut nulla alia hanc ipſam præceſſerit, ſed ideo prima dicta, quòd aliæ perierunt, & aliarum, quæ extarent, hæc antiquiſſima probetur. Vide *Baron.* ubi ſupra, *nu.* 42.

16 Ibi, Opuſcula Theophili. De quibus vide poſita ad *cap. Sancta, nu.* 11. *diſtinct.* 15.

17 Ibi, Dionyſij Alexandrini Epiſcopi. Dionyſius Alexandrinæ urbis Epiſcopus, ſub Heracla ſcholam presbyter tenuit, & Origenis valde inſignis auditor fuit. Hic in Cypriani, & Africanæ Synodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis, ad diverſos plurimas miſit epiſtolas, quæ uſque hodie extant. Cum verò accuſatus fuiſſet apud Romanum Pontificem Dionyſius, quòd Filium Dei creaturam dixiſſet, ſcripſit Apologiam, ex qua citat quædam *Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap.* 29. & Athanaſius pulchra de eodem Dionyſio Alexandrino in epiſtola de ipſius ſententia, quę erat omnino catholica. Multa ipſe Dionyſius ſcripſit de quibus vide latè *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Dionyſius Alexandrinus, fol.* 401 moritur 12. Galieni anno.

18 Ibi, Petri Alexandrini Epiſcopi, & martyris. Petrus Alexandrinus in Ægypto Archiepiſcopus, vir ſanctus, & martyr, qui ut Nicephorus habet in eccleſiaſtica hiſtoria Teonæ, qui eum Archiepiſcopatum undeviginti annos rexerat, ſucceſſit; quiq; à Maximo Imperatore ob catholicæ fidei defenſionem capite plexus, fuit martyrio coronatus; Canones eos edidiſſe ſcribitur, qui feruntur in ſermone de pœnitentia, quos *Margarinus* ſuæ Patrum *Bibliothecæ tom.* 2. inſeruit, quibus cum Balſamon Græci ritus ſectator, adiecerit ſcholia, hæc circunſpectu legenda ſunt. Cæterũ lectores meminerint, acta Petri Alexandrini, hoc eius nomine edita fuiſſe corrupta; & quidem Arium à Petro Alexandrino fuiſſe excõmunicatum ob ſchiſma Meletij, vide *Breviarium Romanum die* 26. *Novemb.* Germana autem eſſe acta, quæ ab Anaſtaſio S.R.E. bibliothecario Latinè, è Græco reddita fuerunt, certum eſt. Vide *Poſſevin. tom.* 3. *in apparatu*, verbo, *Petrus Alexandrinus.*

19 Gregorij Thaumaturgi. Gregorius Neocæſareæ Ponti Epiſcopus, ſanctitate, doctrinaq; illuſtris, ſignis verò, ac miraculis multo illuſtrior, quorũ multitudine, atq; præſtantia Thaumaturgus appellatus eſt, & Sancti Baſilij teſtimonio cum Moyſe, Prophetis, & Apoſtolis cõparatus; montem, qui Eccleſiæ ædificationem impediebat, oratione aliò tranſtulit; ſæpiſſimè Dæmones ex Idolorum ſimulacris, atq; ex hominum corporibus eiecit, multaq; alia mirabiliter effecit, quibus innumerabiles homines traxit ad Ieſu Chriſti fidem, cum etiam prophetico ſpiritu futura prædiceret, qui migraturus è vita, cum quæſiſſet quot in civitate Neocæſarienſi reliqui eſſent infideles, reſponſũq; eſſet, tantum eſſe ſeptendecim, Deo gratias agens, *totidem*, inquit, *erant fideles, cum cepi epiſcopatum.* Plura ſcripſit, quibus Dei Eccleſiam illuſtravit. At ab Eutychianis hæreticis fuit liber Gregorij Thaumaturgi depravatus, ut poſt *Evagrius*, advertit *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 266. *nu.* 22. multa de eodem Gregorio, vide in ipſo *tom. anno Chriſti* 233. & ad *Martyrologij notas die* 27. *Novembris*, eius opera prodierunt Græcè, & Latinè, interprete, & ſcholiaſte Doctore *Gerardo Voſſio, anno* 1604.

20 Ibi, Athanaſij Epiſcopi. De quo vide poſita ad *cap. Sancta, nu.* 8. ſupra *diſt.* 15.

21 Ibi, Baſilij. De quo vide poſita ad *cap. Sancta, num.* 8. ſupra *diſtinctione* 15.

22 Ibi, Gregorij Nyſſeni. Gregorius Nyſſenus Epiſcopus Magni Baſilij frater; is fuit quem perperam Emiſſenum Honorius in Cathalogo, & Tritemius vocarunt; antiquitas verò ita ſuſpexit, ut ſequentibus ſæculis theologi tàm Græci, quàm Latini, ad confirmanda Orthodoxa dogmata teſtem certiſſimum adhibuerint, quippequi in ijs, quæ ad fidem pertinent, nulli in re à Baſilio, ut inquit, etiam Cardin. Bellarm. diſſenſerit, licèt nonnulla, qui eo tempore nondum ita declaraverat Eccleſia, ſcripſerit. Sanè quòd is ipſe Nyſenus actus ſit in exiliũ ab Arianis, ſub Valente Imp. quodq; hoc demeritò, deſtinatus

ſit ab Anthiochena Synodo ad inſtaurandas Orientales Eccleſias, & à Synodo œcumenica Conſtantinopolitana ſub Theodoſio habita, ad viſitandas Eccleſias Arabiæ. Dignus autem fuerit, ut inter præcipuos catholicæ fidei propugnatores, ſanctione etiam imperiali laudaretur. Eius opera extant in Pariſienſi editione Sebaſtiani Nivellij anno 1573. poſtea nonnulla, quæ deerant Iacobus Gretſerus Societati Ieſu theologus, & Græcè, & Latinè abs ſe facta, emiſit in publicum, ex typographia Adami Sartorij anno 1600. Tandem recuſa ſunt rurſus eiuſdem opera omnia, notis Frontonis Ducæi Societatis Ieſu illuſtrata, Pariſijs apud Michaelem Somnium anno 1605. Vide latè *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Gregorius Nyſenus, fol.* 384. uſq; ad 592. latiùs *Baron. tom.* 4. *annal. anno Chriſti* 369. *nu.* 64. & ſeqq. & *anno* 370. *nu.* 17. & ſeqq. & *anno* 378. *nu.* 44.

23 Ibi, Gregorij theologi. Hic eſt ille Gregorius Nazianzenus cognomento theologus, ut dicit *Poſſevin. d. tom.* 1. *fol.* 572. de quo vide poſita ad *cap. Sancta, nu.* 7. ſupra *diſt.* 15.

24 Ibi, Amphilochij Iconienſis. Amphilochius Iconij Epiſcopus Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nyſeno, Hieronymo cognitus, atque probatus, quin, & ſubſcriptor teſtamenti Gregorij Nazianzeni, uti etiam à Theodoſio Imperatore laudatus edicto, commendatur *à Hieronymo tùm epiſt.* 84. *ad Magnum,* tùm in Cathalogo eccleſiaſticorum ſcriptorum; multa ſcripſit in ſuis Dialogis Poymorphi, & ex ipſo citat eum *Tritemius,* aitq; vixiſſe anno 590. Sed error eſt in numero, ſcribendum enim eſt anno trecenteſimo nonageſimo. Eius opera Græcè, & Latinè edita ſunt Antuerpiæ, apud Ioachinum Trognæſium anno 1598. Vide *Poſſevin. in apparatu ſacro,* 1. *tom.* verbo, *Amphilochius, fol.* 77. *Baron. tom.* 4. *annal. anno Chriſti* 381. *nu.* 74. & *anno* 385. *nu.* 30. & 383. *nu.* 36. & 394. *nu.* 29. & alijs in locis.

25 Ibi, Timothei Alexandrini. Timotheus Alexandrinus Epiſcopus, è centum quinquaginta Patribus, qui Conſtantinopoli convenerũt, reſponſa edidit canonica, in quem Balſamo ſcholia ſcripſit, ſed tum hæc, tum reliqua Balſamonis, uti et eiuſdem Timothei, examinanda ſunt ad lancem catholicæ Eccleſiæ Romanæ. De illo multa habes apud *Ruffinum eccleſiaſtica hiſtoria primo libro, cap.* 17. & *lib.* 2. *cap.* 21. *Socratem lib.* 5. *cap.* 8. & 12. *Sozomen. lib.* 6. *cap.* 29. & *lib.* 7. *cap.* 7. & 9. vivebat anno 385. tempore Valent. & Theodoſij. Adde *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 3. verbo, *Thimotheus Alexand. fol.* 319. *Baron. tom.* 4. *annal. anno Chriſti* 380. *nu.* 16. & 385. *nu.* 30.

Ibi, Gennadius Conſtantinopolitanus. 26 Gennadius Epiſcopus, ſive Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir (ut inquit *Gennadius Maſſilienſis*) lingua nitidus, & ingenio acer, tàm dives ex lectione antiquorum fuit, ut Danielem Prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret. Homilias etiam multas compoſuit. Moritur Leone Seniore Imperatore. Eius autem miracula, & virtutes proſequitur *Nicephorus Eccleſ. hiſtoria, lib.* 15. *cap.* 22. & 23. vivebat anno 460. licèt aliter tradat *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. verbo, *Gennadius Epiſcopus, fol.* 534. Tu vide *Baron. tom.* 6. *annal. anno Domini* 458. *nu.* 32. & *anno* 459. *nu.* 3. 10. 15. de eius morte agit *anno* 471. *nu.* 1.

Ibi, Cyrilli Alexandrini. 27 De quo vide poſita ad *cap. Sancta, nu.* 12. ſupra *diſt.* 15.

Ibi, Cypriani Carthaginienſis. 28 De quo vide poſita ad *cap. Sancta, num.* 5. ſupra *diſt.* 15.

Ibi, Et Synodum ſuam. 29 In qua ipſe Cyprianus cum multis alijs Africanis Epiſcopis, putabat baptizatos ab hæreticis, verum baptiſma non recipiſſe; cuius contrarium Beatus Auguſtinus veraciter aſſerebat; & ipſam Cypriani ſententiam totius orbis conſilio excluſam fuiſſe teſtatur, de quo vide latè *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 258. *nu.* 12. & ſequentibus, uſq; ad *num.* 43.

CAP. Sancta octo. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Primum Nicænum Concilium quale?*
2 *Secundum Concilium Conſtantinopolitanum.*
3 *Tertium Epheſinum.*
4 *Quartum Chalcedonenſe.*
5 *Quintum Conſtantinopolitanum.*
6 *Sextum Conſtantinopolitanum.*
7 *Septimum Nicænum.*
8 *Octavum Conſtantinopolitanum.*
9 *Senſus Conciliorum non debet interpretari.*

IBi, Primum Nicœnum. 1 De quo vide poſita ad *cap. Canones, à num.* 2. uſq; ad *num.* 16. ſupra *diſt.* 15.

Ibi,

2 Ibi, Secundum Conſtantinopolitanum. De quo vide poſita ad *cap.* 1. *nu.* 7. & ſeqq. ſupra *diſt.* 15.

3 Ibi, Tertium Epheſinum. De quo vide poſita ad *cap.* 1. *nu.* 28. & ſequentibus, ſupra *diſt.* 15.

4 Ibi, Quartum Chalcedonenſe. De quo vide poſita ad *cap.* 1. *nu.* 29. & ſequentibus, ſupra *diſt.* 15.

5 Ibi, Item quintum Conſtantinopolitanum. Conſtantinopolitanũ Cõcilium, quod verè quintum fuit, celebratum eſt Vigilio Summo Pontifice, & Iuſtiniano Seniore Imp. anno 12. poſt conſulatum Baſilij, qui fuit annus à Domini Incarnatione 553. convenerunt Epiſcopi 156. è quibus erant Patriarchæ Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Dominus Antiochenus, Euſtochius Hieroſolymitanus, qui non per ſe, ſed per legatos interfuit; Summus autem Pontifex, nec per ſe, nec per legatos, Synodum tamen per libellum confirmavit, ut *Nicephorus* ſcribit *lib.* 17. *cap.* 27. Cauſa cõgregãdę Synodi fuit Origenis hæreſis, quæ tunc invalescebat, & ſimul Didymus, & Evagrius, *eius ſectatores*, nec non Theodori Mopſueſtini, & Theodoreti Cyrenſis ſcripta, & epiſtola, quæ dicebatur, *Ibe ad Martinũ Perſam.* Vide *Ioan. Zonaram in vita Iuſtiniani: Nicephorum lib.* 17. *cap.* 27. *Sanctum Gregorium lib.* 1. *epiſt.* 24. *Evagrium lib.* 4. *cap.* 38. At quintæ Synodi acta depravata eſſe ab Origeniſtis, ſive à Monothelitis, inquit *Baron. Cardin. tom.* 7. *ſub anno Domini* 553. Vigilij autem 14. Vide latè *Azor. in ſumm. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. verſ. *Quintum generale*.

6 Ibi, Et ſextum. Conſtantinopolitanũ tertium Concilium, quod ſextum fuit, celebratũ eſt anno 12. Conſtantini 4. teſte Paulo Diacono in vita ipſius, qui quidem erat annus Domini 681. & Concilium quidem numerat annos Conſtãtis à prima coronatione, Paulus verò Diaconus à morte Conſtantini patris Conſtantini. Convenerunt epiſcopi 289. licèt alij dicant 550. Patriarchæ fuerunt duo, Georgius Conſtantinopolitanus, & Macharius Antiochenus. Nam reliqui Alexãdrini, & Hieroſolymitani per legatos egerunt, uti & Agatho Pontifex per legatos ſuos interfuit, ac præfuit. In ea Synodo damnata fuit hæreſis volentium unam tantum in Chriſto voluntatem. Vide de hoc Concilio *Albertum Pighium in Diatriba*, qui Synodum 6. & 8. ut modò extant, ſuppoſititias putat. At Franciſcus Turrianus veras, & germanas eſſe aſſerit. *Card.* autem *Bellarm.* agit latè de ijs *lib.* 4. *de Sũmo Pontifice, cap.* 11. *Azorius in ſumm. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. verſ. *Sextum Concilium*, qui latiſſimè de eo agit; & adde poſita ad *cap. Prima autem, nu.* 7. *hac eâdem diſt.*

Ibi, Item Nicœnum ſeptimũ. 7 Nicœnum Concilium ſecũdum, quod fuit ſeptimum è primis generalibus, coactum eſt anno octavo Conſtantini, & Irenæ, tradunt *Paul. Diac. lib.* 23. *rerum Romanorum*, & *Cerdenus in compendio hiſtoriarum.* Fuit is annus 781. ſi Paulo Diacono credimus, 786. Si Cerdeno, 789. Si Onufrio. Pſellus autem, vel vitiatus à librarijs, vel deceptus, ſexaginta dumtaxat annos ponit, inter 6. & 7. Concilium. Convenerunt epiſcopi 350. è quibus Patriarcha unus fuit Tharaſius Conſtantinopolitanus; cæterorum autem legati. Adrianus Papa per legatos ſuos præfuit, ac unà cum Concilio eos damnavit Iconomachos hæreticos, qui ſacras Chriſti, & Sanctorum imagines omni honre ſpoliabant. Vide *Azorium in ſumma morali, p.* 2. *cap.* 16. verſ. *Septimum generale*, & *Suarium in defenſione fidei, lib.* 2. *cap.* 11. ubi id apertiſſimis, & doctiſſimis probat teſtimonijs. Docet verò idem auctor Iconomachos audaci quadam temeritate, imò fatua hæreſeos tenacitate, omnem ſacrarum imaginum cultum, ac venerationem de medio auferre conatos. Cuuis monſtroſi, & execrandi erroris auctor fuit quidam Xenias Perſa, qui cum eſſet ſervus, & nondum baptiſatus, Epicopus à Petro Gnafeo creatus eſt, ut refert *Nicephorus lib.* 16. *hiſt. cap.* 28. ubi hæc præclara verba ſubjungit. *Primus* (*ô audacem animum, & ôs impudens*) *vocem illam evomuit; Chriſti, & eorum, qui illi placuerunt, imagines venerandas non eſſe.* Et quidem illorum eſt impudentia detegenda, qũi in tantum ſcellus prorupêre, ut eruditè probat *Bellarm. tom.* 1. *de controverſijs, in præfat. de Eccleſia triumphante.* & *lib.* 2. *de imaginibus Sanctorum, cap.* 12. euentum refert, & dictu, & memoratu dignum, quem ex *Paulo Diacono lib.* 21. *ver. Roman.* ſic memorat conceptis verbis. *Cum Iconomachus quidam conſpecta ſtatua B. Virginis, lapides in eam jeciſſet, eamq; cõminuiſſet, per quietem Virginem ipſam ab eo viſam, terribiliter his verbis comminantem, In caput tuum hoc feciſti. Deinde paulò poſt eundem ingenti lapide percuſſum, atque ita contritum eſſe, ut ipſe ſtatuam comminuerat.* Si verò quæras, quare Deus in veteri teſtamento nullas imagines, vel ſculpturilia proſcribi fuerit, in novo tamen teſtamento id patiatur? Reſponſum vide apud *Abulenſ. q.* 39. *in cap Exodi.* ad quem lectores remitto.

Ibi, Octavum quoque Conſtãtinopolitanum. 8 Conſtantinopolitanum quartũ, quod fuit octavum Concilium, celebratum eſt Adriano 2. ſũmo Pontifice, & Baſilij Auguſti anno 3. qui

fuit annus 870. convenère Episcopi 383. è quibus unus Patriarcha Photius, ac deinde Ignatius Constantinopolitanus. Cæteri per legatos. Hoc autem Concilium extat imperfectum in tomis Conciliorum, in quo (depositoPhotio) iterum restitutus est Ignatius; huius autem Concilij meminit *Zonar. in vita Basilij Imperatoris.* Ex hoc itidem tẽpore, Photij suasu, & opera Græci cęperunt manifeste contra Primatum Romani Pontificis sentire, & docere. Cæperunt quoque latinos odio capitali insequi, & tanquam anathemate percussos devitare, eo quod addidissent Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano (*Filioq; procedit*) quare palam Græci sese à Romanis, & latinis divisérunt. Vnde amplius non sunt celebrata Concilia generalia in Oriente: Vide *Possevin. in apparatu sacro, tom.* 1. verbo, *Constantinopolitana* 4. *fol.* 352. *Azorium in summa moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 16. vers. *Octavum generale.*

9 **Ibi, Immutilata servare.** Ergo non debet mutari, nec interpretari sensus Conciliorum, de quo vide *Bullam Pij* 4. *super confirmatione Concilij Trid. post med.* ubi ipso jure excommunicat illos, qui sine authoritate Pontificia ausi fuerint cõmentarios, glossas, annotationes, scholia, ullũ vè omnino interpretationis genus, super ipsius Concilij decretis quocumq; modo edere; per hoc tamen non prohibetur juris interpretatio, ut post alios tradit *Menoch. de adipiscend. remed.* 4. *nu.* 225. *Suar. de censuris, disp.* 23. *sect.* 7. *nu.* 12.

CAP. Sexta Synodus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Qui Canones adscribantur sextæ Synodo Constantinopolitanæ?*
2 *Concilium Nicænum.*
3 *Arius execrabilis homo fuit, & de eius erroribus.*
4 *Synodus Constantinopolitana.*
5 *Synodus Ephesina.*
6 *Synodus Chalcedonensis.*
7 *Synodus quinta Constantinopolitana.*

1 COnstantinopolitanæ sextæ Synodo, qui Canones adscribuntur præcipuè 13. & 53. falsó adscripti sunt, cumpostea editi fuerint à nova quadam Synodo, quam Romani Pontifices reprobarunt. Vide *Franciscum Turrianum lib. de sexta Synodo: Melchiorem Canum de locis communibus, cap. Vlt. in solutione sexti argumenti.* Sophronij autem Hierosolymitani epistola, quæ in undecima sextæ Synodi actione, quamve hæretici corruperunt, inscripta est ad Sergium Constantinopolitanum episcopum, ducem Monothelitarum, falso ita inscripta est. Nam revera scripta fuit Honorio Pontif. Max. vere Catholico, quidquid aliter mentiti fuerint hæretici. Eidem item Synodo tributus Canon trigesimus sextus, qui habet episcopum Constantinopolitanum æquare Romanum Pontificem, non est verę, legitimæ, atq; æcumenicæ Synodi, sed alterius cuiusdam cõventiculi, quod sese falso sextam Synodum appellavit. Constat enim Synodum sextam, Agathone Pontif. Maximo, & Constantino Quarto Imperatore celebratam, nullos prorsus Canones edidisse; sed quinquennio post cõvenisse iterum aliquot juniores Episcopos, authore Iuniore Iustiniano, ac plures, nomine Synodi sextæ edidisse. Vide quæ supra diximus ad *cap. Quoniam, nu.* 1. & 2. *hac eadem dist.* & quæ tradit *Possevin. in apparatu sacro*, verbo, *Constantinopolitanæ sexta, fol.* 553. & verbo, *Franciscus Turrianus, fol.* 509. Adde *Azor. in summa moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. vers. *Sextum Concilium.*

Ibi, In Nicœa. De hoc Concilio Nicæno vide, quæ notavimus in *cap. Canones, à nu.* 2. usq; ad *nu.* 16. supra *dist.* 15. Adde *Azor. in summa moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. in principio. *Baron.* 3. *tom. annal. anno Christi* 325. *nu.* 6. qui *Covar.* & alios reprobat. 2

Ibi, Contra Arium. Fuit sceleſtus ille, & execrabilis Arius, blasphemus mille modis in Christum, qui ipsum Deum abnegans, multas procellas in Ecclesia catholica, & turbulentias cõcitavit, cum venenato corde fidei christianæ confessionem simularet, ambiens in amicitiam Principis, & in gradum presbyteri, unde meritò pulsus fuerat, revocari; & cum à sectatoribus magna celebritate, & pompa per mediam urbem Constantinopolim deduceretur, & perurgeretur alui necessitate, divertit à via, & ad publicas latrinas in foro Constantini sitas concessit, & subito cum ex crementis viscera omnia eiecit. Hoc proboso exitu, & ignominiosa morte impietatis suæ pœnas exolvit, & ad similitudinem Iudæ proditoris, crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius: mortem certè perpessus vita eius turpissima condignam, ne sub tegumento ovis lupus devoraturus gregem dominicum denuò introiret; cuius decessus infamis in obscænis, & impuris locis, ingentem terrorem Arianis incussit. Catholicis autem firmius Christianæ religioni adhærendi exemplũ fuit; contigit mors istius anno Christi 336. Constantini Imperatoris 31. cæpit ferere impia dogmata sua anno 322. Sylvestri Papæ 4. Constantini Imperatoris 17. damnatus à 318. Patribus in Synodo Nicæna anno 325. Sylvestri Pontificis 3

ſicis 12. Conſtantini Imp. 20. Huius rei progreſſum, & exitum narrant *Ruffin. lib. 1. cap. 23. Ambroſius de fide ad Gratianum lib. 1. cap. 9. Socrates lib. 1. cap. 25. Alphonſus Chacon de geſtis Pontificum, in vita Marci Papæ fol. 90. Baron. 3. tom. annal. anno Domini 336. nu. 45.* & ſeqq. & vide poſita ſupra ad *cap. Canones, diſt. 15. nu. 7.* & 8.

4 **Ibi, In Conſtantinopoli.** Vide quæ diximus ad *cap. Canones, diſt. 15. nu. 7.* & ſeqq. Adde *Azarium tom. 2. lib. 5. cap. 16.* verſ. *Secundum Concilium.*

5 **Ibi, In Epheſo.** Vide quæ diximus ad *cap. Canones, nu. 21.* & ſeqq. ſupra *diſt. 15.* Adde *Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 16.* verſ. *Tertium Concilium.*

6 **Ibi, In Chalcedone.** Vide quæ diximus ad *cap. Canones, nu. 29.* & ſeqq. ſupra *diſt. 15.* Adde *Azorium in ſumma, tom. 2. lib. 5. cap. 16.* verſ. *Quartum Concilium.*

7 **Ibi, Quinta item.** Vide quæ diximus ad *cap. Sancta, nu. 5.* ſupra *hac eadem diſt.* Adde *Franciſcum Gratianum in Compendio juris, p. 1. diſt. 1. nu. 50.*

CAP. Prima autem. X.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici hîc numerati.*
2 *Prima Synodus Nicæna.*
3 *Secunda Synodus Conſtantinopolitana.*
4 *Tertia Epheſina.*
5 *Quarta Chalcedonenſis.*
6 *Quinta Conſtantinopolitana.*
7 *Sexta Conſtantinopolitana.*
8 *Papa Agatho quis fuerit?*

1 DE omnibus hæreticis hic numeratis agit *Covar. lib. 4. var. cap. 15.* Adde *Baron. 3. tom. annal. anno 325. à nu. 1.* & *4. tom. anno 381. à nu. 17.* & *tom. 5. anno 430. à nu. 5.* & *anno 451.* & *6. tom. anno 553.* & proſequere cum *Bellarm. lib. 1. de Concilijs cap. 5.*

2 **Ibi, Prima autem Synodus in Nicæa.** Vide poſita ad *cap. Canones, à nu. 2. uſq; ad 16.* ſupra *diſt. 15* & *ad cap. 6. nu. 2. hac eadem diſt.*

3 **Ibi, Secunda in Conſtantinopoli.** Vide poſita ad *cap. Canones, nu. 7,* & ſeqq. ſupra *diſt. 15* & ad *cap. Sexta, nu. 4. hac eadem diſt.*

Ibi, Tertia in Epheſo. Vide poſita ad *cap. Canones, nu. 21.* & ſeqq. ſupra *diſt. 15.* & ad *cap. Sexta. nu. 5. hac eadem diſt.* 4

Ibi, Quarta in Chalcedone. Vide poſita ad *cap. Canones, nu 29.* & ſeqq. ſupra *diſt. 15.* & ad *cap. Sexta, nu. 6. hac eadem diſt.* 5

Ibi, Quinta in Conſtantinopoli Vide poſita ad *cap. Sancta, nu. 5.* & ad *cap. Sexta nu. 7.* ſupra *hac eadem diſt.* 6

Ibi, Sexta in Conſtantinopoli. Vide poſita ad *cap. Sancta, nu. 6. hac eadem diſt.* Sed ibi dicimus conveniſſe 289. Epiſcopos, quã etiam lectionem obſervat *Bellarm. de Concilijs lib. 1. cap. 5. §. Sexta Synodus* hîc tamen Gratianus ſolum 150. Epiſcopos, ſeu Patres enumerat, quã etiam lectionem obſervarunt *Beda in lib. de Sex ætatibus prope finem* Addo *Viennenſim, & Treculphum in Chronico.* 7

Ibi, Agathonis Papæ. Qui fuit nomine tertius ut tradit *Azorius in ſumma. tom. 2. lib. 5. cap. 16.* verſ. *Sextum Concilium* in principio. 8

CAP. Prima adnotatio. XI.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de Canonibus noſtro textu contentis.*
2 *Synodus Ancyrana quando celebrata.*
3 *Secunda Synodus Neocæſarienſis.*
4 *Tertia Synodus Gangrenſis.*
5 *Quarta Synodus Sardicenſis.*
6 *Oſius Cordubenſis an ei præfuerit?*
7 *Quinta Synodus Antiochena.*
8 *Sexta Synodus Laodicenſis.*
9 *Septima Carthaginenſis.*
10 *Octava Africana.*
11 *Nona Arelatenſis.*
12 *Canones eius quot fuere?*
13 *Marinus Epiſcopus ſcripſit Sylveſtro.*
14 *Decima Synodus Arelatenſis.*
15 *Vndecima Synodus Arelatenſis.*
16 *Duodecima Synodus Arelatenſis.*
17 *Decima tertia Synodus Arelatenſis.*
18 *Decima quarta Synodus Arauſicenſis.*

COllige ex textu Canones Ancyranos, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Sardicenſes, Africanos, & Carthaginẽſes authoritatem habere, de quo videbis poſita ad *cap. De libellis, 20. diſt.* 1

Item Canones Antiocheníes, et Laodicenſes confirmantur in Sexta Synodo Trullo confirmata. Item Milevitana Synodus confirmata eſt authoritate Innocentij: Arauſicana I. authoritate Leonis I. Arelatenſis Synodus prima, ſecunda, & tertia communi uſu receptæ ſunt; ut etiam Aurelianenſis, *cap.* 2. 3. 4. & 5. ſic etiam Aluernenſis Synodus; in ſuper Bracharēſes Synodi *cap.* 2. & 3. Præterea Maticenſis I. & II. Tandem Lugdunenſis I. & II. vide *Azorium inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 19. ad. fin. verſ. *Ex his conſtat.*

2 In principio textus Ancyrana. Celebrata fuit hæc Synodus, quanuis id Gratianus non dicat, anno Domini 316. ut ait *Onuphrius in Chronico*, & poſt illum tradit *Azorius* ubi ſupra, verſ. *Prima annotatio*, quanvis fuiſſe celebratam anno 308. tradat *Franciſcus Gratianus in compendio iuris Canonici p.* 1. *diſt.* 3. *nu.* 55. in principio.

3 In Verſ. Secunda Neocæſarienſis. Quæ poſt Ancyranam legitur fuiſſe; peracta eſt hæc Synodus paucis annis poſt Ancyranam, vel eodem anno, quo Ancyrana, ut poſt *Onuphrium in Chronico*, dicit *Azorius* ubi proximè verſ. *Secunda*. At *Franciſcus Gratianus* ait fuiſſe celebratam anno Domini 311.

4 In verſ. Tertia Gangrenſis. Quæ dicitur fuiſſe poſt Nicœnam. Coacta eſt hæc Synodus teſte *Onuphrio in Chronico*, anno Domini 361. ut etiam habet *Azorius d. cap.* 19. verſ. *Tertia*. ſed *Franciſcus Gratianus* ubi ſupra, *nu.* 56. firmat fuiſſe celebratam circa annum Domini 324. in Paphlagonia, ſive regione Pelaſgiorū ſub Sylveſtro I. Adde poſita ad *cap. Quoniam, nu.* 8. ſupra *hac eadem diſt.* & *in cap. Siquis diſcernit, nu.* 1. infra *diſt.* 28.

5 In verſ. Quarta Sardinenſis. Quæ fuit ferè generalis, quia ex plurimis provincijs Epiſcopi convenerunt; ex Occidente 300. ex Oriente 70. ut aiunt *Socrates lib* 2. *cap.* 15. *Sozomenus lib.* 3. *cap.* 11. Miſſi ſunt ad Concilium legati à Iulio I. Pontifice, in quo Patres ſtatuerunt Canones 21. anno Domini 347. ut refert *Azorius d. cap.* 19. verſ. *Quarta. Franciſcus Gratianus nu.* 57. *Baron. tom.* 3. *annal. anno Chriſti* 347. *nu.* 3. & ſeqq. cumquo proſequere.

6 In eodem verſ. Quarta, ibi, Oſius Cordubēſis. Quidquid dicat Gratianus, Oſium Cordubenſem primarium locum tenuiſſe, certius eſt ex Athanaſio Archidiaconum, atq; Philoxenū legatos Pontificios, cum locum obtinuiſſe. Vnde etiam emendandus eſt ipſe Gratianus, dum alios legatos enumerat in præſenti; ut tradit *Baron. tom.* 3. *annal. anno* 347. *nu.* 10. Sanè quis fuerit iſte Oſius, & plura de Sanctitate, & eius ſcientia, tandem de ipſius miſerabili fine tradit *D. Iſidorus de ſcriptoribus Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 1. *Baron. d. tom.* 3. *anno Domini* 325. *à nu.* 13. & 20. & *anno* 357. *nu.* 15. 16. & 30.

In verſ. Quinta Antiochena. 7 In qua Patres triginta, ſtatuerunt Canones 59. quorum author Maximus Euſebius Palæſtinæ Epiſcopus fuit; celebrata eſt año Domini 361. ut poſt *Onuphrium* teſtatur *Azor.* ubi ſupra, verſ. *Quinta*. At *Franciſcus Gratianus d. diſt.* 3. *num.* 60. ait fuiſſe celebratam temporibus Aureliani Imperatoris, videlicèt ab anno Chriſti 272. uſq; ad 277. exiſtente Pontifice Romano Dionyſio primo, & congregatum fuiſſe contra Paulum Samozatenum, negantem Filium Dei deſcendiſſe de cœlo. Sed nonnulla de his meritò diſplicuerunt *Baron. tom.* 3. *annal. anno Domini* 341. *nu.* 37. & ab illo Gratianus reprehenditur, quòd hanc Synodum inter Concilia à catholicis habita, recenſeat, quem videbis circa cerutudinem.

In verſ. Sexta Laodicenſis. 8 In qua Patres 32. ſtatuerunt Canones 59. quorum author Theodoſius Epiſcopus extitit, anno Domini 364. teſte *Onuphrio in Chronico*, quem ſequitur *Azorius*, ubi ſupra, verſ. *Sexta Franciſcus Gratianus d. nu.* 60. poſt principium, qui ait fuiſſe congregatam in fine Liberij Papæ, ſeu in initio Damaſi. Contrarium tamen docet *Baron. tom.* 4. *annal. in Appendice* ad fin. ubi dicit, præpoſtero ordine Gratianum hîc agere; quia Synodus Laodicenſis tertio loco erat ponenda, & hîc reperitur ſexto ordine collocata. Adde *Poſſevin. in apparatu ſacro. tom.* 2. *fol.* 327. & vide poſita ad *cap. Quoniam*, ſupra *hac eadem diſt. nu.* 9.

In verſ. Septima Carthaginēſis. 9 Fuit hæc Synodus Carthaginenſis ſexta, ut tradit *Azor.* ubi ſupra, verſ. *Octava*; qui contra Gratianum ait, interfuiſſe Patres 228. ſtatuentes Canones 23. quorum author fuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus, anno Domini 418. in qua Synodo interfuiſſe legitur Sanctum Auguſtinū Hypponenſem Epiſcopum, tempore Honorij Auguſti. At in præſenti Gratianus inquit, fuiſſe Patres 217. ſtatuentes Canones 33.

In verſ. Octava Africana. 10 De ſeptima Africana (hoc eſt de Carthaginenſi quarta) egit *Azorius* ſupra citato loco, verſ. *Septima*. Fuit enim hæc Synodus celebrata anno Domini 397. ſub Theodoſio minore, in qua Patres 229. recitaverunt, & firmaverunt Canones 105. qui per diverſa Concilia Africanæ provinciæ, tempore Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi, leguntur eſſe conſ-

conſcripti; Gratianus tamen affirmat Patres fuiſſe 217.

11 In verſ. Nona Arelatenſis. Celebrata fuit tempore beati Sylveſtri Papæ primi, & Cõſtantini Imperatoris, Voluſiano, & Aniano Cõſulibus; ad fuit autem Conſtantinus, ut omnia abſq; tumultu agerentur, cum videret Donatiſtas ad turbas ciendas admodum promptos, quod teſtatur *Euſebius in vita ipſius, lib. 1. cap. 37. & 38.* refertur hæc Synodus, *tom. 1. Concil. fol. mihi 368.*

12 Ibi, Canones quatuor. Canones fuiſſe viginti tres contendit *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti 314.* Sylveſtri Papæ I. & Conſtantini IX. qui omnes Canones ad Sylveſtrum miſſi ſunt ab Epiſcopis, qui in Synodo interfuerunt, ſcripta ad eum epiſtola Synodali, qua petierant ſtatuta ab ipſis condita, eius authoritate confirmari; & opinio Baronij firmatur ex actis eiuſdem Synodi.

13 Ibi, Marinus Epiſcopus. Epiſtola quam Marinus Sylveſtro miſit, ſic incipit. *Domino, & ſanctiſſimo Patri Sylveſtro Epiſcopo Marinus, & Cæteri Epiſcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi; quæ deſerviunt communi Concilio charitati tuæ ſignificamus, vt omnes ſciant, quod in futurum obſervare debeant;* Canones autem Synodi videbis per eundem *Baron.* ſupra *citato loco*, verſ. *De obſervatione, fol. 121.* in impreſſione Romana.

14 In verſ. Decima item Arelatẽſis. De hac Synodo meminit *Azorius 2. tom. lib. 5. cap. 19. verſ. Decimâ, Gratianus in Compendio iuris Canonici p. 1. diſt. 3. verſ. Decima iterum*; fuit enim celebrata tempore ipſius Sylveſtri Papæ I. refertur *1. tom. Concil. fol. 375.* & de ſancto Cæſario hîc contento agit *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 441.* ante fin. Vir enim, fuit qui eximia claritudine tum ex doctrina, tum ex vitæ ſanctitate comparata, Gallias illuſtravit tempore Leonis I. Põtificis, Valentino, & Marciano Impp. ſcriptæ ſunt res geſtæ S. Cæſarij ab eius diſcipulo Cypriano, ad ſanctam Cæſariam illius ſororem; extant ipſæ quidem apud *Surium 27. Auguſti.*

15 In verſ. Vndecima item Arelatenſis. Meminerunt huius Synodi *Azorius* & *Gratianus* ubi proximè. Fuit autẽ Arelatenſis civitas Galliæ Narbonenſis *Plinius, lib. 3. cap. 4.* dicta Roma Gallula, ut tradit *Auſonius Poeta de claris urbib. Epigram. 7.* Fuit autem antiqua quæſtio agitata inter Epiſcopũ Arelatenſem, & Viennenſem, quòd ille prætenderet jus ordinandi Epiſcopos Viennenſis provinciæ ſpectare ad Epiſcopũ Arelatenſem. Iam enim hęc controverſia agitata fuerat à tempore Concilij Taurinenſis, & ab illo definita; de quo vide latiſſimè *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 445.* Leonis Papæ anno 6. & Theodoſij. 38.

16 In verſ. Duodecima item Arelatenſis, ibi, Author Cæſarius. Fuit celebrata hæc Synodus anno Chriſti 453. & Leonis Papæ 14. in qua plura de eccleſiaſtica ſervanda diſciplina, in ordinandis Eccleſiæ miniſtris; ſed dubitatio non levis inſurgit, an Cæſarius dici poſſit interfuiſſe huic Arelatenſi Concilio, ut textus affirmat, de quo agit *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 453.* Leonis Papæ 14. Valentin. 29. verſ. *Quod verò ad præſentem*, & ſequentibus, refertur hæc Synodus *tom. 1. Concil. fol. 726.* ubi dicitur *anno Chriſti 461.*

17 In verſ. Decima tertia item Arelatenſis. Fuit celebrata Era 851. anno quadrageſimo ſexto Imperij Caroli Magni ſub die ſexto Idus Maij; & licet noſter Gratianus non referat numerum Canonum in illa ſtatutorum, conſtat fuiſſe numero viginti ſex, ut apparet ex eadem Synodo, relata *3. tom. Concilij. fol. 268.* in impreſſione Colonienſi.

18 In verſ. Decima quarta Arauſicenſis. De hac Synodo, & Synodis ſequentibus eſt videndus *Azorius d. tom. 2 lib. 5. cap. 19. verſ. Vndecima. Gratianus in Compendio juris Canonici, p. 1. diſt. 3. verſ. Decima quarta*, quibus lectores remitto, ne forte prolixior illis videar.

CAP. Septuaginta. XII.

SVMMARIVM.

1 *Athanaſius quis fuerit?*
2 *Marcus Pontifex quis fuerit?*
3 *Athanaſius poſtulabat cap. Nicæni Concilij.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Athanaſius. Fuit Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus, atq; ex Tyrio Euſebianorum conventiculo ſe ſubtrahens, Conſtãtinopolim profectus eſt ad Conſtantinum Imperatorem, ipſumq; accerrimis querimonijs interpellavit adverſus Euſebianos, ob toleratas ab eis calumnias; dedit enim ea de re litteras Conſtantino, quas refert *Baron tom. 3. annal anno Chriſti 336. nu. 2.* tandem in Athanaſium fuit relegationis ſententia injuſtè lata ab eodem Conſtantino, ut per eundem *Baron. num. 9.* & ſequentibus.

2 In eadem ſuperſcriptione, ibi; Marco Papæ. Vide *Baron.* ſupra *citatis locis Alphonſum Chacon degeſtis Pontificum in vita ipſius Marci fol.* 89. Marcus Pontifex iſte inſtituit, ut diebus ſolemnibus ſtatim poſt Evangelium ſymbolum Nicœnum à clero, & populo magna voce decãtaretur; quod uſq; hodie diligenter, & religioſé ſervatur; conſtituitq; ut Epiſcopus Oſtienſis pallio uteretur,& ab eodem urbis Epiſcopus conſecraretur; ſedit octo tantum menſibus, ut teſtatur *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 19. tempore Marci mortuus fuit Arius hæreſiarcha, ut *in cap. Sexta,* ſupra *eadem diſt.* adnotavimus.

3 In textu. Poſtulat Athanaſius in preſenti, capitula Nicœni Concilij, cuius argumentum eſt, Ægyptios dira Arianorum perſecutione vexatos, inter alia diſpendium paſſos eſſe Nicœnorum Canonum, qui una cum omnibus alijs libris, ab eiſdem incẽſi fuerunt; quorum exemplaria à Romana Eccleſia, datis ad Marcũ Papam litteris poſtulat impertiri. De quo optime *Baron.* 3. *tom. anno Chriſti* 336. *nu.* 36. & ſeqq. & *nu.*58.& 59. ubi de hac epiſt. agit, & de reſponſione *Marci ad Athanaſium,* li cèt ipſemet *Baron.* de utriſq; dubitet. ſequitur *Bellarm. de ſcriptoribus eccleſiaſticis anno Domini* 1100. *tit. de Gratiano* verſ. *Primó.*

CAP. Viginti. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Stephanus Papa quis fuerit?*
2 *Circa textum authores referuntur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Stephanus Papa. Vide poſita ad *cap. Veſtimenta, 42. de conſecrat. diſt.* 1.

2 Ad textũ. Vide poſita ad *cap. Septuaginta,* & ad *cap. Prima in* 1. & 2. ſupra *eadem diſt.* Adde *Bellarm. lib.* 1. *de Concilijs cap.*5. verſ. *Septima Synodus,* & *cap.* 6. verſ. *Quartum eſt Concilium,* & *lib.* 2. *cap.* 9. in fine.

CAP. Quod dicitis. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pontifex quis fuerit?*
2 *Sardicenſe Concilium quãdo celebratũ?*
3 *Nemo ignorat quæ publice fiunt.*

1 INſuperſcriptione ibi,Nicolaus, Vide poſita ad *cap. Imperium,* ſupra *diſt.* 10.

2 Ad textum, ibi,Sardicenſe Cõcilium. Quod fuit celebratum anno Domini 347. in Sardica civitate,quæ confinis eſt Illyrij, Myſiæ,& Thraciæ, nobilis tunc civitas, diſtincta à Sardibus, nunc à Turcis,qui eam occuparunt, Triaditze vocata. Interfuerunt 300. circiter epiſcopi Orientales,& Occidentales. Plura videbis per *Baron. tom.* 3. *annal. anno Domini* 347. *nu.* 1. & ſeqq. *Alphonſum Chacon de geſtis Pontificum, ſub Iulio* 1. *fol.* 92. *Franciſcum Padilba in Epitome Conciliorum, fol.* 8. & 114. Optimè *Bellarm. lib.* 1. *de Concilijs, cap.*7. in principio. *Sozomenum lib.* 3. *hiſt. cap.* 11.

In Gloſſa, verbo, Regionibus. 3 Collige ex Gloſſa, quòd nemo poteſt ignorare ea, quæ publicé fiunt, de quo ultra notata ad *cap.*1. *de poſtulatione Prælatorum.* Vide *D. Thom.*1.2. *q.* 90. *art.* 4. *ad ſecundum. Sot. de juſt. q.* 1. *art.* 4. *Iaſon. in §. Siquis agens, nu.* 8. per totum, *de action.* & *in l. Si per errorem, nu.* 11. *ff. juriſdict. omn. jud. Abb. in cap. Noverit, nu.* 3. *de ſententia excõmunicat.*

DISTINCTIO. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui agunt de hac diſtinctione:*
2 *Concilia quomodo debeant congregari?*
3 *Archiepiſcopus an Primati ſubjiciatur?*

IN ſumma. Meminit huius diſtinctionis *Gregor. Lopez. part.* 1. *tit.* 5. *l.*5: *Gloſſa* 18. *littera N. Menoch. de arbitrar. caſu* 458. *à nu.* 33. & ſeqq. 1

In, Gloſſa, verbo, Generalia, 2 Agit Gloſſa quomodo Concilia debeant congregati,& à quibus perſonis,de quo videbis poſita per totam diſtinctionem, & de Conciliorum origene, & quid eis in univerſum conveniat. Vide *Albertum Pighium de eccleſ. Hierarchia, lib.* 6. *cap.*1. & ſpecies, & differentias eccleſiaſticorum Conciliorum, *cap.* 2.

In eadem Gloſſa, ibi, Primãs. 3 Vtrum autem Archiepiſcopi ſubjecti Primati, teneantur ire ad Concilium Primatis? Diſputat *Imola in cap. Grave, nu.* 24. *de prebendis,* & dicit quod jura non videntur hunc caſum decidere, neque reperit tactum per D. D. *Prapoſitus* verò *in cap. Propter,* in fin. *diſt.* 18. dicit quod contra

Imol.

Imol. eſt noſtra Gloſſa cum tantum dicat Primatem poſſe convocare Concilium Provinciale, ſed opinionem Præpoſiti videtur tenere *l. 10. tit. 5. part. 1.* & ibi, *Gregor. Lop. littera K.* ad finem.

CAP. Synodum. I.

SVMMARIVM.

1 *Marcellus primus ſtatuit circa Concilium Generale, et nu. 2.*
3 *Concilium Tridentinũ innovavit noſtrum textum.*
4 *Sacerdotes Dij vocantur.*

1 **AD textum.** Nota quod Pontifex Marcellus fuit primus, qui ſtatuit Concilium Generale non poſſe celebrari ſine conſenſu Romani Pontificis, ut per *Platinam*, & *Panvinum in vita ipſius Marcelli, fol.* 75. verſ. *At Maxentius* in fine, & vide *Padilham in Epitome Concilior.* poſt principium, *in Rubrica ad quem ſpectet celebrare Concilia*, & *lib. 1. de Concilijs, cap. 12.* verſ. *Quarto. probatur*, ubi meritò affirmat Concil. Generalia ſolum à Romano Pontifice congregari poſſe, & ad id inducit noſtrum textum in præſenti. Adde *Lalium Iordanum de Epiſcoporum cauſis cap. 3. nu. 41.* & 42. & *cap. 4. nu. 8. Decium in Conſil. 151.* incipit, *Divino implorato præſidio, nu. 13.* & ſeqq. *Caiet. in Opuſcul. de authoritate Papæ, & Conciliorum cap. 15.* & 16. *Burſat. Conſil. 109. à nu. 2.* & 3. *Didacum Alaba p. 1. de Concilio cap. 2. Lancelotus Conrad. in templo omnium judicum lib. 2. cap. 1. §. 4.* verbo, *Concilium ſolus Papa congregat.*

2 Licet enim Concilia in exordio ſurgentis Eccleſiæ convocarentur per Imperatores, ut tradit *Zabarel. Conſil. 150.* verſ. *Secundo quæritur*, quia tunc Eccleſia non erat potens, ut daret ſalvosconductus neceſſarios. Iure noviſſimo poſtquam religio firmata fuit, & Sedes Apoſtolica firmius in temporalibus ſtabilita, ſancitum fuit, ut conveniebat quod ſolus Papa tãquam Vicarius Chriſti convocaret, & aperiret Concilium generale. *Zabarel. conſ. 150. nu. 3. cap. Dudum 3. quæſt. 6.* poſt alios *Cardin. Tuſcus tom. 2. concluſ. 549. nu. 1.* & 2. & *concluſ. 555. nu. 1.* & 6. qui textus meminit, lege *Suar. de fide diſput. 11. ſect. 3. à nu. 4.* ubi etiam noſtrum textum adducit.

3 **In verſ. Neque.** Innovavit Sacroſanctum *Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* verſ. *Ab his*, faciunt quæ optimè tradit *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti 336.* verſ. *Cæterum.*

In fine textus, ibi, Dij eſtis. 4 Verba ſunt Regis Prophetæ. *Pſalmo 81. nu. 6.* de quibus ultra expoſitores vide *Peres ad l. 1. lib. 1. Ordinam.* verſ. *Alterius.* Sacerdotes ergo tanquam Dij ſunt colendi, & qui lædit Sacerdotem, Deũ lædit. Vt habetur in *cap. Nulli 3. quæſt. 1.* & notavit *Gloſſa*, verbo, *Calcata reverentia, in Extravag. dierum de pœnis, Ioannis 22.* Ideoq; ſoli Sacerdoti Sanctiſſimum Dei nomen *Tetragramaton*, capiti inſcriptum geſtare concedebatur, ut ſciret ſe proximè ad Deum accedere. Ita *Petrus Caniſius de Sacramento ordinis, fol.* 301. *Sebaſtianus Barrad, tom. 1. Concord. lib. 7. cap. 5. Suar. in defenſ. fidei, lib. 3. cap. 24.* ad finem.

CAP. Regula. II.

SVMMARIVM.

1 *Iulius Papa, quis fuerit?*
2 *Non eſt Concilium, niſi Pontifex illud approbet.*
3 *Pontifex per legatos poteſt intereſſe Cõcilijs.*

IN ſuperſcriptione, ibi Iulius. Vide poſita ad *cap. Nolite, diſt. 11.* 1

Ad textum. Notat *Præpoſitus in cap. Canones, nu. 12 diſt. 15.* ubi refert Iulij Papæ ſcripta, & tamen interea noſter textus non refertur, ſed illum refert *Bellarmin. lib. 1. de Concilijs, cap. 12.* verſ. *Clariſſimè*, & ex textu colligit non eſſe ratum Concilium, quod authoritate Pontificis fultum non fuerit. Vide ad hoc *Lalium Iord. de Epiſcoporum cauſis, cap. 3. nu. 43.* & 47. *de eius conſil. 151. nu. 13. Caiet. de authoritate Papæ, & Concilij. cap. 15. Burſat. conſil. 109. nu. 2.* & ſeqq. *Salas de legib. diſp. 8. ſect. 15.* in principio. *Franciſcus Gratianus in Compendio juris Canonici, diſt. 6. nu. 228.* verſ. *Nec ullum. Suar. de fide, diſp. 11. ſect. 3.* per totam. 2

In textu, ibi, Eccleſiæ legatus interfuit. Ergo Pontifex per legatos poteſt intereſſe Concilijs, qui legatus debet præſidere; de quo vide *Bellarm. d. lib. 1. de Concilijs, cap. 19.* verſ. *Catholici omnes*, & patet ex *epiſt. Leonis 17. ad Theodoſium*, & 47. *ad. Concil. Chalcedonenſe.* Atq; an tales legati poſſint errare in definiendis rebus Concilij? Vide optimè p eundem *Bellarmin. lib. 2. de Concilijs, cap. 11.* cum quo proſequere, & vide *Turrecrematam in ſumma eccleſiaſt. lib. 3. cap. 32.* & 34. adi *Suar.* proximè citatum, & *diſp. 5. ſect. 7. nu. 11.* 3

CAP.

CAP. Huic ſoli. III.

SVMMARIVM.

1 *Damaſus Pontifex quis fuerit?*
2 *Non uſurpantur conceſſa Romana Eccleſiæ.*
3 *Sedes Apoſtolica quare ſic nominatur? & num. 4.*
5 *Aliqua negotia Sedi Apoſtolicæ reſervantur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Damaſus. Qui fuit Antenij filius Luſitanus ex oppido Vimarenſi (vulgo Guimaraens) diœceſis Bracharenſis, ut præter Luſitanos noſtros, fatentur ex Hiſpanis, *Illeſcas in hiſt. Pontificali, in vita S. Damaſi. Garibay in Compendio hiſtoriali. p. 1. lib. 7. cap. 52. Pineda in Monarch. eccleſiaſt. p. 2. lib. 13. cap. 22. Gaſpar Barrer. in ſua Chronograph. cap. de Madrid. fol. 54. D. Marcus Caſtela Ferrer. in hiſt. D. Iacobi, lib. 2. cap. 23. Gregorius Tholoſanus in cap. Conquerente, cap. 2. nu. 4, fol. 226. de offic. ordinar.* creatus anno Domini 367. vir ſanctus, & eruditus in ſcripturis. Viam Platoniam dedicavit, verſibus quoque elegantibus ſanctorum corpora eo loci ſepulta, exornavit, multaq; alia metro, & proſa edidit. Pœnam talionis conſtituit eis, qui alterum falſi criminis accuſaſſent: inſtituit q; ut in Eccleſia pſalmi ab alternis canerentur, & in fine cuiuſcumq; pſalmi diceretur *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, & ut confeſſio, miſſæ eſſet exordium. Theodoſio Seniore Imperatore, obdormivit in Domino, lege *Platinam in vita ipſius, Alphonſum Chacon. de geſtis Pontificum, fol.* 100. & ſeqq. *Baron. tom. 4. anno Domini* 384. *nu.* 11. & ſeqq. *Fr. Bernard. de Britto in Monarch. Luſit. p. 2. lib. 5. cap. 27. Barboſ. ad Ordin. Luſit. lib. 5. tit. 49. §. 2. nu. 2.*

2 Ad textum. Illum notat *Præpoſitus in cap. Canones, nu. 2.* & 14. *diſt. 15.* & collige ex eo nulla poſſe uſurpari cõceſſa Romanæ Eccleſiæ, de quo ultra poſita ad *cap. ſupra proximum.* Adde *Lalium Iordanum de Epiſcoporum cauſis, cap. 3. nu. 55. Decium Conſil. 151. nu. 13.* & ſeqq. *Caiet. de authoritate Papæ, & Concilij, cap. 15. Burſatum conſ. 109. nu. 2. 3.* & ſeqq.

3 Ibi, Sedi. Licèt ab antiquis vocetur Sedes Apoſtolica, non ſolum Romana, ſed etiam Antiochena Hieroſolymitana, & aliæ, quas Apoſtoli fundaverunt, ut patet ex *Auguſtino epiſt. 162.* cum tamen dicitur abſolutè *Sedes Apoſtolica*, ſemper intelligitur Romana, quæ p antonomaſiam dicitur *Apoſtolica*, quia Romanus Pontifex non tantum dicitur Præſul Apoſtolicæ Sedis, ut Antiochenus, & quidam alij, ſed etiam eius munus dicitur Apoſtolatus, ut patet ex *Concilio Chalcedonenſi actione* 1. & efficaciter comprobat *Bellarm. lib. 2. de Romano Pontifice, cap.* 31. verſ. *Quatuordecimum*, & ſeqq.

4 Rurſus Sedes Apoſtolica idem eſt, quod Romana Curia, *cap. 2.* & *cap. Præſenti, de prabend. lib. 6. Rotæ nova deciſ. 38. nu. 4.* & 5. *Mandoſius in regulas chancellaria, regula 5. q. 1.* unde nota quoad multa effecta, Sedem Apoſtolicam, & Curiam Romanam eſſe ubi Summus Pontifex extiterit; idemq; erit dicendum in terminis *Clement. 1. ut lite pendente*, de beneficijs litigantium, qui in Romana Curia decedunt, pro ut reſolvit *Innoc. in cap. Ego enim*, ad fin. *Abb.* ibidem, *nu 6. Felin. 9.* Communis ut per *Mandoſium d. loco, q. 2. Gom. regula de triennali, q.* 31. verſ. *Sed an ecquam. Rebuf. in Concordatis, tit. de forma mandati*, verbo, *Romanam Curiam.* Lege pro tota hac quæſtione *Garciam de benef. p. 5. cap. 1. à nu.* 386. ubi multos refer *Cenedl. collect. 25. ad ſextum, nu. 4.*

5 In Gloſſa. Agit Gloſſa de nonnullis negotijs, à Sede Apoſtolica ſpecialiter reſervatis, de quo etiam videbis *Lalium Iordanum de Epiſcoporum cauſis, cap. 3. nu.* 33. & 35. & *cap. 4. nu.* 8. & 9.

CAP. Nec licuit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Abſq; Apoſtolica Sedis authoritate, non licet Synodum particularem contra univerſalem congregare.*
2 *Si dubitatur de ſenſu Concilij, ad Sedem Apoſtolicam eſt recurrendum.*
3 *Incorrigibilis ſine accuſatione removetur.*
4 *Clericus incorrigibilis, an ipſo jure privilegium perdat?*

1 NOta ex textu, non licere abſq; Apoſtolicæ Sedis authoritate Synodum particularem contra univerſalem congregare, pro ut etiam ex noſtro textu notarunt *Promptuarium juris. tom. 1.* verbo, *Contemptibilis, in Gloſſa, littera C. fol. 97. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 6. l. 59. Gloſſa 3. Decius d. conſ. 151. nu.* 13. & ſeqq. *Burſat. conſ. 109. à nu. 2. Doctor Guerrero de Concilio, cap. 2.* poſt medium, & in *cap. 3. verſ. Mas como ſe ha dicho.* Notat etiam noſtrum textum *Tuſch. tom. 2. concluſ. 152. nu. 5.* ad hoc quod Concilium non aperitur niſi ex licentia, & authoritate Pontificis.

2 In textu ad medium, ibi, Ad Apoſtolicam Sedem. Vide *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.* poſt principiũ, verſ. *Ab his excipiantur;* & collige quod ſi de ſenſu, & mente Concilij dubitatio orta fuerit, ad Sedem Apoſtolicam eſt recurrendum; de quo vide *Bullam Pij 4.* ante fin. verſ. *Si cui verò,* quæ eſt inſerta in calce Concil. Trident. quia tantum ad Summum Pontificem ſpectat dubia declarare; vide poſita ad *cap. Sanctæ,* ſupra 8. *diſt.* Adde *Butrium in cap. 3. n. 2. & 3. de rebus Eccleſiæ. Bellarm. 3. controverſia general. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 1.*

3 Ibi, Obſtinati. Notat *Innocent. in cap. 1. de officio cuſtodis,* ad hoc, quod quando quis eſt incorrigibilis, poteſt ſine accuſatione removeri, quia notorium eſt eius crimen.

4 In Gloſſa Vlt. ibi, Niſi incorrigibilis ſit. Tenet Gloſſa clericum incorrigibilem ipſo jure privilegiũ clericale amittere, quoad forum, ita ut per ſæcularem judicem judicari, & puniri poſſit, ut per *Covar. practic. cap. 32. nu. 2.* verſ. *Secundò. Mantua* Dialogo 29. poſt alios *Bernard. in pract. cap. 139. n. 4.* ubi *Additio. Boſius in pract. tit. de foro compet. n. 131. Clarus in prax, §. ult. q. 36. nu. 33.* Intendit *Gloſſa* verbo, *incorrigibilis, in cap. Vt fama. de ſent. excõm.*

CAP. Multis. V.

SVMMARIVM.

1 *Pelagius Pontifex quis fuerit?*
2 *Ioannes Patriarcha quis fuerit?*
3 *Non eſt Concilium quod ſine Sedis Apoſtolicæ authoritate celebratur.*
4 *Ad deponẽdum Epiſcopum, omnes Epiſcopi concordes eſſe debent.*
5 *An à Concilio provinciali appelletur?*
6 *Concil. Trid. innovavit noſtrum textum.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Pelagius Secundus. Fuit Sanctus Pelagius Vvinigildi filius, Romanus, ſeu Gothus, ut alij volunt, creatur Pontifex anno Domini 579. Imperatoribus Tiberio, & Mauritio Auguſtis, ſedit annos 10. menſes duos, & dies 10. creatus 3. Idus Novembris, quę incidunt in diem undecimam eiuſdem menſis anno Domini 579. de quo videbis *Platinam in vita ipſius Pelagij,* & ibi, *Panvinum in Additionibus, Alphonſum Chacon de geſtis Pontificum, fol. 161. Baron. tom. 7. anno Chriſti* 578. & ſeqq.

In eadem ſuperſcriptione, ibi, 2
Ad illicitam vocationem Ioañis. Synodus hæc Conſtantinopolitana fuit coacta anno Chriſti 587. in cauſa Gregorij Epiſcopi Antiocheni, ſed eius prætextu volebat Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, Sedem ſuam ſupremam declarare, ſolus Epiſcopus vocari volens. Vnde Pelagius cuncta in ea Synodo decreta juſſit deleri, præter abſolutionem Gregorij. Vide *Chacon de geſtis Pontificum, pag. 163.*

Ad textum. Collige non eſſe Concilium, 3
quod ſine Sedis Apoſtolicæ authoritate celebratur, de quo vide *Decium conſ. 151. á nu. 13. Burſat. conſ. 109. nu. 2.* & ſeqq. *Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 12. Gloſſa 9.* poſt med. *Lelium Iordanum de Epiſcoporum cauſis ad Papam deferẽdis, cap. 4. nu. 8.* qui hunc textum refert, & alia jura cumulat. Adde poſita ad *cap. Synodum,* ſupra *eadem diſt.* & *Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 12.* verſ. *Septimo probatur. Franciſc. Gratian. in compendio juris Canonici, diſſ. 6. nu. 228.* verſ. *Eſſi in qualibet. Cardinal. Tuſch. tom. 2. concluſ. 552. nu. 6. Suar. de fide, diſp. 11. ſect. 3.* per totam.

In verſ. Si verò. Vide *Beroum, in cap. Cũ* 4
omnes, n. 68. verſ. *Item contra, de conſt.* qui hunc textũ refert ad hoc, quòd ad deponendũ Epiſcopũ omnes concordes eſſe debent, nec ſufficere maior pars Epiſcoporũ.

In eodem verſ. ibi, Referantur. 5
Ego à Concilio provinciali poteſt appellari, de quo vide poſita in *cap. Vlt.* verſ. *Vlt. 3. q. 5.*

In verſ. Maiores verè. *Trid. ſeſſ. 24.* 6
de reform. cap. 20. poſt principium, & poſita ad *cap. Non licuit, ſup. eodem.*

CAP. Concilia. VI.

SVMMARIVM.

1 *Concilia ſine Papa authoritate congregata, ſunt irrita.*
2 *Concilia provincialia, an poſſint ferre leges?*
3 *Concilia provincialia, an errare poſſint?*
4 *Solus Papa vocat, & aperit Concilium.*
5 *In ſchiſmate de Papatu. quis vocet Cõcil?*
6 *Romana Eccleſia non habet authoritatẽ à Concilijs.*
7 *Maiorem prærogativã habẽs dignior eſt.*
8 *Reges an poſſint beneficia conferre?*

VIde *Platinam de vita Pontificum, in vita Symachi. Caſtrum adverſus hæreſes, lib. 1. cap. 8.* poſt 1
principium, verſ. *Symachus,* qui verba textus

refert, & per illum tenet Concilia ſine Papæ authoritate congregata, eſſe irrita, & nullius roboris. Idem tradit *Bellarm. lib. 2. de Concilijs, cap. 10.* verſ. *Secundò*, ubi noſtrum textum refert. Et *Suar. cap. Præcedenti, nu. 3.* allegatus.

2 Ibi, Quia preſentiam Papę non habent. Licèt enim Concilia provincialia, non poſſint per ſe ferre leges obligantes totam Eccleſiam, niſi Pontifex illas efficiat ſuas, habent tamen poteſtatem legislativam condendi leges, quia hæc Concilia inter ſe habent caput ſibi proportionatum, ſcilicèt Primatem, Archiepiſcopum, vel Epiſcopum, & ideo ſufficiunt ad ferendas, & confirmandas ſuas leges particulares, de quo vide *Suar. lib. 4. de legib. cap. 6. n. 9.* qui noſtrum textum refert.

3 In verſ. Hinc etiam. Notat *Præpoſitus, in cap. Habeo*, ſupra *diſt. 16.* & vide *Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* poſt principiũ; & utrum Concilia provincialia errare poſſint, affirmativè reſolvendũ eſt. *Canon de locis theolog. lib. 5. cap. 4.* verſ. *Quarta concluſio*, poſt multos *Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 4. 5. & 10. Suar. de fide diſput. 5. ſect. 7. nu. 3.* & hunc verſ. citat *Iacobat. de Concil. lib. 10. art. 7. fol. 660.* ad hoc quòd licèt Papa ſit imperitus, nihilominus ipſemet debet dare authoritatem Concilio.

4 Ibi, Venerabili Papæ. Igitur licet agatur de querelis contra Pontificem, nullus convocat, vel aperit Concilium niſi ſolus Papa, ut ex noſtro textu deducit *Cardin. Tuſcus, tom. 2. concluſ. 549. nu. 3.* quod extendit etiam, ſi contendatur de Papatu inter duos, qui eſſent in poſſeſſione obedientiæ, quia ad illos ſolos ſpectat convocatio Concilij generalis; videlicet, ut quilibet eorum compellat ſuos obedientes ad Concilium. *Zabarel. conſ. 150. n. 3. apoſtilla ad Abbatem, in cap. Significaſti, de elect. col. 8.* verſ. *Sexto etiam caſu.*

5 Ibi, Epiſcopi ſuggeſſerunt. Colligè, quod ſi eſſet ſchiſma de Papatu, tunc ſpectat ad Patriarchas, & Epiſcopos Concilium generale convocare, p modum voluntarię cõgregationis, ut contigit tempore Papæ Marcellini, ex textu in *cap. Nunc autem*, infra, *21. diſt. Iulius Clar. §. Fin. q. 35. u. 4.* elegantèr *Tuſcus tom. 2. concl. 149. n. 10.* & 11. Licèt primo loco cõvocatio Concilij ſpectet illo caſu ad Collegium Cardinalium, quia data negligentia ſuperioris, ad proximiores fit devolutio, ut poſt *Butrium*, & alios tradit ipſe *Tuſcus*, ubi proximè, *n. 7.* & 8. Idem dicendum eſt, quãdo Papa deveniſſet ad inſaniam, vel dementiã ita ut eſſet omnino inhabilis. *Tuſc. n. 14.*

6 In eodem verſ. ibi, Tradidit poteſtatem. Ergo Romana Eccleſia habet authoritatem à Concilijs, quia à Patribus habuit Primatũ, ut innuit Gloſſa in præſenti, verbo, *Inſtione*, & tenent nonnulli hæretici noſtri tẽporis; ſed falſiſſimum eſt, cum Romanus Pontifex immediate poteſtatem accipiat à Chriſto, à quo eccleſiaſtica poteſtas Petro, & ſucceſſoribus data eſt, atq; ita hoc pluribus fundamentis comprobat *Triumphus de poteſtate Pontif. q. 1. art. 1. Capiſtranus de authoritate Papæ, & Concil. p. 1. 2. principalis*, à principio. *Bellarm. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 13.* & ſeqq. & *cap. 17. Turrecrem. in ſumm. Eccleſiæ, lib. 2. cap. 38.* & ſeqq. & ad verba textus in præſenti (quæ ſunt Cõcilij Chalcedonenſis) reſpondit *Bellarm. d. cap. 17.* verſ. *Quare ad primum*, negando Concilium Chalcedonenſe ea in parte legitimè factum, ſed facilius ſolvit *Turrecrem. d. lib. 2. cap. 41. ad ſecundum.* Romanũ Pontificem à Concilijs accepiſſe poteſtatem ſecundario, ideſt declarativè, & executivè, obediendo ſcilicet divinæ ordinationi, ſedem illam honorãdo, ut caput, & matrem omnium Eccleſiarum.

In fine textus, ibi, Sedis prærogativam. 7 Notat *Gama deciſ. 1. nu. 1.* ad hoc quod hi, qui maiorem prærogativam habent inſubſcribendo, ſedendo, incedendo, & loquendo, debent eſſe digniores ratione temporis, promotionis ad officium, aut dignitatis adeptionem. Adde *Tiraq. in tract. de primog. q. 6.* eleganter *Paſianus de probation. lib. 2. cap. 26. nu. 122.* & ſeqq.

In Gloſſ. verbo, Reverentia, ibi, Nec præbendas dare. 8 Ergo Reges non poſſunt beneficia conferre; quod an ſit verum, ultra poſita ad *Gloſſam, in cap. Imperium, 10. diſt.* Vide *Boer. deciſ. 32.*

CAP. Epiſcopos. VII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi qualem ordinẽ ſervent in Concilijs?*

2 *Qui prius dignitatem recipit, præferendus eſt alijs.*

3 *Nobilitatus à Rege præfertur nobilitato ab inferiori.*

COllige ex textu, quod Epiſcopi in ſeſſionibus, & ſubſcriptionibus in Concilijs, illum ordinem tenere debent, ut, qui primò ordinatus fuerit, primũ locũ, & qui ſecundò, ſecundum ſibi vendicet; & ſic de cæteris. Tradit *Caſſaneus in Cathalogo gloriæ mũdi, 3. p. conſiderat. 23.* quod etiam declarabis cum *Boer. de authoritate Concilij, nu. 62.* & ſeqq. *Tiraq. de nobilitate cap. 20. nu. 52. Navar. lib. 1. conſ. 5. de maioritt.* 1

maioritat. & obedientia. nu. 8. verſ. *Quod autem*, & *conſ.* 10. *nu.* 1. *in* 2. *editione*,& utrobiq; noſtri textus meminit, quod intellige niſi ſecundo ordinatus, ſit potioris dignitatis, ut eſt Patriarcha; vel Primâs, reſpectu Archiepiſcopi,& Archiepiſcopus inter Epiſcopos. Vide me *cap.* 1. *diſt.* 90. ubi multos referam. Interim conſule *Abb. in cap. Clerici, nu.* 3. *de judic.* & ibi *Dec. nu.* 8. *Felin. in Rubr. de maiorit. col.* 2. *Caſſan. in Catalogo, conſid.* 78. *l.* 2. *C. ut dignitatis ordo ſervetur, l.* 1. *C. de Conſulib. lib.* 12. *Seraphin. deciſ.* 1223. *Maſtrill. deciſ.* 130. *num.* 13. *Martam vote* 101. *nu.* 8.

2 In Gloſſa, verbo, tempus. Dicit Gloſſa quod qui prius dignitatem receperunt, prę ferẽdi ſunt alijs,& ad hoc citat eam *Greg. Lopez part.* 1. *tit.* 5. *l.* 15. *Gloſſa* 1. poſt med. verſ. *Nam dignioribus. Navar. de maiorit. & obedientia. conſ.* 5 *nu.* 8. in fine. *Maranta in proœmio de ordine judicior. n.* 9. & 10. Intellige limitando, ut numero præcedenti.

3 In eadem Gloſſa, ibi, Præponitur alijs. Ergo nobilitatus ab Imperatore, vel Rege, præfertur nobilitato ab inferiori, licèt iſte antiquor ſit, ut per noſtram Gloſſam defendit *Tiraq. de nobilitate, cap.* 6. *nu.* 7. & 8. qui multos refert.

DISTINCTIO. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilia Epiſcoporum, an poſſint definire, & corrigere? n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

1 IN principio diſtinctionis. Dicit Gratianus Concilia Epiſcoporum eſſe invalida ad definiendũ, non autem ad corrigendũ. Vide optimè *Hoſium Cardinalem de Concilio OEcumenico, cap.* 24. *col.* 5. verſ. *Verum univerſalis.* fol. mihi 19. & circa materiam totius diſtinctionis vide *Suar. de legib. lib.* 4. *cap.* 6. per totũ, præcipuè *n.* 9. & utrum Concilium provinciale,& univerſale poſſint tanquam ſuſpecta recuſari? Vide latè per *Menoch. de arbitrar. centuria* 5. *caſu* 458.

2 Sed Gratianum in præſenti reprobat Gloſſa, verbo, *Conſtituendum*, quam ſequitur *Archidiac. Præpoſ.* hic *Turrecrem. in hoc* §. *in fine*, & inter errores cõnumeratur à *Felin. in cap.* 2. *num.* 43. *de reſcriptis*, ex eo, quia omnis cõmunitas in terminis juris cõmunis poteſt condere ſtatuta ad ſui gubernationem neceſſaria, probat *Bart.* p textũ ibi, in *l. Omnes populi, nu.* 4. & ſeqq. *ff. de juſt. & jure.* Notavi in *cap.* 1. *nu.* 3. & 8. ſupra, *diſt.* 2. cum unicuiq; cõmunitati deſuper data ſit poteſtas ad comparandum finem, in quem natura ſua tendit, & partes ad totum ordinentur, ut tradit *Caſtro de lege pœnali, lib.* 1. *cap.* 1. *Navarr. in cap. Novit de judicijs, notabili* 3. *nu.* 41. verſ. *Arbitramur*,& ex Ariſtotele comprobat *Covar. practic. cap.* 1. *nu.* 2. planè ſine poteſtate faciendi leges, non poteſt cõmunitas in rectum finem ordinari, ut docet *Bellarm. lib.* 4. *de Romano Pontifice, cap.* 16. ad fin. unde neceſſario diœceſano Concilio, tanquam cõmunitati, aliqua ſtatuendi poteſtas danda eſt.

Deinde convincitur Gratiani error, quia poſſe Epiſcopum condere ſtatuta paſſim apud Põtifices reperitur; ut patet in *cap. Quanto, de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. Cum dilectus, de conſuetudine, cap. Fin. de his, quæ fiunt à maiori, cap.* 1. *de locato. cap.* 2. §. *Statuto, de conſtitut. lib.* 6. *cap. Cum omnes*, ubi notant ſcribentes *de conſtitut.* Ergo hæc poteſtas Synodali congregationi denegãda non eſt, quinimò in ſpecie, quòd Synodalis cõgregatio ſtatuere poſſit, dũmodo non ſit contra ius cõmune; probatur ab ſpeciali *cap. Quòd ſuper his, de maiorit. & obedientia*, ibi. *Dũmodo in ipſa Synodo non ducas aliquid ſtatuendum, quod Canonicis obviet inſtitutis*; ubi *Felin.* in principio, & in effectu *Berous in d. cap. Cum omnes, n.* 50 *de conſtitut.* ubi *Dec. nu.* 19. & 20. *Henriq. lib.* 10, *de ordine, cap.* 31. §. 3. & *lib.* 13. *de excõmunicat. cap.* 24. §. 1. ad fin. 3

Vt tamen Gratianus ad verum ſenſum reducatur, ſunt ſupponendæ ſequentes concluſiones. Sit prima concluſio, Epiſcopus contra ius cõmune nihil poteſt, nec per ſe, nec in Synodali Concilio ſtatuere. Probatur expreſſè in *cap. Quod ſuper his, de maiorit. & obedientia, Clement. Ne Romani de elect. cap. Fin. de officio Archipreſbyteri*, & ſequuntur *Dec. in cap. Quæ in Eccleſiarum, nu.* 12. *de conſtit. Abb. in cap. Vlt. de conſuetudine, nu.* 9. & in *cap. Quod clericis.* 45. *de foro compet.* Declarat *Iaſ. in l. Omnes populi, nu.* 9. & ſeqq. *lectura* 2. *ff. de juſt. & jure*,& alij paſſim reſolventes Epiſcopo non eſſe licẽtiam diſpenſandi ſup jure cõmuni, prę terquàm in caſibus à jure expreſſis; ut poſt *Abb.* & *Dec.* tenuit *Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſat. nu* 23 *Covar. in cap. Alma*, 1. *p.* §. 7. *nu.* 8. & *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 6. §. 10. *nu.* 11. Quod etiam procedit in interpretatione juris cõmunis, vel cuiuſlibet cõſtitutionis Pontificiæ, quæ etiam Epiſcopis interdicta eſt, ex *l. Fin. C. de legibus*, ubi legis interpretatio conditori reſervatur. Idem dicendum eſt in Archiepiſcopo, vel legato, etiam de latere, quibus contra ius ſtatuendi non eſt poteſtas. *Covar. d. nu.* 11. poſt *Gloſſam penult. in cap. Dilectus, 19. de præbendis.* 4

Secunda concluſio, Epiſcopus, nec cum Synodo diœceſana poteſt aliquid ſtatuere circà maiores, & graviores cauſas. Ita *Gloſſa* 2. *in præſenti*, quàm ſequuntur *Præpoſitus, Archidiac.* & *Turrecrem. Abb. in cap. Maiores*, in principio, *de baptiſmo, Berous in cap. Cum omnes, nu.* 44. *de conſtitut.* ubi extendit etiam ad legatos de latere. *Abb. in cap.* 2. 5

ubi *Gloſſa* 1. *de maiorit. & obedientia.* Ratio concluſionis eſt, quia ampla Epiſcoporum juriſdictio in ſua diœceſi reſtringitur per reſtrictionem Pontificis, quem conſtat ab Epiſcoporum judicio has cauſas graviores exemiſſe, *cap. Maiores, de baptiſmo*, in principio. Vnde conſequitur, quod an aliquid ſit de fide, non poterit Epiſcopus, nec Concilium diœceſanum definire, cum hæc cauſa ſit ſpeciliater reſervata *d. cap. Maiores*, ubi, *Gloſſa* 1. *cap. Quoties*, 12. *q.* 1. Nec obſtabit *cap. Ad abolendam, de hæreticis*, ubi excõmunicãtur omnes, qui hæretici judicantur ab Eccleſia Romana, vel à Concilio provinciali, vel diœceſano. Reſpondetur enim cum *Bellarmin. lib.* 2. *de Concilijs, cap.* 10. verſ. *Sed contra*, Pontificem non dicere, poſſe Concilium provinciale, vel diœceſanum definire, an aliquid ſit de fide; ſed quod poteſt judicare, an aliquis inciderit in hæreſim damnatam, quod cuilibet Epiſcopo jure ordinario, & Inquiſitoribus jure delegato, licet; ut intendit *Gloſſa*, verbo, *Niſi, in d. cap. Quoties.*

6 Tertia concluſio, Epiſcopus, & Concilium diœceſanum poterunt ſtatuere circa cauſas, quę non fuerint graviores, nec juri cõmuni adverſentur. Concluſio eſt *Archidiacon. Præpoſ.* & *Turrecrem.* hic; *Felin. in cap. Cum omnes, n* 9. *de conſtitut.* & efficaciter decidunt jura *nu.* 3. adducta. Ex quo infertur Epiſcopum per ſe, & in ſuo Concilio poſſe ſtatuere etiam ſuper cauſis gravibus, ſi non fuerint de illis gravioribus Apoſtolico judicio reſervatis; ut optimè explicat *Berous in cap. Cum omnes, n.* 44. *de conſtitut.* licèt *nu.* 43. male citet in contrarium *Gloſſam in d. cap.* 2. *de maiorit.* quæ tantum loquitur de illis cauſis maioribus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ut advertit *Abb. ibidẽ.* in principio, quòd etiam poſſet ſolus Epiſcopus ſtatuere non vocata Synodo, cuius in hoc maior non eſt authoritas, quam Epiſcopi. Infertur etiam poſſe Epiſcopũ quidquam ſtatuere etiam in præjudicium ſubditorum non præſentium, & non conſentientium, quidquid contrariũ teneat *Berous in d. cap. Cum omnes, nu.* 3. *de conſtitut. Felin. nu.* 11. ad med. Nec multum urgent jura, quæ adducit *Berous.*

7 Magis urget *cap.* 2. *de locato*, ubi clerici poſſũt locare fructus ſui beneficij; non obſtante contrario Epiſcopi ſtatuto, quod ex eo videtur procedere, quia in præjudicium non conſentientiũ clericorum datum fuit, ut per citatos à *Felin. d. nu.* 11. Sed reſponderi poteſt ſtatutum, de quo ibi, eſſe contra ius cõmune, quo omnibus cõceditur libera fructus ſui beneficij locandi facultas. Vnde cum Epiſcopus contra ius cõmune nihil diſponere valeat, juxta *reg. in d. cap. Quod ſuper his, de maioritat.* meritò, illo non obſtante, fructus locare poſſunt; quia tamen erat illud ius cõmune in favorem clericorũ latum, ſi illi cõſentirent Epiſcopo ſtatuenti, tanquam p quandam renuntiationem juri cõmuni poterit derogari. Nec obſtabit quòd Epiſcopus ſtatuere poteſt, ut ſcholaſticus præferatur alijs conductoribus in domibus conduci ſolitis, de quo in *cap.* 1. *de locato*; at de jure cõmuni regula generalis dictat, unicuiq; liberum eſſe rem ſuam, cui velit locare; ſolvitur enim ſi dicas, conſtitutionem illius textus ſpecialem eſſe quoad civitatem Bononiæ, ut teſtatur *Navar. in Man. cap.* 27. *nu.* 114. verſ. *Quarto*, poſt alios *Cened. collect.* 36. *ad Decret.*

His deductis Gratianus defenditur, ſi dicamus illum agere in præſenti de caſibus per ius cõmune deciſis, in quibus inquit nullam eſſe Epiſcoporũ authoritatem definiendi, vel conſtituendi; quod patet ex his, quæ diximus *nu.* 4. habere tamen authoritatem ad corrigendũ, hoc eſt, ad punienda delicta per ius cõmune dãnata; & exhortandũ, hoc eſt, ad incitandum ad obſervantiam præceptorum juris cõmunis, quod declarat verbis ſubſequentibus, ibi. *Habent tamen authoritatem imponendi, & indicendi, quod alias ſtatutũ eſt.* Ex quibus clare oſtendit Magiſter ſe agere de illis, quę jure cõmuni erant ſtatuta; & ſic illa tantùm Gratiani verba in rigore ꝓbabunt, non licere Epiſcopo, & Synodali congregationi, cõtra ius cõmune aliquid ſtatuere, ſed poſſe ad illius obſervantiam monere, & pœnas à jure ſtatutas contra delinquentes exequi. Ampliabis poſſe Epiſcopum ad juris cõmunis obſervantiam, novas addere pœnas, ut notabimus in *cap.* 2. *nu.* 5. infra, *hac diſt.* 8

CAP. Placuit. I.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus eſt caput Concilij.*
2 *Metropolitanus à quo diſpenſetur, ſi non poſſit celebrare Concilium?*
3 *Seniores debent ſedere in primo loco.*
4 *Cõmendatarij in quo loco ſint recipiẽdi?*
5 *Gloſſ. verbo, Conſtituendã, interpretatur.*
6 *Epiſcopus an poſſit facere ſtatuta?*

AD textũ. Notat *Menoch. de arbitrar. caſu* 458. *un.* 17. ad hoc, quod Archiepiſcopus eſt caput Cõcilij provincialis. 1

Ibi, Metropolitani. Metropolitanus, quia ex aliqua cauſa hoc Concilium ad præſcriptũ tẽpus celebrare non poteſt, à Summo Pontifice ſolet diſpenſari, ut cenſuit cõgregatio *Concil. Trid. ad cap.* 2. *ſeſſ.* 24. *de reform.* 2

Ibi, Secundum ordinationis. Notat *Tiraq. in præfatione primogeniorum, nu.* 115. ad hoc quod Seniores primo loco ſedere debẽt; & collige quod in Concilijs Provincialibus, in præcedentia Epiſcoporum eſt attendendum tẽ- 3

pus

pus ordinationis, non autem dignitas Eccleſiarum, vel earum ordo, & præeminentia, quod cenſuit congregatio Concilij Trident. intelligé nisi diſtantia ſit inter ipſas dignitates, ut eſt inter Primatem, & Archiepiſcopum; recurre ad *cap. Epiſcopos 7. nu. 1. diſt. 17.*

4 Cõmendatarij monaſteriorum, ſive Abbatiarum in Concilijs provincialibus inter Abbates recipiendi ſunt. Canones cathedralis Eccleſiæ ſunt præferendi, quando capitulariter procedunt; extra hunc caſum Abbates titulares, vel habentes uſum mitræ, debent præcedere Cõmendatarios; poſt hos locum obtinent dignitates; & poſt dignitates collocandi ſunt procuratores Eccleſiarum Cathedralium ex Congregatione Concilij.

5 In Gloſſa, verbo, Conſtituendam, ibi, Archiepiſcopus. Late *Dueñas in regula 245.*

6 In eadem Gloſſa in fine, ibi, Aliquid ſtatuere. Notat *Abbas in cap. Cum conſuetudinis, num. 5. de conſuetudine*, & per illam controvertit an Epiſcopus cum conſenſu capituli, poſſit facere indifferenter ſtatuta.

CAP. De Concilijs. II.

SVMMARIVM.

1 *Leo Pontifex Primus quis fuerit?*
2 *Doctores, qui textus meminère. & n. 3.*
4 *Concilium provinciale, an cognoſcat de cauſis Provinciæ?*
5 *Epiſcopus poteſt adiungere pœnam poſitam jure Canonico.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Leo primus. Vide poſita ad *cap. Hoc veſtra, diſtinct. 11.*

2 Ad textum. Notat *Rebuf. conſ. 194. col. 2. verſ. Fit enim iſta Synodus.* & *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 11. Gloſſa. 5.*

3 Ibi, Bini. Vide poſita ad *cap. Quoniam, infra, in cap. Sicut olim, de accuſationibus.*

4 Ibi, De omnibus querelis. Ergo Concilium provinciale cognoſcit de omnibus cauſis eccleſiaſticis totius provinciæ, & habet juriſdictionem ſuper omnes de provincia. Notat *Abb in cap. Grave*, & poſt *Hoſtienſem in cap. Sicut olim. de accuſat. Lancel. Corrad. in templo omnium judicum, lib. 2. cap. 6. nu. 2.* tradit *Quaranta in ſumm. Bullarij.* verbo, *Concilium Provinciale, nu. 11.* & cognoſcit de omnibus cauſis ne dum per appellationem, ſed etiam per ſimplicem querelam, omnium læſorum, ſecùndum *Innocent.* cõmuniter receptum *in d. cap. Grave, nu. 7.* de quibus, & alijs, vide *Quaranta*, ubi ſupra, *d. nu. 11.* per totum, & ibi *Additio.*

Qvod Epiſcopus in Synodo poteſt adiungere pœnam prohibitioni juris Canonici, quia in hoc nihil facit contra ius Canonicum, ſed potius favet eidem, & adjuvat; argumento textus *in cap. 2. §. Statuto de conſtitut. in 6. cap. Innotuit, de eo, qui furtivè ordines ſuſcepit*, & ibi. notat *Abb. nu. 2. Gutierres lib. 2. practic. q. 1. nu. 14.* 5

CAP. Habeatur. III.

SVMMARIVM.

1 *Nicænum Concilium, quando, & qualiter celebratum?*
2 *De tempore quo Concilium provinciale debet celebrari.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Nicæno Concilio. Refertur *1. tom. Concilior. cap. 5.* fol. mihi 152. *anno* 12. Sylveſtri Pontif. & Conſtantini 20. Chriſti autem 325. Conſulibus Paulino, & Iuliano, in quo interfuerunt trecenti decem, & octo Epiſcopi, ut tradit *Epiphanius hæreſ. 69. Hilar. lib. contra Conſtant.* & poſt *Ruffin.* & *Theodoretum*, tradit *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti 325. nu. 18.* (reprobatis Euſebio, & Socrate) & viri illuſtres qui interfuerunt Nicæno Concilio. Vide ibidẽ *nu. 19.* & 20. & de numero Nicænorum Canonum, vide *nu. 156.* & ſeqq. cum quo proſequere. Nicæa iſta Bithiniæ civitas eſt, de qua loquitur *Ptolomæus lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 5. cap. 32.* Adde poſita *in cap. 1. diſt. 15. nu. 3.* & ſeqq.

Ad textum. Agit textus de tempore, quo Concilium Provinciale debet celebrari, & collige ex illo non debere Concilium celebrari temporibus, quibus abſtinentiæ, ſeu contemplationi eſt vacandum; ut in Quadrageſima, & in diebus, quibus inſiſtendum eſt celebrationi celebritatum; ut poſt *Henriq. Botteum de Synodo p. 1. nu. 56.* tradit *Quaranta in ſumma Bullarij*, verbo, *Concilium Provinciale, nu. 4.* & in Congregationibus Conciliorum debet haberi ratio, ut hi, qui vocati ſunt, non fatigentur propter diſcrimina itinerum, & etiam debet haberi ratio tẽporis, ut non hyeme fiant, cum in iſtis tẽporibus periculoſa ſit itineratio, ut poſt alios tradit idem *Quaranta d. nu. 8.* 2

CAP. Propter eccleſiaſticas. IV.

SVMMARIVM.

1 *Tridentinum textum innovavit.*
2 *Doctores, qui de textu agunt.*
3 *Menſes hyperberetæi.*
4 *Epiſcopus non conſecratus an poſſit Synodum congregare?*

1 VIde *Trident. ſeſſ. 24. cap 2.* per totum, *de reformat.* & vide poſita ad *cap. Propter*, infra eodem.

2 In verſ. Secundo verò. Vide latiſſime *Covar. lib. 4. reſolut. cap. 14. nu. 12. col. pennlt.* qui materiam textus diſſerit, & eum citat.

3 Ibi, Græcos hyperberetæi. Apud Macedones menſem Octobris ita vocari author eſt *Suidas*, eſſeq; ultimum anni apud eos, de quo vide *Alciatum lib 1. parergon. cap.* 48. qui noſtrum textum refert.

4 Ibi, Sine Epiſcoporum conſcientia facere. An autem Epiſcopus nondum conſecratus poſſit Synodũ congregare? Partem affirmativam tenet *Innocent. in cap. Tranſmiſſam*, infine, & ibi, *Cardin. q 7. Abb. col. fin. nu. 4. de elect. Botteus de Synodo. 1. p. nu.* 30. & eſt ratio, quia hæc poteſtas pertinet ad juriſdictionem Epiſcopi. Contrarium tamen tuetur *Ripa in cap. Eam te, de reſcriptis. nu. 6.* quiad hoc exigit diſcuſſionem maioris inquiſitionis. An inferior ab Epiſcopo poſſit Perſcribere poteſtatem congregandi Concilium? Vide *Botteum de Synodo 2. p. nu.* 41. qui partem affirmatiuam tenet, tradens rationem, quòd congregare Concilium pertinetad juriſdictionem, & juriſdictio Epiſcopi perſcribi poteſt *cap. Auditis. de præſcriptionibus.*

CAP. Non oportet. V.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi vocati, debent ad Synodum venire.*
2 *Quid faciat ad ſe excuſandum.*
3 *Pœna non venientium ad Concilia.*
4 *Epiſcopus ſi non veniret, poterit excommunicari,*

INquit textus, quod Epiſcopi vocati ad Synodum, debent venire. Vnde collige, quòd ſi Archiepiſcopus vocat illos, & ipſi non veniunt in termino eis aſſignato, convincuntur de negligentia, & poteſtas devoluitur ad accedentes etiam numero pauciores; ut poſt *Iacobat. de Concilio*, tradit *Quaranta d.* verbo, *Concilium, nu.* 5. ubi. Additio affert rationem, ex eo enim quod vocati venire noluerunt, alienos ſe feciſſe videntur; *cap. Cum nobis* 19. poſt principium. ubi *Abb. nu.* 3. *de elect.* & ſic abſurdum eſt in numero eos computare, iuxta *Gloſſam*, verbo, *quæ in facto*, ante finem, *in Clement. Quod circa, de elect.* Adde *Burſatum, conſ.* 224. *nu.* 20. *col.* 2. *Didac. ab Alaba de Concilio, p.* 1. *cap.* 8. 1

Si autem Epiſcopus non poteſt venire ad Concilium, debet ſe excuſare per litteras ſubſcriptas per ſe ipſum, & excuſationis ſuæ rationem exprimere apud Metropolitanum, & non eſt neceſſe apud totum Concilium. *Iacobat. de Concilio, lib. 2. art. 4. q. 7.* incipit. *Rurſus quia dictum.* fol. mihi 103. *Quaranta* ubi ſupra, *nu. 6.* in principio. *Burſat. conſ.* 107. *vol.* 1. *Didacus ab Alaba d. p.* 1. *de Concilio, cap.* 7. 8. & 9. Quæ autem neceſſitas excuſet? Vide poſita ad *Gloſſam*, verbo, *Neceſſitatibus, in cap. Pervenit.* infra, *eodem.* 2

Ibi, Videntur accuſare. Agit textus de pœna contumacium, de quo vide poſita ad *cap. Sequens.* 3

In Gloſſa, verbo, Accuſare, ibi, Excommunicare. Ergo ſi Epiſcopus monitus non venit ad Concilium, poterit excommunicari, ut per hanc Gloſſam tradit *Quaranta in ſumma*, verbo, *Concilium, nu.* 7. verſ. *Octavo.* 4

CAP. Pervenit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui de textu agunt.*
2 *Epiſcopi non venientes ad Concilium poſſunt corrigi.*
3 *Gloſſa, verbo, Multæ, exponitur.*
4 *Præſumitur culpa in domino, ſi eius familiares ſunt mali.*
5 *Quæ neceſſitas excuſet non venientes ad Concilium?*

NOtat *Gregorius Lopez part. 1. tit. 5. l. 59. Gloſſa 6. Quaranta in ſumma*, verbo, *Concilium, num.* 7. 1

In

2 In verſ. Qui verò in fine, ibi, Amonitionibus corripi. Ergo Epiſcopi nõ venientes ad Concilium poſſunt corripi, de quo vide poſita ad *cap. Siquis Epiſcoporum*, infra, *eodem*.

3 In Gloſſa, verbo, Multæ, ibi, Pręſumuntur pręcedentia. Notat cũ alijs *Tiraq. in l. Si unquam*, verbo, *Donatione largitus, nu.* 205.

4 In eadem Gloſſa, ibi, Contra Prælatos. Præſumitur enim in dubio culpa in domino, ſi eius clientes, & familiares ſunt mali; tradit *Gregor Lopez l. 59. tit. 5. part. 1. Gloſſa 6.* ubi huius Gloſſæ meminit. Rogabis tamen, quo jure ubi clientes, vel ſervi delinquentes ſunt, illorum domini aliquid culpæ contrahant? An ſubditorum prona ad peccandum nequitia, aliquid detrahat ſuperiorum inculpatæ, ac bene moratæ probitati? Ita quidem *Euthymius* ad illa verba Regij vatis *Pſal.* 18. *nu.* 13. *Ab alienis parce ſervo tuo*, David de ſubditorum delictis veniam ſibi precantem inducit, quaſi Rex ipſe ſubditorum peccatis foret obnoxius. Hinc Diogenes *(auctore Plutar. in moralibus, lib. de docenda virtute)* videns puerum intemperantius comedentem, collaphum pædagogo impegit, ac ſi inferioris culpa ad ipſum refundenda eſſet ſuperiorem. Vide *Petrum Bleſenſem epiſt.* 5. ubi graviter invehitur in Richardum Archiepiſcop. Cantuarienſ. quòd omnia ſubditorum flagitia ad ipſius deſidiam, ac ſocordiam revocentur. Lege *Petrum Damian. lib. 7. epiſt.* 11. & 12. ubi ſubditorum crimina in dominorum torpore, & negligentia caſtigat. Recte igitur docet noſter textus, ex clientum malitia præſumi culpam in domino.

5 In Gloſſa, verbo, Neceſſitatibus. Agit quæ neceſſitas excuſet non venientes ad Concilium; tu reſolve non quamlibet neceſſitatem excuſare Epiſcopum, ſed requiri gravem; de quibus excuſationũ cauſis vide latè *Botteum de Synodo p. 2. ſub nu.* 56. pro ut illum refert *Quaranta*, verbo, *Concilium, nu.* 6. qui huius Gloſſæ meminit.

CAP. Quoniam. VII.

SVMMARIVM.

1 *Convocatio Concilij ad Metropolitanum ſpectat.*
2 *Sede Metropolitana vacãte, poſſunt Epiſcopi provincia congregari ad Concilium celebrandum.*
3 *Archiepiſcopus quando poſsit aliquid à Prælatis petere?*
4 *Diſpoſitio facta primo privilegio nõ derogat ei, non facta eius mentione.*

NOtat *Imola in cap. Grave nu.* 10. *de prębendis*; & nota ex textu hanc Concilij provincialis convocationẽ, ad Metropolitanum ſpectare; ipſe namq; eſt caput huius congregationis; dicitur autem Cõcilium provinciale, quia repræſentat Eccleſiam provinciæ. *Abb in cap. Grave*, in fine, de *prębend. nu.* 14. vel ita appellatur, quia regulariter fit, & congregatur in provincia authoritate Archiepiſcopi Metropolitani, qui omnibus Epiſcopis, Prælatis, & clericis provinciæ præeſſe dicitur, ut poſt *Beroum in cap.* 1. *de judicijs*, tradit *Quaranta in ſumm. Bullarij*, verbo, *Concilium nu.* 2. 1

Adde ex eodem *d. nu.* 2. Sede Metropolitana vacante, poſſe Epiſcopos provinciæ ſe congregare ad Concilium celebrandum, imò capitulum Metropolitanum Sede vacante poteſt, & debet Synodum congregare ſingulis annis. *Pavinus de poteſtate capituli p.* 1. *q.* 7. *nu.* 3. verſ. *Ex præmiſſis*, qui noſtrum textum refert. *Botteus de Synodo* 1. *p.* in principio, *nu.* 4. & eſt ratio, quia is qui poteſt viſitare, poteſt congregare Concilium *cap. Sicut de accuſat.* & capitulum poteſt viſitare, *cap. cum olim de maiorit.* 2

In textu ad finem ibi, Quæ defert Epiſcopus ſecum. *Gregor. Lopez. part.* 1. *tit.* 22. *l.* 1. *Gloſſa* 2. & *l.* 13. *Gloſſ.* 1. & *l.* 17. *Gloſſ.* 2. optimè *Quaranta* ubi proximè *nu.* 8. ubi agit quando Archiepiſcopus poſſit, aut non poſſit aliquid, à Prælatis venientibus ad Concilium, petere. 3

In Gloſſa 1. poſt principium, ibi, Priora revocentur. Ergo diſpoſitio cõtraria primo privilegio, non derogat ei, non facta eius mentione, argumento textus *in cap. Veniens de præſcriptionibus*, tradit *Romanus conſil.* 436. & poſt illum *Felin. in cap.* 1. *nu.* 10. *de reſcriptis*, ubi huius Gloſſæ meminit. 4

CAP. De Eulogijs. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Leo Quartus quis fuit?*
2 *Doctores qui de textu agunt.*

3 *Archiepiſcopus an poſsit petere aliquid à Prælatis?*
4 *Eulogia quid ſint?*
5 *Magiſtri an poſsint petere collectam à ſcholaribus?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Leo Quartus. Vide poſita ad *cap. De capitulis diſt.* 10.

2 In textu. Notat *Præpoſitus in cap. De quibuſdam, n.* 8. *diſt.* 37. *Quaranta in ſumma Bullarij*, verbo, *Concilium nu.* 8. in fine, & integram epiſtolam Leonis, ex qua textus fuit deſumptus, vide per *Baron. tom.* 10. *annal. anno Chriſti* 855. *nu* 16.

3 In fine textus ibi, Vltrò delatę. Nota, quòd licèt Archiepiſcopus non debeat petere aliquid à Prælatis (aliâs tenetur inquadruplum iuxta *cap. Quoniam*, ſupra *eodem*, & ibi, notata) ſi tamen illo non petente aliquis de ſuffraganeis Epiſcopis illi offerret munuſcula, ſeu xenia, non debet illa ſponte oblata reſpuere; Notat optimè *Quaranta d.* verbo, *Concilium nu.* 8. ad finem.

4 In Gloſſa 1. Agit quid ſint Eulogia; Adde *Alexand. Scotum* verbo, *Eulogium*, in fine. *Ciceronem ad Atticum lib.* 13. incipit *Epiſtola de Varrone*; vbi interpres; *Celium Rodeginum lib.* 20. *lectionum antiquarum cap.* 25. dicuntur verò *Eulogia* munera quæ Prælatis offerunt ſubditi, & quæ ſacra petentes Concilia, deferunt presbyteri.

5 In Gloſſa verbo, Minus. Tradit Gloſſ. an magiſtri poſſint petere collectam à ſcholaribus? De quo vide *Præpoſitum in cap. De quibuſdam nu.* 8. *diſt.* 37. & *Gloſſam* verbo, *pauperes, in cap. Quia nonnullis, de Magiſtris, & quæ* ibi, *notabimus.* Vide præterea *Bartholomæum Cartagenam in ſua expoſitione lib.* 5. *tit.* 5. *obſervat.* 3. ubi notat magiſtris non eſſe prohibitum aliquid petere mercedis pro labore docendi, certum enim eſt poſſe magiſtrum exigere collectam à diſcipulis, ſi pro docendi laborioſo munere publicum, & ſufficiens ſalarium non percipiat; neque enim tenetur proprijs ſtipendijs militare. Solùm ergo prohibetur magiſter pro licentia docendi pretium exigere, ut apertè habetur *cap. Quoniam eod. tit.* & *cap. Prohibeas.* exactum pretium reſtitui jubetur. Pro magiſtris ſacræ Theologiæ, vel Metaphyſicæ, utrum abſq; ſimonia poſſint exigere pretium? Vide *Leſſium de juſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 13. & ibi. *Altiſiod.* & *Alexand. de Ales.* De magiſtris verò aliarum facultatum lege *Suarium tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 17. & 18. & 19. ubi meminit *Gloſſæ* à nobis citatam *in cap.* 1. *De magiſtris.* & pro hac ſententia allegat *D. Thom. Richard. Hoſtienſ. Archidia. Angel. Sylveſt. Panormit.* Quia omnes nobiſcum conveniunt in ſententia ſuperiori modo explicata.

CAP. Epiſcopus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Imola noſtrum textum citat.*
2 *Epiſcopus, qui nòn poteſt venire ad Concilium, tenetur mittere nuntium.*
3 *Quid? ſi Epiſcopus ſubeſt duobus Metropolitanis?*

1 IN textu. Notat *Imola, in cap. Grave, num.* 20. *de prabend.*

2 Ibi, Legatum mittat. Vide *Dueñas regula* 126. & collige Epiſcopum, quando non poteſt venire ad Concilium, teneri mittere nuntium ad recipienda ſtatuta edita in Concilio provinciali, ut per hunc textũ notat *Quaranta in ſumma* verbo, *Concilium nu.* 6. verſ. 14.

3 Quid autem ſi Epiſcopus ſubeſt duobus Metropolitanis, (pro ut dicit Gloſſa *in cap.* 1. in verbo, *vniendo*, in fine, *ne ſede vacante, argumento textus in cap.* 3. *de religioſis domibus*) & eodem tempore vocetur ab ambobus ad Concilium? Reſpondeo, quód accedendo ad unum Concilium poteſt mittere procuratorem ad aliud; tradit *Quaranta num.* 6. ubi proximè, qui in additione dicit, in Regno Neapol. extare aliquos Epiſcopos, quos ibi commemorat, qui ſubſunt duobus Metropolitanis, ratione duorum Epiſcoporum unitorum.

CAP. Placuit. X.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui noſtrum textum citant.*
2 *Senectus excuſat venièdi ad Concilium.*
3 *Epiſcopus debet venire intra terminum aſſignatum.*
4 *Quid ſit privare à cõmunione Eccleſiæ?*
5 *Excommunicatio minor privat aliquãdo paſſiva perceptione Sacramentorum.*
6 *Gloſſa in præſenti communiter approbatur*
7 *Epiſcopus non veniens ad Concil. poteſt probare impedimentum per unum teſtem.*

Notat

1 NOtat *Præpoſitus in cap. Epiſcopos nu.* 4. ſupra, *diſt.* 17. *Alciatus de præſumptionibus regula* 1. *præſumpt.* 45. *nu.* 1.

2 Ibi, Neque ætati. Eſt enim circa onera ſufficiens excuſatio ſenectutis gravitas, & pondus; notat *Alciat. de præſumpt. regula* 1. *præſumpt.* 45. *nu.* 1. qui textum refert, illum etiam citat *Tiraq. de jure primogen. in præfat. nu.* 211. ad hoc quod ſeniores à longis itineribus excuſantur, & hoc commemorat inter ſenectutis privilegia.

3 Ibi, Competenter. Ergo ſi non cõpetenter, & extra terminum aſſignatũ, punietur, ut poſt *Cardin.* & alios tenet *Dueñas regula* 271. verſ. *Amplia decimo.*

4 Ad finem ibi, Ab Eccleſiæ cõmunione. Notat *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 9. *l.* 5. *Gloſſa vlt.* vide *Ioannem Altenſtaig. in ſuo lexico* verbo, *communio: Stephanum de Avila* 2. *p. cap.* 6. *diſt.* 9. *dub.* 10. *Suar. de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 1. 2. & 3. ubi citat *Richard. Palud. Argentin. Sot. Adrian. Navar. Covar. Henriq. lib.* 13. *de excõmun. cap.* 4. & plures apud illum; qui omnes affirmant, privare à communione Eccleſiæ idem eſſe, ac prohibere excommunicato omnem cõmunicationem in Sacramentis, in orationibus, in contractibus, in habitatione. Quorum ſingula lege apud citatos autores.

5 In fine ibi, Debent eſſe contẽti. Datur una excommunicatio minor, quæ privat paſſiva perceptione Sacramentorum; alia verò, quæ privat cõmunione quorumdam fidelium tantum, reſpectu quorum privat omni communicatione, tàm ſacra, quàm humana. At vero reſpectu aliorum nulla communione reus privatus eſt, & conſequenter neque uſu, & participatione Sacramentorum, cum eam poſſit ab alijs recipere, vel ſi ſacerdos ſit, poſſit ipſemet rem ſacram facere. Notat *Suarius de cenſuris diſputat.* 24. *ſect.* 1. *nu.* 2. & ſeqq. Cæterum quanvis hæc opinio ex ipſis decretorum fontibus eruatur, & multos ex antiquis habeat defenſores, præcipuè *Richard. Ioann. de Ligna.* & alios quos refert *Suar.* iam relatus; contraria tamen ſententia, quæ aſſerit unam tantum eſſe ſpeciem excommunicationis minoris, à præcipua Doctorum parte defenditur. Ita omnes ferme Theologi *in* 4. *d.* 18. *Navar. cap.* 17. *nu.* 1. & 24. quem citat, & ſequitur *Suar. loco ſupra citato num.* 1. & idem auctor *n.* 5. & 6. doctè explicat noſtram Gloſſam non eſſe intelligendam de duplici ſpecie excommunicationis minoris, ſed de quadam ſeparatione, & privatione pœnali, & *nu.* 7. concludit, unam tantum eſſe ſpeciem excommunicationis minoris, quæ ſcilicet eſt privatio communicaitionis paſſivæ Sacramentorum. Huic opinioni ſuffragantur *Henriq. lib.* 13. *cap.* 3. *Palud. Palac. Maior. Soto. Adrian. Victoria. Cact. Perez.*, & alij quos allegat. Vide præterea *Ægydium Bellanum diſp.* 14. *dub.* 1. & *Steph. d'Avila* 2. *p. diſt.* 12. *dub.* 1. ubi citat *Gemin. cap. Is cui, de ſentent. excommun. in* 6. & *Philip. Franc. ibidem.*

6 In Gloſſa verbo, Cõmunione. Sequitur *Suarius d.* 5. *tom. de cenſur. diſputat.* 24. *ſect.* 15. *nu.* 5.

7 In Gloſſa, verbo, Rationem, ibi, Per unum teſtem. Ergo Epiſcopus non veniens ad Concilium, poteſt probare impedimentum per unum teſtem, dequo *Iacobat. de Concil. lib.* 2. *art.* 4. §. *Rurſus quia dictum fol. mihi* 103. Adde Gloſſam in *cap. Ex litteris*, verbo, *Ad plenum, de in integrum reſtitutione.*

CAP. Epiſcopus. II.

SVMMARIVM.

1 *Abbates an debeant venire ad Synodũ? & nu.* 2.

AGit textus utrũ debeant Abbates cogi ad Synodum ire? De quo vide *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 5. *l.* 11. *Gloſſa ult.* qui huius textus meminit, quando etiam Religioſi cogantur venire ad Synodum, vide per *Abbat. in cap. Quod ſuper his, de maiorit.* poſt principium, & *nu.* 1. *ad med.* ubi *Felin. nu.* 1. in principio; qui Doctores huius textus meminerunt. Adde textũ in *cap. Ex ore* verſ. *Porro*, vbi Gloſſa verbo, *Ad Synodum, de privilegijs* 1

Quando autem Abbates habent populum, & membra non exempta, non eſt dubiũ quòd tenentur accedere ad Concilium; ſi autem ab illorum ſententijs immediate ad Sedem Apoſtolicam appellatur, & non ad Archiepiſcopum? Tunc dubitari poteſt, & videtur dicendũ quòd ſic, iunctis ijs, quæ tradit *Quaranta d.* verbo, *Concilium nu.* 3. *in Additione.* 2

CAP. Siquis autem. XII

SVMMARIVM.

1 *Concilium Arelatenſe* 2. *quando celebratum?*

2 *Epiſcopus quando ſolus cum clericis ſuis poteſt procedere?*

3 *Epiſcopus non poteſt decedere à Synodo?*

IN

1 IN ſuperſcriptione ibi, In Concilio Arelatenſi 2. De quo vide poſita ad *cap. Aſſumi 6.* infra, *diſt.* 28.

2 Vide *Dueñas regula* 271. verſ. *Amplia* 2. & textum citat *Innocentius in cap. Grave, nu.* 5. verſ. *Idem ſecus, de prebendis,* ad hoc, quod quando agitur de crimine, non ad depoſitionem ab officio, vel ordine, ſed amotione ab Eccleſia, quia tunc ſolus Epiſcopus cum clericis ſuis poteſt procedere.

3 Ibi, crediderint diſſerendum. Ergo Epiſcopus qui venit ad Concilium, & deceſſit illicentiatus, antequam Synodus abſolvatur, debet excõmunicari, cum paria ſint non venire, vel ante obſolutum Concilium recedere; argumento textus in *cap.* 1. *de iudicijs* ibi, *Atq; diſceſſit*; textus melior in *cap. Certum* 43. ad fin. 11. *q.* 3. cum contumax dicatur ille, qui illicentiatus recedit. *Decius in d. cap.* 1. *nu.* 10. *in.* 1. *lectura de judicijs.*

CAP. Si quis Epiſcopus. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *Rex poteſt vocare Epiſcopos ad negotia.*
3 *Epiſcopi debent venire intra tempus aſſignatum.*
4 *Epiſcopus ſi vocetur à Rege, & à Metropolitano ad Regem debet accedere.*
5 *Doctores qui de Gloſſa agunt. & nu.* 6.

1 NOtat *Imola in cap. Grave, nu.* 20. *de prabendis, Mantua loco paralipom. cap.* 26. *pag.* 2, *Iacobus Gratſerus in defenſ. Bellarmin. tom.* 2. *de Romano Pontifice cap.* 31. verſ. *Obiecit Iunius fol.* 815.

2 Ibi, Regia. Ergo Rex poteſt vocare Epiſcopos ad negotia, de quo vide quod notat *Boerius deciſ.* 17. *nu.* 1. & an tunc Epiſcopi, ſeu canonici debeant fructus lucrari, vide per totam deciſionem; & adde quod in Regno Franciæ Epiſcopi ſolent præſtare Regi juramentum fidelitatis, teſte *Rebuf. in cõcordatis tit. de Regia ad prelaturas nominatione,* verſ. *Vlt.*

3 Ibi, Diem adeſſe. Alioquin etiam ſi veniſſent, punirẽtur, ut per *Dueñas regula* 271. verſ. *Amplia* 1.

4 In Gloſſa, verbo, Perceptione, ibi, Defertur Regiæ dignitati. Ergo ſi Epiſcopus vocetur à Metropolitano, & à Rege eodem tempore, ad Regem potiùs Epiſcopus debet accedere, quod an ſit verum? Vide *Decium conſ.* 72. *nu.* 4. *Gloſſam,* verbo, *In legatione, in cap. Cum parati, de appellationibus,* & quæ ibi notabimus.

5 In eadem ibi, Synodali citatione. vide *Dueñas in regula* 171. verſ. *Limita.*

6 In eadem, ibi, Trina. *Affict. lib.* 1. *conſtit. Rubr.* 8. *nu.* 38.

CAP. Si quis Epiſcoporum. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Pœna Epiſcopi non venientis ad Synodũ.*

1 AGit textus de pœna Epiſcopi, qui à Metropolitano vocatus ad Synodum, contemnit; & dic quòd debet privari communione aliorum Epiſcoporũ, juxta hunc textum; unde non erit prohibitus celebrare divina officia, & recipere ſacramenta Eccleſiæ. Si tamen tertio monitus, adhuc perſiſtit in ſua contumacia, tunc poterit excõmunicari, iuxta *Gloſſam,* verbo, *Accuſare. in cap. Non oportet,* ſupra, *eadem diſt.* de quo vide fuſius *Quarantam in ſumma Bullarij,* verbo, *Concilium, n.* 7. *Iacobat. de Concilio, lib.* 2. *art.* 4. in principio.

CAP. Propter. XV.

SVMMARIVM.

1 *Trident. textum innovavit.*
2 *Ad Metropolitanum ſpectat electio loci ad celebrandam Synodum.*
3 *Exẽpti an teneantur venire ad Synodũ, & habẽtes beneficia ſimplicia. & n.* 4.

1 *Mol. in cap. Grave, nu.* 20. *de prebendis,* & vide omnino *Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de reformatione, cap.* 2.

2 Ibi. Provincias. Et adde ad Metropolitanum ſpectare electionem loci celebrandæ Synodi provincialis; facilè tamen, ceſſantibus impedimentis juſtis, & accedentibus cõmoditatibus neceſſarijs, Metropolitanam Eccleſiam non eſſe relinquẽdam,

dam, probavit *Congregatio Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 2.* fol. mihi 345. Inſuper decreta, quæ in provincialibus Concilijs conduntur, non debere publicari inconſulto Romano Pontifice. Mittentes igitur ad Sedem Apoſtolicam diœceſanas Synodos laudandi ſunt, & videbis conſtitutionem Sixti Quinti publicatam anno Domini 1584. die 23. Martij, incipit. *Immenſa.*

3 Ibi, Veniunt omnes presbyteri. Non tamen tenentur venire exempti; neq; hi, qui de jure, & conſuetudine, intereſſe non debent; capitula tamen Eccleſiarū cathedralium ſunt ſpecialiter inuitanda, & ad obſervationem decretorum Concilij provincialis omnes ſunt obligati, qui Epiſcoporum juriſdictioni ſubduntur; exempti etiam in caſibus, inquibus de jure communi, & Trid. decretis ſpecialiter Epiſcopis, aut Concilio provinciali in ipſos poteſtas tributa eſt; contra inobedientes autem juris remedijs eſt procedendum; quod cenſuit *Congregatio Concilij Trid.* fol. mihi 717. *ſeſſ. 24. cap. 2. de reform.*

4 Habentes beneficia ſimplicia non obligantur venire ad Synodum Epiſcopi; inſinuat *Ioannis And. in cap. Quod ſuper his, de maioritat.* probat *Abb.* ibidem, *notabili* 1. *nu.* 1. in principio, *Cardin. Oppoſit. 3. Botteus* 2. *p. de Synodo nu.* 18. Contrarium tenet *Parinus de poteſt. capituli p.* 1. *quæſt.* 7. *col.* 1. An non ſtante præſcriptione, vel conſuetudine poſſit quis non venire ad Concil? *Botteum de Synodo* 3. *p. nu.* 40.

CAP. Annis ſingulis. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Fratres mendicantes an teneantur venire ad Synodum?*

1 AD textum. Vide poſita ad *cap. Epiſcopus* 2. ſupra *eadem diſt.* Adde *Dueñas regula* 245. qui late agit de materia. Vtrum autem fratres mendicantes teneantur venire ad Synodum? Vide *Felin. in cap. Quod ſuper his,* in principio, *de maiorit. & obedientia,* & de his Concilijs Synodalibus, vide *Franciſc. Padilha in Epitome Conciliorum, cap. de Origine Conciliorum, & de Concilijs,* qui textum refert. Adde *Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 2.* quod vide.

CAP. De criminibus. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici civitatis ſunt vocandi ad Concilium.*

2 *Tempus quod habent Epiſcopi ad publicãdas Conſtitutiones factas in Synodo.*

3 *Excõmunicatio an poſſit proferri ad certum, & determinatum tempus?*

NOtat *Imol. in cap. Grave. nu.* 20. *de prabend.* ad hoc, quod clerici civitatis, ſeu diœceſis ſunt vocandi ad Concilium. 1

In textu, ibi, Intra ſex menſium ſpatia. Non intelligas legem obligare poſt duos menſes, ut notavimus ad *cap. Lex eſt,* 1. *diſtinct.* & probant *Menoch. de arbitrar. caſu* 185. *nu.* 7. & 420. *nu.* 27. *Sottus lib.* 1. *de juſt. q.* 1. *art.* 4. *Bart. in l. Omnes populi, à nu.* 37. *ff. de juſt. & jure.* Sed intellige textum loqui de tempore, quod datur Epiſcopis, ad publicandas conſtitutiones factas in Synodo; ut per *Hoſtienſ. in cap. Cũ in cunctis, de conceſſione prabend. Morlam in Empor juris, q.* 5. *n.* 3. *ſub tit. de legibus.* Adde tamen, quòd licet lex incipiat ligare poſt duos menſes, ſi tamen ante ipſorum lapſum ad aliquorum perveniat notitiam, ſtatim ligat; *Gloſſa in cap.* 2. verbo, *Hactenus, de rebus Eccleſ. lib.* 6. *Bart. in l. Omnes populi, num.* 37. *in* 5. *q. ff. de juſt. Ripa in rubric. de Conſt. nu.* 47. *Menoch. de arbitrar. caſu* 185. *nu.* 14. facit textus in *cap.* 1. *De poſtulatione prælatorum,* & vide *Morlam,* ubi ſupra, cum quo ampliabis, & limitabis; & poſita ad *cap. In iſtis. nu.* 3. & 4. ſupra, *diſt.* 4. 2

In verſ. Quid ſi quiſpiam, ibi, Duorum menſium. Probat ergo textus excõmunicationem proferri poſſe ad certum, & determinatum tempus, contra reſoluta per D. D. *Gloſſa Vlt.* hìc cõmuniter ſequuta in præſenti, & *Henriq. lib.* 13. *ſummæ, cap.* 38. *§.* 3. *littera C.* & *littera L.* Exiſtimant textum loqui de ſuſpenſione; ſed violant litteram textus, quia aliud eſt ſuſpenſio, aliud excõmunicatio, *cap. Quærenti, de verborum ſignificatione,* alij ſolvunt textum eſſe intelligendum de excõmunicatione lato modo, ſumpta pro ut importat ſeparationem à quavis cõmunione, pro ut accipitur à *Gloſſa,* verbo, *Sententia, in cap. Ad menſam* 11. *q.* 3. & definitur ab *Anania, in rubric. de clerico excõmunicato, nu.* 4. Sed adhuc repugnant verba textus. Attamen facilius ſolves, ſi dicas textum loqui de excõmunicatione minori, quæ poteſt ferri ad certum tempus, ex *Sylveſtr.* verbo, *Excommunicatio* 4. *nu.* 2. in fine. 3

Diuo Anton. in tract. de excõmunicatione, cap. 79. nu. 11. Nec obſtabit, quod appellatione excõmunicationis ſimpliciter, maior eſt intelligenda, *cap. Penult. de ſententia excõmunicationis.* Reſpondetur textum illum non procedere ubi ex materia ſubjecta, vel de contraria mente diſponẽtis conſtat, juxta *regulam, l. Non aliter,* in principio. *ff. leg.* 3. de qua re latè *Covar. in cap. Alma.* 1. *p.* §. 8. *nu.* 5.

DISTINCTIO. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Si aliquid, ut authenticum obſervatur, ut tale eſt tenendum.*

1 IN principio diſtinctionis, in Gloſſa de Epiſtolis in fine, ibi, Illa tenenda eſt. Ergo ſi aliquid, ut authenticum obſervatur, ut tale eſt tenendum; ut per *Aymon de antiquitate, p.* 1. *cap.* 9. *nu.* 37. *fol.* 89.

CAP. Si Romanorum. I.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtolæ decretales, quam authoritatem habeant, & quæ dicebantur? nu.* 2.
3 *Qui dicit, omnia, nihil excludit.*
4 *Abſurdum eſt alijs bene facere, & non ſibi.*
5 *Privilegium, vel reſcriptũ ſi faciat mentionem de alio, ei creditur. Contrarium eſt in inſtrumento.*
6 *Papa confirmans privilegia alicuius Eccleſiæ, quanvis alia privilegia aliter nova appareant, valet privilegium.*

1 MEminit huius textus *Prepoſitus, in cap. Sit Sancta, nu.* 1. ſupra, *diſt.* 12. & illum citat *Paramus de origine Inquiſit. lib.* 3. *q.* 3. *n.*87. ad hoc, quod ad Sedem Apoſtolicam pertinet definire, an liber ſit Canonicus; & agit textus de Epiſtolis decretalibus, de quibus videndus eſt *Abb. in proœmio Gregoriano nu.* 5. *Caſtrus adverſus hereſes lib.* 1. *cap.* 2. poſt med. verſ. *Poſt Conciliorum. Covar.* 4. *var. cap.* 16. *nu.* 6. *Turrian. de Canon. Apoſtol. lib.* 1. *cap.* 16. verſ. *Sic illi. Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. *fol.* 123. & vide poſita ad *cap. In Canonicis* 6. *hac eadem diſt.* & in principio 20. *diſt.*

Epiſtolæ verò decretales illæ dicebantur, 2
quibus Romani Pontifices ad diverſorum conſultationes reſpondere ſolebant, & quid ſervandum, vitandumq; eſſet, edicebant. Paſtorales verò epiſtolæ appellabantur, quæ pro inſtructione dabantur; quales ſunt illæ, quæ ad diverſas Eccleſias à ſancto Ignatio ſcriptæ habentur tradit utrumq; *Baron. tom.* 2. *Annal. anno Chriſti* 142. *nu.* 9.

Poſt medium textus ibi, Dicendo verò omnia. Ergo qui dicit *omnia* nihil excludit, ut ex hoc textu notat *Gregorius Lopez tit.* 2. *l.* 2. *Gloſſa* 5. *ad medium,* ubi alia jura cumulat; eãdem etiam cõcluſionem tranſcripſit *Abb. in cap. vlt. nu.*15. infin. *de perſcriptionibus,* vide *l. Iulianus delegat.* 3. *l.* 1. *de legat.* 1. *Surd. deciſ.* 150. *nu.* 6. 3

In Gloſſa verbo, Quanto. collige abſurdũ eſſe alijs benefacere, & non ſibi, unde illud Comici. *Omnes ſibi eſſe melius malle, quam alteri.* Tradit plura *Decian. Tractat. crimin. lib.* 9. *cap.* 1. *nu.* 17. qui Gloſſæ meminit. Nam vir prudens ad duo ſe obligatum agnoſcit, primò, ut ſibi cõſulat, deinde alijs; vnde *Bernard. ſerm.* 18. *in Cantic. Si ſapis chorcam te exhibebis, & non canalem hic ſiquidem penè ſimul et recipit, et reſundit; illa verò donec impleatur expectat, & ſic quod ſuperabundat ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictum, qui partem ſuam facit deteriorem.* Secunda obligatio eſt circa alios, hinc Cato ille Vticenſis apud Lucanum dicebat virum probum, & amantem patriæ. 4

Non ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

In Gloſſa verbo, deſunt ibi, In privilegijs ſuis. Nota ex Gloſſa quod privilegium, vel reſcriptum Principis faciens mentionem de alio, ei creditur; licèt illud non producatur; ut ex ea notavit *Iaſon in l. More, nu.* 35. *ff. de juriſdict. omn. judic.* extollit *Gomes ad leges Tauri, l.* 1. *nu.* 11. poſt principium; dicit ſingularem *Boerius deciſ.* 247. *nu.*3. & ſeqq. & eſt ratio quia, ſi una in lege, aut decretali, fiat mentio de alia, ſtatur illi, quantumcumq; de alia lege, aut decretali non appareat. Non ſic dicas in inſtrumento, quia inſtrumentum publicum faciens mentionem de alio inſtrumento, non facit fidem, niſi illud exhibeatur. *Authent. ſiquis in aliquo inſtrumento C. de edendo.* tradit idem *Boerius d. nu.* 3. in principio. 5

In Gloſſa verbo, Diverſis. Dicit optimam *Iaſon. in repetit. l. Admonendi, nu.* 28. *C. de jure jur.* ad hoc, quod ſi Papa confirmat privilegia exemp- 6

exemptionis in ſpecie alicui Eccleſiæ, quanvis alia privilegia aliter non appareant, valet confirmatio; de qua materia videbis latè *Zabarellam conſil.* 118. incipit *Monaſterium ſancti Iuliani.*

CAP. Sic omnes. II.

SVMMARIVM.

1 *Agatho Papa quis fuerit?*
2 *Sanctiones Apoſtolicæ Sedis ſunt obſervandæ.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Agatho Papa. Fuit natione Siculus, Patre Pannio, monachus ordinis ſancti Aquitij, creatus Pontifex Imperatore Conſtantino 5. anno Domini 678. ſedit annos 3. menſes 6. Vir tantæ ſanctitatis, ut leproſum obviam factum oſculo ſuo ſtatim liberaverit. Tantæ præterea manſuetudinis, & humanitatis fuit, ut neminem à ſe unquàm triſtem dimiſerit. Anno 680. Luna, Iunio menſe, ruborem ſuum mirabili obſcuritate fœdavit; menſe autem Iulio, Auguſto, Septembre Romam adeo gravis peſtilentia eſt adorta, ut frequentatis funeribus libitina non ſufficeret; & multi Cacodæmon venabulo domorum oſtia ferientem ſe animadvertiſſe affirmarent. Vide *Platinam in vita Agathonis*; fuſè *Chacon de geſtis Pontificum, ſub eodem Agathone* 2. *fol.* 692. fuſius *Baronius tom.* 8. *annalium, anno Chriſti* 678. & 679.

2 Ad textum. Nota in textu, quòd omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis ſunt obſervandæ, quia Papa in tangentibus fidem, & mores, errare nequit. *Covarr.* ex alijs, *lib.* 1. *reſolut. cap.* 10. *nu.* 12. *Divus Thom.* & *Caietan.* 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. & *q.* 11. *art.* 2. *ad* 3. *Alphonſus à Caſtr. de juſta hæreticorum punitione, lib.* 1. *cap.* 4. verſ. *Quarta via eſt*, & hunc textum refert optimè *Suar. de legibus, lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 11. *de Eccleſia Romana authoritate. Canus de locis theologic. lib.* 6. *cap.* 1.

CAP. In memoriam. III.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminêre?*
2 *Lex injuſta ſi tranſgreſſione illius immineat ſcandalum, non debet violari, quod tamen temperandum eſt. nu.* 3.
4 *Mantua noſtrum textum intelligit.*
5 *Iugum Pontificis ferendum eſt.*
6 *Litteræ quibus modis dicantur falſæ. & num.* 7. *& ſequentibus.*

NOta *Præpoſitus in cap. Certum, nu.* 3. ſupra *diſtinct.* 10. & formalia verba noſtri textus refert *Baronius tom.* 9. *annalium, anno Chriſti* 801. *nu.* 10. & *nu. ſequenti.* Caroli Magni erga Sedem Apoſtolicam reverentiam, animiq; ſubmiſſionem erga Romanum Pontificem maximè extollit. 1

Ibi, Vt licet vix ferendum. Ergo licet lex injuſta non obliget in conſcientia, ut tradit *Divus Thom.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *in corpore*, ſi tamen in tranſgreſſione illius immineret ſcandalum, ut quia apud alios tranſgreſſio illa male auditetur, vel aliâs perturbaretur Reſpub. peccaret ſubditus tali legi non parens, ut limitat *Divus Thom.* ubi ſupra, *in corpore*, ad finem, propter regulam in materia ſcandali celebratiſſimam, præſcriptam in *cap.* 2. ibi, *ab his tamen de novi operis nuntiatione*; probat in ſpecie textus noſter ſic intelligendus. 2

Hæc tamen doctrina temperanda eſt, procedere dummodo legis injuſtitia inſurgat ex ſolo ſubditorum præjudicio; alioquin ſi injuſtitia inſurgat ex repugnantia ad legem divinam, ſeu naturalem, tranſgreſſor nullam contrahit culpam, quantumcumq; ſcandalum immineat; obſervat in ſpecie *Divus Thom.* ubi proximè. *Soto lib.* 1. *de juſt. quæſt.* 6. *art.* 4. *in ſecunda concluſione. Innocent. in cap. Inquiſitioni, nu.* 3. *de ſententia excommunicationis*, receptus ex *Felin. in cap. Accepimus, num.* 3. *de fide inſtrumentorum.* 3

Ibi, Autem in aliam detrudat cuſtodiam. Adde quæ elegãter tradit *Mãtua Dialogo* 12. verſ. *Multa*, & *Dialogo* 39. verſ. *Debetq; intelligi.* 4

In Gloſſa 1. Notat *Felin.* ad hoc, quòd licet iugum Pontificis videatur durum, ferendum eſt. 5

In Gloſſa, verbo, Falſam, poſt principiũ, ibi, Quæ non fuit verè præſens. Agit Gloſſa, quibus modis litteræ dicantur falſæ, de quo *Felin. in cap. Tertio loco, num.* 1. *de probationibus*, qui Gloſſæ mẽminit. Tu proſequere, ut infrà numeris ſequentibus. 6

7 In Gloſſa eadem, ibi, Dicto, vel tacito. Docet Gloſſa, quod impetrans reſcriptum, in quo per malitiam verum aliquid ſuppreſſit, aut falſum expreſſit, eſſe invalidum; ut probat *cap. Super litteris de reſcriptis*, ubi, *Gloſſa* 1. & D.D. *Gloſſa* 2. poſt med. *in cap. Significantibus* 38. *de officio delegati. Bart. nu.* 3. & 4. *Paulus*, & communis, ubi *Iaſ. à nu.* 22. *in l. Præſcriptione*, C. *Si contra ius*; diſputat latiſſimè *Sanches de matrimonio, lib.* 8. *diſput.* 21. *à nu.* 10. Quæ doctrina procedit non ſolum ex ea parte litterarum, in qua verum ſuppreſſum, vel falſum aliquid expreſſum fuit; verum etiam ex omnibus alijs etiam ſeparatis, in quibus neutrum intervenit, ſiquidem indiſtinctè corruunt litteræ, ut notant *Dec. in d. cap. Super litteris*, in principio. *Abb. notab.* 1. *Card. nu.* 4. *Sicul.* 25. *Rebuf. tom.* 2. *ad leges Gallie, ſub tit. de reſcript. nu.* 110. *Peres ad l.* 1. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordinam.* de quo etiam uberrimè *Sanches d. diſput.* 21. *à nu.* 53. & ſequentibus. An autem procedat quando ſubreptio per ignorantiam, vel ſimplicitatem committitur? Vide per eoſdem, & *Gloſſam in cap. Vlt.* verbo, *Accedens, de crimine falſi*, *Sanches d. diſput.* 21. *nu.* 14. Vtrum doctrina procedat tàm in litteris juſtitiæ, quàm in litteris gratiæ? Vide eundem *Sanches nu.* 54.

8 In eadem, ibi, Si charta apparet raſa, vel immutata. Igitur p abraſionem, & cãcellationem redduntur ſcripturæ, & litteræ falſæ, ut notant omnes per textum ibi, in *cap. Ex litteris de fide inſtrum. Hoſtienſ. in ſumma de crimine falſi, nu.* 3. *Marian. Socin. in cap. Fin.. nu.* 8. *de crimine falſi*, quod ampliatur etiamſi raſura ſit modica, nempe unius ſyllabæ, aut litteræ. *Bajard. ad Clarum*, §. *Falſum. nu.* 275. *Gloſſa*, & D.D. cõmuniter in *cap. Fin. de crimine falſi*, quod intelligo, ſi per talem abraſionem litteræ, vel ſyllabæ, mutaretur ſenſus, vel ſubſtantia verborum, ut tradit *Ioann. Andr. in cap. Inter dilectos, nu.* 11. *de fide inſtrum. Farinac. d. q.* 151. *nu.* 44. An hoc procedat quando abraſio eſt, non ſolum in diſpoſitione juris, ſed etiam facti, vel quãdo abraſio reperitur in loco non ſuſpecto? Vide *Afflict. deciſ.* 404. latè *Farinac. nu.* 46. 47. & ſeqq.

9 Ibi, Alieno ſigillo. Dicuntur etiam litteræ falſæ, ſi alieno ſigillo ſignantur; *cap. Inter dilectos de fide inſtrum. Speculator lib.* 2. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *Poſtremo, nu.* 19. & 20. ubi ponit plures caſus, in quibus arguitur falſitas in ſigillo *Bajard. ad Clarum*, §. *Falſum, nu.* 210. plures congerit *Farinac. de falſitate, q.* 150. *nu.* 56. ubi quod ſigillum alienum doloſè effingens, punitur pœna manus. Quod tamen limitabis niſi in fabricatione ſigilli intervenerit ignorantia; multa etiam ad excuſationem alieni ſigilli, vide per eundem *Farinac. à nu.* 66.

Ibi, Propter falſam Grammaticam. 10 Ergo falſa latinatas in litteris Apoſtolicis arguit falſitatem, & vitiat reſcriptum in totum, *cap. Ad audientiam de reſcriptis*, ubi D.D. *Gloſſa*, verbo, *Falſitatis, in cap. Licèt de crimine falſi. Rebuf. ad leges Gallia*, 2. *tom. in præfat. tit. de reſcriptis, nu.* 175. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20. *nu.* 26. *Farinac. de falſitate, q.* 153. *nu.* 151. quod habet locum in omnibus litteris tàm gratiæ, quàm juſtitiæ, ut obſervat *Gloſſa*, & D.D. *in d. cap. Ad audientiam*, communis ex *Abbate nu.* 3. *Betrand. conſ.* 112. *lib.* 2. quidquid alij diſtinguant. Adverte tamen, quia error in littera, aut ſyllaba, non vitiat ſecundum plures, quos ſequitur idem *Farinac. nu.* 154. probat *cap. ex parte, de fide inſtrum.*

Ibi, Atramenti mutatio. 11 Excipit Gloſſa illam eſſe præſumptionem falſitatis, quæ ex diverſitate atramenti colligitur, contrarium dixit *Ruinus conſ.* 68. *nu.* 5. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 28. *nu.* 12. *lib.* 2. *Caphal. conſ.* 287. *nu.* 27. licèt talis diverſitas dicatur leviſ præſumptio, quando tamen dicatur levis, quando probabilis, arbitrio judicis relinquitur, ut per *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 187. *nu.* 36. & 38. *Farinac. q.* 153. *à nu.* 155. qui perperam Gloſſam noſtram in diverſum torquet ſenſum. Circa alias falſitatis præſumptiones, quas Gloſſa cumulat, ultra præcitatos D.D. vide *Felin. in cap. Tertio loco, nu.* 1. *de probat.* & quibus modis Bullæ Apoſtolicę dicantvr falſificatæ. *Hoſtienſ. in ſumma de crimine falſi, nu.* 3. *Farinat. d. q.* 151. *nu.* 37. *Gloſſa*, verbo, *Falſitatis, in cap. Licèt de crimine falſi.*

In eadem Gloſſa, ibi, Falſarius 12 deponitur. Tu reſolve, quòd falſificans litteras Papæ excõmunicationem incurrit, & omnibus beneficijs ipſo jure privatur, & degradatus traditur Curiæ ſæculari; textus in *cap. Ad falſariorum*, verſ. *Statuentes*, & verſ. *Nos enim. de crimine falſi*, ubi communiter D. D. *Afflict. deciſ.* 21. *nu.* 2. *Bernard. in pract. cap.* 117. ubi etiam *Zalſedo littera A.* tradit practicatum. *Clar. in pract.* §. *Falſum, nu.* 24. *Petr. Gregor. Syntagmat. juris, lib.* 36. *cap.* 5. *nu.* 8. quam plurimos congerit *Farinac. de falſitate, quæſt.* 151. *nu.* 1. & *nu.* 7. Hæc pœna licèt quoad excommunitionem extendatur etiam ad mandantes, & fautores, tamen quoad pœnam degradationis non extenditur; quæ opinio licet ab omnibus deſerta ſit, mihi tamen verior apparet, & eam videtur tenere *Farinac. nu.* 11. quia textus in eodem *cap. Ad falſariorum*, verſ. *Statuentes*, dum pœnam degradationis fulminat, eam ad facientes tantum

tum

tum reſtringit, non enim dixit, *qui per ſe, vel per alios*, ut dixerat in verſ. præcedenti, in quo pœnam excommunicationis poſuerat. An concluſio procedat, ſi falſificans non eſt uſus litteris, vide *Farinac. nu.*25: & an procedat in falſificante litteras non Papæ, ſed alterius Principis *à nu.* 15. & an procedat in litteris Prælatorum *à nu.* 60. & ſequentibus.

CAP. Enim vero. IV.

SVMMARIVM.

1 *Stephanus quintus quis fuerit?*
2 *Quidquid Romana Eccleſia ſtatuit, eſt obſervandum.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Stephanus. Qui fuit nomine quintus, ut tradit *Turrecremat. in præſenti.* Fuit autem Stephanus Romanus, Baſilius ante vocatus, Adriani filius, creatus Pontifex anno Domini 885. Imperatoribus Carolo 3. & Arnulpho Auguſtis, ſedit annos 6. dies 9. Tàm diſerte, & appoſitè ſcripſit, ut nullum videatur decretum Pontificis, quod illo gravius, aut pondere ſententiarum plenius cenſeri poſſit, ut tradit *Alphonſus Chacon in geſtis Pontificum, in vita ipſius Stephani, fol.* 253.

2 Ad textum. Dicit quod quidquid Romana Eccleſia ſtatuit, ab omnibus obſervandum eſt, de quo vide poſita ad *cap. Sic omnes*, ſupra *eadem diſt.* Adde *Paramo, de origine Inquiſitionis, lib.* 3. *q.* 3. *nu.* 88.

CAP. Nulli. V.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Pœnam noſtri textus, qui dicantur incurrere?*
3 *Vaſſallus poteſt recedere à domino non ſervante leges Imperatorum.*
4 *Crimen quando debeat augeri?*
5 *Tranſgrediens præcepta Pontificis, an dicatur hæreticus.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregorius. Vide poſita ad *cap. Præceptis*, 12. *diſtinctione.*

In textu. Quinam huius capitis pœnam incurrere dicantur, vide per 2
Sylveſtr. verbo, *Excommunicatio 9. nu.* 29. Adde *Rebuf. conſ.* 194. *pag.* 4. verſ. *Ad hæc. Navarr. in Manuali, cap.* 27. *nu.* 117. verſ. *Octavo*, & textus originem integram vide per *Baron. tom.* 9. *annal. anno Chriſti* 839. *nu.* 6. optimè *Suarium de cenſuris, diſp.* 22. *ſect.* 1. *nu.* 1. qui cenſet hanc cenſuram noſtri textus non eſſe ipſo jure latam, ſed ferēdam; neq; eſſe propter hæreſim, ſed propter inobedientiam Eccleſiæ; nec deniq; eſſe reſervatam Papæ, ſed cōmunem; licèt *Navarr.* contrarium doceat ſupra citato loco.

Ibi, A ſancto miniſterio. dicit ſingularem 3
Romanus ſingul. 494. ad hoc, quod vaſſallus poſſit recedere à domino non ſervante leges Imperatorum?

In Gloſſa, verbo, Maioris. Vide 4
Tiraq. de nobilit. cap. 20. *nu.* 117. qui per hanc Gloſſam, & alia jura, controvertit, quando debeat crimen augeri nobilitate, aut dignitate alia.

In Gloſſa, verbo, Proſtratus, 5
verſ. Sed intelligas. Et ita licèt ſit hæreticus, qui dicit non eſſe Romanam Eccleſiam caput, non tamen eſt hæreticus, ſi tranſgrederetur præcepta Pontificis; ſequitur *Gregor. Lopez. part.* 1. *tit* 9. *l.* 2. *Gloſſa* 4. niſi tamen præceptū contineat fidem.

CAP. In Canonicis. VI.

SVMMARIVM.

1 *Canonicæ ſcripturæ quæ dicantur?*
2 *Gratianus defenditur.*
3 *Communis opinio eſt ſequenda.*
4 *Quod à pluribus recipitur, maior eſt authoritatis.*

1 IN textu ibi, In canonicis ſcripturis. Tenet Gratianus ex Auguſtino, epiſtolas decretales inter ſcripturas canonicas eſſe connumerandas, quem valde reprehendit *Caſtr. lib.* 1. *adverſus hæreſes, cap.* 2. *col.* 10. verſ. *Quod ſi forte*, ubi dicit Gratian. male intellexiſſe, perperamq;, ac corruptè litteram Auguſtini citaviſſe; ſequitur *Peña ad Directorium, p.* 1. *comment.* 19. *littera E. Navarr. in cap. Novit, notab.* 3. *nu.* 44. *de judic.* Gratianum tamen defendit *Covarr. lib.* 4. *variar. cap.* 16. verſ. *Item decretales epiſtolæ.* Adde *Poſſevinum in apparatu ſacro,*

verbo, *Gratianus*, verſ. *Præterea*, *fol.* 560. & poſita ad *cap. Si Romanorum, hac eadem diſt.* & ad principium *diſtinct.* 20.

2 Poteſt etiam Gratianus defendi, ſi dicamus illum non voluiſſe dicere decreta Pontificum eſſe propriè ſcripturas ſacras, & canonicas, ut ſunt Evangelia, vel pſalmi; ſed eſſe ſcripturas ſacras, ut diſtinguantur à prophanis; & canonicas, ut diſtinguantur à ſacris ſcriptis Patrum, quæ non ſunt regulæ, nec habent authoritatem obligandi; licèt enim Canones Pontificum, & Conciliorum diſtinguantur, & poſtponantur ſcripturæ divinæ, tamen ſuo modo ſunt, & dici poſſunt, ſcriptura ſacra, & canonica, eo modo quo ſeptima Synodus actione 3. vocat decreta Conciliorum divinitus inſpiratas conſtitutiones. Imò *Innocent. cap. Cum Martha, de celebratione miſſarum*, vocat ſcripturam ſacram ſententiam illam Auguſtini: *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre. ſermone 17. de verbis Apoſtolicis.* Ita optimè *Bellarm. lib. 2. de Concilijs, cap. 2.* verſ. *Dico 2.*

3 Ibi, Quæ ab omnibus. Et ſic opinio cõmunis eſt ſequenda, de quo per *Abb. in cap. Prudentiam, nu. 4. de officio delegati*, & *in cap. 1. nu. 15. de Conſt. Romanum, conſ. 61. nu. 2. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1138. nu. 1.* & an hoc etiam habeat locum, quando communis opinio eſſet falſa; vide per eundem *nu. 3.* & tradit *Abb. in d. cap. 1. nu. 15.* & eſt ad hoc textus in *l. 1.* verſ. *Sed neque, Cod. de veteri jure enucleando*, & circa alias limitationes, vide *Maſcard.* ſupra citato loco, *nu. ſequenti*; plura etiam congerit *Caſſan. in conſuetud. Burgund. in proœmio, Gloſſa*, verbo, *En tres grand nombre*, in principio, *fol.* 40.

4 In Gloſſa, verbo, Præponat, ibi, Maioris eſt authoritatis. Et ita quod à pluribus recipitur, maioris eſt authoritatis, quàm quod à paucioribus. Adde textum in *l. Athletas*, ibi, *& generaliter omnes opinantur, ff. qui notantur infamia. Alciatus de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 51.* poſt principium.

CAP. Ita Dominus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Leo primus quis fuerit?*
2 *Poteſtas conceſſa Petro exceſſit poteſtatẽ aliorum Apoſtolorum.*
3 *Prælatus non poteſt de ſubdito alterius cognoſcere.*
4 *Dueñas noſtrum textum intelligit.*
5 *Dicta antiquorum ſervanda ſunt.*
6 *Doctores, qui de textu mentionem fecerunt.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Leo Primus. Vide poſita ad *cap. Hoc veſtra, diſtinct. 11.* 1

In textu. Collige ex textu, quod poteſtas conceſſa Petro, in duobus maximè excefflit poteſtatem aliorum Apoſtolorum. Primo, quia Petri poteſtas etiam ſe extendebat ſupra ipſos Apoſtolos. Secundo, excellebat in hoc, quod erat ordinaria in univerſum orbem. Vnde factum eſt, ut ſucceſſores Petri ſucceſſerint in univerſa poteſtate reſpectu omnium ovium Chriſti, quam poteſtatem, & principatum ex eo præciſe habent, quod ſint Petri ſucceſſores, Chriſti Vicarij, ut optimè colligit *Tallada de carceribus, cap. 6. nu. 9. Valerius Reginald. in praxi, lib. 1. ſect. 1. nu. 21. 22. 23. & 24.* 2 Poteſtas verò Epiſcoporum, qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, à Petro, & ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, eſt dirivata. Ita quod ſucceſſor Petri eſt immediatè Vicarius Chriſti, & à Chriſto accepit poteſtatem, ſed ſucceſſores Apoſtolorum, nec ſuſceperunt poteſtatem ab ipſis Apoſtolis, nec à Chriſto immediatè, ſed immediatè à Romano Pontifice; & ita textum noſtrum intelligunt *Caet. de authoritate Papæ, cap. 1.* & ſeqq. *Victoria de clavibus, nu. 5. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 4. Gloſſa 3.* qui alia jura cumulat, & ante illos tenuit *Abb. in cap. Significaſti 4. nu. 3. de elect.* Lege *Suar. in defenſ. fidei, lib. 3. de primatu Summi Pontific. cap. 11. nu. 12.* & *lib. 4. de immunitat. Eccleſ. cap. 5. nu. 11.* & 12. & *Paulum de Palacio in cap. 16. Matth.*

Ibi, In corpus. Notat *Paz. in praxi, tom. 2. præludio 1. nu.* 2. ad hoc, quod unus Prælatus non poteſt de ſubdito Prælati alterius cognoſcere. 3

Ibi, Miniſterij divini. Adde quod tradit *Dueñas in regula 72. num. 4.* verſ. *Fin.* 4

In fine textus, ibi, Accepit à veteribus. Et ita conſuetudines, & dicta antiquorum ſervanda ſunt, tradit *Tiraquel. de jure primogen. in præfat. nu. 189.* ubi huius textus meminit, & *de retractu lign. §. 9. Gloſſa 2. num. 52.* 5

In §. Hoc autem. Vide *Canum de locis theologicis. lib. 6. cap. 1.* in fin. *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom. 1.* verbo, *Gratianus, fol. 560.* verſ. *de Gratiano autem.* 6

CAP.

CAP. Secundum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Anaſtaſius ſecundus quis fuerit?*
2 *Anaſtaſius Imperator quis fuerit?*
4 *Doctores qui textus meminere.*
4 *Trident. textum innovavit.*
5 *Vbi agitur de periculo animæ, non eſt facile credendum.*
6 *Perſonæ, quæ prædicare poſſint?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Anaſtaſius ſecundus. Fuit patria Romanus, ex Fortunato, ſeu Petro genitus, in regione quinta, Caputtari cognominata. Eius temporis Vvandalorum Rex Traſimundus, & catholicas Eccleſias clauſit, & centum, ac viginti Epiſcopos exulatum in Sardiniam miſit. Fuit Anaſtaſius creatus Pontifex anno Domini 496. Vide *Panvinum de vitis Pontificum, in vita Anaſtaſij ſecundi, anno Domini 496. Platinam in eodem Anaſtaſio, Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 497.* Adde poſita ad *cap. Sequens.*

2 In eadem ſuperſcriptione, ibi, Ad Anaſtaſium Auguſtum. Habuit Anaſtaſius patriam Epidamnum; Imperator creatus conatu Ariadnæ Imperatricis, anno Domini 491. Obijt anno Domini 518. Cum tonitrua horrendum in modum mugirent, & fulgura multa eliderentur, atq; ipſe Anaſtaſius perterritus, è cœnaculo in cœnaculum deſcenderet, in quodam Regio cubiculo mortuus eſt inventus, fulmine ictus. Vir, qui Orientem penitus exuit fide catholica, quiq; viros ſanctiſſimos in exilium relegavit, & gladijs armavit hæreticos in Orthodoxos; ſub cuius imperio inundaverunt flagitia. Fuit dies percuſitionis eius Nonæ Iulij, cùm regnaſſet annos viginti ſeptem. Vide *Evagrium, lib. 3. cap. Vlt. Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti* 518.

3 Ad textum. Vide *Covarr. variar. lib. 4. cap.* 13. verſ. *Deinde*, & verſ. *Sed & quod, Alphonſum Chacon de geſtis Pontificum, in vita Anaſtaſij, fol.* 137. verſ. *& Albertum Pighium*, qui hunc textum refert. Optimè *Baronius tom. 6. annalium, anno Chriſti 497. nu.* 2. ubi refert hanc integram Anaſtaſij Pontificis epiſtolam.

Ibi, Per iniquum tradita. Innovavit 4
Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap 6. ad medium. Adde *Gregorium Lopez part. 1. tit. 17. l. 11. Gloſſa 7.*

In verſ. Adeo, ibi, Vel qualis præcedit. 5 *Tiraq. de pœnis, cauſa 51. num. 16.* qui textum refert ad hoc, quod ubi agitur de periculo animæ, non eſt facile credendum viris, etſi aliàs ſanctitate polleant.

In Gloſſa, verbo, Vel qualis. 6
Agit Gloſſa, quæ perſonæ prædicare poſſint. Adde *Felin. in cap. Excommunicamus, nu. 3.* in fine, *de hæreticis*, poſt *Archidiaconum*, & *Ioannem Andr.* qui dicit, quòd prædicare, & dare licentiam prædicandi alij religioſo, poteſt quilibet ſacerdos in ſua parochia, quod tamen non eſt uſitatum apud omnes diœceſes, ſed generalem licentiam dat ſolus Epiſcopus.

CAP. Anaſtaſius. IX.

SVMMARIVM.

1 *Anaſtaſius percuſſus, quia volebat revocare Achacium.*
2 *Gratianus defenditur.*
3 *Synodus generalis, an ſit maior Pontifice? & nu. 4. 5. & 6.*
7 *Gloſſa interpretatur.*

AD textum. Collige ex textu Anaſtaſium Pontificem nutu divino eſſe percuſſum, quia volebat occultè revocare Achacium hæreticum, ut ait *Gratianus* in præſenti, quem ſequuntur *Platina in vita ipſius Anaſtaſij, Volaterranus, lib. 22.* Sed *Albertus Pighius, lib. 4. de eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 8.* multam adverſus Gratianum excandeſcit in iram, pio quidem animo comprobat *Covarr. lib. 4. variar. cap. 13.* per totum. *Melchior Can. de locis theologicis. lib. 6. cap. 1.* verſ. *Nono*, tradit alios *Cened. ad decretales, collectan. 16.* in principio, & ultra illos *Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice*, verſ. *Decimo nono. Merla in Emporio juris, tit. de legibus, q. 3. nu. 3. Suares de legib. lib. 4. cap. 3. nu. 15.* quorum opinio veriſſima eſt. 1

Gratianum tamen excuſandum cenſeo, qui hiſtoriam hanc non approbavit, ſed dixit apud authores legi, eamq; tranſcripſit ex Authore Pontificali, ut tradunt *Bellarmin.* & *Suarius*, ubi 2

proximè. Cæterum ſi contentioſè quis aſſerere velit, Anaſtaſium propenſiorem fuiſſe in reſtituendo Achacij nomine, ſed morte præventum id præſtare minime valuiſſe, in hoc erit, quod magis admiremur Dei providentiam erga Romanam Eccleſiam, cum titubantem Apoſtolicæ Sedis præſidem, ex humanis ante ſubduxerit, quàm quod meditaretur, impleret. Ita *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 497.* in fin.

3 **In Gloſſa, verbo, Concilium.** Nota ex Gloſſa, quod Synodus generalis eſt maior Papa ſequitur *Abb. in cap. Significaſtis, nu. 3. de elect.* ubi *Decius, nu. 7.* qui alios refert, idem docet *Abulenſ. in cap. 18. Matthæi, q. 108. Roman. in tribus Conſilijs ultimis. Gerſon. Almain.* & alij, quos referunt *Iacobat. de Concil. lib. 10. art. 7. fol. 665. Bellarm. lib. 2. de Conciliorum authoritate, cap. 14.* in principio. Vnde plures doctores tam Theologi, quam Iuriſtæ tempore Eugenij 4. tenuerũt pro Concilio Baſilienſi dicentes, quòd Concilium illud eſſet maius Papa. Inter quos Abbas in quodam conſilio, quod juſta ratione fuit prohibitum, multa impertinentia ſcripſit, & pariter Romanus, qui cum eodem Abbate erat advocatus in eodem Concilio, & Pius ſecundus, qui pariter tunc in minoribus conſtitutus erat in civitate Baſileæ, qui poſtea aſſumptus ad Pontificatum, bullam edidit anno 1463. retractationem fecit, de quo vide latè *Tuſchum, tom. 2. concluſ. 552. nu. 11.* & ſeqq.

4 Contraria tamen opinio, ſcilicet quod Papa ſit ſupra Concilium, videtur eſſe communis, ex *Alberto, D. Thom. Bonaventura, Richard.* & aliis *in 4. diſt. 29.* cum de clavibus agunt, expreſſit. *D. Antonin. 3. p. tit. 22. cap. 10. §. 4. ſummæ hiſtorial. Turrecrem in ſumm. lib. 2. cap. 93.* & *104. Pelagius de planctu Eccleſiæ, lib. 1. art. 6. Iacobat. de Concil. lib. 10. q. 7. à fol. 660.* qui fuſius quæſtionem diſputat, & ſolvit ſexaginta tria argumenta adverſariorum. *Caiet. in tract. de comparatione Papæ & Cõciliorum, cap. 7.* plures ſequitur *Bellarmin. d. lib. 2. de Conciliorum authoritate, cap. 14.* in fine. & *cap. 17.* comprobat latè *Tuſchus tom. 2. concluſ. 552.* ubi hoc deducit ex jure divino naturali, & Canonico.

5 Quæ opinio veriſſima, & amplectenda eſt, ut probatur ex Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. *ſeſſ 11.* in qua inſertè, & ex profeſſo docetur Pontificem eſſe ſupra omnia Concilia, ibi. *Solum Romanum Pontificem, tanquam ſuper omnia Concilia authoritatem habentem Conciliorum indicendorum tranſferendorum, planum ius, & poteſtatem habere.* Faciunt multa jura docentia primam Sedem à nemine judicari. Probatur etiam ratione, quia confirmare eſt proprium ſuperioris. *l. Fin. C. de legibus; l. Non ambigitur, ff. eodem.* Papa autem cõfirmat geſta Conciliorum, non autem Concilium geſta Pontificis, ut probant jura, quæ retulit *Iacobat. d. art. 7. à fol. 660.* & deducitur ex *cap. Cuncta per mundum,* & ex *cap. ipſi ſunt. 9. q. 3.*

Vtrum autem Pontifex cum ſit ſupra Cõcilium, poſſit tamen ſe Concilio ſubijcere? Videbis poſita ad *cap. In Synodo, diſt. 63. Bellarm. lib. 2. de Conciliorum authoritate, cap. 14.* verſ. *Secunda opinio,* & *cap. 18. Turrecremat. in ſumm. lib. 2. cap. 104.* Vtrum Concilium ſit ſupra Papam quando eſſet ſchiſma inter duos, vel plures contendentes de Papatu? Vide poſita ad *cap. Si duo, 79. diſt. Tuſch. d. tom. 2. concl. 552. nu. 25.* 6

In Gloſſa, verbo, Qui cõmunicaverat, ibi, In tertiam perſonam. Similis *Gloſſa, in cap. Cum cauſam de appellat.* ubi *Panormitanus, nu. 11.* qui latè agit, quando excõmunicatio tranſit in tertiam perſonam. 7

CAP. Propter. V.

SVMMARIVM.

1 *Maximus Epiſcopus quis fuerit?*
2 *Damaſus quis fuerit?*
3 *Covar. textus meminit.*
4 *Facta ab intruſis an ſint irrita?*

IN ſuperſcriptione, ibi, de Maximo Epiſcopo. Intellige, qui ſe gerebat tanquam Epiſcopum. Cæterum de hoc Maximo Cynico conſtat ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam in eam ſententiam abijſſe, ut communi conſenſu declararet, eum nec fuiſſe, nec eſſe Epiſcopum, clericos item ab eodem ordinatos omnis eccleſiaſticæ functionis, & muneris expertes, vacuos abire debere, ut tradit *Sozomenus lib. 7. cap. 9. Theodoretus lib. 3. cap. 8.* qui addit eundem Maximum hæreſis Apollinaris ſectatorem fuiſſe; vide fuſius *Baron. tom. 4. annal. anno Chriſti 381. nu. 26.* Diverſus hic eſt Maximus Cynicus, ab illo alio item Maximo Cynico, qui ſub Imperatore Iuliano fuit; iſte quippe patria fuit Alexandrinus, ille autem Smyrnæ natus, Epheſius dictus eſt, quod ibidem diutius egerit, ut per eundem *Baron. d. tom. 4. in vita Liberij, anno Chriſti 362. nu. 3.* 1

In eadem ſuperſcriptione, ibi, Sub Damaſo. Vide poſita ad *cap. Huic ſoli, diſt. 17.* 2

Ad textum. Refertur *1. tom. Concilior. in Concil. Conſtantinopolitano, ſub Damaſo 1. edit. 1. cap. 6.* & *edit. 2. cap. 3. fol. 411.* & huius textus meminit. *Covar. lib. 4. reſol. cap. 14. nu. 12. col 2.* 3

In

In Glossa 2. Agit an facta à vitioſé electis, & intruſis ſint irrita? de quo vide *Abb. in cap. Nihil 43. de elect. nu. 11.*

DISTINCTIO. XX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui distinctionis meminêre.*
2 *Claves duæ, ſcientiæ, & poteſtatis.*
3 *Poteſtas eccleſiaſtica unica eſt.*
4 *In judice eccleſiaſtico utraq; clavis requiritur.*
5 *In explananda ſcriptura Pontifex præfertur doctoribus.*
6 *Non poteſt quilibet privatus explicare ad libitum.*
7 *Hæc poteſtas ad Romanum Pontificem ſpectat.*
8 *Gratianus defenditur.*

1 IN principio diſtinctionis. Vide *Covar. lib. 4. reſolut. cap. 16. nu. 6.* verſ. *Item Decretales*, qui Gratianum defendit, licet eum reprehendat *Caſtro adverſus hæreſes, lib. 1. cap. 2. col. 8. & 9.* vide etiam poſita in *cap. Si Romanorum. & in cap. Canonicis*, ſupra, *diſt. 19.*

2 In Gloſſa, verbo, Dedit. Agit Gloſſ. quod duæ ſunt claves, altera ſcientiæ, altera poteſtatis. Controverſia tamen eſt in ijs explicãdis, nam & clavem ſcientiæ referunt plerique ad habitus ſcientiarum, ſacræ ſcilicet theologiæ, ſacrorumve Canonum, qui in ſcholis addiſcuntur. Ita *Gloſſa in præſenti*; unde ex *Vgulione*, notat *Alexandrinus*, hic *nu. 7.* ſacerdotibus imperitis non dari clavem ſcientiæ in ſua ordinatione, quam etiam ſententiam *Magiſtro* tribuit, ſed eleganter improbat *Sotto in 4. diſt. 20. q. 1. art. 1.* ad fin. Cõvincitur enim, tum quia repugnat *Extravag. Quia quorundam*, verſ. *Itemque, de verbor. ſignific.* dum agit Sacerdotes in ſua Ordinatione claves recipere, cum tamen liqueat non recipere habitus ſcientiarum; tum quia inconveniens eſt dicere imperitos Sacerdotes alteram tãtum clavem habere. Vide *Adrianum in 4. ſentent. in tract. de Sacerdot.* ubi triplicem admittit clavem, alteram vocat clavem auctoritatis: alteram excellentiæ: tertiam miniſterij. Quæ tamen coincidit cum clavibus ſcientiæ, & poteſtatis. Nam clavis auctoritatis, & excellentiæ in ſolo Deo, & Chriſto Servatore reperitur. Adito *Suar. de Pœnit. diſput. 16.* per totam, & præcipuè *ſect. 4.* ubi citat *S. Maximum, Bedam, & Fulgentium.*

Dic ergo poteſtatem Eccleſiaſticam, ſeu 3
ſpiritualem, quæ nomine clavium ſignificatur, quoad ſubſtãtiam, & eſſentiam unicam eſſe; & ſic iam intelliges textũ in *cap. Tantum, de exceſſibus Prælatorum*, dum clavis meminit in numero ſingulari, eam nihilominus poteſtatem, duplicem habere actum, duplicem q; diſtinctam facultatem affirmat, alteram decernendi, an is, qui admittitur ad Regnum Dei, dignus ſit, & qua pœnitentem cogit, ut plene peccata pandat, ut ſtatum ipſius cognoſcat, & hæc dicitur ſcientiq; alteram verò, qua is qui dignus decernitur, admittitur, & abſolvitur, vel ſi indignus eſt repellitur, & hæc dicitur poteſtatis; & confirmatur, quia licet aliquando is, cui committitur cognoſcere, judicare non poſſit, *Extravag. quia quorundam* verſ. *Ei autem*, is tamen qui judex conſtituitur, & cui judicare cõmittitur, neceſſario de qua re judicabit, primum cognoſcere debet, *cap. 1.* verſ. *Oportet, de pœnitentia diſt. 7.* textus ſic intelligendus *in l. De qua re. ff. de judic.*

Vnde recte Pontifex in *d. Extravag.* verſ. 4
Quare reſtat, concludit in judice eccleſiaſtico vtram q; clavem eſſe neceſſariam, cognoſcendi ſcilicet, & definiendi, quaſi altera, ſine altera ſubſiſtere non poſſit, neque enim quilibet, quamuis doctus, ſi ordinatus non ſit, clavem habet ſcientiq; quia non habet facultatẽ illam decernendi, de qua ſupra, neq; etiam ſacerdos indoctus caret clave ſcientiæ, quia quamuis habitus ſcientiarum non habeat, habet tamen facultatem decernendi, an pœnitens dignus, aut indignus ſit. Quæ omnia colliges ex textu in *d. Extravag. D. Thom. ad 3. p. ſub eodem tit. nu. 9. Sotto d. art. 1. concluſ. 2. Graſſis in aureis deciſionibus lib. 1. cap. 13. nu. 9. p. 1.*

In eodem principio diſtinctionis in verſ. Vnde. 5
Collige ex Gratiano, quòd in explanando verum ſcripturæ ſenſum præterũtur D.D. Sacri judicio Romani Pontificis, quæ doctrina tanquam intolerabilis, ab omnibus reprobatur, nam ad ſummum Pontificem, tanquam Eccleſiæ caput, pertinet definire veros ſcripturæ ſenſus, cuius judicium omnes fideles adſtringit. Probat *Trid. ſeſſ. 4. in decreto de edit. & uſu librorum* verſ. *Præterea. Cano de locis Theolog. lib. 5. cap. 2. & lib. 12. cap. 7. concluſ. 1. Albertus Pighius de eccleſiaſtica Hierarchia lib. 1. cap. 4.* à principio, & *lib 4. cap. 2. Bañes 2, 2. q. 1. art. 10. dub. 6. concluſ. 5.* & ſeqq. late; & eleganter *Bellarmin. 1. tom. controverſ. lib. 3. cap. 3.* cum ſeqq. & *controverſ. 3. lib. 4. de Roman. Romif. cap. 1.* per totum, & eleganter probat *Innoc. 3. in cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, & judicium Eccleſiæ, in vera fidei doctrina omnibus ſanctis Patribus exponentibus ſcripturam, præponi tradit *Henriq. lib. 1. ſumm.*

cap. 1. §. 3. & *Suar. in defenſ. fidei lib.* 1 *cap.* 11. *nu.* 2. affirmat, quando ſenſus, ſive privata explicatio ſcripturæ eſt contra doctrinam Eccleſiæ, tunc à malo ſpiritu procedere; rectum verò ſenſum ex maiori, vel minori conſonantia ad doctrinam, & explicationem Eccleſiæ probandum eſſe. Conſule *Ioan. Dryed. de eccleſiaſt. dogmat. lib.* 2. *cap.* 3. *Medinam lib.* 7. *de recta in Deum fide, cap.* 18. *Ioannem Azor.* 2. *p. inſt. moral. cap.* 8. & *lib.* 5. *cap.* 24.

6 Verum controverſia hæc ſequentibus aſſertionibus reſoluta, demonſtrabit legitimũ Gratiani ſenſum. Prima aſſertio eſt, in explicanda ſcriptura nõ eſt quilibet privatus homo judex, ut ad ſuum libitum illius ſenſus contorqueat, ſed pertinet explanatio veri ſenſus ad Eccleſiam, cuius authoritas omnes ad illum amplectendum adſtringit. *Trid.* ubi ſupra, eleganter contra hæreticos comprobat *Bellarmin. d. cap.* 3. cum ſequentibus. Secunda aſſertio, hæc poteſtas obligans judicandi de vero ſenſu ſcripturæ, non ſolum pertinet ad Eccleſiam, pro ut eſt omnium fidelium cœtus, & congregatio; ſed etiam ad prælatos univerſæ Eccleſiæ, Romani Pontificis authoritate convocatos, ipſam Eccleſiam repræſentantes, quod dicitur Concilium univerſale, ut optimè contra Calvinum tenet, & probat *Bellarm.* 1. *tom. contr.* 4. *lib.* 3. *de Eccleſia militante, cap.* 14. *col.* 1. verſ. *Noſtra igitur. Cano de locis theolog. lib.* 12. *cap.* 7. *præcept.* 2.

7 Tertia aſſertio, Omnes etiam aſtringit judicium unanime omniũ Patrum circa ſenſum ſcripturæ. *Concil. Trident. d. ſeſſ.* 4. verſ. *Præterea. Henriq. d.* §. 3. *littera L.* & ratio mihi videtur, quia hic unanimis conſenſus receptus, arguit ſenſum hunc eſſe totius Eccleſiæ, ſiquidem ab omnibus recipitur. Quarta aſſertio, eadem imò maior (ut per *Covar.* 4. *reſp. cap.* 16. *nu.* 4. *col.* 3. ad fin.) poteſtas circa hoc judicium in ſenſum ſcripturarum, eſt apud ſolum Romanum Pontificem, tanquam caput Eccleſiæ, aliquem ſcripturæ ſenſum explanantem *Pighius d. lib.* 4. *cap.* 2. & ſeqq. *Bellarmin. d. controv.* 3. *lib.* 4. *de Romano Pontifice. cap.* 1. Quinta aſſertio, Pontifex tanquam principalis doctor ſcripturam explicans, non habet omnino aſtringens judicium in effectu. *Bellarmin. d. controv.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. verſ. 16. & verſ. *Reſpondeo. Præpoſit. Archidiac.* & *Turrecremat.* in præſenti agentes de operibus Gregorij Papæ; quæ tanquam doctor compoſuit, & de cõmentar. Innoc. 4. quinimò poſſe Pontificem, ut privatum errare pertinaciter, & hæreticè, eſt opinio communis, ut refert *Bellarmin. d. lib.* 4 *Hierarchia eccleſ. cap.* 8. licèt contrarium non ineleganter defendat.

8 His ſuppoſitis Gratianus ex mente *Turrecrem.* & aliorum, hìc eſt intelligẽdus juxta terminos huius ultimæ aſſertionis, ut loquatur de Pontifice, ut privato doctore, ſcripturam explanante; qui non eſt præferendus aliorum Patrum ſcriptis, niſi quatenus fortiori ratione juvatur, cum enim tunc judicium ſummi Pontif. non ſit aſtringens, habent locum verba Gratiani, *quo quisq; magis ratione nititur, eò maior eſt authoritas eius*; & probatur hic intellectus ex diſcurſu Gratiani, nam illud intendit, quod ſummus Pontifex in his, quæ agit ex vi poteſtatis, præfertur omnibus, quia poteſtas illius ſupra omnes eſt.

In his verò, quæ agit eruditione, & ſcientia, tunc firmior ratio, non maior ſcribentis authoritas vincere debet. Vnde tritum illud *Ariſtotelis. Amicus Plato, ſed magis amica veritas.* Plane Sũmus Pontifex cum interpretatur ſcripturam, ut talis, judex eſt, & poteſtate divinitus ſibi cõceſſa, utitur; ut late probat *Bellarm.* ſupra citatis locis, cum tamen interpretatur, ut doctor, non agit ſupernaturali virtute clavis, ſed naturali ſcientia, juxta dicta in ultima aſſertione. Ergò cum primo modo definit, non dubitavit Magiſter omnibus præferendum, licèt cum ſecundo diſputat, recte doceat illius authoritatem ex vi rationis eſſe menſurandam.

CAP. De libellis. I.

SVMMARIVM.

1 *Leo quartus quis fuerit?*
2 *Dicta ſanctorum an habeantur pro lege?*
3 *Canones Apoſtolorum an approbentur?*
4 *Gloſſa interpretatur.*
5 *Doctores ſacri, an præferantur Pontifici?*
6 *Græci an teneantur ad obſervationem Canonum?*

INſuperſcriptione, ibi, Leo quartus. Vide poſita ad *cap. De capitulis,* ſupra *diſt.* 10. 1

Ad textum. Meminit textus, & illũ citat ad hoc, quod dicta Sanctorum habentur pro lege, in deciſionibus cauſarum, *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 1. *l.* 6. *Gloſſa* 1. atq; textus verba refert *Azor inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 19. in principio, *tom.* 1. & totam integram, ex qua noſter textus fuit deſumptus; refert *Baron. tom.* 10. *annal. anno Chriſti* 855. *nu.* 17. 2

Ibi, Canones Apoſtolorum. Dubium eſſe poteſt quomodo Leo quartus cõprobat Canones Apoſtolorum, cum tamen Gelaſius illos apocryphos recenſeat in *cap. Sancta, diſt.* 15. ut arguit *Baron. tom.* 2. *annal. anno Chriſti* 102. *nu.* 13. pro quo videbis poſita ad *cap. Primum,* ſupra *diſt.* 16. 3

In

4 In Gloſſa verbo, Iunioris. Agit de intellectu *cap. Quod propoſuiſti* 32. *q.* 7. de quo videbis poſita ad ipſium textum ſatis difficilem.

5 In Gloſſa verbo, Illorum, ibi, Quod verum eſt. Citat *Abb. in cap. Certificari, de ſepultur. nu.* 3. & *in cap. Ne innitaris de conſt. nu.* 3. & *in cap. Qualiter* 2. *de accuſat. nu.* 2. ad hoc, quòd ſi D. Auguſtinus, aut Hieronymus dicat aliquid, & innitatur authoritate novi, vel veteris teſtamenti, ſit magis credendus, quam Papa. Dicit poſt alios ſingularem *Affict. in præludio de feudis nu.* 102. qui late de hoc agit, circa quod vide *Decium in d. cap. Ne innitaris, col.* 2. in fin. *Gregorium Lopez part.* 1. *tit.* 1. *l.* 6. *Gloſſa* 1. *Roman. ſingul.* 228. ubi Gloſſam appellat ſingularem; optimè *Tiraq. de primog. q.* 62. *nu.* 5. & illam dicit ſingularem. *Iaſon in* §. *Quædam nu.* 67. *de actionibus*; videnda tamen ſunt poſita ad principium huius *diſt. nu.* 5. & ſeqq.

6 In Gloſſa verbo, Convincitur, ibi, Non recipiat. *Abb. in cap.* 1. *nu.* 8. *de conſtit.*, qui ad hanc Gloſſam remittit quæſtionem, an Græci teneantur ad obſervantiam Canonum?

CAP. Si decreta. II.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus primus quis fuerit?*
2 *Photius hoſtis Pontificum.*
3 *Decreta Pontificum debent obſervari.*
4 *Subditi non excuſãtur dicentes non habere ſtatuta ſuperiorum.*

1 IN ſuperſcriptione ibi, Nicolaus I. Vide poſita *in cap. Imperium* 10. *diſt.* adde *Baron. tom.* 10. *annal. anno Chriſti* 860. *nu.* 2. & ſeqq. ubi ponit primam epiſtolam, quam ſcripſit Nicolaus primus iſti Photio; & *anno* 862. *nu.* 10. ponit ipſam integram ex qua noſter textus deſumptus eſt; & elegantem epiſtolam eiuſdem Photij ad Nicolaum primum vide eodem *tom. anno Domini* 861. *nu.* 34. & ſeqq.

2 In eadem ſuperſcriptione, ibi, Photius. Fuit Photius Romanorum Pontificũ implacabilis hoſtis, laicus, & eunuchus in ſedem Conſtantinopolitanam intruditur, & conſecratur, ut per *Baron. d. tom.* 10. *anno Domini* 858. *nu.* 49. Quis ille fuerit? Vide *nu.* 51. Plura de eius doloſis artibus vide *anno* 859. *nu.* 68. & *anno* 861. *nu.* 3, & 10. Eius obitus qualis, & quando factus ſit *anno* 886. *nu.* 28. & 31.

Ad textũ. Collige decreta Romanorũ Pontificũ debere obſervari; 3
de quo vide poſita ad *cap. Sic omnes diſt.* 19. quod optimè ex geſtis ipſius Photij comprobatur; licèt enim imperiali nixus potentia, & Epiſcoporum conſulto, ex congregato ad eam rem perficiendam concilio ab ipſo Imperatore in Patriarchalem elevatus ſit thronũ, cum tamen ſciretur omnem conatum Imperatoris eſſe irritum, niſi manu Romani Pontificis firmaretur, judicium vel invitus cogitur implorare Sedis Apoſtolicæ. Tantum ergo apud nequiſſimos homines veritas ſibi vendicat poteſtatis; conſiderat optimè *Baron. d. tom.* 10. *anno Chriſti* 859. *nu.* 58.

In textu, ibi, Neglectu. Nota quòd ſubditi nõ 4
poſſunt ſe excuſare dicentes, quòd ſtatuta ſuperiorum apud ſe non habent, culpantur enim de negligentia. Negligentia autem peccatum eſt, de quo vide poſt alios *Sylveſtrum in ſumma* verbo, *Negligentia*, verſ. *Quomodo autem*, & vide dicta ad *cap. Nulla diſt.* 38.

CAP. De quibus. III.

SVMMARIVM.

1 *Firmius eſt judicium plurimorum.*
2 *Textus quomodo legendus?*
3 *A communi ſenſu non eſt recedendum.*
4 *Deficiente lege, ſapientibus ſtandum eſt.*
5 *Plurimùm ſenioribus defertur.*

NOtat *Sylveſter*, verbo, *Conſuetudo*, §. 1. *n.* 2. ad med. & §. 19. *nu.* 3. poſt principium, ad hoc, quòd firmius eſt judicium plurimorum. Adi *Anchar. in cap. Cum olim, nu.* 3. ad med. *de conſuetud. Præpoſitum in cap. Canones, nu.* 2. *diſt.* 15. & dicit bonum textum *Iaſon, in* §. *Quædam, nu.* 67. in principio, *de actionibus. Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 51. *num.* 51. 1

Ibi, Scripta Græca. Legendum eſſe *ſcripta Canonica*, 2
contendit *Henriquez*, poſt alios, *de vero ſacrificio Miſſæ, cap.* 31. *nu.* 4. *littera E.*

In textu, ibi, Facilius namq; 3
Vide *Decium, in cap. prudentiam, nu.* 2. *de offic. deleg. Navarr. de redd. eccleſiaſticor. monitu* 48. *nu.* 2. qui per hunc textũ dicit, quòd à cõmuni ſenſu non eſt recedendum, ſine lege, vel efficaci ratione.

Ibi,

4 Ibi, Seniores congrega. Vide *Abb. in cap. Cũ olim num. 7. verſ. Si verò de conſuetud.* qui de hoc textu meminit, ad hoc, quod deficiente lege, vel conſuetudine in aliqua Eccleſia, congregari debent ſapientes, & Seniores, quorum cõſilio ſtandum eſt. Præcipuè cum in ſacra pagina ſit frequentiſſimum, Seniores appellari ſapientes, ut habetur *Proverb.* 1. & ibi, *Ferdinandus Balazar nu.* 98. Seniores vocat ſapientes. Deinde in *cap. Porro diſt.* 84. et ibi, Gloſſa. Seniorum ergo conſilijs eſt obtemperandum, quos diuturna experientia rerum magiſtros fecit. Et ideo Anchiſes filio Æneæ præcipit *lib.* 5. *Æneid.*

Conſilijs pare, quæ nunc pulcherrima mentis
Dat Senior.

ubi Senioris viri conſilia pulchre dixit pulcherrima.

5 Ibi, Senioribus. Ergo plurimum iura ſenioribus deferunt; cum prudentiores iuvenibus præſumãtur; adeo ut qui dicere velit contrarium, probare hoc non poſſet, niſi per quindecim teſtes *l. Vnicuiq; Cod. prox. ſacr. ſcrin. Felin. in Rubrica de maior. nu.* 3. *Maſcard. de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1295. *nu.* 3. *Tiraq. in præfat. de jure primogenior. nu.* 153. ad fin. Quo tamè in pretio ruga ſenilis ab omnibus haberi debeat, indicatur in *l. Si de de tabulis, ff. de fide inſtr.* idquè ipſi etiam ethnici agnoverunt, uno atteſtãte *Ovid. Faſt. lib.* 5.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani.
Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat.

At, inquies, quid in rugoſo, & iam defloccato ſene aliqua æſtimatione, vel pretio dignũ eſt? Quid, quod adoleſcentes ad reverentiam, & omnes ad obſequium alliciat deferendum? Audi *Franciſcum Petrarcham, lib.* 8. *epiſt. de rebus Senilibus. Honorati,* inquit, *ſenes, qui ſe ipſos, qui familiã, qui patriam, ac prævalidã juventutem conſilio ſuo regũt; quamvis corpore imbecilles, & attriti ævo, non animo languidi, & enervues.* Vt verò hac in re penum aperiam refertiſſimam, & omnes ad colendam ſenectutem invitem, lectores remitto ad *Aulum Gelium lib.* 2. *cap.* 15. *Valer. Max. lib.* 2. *prope initium. Thucydidem lib.* 6. *belli Pelopon. interprete Laurentio Valla. Euripidem in Peleo. Odonem Cluniacenſem in Iob, lib* 19. *nu.* 7. & 8. *Alphonſum de Caſtro adverſus hæreſes, lib.* 6. verbo, *Epiſcopus. Franciſcum Philelfum epiſtolarum; lib.* 36 *epiſtola* 1. *ad Nicodemum,* ubi hæc verba : *Romani rerum domini ſenatum à ſenibus nominarunt, quoniam intelligerent in ſenibus ſolis gravitatem eſſe, & prudentiam.* & *Quintilianus lib.* 12. *cap.* 4. ideo maiorem ſenibus auctoritatem eſſe dicit, *Quod plura noſſe, & vidiſſe credantur.* Lege quæ ſupra ſcripſimus ad *cap. Placuit, diſt.* 18. & ad *cap. Ridiculum, nu.* 2. *diſt.* 12.

DISTINCTIO. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconi quando creati?*
2 *An fuerit ordo ſacer tempore Apoſtolorum?*
3 *Gratianus non dubitavit ordines fuiſſe à Chriſto inſtitutos.*
4 *Gratianus quomodo debeat intelligi?*
5 *Sacerdotes an poſſint in bello pugnare? & num. ſequentibus.*

IN principio diſtinctionis, §. Inter eos, in fine. 1 Docet Gratianus ſubdiaconos, & acolythos progrediente tempore Eccleſiam ſibi conſtituiſſe, quam doctrinam D. D. falſam appellant. Primò ex eo, quod omnes ordines Chriſtus inſtituit, ut optimè probat *Henriq. lib.* 10. *de ord. cap.* 3. à principio. *Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *Ægidius Bellanus diſp.* 20. *de Sacramento Ordinis, dub.* 5. & 6. quod confirmat auctoritate Patrum *Auguſt. Chryſoſt. Ambroſ. Anaſtaſij Dionyſij.* Idem eleganter probant *Vaſq. in* 3. *p. diſp.* 236. per totam. *Reginald. lib.* 30. *tract.* 1. *cap.* 1. *Petrus Caniſius de Sacramento Ordinis,* in principio. Secundò, quia uſum ordinis ſubdiaconatus, & acolythi ab ipſo Eccleſiæ initio fuiſſe, docet *Trident.* ubi ſupra, *Bellarmin.* 1. *tom. lib.* 1. *de clericis, cap.* 12. ubi expreſſè de ſubdiaconis, & acolythis, & 2. *tom. lib.* 1. *de Ord. cap.* 1. *aliàs* 7. verſ. *Illud autem;* optimè *Henriq.* ubi ſupra, *cap.* 2. §. 2. *littera P.* ubi in textu affert *Dionyſij* authoritates, *cap.* 5. *Eccleſ. Hierarch.* aſſerentis Oneſimum, de quo fit mentio à *D. Paulo ad Coloſſenſ. cap.* 4. *nu.* 9. creaſſe acolythum, & in *cap. Epiſcopus,* 35. *diſt.* refertur Canon Apoſtolorum de ſubdiaconis faciens mentionem.

Vnde *Gloſſa* hîc, verbo, *Subdiaconos,* inquit 2 ſubdiaconatum iam tunc à tempore Apoſtolorum fuiſſe ordinem, ſed non ſacrum, & poſt *Hug. Gloſam,* ſequitur *Præpoſit. hic in fine,* & *Archidiac.* quem refert *Turrecrem.* hîc ad fin. de quo vide poſita ad *cap. Subdiaconus, nu.* 3. infra, *diſt.* 23. in fin. ſed hic quidem intellectus licèt in ſe verus videatur propter authoritatem *Vrbani* 2. *in cap. Nullus, fin.* infra 60. *diſt.* ubi in primitiva Eccleſia ſolos duos ordines ſacros recognoſcit diaconatum, & præsbyterium; probat etiam *Innoc.* 3. *in cap. A multis de ætate,* & *qualit.* & *in cap. Miramur de ſerv. non ordin. Bellarm. lib.* 1. *de ord. cap.* 7. *Henriq. d. lib.* 10. *cap.* 2. §. 2. *littera L.* & hic ibidem ait potuiſſe Corepiſcopos hunc ſubdiaconatus ordinem olim conferre, & ibi, tradit à

quo

quo tempore cæpit huic ordini ſolemne continentiæ votum adnecti, de quo in *cap. Siquis eorum*, infra *diſt.* 32. agemus; attamen litteræ Gratiani non convenit intellectus.

3 Quare ſupponendum eſt Gratianum hîc non dubitaſſe inſtitutionem omnium ordinum fuiſſe à Chriſto. Nam *Magiſter ſenẽtiarum* (cuius ipſe doctrinam ſemper amplectitur) *in* 4. *diſt.* 29. *cap.* 2. & 10. firmiter docuerat, omnes etiam minores à Chriſto fuiſſe inſtitutos; agit ergo Gratianus tantum de uſu horum ordinum, & circa illum dubitat. Supponendum inſuper, quod licẽt hic uſus omnium ordinum cæperit à tempore Apoſtolorum, non tamen erant in initio naſcentis Eccleſiæ hi ordines in perſonis diſtinctis, ſed propter penuriam miniſtrorũ, omnes ordines ſingulis quibuſque perſonis conferebantur, quæ omnium officium gerebant, ita ut non poſſet unus vocari ſubdiaconus, alius pſalmiſt, alius exorciſta. Ita *D. Thom. in addit. q.* 37. *art.* 2. *ad.* 2. Ex quo ſequitur authores catholicos dicentes ſubdiaconos, vel alios ordines minores eſſe ab Eccleſia conſtitutos, interpretãdos eſſe, ut velint ab Eccleſia diſtinctos poſtea eſſe, ut explicat *Dionyſius de eccleſ. hierarch cap.* 3. ſequitur *Henriq. d. lib.* 10. *cap.* 2. §. 2. *littera Q.* quaſi dicant, illorum officium cæpiſſe per ſe in Eccleſiæ progreſſu diſtingui.

Vnde Gratianus eſt intelligendus, ut illud
4 tantum velit Eccleſiam ſubdiaconi, & acolythi officia diſcretis, & diſtinctis perſonis tradidiſſe, ita ut unus ſit tantum ſubdiaconus, & alius tãtũ acolythus, ut ſinguli dignoſci poſſint, & patet hic intellectus ex diſcurſu Gratiani; ait enim in principio huius *diſt.* 21. quòd Chriſtus Dominus inſtituit in Eccleſia alios maiores, alios minores, ſacerdotes, & deinde alios inferiores miniſtros, ſed officia quidem maiorum, & minorũ ſacerdotum ſtatim in perſonis diſcrevit; nam Apoſtolos creavit Epiſcopos, & diſcipulos 72. ſacerdotes fecit, aliam verò miniſtrorũ diſtinctionem in diſcretas perſonas, hominũ penuria impedijt; quam poſtea procedente tempore, & indies Eccleſia creſcente, ſummi Pontifices conſtituerunt, alios ordinando ſubdiaconos ſolum, alios ſolum acolythos, & deinceps. Ex quo apparet non ager. Gratian. de inſtitut. ordinis ſubdiaconatus, quam noverat à Chriſto factam, neque de uſu illius officij, quem apud patres legit ab Apoſtolorum tempore cæpiſſe; ſed de illius ordinis diſtinctis perſonis, & ſic optimé intellexit *Turrecrem. in præſenti.*

5 In Gloſſa verbo, & maiores poſt med, ibi, ſacerdotes erant homicidæ. *Covar. in Clement. ſi furioſus* 2. *p.* §. 3. *nu.* 2. ubi, latè de hac quæſt. Quando ſacerdotes poſſunt in bello pugnare, vel ſaltem intereſſe, & hortari milites? Attamen cum hæc quæſtio ſæpiſſimè cõtingat, pro clariori doctrina ſequentibus concluſionibus illi reſpondemus.

Sit prima concluſio. Clericus in ſacris cõſtitutus abſque metu irregularitatis, poteſt aſſiſtere in bello ſive iuſto, ſive iniuſto, ad effectum miniſtrandi ſacramenta militibus; cõſtat nãq; aliquid illicitum non operari, quin potius illum animarum ſalutem intendentem, actum meritorium exercere. Ita deducitur *ex cap. Ex multa* §. *Vlt. de voto. D. Thom.* 2. 2. *q.* 40. *art.* 2. *ad* 2. *Suar. de cenſuris diſp.* 47. *ſect.* 6. *nu.* 7. *Henriq. in ſumma lib.* 14. *cap.* 13. §. 3. ad fin. 6

Secunda cõcluſio. Clericus poteſt eſſe præſens in bello juſto, & hortari milites ad pugnam, & victoriam comparãdam, quia ad irregularitatem incurrendam voluntas ſaltem virtualis ad homicidium requiritur; clerici autem in bello iuſto cohortantes, illa carent voluntate, ſolum enim intendunt milites incitare ad victoriam. *Navarr. in Manuali, cap.* 27. *nu.* 215. in principio. *Henriq. d. cap.* 13. §. 1. in principio. *Mol. tom.* 1. *diſp.* 108. *Suar. de cenſuris, diſp.* 47. *ſect.* 6. *nu.* 2. *Gloſſa* 1. *in cap. Pen. de homicidio, Gloſſa in cap. Quod in dubijs,* verbo, *incitant, de pœnis,* quidquid *Sylveſt. Bellum* 3. *nu.* 3. ad fin. poſt *Innoc.* & *Hoſtienſ.* exiſtimet hoc ſolum licere ante actualem conflictum, & licèt *Gloſſa,* verbo, *ſubminiſtrat, in cap. Ita quorundam, de judæis,* quam ſequitur *Pelagius de planctu Eccleſiæ, lib.* 1. *art.* 48. poſt med. teneat tales irregularitatem contrahere. 7

Tertia concluſio. Clericus in bello juſto militando, & vulnerando, ſi neminem mutilet, vel occidat, aut ſit cauſa proxima, ut alij faciant, non incurrit irregularitatem, etiamſi multa homicidia ſequantur. Ita *Covar. d. nu.* 2. poſt principium. *Navarr. d. nu.* 215. *Henriq. d. cap.* 13. §. 2. *Suar. d. ſect.* 6. *nu.* 4. & 9. Ratio eſt quia illa neq; mutilat, neq; deformat, neq; eſt cauſa proxima deformationis. Nec obeſt *cap. Quod in dubijs, de pœnis,* dum ait deponendos eſſe clericos, qui per ſe militant, vel incitant ad bellũ; exponitur enim de bello injuſto, ut ibi docet Gloſſa Exponitur ſecundo, quando congreſſio ad pugnam talis eſt, ut in particulari inducat homicidium, vel mutilationem, ut intellexiſſe videtur. *Navarr. d. cap.* 27. *nu.* 216. Tertio exponitur non de irregularitate, ſed de alia pœna, quæ ab Epiſcopo poteſt imponi propter gravitatem delicti, ut per *Abbat.* ibidem, quem ſequitur *Suar. d. ſect.* 6. *nu.* 1. in fine. 8

Quarta concluſio. Clericus, vel prælatus Eccleſiæ, qui dant arma militibus, ut in bello juſto pugnent, non incurrunt irregularitatem, etiamſi cum armis poſtea occidant. Tenet *Navarr. d. nu.* 216. licèt oppoſitum teneant *Sylveſtr.* verbo, *homicidium,* 3. *p. q.* 6. *nu.* 8. verſ. *Quintum. Angel. irregularitas* 1. *nu.* 15. *Navarr.* autem, ubi proximè, & *num.* 217. Videtur limitare ſuam 9

intentionem, niſi arma dentur cum intentione ut milites occidant. Ego intentionem internam nihil ad hoc operari intelligo, ſed debet intentio exterius exprimi, dando arma determinate ad homicidia facienda: ſi autem dentur ad ſtrenue pugnandum, vel victoriam cõparandam, non incurritur irregularitas, etiam ſi clericus moraliter ſit certus de effectu, vel illum deſideret, ita *Suarius d. ſect. 6. nu.* 11.

10 Quinta cõcluſio. Clericus in bello pugnans ob neceſſariam defenſionem propriæ vitę, perſonæ, & patriæ, non fit irregularis, etiam ſecuto homicidio per propriam actionem. Ita *Covar. in Clem. Si furioſus 2. p. §. 3. nu. 2.* ad fin. *Henriq. d. cap.* 14. *nu.* 1. poſt principium, *Abb.* & Doctores in *cap. Petitio, de homicidio*, & poſt *Innoc.* & alios tradit *Suarius d. ſect. 6. nu.* 1. & 2. *Mol. de juſt. tom.* 1. *diſp.* 108. Quidquid contrarium (quoad patriam) teneat *Navarr. d. nu.* 215, licèt pro noſtra concluſione citetur, imo tria illa membra impugnet univerſaliter *Cajetan. 2. 2. q.* 40. *art.* 2. Cui non favet *D. Thom.* ibidem, dum ſentit clericos manere irregulares pugnantes in bello, quia intelligitur de clericis voluntariè pugnãtibus, non autem ad defenſionem propriam. Nec obſtat textus in *cap. Petitio, de homicidio*, ubi Pontifex præcipit abſtinere illum, qui in belli conflictu aliquem interfecit, vel de hoc habet dubiam conſcientiam, quia licèt textus videatur loqui de bello defenſivo, tamen terminatum fuit in bellum offenſivum ex parte Chriſtianorum ex euntium è caſtro, & perſequentium inimicos, advertit *Suar.* ubi proximè, *nu.* 4.

11 Sexta concluſio. Clericus prælians in bello licèt iuſto, ſi aliquem mutilaverit, vel occiderit (præter caſus proxima concluſione poſitos) irregularitatis labe aſpergitur, ut probat expreſſè *d. cap. Pen. de homicidio. Anton. 3. p. tit. 28. cap. 2. Sylveſter*, verbo, *bellum 3. nu.* 4. *Sotus lib. 5. de juſt. q.* 1. *art.* 9. *col.* 5. *Covar. in d. Clem. 2. p. §. 3. nu. 3.* poſt principium. *Henriq. d. cap.* 13. §. 1. in fin. *Suar. d. ſect. 6. nu. 6. D. Thom. 2. 2. q.* 40. *art.* 2. Eſt enim actio illa valde aliena à miniſterio ſacerdotali, & ideo clericis merito prohibetur, & imputatur. Adde *Suyrum de cenſur. lib. 6. cap.* 19. *nu.* 1. & ſeqq. & poſita ad *cap. Siquis* 4. *diſt.* 51.

CAP. Cleros. I.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſunt res ſpirituales.*
2 *Judicium an admittatur per ſortes?*
3 *Gradus, & nomina eccleſiaſticorum ordinum.*
4 *Doctores qui textus meminere.*
5 *Archiepiſcopus à quo debeat recipere pallium?*
6 *Metropolitani unde dicti?*
7 *Epiſcopus unde dicatur?*
8 *Sacerdos unde dicatur?*
9 *Presbyter unde dicatur?*
10 *Levitæ unde dicti?*
11 *Cantus quare fiat in Eccleſia, & an debeat laudari?*
12 *Epiſcopus an poſſit interdicere ne fiant exorciſmi?*
13 *Clericus quis dicatur?*
14 *Percutiens pſalmiſtam an incurrat excommunicationem?*
15 *Tonſura an ſit Sacramentum?*
16 *Nudus quis dicatur?*
17 *Doctores qui Gloſſæ meminère.*

IN principio textus. Notat *Behuf. conſ.* 193. poſt principium, verſ. *Ipſi enim*, ad hoc, quod clerici ſunt res ſpirituales, deputati ſervitio Dei, & illi reſervati; & clerici qui ſint dicendi? Vide *Trotium de vero clerico, lib. 1. cap. 1. Alciat. lib. 5. Parergon. cap.* 22. in principio, *Thomam Vellaſc. allegat. 3. à nu.* 1. 1

Ibi, Sorte electus. De ſorte, & judicio ſortis, latè *Tiraq. jure primogenior. q.* 17. poſt *num.* 19. *in prima opinione*, à principio. *Suar. 1. tom. de relig. tract. 3. lib. 2. de ſuperſtitione, cap.* 12. per totum. *Alciat. lib. 5. Parergon. cap.* 22. poſt principium. Iure verò civili rarum eſt ut judicium per ſortes admittatur, niſi cum res adeo perplexa ſit, ut alium exitum non habeat *l. Si duobus, C. commun. de legatis.* 2

Ibi, Quorũ gradus, & nomina. *Ignatius epiſtola* 11. ſcribens ad Antiochenos, numerat eccleſiaſticos ordines, & officia. Inſtitutio vero ſacri ordinis, non tantum à recentioribus, ſed etiam ab antiquioribus ſacramentum eſt appellatum, ut tradit *Tertullian. de præſcriptionibus adverſus hæreticos, cap.* 40. ubi multa congerit *Pamelius*; idem docet *Cyprianus de ablutione pedum. tom. 3. pagina* 473. & ordines eccleſiaſtici in textu poſiti referuntur à *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 78. & ſeqq. de quorum explicatione videbis poſita ad *cap. Epiſcopos*, & ſequentibus, infra, *diſt.* 23. faventq; omnes auctores, quos ſupra *hac diſt. num.* 1. allegavi. Et præterea eſt conſulendus *Ioannes Altenſtaig. in ſuo lexico*, verbo, *Ordo*, ubi paucis multa complectitur. 3

In

4 In verſ. Patriarcha, ibi, Sūmus Patrum. Vide *Promptuarium juris*, verbo, *Patriarcha, pag.* 145. 2. *p. Decium in cap. Fin. nu.* 2. *de conſtitut. utili. Gregor. Lopez. part.* 1. *tit.* 5. *l.* 9. *Gloſſa* 1. & quare textus non incipiat à Papa, vide *Afflict. de feudis, in Rubr.* qui feudum dare poſſunt, *nu.* 5. & 6.

5 In verſ. Archiepiſcopus. Vide de Archiepiſcopis *Zechium de Repub. eccleſiaſtica, fol.* 114. *n.* 4. ubi *n.* 5. agit quomodo, & à quo debeat accipere pallium. Adde *Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p.* 5. *conſid.* 44. ubi etiam agit de dignitate Archiducali, & dicit præferēdam eſſe omnibus ducibus, ſicut Archiepiſcopus præfertur omnibus Epiſcopis.

6 In verſ. Metropolitani, ibi, A menſura civitatum. Contendit *Iſidorus*, Metropolitanos à menſura civitatum eſſe vocatos; contrarium tamen docet *Covar. practicar. cap.* 19. *num.* 2. poſt principium, verſ. *Idcirco Metropolis. Iaſon. nu.* 22. *in l.* 1. *ff. officio eius. Alciat. lib.* 2. *diſpun. cap.* 23. ad fin. qui errorem Iſidori repræhendit.

7 In verſ. Epiſcopus autem, ibi, Nam ſpeculator. *Trid. ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 1. *Trocius de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 13. & 7. *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 5. *l.* 1. *Gloſſa* 1. *Azor. in ſumma, part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. verſ. *Quæritur primò*, qui latè agunt de ethymologia Epiſcopi, & noſtrum textum referunt. Mihi non diſplicet expoſitio *Ioannis Altenſtaig. in ſuo lexico*, verbo, *Epiſcopus*, ubi affirmat huiuſce nominis ethymologiam deduci ex fonte Græco, ab *epi*, & *copin*, quod eſt ſuper intendere, & vigilare. Epiſcopi enim munus eſt vigilare ſuper commiſſum ſibi gregem. *Auctores Polyantheæ*, verbo, *Epiſcopus*, huic ſententiæ conſonant, dum Epiſcopum dicunt *in ſpecula*, vel *ſuper ſpeculam*.

8 In verſ. Sacerdos, ibi, Compoſitum ex Græco. Componitur enim *Sacerdos*, ex nomine Græco, & Latino, & dicitur *Sacerdos*, quaſi *ſacradans*. In plerisque etiam locis ſacerdotes appellabantur capellani. Nam antiquitus Reges Franciæ ad bella procedentes, capam beati Martini ſecum portabant, quæ ſub quodam tentorio ſervabatur, quod ab ipſa capa dictum eſt capella, & ſacerdotes in quorum cuſtodia ipſa capella erat, inde capellani dicebantur; & conſequenter ab illis ad cunctos ſacerdotes nomen illud in quibuſdam regionibus transfuſum eſt; tradit *Trocius de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 12. *C, amora in Concione B. Martini Epiſcopi Turonenſis.*

9 In verſ. Presbyter. Præter Iſidorum in præſenti, vide de ethymologia presbyteri *Trocium de vero clerici, lib.* 1. *cap.* 11. dicentem, quod presbyter eſt nomen dignitatis. Cum enim nongentis, & eo amplius, annis ab Adam uſq; ad Abraham vixiſſe homines legamus, nullus tamen primus appellatus eſt presbyter, ideſt ſenior, niſi Abraham; qui multò paucioribus annis vixiſſe convincitur. *Geneſ. cap.* 18. *nu.* 11. & *cap.* 24. *nu.* 1. de quo videbis *Philonem lib. de reſipiſcentia Noe*, & *lib. de Abraham. Origen. homil.* 4. *in Geneſ. Hieronym. in Pſalm.* 91. *nu.* 11. & *in cap.* 3. *Iſaiæ. nu.* 2. *Ambroſ. ſerm.* 2. *in Pſ.* 118. *Benedictum Fernandes, loco citato Geneſ.* & *Benedictum Pereira*, ibidem, *nu.* 18. Non ergo propter decrepitam ætatem, ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.

In verſ. Levitæ. Vide de Levitis *Rebuf. de decimis, q.* 7. *nu.* 2. qui noſtri textus meminit, *Trocium de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 1. De Nathinæis lege poſita ad *cap. In veteri lege, nu.* 18. *diſt.* 77. 10

Poſt med. textus, in verſ. Lectores, ibi, Iſti canunt. Quare cantus fiat in Eccleſia, & apud quas gentes fuerit laudatus, & reprobatus, vide latiſſimè *Mantuam Dialogo hiſtorolog. cap.* 60. qui huius textus meminit. Muſica namq; ſummo in pretio apud Athenienſes fuit, unde prudens antiquitas Apollinem in muſis medijs pingebat, univerſitatem omnem cithara temperantem; quare, & Philoſophorum Princeps 8. *Politicorū*, ſuaſit juvenes in muſica potiſſimùm erudiendos, ut laſciviam dediſcerent, aliasq; aſſequerētur utilitates; hoc item ſuum, & proprium muſicæ ſcientia habet (ut idem *Ariſtoteles in problēmatibus, ſect.* 29. ponit) quòd triſtes lætificet, lætosq; exhilaret magis, ac magis; excitat dormientes, & dormitare facit vigilātes; corporeos ſanat incurabiles morbos, præſertim melācolicos, & ut paucis multa dicamus (ut *Sariburienſis in Policratico* ait) muſica amica eſt, & omni ætati, ac cōditioni, dijs, & hominibus grata. Saūli Regi malis ſpiritibus agitato, 1. *Reg. cap.* 16. *nu.* 23. muſica David ſolamen erat; Vnde *Eccl.* 40. *nu.* 20. ait, *Vinum, & muſica lætificat cor.* In Græcia muſici floruerunt, & qui muſicam neſciebat, ſatis excultus doctrina non putabatur; quare cum in epulis lyram recuſaſſet Themiſtocles, indoctior habitus eſt. Ægyptij tamen, & Lacedæmones non ſolū muſicam inutilem, ſed nociuamquoq; dicēbant, tanquam virorum animos effœminātem. Adde poſita ad *cap. Cantantes*, infra, *diſt.* 92. ubi latius. Interim lege *Mendoçā tom.* 1. *in lib. Reg. annot.* 1. *proœm. ſect.* 3. *á nu.* 47. *Macrobium lib.* 2. *de ſomno Scipionis. Petrarch. lib.* 1. *de remedijs proſperæ fort. dial.* 23. *Hieronym. Phaletuūs de laude muſicæ, in poemate*, quod incipit 11

Muſica turbatas animas, agrumq; dolorem
Sola levat.

Franciſc. Valleſium de fact. Philoſophia, c. 28. & alios.

12 In fine textus, ibi, Adjurantes per eam. Notat *Navar. conſ. 6. nu. 1. de officio ordinar.* ad quæſtionem utrũ Epiſcopus poſſit interdicere clerico ſæculari, ne exorciſmum energumenis adhibeat?

13 In Gloſſa, verbo, Pſalmiſta. De hac quęſtione, qui dicantur clerici; vide *Trocium de vero clerico, lib. 1. cap. 5. Marium Alterium, tom. 1. de cenſuris, diſp. 19. lib. 5. cap. 2. §. Clericis, Azor. p. 2. lib. 8. inſtitut. moral. cap. 2. Zerolam*, verbo, *Clericus, nu. 1.* ubi id latè ex jure confirmat.

14 In eadem Gloſſa, ibi, Injicit manus. Et ita qui percutit pſalmiſtam excõmunicationem incurrit, & hanc Gloſſæ ſententiam proſequere cum *Albertino in cap. Quoniam, nu. 26. de hæreticis, lib. 6.* Hodie tamen ſtandum eſt *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* Adde poſita ad *cap. 2.* infra, *diſt. 72.*

15 In eadem Gloſſa, ibi, Tonſura eſt ſacramentale ſignum. *Covarr. in cap. Quia nos, nu. 4. de teſtamentis*, & vide poſita ad *cap. Pſalmiſta 1. diſt. 23.*

16 In Gloſſa, verbo, Nudis. Dicit ſingularem *Romanus, ſing. 654.* ad hoc, quod non dicitur nudus, qui funem, ſeu filum ligatum habet, in capite Quod inducit, ad ſtatuta loquentia de pœnitente aliquo in capite Nudo.

17 In Gloſſis, verbo, Patriarchis, & verbo, Archiepiſcopis. Sequitur eas *Greger. Lopez part. 1. tit. 5. l. 12. Gloſſa Vlt.*

CAP. In novo. II.

SVMMARIVM.

1 *Anacletus Pontifex quis fuerit?*
2 *Pontificatus fuit datus Petro.*
3 *Apoſtoli an epiſcopalem conſecrationem à Petro acceperint?*
4 *Primatum accepit Petrus à Chriſto.*
5 *Apoſtoli acceperũt à Chriſto juriſdictionẽ.*
6 *Petrus in poteſtate Apoſtolis præfuit.*
7 *Petrus à quo fuit electus?*
8 *Epiſcopatus an ſit de jure divino?*
9 *Presbyteri quibus ſucceſſerunt?*
10 *Apoſtoli an fuerint pares Petro?*
11 *Mantua Gloſſam interpretatur.*
12 *An poſſit quis eſſe maior in ordine, & minor in adminiſtratione.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Anacletus. Fuit Sanctus Anacletus natione Græcus, patria Athenienſis, Antiocho patre natus, Trajani juſſu capite cæſus Romę martyrio coronatur, creatur Pontifex anno Domini 100. Conſtituit ne Epiſcopi, vel clerici comam nutrirent, neque Epiſcopus à pauciori bus, quàm à tribus epiſcopis conſecraretur, utq; clerici publicè, non privatim, ad ſacros ordines adciſcerentur; omnibus deinde fidelibus mandavit, ut conſecratione peracta comunicarent, qui verò nolint à ſacris ædibus arcerentur. Vide *Platinam in vita ipſius, Alphonſum Chacon de geſtis Pontificũ, fol. 36.* & *37. Baronius* tamen contendit fuiſſe Anacletum, creatum Pontificẽ anno Domini 103. tertia die Aprilis, ſediſſeq; annos novem, menſes tres, & dies decem. His temporibus ſceleſtiſſimus Pſeudopropheta prodijt, *Elxai* nomine, ex Iudæis natus, de quo videbis ipſum *Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti 105.* in principio. 1

In textu. Notat *Navar. de indulgentijs, & jubileo, notab. 23. nu. 10.* ad hoc, quod Pontificatus non ſolum fuit promiſſus Petro, ſed etiam fuit datus. 2

Ibi, A Petro Sacerdotalis cœpit ordo. Intellige non loqui noſtrũ textum de ordine minorũ ſacerdotum, ideſt presbyterorum. Conſtat enim Apoſtolos in ultima Cœna ſimul omnes ordinatos ſacerdotes; ſed loqui de ordine maiorum ſacerdotũ, ideſt Epiſcoporum, qui à Petro dicitur incepiſſe. Nam ſolus Petrus à Chriſto fuit Epiſcopus ordinatus; cæteri autem Apoſtoli à Petro epiſcopalem cõſecrationem acceperunt; probat *Turrecrem. lib. 2. ſumma de Eccleſia, cap. 32.* latè *Bellarm. lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 23.* ubi, in verſ. *Quid eſt ergo*, verba noſtri textus adducit. *Henriq de Sacramento ordinis lib. 10. cap. 4. §. 2.* & ſeqq. Oppoſitum exiſtimabat *Sot.* certo certius, *diſt. 24. q. 2. art. 2. concluſ. 2.* verſ. *Vnum tamen*, cui favet *Auguſtinus, q. 97. novi, & veteris teſtamenti*, ibi. *Nemo*, ait, *ignorat Chriſtum Apoſtolos ordinaſſe Epiſcopos, imponendo eis manus, priuſquam in cœlos aſcenderet.* 3

Ibi, Et ſuper hanc petram Probat ergo Anacletus primatum Petri, & Romanorum Pontificum, qui ei ſuccedunt, ex divina inſtitutione vim obtinere, non equidem humanis conſtitutionibus; comprobat latè *Covar. lib. 4. variar. cap. 14. nu. 11.* 4

In verſ. Cæteri, ibi, Pari conſortio. Ergo Apoſtoli acceperunt à Chriſto ſuam juriſdictionem immediatè per illa verba: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Ioann. cap. 20. nu. 21.* tradit *Caietan. de authoritate Papæ, & Concilij, cap. 3. Sot. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 2.* poſt illos *Bellarm. de Romano Pontifice, lib. 4. cap. 23.* 5

Victor.

Victoria telect. 2. de poteſtate Eccleſiæ, q. 2. nu. 10. vide latiſſimè *Azor. tom. 3. lib. 4. verſ. Decimo tertio.* & ſeqq.

6 Ibi, Principem eorum. Igitur Petrus inter Apoſtolos omnes fuit authoritate, & poteſtate primus, & Princeps cum ſumma poteſtate ſupra totam Eccleſiam; ad quod appellat noſtrũ textum bonum *Abb. in cap. Quam gravis, nu. 3. de crimine falſi*, & in *cap. Ex litteris, nu. 4. de exceſſibus prælatorum*; firmat *Victoria dicta telect. 2. de poteſtate Eccleſiæ, q. 2. nu. 11.* Namq; poteſtas data eſt Petro, ut per ſucceſſionem perpetuò in Eccleſia duraret; alijs verò Apoſtolis ſolùm data eſt per modum cuiuſdam legationis, & perſonalis muneris finiendi cum vita eorum. Inſuper hęc poteſtas quoad actum ferendi leges, in Petro erat ſimpliciter ſuperior, & independens, in Apoſtolis verò inferiori modo, & cum multa differentia; quia Petrus poterat ſuis legibus, vel præceptis, alios etiam Apoſtolos obligare, & nullus poterat eius leges revocare; alij verò Apoſtoli, nec Petrum obligare poterant, nec fortaſſe ſe ad invicem, & Petrus in rigore poterat eorũ leges non admittere, ſeu revocare; probat utrũq; *Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. nu. 8. & 9.*

7 Ibi, Voluerunt. Non inferas Petrum ab alijs Apoſtolis fuiſſe electum in caput, quia verbum hoc, *voluerunt*, non de voluntate antecedente, ſeu eligente, ſed de voluntate conſequente, & acceptante intelligendum eſt; quod de mente Pontificis in noſtro textu ſatis conſtat, notavitq; *Suar. d. lib. 4. de legib. cap. 3. nu. 9.* ad fin.

8 Ibi, Succeſſerunt Epiſcopi. Et ſic videtur, quod epiſcopatus ſit de jure divino, ut poſt multos tenet *Duen. reg. 72. verſ. Fallit in dignitate.* Notat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 1. Gloſſa 3.* & *l. 17. Gloſſa 2.* licèt enim Epiſcopi dicantur in noſtro textu ſucceſſores Apoſtolorũ, ut eſt cõmunis doctrina Sanctorum, teſte *Cano lib. 6. de locis theolog. cap. 8. ad decimum. Bellarm. de confirmat. cap. 12.* & *lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 25.* Conſtat tamen epiſcopos non ſuccedere in omni poteſtate, aut univerſali juriſdictione Apoſtolorũ, ut patet de multis epiſcopis, quos adhuc viventes Apoſtoli elegerunt pro ſpeciali diœceſi; tradit poſt multos *Henriq. lib. 3. de Sacrament. cap. 6.* in principio, *littera E.*

9 In fine textus, ibi, Gerunt preſbyteri. Fuerunt presbyteri in Eccleſia cõſtituti in locum 72. diſcipulorũ. Non tamen intelligas presbyteros proprie ſuccedere diſcipulis 72. ſed ſolũ per ſimilitudinem. Nam diſcipuli illi 72. non fuerunt presbyteri, nec ullum ordinem, aut juriſdictionem à Chriſto ſuſceperunt; ut probat *Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 25. verſ. Deniq;*.

In Gloſſa, verbo, Pari. Dicit Gloſſa Apoſtolos fuiſſe pares Petro, eo tantummodo, quo Epiſcopi ſunt pares Pontifici, ſcilicet in ordine, & cõſecratione; quam ſequitur *Turrecrem. in ſum. de Eccleſia, lib. 2, cap. 74.* ſed re vera fallũtur, nam de Apoſtolis conſtat fuiſſe etiam pares Petro in dignitate Apoſtolica, & conſequenter in univerſalitate juriſdictionis in univerſum orbem, ita *Suar. lib. 4. de legib. cap. 3. num. 9.* ante finem. 10

In eadem Gloſſa, ibi, In adminiſtratione. Vide *Mantuam Dialogo 105.* incipit. *Hoc mane vidi*, poſt principium. 11

In eadem Gloſſ. ibi, Eſſe maior. Collige ex Gloſſa, quòd poſſit quis eſſe maior alio, in ordine, ſed minor in adminiſtratione. Vnde Rector univerſitatis præcedit Epiſcopum ſcholaſticum in ſtudio, ut poſt *Abb.* & *Felin.* tradit *Tiraq. de nobilitate, cap. 28. nu. 16. Decius in cap. Cum venerabilis, num. 2. de exceptionibus*, qui ponit exemplum in Cardinali, & Epiſcopo. Conducit etiam quæ tradit *Gomes in præamio regul. q. 1.* & *in reg. de valore exprimendo, q. 1. verſ. Poſtremò.* 12

CAP. Quanvis. III.

SVMMARIVM.

1 *Gelaſius Pontifex quæ fecerit?*
2 *Romana Eccleſia obtinet primatum à Chriſto.*
3 *Romana Eccleſia cæteris eſt prælata.*
4 *Sedes Romana an poſſit eſſe in alio loco?*
5 *In factis antiquis ſtatur libris hiſtoriarũ.*

IN ſuperſcriptione ibi, Gelaſius. Vide poſita ad *cap. Certum, 10. diſt.* Adde *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 492. nu. 13.* & ſeqq. & *anno 493. Ioannem Trithemium de ſcriptoribus eccleſiaſticis, fol. 40.* & *Ioannem Nauclerum vol. 2. generat. 17. in ſua Chronologia.* 1

In textu. Notat *Navar. de indulgentijs, notab. 23. nu. 10. Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 2. Gloſſa 2.* ad hoc, quod Romana Eccleſia obtinuit primatum ſuper alijs eccleſijs non à Concilijs, ſed à Chriſto; cõprobat *Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. nu. 19.* qui de noſtro textu meminit. Idem probat *Azor inſt. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. 9. Secundo obijcies.* & dictus idem confirmat *lib. 4. cap. 11. 9. Deinde Pelagius.* ubi noſtrũ textũ meminit; & adducit *cap. Sacroſancta. diſt. 20.* 2

cap. Rogamus 24. *q.* 1. *cap. Fundamenta de elect. in 6. cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi.* Vide præterea *Dicedon. de Ecclesia dogmat. lib. 4. cap. 3. p. 2. Canum de locis, lib. 6. cap. 4. Rossen. contra Lutheranos, tit. 30.* & *Petrum Sot.* quos citat *Azor.* relatus. *Guilielmum Rossæum de rege hæretico excommunicando, cap. 8. nu. 4.*

3 In verſ. Tu es Petrus. Hunc locũ improbant hæretici dicentes, ridiculum eſſe evangelicum teſtimonium in eum ſenſum velle flectere, ut probetur ex his verbis, Romanam Eccleſiam cæteris eſſe prælatam, advertit *Canus de locis theolog. lib. 6. cap. 1. verſ. Decimo*, ſed eleganter eos confutat idem *Canus dicto lib. 6. cap. 8. verſ. Decimo autem.* Adde *Cajetan. in Opuſculis, tom. 1. tract. 30. in* principio, & *Azor.* citatum.

4 Ibi, Sedes Romana. Idem prorſus futurũ inquacumq; alia Eccleſia, ubi eandem ſedem Dominus eſſe voluiſſet, non enim elegit Deus gẽtes propter locum, ſed locum propter gentes; ut per *Symaneh. de Catholicis, cap. 24. nu. 23.* Idem plane teſtatur *Ioann. Andr. cap. Fundamenta de elect. in 6. Archid. cap. Rogamus 24 q. 1.* & ibidem *Ægid. Bellam. Anchar. dict. cap. Fundamenta. Alvarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ, cap. 32. Abb. cap. Per venerabilem. Qui filij ſint legitimi. Dominic. cap. 1.* & *2. diſt. 22. Antoninus par. 3. tit. 23. cap. 3. §. 7. Iacobat. de Concil. lib. 8. art. 7. Azor. inſtit. moral. lib. 4. cap. 11.* ubi alios refert. Qui omnes conſtanter aſſeverant, Romanam Eccleſiam non poſſe authoritate Pontificia alió transferri.

5 In Gloſſa, verbo, Eadem. ibi, Hiſtoria dicit. Nota quod in factis antiquis ſtatur libris hiſtoriarum, per notata in *cap. Cum cauſam, de probat.* in quantum dicit, quod per libros antiquos probantur fines diœceſis, & earum diviſio, ut ex noſtra Gloſſa colligit *Rader. Suar. allegat. 8. nu. 22.* ubi plura cumulat, quibus adde *Maſcard. concluſ. 111. nu. 8.* & 10. & *concluſ. 394.* & 398. *Valaſc. 2. tom. conſultat. 167. Gama deciſ. 335. nu. 7.*

CAP. Inferior. IV.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pontifex qualis fuerit?*

2 *Prælati inferiores, non poſſunt diſpenſare in legibus ſuperiorum.*

3 *Sæcularis poteſt compelli ad præſtandum auxilium eccleſiaſtico.*

4 *Iudex, ſi deponat tanquam teſtis, an poſſit puniri per inferiorem.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Nicolaus. Vide poſita ad *cap. Imperium*, ſupra *diſt. 10.* Adde poſita ad *cap. In tantum*, infra, *eadem diſtinct.* Vide præterea *Ioannem Trithemium in ſuo Cathalogo. fol. 57.* ubi vocat hunc Nicolaum in *Sanctis ſcripturis magnifice doctum.* Vide etiam *Ioannem Nauclerum in ſua Chronolog. generatione 29. in volumine 2. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 15.* ubi multa ſcribit de hoc Nicolao, & eius epiſtolis ad Imperatorem Michaelem. 1

In textu. Collige ex textu prælatos inferiores non poſſe diſpenſare in legibus ſuperiorum, & in pœnis earum, ut poſt *Navarr. in Manuali*, tradit *Eyman. Roderic. tom. 1. de regularibus, quæſt. 22. art. 8.* & ante illos docuit *Anch. in cap. Vlt. de conſuetudine, nu. 5. verſ. Octavo.* Idem eleganter probat *Suar. de cenſur. diſp. 5. ſect. 4. nu. 7.* & *diſp. 7. ſect. 4. nu. 1.* & *diſp. 29. ſect. 1. nu. 21.* & *lib. 6. de legib. cap. 14. num. 4. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 7. nu. 6.* Idem colligitur ex *cap. Cum inferior*, infra citando; & ex *Clement. Ne Romani. de electione*; & communiter doctores, in *cap. At ſi clerici de judicijs, §. De adulterijs. Ducñas regula 248. Covarr. 4. decret. cap. 6. nu. 15. in 2. part.* in princip. *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 5. Gloſſa, Al que huvieſſe deſcomulgado*, & *tit. 9. l. 7. Gloſſa 6.* & 7. Præterea *Suar. in defenſione fidei, lib. 4. cap. 8. nu. 15.* adducit noſtrum textũ, & ex eo infert eſſe contra rationem, ut aliquis inferior juriſdictionem acquirat in ſuperiorem; *cap. Cum inferior*, & *cap. Solite, de maioritat. & obedient.* Quare cum diſpenſantio ſit actus juriſdictionis, nunquam inferior illam poterit exercêre erga ſuperiorem. Eundem etiam textum refert *lib. 6. de legib. cap. 14. nu. 3.* & addit *Gloſſam, cap. Inquibuſdam de pœnis*; & *cap. Sunt quidam 25. quæſt. 1.* 2

In eodem, ibi, Potiorem ligare. Per hunc textum docet *Rebuf. conſ. 193.* in fine. quod licet judex ſæcularis poſſit de jure compelli per excommunicationem ad præſtandum auxilium judici eccleſiaſtico, non poſſit tamen compellere eccleſiaſticum, quia contra rationem eſt, ut inferior præcipiat ſuperiori. 3

In Gloſſa, verbo, Inferior, ibi, Se ſubijcit arbitrio minoris. Quid autem ſi judex ſuperior deponat, ut teſtis coram inferiori, & dicat falſum, vel vaciller, an poſſit puniri per inferiorem? Vide *Abb. in cap. Dilecto 40. de teſtibus nu. 12.* ubi *Gloſſa, littera B.* & poſt *Bald.* & alios tradit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 7. Gloſſa 6.* 4

CAP.

CAP. Nolite. V.

SVMMARIVM.

1 *Reprehenſio infamãdi cauſa, eſt illicita.*
2 *Superior non defendit factum cõtra ius.*
3 *Gregorius Lopez Gloſſam approbat.*

1 NOtat *Gregor. Lopez part.1. tit.5. l.55. Gloſſa* 2. ad hoc, quòd reprehenſio quæ fit infamandi cauſa, eſt illicita. Adde quod homines illi, qui aliquo tempore iuſtè vixerunt, magis moleſtè ferunt rephenſionem, vel redargutionem, quam illi qui fuerunt valdè impij, cuius rei rationem aſſignat *Abulenſis lib.2. Paralipom. q.* 28. et propter hanc ſtomachi acerbitatem, qui plerunque reprehenſionibus irritatur, monet *Divus Anaſthaſius Niſſenus*, reprehenſiones in ſecreto, & remotis arbitris adhibendas. Quare *queſt.8. in ſcripturam*, expendens modum illum, quo Natham ad David reprehendendum ingreſſus eſt: *Oſtendit*, inquit, *quod non præſente alio, neque coram univerſo populo eum redarguit.* Lege *D. Chryſoſt. hom 5. de verbis Iſaiæ*, & Oleaſtrum *Exod. 32. nu. 25. Clement. Alexand. lib. 1. pædag. cap. 9.* ubi reprehenſorem aſſimilat ſpeculo, quod cum vultus indicet deformitatem, *non* tamen aliquam ingerit infamię notam. Sic reprehenſiones ab omni contumeliæ, ac dedecoris nota abſtinere, æquum eſt.

2 Ibi, Velle defendere. Nota quod Sũmus Põtifex non vult defendere factum inferiorum judicum, quando eſt ċontra ius; et ſic apparet, quod licet ſcribat ſimpliciter, *non aliter fieri*, non intelligitur velle quòd fiat contra ius, de quo notabis ad *cap. Si quando*, & *cap. Cauſam de reſcriptis.*

3 In Gloſſa, verbo, Reprehendẽda, ibi, Triplex eſt reprehenſio. Dicit ſingularem *Greg. Lopez part.2. Gloſ.9. l.30. Gloſſa* 1.

CAP. Denique. VI.

SVMMARIVM.

1 *Qui benedicit eſt maior eo, qui benedicitur.*
2 *Ob malitiam temporis poteſt aliquid ſtatui.*
3 *Iube Domne benedicere, quare dicitur.*
4 *Maledici Regnum Dei non poſſidebunt.*
5 *Propter malũ cohærens prohibetur bonũ.*

1 INquit textus quod ſemper qui benedicit, eſt maior eo, qui benedicitur. De materia videbis *S. Thom. ſuper epiſtolam ad Hebreos, Sylveſtrum*, verbo, *benedictio, nu.* 1. poſt principium, qui hunc textum refert; *Durandum in rationali divinorum officiorum, lib.4. cap. 59. nu. 5.* & 6. Sed obijcias. Nos benedicimus Deo, & tamen Deo nemo maior; Simeon quoq; longe inferior Ieſu, & Maria, illis benedixit; *Luc.cap.2. nu.34.* ſed facile reſpondetur; aliud enim genus benedictionis eſt, quo Deo benedicimus, ſcilicet gratias illi propter beneficia agendo; aliud, quo Deus nobis benedicit, ſcilicet beneficia nobis conferendo, et de hac benedictione intelligitur noſter textus dicens, benedicentem eſſe maiorem re benedicta. Nam ſi benedictio ſumatur pro gratiarũ actione, nemo dubitat poſſe benedicentem eſſe minorem re benedicta. Sic rem explicat *Mendoça lib. 1. Reg. cap. 2. nu. 20. in expoſit. lit.* Simeon itaque ſacerdos cum ſũmam Dei Patris perſonam ſuſtineret, ut maior infãte Chriſto, & matre eius, debuit benedicere. Adde *Henriq. lib. 9. de ſacrificio miſſæ cap. 35. §. 2.*

2 Ibi, Prænoſcentes periculoſa tempora. Nota argumentum, quod ob cautelam, & malitiam futuri tẽporis poteſt, & debet aliquid provideri, vel ſtatui, oportet enim malignitatibus obviare, *cap. Paſtoralis, §. ult. de officio delegat.*

3 Ibi, Benedictionem poſtulat. Scilicet. *Iube Domne benedicere.* Sed quare in principio dicitur diminutivè, *jube Domne*, & in fine integre, *Tu autem Domine?* Vide ultra ſcribentes hic *Durand. in rationali divinorum officior. lib.5. cap.2. n.* 44. & notabis ſimplicẽ ſacerdotem non poſſe in miſſa populo benedictionem dare in præſentia Epiſcopi, niſi annuente epiſcopo, ex textu notat *Pacian. de probation. lib.2. cap.26. nu.*80.

4 Ante finem, ibi, Quia Regnũ Dei non poſſidebunt. Notat *Greg Lopez part. 2. tit.7. l. 9. Gloſſa* 5. ad hoc, quod maledici Regnũ Dei non poſſidebunt, 1. *Corinth. cap. 6. nu.* 10. & Sapiens *Eccl. 21. nu.* 30. *Dum*, inquit, *maledicit impius, maledicit animam ſuam.* Quaſi diceret, qui cõtumeliator, & maledicus aliorum rodit famam, ipſe ſibi perniciem, & interitum machinatur. Hinc *D. Hieron. epiſt. 27. ad Euſtochium. Qui ſuum rodit auctorem, in ſe ipſum proprio furore bacchatur* Et ſicut apes, (ut ait *Caſſiodorus in Pſal. 117.*) *Pungendo ſe eviſcerant, animaſq; in vulnere ponunt* (ut *Virg. 4. Georg.*) ità maledici dum in alios ſæviunt, ſe miſerrimè dilacerant. Quod eleganter expendit *Euthymius ad Pſal. 139. Labor labiorum ipſorum operiet eos.* Id eſt, ipſa maledicentis improbitas,

atque immanitas, vertitur in damnum maledicentis. Vide *Ludovicum Carbonem, cap. 66. de interiori homine.*

5 Ibi, Sed pro hoc innuitur. Ergo propter malum cohærens, illud quod in ſe bonum eſt, poteſt prohiberi, & ita non ſemper malum eſt, quod prohibetur; ſed prohibetur, vel propter malum cohærens, vel propter maius malũ, quod inde ſequitur.

CAP. Nuncautem. VII.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt intereſſe Concilio.*
2 *Marcellinus an peccaverit peccatum infidelitatis?*
3 *Errans infide debet errorem confiteri.*
4 *Marcellinus non excidit à Pontificatu.*
5 *Pontifex non ſubijcitur ſententiæ Cõcilij.*
6 *Duo Imperatores an poſſint ſimul eſſe?*
7 *An poſſit quis præcipere ne ſepeliatur?*
8 *Nemo ſe ipſum excommunicat.*
9 *Caietan. Gloſſæ meminit, item Suarius.*

1 NOtat hunc textum *Præpoſitus in cap. Canones,* ſupra *diſt. 15. nu. 3.* ad hoc, quod Imperator poteſt intereſſe Concilio univerſali, idem etiam dicit quoad alios Principes ſæculares.

2 In textu, ibi, Marcellinus compulſus. Late *Abulenſ. in Matth. cap. 5. q. 112.* & notat, quòd licèt Marcellinus graviſſimè peccaſſet Idolis thurificando, non tamen peccatum infidelitatis, ut colligitur ex textu in præſenti, & tradit *Decius conſ. 151. Albertin. in Rubr. de hæreticis, q. 13. nu. 67. Simanch. de catholicis, cap. 32. nu. 7.* qui textum refert *Navarr. in Manual. cap. 11. nu. 27. Suar. de fide, diſp. 10. ſect. 6. nu. 11.* & *14. Bellarmin. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 8. verſ. Decimus eſt Marcellinus.*

3 Ibi, Confeſſus eſt. Ergo errans infide, & redire volens ad Eccleſiam catholicam, tenetur agnoſcere, & confiteri in ſpecie, & individuo hæreſes, de quibus convictus exiſtit, ut ex textu deducit *Boer. deciſ. 343. nu. 1.*

4 Ibi, Proferre ſententiam. Igitur propter actum externum infidelitatis, non excidit ipſo facto Marcellinus à Pontificatu, ut tradunt *Caietan. tract. 1. de authoritate Papæ, & Concilij, cap. 23.* in principio. *Bellarm. de Romano Pontifice, lib. 4. cap. 8. verſ. Decimus eſt. Suar. de fide, diſput. 10. ſect. 6. nu. 3.*

5 Ibi, Iudica cauſam tuam. Collige ex textu non poſſe Pontificem ſe ipſum ſubijcere ſententiæ coactiuæ Conciliorum. Vnde Epiſcopi non damnarunt Marcellinum dicentes: *Prima ſedes à nemine judicatur;* comprobat *Bellarm. de Conciliorum authoritate, lib. 2. cap. 18.* & *19.* in principio. *Suar. de fide, diſp. 10. ſect. 6. nu. 9. Tuſchus tom. 2. concluſ. 552. nu. 4.* Adde poſita ad *cap. Si Papa, 40. diſt.* 1

6 In Gloſſa, verbo, Diocletiani. Controvertit, an poſſint eſſe ſimul duo Imperatores? De quo videbis *Oldradum conſ. 23.* incipit. *Vidi quæſtiones;* ubi agit quod ſi duo electi in Imperatores concedunt privilegium, an uſus illorum ſit interdictus. *Tiraq.* late *de primogen. q. 17. in 4. opinione, nu. 20.* & ſeqq. latiſſimè *Pacianus de probation. lib. 2. cap. 35. nu. 56.* & ſeqq.

7 In Gloſſa, verbo, Marcellinus, ibi, Non ſepeliatur. Siquis enim præcipit corpus ſuũ non ſepeliri, hoc præceptum non eſt adimplendum, per textum, quem Gloſſa allegat in *l. Quidam, ff. de condict. inſtit. qui famoſus eſt,* ex *Suar. allegat. 1. nu. 4.* & *nu. 12. Boer. deciſ. 23. nu. 65.* & *deciſ. 287. nu. 5.*

8 In eadem Gloſſa, ibi, Se ipſum excõmunicare. Ratio propterquam nemo à ſe ipſo excommunicari poteſt, ea eſt, quia excommunicatio eſt actus judicialis habens vim coactivam, & nemo ſibi ſubditus eſt. Vnde ſi Epiſcopus excõmunicaſſet aliquem cum omnibus auxiliantibus, non incurrit ſuam excommunicationem, ſi fuit auxiliator. Notat *Henriq.* alios referens, *in ſumma lib. 12. cap. 25. nu. 3.*

9 In eadem Gloſſa, ibi, Quia paratus erat corrigi. Vide *Caietan. tract. 1. de authoritate Papæ, cap. 18.* qui hanc Gloſſam laudat. *Suar. de fide, diſput. 10. ſect. 6. nu. 11.*

CAP. Submittitur. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ignatius quis fuerit?*
2 *Cauſa eſt deferenda ad majorem judicẽ.*
3 *Acephalum hoc eſt ſine capite.*
4 *Epiſcopus an poſſit judicare clericos ſine capitulo?*
5 *Ab exemplis gentiliũ poteſt argumẽtari.*

1 IN principio, ibi, Submittitur Ignatius. Fuit Ignatius Nicephori Imperatoris nepos, Michaelis Imperatoris filius, electo patre ab Imperio caſtratur, & in monaſterium detruditur, ut per *Baron. tom. 10. anno Chriſti* 847. Ex monaſterio Patriarcha Conſtantinopolitanus creatur, *nu.* 35. è throno deponitur, & in carcerem conijcitur, Bardæ patrui factione in exilium eijcitur, *anno* 858. *nu.* 49. & 50. ubi numeris ſequentibus, multa vide, & *anno* 861. *nu.* 4. & ſeqq.

2 Ibi, Ad potioris ſedis judicia. Ergo cauſa ſemper eſt deferenda ad maiorem judicem, & appellatio ſemper debet fieri ad maiorem poteſtatem, de quo notabimus ad *cap. Cauſam* 2. *quæſt.* 6.

3 Ibi, Acephalum. Hoc eſt ſine capite, cephas enim caput dicitur, unde acephali dicuntur, qui nullo epiſcopo ſubeſſe volunt *cap. Nulla, diſt.* 39. & de acephalorum hæreſi, facit mentionem *Platina in vita Pontificis Leonis* I. ad fin.

4 Ibi, Solius Epiſcopi. Nota quod attento jure non poteſt epiſcopus cauſas criminales ſuorum clericorum judicare ſine capitulo, tradit poſt multos *Gabriel. lib.* 7. *communium, concluſ.* 36. *num.* 2. Contrarium docuerunt *Innocent. in cap. Irrefragabili, in* principio, & ibi, *Hoſtienſ.* & *Butrius de officio ord.* dicit receptum *Henriq. in tractatu de Synodo, p.* 3. *nu.* 137. An autem tales ſententiæ ipſo jure ſint nullæ? Vltra *Gloſſam*, verbo, *carcere, in cap. Novit de ijs, quæ fiunt à prælatis*, vide *Felin. in cap. Ad audientiam, in* 2. *nu.* 22. verſ. *Amplia* 2. *de reſcriptis*, faciunt quæ tradit *Tiraq. in l. Si unquam*, verbo, *Revertatur, nu.* 58.

5 In Gloſſa, verbo, Hæreticis. Dicit Gloſſa, quod ab exemplis gentilium poteſt argumentari, hoc eſt verum à bonis factis, non autem à malis; *cap. Non exiſtimemus*, verſ. *Etſi hoc faciunt* 13. *q.* 2. An autem liceat argumẽtari ex dictis poetarum, & philoſophorum? Vide *Affict. in præludio feudorum, nu.* 103. & ſeqq.

CAP. In tantum. IX.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pontifex quis fuerit?*
2 *Dioſcorus quis fuerit?*
3 *Detrahentes prælatis dicuntur ponere os in cœlum.*
4 *In crimine notorio non requiritur ordo juris.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Item Nicolaus eadem epiſtola. Omnia ex *cap. Inferior*, ſupra *eadem diſtinct.* uſq; ad hoc *cap.* ſunt deſumpta, & tranſcripta ex epiſtola Nicolai Põtificis ad Imperatorem Michaelem, ſcripta anno Domini 865. cuius titulus erat. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, piiſſimo, & dilectiſſimo filio ſuperatori gentium, atq; tranquilliſſimo Imperatori Michaeli, à Deo protecto, ſemper Auguſto;* Epiſtola enim incipit. *Propoſueramus quidem.* Quam refert *Baron. tom. 10. annal. anno Chriſti* 865. *nu.* 75. & ſeqq. quem vide omninò, namq; quæ ibi tradit multum toti huic diſtinctioni inſerviunt.

Ad textum. Agit textus de Dioſcoro Antiſtite Alexandrino, 2
qui auſus eſt in Sanctum Leonem Romanum Pontificem excommunicationis ſententiam jaculari. Fuit Dioſcorus creatus Epiſcopus Alexandrinus, anno Domini 444. cuius hypocreſis diu latuit, homo turpiter facinoroſus, ut tradit *Baron. 6. tom. annal. anno Chriſti* 444. *nu.* 18. & 33. uſurpare niſus eſt Antiochenæ Eccleſiæ jura. Tandem poſt longa ſcelera, Sanctum Leonem impijſſime excommunicavit, ut per eundem *Baron. anno Chriſti* 449. *nu.* 168. & 169. ubi referuntur quæ in noſtro textu deſunt; ſententiam in Dioſcorum latam, & promulgatam in Concilio Chalcedonenſi, de quo noſter textus agit, vide *anno Domini* 451. *n.* 68. & 87. Eius item infeliciſſima mors refertur eodem anno. *num.* 160.

Ibi, Os ſuum. Notat *Paulus Fuſchus de viſitat. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 3
16. ex illo deducens prædicatores non debere detrahere prælatis Eccleſiarum, quia dicuntur ponere os in cœlum. *Pſ.* 72. *nu.* 9.

In verſ. Numquid. Collige quod 4
quãdo crimen eſt notorium, ordo juris non requiritur, & poteſt delinquens damnari, etiam nulla facta inquiſitione, de quo videbis poſita ab *cap. Manifeſta* 2. *q.* 1. Quod autem dicatur crimen notorium, videbis apud *Ignatium del Villar in Sylva reſponſ. lib.* 2. *reſp.* 16. *nu.* 51. & 52. Notabis etiam in probando notorio non deferri juramentum ad ſupplendam probationem, ut docet *Seraphinus, d. privileg.* 33. *nu.* 27. refert *Barboſ. ad Ordinat. Luſitan. lib.* 3. *tit.* 52. *nu.* 27. ubi *à nu.* 9. refert caſuſ in quibus juramentum non defertur ad ſupplendam probationem.

DISTINCTIO. XXII.

CAP. Omnes. I.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus ſecundus quis fuerit?*
2 *Inſtitutio beneficiorum eſt de jure poſitivo.*
3 *Ius creãdi dignitates eccleſiaſticas pertinet ad Pontificem.*
4 *Summus Pontifex an habeat poteſtatem ſæcularem?*
5 *Rebuf. textus meminit.*
6 *Epiſcopus an poſſit creare novam dignitatem?*
7 *Pontifex poteſt detrahere uni Eccleſiæ, & dare alteri.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Nicolaus. 2. Qui fuit natione Allobrox, Gerardus antea vocatus, Epiſcopus Florẽtinus, vir omni vita probatus, creatus Pontifex anno Domini 1059 die 5. Ianuarij, de quo vide *Platinam in ipſo Nicolao, Panvin. in Chronologia, anno Chriſti* 1059. Tempore huius Pontificis fuit condẽnata hæreſis Berengarij, de quo plene habetur in *cap. Ego Berengarius, de conſecrat. diſt.* 2. Sunt qui ſcribant Henriquum 3. à Nicolao 2. coronam imperij accepiſſe, totoq; tempore Pontificatus ſui, ob beneficium acceptum, nihil contra eccleſiaſticos molitum eſſe. Adde *Toſſerin. in apparatu ſacro, tom. 2. littera N. fol.* 490. Adde poſita ad *cap. Nullus, diſt.* 32. *nu.* 1. & vide *Ioannem Nauclerum in ſua Chronolog. volumine* 2. *gener.* 36.

2 Ad textum. Notat *Selva de beneficio.* 1. *p. q.* 4. *nu.* 11. ad hoc, quòd inſtitutio beneficiorum eſt de jure poſitivo; ſequitur *Gonçalez in regula chancell. in proœmio, §.* 1. *nu.* 2. & de origene beneficiorum vide *Gregor. Tholozan. de beneficijs, cap.* 2. Citat noſtrum textum *Tuſch. tom.* 2. *concluſ.* 552. *nu.* 11. & per illum docet, quod qui detrahit juri, & privilegio eccleſiarum dicitur injuſtus, qui vero detrahit juri, & privilegio Romanæ Eccleſiæ in hæreſim abitur, & hæreticus eſt dicendus, quod intelligo ſi materia ſit hæretica.

3 Ibi, Dignitates inſtituit. Ergo totũ ius eligendi, & creandi dignitates eccleſiaſticas, ad Pontificem pertinet, tanquam ad ſucceſſorem Petri; de quo vide *Azor in ſumma, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. verſ. *Tertio quæritur.* Deinde Pontifex Maximus conceſſit Archiepiſcopis, & Epiſcopis prædictã poteſtatem, ut quilibet in ſua diœceſi beneficia conferre poſſet, tradit *Gonçalez*, ubi proximè, *nu.* 4.

In textu, ibi, Terreni ſimul, & cæleſtis imperij, &c. 4 Ex hoc *textu*, & ex *cap. Novit de judic. juncta Gloſſa* 4. hic, excitarunt D. D. celebrem illam quæſtionem; an Summus Pontifex habeat in orbe chriſtiano ſæcularem poteſtatem in actu? Quam ex noſtris pertractant *Covarr. in regula peccatum,* 2. *p.* §. 9. *nu.* 7. *Navarr. in d. cap. Novit. notab.* 3. *à nu.* 19. & alij affirmativè reſolventes, & ex theologis relati à *Molin. de juſtit. tractatu* 2. *diſp.* 29. *col.* 4. verſ. *Inter has*, negativè reſpondentes. Dicit communem catholicorum *Bellarmin. controverſ.* 3. *lib.* 5. *de poteſtate Papæ temporal. cap.* 1. verſ. *Tertio. Symanch. de cathol. cap.* 41. *nu.* 25. & ſeq. cum quibus concordabis utramq; opinionem. Adde poſita ab *cap. Quoniam, nu.* 1. ſupra *diſt.* 10.

In verſ. Vnde. 5 Notat *Rebuf. conſ.* 193. *pag.* 3. verſ. *Injuſtitiam facit.*

In Gloſſa, verbo, Omnes, ibi, 6 Solus Papa. Intelligè, & declara cum *Panor. in cap. Cum acceſſiſſent de conſtitut. nu.* 4. poſt medium, & in *cap. Cum olim de conſuetudine, nu.* 2. qui late agit, quando capitulum, aut Epiſcopus poteſt creare novam dignitatem.

In Gloſſa, verbo, Injuſtitia. 7 Vide *Navarr. de ſpolijs clericorum,* §. 3. *nu.* 2. ubi latè controvertit de hac quæſtione. An Pontifex debeat detrahere uni Eccleſiæ, & dare alteri? De quo videbis etiam poſita ad *cap.* 1. *diſt.* 10. ſuper *Gloſſam*, verbo, *Diviſiones.*

CAP. Sacroſancta. II

SVMMARIVM.

1 *Anacletus Pontifex quis fuerit?*
2 *Romana Eccleſia accepit primatum à Chriſto.*
3 *Eccleſia Romana appellatur Apoſtolica.*
4 *Doctores qui textus meminêre?*
5 *Virum Beati in cœlo ad Deum pro nobis orent?*
6 *Quando aliquid jubetur fieri ſine intermiſſione, quid ſignificet?*
7 *Deferens arma ad Turcas, an incurrat pœnam?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Anacletus. Vide poſita ad *cap. In nouo*, ſupra 21. *diſt.* Adde *Nauclerum in ſua Chronolog. vet. num. 2. generat. 4.*

2 In textu. Collige ex textu Romanam Eccleſiam primatũ accepiſſe non ab Apoſtolis; ſed ab ipſo Domino, de quo vide poſita ad *cap. In nouo, nu. 3.* & ſeqq. ſupra *diſt. 21.* Adde *Canum de locis lib. 6. cap. 1.* verſ. *Decimo. Burſatum conſ. 109. nu. 2.* & ſeqq. *Covar. in regula peccatum. 2. p. §. 9. nu. 5.* verſ. *Quarto, ratione.* An verò Epiſcopus Romanorum ſit de jure diuino ſucceſſor Petri, & Chriſti Vicarius? Vide *Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 11. q. 2. Suar. tract. de fide, diſp. 5. ſect. 3.* per totam.

3 Ibi, Apoſtolica. Sicut Eccleſia Romana appellatur Apoſtolica, ita ſummus Pontifex Epiſcopus Apoſtolicus nuncupatur. *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 3. Gloſſa 3.*

4 In Verſ. Prima. Circa §. & eius ordinem videbis optime *Henriq.* & quos ille citat, *in ſumma lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 29. §. 1. Bellarmin. lib. 1. de Rom. Pontifice. cap. 24.*

5 In textu, ibi, Sanctorum effũdatur oratio. Quæres vtrum Beati in Cælo ad Deum pro nobis orent, aut orare poſſint? Reſpondetur omnes Beatos poſſe pro nobis ad Deum orare; non ſolùm ingenerali, ſed etiam in particulari, pro tali perſona, & pro tali negotio ſeu neceſſitate; ut de fide certũ tradit *Suar, tom. 2. de Relig. cap. 11.* & probat *D. Hieronymus contra vigilantium.* Oſtenditur nam ſi ſancti orantur à nobis in particulari certo, & ſimili modo ipſi pro nobis orant; hoc enim eſt quod nos maxime ab eis petimus; quodq; vniuerſa Eccleſia præcipue intendit cum ad eos orat. Neque dici poteſt quód non cognoſcant orationes noſtras, & neceſſitates in particulari; id namq; falſum eſt; quia pertinet ad ſtatum vnius cuiuſq; Beati ut notitiam accipiat earum rerum quę hic gerũtur; quatenus aliquo modo ſpectant adunum quemq; inter quas præcipuè poni debent orationes. Si quæras utrũ Chriſtus Dominus nunc in Cælo exiſtens vere ac proprie pro nobis oret? Lege *Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 45. ſect. 2.* & *tom 2. de relig. lib. 1. cap. 10. nu. 15.*

6 In Gloſſa, verbo, Sine intermiſſione. Collige quòd ſi quid iubet fieri ſine intermiſſione, eſt hoc intelligendum ciuiliter, horis ſcilicet interpellatis, vnde ex hoc textu colligit *Albericus in Dictionario*, verbo, *dies*, in verſ. *die, ac nocte*, & ita ſi cui legatum ſit, vt cum filijs habitet, non requiritur quòd quolibet momento ſit cum eis; *Corneus conſ. 171. nu. 7. vol. 2.* argumento textus *in. l. Si quis ita decondit. & de monſtrat.* Vide poſita ad *cap. Sacerdotibus, nu. 4.* infra, *diſt. 31.*

7 In Gloſſa, verbo, Chriſtianorum, ibi, Antiochenum. Notat *Navar. in cap. Item quorumdam, de judæis notab. 4. nu. 9.* qui Gloſſam appellat ſingularem, & eam inducit ad elegãtem quæſtionem: an deferentes arma Sarracenis, incurrant pœnas à jure ſtatutas, ſi ea deferant ad Turcas?

CAP. Conſtantinopolitanæ. III.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Conſtantinopolitana, an præferatur omnibus?*
2 *Honor in quo conſiſtat?*

DIcit textus, quòd Eccleſia Conſtantinopolitana præfertur omnibus, exceptа Romana; & huius textus méminit *Sozom. lib. 7. de eccleſiaſt. hiſtor. cap. 9. Socrates lib. 7. cap. 8. Nicephor. lib. 12. cap. 13.* pro ut illos refert *Covar. lib. 4. reſolut. cap. 14. nu. 13. col. penult.* licèt *Egeſippus lib. 3. de excidio Hieroſolymit. cap. 5.* ſcribat poſt Romam ſecundum locũ obtinuiſſe Alexandriam; authore eodem *Covar.* ſupra citato loco, quem omnino vide circa textum, ne eadem repetamus. 1

Ibi, Honorem. Conſiſtebat autem hic honor quo ad locum, in ſedendo primò poſt Romanum Pontificem, & in reſponſionibus habendo ſecundam vocem; & in ſubſcriptionibus, poſt Summum Pontificem ſubſcribendo; de quo vide *Turrecrem. in cap. Renouantes, nu. 2.* infra, *hac eadem diſt.* Dixi nonnullà in *hiſtoria mea Epiſcop. Portugal. p. 1. cap. 6.* dicam plura *cap. 1. diſt. 90.* 2

CAP. De Conſtantinopolitana. IV.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Papa olim ſe nominabat in numero ſingulari.*
3 *Bonus non indiget correctione.*
4 *Cauſa Epiſcopi Bizanceni.*
5 *Confeſſio Prælati, an noceat Eccleſiæ?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregorius. Cum hic fiat mentio de libro epiſtolarum, iam collige Gregorium eſſe nomine primum. Fuit patria Romanus, patre Gordiano viro ſenatorio, uno omnium cõſenſu invitus, eſt Pontifex creatus anno Chriſti 590. Multa erudite compoſuit; inſtituit ut novies Kyrie eleiſon caneretur, & Alleluia; idem quoq; in Canonem redegit; *Dieq́, noſtros in tua pace diſponas.* Præterea ſupplicationes maiores (quas Græci letanias vocant) primus inſtituit; eius tempore Angli fidem receperunt, & Chriſti tũnica, quæ ſorte uni militum obtigerat *Ioan. cap. 19. nu. 24.* inventa eſt apud Vrbem in Zaphath, in arca marmorea, eo loci repoſita tempore Thomę Hieroſolymitani, ac Gregorij Antiocheni. Vide *Platinam in ipſo Gregorio.* 1. & *Panvinum in additionibus*, optimè, & effuſè *Baron. tom. 8.* in principio, *anno Chriſti* 590. *uſq; ad* 604.

2 In textu, ibi, Ego. Nota quod ſecũdum illa tempora Papa ſe nominabat in ſingulari numero, hodie vero litteræ eſſent falſæ argumento *textus in cap. Quam graui, de crimine falſi.*

3 Ibi, imitari paratus. Notat *Abb. in cap. Paſtoralis, nu. 8.* poſt med. *de officio ord.* ad hoc quòd ſi quis eſſet ita bonus, quòd non egeret correctione neque conveniret aliquem, neque ab aliquo conveniretur, eſſet ſolutus à juriſdictione, & obedientia Epiſcopi.

4 Ibi, Bizancenus. De hac cauſa Epiſcopi Bizancẽi vide *Baron. tom. 8. annal. anno Chriſti 599. nu. 4.* ubi refert integram epiſtolam Gregorij ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum, quæ ex noſtro textu fuit deſumpta.

5 In Gloſſa, verbo, Neſcio. Diſputat, an confeſſio Prælati, noceat Eccleſiæ? De quo videbis *Felin.* late *in cap. Vlt. de præſcript. nu. 11.* & ibi, *Abb. nu. 43.*

CAP. Qua traditione. V.

SVMMARIVM.

1 *Gelaſius quis fuerit?*
2 *Fauſtus legatus quis fuerit?*
3 *Acacius Patriarchas Antiochenos, & Alexandrinum excõmunicavit.*
4 *Incidẽs in hæreſim an perdat dignitatẽ?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gelaſius Papa primus. Vide poſita ad *cap. Quis autem*, & ad *cap. Certum*, ſupra, *diſt. 10*

2 In eadem ſuperſcriptione, ibi, Ad Fauſtum Magiſtrũ legationis. De iſto Fauſto legato vide *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti 493. nu. 6.* & 10.

3 Ad textum. Agit textus de facto Acacij, qui Alexandrinum, & Antiochenum Patriarchas excõmunicavit, de quo vide *Baron. d. tom. 6. anno Chriſti 493. nu. 10.* uſq; ad *nu. 21.* & *anno 482. num. 22.* & *anno 488. num. 37.* & 38. Fuit autem Acacius Epiſcopus Conſtãtinopolitanus, creatus anno Domini 471. ut per eundem *Baron. d. anno 471. num. 2.* Qui Acacius affectavit primatum poſt Romanum Pontificem; de quo videbis *anno 472.* & ſeqq. ubi de eius facto, & ſuperbia.

4 In Gloſſa Vltima, ibi, Propter hæreſim. Ergo prælatus incidens in hæreſim, perdit nomen dignitatis, ita ut non debeat nominari inter alios prælatos. Argumento textus in *cap. Felicis*, poſt principiũ, in verſ. *Si qua verò de pœnis, lib. 6.* & in *cap. Vnico de ſchiſmaticis, eodem lib.*

CAP. Renovantes. VI.

SVMMARIVM.

1 *Plura de Patriarchis traduntur.*
2 *An unus puniatur pro alio ſine culpa?*

1 AGit textus de Patriarchis. Plura de dignitate, origine, excellentia Patriarcharum congerunt *Decius*, in *cap. Sua nobis*, ex *nu. 18. de conſtitut. utili; Boer. de authoritate Concilij, nu. 50.* & 52. *Selva de beneficio, 1. p. q. 2. num. 28. Caſſaneus in Cathalog. gloriæ mundi, 4. p. conſid. 9. Covar. lib. 4. variar. cap. 14. nu. 13.* verſ. *Secunda autem ſedes. Pelagius lib. 2. de planctu Eccleſiæ, cap. 17.* refert alios *Cenedo ad Decretum Collectan. 58. nu. 1. Petrus Tholozan. in Syntagmate juris, p. 2. lib. 15. à cap. 5.*

2 In Gloſſa, verbo, Priusquàm, ibi, Sine culpa ſua. Adde quæ latè de hac materia, quãdo unus ſine culpa pro alio punitur, tradunt *Covar. lib. 2. reſolut. cap. 8. nu. 1.* verſ. *Sit prima*, & deinde *Grãmat. deciſ. 75. Gomes tom. 2. variar. cap. 2. nu. 51. Peres lib. 2. tit. 23. l. 2. ordinamenti, pagina 433.*

CAP.

CAP Definimus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Adrianus Pontifex quis fuerit?*
2 *Papa removet Patriarcham.*
3 *Quatuor Patriarchæ præcipui nominãtur.*
4 *Boerius Gloſſæ meminit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, ſub Adriano 2. Qui fuit patria Romanus, patre Faloro Epiſcopo creatus Pontifex anno Chriſti 867. 21. die Novembris. Vir multæ ſanctitatis, & miraculis plenus, ſæpius ad Pontificatum petitus, ſemper recuſavit, cuius tempore Bulgari fidem receperunt. Ante eius mortem tribus diebus ſanguine apud Brixiam pluit, & locuſtæ Gallias mirum in modũ devaſtarunt; tam calamitoſæ mortis indicia permaxima. Vide *Platinam de vita Adriani* 2. & ibi, *Panvinum in additionibus*, latiſſime *Baron. tom.* 10. *anno Chriſti* 868. & ſeqq.

2 Ad textum. Collige ex textu quód nullus inferior à Papa poteſt *remo*vere Patriarcham à dignitate ſua, & honore, ut per *Boerium de authoritate Concilij, nu.* 56. & ibi, *Additio, littera D.* qui textum citat.

3 Ad fin textus. Nota quòd quatuor præcipui Patriarchæ nominantur, de quo ultra poſita ad *cap. Renovantes*, ſupra *hac eadem diſt.* vide *Azor. in ſumma tom.* 2. *lib.* 3. *cap* 35. verſ. *Secundò quæritur* qui textus meminit.

4 In Gloſſa vnica. Vidde *Boerium d. nu.* 56. qui Gloſſam refert, & comprobat.

DISTINCTIO. XXIII.

CAP. In nomine Domini. I.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pontifex quis fuerit?*
2 *Pontifex an poſſit ſucceſſorem eligere?*
3 *Omnia in nomine Domini debent incipi.*
4 *Annus quomodo computetur?*
5 *Papa beatiſſimus vocatur.*
6 *Agitur de officio, & antiquitate Cardinalium.*
7 *Imperator primò elegitur in Regem Romanorum.*
8 *Papa ante coronationem eſt verus Pontifex.*
9 *Electus in Papam per ſeditionem, non debet recipi.*
10 *Schiſmaticus an ſit irregularis?*
11 *Futuris caſibus occurendum.*
12 *Tractatus præcedit electionem.*
13 *Epiſcopi appellãtur Reverendiſſimi.*
14 *Electio ubi debeat fieri?*
15 *Excommunicatus non poteſt petere reſtitutionem.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Nicolaus 2. Vide poſita ad *cap.* 1. ſupra *diſt.* 22. Adde *Alphonſum Chacon de geſtis Põtificum, fol.* 313. 1

In textu. Notat *Navar. conſ.* 17. *de ſententia excõmunicationis, in ſecunda editione, n.* 5. ad hoc, quod reprobantur venalitates, & alia acta illicita, quæ vacãte ſummo Pontificatu fiunt, & huius textus meminit *Caiet. tract.* 2. *de authoritate Papæ, cap.* 22. ad fin. verſ. *Ad objecta*, ubi agit ſi poteſt Summus Pontifex propria authoritate ſibi ſucceſſorem nominare, de quo etiam vide *Suar. tract. de fide, diſp.* 10. *ſect.* 4. *à nu.* 14. meminit etiam *Baronius tom.* 11. *annal. anno Chriſti* 1073. verſ. *Sed inter hac*, fol. mihi 417. quem conſule. An autem Principes ſæculares poſſint ſe intromittere circa electionem eccleſiaſticorum, vide *Martam de juriſdictione, cap.* 33. *nu.* 9. *p.* 2. qui noſtri textus meminit. 2

In principio textus, ibi, In nomine Domini. Hoc initium vetus eſt inſtitutum, Plato enim in quadam epiſtola ait: *In omnibus quæ dicimus, vel cogitamus, à Deo initia ducenda ſunt.* Sic etiam exorditur *Juſtinianus in l.* 2. C *de officio præfecti prætor. Africæ*, & *in Authen. de armis, collatione* 6. refert plura *Cald. de emptione, cap.* 1. *nn.* 2. & ſeqq. utilis namque eſt invocatio nominis Domini, ut per eundem *nu.* 14. vide multa apud *Servium, Pontanum*, & *Cerdam*, ad illud *Virg. Ecclog.* 3. *Ab Iove principium muſæ.* An autem ſolemnitas invocandi Dominum, ſi omiſſa ſit, vitiet inſtrumentum? Partem affirmativam tenet *Dec. in cap.* 1. *de fide inſtrum. Barbacia in Rubr. de fide inſtrumentor. nu.* 38. dicit communem *Crottus*, quem refert *Menchac. de ſucceſſ. reſol.* §. 7. *num.* 33. *per textum in præſenti.* Contrariam opinionem tenet *Alciat. lib.* 6. *Paradox. cap.* 6. *Covar. practic. cap.* 20. *nu.* 1. *Valaſc. de jure emphyt. q.* 7. *nu.* 38. verſ. *Dixi autem*; teſtatur communem poſt alios, quos ſequitur *Cald. diſt. cap.* 1. *nu.* 15. 3

Ibi,

4 Ibi, Ab Incarnatione eius. Debet ergo annus computari ab Incarnatione Christi circa 25. diem Martij, & ita fecit Rex Alphonsus in *proœmio Partiarum*, & ibi, Gregor. Lopez, verbo, *De la Encarnacion*. Quod an sit verum, vide *Covar. lib. 1. resolut. cap. 12. nu. 2.* ubi latè de ratione cõputandi temporis ab annorum numero.

5 Ibi, Beatissimum. Sic vocatur Papa in *cap. Si gratiosa de rescriptis lib. 6.* Quæ nomina *Beatissimi*, & *sanctissimi*, incepêre à Leone 1. cui ea attributa, tanquam sanctissimo, & beatissimo prælato, nec non commendatione dignissimo. Retenta verò sunt eadem nomina ab subsequẽtibus Pontificibus, ratione officij, & muneris, quod gerunt quemadmodum Reges Franciæ Christianissimi, Hispaniarum catholici audiunt, & quanuis à jure vocetur multis nominibus, tamen de stylo Curiæ in signaturis gratiæ apponi solet, *Beatissime Pater*, tradit *Rebuf. in praxi, 1. p. tit. forma signaturæ simplicis, in* verſ. *beatissime*, Lege *Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 4. q. 2.*

6 Ibi, Cardinales adhibeãt. Quod erat antiquitus officium Cardinalium, & multa circa illorum potestatem, & dignitatem, vide per *Turrecrem. in summa lib. 1. cap. 80. Pelag. de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 16 Cassan. Catholog. gloriæ mundi 4. p. ex consideratione 10. Mandosium in Glossa facultatum, §. Considerãtes*, in verbo, *Cardinales, pag. 129. Duarenum de Ecclesiæ ministerio, cap. 13. Menoch. de arbitrar. casu 392. nu. 8. Genebrard. in Chronograph. lib. 4. anno Christi 1044.* plures congerit *Cened. 2. p. Collectan. 115.* quibus adde *Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 9. & 10. Petrum Greg. in Syntagmat juris, p. 2. lib. 15. cap. 4. Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 1.* per totum, latissimè, *Vasquez de sacramento ordinis, disp. 242. cap. 1.* & seqq. qui *nu. 4.* probat ordinem proprium Cardinalium non fuisse à Christo Domino institutum; & de dignitate Cardinalium facta cõparatione cum Episcopis, vide eundem *nu. 5.* & nota quod nomine clericorum etiam dignitas Cardinalium comprehenditur, de quo *Perez ad l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* verſ. *Clericorum nomine.*

7 In Verſ. Eligatur autem, ibi, Qui in præsenti Rex, & futurus Imperator. Nota ex textu Imperatorem elegi primum in Regem Romanorum, postea verò in Imperatorem, ut tradit *Azor in summa, p. 2. lib. 10. cap. 4.* in principio, & seqq. ubi multæ quæstiones de Imperatore deluuntur.

8 Ibi, Electus tanquam Papa. Ergo Papa ante coronationem est verus Pontifex, & obtinet authoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam coronationem cognovimus fecisse, imo excõmunicantur omnes qui asserere non verentur, summum Pontificem ante suæ coronationis insignia se non debere intromittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus, & alijs gratijs faciendis, ut per *Moditium in §. Lex est instit. de jure naturali, dubit. 4. nu. 7.*

In verſ. Quod si quis contra, ibi, Synodali sententia. Intellige cũ *Abbat.* post *Hostiens. in cap. Licèt, de vitanda, nu. 11.* verſ. *Et ex prædictis, de electione*, qui dicit quòd, si aliquis fuit electus in Papam per seditionem, vel præsumptionem, vel quodlibet ingenium, non debet recipi pro Papa, sed excommunicatus, cum omnibus factoribus suis. 9 1

In verſ. Quisquis verò. Licèt enim schismatici de quibus agit textus gravissimum anathema incurrant, & depositionem, non tamen ipso facto, nec etiam irregularitatem incurrunt; notat utrum? *Suar. de censur. disp. 43. sect. 2. num. 7.* ad fin. *fol. 1071. col. 1.* 10

In Gloss. verbo, Futuris casibus. Colligit Glossa ex textu futuris casibus prudẽter occurrendum. Hinc datus est aliquando à Deo ijs, qui ad remp. sedent, spiritus prophetiæ, ut impendentia mala præviderent, ac providerent. Quo videntur afflati septuaginta illi seniores quos Moyses adlegit. *Cum requievisset in eis spiritus, prophetaverunt. Num. cap. 11. nu. 25.* Vt qui præesse eligebantur, spiritu prophetiæ futura prænoscerent, ac prædicerent. Et infidelibus regibus etiam videmus, quòd Deus impertierit spiritum quendam prophetiæ per visiones, & somnia, ut Pharaoni *Genes. 41. nu. 1.* Nabuchodonosori *Daniel. 2. num. 1.* quia principis est, & diuinare, & de commodis reipubl. somniare. De hoc argumento videndus *Abulen. ad citatum locum, Num. q. 54.* post principium, & *Pierium Hieroglyphi. lib. 1. cap. 4. de Leone.* & *Ioannem de Lacerda comm. in 1. Æneidos, qui Chrysost. Platonem*, & *Philostratum* in ornatum adducit. 11

In Glossa, verbo, Tractantes. Dicit Glossa, quod semper debet tractatus præcedere electionem, alioquin electio nulla est, sed eam improbat *Boer. decis. 1. num. 68.* quem vide. 12

In Glossa, verbo, Religiosissimi. Nota quod Episcopi appellantur religiosissimi, & Reverendissimi, & quòd alios titulos habeant, vide per *Martam de jurisdictione, p. 2. cap. 34. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 27. q. 1.* 13

In

54 **In Gloſſa, verbo, Fieri in urbe.** Dicit Gloſſa electionem non valere, ſi abſq; legitima cauſa fiat extra ambitum Eccleſiæ Cathedralis; valere tamen factam in quolibet loco commodo intra Eccleſiam Cathedralem, ſive facta fuerit in choro, ſive in capitulo, convenit inter omnes. Vide de utroq; *Azor. in ſumm. 2. p. lib. 3. cap. 18.* ad fin. verſ. *Quares.*

15 **In Gloſſa, verbo, Audientia, ibi, Non poſſit petere reſtitutionem.** Ergo ſi excommunicatus ſpolietur, non poteſt petere reſtitutionem. Sequuntur ſententiam Gloſſæ *Felin. in cap. Dilectus, nu. 11. de reſcriptis. Dec. in cap. Intelleximus, nu. 8. de judic. Rip. in l. Naturaliter, §. Nihil commune, á nu. 86.* uſq; ad *nu. 87. ff. de acquir. poſſeſſione.*

CAP. Qui Epiſcopus. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi quomodò ſint eligendi?*
2 *Temperantia quid ſit?*
3 *Electio Epiſcoporum pertinebat ad clerũ.*
4 *Fiebat conſenſu Pontificis.*
5 *Populus eligebat ſimul cum clero.*
6 *Canonici ſoli Epiſcopum eligebant.*
7 *Imperatores, & Reges nunc Epiſcopos eligunt.*
8 *Rex Luſitaniæ habet ius præſentandi ad Epiſcopatus.*
9 *Mortuo Epiſcopo denuntianda eſt mors Regi.*
19 *Inventarium bonorum Epiſcopi coram quo judice debeat fieri?*
11 *Bonum gratiæ Dei acquiritur.*
12 *Pœnitentiæ Sacramentũ, quid requirat?*
13 *Gloſſa, verbo, dimittantur, reprobatur.*
14 *Neque beati in cœlo mereri, neque dæmones in inferno poſſunt demereri.*

1 AGit textus de electione Epiſcoporũ, & quanta litterarum ſcientia, & morum integritas in eis requiratur; de quo vide latiſſimè *Azor. in ſumma morali, part. 2. lib. 3. cap. 28. Bertachin. de Epiſcopo, lib. 2. part. 1. ex nu. 1.* & ſeqq. Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 2.* & *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* & *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 1.* Vide etiam latiſſimè *Sotomaior in Commentarijs, epiſtola 1. ad Timotheum, cap. 3.* per totum, *Anaſtaſium Germonium de ſacrorum immunitatibus, lib. 2. cap. 6. ex nu. 1. Ioannem Marianam lib. 3. de Rege, cap. 1.* ad finem, & *cap. 2.* per totum. *Bernardinum Roſignolum de diſciplina Chriſtiana perfectionis, lib. 5. cap. 2. §. Etſi Epiſcopi. Guilielmum Roſſæum de rege excommunicando, cap. 8. Antonium de Vanales de dignitate ſacerdotali, cap. 1. §. 1.* Aliquando olim coniugati creabantur Epiſcopi, ut per *Baron. tom. 1. annalium. anno Chriſti 98. á nu. 18.* Promovendus in Epiſcopũ, eſt ſemper examinandus, facta inquiſitione. *Henriq. in ſumma, lib. 10. cap. 18. §. 1.* & ibi *littera C.* noſtrum textum refert, & adde poſita ad *cap. Epiſcopus,* infra, *eadem diſt.*

2 **Ibi, Temperatus.** Vide de temperãtia, *D. Thom. 2. 2. q. 141.* Temperantia enim inſinuat quandam moderationem, quam ratio actionibus, & affectibus humanis imponit; verſatur primariò in voluptatibus guſtus, & tactus, moderandis: latè *Leſius de juſtitia lib. 4. cap. 1. nu. 1.* & ſequentibus, latiſſimè *Bernardin. Roſignol. ſupra relatus, lib. 5. cap. 33.* per totum. *Ludovicus de la Puente in libro,* qui inſcribitur, *Guia eſpiritual, tractatu 4. cap. 15. §. 3. D. Ioannes Soares Epiſcopus Conimbricenſ. in Matth. cap. 14. tractatu 2. Didacus Stella enarratione, in cap. 6. Luc. Guilielmus Alottus in ſuo Theſauro,* verbo, *Temperantia. Ioannes Gagnæus in epiſt. ad Galat. cap. 5.* & *ad Romanos, cap. 13.* Tandem *Ioannes Raulin. ſerm. 2. dominica 15. poſt Trinitatem,* eleganti ſimilitudine dixit, temperãtiam eſſe veram geometriam. *Si enim,* inquit, *geometria docet menſuras terrarum, temperantia docet menſuram corporis noſtri contra gulam.*

3 **Ad fin. textus, ibi, Cum conſenſu clericorum, et laicorum.** Ergo ad clerum, & populum pertinet electio Epiſcoporum. Tu pro materiæ reſolutione ſtatue ſequentes concluſiones. Sit prima concluſio. Solum ad Pontificem pertinebat ius eligẽdi Epiſcopum, juxta *cap. 1. ſupra, diſt. 22.* tradunt *Bertachin. de Epiſcop. lib. 1. part. 3, nu. 1. Azor. in ſumma part. 2. lib. 3. cap. 28.* verſ. *Tertio quæritur, Gonçales ad regulam de menſibus in proœmio, §. 1. Garcia de beneficijs, 5. p. cap. 1. nu. 1. Cabed. de patronat. Regiæ corona, cap. 37. nu. 3.* in principio, *Vaſquez de ordine diſp. 244. cap. 3. nu. 18.*

4 Secunda concluſio. Romanorum Pontificum conſenſu expreſſo, vel tacito, electiones Epiſcoporum fiebant. Nam ſcientibus, & non repugnantibus, nec aliud ſtatuentibus Romanis Pontificibus cũ jure poſſent, clerici cuiuſq; Eccleſiæ cathedralis in unum ſimul convenientes, unum quendam in Epiſcopum nominabant, deſignabant, et eligebant. Ita *Azor. in ſumma d tom. 2. lib. 3. cap. 28.* verſ. *Tertio quæritur, Vaſquez d. cap. 3. nu. 23.* & ſeqq.

5 Tertia concluſio. In hac nominatione, deſignatione, & electione non ſemper idem mos, & uſus eſt retentus. Aliquando clerus ſimul, & populus nominabant, deſignabant, & eligebant (ut ait noſter textus) Aliquando populus petebat, ac poſtulabat Epiſcopum, Clerus verò eligebat. Aliquando etiam Epiſcopus ſibi adjutorem adſcivit, quem poſtea ſucceſſorem nominavit, vel morti vicinus Epiſcopum in ſui locum ſucceſſorem deſignavit. Aliquando clerici eligebat, populus verò nominabat, & Principis requirebatur aſſenſus. Probatur concluſio ex multis juribus relatis *deciſ.* 62. & 63. Tradit *Azor. ſupra citato loco*, & verſ. *Non itaq;*. *Bertachin. de Epiſcopo, lib.* 1. *p.* 3. *nu.* 2. & 33. *Vaſquez. d. diſp.* 244. *cap.* 4.

6 Quarta concluſio. Poſtea tota Epiſcoporum eligendi facultas ad canonicorum collegium redacta, & devoluta eſt, ita ut ſoli canonici Epiſcopum eligerent, excluſis non ſolum laicis, ſed etiam cæteris Eccleſiæ clericis, quāvis beneficiarijs. Quæ lex, & conſuetudo diu in Eccleſia duravit. *Bertachin. d. lib.* 1. *p.* 3. per totos numeros; *Azor. d.* verſ. *Tertio quæritur*, ad fin. latè *Covarr. in regula poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *nu.* 5. verſ. *Olim*, & de hac conſuetudine agunt leges Hiſpaniæ, *lib.* 1. *tit.* 3. *l.* 3. *ordinam. anno Domini* 1366. & *p.* 1. *tit.* 5. *l.* 18. *anno ab Incarnatione Domini* 1251, ubi *Gregor. Lopez Gloſſa* 1. multa doctè congerit. *Cabed. de jure patron. Regiæ coronæ, cap.* 37. *nu.* 3 poſt principium. *Azeved. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *novæ recop. à nu.* 1.

7 Quinta concluſio. Tandem ius nominandi, deſignandi, offerendi, & præſentandi Epiſcopos, datum eſt Imperatoribus, Regibus, atq; Principibus, Romanorum Pontificum nutu, & aſſenſu. Vnde nunc Reges Hiſpaniæ Epiſcopos nominant, deſignant, eligunt, & offerunt Romano Pontifici, ut eos in Eccleſijs inſtituant. *Gregor. Lopez*, ubi proximè, latè *Covarr. d. nu.* 5. *Azor. dict.* verſ. *Tertio quæritur*, in fine. *Palatius in introductione Rubricæ de donat. nu.* 24. *Azeved. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *novæ recop. num.* 7. *Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunitatibus, lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 40. Idem de Regibus Franciæ tradunt idem *Anaſtaſius nu.* 32. *Azor.* ubi proximè, *Palat. nu.* 28. *Azeved. nu.* 8. *Rebuf. in concord. tit. de nominatione Regis ad prælaturas*, §. *Glo. vacantibus, pag.* 84. Idem de Regibus Angliæ firmat *Anaſtaſius nu.* 31. *Palatius nu.* 29. ante mēd.

8 Rex Luſitaniæ habet ius præſentandi, & nonominandi ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus huius Regni. *Navarr. in cap. Novit, notab.* 3. *nu.* 165. *de judicijs, Cabed. de jure patronat. cap.* 37. *nu.* 1. Quod ius præſentandi cæpit à tēpore Regis Alphonſi quinti, ut tradit inſignis *Pereira de manu Regia*, 1. *p. fol.* 234. *nu.* 76. ad fin. Quod etiam de Regibus Poloniæ tradit *Azor. d.* verſ. *Tertiò*, in fine. Idem de Regibus Neapolis, & Hungariæ, probat *Anaſtaſius Germonius, d. cap.* 12. *nu.* 30. & 31. Solum per Germaniam vetus conſuetudo in Eccleſijs ſervatur, in quibus Canonicorum collegium Epiſcopum nominat, deſignat, & eligit. Electus vero, Pontificis authoritate confirmatur. Notat *Azor.* ubi proximè. Attamen Pontifices Romani nolunt Epiſcopos electos conſecrare abſq; eo, quòd Imperatoris aſſenſus interveniat; notavit *Anaſtaſius Germonius, dict. cap.* 12. 8

9 Sexta concluſio. Mortuo Epiſcopo, denuntianda eſt mors per Capitulum Regi. *Innoc. in cap. Quod ſicut*, ubi *Abb. nu.* 7. *de electione, Palatius*, ubi ſupra, *nu.* 25. *Cabed. dict. cap.* 37. *nu.* 6. ut Rex nominet perſonam Summo Pontifici, ad providendum de Epiſcopatu vacante, quod debet fieri intra ſex menſes, ut per eundem *Cabed. nu.* 4. qui ait, quod non poſſunt his dignitatibus inſigniri, niſi à Regibus nominati, & præſentati, ex *Gregor. Lopez ad l.* 18. *tit.* 5. *part.* 1. verbo, *Antigua coſtumbre. Covarr. dict. nu.* 5. in fin. *Azeved. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *nova recop. nu.* 2. Bonorum cuſtodia Epiſcopi defuncti pertinet ad Regem, *Palat.* ubi ſupra, *nu.* 28. *Cabed. nu.* 7. & *part.* 1. *deciſ.* 84. atq; Eccleſiæ paſtore viduatæ ſub Regis protectione ſunt. *Afflict. in conſtit. Rub.* 28. *nu.* 1. *lib.* 3. *Cabed.* ubi ſupra, *nu.* 8.

Rurſus inventarium bonorum Epiſcopi faciendum eſſe à judice laico, tradit *Cabed. deciſ.* 84. *part.* 1. ubi de jure fundat hanc practicam; ſequitur *Cevallos de violentia*, 2. *p. q.* 76. *nu.* 13. Sed hoc ius mihi non probatur; quia Epiſcopi decedunt abinteſtati, & eorum hæredes ſunt alij Epiſcopi, Eccleſia, vel Camera Apoſtolica; quæ omnia ſunt perſonæ eccleſiaſticæ; & tunc invētarium debet tantum confici coram judice eccleſiaſtico, tradit in ſpecie *Franciſcus Marcus deciſ. Delphinatus*, p. 1. *deciſ.* 105. quem ſequitur *Marta de juriſdictione*, 4. *p. centuria* 3. *caſu* 122. *nu.* 16. 10

In Gloſſa, verbo, Per conditionem, ibi, Æque ad bonū, & malū. 11
Non omninò, quia malum, per ſolum liberum arbitrium, bonum autem non niſi gratia Dei aſſiſtente acquiritur. *Magiſter ſententiarum cum communi, in* 2. *diſt.* 24. & 25. ad fin. & de hac quæſtione, alijſq; concernentibus, vide eleganter *Suar. de gratia, lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 1. & *cap.* 8. *nu.* 4. & *cap.* 26. ubi ſatis explicat quomodo mala opera ſolum in liberum hominis arbitrium; bona vero, & ſupernaturalia in Dei gratiam refundantur.

In Gloſſa, verbo, Demittantur, ibi, Per contritionem. 12
Navarr. in Manual. cap. 1. *n.* 38. qui latè agit de differētia inter pœnitētiam peccatorū ad baptiſmū neceſſariam, & inter eam, quæ neceſſaria eſt ad Sacramentū pœnitētiæ.

In

13 In eâdem Gloſſa, ibi, Non per baptiſmum. Recte contra dicit adnotatio marginalis. Concluſio enim, vera eſt, & de fide Sacramenta novæ legis cauſas eſſe gratiæ, nam ſub ijſdem fere terminis, definitur in *Trid. ſeſſ. 7. Canon. 6. 7. & 8. & ſeſſ. 6. cap. 7.* dixerat baptiſmum eſſe inſtrumentalem cauſam juſtificationis. *Concil.* etiam *Florent.* hanc conſtituerat differentiam inter Sacramẽta antiqua & noſtra, quòd illa non cauſarent gratiam; noſtra verò, & continent, & conferunt digne ſuſcipientibus. Præterea in Synodo Nicæno, & Conſtantinopolitano dicitur: *Confiteor in unum baptiſma in remiſſionem peccatorum.* Quibus verbis ſignificatur per baptiſmum conferri remiſſionem peccatorum, & conſequenter etiam gratiam. Lege *Suar. tom. 3. in 3. p. diſp. 7. ſect. 1.* ubi hanc concluſionem latè ex Patribus probat. Quæ autem diſpoſitio neceſſaria ſit in ſuſcipientibus Sacramenta? Vide citatum *Suar.* & *Vaſq. tom. 2. in 3. part. Ægydium de Coninck de Sacramentis, q. 62. art. 1. dub. 2.* ubi plures de hac re differentes reperies.

14 In Gloſſa, verbo, Non per conditionem, ibi, per id quotidie meretur. Affirmat Gloſſa hoc loco, Angelum, vel quem libet beatum mereri poſſe. Firmior tamen opinio aſſerens, beatos iam non eſſe in ſtatu merendi. Ita *Suar. 3. p. de gratia, lib. 12. cap. 15. & cap. 34.* ubi plurimos refert Theologos. Et conſequenter ad hanc doctrinam dicendum eſt, etiam dæmones in Inferno nullum incurrere demeritum. Ratio eſt, quia ſtatus meriti, vel demeriti eſt ſolus ſtatus viatorum; ſed tam beati, quam etiam damnati iam ſunt in termino, & extra viam, ergo neque mereri, neq; demereri poſſunt.

CAP. His igitur. III.

SVMMARIVM.

1 *Converſatio clericorũ qualis eſſe debeat?*
2 *Amor inordinatus pecuniæ qualis ſit?*
3 *Iactantia opponitur veritati.*
4 *Seniores junioribus dominantur.*
5 *Sacramentum matrimonij an poſſit vendi? & nu. 6.*
7 *Sacramentum matrimonij an ſit maius cæteris?*

1 AGit textus qualis eſſe debeat clericorum converſatio, & verba illius refert *Repertorium Inquiſitorum*, verbo, *clericus*, verſ. *Item, de vitæ clericorum*, & ibi *additio, littera B.* Adde *Conc. Trid. ſeſſ. 14. in proœmio, & ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat.* & huius textus meminit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 57. Gloſſa 1.* & ſeqq. quem latiſſimè vide circa materiam. Contra clericos autem exclamat *Bernard. in 4. lib. de conſiderat. ad Eugenium Papam: De clericis quid dicam? Nam aliud ſunt, aliud dicunt, aliud videri volunt. In habendis temporalibus ſunt ut Laici, in habendis prebendis, ſunt ut clerici; in plateis ſunt ut milites; in veſtimentis ſunt ut mulieres; non laborant ut Laici; non prædicant ut clerici; non ſanctificant ut mulieres; cuius ergo ordinis ſunt? nullius. Sed credo eos eſſe ordinandos; ubi nullus eſt ordo; ſed ſempiternus horror inhabitat.* ô verba aurea, & digna tanto doctore! Vide *cap. Multi, diſtinct. 40.*

Ibi, Amorem pecuniæ. Intellige in ordinatum, *D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 1*; quando autem iſte amor ſit inordinatus, vide ibidem per *Caietan.* Ego illum pecuniarum amorem inordinatum dicam, qui animi otium, & tranquillitatem adeo interturbat, ut vel noctis ſomnos, vel dici quietem abrumpat, vel etiam aliquid contra divinam legem committat. Quem amorem cum pecunia creſcentem, & decreſcentem finxit *Iuvenal. ſatyr. 13.* 2

Creſcit amor nummi, quantũ ipſa pecunia creſcit.

Eſt etiam inordinati amoris apertiſſimum argumentum, inquit idem *Iuven.* quando

Maiore tumultu,
Planguntur nummi, quàm funera.

Lege *D. Ambroſ. lib. 2. officior. cap. 21. Caſſiodorum lib. 5. epiſt. 13. Propertium lib. 13.* ubi affirmat omnes curarum, ac ſollicitudinum fluctus ab inordinato pecuniarum amore concitari.

Ergo ſollicita tu cauſa pecuniæ vita es.

Quantum verò diſcriminis ſit inter habere, & amare pecunias? Vide *Ioannem Royardum in homil. ad illud Lucæ 19. Zacheus Princeps publicanorum, & ipſe dives. Franciſcum Titelmannum ad illud Matth. 10. Nolite poſſidere aurum, neq; argentum. Pinedam lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 13.* ubi excitat quæſtionem an peccaverit Salomon immenſos pecuniarum cumulos coacervando? Illumq; ab omni peccato excuſat cum *D. Thom. Abulenſ. Iaunſenio, Palatio*, & alijs; eò quod illas pecunias ad templi fabricam conſtruendam aſſervabat. Qui finis rectè ordinatus habetur.

Ibi, Iactantiæ Iactantia opponitur veritati, per modum cuiuſdam exceſſus; tradit *D. Thom. 2. 2 q. 112. art. 1.* Vtrum jactantia ſit peccatum mortale? Vide per eundem *art. 2.* 3

Ibi, Senioribus obedientiam. Seniores namq; naturaliter junioribus dominari tradit *Ariſtot. lib. 2. Politic.*, & eum allegat 4

Alberic. in ſuo dictionario, verbo, *Senes*; & de obedientia erga ſenes multa congerit *Tiraq. de jure primogen. in præfat. ex nu.* 81. & *nu.* 85. noſtrum textum refert. Conſule *Mendoçam tom.* 2. *in lib.* 12. *Reg. cap.* 4. *num.* 19. *in depoſit. litera*, ubi multa de ſenum præſtantia, & quam utiles ſint reipub. moderandæ.

5 In Gloſſa, verbo, Pro beneficijs, ibi, In omnibus Sacramentis cõmitti ſimoniam, niſi in matrimonio, Vera ſententia eſt Sacramenta, ut ſic, eſſe propriſſimam materiam ſimoniæ juri naturali contrariæ; ita *Suar. tom.* 1. *de religione, lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 10. *nu.* 5. Excepit Gloſſa noſtra matrimonium, & licere illud vendere, neq; eſſe materiam ſimoniæ dicit *Gloſſa* 2. *in cap. Cum in Eccleſia de ſimonia*, quæ fatetur matrimonium eſſe Sacramentum, & nihilominus poſſe vendi, quia in eo, ait, gratia non confertur juxta *cap. Connubia* 32. *q.* 2. & *cap. Nuptiarum* 27. *q.* 1. Idem tenet *Gloſſa in ſumma*, & *in cap. Quidquid* 201. *q.* 1. & *in cap. Vendentes* 1. *q.* 3. neq; ab eadem ſententia diſcordat *Durand. in* 4. *diſtinct.* 26. *q.* 3. *Alenſis* 2. *p. q.* 169. *art.* 1. *dub.* 1. *nu.* 4. Nihilominus certum eſt non eſſe talem exceptionem admittendam, nam matrimonium verum eſt Sacramẽtum novæ legis, & gratiam ex opere operato confert *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *Canon.* 1. *Suar. tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 7. *ſect.* 1. & 2. Vnde conſequenter ſequitur matrimonium quatenus Sacramentũ eſt, vendi non poſſe. Ita Theologi cum *D. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. *ad* 6. cuius tempore ut advertit *Suar. tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 10. *nu.* 8. non erat ita certum matrimonium eſſe verum Sacramentum, & dare gratiam.

6 Fundamẽtum autem illarum gloſſarum erroneum eſt, & nunc hæreticũ, ut ait *Suar.* citatus, ſed fortaſſe Gloſſæ non intellexerunt matrimonium eſſe Sacramentum propriè inſtitutũ à Chriſto, ſed lato modo ſicut fuit in ſtatu innocentiæ, & in omni lege, unde inferebãt vendi poſſe: ſed licet in hoc ſenſu illatio poſſet ſuſtineri ex *Suar. citato, nu.* 8. tamen in antecedẽti duplex error includebatur, & quod matrimonium non ſit Sacramentũ, & quod gratiam non conferat, neq; jura quæ Gloſſæ allegant ſunt ad rem, ut videre eſt apud *Suar. citatum, nu.* 9. Supereſt adhuc difficultas circa uſum Eccleſiæ: videmus enim in matrimonijs pecuniam ſemper dari, & multa pacta intervenire priusquam fiant. In qua difficultate reſponſio cõmunis eſt hoc non eſſe pretium matrimonij, ſed dotem neceſſariam ad onera matrimonij ſuſtentanda. Ita cõmuniter doctores in *cap. Cum Eccleſia*, ubi *Panorm. nu.* 2. & *Tbom. de Argent. Anton. Sylveſt. Tabien.* & alij, quos citat, & ſequitur *Suar. citatus, nu.* 10. & ſumitur ex *cap. Per veſtras de donation. inter virum, & uxorem*, & *l. Pro oneribus*, C. *de jure dotium*. Circa alios contractus, qui ibi ſolent intervenire docet *Suar.* nunquam emi, aut vendi matrimonium, qua Sacramentum eſt, & aliquid ſpirituale: ſed vel materialem contractum, vel corpus ipſum materiale, quod eſt materia Sacramenti.

7 In eadem Gloſſa, ibi, Cum ſit maius inter Sacramenta. Videtur hoc loco admittere, Sacramentum matrimonij eſſe maius cæteris. In qua difficultate certum in primis de fide eſt non omnia Sacramenta eſſe inter ſe æqualia, ut definit *Trid. ſeſſ.* 7. *Can.* 3. Dicendũ inſuper Sacramentum Euchariſtiæ cæteris omnibus eſſe ſimpliciter præſtantius, ac dignius. Ita *D. Thom.* 3. *part. q.* 65. *art.* 3. Idem ſumitur ex doctrina *Concilij Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. 2. & 3. Quod attinet ad cætera Sacramenta: Baptiſmus cæteris præſtat ratione neceſſitatis, nam abſq; ipſo in re, vel ſaltem in voto ſuſcepto, non acquiritur gratia, nec ſalus æterna, ut ex Scriptura, Concilijs, & doctrina Patrum probat *Suar. tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 27. *ſect.* 1. eſtq; de fide. Item *Valentia de baptiſmo, diſp.* 4. *q.* 3. *punct.* 4. Ordo excellit ratione miniſtri illum conferentis: Confirmatio, ut ait *D. Thom.* medium locum tenet. Pœnitentiæ ſacramentum ratione neceſſitatis cæteris excellit, excepto baptiſmo. Extrema Vnctio eſt maioris perfectionis, ut ait *D. Thom.* 3. *part. q.* 65. *art.* 3. quatenus ſupponit pœnitentiæ Sacramentum, eiq; maiorem gratiam ſuperaddit. Matrimonium autem ſecundum perfectionem eſt ſimpliciter extremum, quia minimum habet de ſpiritualitate, ut ait *D. Thom. q.* 65. *art.* 3. *ad primum*: quoad ſignificationem tamen eſt magnũ Sacramentum, ut ait *D. Paulus*: lege *Valentiam tom.* 4. *diſp.* 3. *q.* 6. *punct.* 3. ubi etiam ſtatuit quodlibet Sacramentum ſecundum quid, ideſt ſecundam aliquam rationem, quam facile ſit in ipſo invenire, videri poſſe quolibet alio dignius: in quo ſenſu poſſet noſtra Gloſſa explicari.

CAP. Tales. IV.

SVMMARIVM.

1 *Clemens Pontifex primus quis fuerit?*
2 *Prælatus promovens indignum tenetur ad intereſſe.*
3 *Melius eſt paucos miniſtros habere ideoneos, quam multos inutiles.*
4 *Non ſunt allegandi multi authores.*
5 *Palatius noſtra Gloſſa meminit.*

IN

IN ſuperſcriptione, ibi, Clemẽs ad Iacobum. Fuit Clemens primus, patria Romanus, de Regione Celij montis, patre Fauſtino; creatus Pontifex anno Chriſti 93. & fuit quartus Pontifex in Eccleſia Dei. Nam Linus ſecundus eſt habitus, tertius Cletus, tametſi plerique ſecundum poſt Petrum putaverint Clementem fuiſſe, martyrij coronam accepit anno tertio Traiani Principis 19. Kal. Decembris. Inſtituit ut cathedra epiſcopalis in imminentiori loco poneretur, quodq; baptizatus, pro ut citius fieri poſſet, confirmaretur. Vide *Platinam in eodem Clemente, Baron. tom. 1. annalium, anno Chriſti 93.* & ſequentibus, & *anno 95. à nu. 1.* refert epiſtolam, quam Clemens Papa ſcripſit ad Corinthios; & *nu. 6.* & 7. tradit Clementem plures epiſtolas ſcripſiſſe, & *tom. 2. anno Chriſti 102. nu. 6.* ubi agit de hac epiſtola ad Iacobum miſſa. Adde tempore Clementis oracula Græciæ reddita eſſe muta, ut dicto *tom. 2. anno Chriſti 100. nu. 3.* & 4. Obijt eius tempore S. Ioannes Evangeliſta, de quo videbis dicto *tom. 2. anno Chriſti 101. nu. 2.* & ſeqq.

2 In textu. Vide quæ circa illum tradit *Palatius in repetitione, cap. notab. 2. §. 26. nu. 11.* & præcedenti, ubi per illum, & alia *jura*, tenet, quòd prælatus promovens *indignum* tenetur ad intereſſe Eccleſiæ, quam læſit, & ante illum extollit *Felin. in cap. Si quando, nu. 13. de reſcriptis.*

3 Ibi, Melius eſt. Notant *Rebuf. in praxi, p. 1. tit. de pœna cõtra collatores indignis conferentes*, & *Greg. Lopez p. 2. tit. 22. l. 7. Gloſſa ult.* ubi textũ citat ad hoc, quod melius eſt paucos idoneos habere miniſtros, qui poſſint opus Dei dignè exercere, quàm multos inutiles. Adde *l. Fin.* verſ. *Eo ſcilicet, C. re militari, lib. 12. Hemiq. in ſumm. lib. 10. cap. 17. §. 1.*

4 In Gloſſa 1. ibi, Item eſt hic argumentum. Vide *Præpoſitum in cap. 1. nu. 7. diſt. 10.* qui p hanc Gloſſam tenet, quòd non oportet authorum allegare multitudinem, ad verboſitatem vitandam, quia melius eſt pauca, & utilia expendere, quam multis, & inutilibus prægravari. Multitudinem librorum, & auctorum improbat eleganter *Seneca lib. de tranquill. animi, cap. 8.* & *epiſt. 2.* ac 45. ubi acurate *Lypſius*. Non eſt tamen diffitendum, plurimùm habere auctoritatis, collectis ex multorum capitibus ſententias, ut teſtatur *Plutarchus in moralibus*. Qua ratione ex florum diverſitate concinnatus faſciculus, oculis gratior, & odoratui eſt jucundior. Adde quod teſte *Ariſt. in eth.* illud firmioris veritatis eſſe arguitur, quod multis placuiſſe creditur.

In Gloſſa, verbo, Grave. Adde quę tradit *Patius repetitione, cap. In notabili 2. §. 26. nu. 11. & præcedenti.* 5

CAP. Illud. V.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe tertium, quãdo celebratum?*
2 *Criminoſus non excipit contra electum.*
3 *Contra electũ in Epiſcopũ, poteſt opponi.*
4 *Eligere aliquando eſt conſecrare.*
5 *Perſonæ, quæ admittuntur ad excipiendum contra Epiſcopum.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Cathaginenſi 3. cap. 4. Hoc Concilium provinciale quidem fuit, ſed confirmatum eſt in ſexta Synodo in Trullo; refertur 1. *tom. Concil.* fol. mihi 503. *cap.* 40. circa tempora Siricij Papæ, Attico, & Cæſario cõſulibus, ſub *anno* 417. teſte *Mariano Scoto*, ſed vide poſita ad *cap. Lectores, nu. 1.* infra, *diſt. 32.* 1

In textu. Vide *Panormitan. in cap. Super his, num. 10.* & 11. *de accuſat.* ubi per iſtum textum tenet, quòd criminoſus proſequens intereſſe publicum, non admittitur ad excipiendum contra electum, ſeu confirmatum; & eſt ratio quia, iſte excipiens voluntarius, tenet vicem accuſatoris: allegat *Innocent. in d. cap. Super his.* 2

Ad med. textus, ibi, Diſcutiãtur primò perſonę contradicentium. Notat *Gregor. Lopez parl. prima, tit. 5. l. 28. Gloſſa 4.* ad hoc, quod contra electum in Epiſcopum, & confirmatum, poteſt apponi crimen ad effectũ, ut expellatur à conſecratione. 3

In Gloſſa 1. ibi, Conſecrandũ. Ergo verbum, *eligẽre*, ponitur quandoque pro conſecrare, argumento *textus in cap. Cum dilectus de conſuetud.* & ibi, *Gloſſa*, verbo, *electio.* 4

In Gloſſa, verbo, Plebe. Tradit Gloſſa quæ perſonæ debent admitti ad excipiendum, vel accuſandum Epiſcopum electum; de quo ultra notata in præſenti, per *Præpoſitum á nu. 6.* & poſita ad *cap. Cum P. de accuſat.* Vide plura per *Tyber. Decian. reſponſo 8. á nu. 2. volumine 1. Farinac. tom. 1. q. 18. nu. 12.* & 13. 5

CAP. Quamquam. VI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Toletanum 11. quando celebratum?*
2 *Clericus quando ordinatur profitetur fidem.*
3 *Plus roboris habet, quod in ſpecie dicitur, quàm quod in genere.*
4 *Hæreticus poteſt puniri pœna pecuniaria*
5 *Gloſſa reprobatur, & textus aliter intelligitur.*
6 *Plus valet ſpecialis cautio, quàm generalis.*
7 *Mantua Gloſſæ meminit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Toletano 11. Refertur 2. *tom. Concil.* fol. mihi 879 *cap.* 1. *nu.* 10. circa tempora Vitaliani Papæ, & Vbambani Regis Hiſpaniæ, anno Chriſti 656. Fuitq; Concilium provinciale.

2 In textu. Notat hunc textum *Ochogavia de Sacramentis, tit. De Sacramento ordinis, q.* 10. *nu.* 8. *Rebuf. in praxi, part.* 1. *tit. De clericis,* & quomodo creentur *num.* 31. ubi ait, quòd antequam clericus creetur, caveat ſcriptura propria, quòd fidem catholicã tenet, quod tamen ait ex conſuetudine non ſervari. Hodie antequam ordinentur presbyteri, coram Epiſcopo ſtantes, profitentur fidem, promituntq; Pontifici, & Prælato ſuo obedientiam; ut videre eſt apud *Pontificale Romanum, part.* 1. *fol.* 72. Adde poſita ad *cap. Quando* 3. *nu.* 4. textum etiam notat *Suarius,* ad hoc, quòd ſæpe juramento promittimus ſervare ea, ad quæ alioqui ex lege tenemur, *tom.* 2. *de religione, lib.* 2. *de materia voti, cap.* 6. *nu.* 7.

3 Ibi, Plus timeri. Notat *Tiraq. de jure maritali, Gloſſa* 7. *nu.* 124. ad hoc, quod magis timetur, & plus roboris habet, quod in ſpecie dicitur, quam quod in genere.

4 Ibi, Inferendi. Notat *Boerius deciſ.* 341. *nu.* 3. ad hoc, quod hæreticus poteſt puniri pœna pecuniaria, aut bonis privari, & honore, aut in exilium mitti.

5 In Gloſſa, verbo, Cautione. Intelligit Gloſſa de cautione juratoria; aptius tamen intelligitur de ſimplici promiſſione; quia aliàs contradiceret *cap. Nullus, de jure jur.*

In Gloſſa, verbo, Plus, in verſ. 6
Item nota. Dicit Gloſſa, quòd plus valet ſpecialis cautio, quam generalis. Adde *Tiraq. de jure maritali, Gloſſa* 7. *nu.* 124. & *nu.* 168.

In Gloſſ. verbo, Tranſgreſſores. 7
Vide *Mant. lib.* 3. *locor. cap.* 49. *col.* 1. in fine.

CAP. Epiſcopus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe quartũ, quando celebratum?*
2 *Epiſcopi dicebantur inſpectores ſpeculatores, & viſitantes.*
3 *Quale ſit Epiſcoporum officium, & an Epiſcopatus ſit Sacramentum?*
4 *Epiſcopus quomodo ordinetur, & conſecretur.*
5 *Presbyteri an poſſint conſecrare Epiſcopum?*
6 *Epiſcopus lethaliter delinquit, ſi conſcius peccati conſecretur.*
7 *Epiſcopi capitis abraſi erant, & an Epiſcopus ſolus conſecret electum? nu.* 8.
9 *Ad conſecrationem Epiſcopi, an ſit neceſſe ponere librum ſuper caput eius?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Concilio Carthaginenſi 4. Habitũ eſt ab Epiſcopis 414. Era 436. fuit approbatum in Synodo 6. Conſtantinopoli in Trullo habita, refertur 1. *tom. Concil. fol.* 511. *cap.* 1. *nu.* 2. Tamen *Padilha in Epitome Concilior. fol.* 14. contendit fuiſſe celebratum anno Chriſti 390, tempore Papæ Siricij, de quo videbis etiam poſita ad *cap. Non oportet,* infra, *hac eadem diſt.*

Ad textum, ibi, Epiſcopus. 2
Notabis quod olim Epiſcopi dicebantur inſpectores, ſuperintendentes, & cuſtodes, quorum apud Græcos hiſtoricos frequens eſt mentio, alij enim *Epiſcopos* dicebant *ſpeculatores,* ut auctor eſt *Suidas,* apud *Mendoçam* 1. *Reg. cap.* 7. *ſect.* 2. quia aliorum mores ſpeculando inſpiciant, inſpectosq; reforment. Alij verò *Epiſcopos,* ex nominis ethymologia *viſitantes* appellabant. Vnde 1. *Petri* 2. *nu.* 12. dies viſitationis apud Græcos *dies epiſcopalis* vocabatur. Et Athenienſes, quos ad viſitãdas urbes ſubditas mittebant, epiſcopos nuncu-

nuncupabant. Et *Homerus Iliad.* 10. Hectorem Troiæ epiſcopum nominat. *Tullius lib.* 7. *ad Atticum*, ſcribit, ſe maritimæ oræ Epiſcopũ à Pompeio conſtitutum. Vide *Salmeron in* 1. *ad Timot. diſp.* 10. Adde *l. Munerum.* 18. *ff. de muneribus & honoribus.* ubi dicitur Epiſcopum eſſe nomen magiſtratus, qui pertinentia ad cibum curabat. Tandem conſule *Iacobum Iaſſon.* ad illud *Pſalm.* 108. *Epiſcopatum eius accipiat alter*, & ibidem cõmentatores. Fuit verò Epiſcopi nomen in Eccleſia antiquiſſimum, ut tradunt *D. Auguſtinus de civitate Dei, lib.* 18. *cap.* 19. latè *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 58. *nu.* 8. & 9. *Vaſquez de ordine, diſp.* 236. *cap.* 1. *nu.* 112. & *cap.* 9. *nu.* 101. verſ. *Porro.* Martinus Polonus teſtis eſt, beatum Clementem ſtatuiſſe, ut cathedra epiſcopalis in imminentiori loco poneretur, in quo reſidens Epiſcopus, & omnes circunſpiceret, & ab omnibus circunſpiceretur. Sic intellige *Euſebium Caſarienſem, lib.* 1. *de vita Conſtantini, cap.* 47. dum Conſtantinum vocat Epiſcopum; ideſt, in pace, ac bello præſidentem.

3 Epiſcopo in Pontificali ſex munera deſignantur: judicare, interpretari, conſecrare, ordinare, offerre, & baptizare; licèt Ignatius in epiſtola ad Heronem ſolum tribuat baptizare, conſecrare ordinare, manus imponere, de quo etiam vide *Alcuinum de divinis officijs, cap.* 35. §. *Preſbyteri. Raban. lib. de inſtit. clericor. cap.* 6. Porro de explicatione horum munerum, & an ſint annexa jure divino, vide latè *Vaſquez de Ordine, diſp.* 236. *cap.* 10. *nu.* 111. & ſeqq. At epiſcopatum ordinem, & Sacramentum eſſe à Chriſto inſtitutum, latiſſimè probat idem *Vaſquez diſp.* 240. *cap.* 3. & 4. *Ochogavia de Sacramentis, tract. de Sacramento ordinis, q.* 6. *nu.* 3. & 4. Adde poſita ad *cap.* 1. infra, *diſt.* 32.

4 **Ibi, Cum ordinatur.** De ordinatione, & conſecratione Epiſcopi, agunt latè *Vaſquez de ordine, diſp.* 243. *cap.* 6. per totum. *Azor. tom.* 2. *inſtitut. moral. lib.* 3. *cap.* 30. per totum. *Henriq. in ſumm. lib.* 10. *cap.* 32. per totum, & *cap.* 7. Fit autem Epiſcopi conſecratio die Dominica, ad minus tribus Epiſcopis congregatis, unus ſuper eundem benedictionis munus infundit, ut noſter textus habet; cæteri, qui adſunt, caput eius ſuis manibus tangunt, & illud unà cum manibus ſacro chriſmate inungunt. Porro de dignitate Epiſcopali, vide poſita ad principium 40. *diſt. nu.* 1. & 2.

5 An autem ad rationem conſecrationis Epiſcopi pertineat, ut fiat à tribus Epiſcopis? Vide poſita ad *cap. Porro, diſt.* 66. Vtrum Sũmi Pontificis poteſtate fieri queat, ut presbyteri Epiſcopos conſecrent? Vide poſita ad *cap. Pervenit, diſt.* 95. An etiam is, qui nondum ſacerdos fuit, poteſtatem ſuſcipiat Epiſcopalem, ſi conſecretur Epiſcopus? Vide poſita ad *cap. Solicitudo, diſt.* 52.

Notabis tamen Epiſcopum lethaliter de- 6
linquere, ſi lethalis peccati conſcius conſecretur, ea ratione, quod per conſecrationem poteſtatem ordinis ſuſcipit, quæ eſt facultas quędam ſacramenta conferendi; igitur eo ipſo, quòd cũ lethali peccato accepit conſecrationem, facit contra ſanctitatem Sacramento debitam; indignè enim ſuſcipit poteſtatem ſpiritualem ſacramenta miniſtrandi; tradit *Azor. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. verſ. *Decimo ſecundo quæritur*, & colligitur ex *Bellarm. de Sacramento ordinis, cap.* 5. dum docet Epiſcopalem ordinationem Sacramentum eſſe.

Ibi, Caput. Epiſcopos etiam magna 7
ſaltem ex parte capitis abraſos fuiſſe, videtur affirmare *Greg. Nazianzenus* agens adverſus Maximum; tradit latiùs *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 58. *nu.* 134. Inſuper ex inſtitutione, & uſu Apoſtolorum manaſſe certum eſt, ut Epiſcopi chriſtianæ Eccleſiæ tãquam Reges, & Sacerdotes mitra in ſacris uterentur pretiola; tradit idem *Baron. d. tom.* 1. *anno Chriſti* 34. *nu.* 248. Quæres quid illius figura denotet? Reſpondetur, geminato mitræ cornu faſtigiatam duorum teſtamentorum ſcientiam, quam tradere debet, denotare; quam mitram cornuta illa ex divino conſortio Moyſis, facies *Exod.* 34. *nu.* 30. quaſi gemino cognitionis ſplẽdore radians præſignificavit. Lux enim, & ſcientia rerum divinarum in Epiſcopo maximè requiritur; de quo latè *Lancelotus in templo omnium judicum, lib.* 2. *cap.* 5. in principio, *nu.* 7. & ſequentibus. *Pacianus de probationib. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 63.

In Gloſſa, ibi, Nullus ſolus. 8
Firmat Gloſſa nullum Epiſcopum per ſe ſolũ conſecrare electum, ſed omnes tres ſimul; vel verius tamen eſt quod tradit, *Sylveſter*, verbo, *conſecratio* 1. *nu.* 1. poſt *Hoſtienſem*, & *Gofredum*, quos refert, & ſequitur, *Azor. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. verſ. *Tertio quæritur*; ubi docet unum Epiſcopum totam cõſecrationem efficere, alios verò adjutores eſſe. Pro tota hac materia lege eundem, *Azor. lib.* 3. *cap.* 28. & 29. *Ægidium Bellan. diſp.* 20. *dub.* 10.

In Gloſſa eadem in fine. Dicit Gloſſa 9
quod ad ſubſtantiam conſecrationis Epiſcopi, non eſt neceſſe ponere librũ ſuper caput Epiſcopi, qui conſecratur. Contrarium docet, *Sylveſter*, verbo, *conſecratio* 1. *num.* 1. Gloſſam tamen ſequitur *Azor. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. verſ. *Deinde quæres*, vide etiam *Henriquez in ſumma, lib.* 10. *cap.* 7. *nu.* 3.

CAP. Presbyter. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri qui dicantur?*
2 *Ritus imponendi manus ſuper presbyteros antiquiſſimus.*
3 *Materia, & forma conſecrationis presbyteri.*
4 *Presbyteri officium.*

1 PResbyteri qui dicantur? Vide *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3.* poſt principium, & de eorum ætate vide *ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 12.* Eſt igitur nomen presbyteri non Latinum, ſed Græcum, ſignificans ſeniorem, & antiquiorem ætate, & varié in ſacris litteris uſurpatur, licet in novo teſtamẽto fere ſemper ſacerdotes ſignificet, vel ſimplices, vel etiam Epiſcopos. Tradit copioſè *Vaſquez. de ordinis ſacramento, diſp. 236. cap. 9. nu. 96.* & ſeqq. *Greg. Lopez. in ſyntagmat juris. lib. 16. cap. 8. p. 2.* Adde quod apud ſcriptores antiquos ſæpe nomẽ preſbyteræ frequens eſt; presbyteræ enim illæ dicebantur, quarum viris in presbyteros electis, ipſæ interim vitam cœlibem agebant, ut colligitur ex *Concil. Turonenſi 2. cap. 20. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 11.* tradit *Baron. tom. 1. annalium anno Chriſti 38. nu. 289.* item eæ quæ ſimpliciter viduæ ſunt, & matricuriæ. *cap. final. 32. diſt.* Quo jure presbyteri obligentur ad cœlibatum? Videbis poſita ad *cap. Quando, 28. diſt.* & de presbyteri qualitatibus, vide poſita ad *cap. Unum orarium, nu. 15. diſt. 25.*

2 Ibi, Manus ſuper caput eius.

Ritus imponendi manus ſuper eos, qui ſacris officijs mancipabantur, ex antiqua lege Apoſtoli ortum habuit, nam imponendas eſſe manus ab Aarone, & filijs eius ſuper eos qui ſacerdotio levitæ initiarentur, ſatis habetur expreſſum in *Exodo cap. 29.* & *Num. 8. nu. 10.* lege *Cornel. de Cornel. ad cap. 1. nu. 4. Levit.* ubi optimè de hac ceremonia. Porro eundem ritũ impoſitionis manus Diabolus æmulus operum Dei, in Idololatriam olim tranſtulit, ut author eſt, *Livius decad. 1. lib. 1.* qui agens de Numæ ordinatione, ſuper caput eius ab augere ſacerdote eſſe manus impoſitas tradit; proſequere latè cum *Baronio tom. 1. annal. anno Chriſti 44. nu. 84.* & ſeqq.

3 Ibi, Tempore conſecrationis.

De materia, & forma conſecrationis presbytiri vide *D. Thom. in 4. diſt. 24. Henriq. in ſumma lib. 10. cap. 6. Bellarm. lib. 1. de ſacramento ordinis, cap. 9. Ochogavia de ſacramentis tract. de ordine, q. 5.* Ex quibus collige, quod materia in illo, qui ſacerdotio initiatur, integra ex præcepto eſt traditio calicis cum vino, & patenæ cum hoſtia, quid ſi calix vino careat, dicetur ne promotus accipere characterem? Affirmat *Henriquez lib. 10. cap. 6. nu. 1.* negat *Ledeſma in ſumma tom. 1. ſummæ ſub tit. de ſacramento ordinis, cap. 3. verſ. La tercera difficultad. Campanile diverſorum juris Canonici tabr. 2. nu. 17. Villalobes in ſumma tratado 11. difficultad. 4. nu. 1.* Manuum impoſitio habet vicem materiæ, & verba *Accipite Spiritum ſanctum.* &c. habent vicem formę. Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 23. canone 4. de ſacramento ordinis.*

De officio presbyterorum *Rabanus lib. 1. de inſtit. clericorum, cap. 6.* tria munera illis ad ſcribit; *conficere Euchariſtiam, baptizare, & predicare. Alcoinus lib. de divinis officijs cap. 35. 4. presbyteri.* & *4. ſacerdos, ſacrificium offerre; catechiſare, & baptizare, & infirmos oleo ſancto vngere, & predicare.* In pontificali autem Romano, hæc quinq; munera presbytero aſſignantur; *Offerre, benedicere, præeſſe, predicare, & baptizare;* quas particulas explicat eleganter *Vaſquez. de ſacramento ordinis, diſp. 236. cap. 10. nu. 106.* & ſeqq. *ubi nu. 110.* agit an hæc munera attento jure divino presbyteris conveniant? 4

CAP. Eccleſiaſtica. IX.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Bracharenſe tertium quando celebratum?*
2 *Sacerdos an poſſit ſumere Euchariſtiam ſine ſtola?*
3 *Excõmunicatio ſumitur pro ſuſpenſione.*
4 *Doctor ſimul, & miles debet uti veſtibus diverſis.*
5 *Sacerdos an poſſit cantare Evangelium ſine apparatu diaconali?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Bracharenſi 3. Fuit provinciale habitum anno 4. Vvambani Regis circa tempora Vitaliani Papæ refertur. 2. *tom. Concil. fol. 888. cap. 1. nu. 3.* de hoc nos plura in noſtra hiſtoria Bracharenſi, dixi iam de illo nonnulla, *in hiſt. Epiſcop. Portucal. p. 1. cap. 10.*

2 In textu. Collige ſacerdotẽ non debere ſumere Euchariſtiam ſine ſtola, quando miſſæ ſacrificium non facit, aliàs peccatum mortale contrahit; tradunt *Azor. in ſumma*

ſumma morali, part. 1. lib. 10. cap. 28. verſ. Decimo ſecundo. Henriq. in ſumma lib. 8. cap. 44. §. 3. litera N. qui textum citant. Quod tamen limitabis quando ſacerdos ob infirmitatem ſine ſtola cõmunicat, ut poſt Sylveſtr. tradit Navarr. in manual. cap. 21. nu. 54. Limitabis inſuper niſi uſu, & conſuetudine noſter textus fuerit abrogatus, ita Azor. ſupra citato loco.

3 In fine, ibi, Excommunicationi ſubiaceat. Ideſt ſuſpenſioni ad tempus, pro arbitrio judicis, cũ non determinetur tempus, quem ſenſum credit veriorem Bernardus in praxi cap. 38. ſequitur Graſſis lib. 3. conſ. 1. de jure patronatus, nu. 7.

4 In Gloſſa, verbo, Cervicem. Commendat Romanus ſing. 361. & ſingularem ad hoc, quod quando quis eſt ſimul doctor, & miles, ſi actus, quos exercet ſint militares, debet uti veſtibus militaribus; ſi autem ſint doctorales, doctoralibus uti debet, ſemota tamen conſuetudine.

5 In eadem, ibi, Conſuetudinẽ. Valet ergo conſuetudo, ut ſacerdos cantet Evãgeliũ ſine apparatu diaconali, ut ex hac Gloſſa concludit Rochus in cap. Finali de conſuetudine, ſect. 1. num. 28.

CAP. Communis filius. X.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Sacerdotes non poſſunt uti dalmaticis.*
3 *Dalmatica dicta eſt à Dalmatia.*
4 *Cauſæ meri Imperij an poſſint delegari?*
5 *Propter infirmitatem, aut timorem quis excuſatur?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregorius. Vide poſita ad cap. De Conſtãtinopolitana, ſupra, diſt. 22.

2 In textu. Collige ex textu, quod abſq; Apoſtolicæ ſedis licentia, nec Epiſcopis, nec diaconis uti licet dalmaticis, & eſt ratio quia dalmatica erat inſigne diaconorũ Romanæ Eccleſiæ, & interdum pro magno privilegio concedi ſolitũ alicuius nobilis Eccleſiæ diaconis, tradit Baron. tom. 8. annal. anno Chriſti 598. verſ. Hoc regulariter, & anno 604. verſ. Dalmaticam quidem, Rationale divinorum officiorum, lib. 3. cap. 11. ubi nu. 8. noſtri textus meminit. Durandus de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. cap. 9. nu. 24. & ſeqq. & ibi, diſputat, quis fuerit primus Pontifex, qui uſum dalmaticarum inſtituerit?

Cæterum dicta eſt dalmatica, à Dalmatica Græciæ provincia, in qua primum texta eſt. 3
Iſidorus lib. 19 Etymolog. cap. 22. Rabanus de inſtitut. clericorum lib. 1. cap. 20. Hugo de ſancto Victore de ſacramentis, lib. 2. p. 4. cap. 13. Celius lect. antiq. lib. 16. cap. 10. refert, Commodum dalmaticatum in publicum proceſſiſſe; id eſt, Dalmatarum veſte indutum. Quæ veſtis multicoloribus filis diſtincta, erat habitus triumphantium. Cuius triumphi Dalmatici meminit Horat. lib. 2. Carm. Od. 1. ad Aſinium Pollionem.

Cui laurus æternos honores,
Dalmatico peperit triumpho.

Vſus autem dalmaticæ cæpit propter incõmodum colobij, quo antea veteres utebantur authore Alcuino cap. Quid ſignificent veſtimenta, & Durando, ubi ſupra, nu. 27; licet enim in Eccleſia (ut textus ait) abſq; Papæ permiſſu dalmaticis nulli uterentur. Hodie Epiſcopi omnes dalmaticis ſub caſula utuntur, Durandus, ubi proximè nu. 25. in fine. 2

In verſ. Sed quia hominum. 4
Per hunc textum dicit Iaſon in l. 1. nu. 83. ff. officio eius, Iudicem ordinarium poſſe cauſas meri Imperij delegare propter infirmitatem ſuam, aut ſuorum; (contra quem videtur textus in l. Finali, Cod. Qui morbo ſe excuſat lib. 9.) quod limitabis, niſi ordinarius ſit recuſatus tanquam ſuſpectus; & poſtea ſuperveniat infirmitas; quia tunc non poterit delegare cauſas meri imperij, ut per eundem nu. 84. vel etiam ſi infirmitas eſſet modica; argumento textus in l. Quæſitum, in fin. ff. re judicata.

In Gloſſa, verbo, Suorum infirmitate. Igitur propter infirmitatem, aut timorem ſuorum, poteſt aliquis excuſari; Gloſſam dicunt omnes communiter receptam in cap. 2. de procurator. ubi Panormit. nu. 1. Iaſon. in l. 2. §. Si quis in judicio, notab. 1. ff. Si quis caut. Plura etiam de infirmitate, vide per Caſſan. in conſuetud. Burgund. in prooem. Gloſſa, verbo, Maledic. à principio, fol. 37. & notat Tiraq. de pœnis temperandis, cap. 51. nn. 78. 5

CAP. Diaconus. XI.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus qualiter ordinetur?*
2 *Diaconi miniſterium, & ethymologia.*
3 *Diaconatus an ſit Sacramentum?*
4 *Quid de hoc ſentiat Alphonſus Salmeron?*

Agit

1 AGit textus qualiter ordinetur diaconus, dequo videndi ſunt *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *Oyandus d. diſt* 24. *propoſit.* 11. verſ. *Contra hanc, Vivaldus in Candelabro p.* 1. *tit. de Sacramento ordinis, nu.*28. *Henriq. lib.*10. *de ordinis Sacramento, cap.* 8. *nu.* 1. & 2. & *cap.* 13. *nu.*2. & 3. *Ægid. Bellun. de Sacramento Ord. diſp.*20. *dub.*7 *nu.* 68. Ex quibus collige, quòd ordinatio diaconi neceſſario exprimi debet per traditionem libri Evangeliorum, ſimul cum impoſitione manus, quæ ſignificat gratiæ plenitudinẽ; diacono inſuper confertur novus character ab aliis ſeparabilis. *Soto diſt.* 24. *q.* 1. *art.* 4. & ibi, *Ledeſma q.* 37. *art.* 2.

2 Diaconum Græci appellant, quem latini miniſtrum, aut famulum vocant, ut recte notavit *Michael de Medina. lib.* 1. *de continentia, cap* 13. & 25. Atq; *cap.* 28. & ſeqq. enumerat octo munera, quæ à diaconis exerceri poſſint: ex quibus quinq; exiſtimat convenire conſtitutione eccleſiaſtica, tria conſtitutione divina *Vaſquez* autem é contra exiſtimat, quinque jure divino inſtitutionis convenire, tria ſolo jure eccleſiaſtico; de quibus vide ſigillatim eundem *Vaſquez de ordinis Sacramento diſp.* 236. *cap.* 7. & 8. qui latiſſimè differit de hac re. *Petrum Greg. Tholoſ. in ſyntagmat. p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 7.

3 Vtrũ autem diaconatus ſit verum Sacramentum? Affirmativé reſolvendum eſt. *Ochagavia de Sacram. tract. de ordine q.* 4. *nu.* 10. Quia diaconi in abſentia Epiſcoporum poſſunt baptizare, Euchariſtiam dare, recõciliare pœnitentes publicos, prædicare, ac ferè omnia munera Epiſcoporum, & presbyterorũ, in eorum abſentia, exercere. Exquo ſequitur, eos gratia Dei ſpeciali indigere, comprobat multis *Bellarmin. lib.*1. *de Sacramento ordinis, cap.* 6. qui multa ex Patribus tradit, & de *clericis. lib.* 1. *cap.* 13. verſ. *Sextus ordo, Iacob. de Graffijs in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 7. & 17. qui noſtri textus meminit.

4 *Alphonſus Salmeron Actorum* 6. *nu.* 6. pro viribus contendit fuiſſe ibi inſtitutum diaconatus Sacramentum, quod minus bene dictum apparet: Nam cum hic ordo ſit Sacramentum, ut manet reſolutum, certum eſt à Chriſto ante eius Aſcenſionem fuiſſe inſtitutum; cum nullius Sacramenti inſtitutionem Chriſtus Apoſtolis commiſerit; tradit, & pungit *Vaſquez de ordinis Sacramento, diſp.* 236. *cap.* 4. *nu.* 45. & ſeqq. & *diſp.* 238. *cap.* 2. Sed meo judicio alia eſt mens Salmeronis nam ibi non vocat in quæſtionem, an eo in loco fuerit Sacramentum diaconatus inſtitutum, ſed utrum eo loco ſeptem illi viri fuerint Sacramento diaconatus ad miniſterium altaris ordinati, an ad ſolum miniſterium menſarum, ſine Sacramento ordinis electi? In qua controverſia eam partem ſequutus fuit, ut illa diaconorum ordinatio fuerit Sacramẽtum, quo illi ad altaris miniſterium eligerentur, in qua fatetur ſe Patribus Trullanis, & Chryſoſtomo adverſari. Nam ipſe *Salmeron tom.* 15. *ſuper epiſt.* 2. *Pauli ad Timotheum, diſp.* 12. apertè dicit, diaconatus ordinem eſſe Sacramentum. Nec obeſt, verbum, *Inſtitutum*, quo utitur *Actorum* 6. §. *Quod igitur*; nam idem importat, quod *collatum.*

CAP. Præterea. XII.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pontifex primus quis fuerit?*
2 *Epiſtola Nicolai ad Radulphum.*
3 *Vnctio ſacerdotalis qualiter fiat?*
4 *In Papam an poſſit cadere oblivio?*
5 *Exempla poſſunt allegari.*
6 *Manus presbyteri conſecrantur oleo, non chriſmate.*

IN ſuperſcriptione ibi, Nicolaus. 1
Fuit nomine primus, de quo vide poſita ad *cap. Imperium, diſt.* 10.

In eadem, ibi, Radulpho Archiepiſcopo Biturienſi. 2 Quandam epiſtolam Nicolai I. ad hunc Radulphum, vide per *Baron. tom.* 10. *annal. anno Chriſti* 866. *nu* 67. uſq; ad *nu.*72. Fuit autem Radulphus Archiepiſcopus Metropolitanus Beturigum, ut conſtat ex ipſius ſubſcriptione in epiſtola Synodali, quam tradit *Baronius d. tom.* 10. *anno Domini* 869. *nu.*31. & judex à Nicolao I. fuit conſtitutus in cauſa Welionis Senonis Archiepiſcopi, ut per *Baron. d. anno, num.* 25. & 38.

Ad textum. 3 Vide *Henriq. in ſumma, lib.* 10. *de ordine, cap.* 11. *nu.* 2. ubi agit de ſacerdotij inſtitutione, quæ cum viſibili unctione cæpit ab Aaron, *Bellarmin. lib.* 1. *de Sacramento ordinis, cap.*12. quem omnino vide. Fit etiam mentio unctionis ſacerdotalis apud *Euſeb. lib.* 10. *cap.* 4, *Gregor. lib.* 4. *in libros Regum, cap.* 5.

Ibi, Niſi nos fallat oblivio. 4 Gloſſa ult. hic ex verbis textus arguit, quod in Papam poteſt cadere oblivio, & ita quod non habet omnia jura in ſcrinio pectoris; ſed textus in præſenti loquitur de oblivione exemplorum, non autem de oblivione juris; ut omnes eum interpretantur; facit *l. Pennlt.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *Imperfectum, C. de his, quibus ut indigni*, & vide *Mantuam Dialogo* 67. verſ. *Quid tum*, latiſſimè *Tiraquel. de nobilitate, cap.* 31. *nu.* 537. qui textum citat.

Ibi,

5 Ibi, Ad Innocentij decreta. Ergo in reſponſionibus poteſt allegari exemplum, & factum alienum. Imo dixit *Philoſophus in eth.* nihil ad credendum faciliorem viam munire,& ſubſternere, quam ſit argumentatio ab alienis factis, exemplisq; deducta; et *Seneca in proverbijs: Ex vitio, inquit,alterius, ſapiens emendat ſuum. Bonum eſt in malo alieno fugienda tueri. Ariſtoteles lib. 10. ethicorum. In actionibus,* ait,*humanis magis movent exempla, quàm verba. Macrobius lib. 1. Saturnal. Plebeia ingenia magis exemplis, quàm oratione capiuntur.* Ergo in reſponſionibus utiliſſimum eſt, ab alienis factis argumentationis telam exordiri. Exemplum enim taciti monitoris, & caſtigatoris vices agit. Si quæras quiſnam ſit Innocentius hic relatus? Reſpondeo eſſe Innocentium nomine primum, quia ante tempus Nicolai I. nullus alius Innocentius Pontifex fuerat.

6 In Gloſſa 1. Dicit Gloſſa quod manus presbyteri cõſecrãtur oleo non vero chriſmate, quo ſolum conſecrantur Epiſcopi, de qua materia vide *Henriq lib. 10. de ordine, cap. 24. Azor. in ſumma tom. 2. lib. 3. cap. Tertio quæritur.*

CAP. Ex epiſtola. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Huius capitis fuit author Palea.*
2 *Simplicius Pontifex quis fuerit?*

1 HOc caput eſt *Palea*, quod tamẽ in nullo manuſcripto exemplari eſt inventum; in illo nihil *Palea* ſtatuit; ſed tãtum refert, quæ inferius ſequuntur,& ideo nullus commentator,nec ulla Gloſſa textum attingunt; Tu vide poſita ad *cap. Sequens.* Planè de *Palea* vide quæ ſcripſi *nu.* 31. & ſeqq. *in proœmio.*

2 Ibi, Simplicij Papæ. Fuit patria Tiburtinus,patre Caſtino,creatur Pontifex anno Chriſti 467. Imperante Leone 2. & Zenone; vir quidem ſanctiſſimus, Vrbem Romanam presbyteris, in quinque regiones diviſit; inſtituit ne clericus ullis poſſeſſionem beneficij à laico recognoſceret; quod poſtea cæteri Pontifices confirmarunt; ferunt ea tempeſtate Eliſei oſſa in Alexandriam tranſlata eſſe, & corpus Barnabæ Apoſtoli cum Evangelio Mathæi,Barnabæ manu ſcripto repertum. Vide *Platinam in eodem Põtifice, Panvinium in Chronologia anno Chriſti* 467. & ſeqq.

CAP. Quorundam. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Conciliũ Toletanum perperam citatur.*
2 *Epiſcopus cæcus an poſſit ordines miniſtrare?*
3 *Crimina an morte finiantur.& nu.ſeqq.*
9 *Batiſmus an fiat, ſi unus abluat; alter proferat verba.*
10 *Audiens miſſam dimidiam ab uno ſacerdote, & aliam ab alio, an audiat integram Miſſam.*

IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Toletano. Plura fuerunt Cõcilia Toletana, ſed ſuperſcriptio noſtra non deſignat quo tempore, & quo ordine fuerit hoc Concilium celebratum; Cæterum ego omnia Concilia Toletana volvi,revolvi,at operam, & oleum perdidi; unde mihi non dubium eſt, Gratianum perperam Concilium Toletanum hîc, citaſſe. In *Cõcilio Aquiſgranenſi, cap. 2.* omnes ordines, *hac diſt. contenti,* referuntur, forſan error ſit ex typographia, & pro Aquiſgranenſi, Toletanum poſitum. 1

In textu. Collige ex textu, quod ſi Epiſcopus cæcus ordines miniſtraverit, ipſo ſuper ponente manus, non debet presbyter benedictionem legere,aliàs ordinator, & ordinatus ordinem amittit; de quo vide *Soto in 4. diſt. 4. quæſt. Vnica part. 4.* in fine, verſ. *Adducitur,* qui noſtrum textum citat,tenetq; Sacramentũ ordinis validum fuiſſe,licet Gloſſ. in præſenti, verbo, *Amittant,* contrarium palam aſſerat, vide, quæ de Epiſcopo cæco diſputat *Sayrus in Theſauro, lib. 6. cap. 8. nu. 5. 6. & 7.* ubi de Roberto Epiſcopo Armacano, de quo præter ibi citatos, memorat *Nicolaus Orlandinus, in hiſtoria Societatis Ieſu, lib. 3. nu. 61.* ad finem, ubi teſtatur eum à puero fuiſſe cæcum. 2

Ibi,Accuſari non poteſt. Ergo crimina mor 3
te finiuntur, ut ex noſtro textu deducit *Hippolitus in l. Fin. nu. 40. ff. de quæſtionibus. Dueñas regula 173. Gomez. de delictis, cap. 1. nu. 28. Clar. in praxi, q. 51. verſ. Vltevius quæro. Farinac. tom. 1. q. 10. nu. 36.* & ſeqq. *Medices in tractatu Mors omnia ſolvit. p. 2. nu. 5.* & ſeqq. *Cardin. Tuſcus tom. 5. concluſ. 391.* Cum verò hæc materia ſit gravis, pro maiori doctrinæ perſpicuitate, ſequentes proponuntur concluſiones.

Sit prima concluſio. Crimina morte delin- 4
quentium unà cum pœna extinguuntur. *l. defuncto,*

functoriſſ. de public. judicijs, l. 1. cum alijs C. ſi Reus, vel accuſator mort. fuer. Roman. ſingulari 431. *Deciſio Pedamontana* 149. & 152. ubi eleganter loquitur in materia. *Menoch. controverſ. illuſtr. cap. 96. nu. 7.* & ſeqq. *Boſius in pract. tit. de accuſat. nu. 34.* & ſeqq. *Clar. in pract. §. Fin. q. 51. nu. 12.* & *16. Medices*, qui multa adducit, *tractatu Mors omnia ſolvit, part. 2. concluſ. 52. nu. 5.* & *concluſ. 91. num. 265. Gomes de delictis, cap. 1. nu. 79. Menoch. conſ. 99. nu. 150. lib. 1. Peregrinus de jure fiſci, lib. 4. tit. 5. nu. 1.* plures congerit. *Farinac. q. 10. num. 39.* quibus addo, *Abulenſem in 3. Reg. cap. 1. q. 28. Mandoſium in addit. ad Report. Inquiſit.* verbo, *defunctus, littera B. Pegnam ad Director. 3. part. comment. 92.* verſ. *Quantum.*

5 Secunda concluſio. In crimine hæreſis etiam poſt mortem poteſt quis accuſari, & puniri; *cap. Si quis Epiſcopum, de hæreticis, cap. Filij de hæreticis, lib. 6. l. Manichæos, C. de hæreticis. Villadiego de hæreticis, q. 22. à nu. 1. Gomes 3. tom. de delictis, cap. 1. nu. 80. Zanchinus de hæreticis, cap. 24. nu. 1.* & 4. ubi *Campegius littera A. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 348. nu. 35. Mandoſ. ad Report. Inquiſit.* verbo, *Defunctus, littera C. Pegnam ad Direct. 3. part. comment. 92.* verſ. *In crimine. Peregrin. de jure fiſci, lib. 4. tit. 5. nu. 29* poſt alios *Farinac. dict. q. 10. nu. 37. Abulenſ.* ubi proximè, quod verè procedit, quando conſtat defunctum fuiſſe hæreticũ; ſecus ſi tantummodo erat ſuſpectus de hæreſi. Notat *Zanchinus dict. q. 24. nu. 2. per textum in cap. Accuſatus, §. Si verò*, verſ. *Porro de hæreticis, lib. 6.* Contra factores verò, & receptatores hæreticorum iam mortuos non poteſt accuſatio refricari, *d.* verſ. *Porro, Villadiego d. q. 22. nu. 8.*

6 Sed intra quod tempus poſt mortem defuncti, poterit inquiri contra eum de crimine hæreſis? Communis opinio exiſtimat, quòd intra quinquennium *Gloſſa* recepta, *in l. Manichæos, C. de de hæreticis, Report. Inquiſit.* verbo. *Defunctus*, verſ. *Sed quæro*, ubi *Mandoſ. littera D.* plures refert. *Zanchinus de hæretic. d. cap. 24. nu. 5.* & ibi *Campegius littera B.* Contrarium certius exiſtimo, ex *cap. 2. de præſcript. lib. 6. Gomes de delictis, cap. 1. nu. 81. Pegnam ad Director. 3. p. comment. 92.* verſ. *In qua difficultate*, qui aſſerunt durare actionem ad effectum confiſcandi bona per 40. annos, quoad effectum tamen damnandi memoriam; nullis temporum ſpatijs finiri.

7 Tertia concluſio. In crimine læſæ Majeſtatis, etiam poſt mortem procedi, & cognoſci poteſt, ut convicto mortuo, memoria eius damnetur, & eius bona ſucceſſori eripiantur, *l. Fin. C. ad l. Iul. Majeſtatis, l. Ex judiciorum*, verſ. *Primò, ff. de accuſat. Gygas de crimine læſæ Majeſtatis, tit. Qualiter in crimine læſæ Majeſtatis procedatur, q. 20. lib. 1.* & *tit. De pœnis committ. læſa Majeſtatis, q. 32. lib. 2. Clar. in pract. §. Læſa Majeſtatis*, verſ. *Item licet, nn. 16. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 248. nu. 35. Menoch. lib. 1. conſ. 99. nu. 159. Peregr. de jure fiſci, lib. 4. tit. 5. nu. 19.* An autem hoc non ſolum procedat, quando crimen cõmiſſum eſt contra Reges, ſed etiam quando committitur contra alios Principes inferiores, civitates, ſeu Reſpublicas? Vide textum in *l. Fin. ff. ad l. Iul. Majeſtatis, Grammatic, deciſ. 6. nu. 19. Peregrin. dict. tit. 5. à nu. 23. Farinac.* latiſſimè diſputantem, *q. 10. nu. 43.*

Quarta concluſio. Quando reus delinquẽs 8
moritur poſt ſententiam contra eum latam, quæ tranſivit in rem judicatam, tunc pœna confiſcationis bonorum, & quælibet pecuniaria, tranſit ad hæredes, & morte defuncti non extinguitur; *l. Ex judiciorum*, & ibi *Bart. nu. 2.* & D.D. *ff. de accuſat. Boſius tit. Quomodo procedatur per actionem in delictis, nu. 30. Gomes de delictis, cap. 1. num 82. Peregrin. de jure fiſci, lib. 4. tit. 5. nu. 38.* verſ. *Verum Gloſſa opinio.* Optimè *Farinac. d. q. 10. nu. 45.* Vtrum concluſio procedat quando reus moritur poſt litem conteſtatam? Vide latiſſimè eundem *Farinac. à nu. 50.* Alias, non inutiles limitationes ad primam concluſionem, tradit idem *Farinac. à nu. 56.* uſq; ad *nu. 83.* quem conſule.

In Gloſſa, verbo, Impoſuiſſe, 9
ibi, De Sacramento baptiſmi. Notat *Henriquez*, poſt alios, *in ſumma, lib. 1. cap. 27. §. 2. littera K.* ad hoc, quod non ſit Sacramentum baptiſmi, ſi unus abluat qui mutus eſt, alter proferat verba formæ, qui truncatus eſt manibus. Quem caſum apertè exprimit *Toletus lib. 2. inſtruct. ſacerd. cap. 20. Marſilius in 4. q. 4. art. 4. dub. 11. Cajetan. in 3. p. q. 67. art. 6.* Qui duo auctores affirmant, in caſu neceſſitatis, valere illum baptiſmum à muto, & brachijs carente, ſuſceptum. Contraria tamen opinio eſt Theologorum cõmunis cum *D. Thom. in 3. part. q. 67. art. 6. Ægidio Bellan.* ibidem, *dub. 1. Suar. Vaſq.* & *Valentia*, eodem loco.

In eâdem, ibi, Vt eſt miſſa. 10
Tenet Gloſſa, quod ſi quis audiat miſſam dimidiam ab uno ſacerdote, & poſtea aliam medietatem ab alio ſacerdote, integram audire miſſam, quia duo imperfecta faciunt unum perfectum. Sequitur *Suar. 1. tom. de Sacramentis, diſput. 88. ſect. 2. art. 6.* verſ. *Sed tunc*, ad fin. *Soto in 4. diſtinct. 13. q. 2. art. 1. col. 16. Navarr. in Manual. cap. 21. nu. 2.* & in *cap. Quando, de conſecratione, diſt. 1. notab. 10. nu. 18.* & ſequentibus, dicit etiam receptam *Ferdinand. Paes in cap. Miſſas, nu. 73.* licet *nu. 74.* diverſam ſequatur opinionem.

CAP.

CAP. Subdiaconus. XV.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Carthaginenſe quãdo celebratũ?*
2 *Subdiaconus qualiter ordinetur? & de eius officio. nu. 3.*
4 *Et an ſit Sacramentum?*
5 *Subdiaconus non accipit manus impoſitionem.*
6 *Ordinatus an tangat inſtrumentum ab Epiſcopo porrectum?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Concilium Carthaginenſe 4. Vide poſita ad *cap. Epiſcopus*, ſupra, & ad *cap. Non oportet*, infra, *hac eadem diſt.* Namque noſter textus, & qui ſequũtur, omnes ſunt tranſcripti ex eodem Concilio Carthaginenſi.

2 In textu. Agit textus qualiter ſubdiaconus ordinetur, de quo vide *Sylveſt.* verbo, *Ordo* 2. §. 11. *Tabien.* eod. verbo, §. 5. *Henriq. in ſumm. lib.* 1. *cap.* 8. §. 3. Ex quibus reſolve, quòd ſubdiaconus initiatur per traditionem vacui laicis, ſimul cum patena; non oportet tamen vas eſſe conſecratum, ut defendit idem *Henriq. d.* §. 3. & *cap.* 5. §. 2. *littera F.* Ordo autem ſubdiaconatus Sacramentum eſt, *Bellarm. de Sacram. ordinis, lib.* 1. *cap.* 7. Noſtri præterea textus meminit *Ludovicus de Beja in reſponſionibus caſuum conſcientiæ, part.* 4. *caſu.* 15. ubi notat, non ſolùm ad maiores ordines, ſed etiam ad minores requiri, ut viſibilia inſtrumẽta manu tangantur, qualis eſt in ſubdiaconatu calix cum patena. Vide *Ægidium diſp.* 20. *dub.* 7. *nu.* 69. *Vaſq. diſp.* 238. *cap.* 5. *nu.* 51. Attamen *Viguerius in ſumma, inſt. Theolog. cap.* 16. §. 6. *verſ.* 1. & 2. exiſtimat materiam in ordinatione ſubdiaconi, eſſe traditionem libri epiſtolarũ. Cuius auctoris ſententiam egregiè confutat *Ægid.* citatus.

3 Subdiacono in Pontificali Romano hæc munera aſſignantur, aquam ad miniſterium altaris præparare; diacono miniſtrare; pallas altaris, & corporalia abluere; calicem, & patenam in uſũ ſacrificij eidem offerre; oblationes populi ſuſcipere, & ſupra altare ponere; licet *Raban. lib.* 1. *de inſtit. cleric. cap.* 8. *Alcuin. lib. de divinis officijs, cap.* 35. tria tantum officia ſubdiacono aſſignent. Porro idem *Raban.* & *Hugo de Sancto Victore, lib.* 2. *de Sacram. p.* 3. *cap.* 10. autumant hunc ordinem in Eccleſia, & novo teſtamento reſpondere Nazaræis, qui in templo humiliter ſerviebant; quam ſententiam difficilem putat *Vaſq. de Sacram. ordinis, diſp.* 236. *cap.* 3. *nu.* 35. quem latè vide, & *Petrum Greg. Syntagmat. p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 7. *à n.* 9.

Probabile valde eſt, quòd ſubdiaconatus ſit 4
Sacramentum. *Ochogavia de Sacram. tract. de ordine, q.* 4. *nu.* 11. Quvis enim ſcriptura nullam eius faciat mentionem, quia ob paucitatem fidelium diaconi implebant ipſorum officium, ſententia tamen cõmunis p traditionem accepta, docet eſſe Sacramentum. Innuit *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *Canon.* 6. quo definitur hierarchiam in Eccleſia, divina ordinatione inſtitutam, conſtare ex epiſcopis, presbyteris, & miniſtris. Hos enim miniſtros, ut minimum, intelligere videtur diaconos, & ſubdiaconos; ita ex ſcholæ conſenſu probat *Vaſq. diſp.* 238. *cap.* 2. *à nu.* 13. *Sylvius in ſupplementum ad* 3. *part. D. Thom. q.* 37. *art.* 2. *concluſ.* 3. vide poſita ad principium *diſt.* 21. *nu.* 2. & adde *Ægid. Bellan. de Sacram. ordinis, diſp.* 20. *dub.* 6. ubi citat *Navarr. Michaelem Medin.* & *Sot.*

Ibi, Manus impoſitionem. Notat *Henriq.* 5
in ſumm. lib. 10. *cap.* 8. §. 2. *littera K.* ad hoc, quod ſubdiaconus non accipit impoſitionem manus; quam opinionem dicit eſſe cõmunem Canoniſtarum, & Theologorum. Quanvis *Gloſ. in cap. Paſtoralis de Sacramentis non iterandis*, noſtrum textum intelligat de impoſitione manuum conſecratoria, quam fatetur non accipere ſubdiaconos; non verò de impoſitione manuum, quæ eſt ſola benedictio, hanc enim omnes admittunt in ſubdiaconis.

Ibi, De manu Epiſcopi. Ergo de 6
eſſentia Sacramenti requiritur, quod ordinatus tangat inſtrumentum ſibi porrectum ab Epiſcopo, tradunt *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 1. *art.* 1. in fin. *Sylveſt.* verbo, *Ordo* 2. *q.* 5. verſ. *Tertiò. S. Antonin.* 3. *p. tit.* 14. *cap.* 16. §. 4. alij, quos refert *Vivald. in Candelab. p.* 1. *de Sacram. ordinis, nu.* 21. *Navarr. in Manual. cap.* 22. *nu.* 17. Contrarium tamen docuerunt *Cajet. in ſumm.* verbo, *Ordinandus. Victor. in ſumm. nu.* 230. *Armila*, verbo, *Ordo, nu.* 4. *Ledeſm. in* 4. *q.* 36. *art.* 5. §. *Alia difficultas*, verſ. *Unde*. Ego primam opinionem probabiliorem exiſtimo, ut loquar cũ *Sot. in* 4 *diſt.* 24. *q.* 1. *art.* 3. verſ. *Unum autem.*

CAP. Acolythus. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Acolythus qualiter ordinetur?*
2 *Patres Acolythorum meminêre.*
3 *Acolythus ab Archidiacono inſtruitur.*
4 *Officium Acolythi quale ſit?*

IN textu. Agit textus qualiter Acolythus 1
ordinetur, de quo vide *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 3. verſ. *Acolythorum ordo, Vivaldum in Candelabro p.* 1. *de Sacramento ordinis,*

nu. 15. *Henriques in ſumma lib.* 10. *cap.* 9. §. 1. *Ledeſma* 2. 4. q. 36. Ex quibus reſolve acolythum per traditionem candelabri cum cereo priuſ fieri ceroferarium, & forſaſſe accipere characterem imperfectum, perfectus tamen ſit illius character in traditione vrceoli vacui.

2 Ibi, Acolythus. *Cornelius Papa* apud *Euſeb. hiſt. lib.* 6. *cap.* 33. ſcribens ad *Fabium Epiſcopum Antiochenum*, ait in Romana Eccleſia ordinari ſolitos quadraginta duos acolythos. *Cyprianus* itidem de acolytho meminit, *epiſt.* 55. vide etiam *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 44. *nu.* 80. Adde *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. poſt med. & multa de acolythorum, ſeu acoluthorum ethymologia tradit *Vaſq. de ordine, diſp.* 236. *nu.* 27.

3 Ibi, Ab Archidiacono accipiat. Debet autem acolythus ab Archidiacono inſtrui qualiter in officio ſuo ſe habere debeat, & tunc ab eo accipere ceroferarium, ideſt candelabrum cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda lumina Eccleſiæ, dum Evangeliũ legitur, mancipari, notat ex noſtro textu *Trocius de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 10. ad med.

4 Ibi, Vt ſciat. Agit textus de officio acolythi, quod eſt accendere luminaria, & accipere urceolum ad ſuggerendum vinum in calicem; de quo vide *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 3. *ad* 6. *Trotium de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 10. in principio. *Graſſijs in aureis deciſionibus*, 2. *p. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 6. *Bellarm. de clericis, cap.* 13. verſ. *Quartus ordo. Durand. de ritibus Eccleſia, lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 8. qui multa ex Patribus congerit. *Greg. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 11. in princip. *Vaſq. d. diſp.* 236. *nu.* 28. & 29. *Petrum Greg. in Syntagmat. juris, p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 6.

CAP. Exorciſta. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Exorciſta qualiter ordinetur?*
2 *Patres antiqui de exorciſtis agunt.*
3 *Officium exorciſtæ quale ſit?*
4 *Primus qui docuit exorciſmos.*
5 *Energumeni qui dicantur?*

1 IN textu. Agit textus qualiter exorciſta ordinetur, de quo vide *D. Th. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *ar.* 2. & 3. *Vivald. in Candelabro*, 1. *p. de Sacram. ordinis, nu.* 12. & 13. *Graſſijs in aureis deciſionibus, p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 6. & 18. *Bellarm. de clericis, lib.* 1. *cap.* 13. verſ. *Tertius ordo*, poſt alios *Henriq. in ſumma, lib.* 10. *cap.* 9. §. 2. *Rationale divinorum officiorum, lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 4. Ex quibus collige exorciſtam ordinari per traditionem exorciſmorum.

Ibi, Exorciſta. De hoc peculiari munere ordinis agunt *Ignatius*, Apoſtolorum diſcipulus, *epiſt.* 12. *ad Antiochen.* *Cornelius Papa* ſcribens ad *Fabium*, apud *Euſeb. hiſt. lib.* 6. *cap.* 35. *Hieron. in epiſt. ad Titum, cap.* 3. plura Concilia de quibus meminerunt *Baron. tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 56. *nu.* 6. *Bellarm. de clericis, lib.* 1. *cap.* 13. verſ. *Fuiſſe.* Adde *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. poſt med. *Vaſq. diſp.* 236. *cap.* 2. & ſeqq. *Ægid. Bellam. diſp.* 20. *dub.* 3. *nu.* 18. ubi affirmat præcipuum exorciſtarum munus eſſe dæmones ab obſeſſis corporibus abijcere, & turbulentos ſpiritus per exorciſmos fugare. Quam in dæmones virtutem expreſſit *Tertullian. in apologet. cap.* 32. & *D. Auguſt. lib.* 19. *de civit. cap.* 22. eandem cecinit *Prudentius in Apoth.* 2

Torquetur Apollo
Numine percuſſus Chriſti, nec fulmina verbi,
Ferre poteſt.

Ibi, Imponendi manus. Hoc eſt officium exorciſtæ, exorciſmos memoria tenere, & manus ſuper cathecumenos, & energumenos ponere, de quo ſunt videndi *Alciatus lib.* 8. *Paregon. cap.* 23. *Rationale divinorum officiorum, lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 1. & 2. *Henriq. d. lib.* 10. *cap.* 9. §. 2. *Baron. d. tom.* 1. *anno Chriſti* 56. *nu.* 7. latè *Vaſquez de ordine, diſp.* 236. *nu.* 23. verſ. *Tertius*, & *nu.* 24. *Petrus Greg. Syntagmat. juris, p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 5. per totum, circa hunc ordinem notat *Aloinus lib. de divinis officijs, cap.* 35. non poſſe officium eius exerceri niſi ab eo, qui hoc ordine eſt inſignitus. 3

Qui primus docuit exorciſmos apud Hebræos, Salomonem fuiſſe, *Ioſephus* affirmat, *de antiquit. lib.* 8. *cap.* 2. & *lib.* 4. *cap.* 14. qui hac de re mira quædam ſcriptis mandavit; vide *Baron. d. anno* 55. *Rationale divinorum officiorum, d. cap.* 6. *nu.* 4. *Vaſq. d. diſp.* 236. *nu.* 25. ad fin. & *nu.* 26. in principio. Plane de his exorciſmis loquitur *Vlpianus in l.* 1. *ff. de variis, & extraord. cog.* meminit *Baron.* ubi proximè, *nu.* 1. de cuius intellectu videbis *Alciatum lib.* 8. *Paregon. cap.* 23. in principio. 4

In Gloſſa Vnica. Laborat Gloſſa in explicando, qui energumeni dicantur; de quo vide *Rationale divinorum officiorum, d. cap.* 23. verſ. *Qui autem, Pelagium de planctu Eccleſiæ, lib.* 1. *art.* 48. §. *De irregularitatibus homicidij, col.* 11. *fol.* 28. Tu breviter dices, eſſe à dæmone poſſeſſos, cum *Petro Gregor.* ubi proximè, *nu.* 1. & cum *Calio lect. antiq. lib.* 2. *cap.* 13. ducta origine à verbo Græco, quod ſignificat detineri, atq; impediri, quaſi *energumeni*, ſint à dæmone impediti. Nec minus doctè obſervat idem auctor, aliquando lunaticos dici energumenos, velut in eos agat luna. 5

CAP.

CAP. Lector. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lector qualiter ordinetur?*
2 *Doctores antiqui lectoris meminere.*
3 *Officium lectoris quale ſit?*

1 IN textu. Agit textus qualiter ordinetur, de quo vide *Trotium de vero clerico, cap. 19. nu. 6. & 7. D. Thom. in 4. diſt. 24. art. 1. in fine,* ubi textus refert. *Graſſijs in aureis deciſionibus, p. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 6.* poſt principium, & *nu.* 18. in fine. *Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 13.* verſ. *Secundus ordo. Henriq. in ſumm. lib. 10. cap 9. §. 2. Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 5. nu. 4.* Conſecratur verò lector in traditione libri prophetiarum.

2 Ibi, Lector. Meminere nominis lectoris *Cornelius Papa,* ſcribens ad *Fabium Antiochenum,* apud *Euſebium hiſt. lib. 6. cap. 35.* refert *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 56. nu. 6. Alcuinus de divinis officijs, cap. De tonſura clericorum,* verſ. *Lector.* Noviter *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 20.* poſt med. *Raban. lib. de inſtit. clericor. cap. 11. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, p. 3. cap. 7.*

3 Ibi, Eſto Relator Dei. Pertinet enim ad officiũ lectoris, prophetias legere, ad hoc enim ordinatur, ut libros Dei diſtinctè, & apertè ad intelligẽdum legat; ad eum quoque pertinet panem, & omnes novos fructus benedicere. Vide *Rationale divinorum officior. lib. 2. cap. 5. nu. 2. & 3. Alcuin.* & *Henriq.* ubi proximè, *Greg. Lopez part. 1. tit. 6. l. 11.* in principio: latè, & eleganter *Vaſq. de ordine, diſp. 236. cap. 2. nu. 16.* & ſeqq. *Petrum Greg. Syntagmat. juris, p. 2. lib. 16. cap. 4.*

CAP. Oſtiarius. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Oſtiarius qualiter ordinetur?*
2 *De oſtiarijs P. P. meminere.*
3 *Officium oſtiarij quale ſit?*

1 IN textu. Conſtituit textus qualiter oſtiarius ordinetur, de quo ſunt videndi *D. Thom. in 4. diſt. 24. art. 1.* poſt med. verſ. *Ad ſecundum. Graſſijs in aureis deciſionibus, p. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 6.* in principio, & *nu. 16.* poſt principium. *Bellarm. lib. 1. de clericis, cap. 13.* verſ. *Primus,* poſt alios *Henriq. in ſumma, lib. 10. cap. 9. §. 2.* Datur autem oſtiario character in traditione clavium. Adde *Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 4. nu. 4.*

2 Ibi, Oſtiarius, Cuius meminit *Cornelius Papa,* ſcribens ad *Fabium Antiochenum,* apud *Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 35. Alcuin. de divinis officijs, cap. De tonſura clericor.* verſ. *Oſtiarius.* Noviter *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. & 17.* Meminit etiam Rex *Alphonſus Nonus in legibus partitarum, p. 1. tit. 6. l. 11. Raban. lib. 1. de inſtitut. clericorum, cap. 12. Hugo de Sancta Victore, lib. 2. de Sacramentis, p. 3. cap. 6. Petrus Greg. in Syntagmat. juris, p. 2. lib. 16. cap. 3.*

3 Ibi, Quaſi redditurus. Eſt officium oſtiarij claudere, & aperire ianuas Eccleſiæ, indignos excludere à miſſa, dignos admittere ad cõmunionem. Oſtiarius in veteri lege 1. *Paralip. cap. 9. nu. 22.* & 3. *Eſdræ cap. 1. nu. 16.* & *cap. 5. nu. 29.* & *cap. 7. nu. 9.* ſtabat ad ianuam templi, & cuſtodiebat nè immundus aliquis ingrederetur Eccleſiam. Tradunt *Gregor. Lopez d. l. 11.* in princip. *Rationale divinorum officiorum, d. cap. 4. nu. 2.* poſt *Chryſoſt.* & alios Patres, *Henriq. d. §. 2. littera L.* & optimè *Vaſq. de ordine, diſp. 236. cap. 2. nu. 17. & 18.*

CAP. Pſalmiſta. XX.

SVMMARIVM.

1 *Pſalmiſta qualiter ordinetur?*
2 *Pſalmiſtæ meminere Patres.*
3 *Officium Pſalmiſtæ quale ſit?*
4 *Pſalmiſtatus an ſit ordo?*
5 *Opinio Authoris.*
6 *Pſalmiſtatus, & quatuor minores ordines an ſint Sacramenta?*
7 *Vtrum fœminæ ſint capaces ordinationis eccleſiaſticæ?*

1 DIſponit textus qualiter pſalmiſta ordinetur, de quo ſunt videndi *Albertanus in ſumm. p. 1. cap. 46. nu. 2. Rationale divinorum officiorũ, lib. 2. cap. 3. nu. 2. D. Thom. in 4. diſt. 24. q. 2. art. 1.* verſ. *Vlterius,* & ſeqq. poſt alios *Henriq. in ſumma, lib. 10. §. 3.* & 4. Ex quibus reſolve pſalmiſtatum, ſeu primam tonſuram, conferri in abſciſſione capillorum.

2 Ibi, Pſalmiſta. De cuius nomine meminerunt *Leo Nonus, Sylveſter Pontifex in Concilio Romano, cap. 7. Concil. 4. Carthag. cap. 2.* refert *Baron. tom. 1 annal. anno Chriſti 44. nu. 80. Iſidor. lib. 2. de divinis officijs, cap. 12. Alphonſus Rex part. 1. tit. 6. l. 11.* in fine, & ibi *Greg. Lopez,* & de prima tonſura agit *Conc. Trid.*

ſeſſ. 23. de reformat. cap. 4. Videbis etiam *Petrum Greg. in Syntagmat juris, p. 2. lib. 16. cap. 4. nu. 8. Thomam Vallaſc. allegat. 3. à n. 5.*

3 Ibi, Officium cantandi. Hoc eſt officiũ pſalmiſtæ canere in choro, atq; benedictiones dicere; conſtat tamen hoc miniſterium non pertinere per ſe ad ordinem aliquem, cũ hoc munus cantandi divinum officium, licèt ad totam plebem fidelium non pertineat, nihilominus non eſt ita proprium clericorum, ut illi ſoli ad illud aſſumantur. *Baron.* ſupra citato loco, latè *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. de horis canonicis, cap. 9. nu. 14.* & ſeqq. *Vaſq. de ordine, diſp. 236. cap. 1. n. 5.* qui nonniſi ab Epiſcopo poſſe olim quem eligi, & ordinari tradit; *diſp. 237. cap. 2. n. 17.*

4 Ibi, Dicente presbytero. Ergo pſalmiſtatus, ſeu prima tonſura, non eſt ordo, ſed paſſiva diſpoſitio ad ordines, nec in illa imprimitur character: nonnunquam enim ſimplex ſacerdos ex officio contulit primam tonſuram, & ita eſt cõmunis opinio theologorũ cum *Magiſtro, diſt. 24.* quos refert *Henriq. d. lib. 10. cap. 9. §. 3. littera Q. Suar. d. tom. 2. de relig. lib. 4. de horis canonicis, cap. 9. nu. 15. Vaſq. de ordine, diſp. 236. cap. 1. nu. 3.* qui plures congerit affirmantes ordines eſſe ſeptem. Contrarium tamen tenent cõmuniter Canoniſtæ in *cap. Cum contingat, de etate, & qualitate. Covar. 1. variar. cap. 10. nu. 10.* & *practic. cap. 31. n. 5.* in fin. *Navar. conſ. 11. de temporibus ordinationum, nu. 3. edit. 2.* pro quibus eſt Gloſſa cõmuniter ſecuta, *in proœm. lib. 6.* verbo, *Epiſcopus.*

5 Sed quidquid ſit de opinione, de qua vide etiam poſita ad *cap. 1. nu. 1.* infra, *diſt. 25.* non poteſt meo judicio textus noſter ad illam quæſtionem adduci, cum tantum agat de pſalmiſta; quod nomen eſt æquivocum, & interdum accipitur pro cantore; explicat eleganter *Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 3. nu. 1.* & 3. & confirmatur ex *cap. 1. de celebr. miſſ.* ubi monentur rurales presbyteri, ut faciant horas canonicas expleri per ſcholares, qui ſcholares videntur eſſe filij fidelium, qui in Eccleſia docentur, ſentit *Suar. d. nu. 25.* ad fin.

6 Quæſtio eſt non una manu capienda, an pſalmiſtatus, & quatuor minores ordines (de quibus ſupra) ſint Sacramenta? Prima eſt ſententia, omnia à Chriſto Domino inſtituta, ac proinde eſſe Sacramenta: tenent cõmuniter Canoniſtæ in *cap. Cum contingat de etate, & qualit. Angel.* verbo, *Ordo 1. n. 1.* & 2. Secunda ſententia ait, non quidem primam tonſuram, ſed quatuor minores ordines eſſe Sacramenta. *D. Thom. in 4. diſt. 24. q. 2. art. 1. q. 3.* & ibidem *Scotus. q. Vnic. §. De tertio,* in fine. *Regnald. tom. 2. fori pœnitentialis, lib. 3. cap. 1. Ægid. de Sacram. diſp. 20. dub. 6. Ochogavia de Sacram. tract. de Sacramento ordinis, q. 3. nu. 3.* Tertia eſt opinio, nec primam tonſuram, nec quatuor minores ordines eſſe Sacramẽta; quam tenet *Magiſter in 4. diſt. 24. cap. Septimus ordo;* ubi *Durand. q. 2. Nauar. in ſumm. cap. 22. n. 18. §. Quare probabilis;* poſt alios *Vaſq. de ordine, diſput. 237. cap. 2. nu. 10.* & ſeqq. quem latiſſimè vide. Secunda opinio mihi eſt probabilior. Vide *cap. Illud,* infra, *diſt. 77. nu. 1.*

Notabis fœminas non eſſe capaces Sacramẽti ordinis, quæ concluſio videtur de fide, & probatur ex perpetua traditione Eccleſiæ, quæ nũquam aliquam fœminam novit ordinatam. *D. Thom. in 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. q. 1. Sylveſt.* verbo, *Ordo 4. q. 1.* ſequitur alios *Ochogavia de Sacram. tract. de ordine. q. 8. n. 4.* quem latè videbis *Campanile diverſorum juris canonici, Rubrica 11. cap. 2.* licèt Cataphrygæ hæretici mulieres ad Sacramẽtum ordinis admittendas eſſe crediderint. 7

CAP. Prohibete. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Anicetus Pontifex quis fuerit?*
2 *Clerici non debent comam nutrire.*
3 *Super caput in modum ſphæræ debent radere.*
4 *Etiam in ſæcularibus ignominia eſt comam nutrire. & nu. 5.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Anicetus. Qui fuit natione Syrus, patre Ioanne Murco, vel ut alijs placet, Humiſia, creatur Pontifex anno Chriſti 168. imperãte Marco Aurelio; inſtituit ne Epiſcopus conſecrari poſſet à paucioribus, quàm à tribus eiuſdẽ ordinis viris, quod poſtea Nicœna Synodus cõfirmavit. Vbi verò Metropolitanus conſecrãdus eſt; omnes provinciales intereſſe debẽt; ſtatuit præterea ne Epiſcopus crimen Metropolitani ſui ad alium, quàm ad primatem, aut Apoſtolicam Sedem deferret. Vide *Platinam in eodem Aniceto. Baron. 2. tom. annal. anno Chriſti 168.* & ſeqq. & 175. *n. 3.* qui utercp meminere huius decreti, ne clericus comam nutriat. Martyrio coronatur Anicetus, anno Chriſti 175. die 17. Aprilis, eius tempore Montanus multas hæreſes in Eccleſia ſuſcitavit, de quibus vide *d. tom. anno Chriſti 173. à nu. 1.* & ſeqq. 1

In textu. Collige ex textu, non debere clericos comam nutrire, de quo ſunt videndi *Bernard. in pract. cap. 76.* per totum; ubi *Salzed. Duaren. lib. 1. de ſacris Eccleſiæ miniſt. cap. 14.* verſ. *Specialiter. Ovand. in 4. diſt. 24. prepoſit. 8.* poſt med. *Victoria de Sacramento ordinis, nu. 240. Peliagius lib. 2. de planctu Eccleſiæ, art. 14.* verſ. *Ad evitandum.* Idemquè decretum habetur 2

betur *cap. Siquis. cap. Clericus. & cap. Clerici de vita, & honeſt. cler.* ubi clerici comã relaxare prohibentur; ac ſi ab ſtatu ſacerdotali multum abhorreat, ſitque ab honeſta clericorum religione alienum, aliquid in nutriẽdo capillitio ſollicitudinis, curęque imponere.

3 Ibi, In modum ſphæræ. Præcipit Põtifex, ut clerici ſuper caput in modũ ſphæræ radãt; notat *Paulus Fuſcus de viſitat. lib. 1. cap. 20. num. 13.* in fine. *Menoch. de arbitrar. caſu 392. numer. 26.* & ſeqq. qui ait legendum eſſe ſphæræ, non autẽ ſperæ, ut erat in vulgatis Codicibus. Sed non pręter volemus huius rei myſterium, neq; illud arcanum indictum, aut inſalutatũ prætermittamus. Quid ſibi volunt ſacerdotũ capitibus imminentes Sphærulæ? Quid ſignificat clericorũ caput in medio raſum, & in extremitatibus capillatum? Ingenioſum eruo reſponſum ex *Calio lect. antiq. lib. 18. cap. 38.* *Capitis*, inquit, *corona ex Romana Eccleſiæ inſtitutione regnum præfert, quod in Chriſto expectatur; capillorum verò decuſſio temporalitũ indicat bonorum depoſitionem.* Quaſi diceret, ſciant ſacerdotes ſe in capitis ſphæra regni coronam, & globoſam totius orbis figuram geſtare, quã ſibi ex divina promiſsione, cõſtitutam agnoſcant, ſi ſuis plenè muneribus ſatisfaciant, & divinæ legis obſervantiam ad amuſim colant. Et quemadmodum olim ſponſi ad nuptias coronati ducebantur, in coniugalis caſtitatis argumentũ; ita ſacerdotes novi Eccleſiæ ſponſi coronantur, ut ipſi Eccleſiæ datam caſtitatis fidem obſervent. *D Chriſoſt. homil. 9. in 1. Timot. 3. Idcirco coronæ imponuntur capiti, ut victoriæ ſint ſignæ, quod libidini ſint impenetrabiles.* De quo victoriæ ſymbolo in coronis expreſſo, vide docté *Ioannem de Carthagena, lib. 10. homil. 14. D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 4. Bedam lib. 5. de geſt. Angl. cap. 22.*

4 In Gloſſa, verbo, Ignominia eſt. Affirmat Gloſſa ignominiã eſſe comas nutrire. Sed, proh dolor, ſiniſtro, & in peius vergẽte Luſitaniæ fato, hæc in tempora adeo calamitoſa incidimus ut paſsim in foro, in compitis, in plateis, hanc comarum luxuriem in adoleſcentulis, in iuvenibus, in viris, & (quod fædius, ac turpius eſt) in ipſis ſenibus iam edentulis offendamus. Illos quippè dedecet et nomen, & robur virile, quos hęc effœminatæ virtutis ſigna turpiter dehoneſtant. Quare audaciſsimus Turnus cum ſuam ipſemet haſtam minitabundus alloqueretur, ſeque ad extremam Æneę pernicię provocaret, eũdem Æneã ideo ſolum apellavit ſemivirum, quod cincinnatus, calamiſtratuſque incederet. *Æneid. 12.*

Da ſternere corpus.
Semiviri Phrygis, & fadare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes,

Non planè virum, ſed ſemivirum dixit; mollemq; ignavum, & prorſus muliebrem arguit ex capillis. Et *Claudianus*, poſtquàm molliſsimã Eutropij inertiam graviſsimè increpavit, illũque veneri, ac vino deditum, inter comatos famulos incedentem induxit; eundem muliebri penſo, coloque tractando, quã bello dixit aptiorem. Ita ille in bello *Gildon*,

Crinitos inter famulos, pubemque canoram.

Et mox à crinitis famulis deducens argumentum in eundem Eutropium ſic invehitur.

Quid te turpiſsime bellis
Inferis? aut ſævis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius ſtudijs hærere Minervæ,
Tu telas, non tela pati; tu ſtamina noſce.

Quid Martię virtutis homini crinito, ac cincinnato ineſſe poteſt? Quam haſtam intorti, cõpti pexi, nodati, & calamiſtrati crines intorquebunt? Hæc manus fuſo, quã clypeo: colo, quam gladio: telæ, ac pectinj, quã telo, & cuſpidi aptior eſt. Huius abiectiſsimæ farinæ homines, *Ovidius* deteſtabatur, *epiſtola 4. Phæd. Hippol.*

Sint procul à nobis iuvenes, ut fœmina compti,
Fine coli modico forma virilis amat.

Annus eſt, dum ad ſpeculum comuntur, & ornantur fœminæ, inquit Plautus; alios enim crines eradicant, pectunt alios, alios mittunt in caliendra, hos annullatim criſpant, illos multo unguento, myrrhaque humectant. Imò potius *Tertul. lib. 2. ad uxorem*, hanc in tractandis crinibus mollitiem non ſolũ in viris, ſed etiam in mulieribus damnat. *Quid*, inquit, *crinibus veſtris quieſcere non licet, modo ſtrictis, modo relaxatis, modo ſuſcitatis, modo eliſis?* Si igitur fœminis turpe, & indecorum arguit *Tertullianus*, ſi inordinatam in tractanda cæſarie laciviam amplectantur, qua turpitudinis, & ignominiæ nota inurentur viri illi, qui nutriendis intendum comis? Quas enim vires hęc capillorum mollities, & luxuries non effœminabit? *Horatium* audiamus fœmineam Paridis ignaviam ex pexa, & prolixa cæſarie increpantem, *lib. 1. Carm. Od. 15.*

Nequisquam Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem, grataque fœminis,
Imbelli citharæ carmina dividet.

Quo loco Lambinus, & alij cõmentatores veluti per conſequentiam deducunt, molles capillos eſſe luxuriæ nutrimẽtum, & infaustæ Veneris pabulum, Cõcinit *D. Hieron. tom. 5. in Ezechiel. cap. 44.* *Nec rurſus comam demittere, quod proprium luxurioſorum eſt.* Quam luxuriæ notam ne homines incurrerent, non minus prudentèr, quam diligentèr cavit Concilium Illiberitanũ cum ſub gravi pœna fœminis prohibuit, ne in ſuo famulatu, vel clientela comatos admitterent miniſtros. *Prohibendum* (inquit *Can. 67. tom. 1. Concil. part. 1.*) *ne qua fidelis, vel catheçumena, aut comatos, aut viros cineratios habeat, quæcumq; hęc fecerint à communione arceantur.*

5 Et quidem neſcio quid portentoſum, imò quid vitioſum præ ſe ferant criniti adoleſcentes; omnes enim qui illos offendimus crinitos, mox illorum vitam flagitioſam, obſcænamq; iudicamus. Et quemadmodũ teſte *Dionyſio Areopag. lib. de eccleſ. Hierar. cap. 6. Tonſura crinium vitam mundiſſimam indicat*; ita eorundem crinium compta prolixitas vitam indicat immundiſſimam, & ſentinam omnibus vitiorum fœcibus refertiſſimam. Quod ſanè vitium *Tullius*, ſuo inimico obiectabat, *in orat. poſt redit. in ſenat. Cur.* inquit, *in bellua tuis huius calamiſtrati ſaltatoris, tam eximia virtus tandiù ceſſavit?* Idem *Orat. pro Sextio. Alter unguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtruporum, ac veteres vexatos atatula ſua*, & iterum in Piſonem: *Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* Vbi poſt enumerata Piſonis flagitia, poſtquam illum helluonem, & ganeonem dixit, ac vinoſum, turpiq; impudicitiæ labe inquinatum illud addit omnium flagitiorum maximum, quod ſcilicet comendis, ornandisq; capillis plus nimio invigilaret. Neq; immeritò *Iuvenalis Satyra* 11. dum malè moratum pingit adoleſcentem, eum partim tonſis, partim dexis, erectisq; capillis inducit in convivia.

Tonſi erectiq; capilli.

Atq; hodie tantum propter convivia pexi.

Vnde *D. Paulus*, ſcripſit, 1. *ad Corinth. cap.* 11. *Vir ſi comam nutriat ignominia eſt.* ubi *Gutterrius Trejo Ordinis S. Dominici*, nonnulla acutè adducit, & *Alvarus Gomes in ſua muſa Paulina*, quam Clementi ſeptimo dicavit, eleganter vertit.

Horreſco aſpiciens homines, ut monſtra comatos.

Et ſimul abraſas in mulière comas.

Et ſanè adeo eſt ignominioſum, & contumelioſum viro capillos comere, ut id magis ſervos deceat, quàm ingenuos, ancillas potius, & mãcipia, quam homines liberos. Hinc *Ovid. 2. Amor. eleg.* 8. Cypaſſim Corinnæ ancillam laudat.

Comendis in mille modis perfecta capillis.

Et *Martialis*, ſolos homines Æthyopes, & ad ſervitutem natos nodatis, & cincinatis crinibus induxit *lib. 2. epigram.* 3.

Crinibus in nodum tortis vevãre Sicambri.

Etq; aliter tortis crimbus Æthyopes.

Pudeat igitur liberos homines illam amplecti cincinnorum conſuetudinem, quæ ſolis ſervis ſtygmatiis, & vilißimis mãcipijs frequens eſt. *Quid igitur* (ait Seneca epiſt. 125.) *capillum ingenti diligentia comis? Quid abiectiſſimæ ſervitutis ſigna amplecteris, qui liber es? Quid dico ſervitutis ſigna?* Nonadmodum difficile probarem hos homines crinitos ab hæreticorum pravitate, & inſania parum abeſſe. Conſtat enim ex quarto *Concil. Toled. Can.* 61. in Hiſpania hæreticos Priſcillianiſtas, ut ab alio catholicorũ cœtu ſeiuncti, & diverſi agnoſcerẽtur, crinitos ſemper incedere, & comatos. Et quanvis ob ſignam, ac ſynceram Hiſpanæ fidem, & catholicæ religionis obſervantiam, hæc hæreſeos ſuſpicio, nec leviſſimè timeatur; erit ſaltem non exiguũ levitatis indicium, & inſaniæ argumentũ. Imò plerunq; fit ut homines benè capilati, ſint malè cerebrati, ut in ſuo aſino auctor eſt Apuleus. Quid plura? mitto lectorem ad *Petr. Naravete in lib.* nuncupato *Conſervacion de Monarquias, diſcurſo* 14. Sed quanvis hæc conſuetudo in Conimbricenſi Academia inter illùc cõfluentem Luſitanorum iuventutem multùm inoleverit; hodie tamen poſtquam illius nobiliſſimæ Academiæ clavum moderandum ſuſcepit vir genere eximius, moribus integerrimus, ſapientia præſtantiſſimus dominus Franciſcus de Bruto Rector, non ſolum Academiæ; ſed totius urbis facies ita eſt immutata; ut iam non de cõmendis, ſed potius de tondendis crinibus iuventus illa cogitaverit. Interim tamen hoc uno dicẽdi finem faciam obteſtans, & orans ab omnibus cincinnatis; ut ſaltem veterum Romanorũ conſuetudinem obſervẽt, apud quos erat arbor, vulgò dicta *Capillaris*, ex cuius frondentibus ramis ingenui adoleſcentes comas ſuas abſciſſas, & detonſas religioſé appendebant. Teſtatur *Feſtus Pompeius*, quem citat *Raderus lib. 9 in Martialem epigram.* 17. capillarem arborem Romæ appellatam in qua tonſum capillum Deo conſecratum ſuſpendebant adoleſcentes. Vos etiam Hiſpani, & Luſitani invenes ad ſalutiferam, & vitalem Crucis arborem tonſos capillos adducite, & in ea veluti in trophæum cincinnatos comarum ſuſpendite calamiſtros.

CAP. Clerici. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Agathenſe, quãdo celebratũ?*
2 *Clericus debet deferre tonſuram.*
3 *Aliquis cogendus eſt ad bonum.*
4 *Clericis, quæ veſtes ſint interdictæ?*
5 *Gloſſa reprobatur.*
6 *Clericus habitũ non deferens, punitur.*

INſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Agathenſi, *cap.* 20. Fuit provinciale celebratum 3. Idus Septembris, circa tempora Cœleſtini Papæ I. Meſſala Conſule, cui interfuerũt epiſcopi triginta quinq;, Agatha autem oppidũ eſt provinciæ Narbonenſis, iuxta quod Araris fluit. Vide *Plin. lib. 3. cap. 4. Ptolomæum lib. 2. cap. 10. Strabonem lib. 4. Pomponium Melam lib. 2. cap. 3.* refertur hoc Concil. Agathenſe, 1. *tom. Concil.* 1

Concil. folio 710. Adde poſita ad *cap. Non oportet* 30. infra, *hac eadem diſt.*

2 **Ad textum.** Notat *Rebuf. in praxi, 1. par. tit. Forma litterarum tonſuræ, nu* 26. ad hoc, quod clericus debet deferre tonſuram in capite aliàs peccat, & vide *Ovand. in 4. diſt. 24. propoſitione* 9. poſt medium. *Boer. deciſ. 69. num.* 15. & ſequentibus, *Sot. in 4. diſt. 24. art. 1 quæſt.* 2.

3 **Ibi, inviti.** Nota quòd aliquis cogēdus eſt ad bonum, licèt invitus, & poteſt aliquando decipi, ut bonum faciat, de quo vide poſita ad *cap. Conſtituit.* 20. *quæſt.* 3.

4 **Ibi, Veſtimenta.** *Peres lib. 1. ordinam. tit. 3. l.* 15. & ſeqq. & quæ veſtes clericis ſint interdictæ, vide *Bernard. in pract. cap. 75. nu.* 5. & ibi, *Salzedo littera A.* vide nonnulla per *Menoch; de arbitar. lib. 2. cēſur. 4 caſu* 392. per totum. *S. Bernard. epiſt.* 42. & 92. *contra clericos alienis à ſuo ſtatu veſtibus utentes.*

5 **In Gloſſa 1. ibi, Ego dico.** Hæc opinio eſt hodie reprobata per *cap. Vnic. de clericis coniugatis, in 6.* de quo videbis *Covarr. practicar. cap. 31. nu. 6.* à principio, & ſeqq. & *cap. 3.*

6 **In Gloſſa ult.** Agit quapœna puniatur clericus habitum clericalem non deferens, de quo vide *Bernard. diſt. cap. 75. num. 3.*

CAP. Si quis. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex ſecūdus, quādo creatus?*
2 *Concilium Romanum quando habitū?*
3 *Clericus non debet comam nutrire.*
4 *Excommunicatio textus an incurratur ipſo iure?*
5 *Pœna quando imponatur ipſo iure?*

1 **IN ſuperſcriptione ibi, Gregorius ſecundus.** Qui fuit patria Romanus, patre Marcello; tantæ eruditionis, & facundiæ fuit, ut facile convinceret unaquemque de fide noſtra opinātem eius tempore, & opera Germani ad fidem noſtram converterentur; creatur Pontifex anno Chriſti 714. ſedit uſq; ad annum 730. fuit temporibus Anaſtaſij, Theodoſij, & Leonis Iſauri; inſtituit ut in Quadrageſimali tempore ieiunium, atque miſſarum celebritas fierēt in Eccleſiis, in quibus non agebantur. Porro Gregorius ipſe defūctus, receptus eſt inter ſanctos 2 anniverſariæque memoriæ cultu in Eccleſia perſeverat. Vide *Platinam in ipſo Gregorio* 2. *Baron. tom. 9. annal. anno Chriſti* 714. & ſeqq.

In eadem ſuperſcriptione, ibi, In Concilio Romano. Quod fuit celebratum anno Chriſti 721. cui interfuerunt Epiſcopi viginti duo. Fuit ſtatutum adverſus eos, qui diaconam, presbyteram, aut monacham (quæ illę dicebantur, quarum viri ad diaconatum, presbyteratum, aut monachatum promoti erant) in coniugium ducebant. Vide *Baron. diſt. tom. 9. anno Chriſti* 721. *num.* 1. & ſeqq. & *num.* 4. Refert verba noſtri textus. 2

In textu. Statuit Pontifex nō poſſe clericum comam nutrire, textus ſimilis in *cap. 4. de vita, & honeſtate clericorum*, & eſt ratio quia clerici debent coronā geſtare, de quo videbis poſita ad *cap. Prohibere, num.* 2. & ad *cap. clerici, nu.* 2. ſupra *hac eadem diſt.* Adde *Floſculum clericorum, part. 1. §. 4. num.* 132. & 133. poterit tamen clericus ex cauſa tonſuram dimittere, & habitum transformare, argumento *cap. Penult. de vita. & honeſtate clericorum. Navarr. conſ.* 70. *de regularibus, num.* 5. *edit.* 2. 3

Ibi, Sit anathema. Non eſt tamen ipſo iure excōmunicatus, ſed ſi admonitus ceſſare noluerit, tunc venit excōmunicandus, ut Gloſſa in præſenti interpretatur, quam omnes communiter ſequuntur, ut per *Sot. in 4. diſt. 24. q. 2. art. 1. col.* 5. latè *Suar. de cenſuris, diſp.* 18. *ſect.* 3. *nu.* 19. qui textum noſtrum citat. 4

In Gloſſa, verbo, Sit anathema, ibi, Fiat. Notat *Tiraquel. in l. Si unquā, verbo, Revertatur, num.* 56. & 149. & 172. ubi latè agit quando pœna imponitur, vel non imponitur ipſo iure. 5

CAP. Sanctimonialis. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Monialis quæ conſecratur debet eſſe virgo.*
2 *Non conſecratur niſi à ſuo Epiſcopo.*
3 *Monachus electus in Epiſcopum nō mutat habitum.*
4 *Monialis in infirmitate utitur habitu religionis.*

IN principio, ibi, Virgo. Nota quòd monialis quæ conſecratur debet eſſe virgo, poſſe tamen 1

conſecrari illam, quæ pollutione voluntaria fuit corrupta, dicuntur enim vulgò virgines, ut tenet *Sà in Aphoriſmis confeſſorum*, verbo, *Conſecratio*, *nu. 6.* ubi etiam putat poſſe conſecrari fœminas corruptas ſtupro occulto, nam etiam tales virgines reputantur, nec peccatum ſuum tenentur prodere. Contrarium videtur tenere *Sylveſt.* verbo, *Conſecratio 3. nu. 2.* quod verius eſt etiamſi ſcandalum immineat ex *D. Thom. in 4. diſt. 38. q. 1. art 5. ad quintum*, tradit *Navar. conſ 2. nu. 5. de ſtatu monach.* & *conſ. ult. nu. 1. de regularib. edit. 2. Mirand. de ſacris monialib. q. 7. art. 8.* Adde poſita ad *cap. Acutiùs*, infra, 26. *diſt. Vivald. in Candelabr. 3. p. cap. 5. à nu. 33.* Lege, quæ erudite *Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 5 cap. 5. nu. 22.* ubi etiam an corruptæ fieri poſſint Abbatiſſæ?

2 Ibi, Suo epiſcopo. Ergo monialis non conſecratur niſi à ſuo epiſcopo, *Sylveſt.* ubi ſupra, *nu. 3.* in fin. *Sà* ubi ſupra, *nu. 5.* ſed verùm continentiæ poteſt etiam dare presbyter iuxta eoſdem.

3 Ibi, Semper uſura eſt. Argumento quod monachus electus in epiſcopum nunquam debet habitum mutare, *textus in cap. penult.* verſ. *Pontifices, de vita, & honeſt. clericor.* ubi *Gloſſa*, verbo, *monachi*, *Sanch. tom. 2. in Decal. lib. 6. cap. 6. nu 22.* ubi etiam de obligationibus epiſcopi religioſi, quia etiam tenetur ad tria vota, ut per *Sà in Aphoriſmis*, verbo, *Epiſcopus*, *nu. 10.* non tamen tenetur ad religionis ſtatuta, etiamſi epiſcopatum relinquat, ex eodem *ll. nu. 10.*

4 In Gloſſa, verbo, Semper. Dicit *Gloſſ.* quòd in lecto, & infirmitate debent moniales uti habitu religionis; ſed advertit hîc *Turrecrem.* hoc non ſervari in omnibus religionibus. Vide quæ prudenter *Sanch. tom. 2. Decal. lib 6. cap. 6. nu. 49.* ubi noſtrus textus meminit. Item quæ *Sayr. in Theſaur. lib. 3 cap. 33. nu. 12.* ubi de habitus depoſitione ex iuſta cauſa, qualis eſt infirmitas, metus latronũ, &c. De hac materia agit etiam *Gloſſa, cap. Si quis ex clericis*, verbo, *relaxaverit*, *cap Clerici*, verbo, *cauſa, de vita, & honeſt. cleric. Palud 4. diſt. 17. q 3. nu. 3. Angelus*, verbo, *excõmunicatio 7. caſu 27. Sylveſt. excõmunicatio 6. nu. 54. Tabien. excõmunicatio 5 caſu 23 §. 1. Navar. in Man. cap. 27. nu. 131. Cajet.* verbo, *excõmunicatio*, *cap. 61.*

CAP. Sacratas. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Soter Papa quis fuerit?*
2 *Mulieres non poſſũt vaſa ſacra tangere.*
3 *Nec incenſum ponere ſuper altaria.*
4 *An poſſint pallas tangere?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Soter Papa. Qui fuit natus Fundis, civitate terræ laboris, patre Concordio; creatur Pontifex anno Chriſti 175. Marco Aurelio imperante; inſtituit, ne legitima haberetur uxor, niſi cui ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet, & quam parentes more chriſtiano marito collocaſſent; hoc autem conſtituit multa pericula reijciens, quæ in novas nuptias cadere ſolent. Coronam martyrij ſubijt anno Chriſti 179 imperante Marco Aurelio, aut (ut alijs placet) Cõmodo. Vide *Panvin. in Chronologia eccleſiaſtica, anno Chriſti 163. Platinam in ipſo Sotere. Baron. tom. 2. annal. anno Chriſti 175.* uſq; ad 179. qui circa tempus ſui pontificatus diſcrepant. 1

In textu. Collige ex textu, non poſſe mulieres etiam moniales veſtimenta altaris, & vaſa ſacrata tangere, de quo ſunt videndi *Trocius de vero clerico, lib. 2. cap. 3. num 2.* & notat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 11. l. 1. Gloſſa 10.* latiſſimè *Henriq lib. 9. ſumm. de vero ſacrificio Miſſ. cap. 28. §. 3.* & ibi *Gloſſa, litter. S.* textum citat; faciunt quæ tradit *Bellarmin. lib. 4. de Euchariſtia. cap. 16.* in fine. Ratio verò propter quam conſtituitur in præſenti, ne ulla diaconiſſa pallam ſacram contingat, nec incenſum ponat in eccleſia ea eſt, quia ex Montani hæretici ſecta poterant fœminæ in ſacris miniſterijs ſe immiſcere, ut tradit *Baron. d. tom. 2. anno Chriſti 179. nu. 51.* qui textus meminit. 2

In textu, ibi, Incenſum circa altaria. De materia vide *Iacobum de Graſſijs in deciſionib. aureis, lib. 2. p. 1. cap. 42. nu. 2.* & ſequentibus. 3

Ibi, Pallas. Vide *Suar. de Sacramentis, diſp. 81. ſect. 8. art. 3.* verſ. *Quarto addendum eſt.* Adde poſita ad *cap. Miniſtrũ*, *infra*, *hac eadem diſtinct.* 4

CAP. Non oportet. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conciliũ Laodicenſe, quando celebratũ?*
2 *Non licet ſubdiaconũ ſatrariũ ingredi.*
3 *Verbum*, oportet, *aliquando dicit neceſſitatem.*

IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Laodicenſi. Fuit celebratum ſub Damaſo Papa, anno Chriſti 370. imperante Valentiniano, in civitate Laodicea, quæ eſt urbs Syriæ. 1

Tratra-

Tetrapoli Lyco flumini impoſita, de qua *Ptolem. lib. 5. cap. 15. Plin. lib. 5. cap. 23. & 29.* Vide *Padilha in Epitome Concil. fol. 11.*

2 **Ad textum.** Probat textus non licere ſubdiaconis ſacrariũ ingredi, quod notat *Suarius 1. tom. de Sacramentis, diſp. 80. ſect. 8. art. 3.* verſ. *Dices ſecundo,* & verſ. *Tertium exemplum ſit,* in principio, & fine, qui multa ex Patribus, & Concilijs circa textum congerit, quem omninò vide.

3 **Ibi, Non oportet.** Ergo quandoq; verbum, *oportet,* importat neceſſitatem, ut eſt *Gloſſa,* verbo, *debeant, in Clement. attendentes, de ſtatu monach.* latiſſimè *Tiraq. retract. lignag. §. 1. Gloſſa 15. nu. 1.* ad med. & vide poſita ad *cap. Vnum orarium, nu. 1.* infra, *diſtinct. 25.*

CAP. Miniſtrum. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Non ſemper fuit idem mos in Eccleſia circa res ſacras.*
2 *Ornamenta altaris, etſi benedicta, poſſũt tangi ab omnibus.*
3 *Laici non poſſunt tangere calicem.*
4 *Vaſa ſacra quando continent corpus, aut ſanguinem, non tanguntur, niſi à ſacerdote.*
5 *Idem dicendum eſt de corporalibus.*
6 *Poſt ablutionem tanguntur à laicis, & fœminis.*

1 EX hoc textu,& ex *cap. Non oportet, 26. 28. 30.* & ex alijs huius diſtinctionis decretis conſtat, non ſemper fuiſſe eandem conſuetudinem, & ius circa reverentiam rerum ſacrarum,neq; hoc tempore videntur eſſe in uſu omnia,quæ in his canonibus præſcribuntur; ut ergo explicetur, quod ſervãdum ſit, oportet breviter per ſingula diſcurrere.

2 Sit prima concluſio. Ornamenta omnia altaris etiam ſi benedicta ſint, (et idem eſt de omnibus veſtibus ſacris) quæ non attingunt immediate corpus Chriſti, nec ſunt chriſmate conſecrata, poſſunt ſine ſcrupulo tangi à laicis, & fœminis, quia ita habet conſuetudo; & quia jura in præſenti diſtinctione loquuntur præcipuè de vaſis ſacris; quanuis de fœminis contrarium doceat *Sylveſter,* verbo, *Miſſa 1. q. 2. §. 2.*

3 Secunda concluſio. Laici qui tangunt calicem conſecratum immediatè, & nuda mãnu, ſeu aram conſecratam non excuſantur à peccato. Licèt *Sotus. diſt. 13. q. 2. art. 3.* verſ. *Sed crimen hoc,* dicat ſecluſo contemptu,fortè excuſari à peccato mortali, quia non apparet materia gravis,tamen à peccato veniali(ſi ablq; neceſſitate fiat) excuſari non poteſt.

Tertia concluſio. Quando vaſa ſacra continent corpus, aut ſanguinẽ Domini, non poſſunt licitè contingi, niſi à ſacerdote, vel ad ſũmum à diacono; & oppoſitum temere, vel ſine cauſa facere, vix poteſt à peccato mortali excuſari. Ità notat *Palud. diſt. 13. q. 1. art. 4. concluſione 2.* At verò quando calix eſt vacuus, poteſt à ſubdiaconis non ſolum tangi, ſed etiam portari miniſtrando, quia hæc vaſa tangit,quãdo ordinatur. 4

Quarta concluſio. Idem dicendum eſt de corporalibus, quæ in hoc calici æquiparantur, idemq; intelligendum eſt de purificatorio, ſeu ſanguineo, licèt enim benedictum non ſit,propinquè tamen attingit ſanguinem Domini, & interdum fortaſſe aliquæ reliquiæ corporis, aut ſanguinis illi adiunguntur. 5

Quinta concluſio. Poſt primam ablutionem (quæ fit à ſacerdote, aut diacono) licèt laicis, & fœminis, ſi conſuetudo ita ſe habeat, aut Epiſcopi licentia interveniat, lavare corporalia,& purificatoria ſeu ſanguineos,propter maiorem mũditiem,quia ceſſat tota cauſa prohibitionis. Colliguntur hæc omnia ex *Sylveſtro,* & *Soto,* ſupra citatis locis, *Henriq. lib. 9. ſumma, cap. 28. Suar. 1. tom. de Sacramentis, diſp. 81. ſect. 8.* verſ. *Tertium exemplum,* & ſeqq. & circa illam concluſionem ultimam, adde poſita ad *cap. Nemo de conſecratione, diſt. 1.* 6

CAP. Non oportet. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe 4. quãdo celebratum?*
2 *Non licet exiſtẽti in minori ordine miniſtrare in altiori.*
3 *Orarium quid ſit?*

1 IN ſuperſcriptione ibi,In Concilio Carthag. 4. Fuit celebratum anno Chriſto 390. Pontifice Syricio, & Imperante Theodoſio, ut tradit *Padilha in Epitome Conciliorum, fol. 14.* Carthago,ubi plurima Cõcilia ſunt celebrata, urbs eſt

ſit Africæ notiſſima, Romanæ urbis quondam æmula, à Didone fertur condita, Iunonia dicta; quòd à Iunone diligeretur. Vide *Plinium lib. 5. cap. 4, Pitholæum, lib. 4. cap. 3.* vide etiam poſita ad *cap. Epiſcopus*, ſupra, *hac eadem diſt.*

2 **Ad textum.** Nota quod non eſt licitũ exiſtenti in minori ordine, adminiſtrare legendo, vel cantando cum ornamentis ſuperiorum ordinum; & an contra tales, ſint aliquæ pœnæ ſtatutæ? Collige per illa, quæ tradunt *Maiolus de irregularitate, lib. 4. cap. 13. Navarr. in cap. 27. nu. 242. verſ. Septimo. Suarius de cenſuris diſp. 42. ſect. 4. per totam.*

3 **Ibi, Orarijs.** Orarium eſt velum quo facies operitur; ſumitur etiam pro ipſa facie; dicitur etiam ſtola ſacerdotalis; & in hoc ſenſu accipitur in præſenti, ſed quæres undenam dictum ſit orarium? *Alcuin. lib. 1. de divin. offic. cap. Quod ſignificent veſtimenta, Raban. lib. 1. de inſtit. clericorum, cap. 19. Beda in Collect. cap. 7. Amalarius lib. 2. de eccleſiaſt. offic. cap. 29.* authores ſunt, orarium dictum ab orando, ideſt, prædicando. Hinc orarij uſus ſolùm conceditur ijs, quibus prædicandi Evangelium munus committitur, ut ſacerdotibus, & diaconis.

CAP. Mulier. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres non debent docere.*
2 *Ob ſanctitatem non receditur à juris regulis.*
3 *Laicus an poſſit prædicare?*

1 **IN textu.** Collige ex textu quòd mulieri non permittitur in conventu viros docere, notat *Tiraq. l. 10. connub. Gloſſa 1. nu. 32.* in fine, qui noſtrum textum vocat notabilem. Nam taciturnitas, & ſilentium in mulieribus commendatur, loquacitas verò vituperatur, juxta illud *Eccleſ. cap. 26. num. 18. Mulier ſenſata, & tacita;* cui ſubſcribit *Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 14. nu. 28. Mulieres in eccleſijs taceant, & 1. ad Timoth. cap. 2 nu. 12. Mulier in ſilentio diſcat, docere autem mulieri non permitto;* proſequitur latè idem, *Tiraq. l. 12. connubialium, Gloſſa 1. nu. 5.* qui ex Græcis, & latinis multa congeſſit.

2 **Ibi, Sancta.** Ergo ob ſanctitatem non eſt recedendũ à juris regulis, de quo vide *Tiraq. de pœnis cap. 51. nu. 7. & 10.* qui textum dicit optimum, in hanc rem à nemine adnotatum.

Ibi, Niſi rogantibus ipſis. Ergo laicus 3
ex commiſſione parochi poteſt prædicare, ſecundum Gloſſam in *cap. Adijcimus, 16. q. 1.* ſequuntur *Decius in cap. 2. nu 19. de judicijs, Navarr. conſ. 7. de offic. deleg. in 2. editione,* ubi *nu. 3.* textum refert. Contrarium tamen colligitur ex *Cajet. 2. 2. q. 187. art. 2. & in 3. p. q. 64. art. 6.* quatenus ait prædicantem in peccato mortali peccare mortaliter, quia lege eccleſiaſtica actus prædicãdi eſt annexus ordini diaconatus. Adde poſita ad *cap. Perlectis, nu. 8.* infra, *diſt. 25.* Cæterum verius eſt prædicantem in mortali, non peccare mortaliter, ut docet *Vaſquez de Sacrament. diſput. 136. cap. 5. nu. 39. Valent. in 3. part. q. 64. diſp. 3. q. 5. punct. 3. Ægid. de Sacram. in genere, q. 64. art. 6. dub. 1. nu. 39. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 6. nu. 4. Suar. de Sacram. diſp. 72. ſect. 4.* quos vide.

CAP. Non oportet. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Agathenſe quando celebratum?*
2 *Miniſtri non poſſunt tangere vaſa ſacra.*
3 *Verba textus reponuntur.*

1 **IN ſuperſcriptione, ibi, In Concilio Agathenſi.** Refertur 1. *tom. Concil. fol. 710. cap. 66.* Fuit celebratum circa tempus Cœleſtini Papæ I. ut ibi refertur, licet *Padilla in Epitome Conciliorum, fol. 20.* referat celebratum eſſe ſub Sixto 3. anno Chriſti 436. Adde poſita ad *cap. Clerici 22.* ſupra *hac eadem diſt.*

2 **Ad textum.** Nota ex textu non oportere miniſtris non ſacris, tangere vaſa ſacra, quod etiam prohibitum erat ſubdiaconis, juxta textum in *cap. Non oportet 26.* ſupra *diſt. eadem;* & vide latiſſimè *Suar. tom. 1. de Sacram. diſp. 81. ſect. 8. art. 3.* verſ. *Tertium exemplum,* & verſ. *Alia autem forma,* & poſita ad *cap. Miniſtrum,* ſupra, *hac eadem diſtinct.*

3 **Ibi, Sacrarium.** Secretarium habet integra originalis in *dict. cap. 66.* Sed quamcunque harum lectionum amplectamur, illud inter veteres authores pro comperto habetur. *Sacrarium* aliquando ſumi pro abſcondito, & ſecreto loco. Hinc *Tullius orat. 2. in Catilin. Cum,* inquit, *Aquilam illam argenteam, cui ille ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam.* Et *Statius 3. Thebaid.*

Arcem

Arcem hanc æternam, mentiſq; ſacraria noſtra
Teſtor.

Aliquando *ſacrarium* ſumitur pro loco ſacro ſive ſacello, in quo ſacra reponuntur. *Vlpianus. l. Sacra de rerum diviſione.* Et *Propert. lib. 3. eleg. 24.* Deam alloquens quæ *Mens bona* vocabatur.

Mens bona (ſiqua Dea es) tua me in ſacraria dono.

CAP. Non liceat. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Bracharenſe quando celebratum?*
2 *Subdiaconi an poſſint tãgere vaſa ſacra?*
3 *Fœmina non poteſt accedere ad altare.*
4 *Vaſa in quibus reliquiæ continentur, an dicantur ſacra?*

1 IN ſuperſcriptione ibi, In Concilio Bracharenſi. Vide poſita ad *cap. Vlt.* ſupra, *diſt. 12.*

2 In textu. Collige licere ſubdiaconis tãgere vaſa ſacra, quod eſt contra *cap. Non oportet*, 26. ſupra, *eadem diſt.* de quo vide poſita ad *cap. Miniſtrum* 27. ſupra, *eadem diſt.* optimé, *Suarius* 1. *tom. de Sacramentis, diſp.* 81. *ſect.* 8. *art.* 3. verſ. *Alia autem forma*, & verſ. *Tertium exemplum ſit*, in principio, & fine.

3 Ibi, Altaris. Notat *Gregor. Lopez part* 1. *tit.* 11. *l.* 1. *Gloſſa* 10. ad hoc quod non poſſit ulla fœmina accedere ad altare, nec miniſtrare ſacerdoti, dum miſſam celebrat. *D.D. ad cap.* 1, *de cohabitat. cleric. Sylveſt.* verbo, *miſſa. Sot. in* 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *nu.* 5. *Suar. de Sacram. diſp.* 87. *ſect.* 1. *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 19. *Henriq. lib.* 9. *de miſſa, cap.* 30. *nu.* 1. *Reginaldus lib.* 29. *nu.* 164. *Ægidius Bellanus q.* 83. *art.* 4. *nu.* 264. ubi addit, urgente magna neceſſitate, potius cõmittendum eſſe ut ſolus ſacerdos ſine miniſtro celebret, & ipſe ſibi reſpondeat, quam ut faciat miniſtrante fœmina. Præter citatos videatur *Stephanus Fagundes in primo Eccleſiæ præcept. lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 2. & 3. ubi refert ex *Sylveſtro*, & *Tabienna*, aliquando Summum Pontificem concedere privilegium, ut moniales in caſu neceſſitatis per feneſtellam altari propinquam ſacerdoti adminiſtrent.

4 In Gloſſa verbo, Portare. Dicit Gloſſa vocari vaſa ſacra, ea, in quibus reliquiæ cõtinentur, & deferuntur in ſupplicationibus publicis, quas proceſſiones vocant. At *Paludanus in* 4. *diſt.* 13. *q.* 1. *nu.* 15. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 14 *cap.* 12. §. 4. *Sylveſter*, verbo, *Euchariſtia* 3. *q.* 4. dicũt laicis non licere ea reliquiarum vaſa tangere, ſed ſolis Acolythis. At melius *Turrecrem*, & poſt eum *Graſſius* 2. *p. deciſion. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 8. dicunt nomine vaſorum ſacrorum intelligi calicem, & patenam, quia hæc ſola dicuntur ſacra altaris vaſa; Item dicũt eſſo eſſet ea prohibitio, iam uſu receptũ eſſe, quòd acolythi ſacra reliquiarũ vaſa portent, imò credo nullam eſſe culpam, ſi laici reverenter ea portent, aut contingant, cum nullam reperiam prohibitionem, ſicut cruces, & imagines tangunt, eaſq; portant tradit *Sanches in ſumma lib.* 2. *cap.* 43. *nu.* 26.

CAP. Non liceat. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconi an poſſint eligi in Epiſcopos?*
2 *Clerici an poſſint comam nutrire?*
3 *Tonſura clericalis antiquitas.*
4 *Clericis debent aures patere.*

IN principio textus. Collige quod licet olim nõ poſſent ſubdiaconi tangere vaſa ſacra, nec eligi in Epiſcopos, ex notatis ad *cap. Nullus, diſt.* 24. tamen poſtea ex noſtro textu conceſſũ eſt illis, tangere vaſa ſacra; de quo vide *Suarium* 3. *tom. de Sacram. d. diſp.* 81. *ſect.* 8. *art.* 3. verſ. *Tertium exemplum*, in principio, & ad fin. & adde quód Romanus Pontifex creatur etiam ille, qui eſt tantum ſubdiaconus, ut contigit in Deodedit, anno Domini 614 traditq; *Baron. tom.* 8. *annal. d. anno* 614. *nu.* 1. ad fin. 1

Ibi, Clerici comam non nutriant. Vide *Floſculum clericorum, p.* 1. §. 4. *nu.* 132. & 133. *Pierium Valerianum in defenſione pro barbis*, qui multa eleganter adducit, & vide notata ad *cap. Siquis*, ſupra, *hac eadem diſt. Menoch. de arbitrar. caſu* 392. *nu.* 24. & 28. Sic etiam *Auguſtinus lib. de opere monachor. cap.* 31. & 32. acriter reprehendit monachos, qui comam alebant. 2

Ibi, Attonſo capite. Agit textus de tonſura clericali, de qua hæretici noſtri temporis perperam ſenſerunt, affirmantes rem eſſe ſuperſtitioſam; minime conſentaneam ſcripturæ, & uſui Eccleſiæ antiquioris: ſed manifeſte decipiuntur. Nam *Dionyſius, de eccleſiaſtica Hierarchia, p.* 2. *cap.* 6. alibi 10. tonſuræ mentionem facit. De tonſura loquũtur etiam *Epiphanius adverſus hæreſes, hæreſi* 80.

poſt

poſt med. *Baſilius in Regula monachorum ſuorum Roma excuſſa*, & *Paulinus epiſt.* 7. quæ eſt ad *Sereū*. Multa congerit *Vaſq. de ordine, diſp.* 250. *cap.* 4. de ratione ob quam tonſura fuit introducta. Vide poſita ad *cap.* 1. infra, *diſt.* 69. nonnulla diximus, eaq; non prætermittenda in hiſtoria noſtra *Epiſcoporū Portucalenſium*, p. 1. *cap.* 7. ubi me vide.

4 Ibi, Patentibus auribus. Notat *Gregor. Lopez.* p. 1. *tit.* 5. *l.* 39. *Gloſſa* 7. ad hoc quod clerici debent portare capillos ita attonſos, ut aures pateant. Illud etiam veluti è veſtigio adnotandū eſt, ſacerdotales aures nullis crinibus eſſe obtegendas, ut ſic liberiores, & patentiores ſint ad aliorum crimina per confeſſionem audienda; quod ingenioſè adnotarunt aliqui expoſitores ſacræ paginæ in illud *Levit.* 8. *nu.* 23. ubi Moyſes ſumens de ſanguine arietis immolati, *tetigit extremum auricula dextra Aaron*, qui ſacerdos initiabatur. Vt ſcirent ſacerdotes ſe auribus pronos, & expeditos futuros.

CAP. Sponſus. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa traducta ad domum viri, ipſe dotem lucratur.*
2 *Peccatum an ſit conſummare matrimonium ante benedictionem?*
3 *Paranymphæ quæ dicantur?*

1 AD textum. Notat *Boerius deciſ.* 22. *nu.* 33. ad hoc quòd licèt ſpōſus prima nocte ob benedictionis reverentiam in virginitate permaneat; ſufficit tamen quod ſponſa fuerit ad domum viri traducta, ut ipſe dotem, vel partem dotis ex ſtatuto promiſſam maritis, lucretur, allegat *Decium conſ.* 260. quod eſt amplum.

2 Ibi, Benedictionem acceperint. An ſit peccatum lethale conſumare matrimonium ante benedictionem? Vide *Hemiq. lib.* 11. *de matrimonio, cap.* 5. *nu.* 7. *Petrum Ledeſma de matrimonio, q.* 45. *puncto* 3. *Vivald. in Candelabro, p.* 1. *de matrimonio, nu.* 254. *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 7. §. 2. *n.* 2. *Sanches lib.* 3. *de matrimonio, tom.* 1. *diſp.* 12. ubi *nu.* 1. hunc textum refert, & de antiquitate benedictionum, vide eundem *lib.* 7. *diſp.* 82. *nu.* 1. De his benedictionibus agunt *Innocent.* 1. *epiſtola* 2. *cap.* 6. *Syricius Papa epiſtola* 1. *cap.* 4. *D. Ambroſius epiſtola* 70. *ad Vigilium. Tertullianus lib.* 2. *ad uxorem.*

In Gloſſa, verbo, Paranymphis. 3 Quæ dicantur paranymphæ, vide *Bertach. in ſuo Reportorio, tom.* 3. verbo, *Paranympha*, qui noſtrū textum, & Gloſſam allegat, & teſtatur doctrinam Gloſſæ ſervari in patria ſua. Adde *Agellium lib.* 2. *noct. Atticarum, cap.* 5. & 6. ubi *Tiraq. littera E.* Vt verò altius indagemus, quinam apud veteres Romanos paranymphi, & quænam eſſēt paranymphæ? Sciendum eſt ex *Nicolao Perotto epigram.* 27. *de Naumachia*, Nymphaṁ apud antiquos ſignificarè ſponſam, Nymphū verò ſponſum; à quo dicitur paranymphus, qui prò parte viri præeſt nuptijs; paranympha, quæ pro parte fœminæ. Et de his paranymphis loquitur *Catullus in epithalam.* dicens.

Vos multis ſenibus bonæ
Cognita bonæ fœminæ
Collocate puellulam.

DISTINCTIO. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Celeritas reprobatur de jure.*

IN ſumma diſtinctionis, ibi, Nemini citò. 1 Nota quod celeritas in approbatione perſonarum, eſt de jure reprobata; de quo vide *Gloſſam in cap. Fin. de electione, lib.* 6. verbo, *Celeritate*: induit namq; ſuſpicionem fraudis. *Iacobatium de Concilio, lib.* 7. *art.* 5. *nu.* 244. *Redoanus de alienatione rerum eccleſiaſt. q.* 22. *nu.* 69. Neque abs re dixit *Thucydides*, apud *Plutarch. in moral. Duo præcipuè ſunt contraria, ad bene conſulendum, & judicandum, celeritas, & ira.*

CAP. Nullus. I.

SVMMARIVM.

1 *Sylveſter Papa primus quis fuerit?*
2 *Acolythi an poſſint tangere vaſa?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Sylveſtri Papæ. 1 Qui fuit nomine primus, natione Romanus, patre Ruffino, floruit Conſtantini tempore, anno 308. ſeu ut alijs placet 315. ſub hoc Pontifice Chriſtiani à tyran-

à tyrannis antea oppreſſi, non nihil reſpirare cœperunt; de eius vita, & conſtitutionibus, latè longeq; differunt *Platina*, in eiuſdem vita, *Chacon de vitis, & geſtis Pontificum, fol.* 81. *Baron. 3. tom. annal. anno Chriſti* 314. & ſequentibus, ubi authores de baptiſmo Conſtantini, & eius donatione videri poſſunt, qui etiam agunt de hoc Concilio Romano.

2 **Ad textum.** Collige ex textu non licere acolythis, nec ſubdiaconis tangere vaſa ſacra, & ea ratione non dicebatur ordo ſacer, nec ex ordine ſubdiaconorum poterat eligi Epiſcopus, ſed tantum ex ordine diaconorum; de quo vide *Bellarmin. de Sacramento ordinis, lib.* 1. *cap.* 7. verſ. *Olim tamen*; qui textum refert, & vide poſita ad *cap. Non licet* 32. ſupra, *diſt.* 23. Adde *Suarium in tom. de Sacramentis, diſput.* 81. *ſect.* 8. *art.* 3. verſ. *Tertium exemplum*, ad finem.

CAP. Nullus. II.

SVMMARIVM.

1 *Ante examinationem clericus non ordinatur.*
2 *Quid ſi pro ſe habeat bonam famam?*
3 *Notoriè litteratus an debeat examinari?*

1 **AD textum.** Collige quod ante approbationem, & examinationem nullus clericus debet ordinari, ut conſtet an habeat ſcientiam ad eccleſiaſticos ordines neceſſariam? Iuxta tradita per *Bernard. in praxi, cap.* 18. *Sot. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art* 4. verſ. *Tertia concluſio. Rebuf. in praxi, tit. de cleric. ad ſacros ordines male prom. Gloſſa* 4. *ex nu.* 10. *Ojeda de compat. benef. p.* 1. *cap.* 24. *nu.* 31. refert alios *Cened. collect.* 15. *ad Decretum, nu.* 1. & 2. Adde poſita ad *cap. Sine examinatione*, 81. *diſt. Martinum Ledeſma* 2. *p. q.* 38. *art.* 4. *fol.* 416.

2 **In Gloſſa, verbo, Teſtimonium, ibi, Famam pro ſe.** Igitur clericus ordinandus habens pro ſe bonam famam, non debet amplius examinari, de quo vide *Dueñas regula* 299. in verſ. *Fallit, nu.* 11.

3 **In eadem Gloſſa, ibi, Noti non ſunt examinandi.** Tenet Gloſſa, quòd notoriè litteratus nō debet amplius examinari, qui reputatur idoneus ad ordinum receptionem, & ad collationem beneficij; ſequuntur *Felin.* plura cumulans in *cap. ult. nu.* 28. *de præſump. Decius in cap. Conſtitutis* 46. *nu.* 3. *notab.* 4. *de appellat.* poſt alios *Ceballos contra communes, p.* 1. *q.* 302. *nu.* 14. *Gonçalles in regul. cancell. Gloſſa* 4. *nu.* 86. *Henriq. in ſumma, lib.* 10. *cap.* 18. ubi *littera A.* noſtrum textum refert. Adde poſita ad *cap. De Petro*, 47. *diſt.*

CAP. Presbyteri. III.

SVMMARIVM.

1 *Gelaſius Papa quis fuerit?*
2 *Ad miniſterium Eccleſiæ clerici eiuſdem promoventur.*
3 *Diœceſis exprimitur ſub vocabulo ſancti, & non loci.*
4 *Iudex debet exprimere cauſam, quare fecit actum.*
5 *Capitulum Sede vacante, an det licentiam ſubditis tranſeundi ad alienam diœceſim?*

1 **IN ſuperſcriptione, ibi, Gelaſius Papa.** Vide poſita ad *cap. Certum.* 10. *diſt.* Sed forſan hic Gelaſius non fuit ille nomine primus, quia inter epiſtolas eius, quas refert *Baron. tom.* 6. *annal. anno Chriſti* 492. & ſeqq. non cōnumeratur hæc epiſtola ad Cœleſtinum Epiſcopum; ſed fuit Gelaſius nomine ſecundus, creatus Pontifex anno Domini 1118. natione Campanus à Cajeta portu Mediterranei maris, Ioannes ante pontificatum dictus; de quo vide *Platinam*, in eius vita, *Chacon, anno Chriſti* 1118. *fol.* 377. eius tempore ordo templariorū militum initium habuit.

2 **Ad textum.** Collige ex textu, quòd ad miniſterium alicuius Eccleſiæ clerici eiuſdem debent promoveri, de quo vide per *Gom. in regula de Idiomate, q.* 1. per totam. *Mandoſium in eadem regula*, in princip. An etiam hoc procedat in epiſcopatibus? Vide per eundem *q.* 8. & an procedat in beneficijs ſimplicibus? Vide *q.* 9.

3 **Ibi, Martyris Eleutherij.** Ergo quādo nominatur Eccleſia diœceſis debet exprimi ſub vocabulo, *ſancti*, & non ſimpliciter ſub vocabulo, *loci*, niſi Eccleſia fuerit matrix; de quo vide *Gloſſam, in cap. Quamvis de prabend. lib.* 6. verbo, *non extendit.* Duo quippe fuerūt Eleutherij Epiſcopi, & martyres, unus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, de quo agit *Niceph. Calliſt. lib.* 8. *cap.* 6. & alter Epiſcopus Illyrius, de quo agit *Niceph. hiſt. lib.* 3. *cap.* 29. & de utroq; vide *Baron. in Martyrologio, die* 20. *Februarij*, & *die* 18. *Aprilis.*

5 Ibi, Viſitatoris nomine. Nota argumentum, quod iudex debet exprimere cauſam, quare faciat actum, quando de actu poſſit inſurgere aliud ultra ſuum intentum, ut eſt *Glo. ult. in cap. Si confirmationem, de elect. lib. 6.*

4 In Gloſſa, verbo, Civitatis, ibi, Non potuit alienari. Tenet Gloſſa nō poſſe Capitulum Sede vacante, dare ſubditis licentiam tranſeundi ad alienam diœceſim. Tu reproba ſententiam Gloſſæ, & proſequere latiſſimè cum *Panvin. in tract. de officio, & poteſtate Sedis vacantis, in p. 1. princip. q. 8. nu. 1. & 2.*

CAP. Epiſcopi. IV.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Laodicenſe quando celebratum?*
2 *Epiſcopi quomodo approbentur?*
3 *An comprehendantur ſub eccleſiaſtica dignitate?*
4 *Qui bonus reputatur, bonus eſt cēſendus.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Concilio Laodicenſi. Vide poſita ad *cap. Non oportet 26.* ſupra *diſtinct. 23.*

2 Ad textum. Agit textus de Epiſcoporum examine, & approbatione. De quo vide, quæ late ſcripſimus ad *cap. Quis Epiſcopus*, ſupra, *diſt. 23. nu. 1.* Adde eloganter *Henriq. in ſumm. lib. 10. cap. 23.* qui late agit de qualitatibus Epiſcopi, & de eius ſcientia, & prudentia. *Reginald. lib. 20. nu. 69.* ubi p integram ſectionem, Epiſcopi obligationes docte expendit; & doctius *lib. 30. tractatu 1. nu. 44.* & ſequentibus.

3 Ibi, Eccleſiaſticam dignitatem. Ergo ſub appellatione eccleſiaſticæ dignitatis comprehenditur epiſcopalis dignitas, quod an ſit verum in materia odioſa, vide *Gloſſ. 2. in cap. 2. de prebend. lib. 6.* late *Mandoſium in regula de Idiomate, q. 8. nu. 7.*

4 Ibi, Plurimo tempore. Notat *Tiraq. de panis temp. cauſa 51. nu. 19;* ad hoc, quod qui bonus reputatur, bonus eſt cenſendus, ſi eius integritas non in uno actu, ſed in pluribus ſit perſpecta, nec in parvo quidem tempore, ſed diutius, ut omnis quidem ſimulatio, ſi qua eſſet, procul, faceſſat.

CAP. Quando. V.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Nannatenſe quando celebratum?*
2 *Clerici ordinādi quomodo debeant examinari?*
3 *Etiamſi ſint religioſi.*
4 *Appellatione ſacrorum ordinum, an cōprehendantur etiam minores?*
5 *Ordinationes generales debent fieri in civitatibus.*
6 *Deſcendentes Sarracenorum an debeant promoveri?*
7 *Patria ordinandorum eſt inveſtiganda.*
8 *In beneficijs præfertur ſenex juniori.*
9 *Concilium Trident. textum innovavit.*
10 *Pro examine non poteſt aliquid accipi.*
11 *Propter patriam præſumitur quis bonus, vel malus.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cōcilio Nannatenſi. Refertur *tom. 3. Conciliorum*, fol. mihi 569. ubi dicitur incertum eſſe, quonam tempore hoc Concilium actum ſit? Attamen *Padilla in Epitome Conciliorum, fol. 56.* affirmat celebratum eſſe anno Domini 899. Pontifice Ioanne 9. & Imperatore Arnulpho. Nannetes populi ſunt Galliæ Celticæ ad Oceanum ſiti, quorum oppidum Condivincum appellatur à *Ptolemæo lib. 2. cap. 8.* vulgo *Nanles* dicitur: tradit *Padilla in Epitome Concil. fol. 115.* vide etiam *Baron. tom. 10. annal. anno Chriſti 893.* verſ. *Eaſus autem*, & ſeqq.

2 Ad textum. Diſponit textus, quòd clerici qui ordinandi ſunt, prius feria quarta ad examinationem conveniant, de quo eſt videndus *Henriq. in ſumm. lib. 10. cap. 17.* & ibi, *litera A.* noſtrum textum refert. Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 5.* & 7. *Pontificale Romanum Clementis 8. p. 1. tit. 2. de ordinibus conferendis*, & vide poſita ad *cap. Tales, nu. 2.* & 3. & ad *cap. Quamquam, nu. 2.* ſupra, *diſt. 23.*

3 In principio textus, ibi, Omnes. Igitur omnes ordinandi examinari debent, quāvis ab alio religionis prælato, vel à proprio epiſcopo, aut Nuntio Apoſtolico mittantur cùm litteris dimiſſorijs, ut poſt *Mandoſium Ferretum*, & alios tradit *Henriq. in ſumm. lib. 10. cap. 17. §. 1.* & innuit *Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 11.* & *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 12.* verſ. *Regulares.*

In

4 In principio textus, ibi, Ad ſacrum miniſterium. Ergo in appellatione ſacrorum ordinum comprehenduntur, lata ſignificatione vocabuli, omnes ordines etiam minores, de quo vide *Gloſſam in cap. 1. de temporibus ordination. lib. 6.* & ſimilibus verbis loquitur etiam *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 7.*

5 Ibi, Ad civitatem. Nota quòd ordinationes generales, non debent fieri niſi in civitatibus. Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8.* in princip. ſed propter impedimentum poſſunt fieri alibi, ut *24. q. 2. cap. Sanè*, ubi vide poſita. Ordines tamen minores confert Epiſcopus in qua maluerit Eccleſia, aut in domo Epiſcopali, ſed intrà diœceſim ſuam. *Aſtenſis in ſumma, art. 2. tit. 4. Sylveſt.* verbo, *Ordo 2. §. 8. Tabien. Ordo 5. §. 1. Henriq. in ſumm. lib. 10. cap. 11. §. 3.* Maiores verò debet Epiſcopus conferre in Eccleſia Epiſcopali (ut textus habet) niſi ex cauſa, aut conſuetudine; tradit *Henriq.* ubi proximè.

6 non Ibi, Genus. Per hunc textum multi probare nituntur deſcẽdentes de genere Iudæorum, vel Sarracenorũ, non poſſe promoveri ad ſacros ordines, ut tradit *Cenedo ad Decretales, collect. 77. nu. 2.* ſed ipſe *Petius* credidit verbum, *genus*, propriè idem ſignificare quod, *legitimus*, vel, *liber*, quod probat ex *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 2.* & *ſeſſ. 23. de reform. cap. 5.* quibus in locis loco huius verbi, *genus*, utitur verbo, *natalibus*, idem videtur tenere *Henriq. lib. 1. cap. 17. nu. 2.* Deſcendentia autem de genere Iudæorum quomodo probetur, tradit *Avendañ. in Dictionar.* verbo, *Iudios*, verſ. *Et deſcendentia, fol. 192. Alphonſ. Azeved. lib. 1. nove recopil. tit. 7. l. 22. nu. 3.*

7 Ibi, Patriam. Notat *Tiraq. l. 7. connub. Gloſſa 1. nu. 17.* ad hoc, quod patria ordinandorum eſt inveſtiganda, ut ſciatur quibus ipſi ſunt imbuti moribus, de quo vide etiam textum in *l. Quod ſi nolit, §. Qui mancipia, ff. adilit. edict.* & poſita infra in *Gloſſa*, verbo, *Patriam, nu. 11.* Lege quæ notant Patres ad locũ *Pauli epiſt. ad Titum, cap. 1. nu. 12. Cretenſes ſemper mendaces*, ubi *S. Hieronym.* & *cap. 3. epiſtola ad Galat. cap. 3.* & *in præfatione eiuſdem epiſtolæ.* Multa *Alexander ab Alexandro genial. lib. 4. cap. 13. Eraſmus in principio Chiliadum*, ubi de vitijs nationum. Expoſitores *Virgiliani*, præſertim *Pontanus*, & *Cerda*, ad illud 1. *Æneid.*

Quippè domum timet ambiguã, Tyrioſq́, bilingues.

Mendoça tom. 1. in lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 1. annot. 4. ſect. 4. à nu. 21. ubi citat *S. Hieron.* loco à nobis indicato, *Tertullian. lib. de anima, cap. 20.* & multos alios. Lege etiam nonnulla de nationũ laudabilibus ſtudijs, apud *Coſmam Magallan. epiſt. 1. ad Titum, cap. 1. nu. 12. ſect. 10. annot. 3. nu. 3.*

Ibi, Ætatem. Notat *Tiraq. de primog. in præfat. à nu. 168.* ad hoc, quod in beneficijs debet ſenex præferri juniori, & multa de ſenectute, & quantum jura ſenectuti deferant, vide per *Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1295.* à principio. De ætate verò ad omnes ordines requiſita, vide *Concil. Trident.* & *Pontificale Romanum*, ubi ſupra, *Henriquez. dict. cap. 17. §. 2.* 8

Ibi, Ordinandorum vitam. *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 5.* & *7. Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 21. Gloſſa 2.* qui textum refert. *Henriq. in ſumm. lib. 10. cap. 17. §. 2.* & *3.* 9

Ibi, Eccleſiaſtica dignitate carebunt. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. verſ. Caveant*, ubi ſtatuit nõ occaſione examinis aliquid accipiatur, alioquin ſimoniæ vitium incurritur, & in Gloſſa marginali, noſter textus refertur. 10

In Gloſſa, verbo, Patriam. Dicit Gloſſa, quòd propter nativitatem, vel patriam præſumitur quis bonus, vel malus, ꝺ quo vide multa, quæ eleganter tradit *Simanch. de cathol. cap. 50. nu. 8.* & *9.* & vide ſupra, *nu. 7.* 11

CAP. Epiſcopus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe 4 quando celebratum?*
2 *Epiſcopus an poſſit ordinare clericos ſine conſenſu capituli?*
3 *An ſit miniſter Sacramenti ordinum?*
4 *Dictiones taxativæ.*
5 *Epiſcopus an poſſit punire clericos, ſine conſenſu capituli?*

IN ſuperſcriptione, ibi, In Concil. Carthag. 4. Vide poſita ad *cap. Epiſcopus*, & *ad cap. Non oportet*, ſupra, *diſt. 23.* 1

Ad textum. Collige ex textu ſine clericorum ſuorum conſilio, Epiſcopũ clericos non ordinare, quem ad hoc allegat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 14. l. 9. Gloſſa 6.* In contrarium videtur *textus in cap. Vlt. 5. q. 7.* ſed quidquid ſit de jure, de conſuetudine tamẽ omnes Epiſcopi hodie habent, quod in ordinationibus clericorum conſenſum, vel conſilium huiuſmodi requirere minime teneantur. Quãdo autem Epiſcopus de jure poſſit procedere 2

absq; consensu capituli, vide *Gabr. lib. 7. cōmun. conclus. 37.*

3 Ibi, Episcopus, & ibi, Ordinet. Ergo Episcopus est minister Sacramenti ordinum, ut definitur in *Concil. Trid. sess. 23. cap. 4.* multis probat *Bellarm. tom. 1. lib. 1. de cleric. cap. 3.* quod adeo verum est, ut etiam Episcopus hæreticus excommunicatus, & suspensus sit minister sufficiens: probat *Vasquez. de ordine, disput. 243. cap. 1. & 2.* Idem asserit de Episcopo degradato; sed dubitatur utrum sacerdos possit esse ex commissione Pontificis minister huius Sacramenti? *D. Thom. in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. ad 3.* & ibi Theologi. *Sylvest.* verbo, *3. q. 7. Covar. lib. 1. variar. cap. 19. nu. 9.* & *10.* existimant simplicem sacerdotem solum ex cōmissione posse minores ordines, non autem maiores, seu sacros conferre. Contrarium post multa defendit *Vasquez*, ubi supra, *cap. 3.* & *4.* ubi contendit idem esse dicendum de omnibus ordinibus sacris, quem latè consule, de quo vide etiam posita ad *cap. Pervenit, 95. dist.*

4 In Glossa Vnica, ibi, Non excludit. Vide quod de dictione taxativa notat *Tiraq. de retract. part. 2. §. 1. Glossa 6. num. 6.*

5 In eadem Glossa, ibi, In causarum definitionibus. An de jure communi Episcopus in delictis puniendis possit procedere sine consensu capituli? Vide *Gabr. d. conclus. 37. num. 2.* qui nostram Glossam refert. Adde posita ad *cap. Submittitur, nu. 4.* supra, *dist. 21.*

CAP. Si quis presbyter. VII.

SVMMARIVM.

1 *Martinus Pontifex quis fuerit?*
2 *Quid sit statuendū de clericis sine examine ordinatis?*
3 *Mitius agitur cum sponte confessis.*
4 *Dictio, post, quid denoteti?*
5 *Creati sine examine an sint deponendi?*
6 *Ordines minores an conferantur cū examine?*

1 IN superscriptione, ibi, In Cōcil. Martini Papæ. Cum usq; ad tēpora Gratiani nullus Pontifex Martinus extitisset, nisi Martinus primus, bene inferas hunc Pontificem fuisse patria Fudertinum, patre Fabricio; in Theodori locum suffectus est anno Christi 649. inter beatissimos annumeratur; cuius festivitas decimo Novembris die celebratur; in exilio moritur pontificatus sui anno 6. mense uno, diebus 26. Vide *Platinam in ipso Martino primo. Baron. tom. 8. annal. anno Christi 649.* & sequentibus. Adde posita ad *cap. 1. nu. 1.* infra, *dist. 27.*

Ad textum. Collige ex textu, quid sta- 2
tuendum sit de eis, qui sine examinatione ordinantur, de quo vide *Henriq. in summa, lib. 10. cap. 18. §. 1.* & ibi *littera B.* nostrum textum citat.

In textu, ibi, Confessi sunt. 3
Mitius enim est agēdum cum sponte confessis. *Simancbas de catholic. cap. 44. nu. 3. Pegnam ad 3. p. Directorij, comment. 12. littera F.* ubi textū refert, de quo videbis posita ad *cap. presbyterum, 50. dist.* & ad *cap. Non dicatis 12. q. 1.*

Ibi, Post ordinationem. Ergo dic- 4
tio, *post*, denotat aliquando actum mediatum, aliquando immediatum; quod notabis pro teste, qui diceret Petrū post Antonium possedisse, quod non includeret necessariò immediatam possessionē, nisi aliud adderet. Vide infra, *dist. 31. cap. Antetrien. 1. nu. 5.*

In Glossa, verbo, Confessis, in 5
vers. Sed pone. Vide *Gregor. Lopez part. 3. tit. 19. l. 4. Glossa 1.* qui loquitur quando quis creatur absq; examinatione, sit ne deponendus, licèt sit idoneus, & Glossam allegat, & deponendum esse, tenet *Henriq. in summ. lib. 10. cap. 18. §. 1.* Vide posita ad *cap. Sine examinatione, 81. dist.*

In Glossa Vlt. Controvertit Glossa, 6
utrum minores ordines cum examinatione conferendi sint; de quo ultra notata per D. D. in præsenti, vide *Concil. Trident. sess. 23. de reformatione, cap. 45.* & *11.* in principio.

DISTINCTIO. XXV.

CAP. Perlectis. I.

SVMMARIVM.

1 *Ordines an sint novem?*
2 *Officium ostiarij.*
3 *Officium Acolythi.*
4 *Officium Psalmistæ.*
5 *Officium Lectoris.*

6 *Officium ſubdiaconi.*
7 *Officium Diaconi.*
8 *Diaconus an poſsit prædicare?*
9 *Officium presbyteri, & Epiſcopi. n.* 10.
11 *Archidiaconus an ſit maior decano?*
12 *Archidiaconus judicabat clericos.*
13 *Archipresbyter, & Decanus an ſit idem?*
14 *Officium primicerij.*
15 *Officium theſaurarij.*
16 *Gloſſa approbatur.*
17 *Archidiaconus an poſsit excõmunicare?*
18 *An habeat ordinariam juriſdictionem?*
19 *Vicarius an habeat poteſtatem ordinariam?*
20 *De jure communi non habet Archidiaconus juriſdictionem ordinariam.*

1 AD textum. Notat *Navarr. in Manuali, cap.* 22. *nu.* 18. ad hoc, quod ordines ſunt novem, ut tenent Canoniſtæ, licèt Theologi ſolum ſeptem dicant; de quo latè ibi diſputat; & vide optimè *Cardinal. Bellarm. lib.* 1. *de clericis, cap.* 11. *Bet. in* 4. *diſt.* 24. *in proœmio*, verſ. *Quo circa*, & adde poſita ad *cap. Pſalmiſta*, 23. *diſt. nu.* 4. & 5.

2 In verſ. Ad oſtiarium. De eius officio vide poſita ad *cap. Oſtiarius* 19. *n.* 3. ſupra, *diſt.* 19. *Tractatum de vero clerico, lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 8. & 9.

3 In verſ. Ad Acolythum. De eius officio vide poſita ad *cap. Acolythus* 16. *nu.* 4. ſupra, *diſt.* 23.

4 In verſ. Ad pſalmiſtam. De eius officio vide poſita ad *cap. Pſalmiſta* 20. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 23.

5 In verſ. Ad lectorem. De eius officio vide poſita ad *cap. Lector* 18. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 23.

6 In verſ. Ad ſubdiaconum. De eius officio, & inſtitutione, vide quæ latè ſcripſimus ad *cap. Subdiaconus* 15. *nu.* 2. & 4. ſupra, *diſt.* 23.

7 In verſ. Ad diaconum. De eius officio, & inſtitutione, vide notata ad *cap. Diacono* 11. ſupra, *diſt.* 23.

8 Ibi, Prædicare Evangelium. Pertinet enim ad diaconum prędicare Evangelium. Vtrum laicus poſit ſimiliter prædicare? Vide quod notavimus ad *cap. Mulier* 29. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 23. Adde *Henriq. in ſumm. lib.* 10. *cap.* 3. §. 2. *littera R. Zerolam part.* 1. *ſua praxis*, verbo, *Prædicatio. Reginald. lib.* 18. *nu.* 121. ubi obſervat non eſſe laicorum prædicare, id tamen munus illis poterit cõmitti à Sede Apoſtolica. Idem author eodem loco advertit, hanc prohibitionem eſſe intelligendam de prædicatione publica facta toti Eccleſiæ, nam Prioriſſæ, & Abbatiſſæ poſſunt exhortari ſuas moniales privatim.

In verſ. Ad presbyterum. De eius officio, 9 & inſtitutione, vide quæ prænotavimus ad *cap. Presbyter* 8. ſupra, *diſt.* 23. & de eius qualitatibus poſita ad *cap. Oratium, nu.* 15. infra, *diſt.* 25.

In verſ. Ad Epiſcopum. De eius officio, & inſtitutione, vide quæ latè diximus ad *cap. Epiſcopus* 7. ſupra, *diſt.* 12. 10

In verſ. Archidiaconus. Vide poſita ad *cap. Acolythus* 16. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 23. Hodie verò de conſuetudine maior eſt dignitas Decani, ut tradit *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 3. *Gloſſa* 1. licèt de jure contrarium ſit juxta noſtrum textum. Conſulendus *Azor. part.* 2. *inſt. moral. lib.* 3. *cap.* 17. ubi doctè probat totum Decani munus, authoritatem, ac poteſtatem ex conſuetudine pendére; quanvis jure canonico habeat perſonarum, ut colligitur ex *cap. Super ſpecula, Ne clerici, vel monachi.* 11

Ibi, Ad eius pertinent. Notat *Barboſ. in l.* 1. *art.* 3. *num.* 211. *ff. de judicijs*, ad hoc, quòd licet Archidiaconus poteſt judicare clericos, tamen eos ordinare non poteſt. Quodnam verò ſit munus, & officium Archidiaconi, paucis diſſerit *Zerola part.* 2. *praxis*, verbo, *Archidiaconus, Hoſtienſ. in ſumm. tit. De officio Archid.* §. *Et quod ſit eius officium*, verſ. *Quadam verò, nu.* 4. ubi reſolvit, ad Archidiaconum ſpectare examinationem clericorum, & præficiendorum, & ordinare proceſſiones. Vide eundem *Zerolam part.* 1. verbo, *Archidiaconus*, & cõmuniter D. D. *cap. Ad hæc, de officio Archid.* latiſſimè, & doctiſſimè *Azor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. per totum. 12

In verſ. Archipresbyter. Quandoq; Archipresbyter, & Decanus idem ſunt, & in dubio tales Archipresbyteri (etiã Rurales) dicuntur habere dignitatem, ut vult Gloſſa in præſenti, & tradit *Cardin. in Clement.* 1. *de præbendis, nu.* 3. de officio Archipresbyteri vide *Zechium in Repub. eccleſiaſt. cap.* 24. *nu.* 14. *Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 8. *Gloſſa* 1. qui textum refert. 13

In verſ. Ad Primicerium. Vide *Banha Cavalio, lib. nuncupato Piaza del mondo*, ſub *tit. Nodaro diſcorſo* 10. ubi latè, & elegantèr agit de officio, & antiquitate Primicerij, quem nos *Chantre*, 14

vocamus; *Zechium*, ubi proximè, *nu.* 16. *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. *Gloſſa* 1. qui textum affert, & de jure civili vide *l. Primicerius, C. de domeſticis, lib.* 12. & *l. Primicerius, C. de menſoribus, eodem lib.* & *l. Primicerium, C. de fabricenſibus, lib.* 11.

15 In verſ. Ad Theſaurarium. Theſaurarius eſt ornamentorum, & vaſorum ſacrorum cuſtos; cuſtodire debet chriſma, & omnia, quæ in præſenti continentur; de quibus vide *Zechiũ in Repub. eccleſiaſt. cap.* 6. *nu.* 1. *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 6. *Gloſſa* 1. qui noſtrum textum adducit.

16 In Gloſſa, verbo, Prędicare, Ideſt eligere. Expoſitio Gloſſæ communiter recipitur, teſte *Navarr. conſ.* 2. *de temporibus ordination. in* 1. *edit.*

17 In Gloſſa, verbo, Et iurgia, in principio. Controvertit Gloſſa utrum attento jure communi poſſint Archidiaconi ſententiam excõmunicationis proferre? De quo vide *Abbat. in cap. Dudum, nu.* 35. *de electione*, & ibi *Gloſſam*, in verbo, *Suſpendi. Gloſſã in Extravag. Execrabilis de præbendis*, verbo, *de conſuetudine*, & quod ibi dicam.

18 In eadem, ibi, Eſt Ordinarius. Agit Gloſſa, an Archidiaconus ordinariam habeat juriſdictionem; de quo vide *Covar. lib.* 3. *reſolut. cap.* 20. *nu.* 4. *Felin. in Rubr. de officio delegat. num.* 4. verſ. *In crim. Corraſ. lib.* 3. *Miſcel. cap.* 29. *nu.* 22.

19 In eadem Gloſſa, in verſ. Sic video. Videt Gloſſa, quod vicarius judicij ordinariam habeat poteſtatem, eam ſequitur, multisq; exornat *Paz. in praxi, tom.* 1. 1. *partis, cap. De judice eligendo, nu.* 6. fol. mihi 24. ubi plura tradit pro hac Gloſſa *Cardinal. in Clement. ſtatutum, nu.* 9. *de electione*, vide quos colligit *Garcia de benef. p.* 5. *cap.* 8. *n.* 21.

20 In eadem Gloſſa ad finem, ibi, Mihi videtur. Concludit Gloſſa, quòd de jure cõmuni ceſſante cõmiſſione, ſeu authoritate Epiſcopi, non habet Archidiaconus juriſdictionem ordinariam, ſequitur *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 4. *Gloſſa ult.* ad medium.

CAP. Audite. II.

SVMMARIVM.

1 *Clemens Pontifex quis fuerit?*
2 *Doctrina Epiſcopi reſervatur,*

IN ſuperſcriptione, ibi, Clemẽs in epiſtola 3. Videtur hic Clemens eſſe nomine primus, cũ nullus alius Clemens ſcripſerit uſq; ad tempora Gratiani, ut tradit *Poſſevinus in apparatu ſacro, tom.* 1. *fol.* 328. §. *Clemens primus*, & *fol.* 331. verſ. *Fertur*, mentionem videtur facere de hac tertia epiſtola. De Clemente 1. vide quę diximus ad *cap. Tales*, ſupra, *diſt.* 23. 1

Ad textum. Collige ex textu, quod fidei doctrina tãquam dignior, Epiſcopo reſervatur ut digniori, namq; ab ipſo Epiſcopo inſtructio fidei ſuſcipienda eſt, doctor enim eſt fidei, unde *Paulus ad Timotheum* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *Oportet Epiſcopum doctorem eſſe*: morum reformatio, ut inferior, reſervatur Sacerdoti, ut inferiori ab Epiſcopo, & animarum paſtori, juxta illud *Ioannis* 6. *nu.* 63. *Verba, quæ ego locutus ſunt vobis, ſpiritus, & vita ſunt.* Cœremoniarum autem cultus reſervatur diacono, ut miniſtro, cum presbyter talibus intendere non poteſt, ſed aliquando unus ſupplet pro alio argumento textus in *cap. Sicut enim* 11. *q.* 1. 2

CAP. Vnum Orarium. III.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus an miniſtret ſine ſtola?*
2 *Iuſti in levia peccata cadunt.*
3 *Ignoranter agenti, parcitur.*
4 *Veniale peccatum an poſſit eſſe mortale?*
5 *Peccatum veniale triplex, & quomodo deleatur, & an pœna perpetua poſt hanc vitam plectatur?*
6 *Crimina capitalia numerat Gratianus.*
7 *Invidia quomodo definiatur?*
8 *Ebrietas quomodo definiatur?*
9 *An ſit peccatum lethale?*
10 *In Purgatorio animæ cruciantur.*
11 *Peccata venialia numerat Gratianus.*
12 *Miſſa auditur de principio Evangelij.*
13 *Adulatio an ſit peccatum?*
14 *Vtrum ſit peccatum delitioſa pauperibus largiri?*
15 *Murmuratio an ſit peccatum?*
16 *Promovẽdus debet habere tredecim qualitates.*
17 *Aſſiduitas in criminalibus magis punitur.*

Qui

18 *Qui in cibo, aut potu plus accipit an peccet?*

19 *Hora comedendi in die jejunij.*

20 *Vir quando peccet cognoſcendo uxorem.*

1 COllige ex textu Diaconum adminiſtrantem in officio ſuo ſine ſtola, peccare mortaliter; verbum enim, *oportet*, quo utitur textus, aliquando importat neceſſitatem *l.* 3. §. *Eos ff. de minoribus, l.* 2. §. *Divus, ff. ſepulc. violato*; vide etiam poſita ad *cap. Non oportet.* 26. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 23.

2 In Verſ. Nunc autem, ibi, ſine peccato. Ergo juſti in levia ſaltem peccata quandoq; cadunt. *Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap.* 11. poſt principium, *Abb. in cap. Ex parte, nu. 6. de conſuetudine, Azor. lib.* 4. *inſt. moral. cap.* 8. verſ. *Ex his tom.* 1.

3 In Verſ. Criminis, ibi, Ex ignorantia. Notat *Tiraq. de pœnis temp. cauſa* 11. *nu.* 2. ad hoc quod ignoranter agenti plerumq; parcitur, quem latiſſime vide. Et quidem ſi ignorantia, juxta communem Theologorum opinionem, excuſat ab omni culpa, etiam ab omni pœna excuſabit, nam *rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit*, ut aperte habetur *cap. Cognoſcentes de conſtit.* Vide *Sanch. de matr. lib.* 9. *diſp.* 32. *nu.* 29. & *in Decalogo lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 13. & 14. *Vaſq. in* 1. 2. *diſp.* 124. ubi latè agit de ignorantia, quæ excuſat à culpa, & à pœna.

4 In verſ. Hinc etiam, ibi, Nullum peccatum, &c. *Abb. in cap. Nam cupiſcentiam, nu.* 5. *de conſt. Covar. in cap. Alma, 1. p. §.* 7. *nu.* 7. *Navar. in Manual. cap.* 23. *de vanagloria, nu.* 17. *Gom.* 3. *tom. cap.* 3. *nu.* 3. poſt principium. *Adrian. quodlibet* 6. *art.* 2. *pag.* 106. & 107. *Menoch. caſu* 416. *nu.* 24. *Gregor. Lopez p.* 1. *tit.* 4. *l.* 23. *Gloſſa* 2. poſt med. *Vivald. in Candelabro, part.* 3. *cap.* 22. *Lorca de peccatis, diſp.* 59. qui omnes agunt, an veniale peccatum in mortiferum vertatur? *Auguſtin.* in præſenti, meo judicio, intelligi debet, vel de peccato, quod ſolum ob imperfectam rationis deliberationem veniale eſt, & in lethale deſinit, dum placet, accedente plena animi deliberatione; quæ ante perfecta nondum erat; vel poteſt intelligi in univerſum de omni peccato veniali, quod dum placet, nimirum quatenus Deum offendit, cum Dei, aut legis præcipua deſpectione, fit mortiferum; & pro inde venialis erit culpa, ſi levis fuerit objecti materia, quanvis plena deliberatione nobis placeat; lethalis verò ſi ex contemptu præcepti, vel legis approbetur; ita poſt prædictos D.D. tradunt *Azor. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 4. *cap.* 13. verſ. *Decimo tertio quæritur. Sanches in ſumma, lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 16. cum quibus proſequere.

In verſ. Aliâs. Notat *Gregor. Lopez tit.* 4. *l.* 23. *Gloſſ.* 2. ad med. 5 *part.* 1. ad hoc, quod peccata venialia ſunt in triplici differentia maiora, minora, minima. An autem ſit neceſſe confiteri illa ſacerdotibus? Vide per eundem, qui latè hoc diſputat. Eſt enim peccatum veniale, quod à Deo venia data, remittitur ob materiæ levitatem, vel ob imperfectum opus, quod ex plena animi deliberatione effectũ non eſt. Veniale dicitur quaſi venia dignum, quòd ſit exiguum, & leve erratum. *Azor. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 4. *cap.* 8. in principio, qui de peccato veniali plures excitat quæſtiones, & *cap.* 9. Quibus autem modis peccata venialia deleantur? Vide eundem *cap.* 10. & 11. Homini in peccatum mortale, & veniale lapſo, non poſſe veniale ſine lethali condonari certior opinio *D. Thom.* 3. *p. q.* 87. *art.* 4. *Azor. d. cap.* 10. verſ. *Quarto.* Veniale peccatum cum peccato originali conjunctum, perpetua poſt hanc vitam pœna plectitur. Vide *Sotum in* 4. *diſt.* 15. *q.* 1. *art.* 4. *Ledeſma in* 4. *part.* 1. *q.* 8. *art.* 4. late *Azor. d. cap.* 10. verſ. *Sexto. Lorcam in materia de peccatis, diſp.* 55. per totam.

In verſ. Et quanvis Apoſtolus. 6 Annumerantur hic nonnulla crimina capitalia, quæ etiam tranſcripſit *Rex Alphonſus part.* 1. *tit.* 5. *l.* 33. & ibi *Gregor. Lopez.* Porro de ſeptem capitalibus peccatis agunt *D. Thom.* 1. 2. *q.* 84. *art.* 4. *Navar. in Manual. cap.* 23. *Toletus in ſumma, integro tractatu. Azor. d. lib.* 4. *cap.* 12. & ſeqq. & de cauſis peccatorum vide eundem *cap.* 22. atq; de peccati effectibus *cap.* 24.

In eodem, ibi, Invidia. Quæ definitur à *D. Thom.* ut ſit triſtitia de bono proximi, & ſemper peccatum eſt, aliquando veniale, aliquando mortale, ut per eundem 2. 2. *q.* 36. p totam. Vide *Reginald. lib.* 17. *num.* 127. *Navarr. in Enchir. cap.* 23. *nu.* 118. ubi affirmat invidiam ex genere ſuo eſſe peccatum mortale contra charitatem. 7

In eodem, ibi, Ebrietas. Quæ inordinata vini concupiſcentia eſt, & ſi ſit voluntaria ſimpliciter peccatum eſt mortale, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 150. *art.* 1. & 2. de qua agit latè *Azor. tom.* 1. *inſt. moral. lib.* 7. *cap.* 33. verſ. *Quinto quæritur*, & ſeqq. *Leſſius de juſt. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3. *Fumus*, verbo, *Ebrietas. Reginald. lib.* 22. *nu.* 55. & ſeqq. ubi duplicem diſtinguit ebrietatem; alteram qua homo privatur uſu rationis, & hæc, ſi detur advertentia, eſt peccatũ mortale, alteram qua nimium bibit, ſed à ratione minimè deturbatur, quam dicit peccatum veniale. 8

9 Ibi, Si aſſidua eſt. Ergo ebrietas ſi non eſt aſſidua, & accidit præter intentionem, non eſt peccatũ mortale, ut per hunc textum innuit, *Navarr. in cap. Itaquorundam, notabili 9. num. 30. de judæis, Gutierres, canonic. lib. 2. cap. 4. nu. 30.* ubi latè, *Turrecrem. cap. Sexto die, nu. 5. diſt. 35. Peres, lib. 8. tit. 8. l. 1. additio 2. Ludovicus de Beja, part. 3. caſu 20.* An autem ebrietas propter vomitum ex cõſilio medici, gratia tuendæ valetudinis ſit peccatum? Vide *Caiet. 2. 2. q. 150. art. 2. & 3. Sylveſt.* verbo, *Ebrietas, q. 3.* latè *Azor. d. cap. 33.* verſ. *Dubia igitur.* ad med. Non eſſe mortale, probabilis mihi opinio, quam tenet *Reginaldus, lib. 22. nu. 55. §. Poſterior caſus.* Vbi hanc ſententiam ex eo probat quia, in caſu ægritudinis, licet membrum abſcindere ad recuperandam ſanitatem, ergò multo magis licebit ſe ad breve tempus uſu rationis privare. Contrariam tamen ſentẽtiam amplectitur, *Ludovicus de Beja, part. 3. caſu 20. § Ebrietatem*; ubi illam dicit illicitam, etiam ob medicinam.

10 Ibi, Igne tranſitorio. Citat *Henriq. de fine hominis cap. 25. §. 3. littera I.* ad hoc, quod in Purgatorio animę ad tempus igne cruciantur, non tamen per Angelos bonos, aut malos, de quo etiam agit. *Bellarm. lib. 2. de Purgatorio, cap. 13.* Adde poſita ad *cap. Qualis, nu. 2.* & ſeqq. & ad *cap. Qui in aliud, hac eadem diſt.*

11 In Verſ. Quæ autem. Cõmemorãtur hîc alia peccata minuta, & minus criminoſa, de quibus agit *Decianus tractatu criminali, lib. 1. cap. 9. à nu. 2.* qui de textu meminit.

12 In Verſ. Quoties, ibi, Tardius ad Eccleſiam. Dicit notabilem, *Ferdinandus Paez in Repet. cap. Miſſas, nu. 69.* ad hoc, quod ut aliquis ſatisfaciat præcepto de audienda miſſa, ſufficit ut eam audiat de introitu Evangelij. Poſt multos *Suarius, tom. 3. de Sacramentis, diſp. 88. ſect. 2. Reginaldus, lib. 19. nu. 24.* Addit verò *Ludovicus de Beja, part. 1. caſu 20.* non minus peccare eum qui omittit partem notabilem miſſę, quam qui totam omittit. Quod probat ex *cap. Omnes fideles de conſecr. diſt. 1.*

13 Ad finem textus, ibi, Adulari. Adulatio eſt peccatum, quo aliqui ſupra debitum virtutis modum alios verbis, vel factis in communi converſatione delectare quærunt. *D. Thom. 2. 2. q. 115. art. 1.* Quando autem ſit peccatum mortale, aut veniale, vide per eundem *art. 2.* Vide etiam *Sanch. lib. 1. Decal. cap. 3.* ubi multa, & egregia, de ſe, ac alios laudantibus de peccatis, quæ omnia mirum in mundũ nobis placẽt.

Ibi, Nimium delitioſa. Ergo peccatum eſt veniale; ſiquis pauperibus eſurientibus delitioſa, vel ſumptuoſa convivia præparaverit, ut ex noſtro textu infert *Pacianus de probationibus, lib. 2. cap. 26. n. 121.* 14

Ibi, Maledximus. Ergo detractio; ſeu murmuratio mali parvuli, eſt tantum peccatum veniale, ut poſt *D. Thom. 2. 2. q. 73. art. 2.* tradit *Navarr. in cap. Inter verba, concluſ. 6. nu. 114.* qui huius textus meminit: *Reginald. lib. 24. nu. 74.* qui auctor *eodem lib. num. 173.* magnum aſſerit diſcrimen inter detractionem, & murmurationem; nam detractio eſt ablatio famæ alienæ, at verò murmuratio definitur quædam querela cum impatientia, in ijs quæ homo debet patienter ferre. Ita omnes Theologi, & ſacri interpretes in illud *Matth. 20. nu. 11. Accipientes murmurabant adverſus patrem familias.* 15

In Gloſſa, verbo, Regulam. Nota quòd qui promovẽdus eſt ad epiſcopatũ, debet habere tredecim qualitates, quas numerat Gloſſa in præſenti, ex *D. Paulo 1. ad Timotheũ, cap. 3.* & *ad Titum, cap. 1.* & eas proſequitur *Lopez part. 1. tit. 5. l. 30.* cum ſequentibus. *Albericus in Dictionario,* verbo, *Epiſcopus,* in verſ. *Epiſcopum oportet,* latè *D. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 3.* per totum. *Hoſtienſis in ſumm. de temporibus ordin. col. 3. nu. 8. Sylveſt.* verbo, *Clericus 2. nu. 1.* vide etiam, quę ſcripſimus ad *cap. Presbyter 8.* ſupra, *diſt. 23.* 16

In Gloſſa, verbo, Criminale. *Hippol.* dicit ſingularem, *ſingul. 338.* ad hoc, quod aſſiduitas in criminibus magis punitur, cum propter conſuetudinem delinquendi augeatur pœna. *Decius in cap. Cum non ab homine, num. 7. de judicijs.* 17

In Gloſſa, verbo, Plus accipit. Igitur qui in cibo, aut potu plus accipit, quam neceſſe ſit, peccat ſaltem venialiter, proſequere latè cum *Covar. lib. 4. reſolut. cap. 20. num. 11. Reginald. lib. 22. num. 52.* & *53.* ubi ſeptem caſus aſſignat, in quibus circa cibum graviter peccari poteſt. *Navarr.* tamen in *Enchir. cap. 23. n. 119. Caiet.* verbo, *gula,* & verbo, *immunditia,* putant, quanvis aliquis uſque ad vomitum cibo ſe ingurgitet, non peccare mortaliter, dummodo ſibi notabile detrimentum non inde accerſat; tunc enim mortaliter delinquet. 18

In Gloſſa, verbo, Iejunantibus. Agit Gloſſa de hora comedendi in die jejunij, de quo videndus eſt *Covarr. lib. 4. reſolut. cap. 20. nu. 14.* & *16. Navarr. in Manual. cap. 21. num. 27.* qui aſſerunt notabilem anticipationem, verbi gratia, per unam, aut duas horas, eſſe peccatum mortale; 19

mortale; ſed eſſe tantum peccatum veniale, probabilis eſt opinio, quam tenet *Angelus*, verbo, *jejunium, nu.* 2. *Innocent. in Rubrica de obſervat. jejuniorum, nu.* 4. *Tolet. lib.* 6. *inſtr. cap.* 2. *nu.* 5. & poſt *Caietan.* & *Palacium*, contendit, *Leſius de juſtitia, lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 13. Adi *Azor. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 22. ubi multa de hac quæſtione.

20 In Gloſſa verbo, Excepto. Cõtrovertit Gloſſa quãdo vir peccet cognoſcendo uxorem ſuam? De quo videbis poſita ad *cap. Vir*, 33. *q.* 4.

CAP. Qualis. IV.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Peccata quæ poſt vitam purgantur.*
3 *In ſtatu quo de vita quis egreditur, in tali, in judicio apparebit.*
4 *Purgatorius ignis qualis ſit?*
5 *Pœnæ Purgatorij non ſũt æquales in omnibus animabus.*
6 *Quanto tempore anima detineatur in Purgatorio?*
7 *Quid ſit blaſphemia? & de eius pœna.*
8 *Patronus laicus non ligatur quando exprimitur eccleſiaſticus.*
9 *Peccans ex contemptu, peccat in ſpiritũ Sanctum.*
10 *Nullum datur peccatum adeo grave, quod non remitti poſſit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregor. lib. 4. Dialogorum. Vide poſita ad *cap. De Conſtantinopolitana, diſt.* 22. latiſſime, *Poſſevin. in apparatu ſacro, tom.* 1. *in* verſ. *Gregor. Magnus, fol.* 563. & ſeqq. ubi enumerat libros, & opera Gregorij.

2 In textu. Agit textus de peccatis, quæ poſt hanc vitam purgantur, de quo vide *Panormitan. in cap. Significavit. nu.* 2. & *in cap. Deus, nu.* 6. *de pœnitentijs. Henriq. in ſumma, lib.* 4. *cap.* 15. *§.* 9. & ibi, *littera R. Ochogaviam de Sacram. tit. de Sacramento pœnitentiæ q.* 21. *nu.* 2. qui omnes noſtrum textum referunt.

3 Ibi, Talis in judicio. Ergo in quo ſtatu quis ex hac vita egreditur, talis in judicio apparebit juxta illud *Eccleſ. cap.* 11. *nu.* 13. *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, ſive ad Aquilonem, ibi erit.* Ponderat elegánter *Navarr. de oratione, Miſcellanea* 58. *nu.* 1. & ſequentibus, quem latiſſimè vide, & *conſ.* 32. *nu.* 1. *de pœnitentijs, edit.* 2.

4 Ibi, Purgatorius ignis. De materia vide *Vivald. in Candelabro*, 1. *part. tit. de Purgatorio, nu.* 1. & ſequentibus, qui *nu.* 7. textum citat. Vocatur ergo Purgatorium locus quidam, in quo tanquam in carcere poſt hanc vitam purgantur animæ, quę in hac non plene purgatæ fuerunt, ut nimirum ſic purgatæ cœlum ingredi valeant, quò nihil intrabit coinquinatum, *Apocal. cap.* 21. *num.* 27. & ſtatim liberatæ admittũtur ad viſionem Dei, quia nihil amplius reſtat, quod eas poſſit retardare. Vide *Ægidium de Sacram. tom.* 2. *diſput.* 11. *dubio* 4. *nu.* 36. Hos autem Purgatorij ignis cruciatus ipſi etiam ethnici agnoverunt, ut liquet ex *Virgilio in* 6. *Æneid.* ubi aperte meminit has pœnas expiatorias, priusquam animæ ad fortunatas beatorum ſedes admittantur.

> *Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum*
> *Supplicia expendunt: aliis ſub gurgite vaſto*
> *Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni,*
> *Quiſque ſuos patimur manes, exinde per amplum*
> *Mittimur elyſium, & paucі læta arua tenemus.*

Quo loco triplicem Purgatorij cruciatum inſinuat poeta, nempè *aquæ, venti*, & *ignis*, ut explicant *Cerda*, & *Pontanus*, ibidem; & *Emondus Augerius in ſuo catechiſmo, cap.* 4. *lect.* 16. *nu.* 20.

5 Duratio pœnarum Purgatorij non eſt æqualis in omnibus animabus, quæ ibi purgantur. Ratio eſt, quia non omnes animæ decedunt cũ æquali reatu peccatorum remiſſorum; inſuper per aliorum ſuffragia liberãtur, tradit late *Suar. de pœnitentia, diſp.* 46. *ſect.* 4. *nu.* 4. *Ægidius de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 11. *dubio* 4. *nu.* 37. verſ. *Quarto.* Pœnas verò Purgatorij ultra diem judicij non eſſe duraturas certum eſt, quia ante judicium omnes tàm ſalvandi, quàm damnandi reſurgent, illi in gloria, iſti in pœna; probat *Suar. d. ſect.* 4. *nu.* 2. *Ægid. d. nu.* 37. in principio.

6 Sed quanto tempore unaquæque anima pro ſingulis peccatis punietur, & detinebitur in Purgatorio? *Soto in* 4. *diſt.* 19. *q.* 3. *art.* 2. in fine tenet, neminem ultra decennium in Purgatorio detineri, cum Deus poſſit ita conſtituere gravitatem intenſivam pœnarum, ut intra illud tempus poſſint deleri omnes maculæ ex peccato relictæ: & non eſt veriſimile voluiſſe Deum diutuis detinere amicos ſuos. Attamen hæc opinio improbabilis eſt, quia illa annorum menſura nullo fundamento nititur, nec magis probat de decem, quàm de quinq, vel de viginti. Vnde certum exiſtimo, animas ob gravia peccata plurimis annis puniri, quod Eccleſia videtur inſinuare, tùm in ſuffragijs particularibus pro defunctis, qui ante plures annos deceſſerunt,

tùm

tùm in forma, & modo concedendi indulgentias plurium annorum. Ita *Suar. d. sect. 4. nu. 6. Ægidius d. nu. 37.* & *38. Sylvius in supplemento, 3. p. D. Thomæ q. 100. art. 8. dubio 1.*

7 Ibi, Blaſphemiam dixerit. Quid ſit blaſphemia, & de pœnis adverſus blaſphemos, & plura de ipſius materia congerunt, *Covar. in cap. Quanuis, 1. p. §. 7. ex nu. 8. Gom. de delictis, cap. 1. ex nu. 2. Boſſius in praxi, tit. de Inquiſitione, nu. 129.* & *131. Boer. deciſ. 301. Soto de juſt. & jure, lib. 8. q. 2. art. 3. Simanch. de catholi. cap. 8. Menoch. de arbitrar, caſu 375.* plures refert, *Cened. collect. 126. ad decretales, nu. 1.* Inter recentiores Theologos doctiſſimmè rem differunt, *Azor. 1. part. mor. inſt. lib. 9. cap. 28. Suar. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4.* & ſeqq. *Sanches in decal. lib. 2. cap. 32. Valent. 2.2. diſp. 1. q. 13. pun. 1. notab. 2. Reginal.* omnium latiſſimè, *lib. 18. nu. 195. 196. 197.* & ſeqq. ubi adducit *cap. Statuimus. De maledicis*, in quo blaſphemantium pœna deſcribitur, quam idem auctor latè explicat *lib. 18. nu. 202.*

8 Ibi, Quod de uno negatur. Notat *Rebuf. in Concordat, tit. decollation. §. Siquis verò*, in verbo, *dignitatis*, ad hoc, quòd patronus laicus non ligatur nominationibus, quando in illis ſolum exprimitur patronus eccleſiaſticus.

9 In Gloſſa, verbo, Blaſphemiam, ibi, Ille, qui eſt obſtinatus. Dicit notabilem, *Felin. in cap. 1. nu. 22.* ad fin. *de conſtitutionibus*, ad hoc, quod peccans ex contemptu dicitur peccare in Spiritum Sanctum, & quod ille dicitur peccare ex contemptu, qui obſtinatè perſeverat in malo, & contumaciter vilipendit.

10 In textu, ibi, neque in hoc ſæculo. Quæritur, utrum detur peccatũ adeo, grave, quod per pœnitentiam in hac vita remitti nequeat? Reſpondetur nullum eſſe peccatum adeò grave, nec tantam multitudinem peccatorum, quæ non poſſint per veram pœnitentiam deleri in hac vita. Ita *D. Tho. 3. p. q. 86. art. 1.* & oppoſitum dicit eſſe erroneum. *Suar.* autem, *de pœnit. diſp. 8. ſect. 1. aſſert. 3.* docet eſſe hæreticum, quia eſt contra definitiones *Concil.* quas refert *aſſert. 1. nu. 5.* Sed quid dicendum de peccato in Spiritum Sanctum, de quo Chriſtus Dominus dixit non remitti, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro? Reſpondetur hoc peccatum juxta *D. Auguſt. de vera, & falſa pœnitentia, cap. 4.* & *lib. 4. contra Creſconium, cap. 8.* & alijs in locis, eſſe finalem impœnitentiam, quæ omnino irremiſſibilis eſt, quia cum illa hæc vita finitur. Alij tamen explicant de peccato, & malitia ex obſtinatione cordis, & ſpecialiter *Scot. diſt. 43. q. 1.* dicit eſſe obſtinationem peccati cum deſperatione veniæ, & propoſito non pœnitendi. *Suar. aſſert. 3. cit. nu. 18.* cenſet hoc peccatum propriè eſſe, quando ex malitia, & duritie cordis ſpiritui malo tribuuntur divina, & ſupernaturalia opera, quæ Spiritus Sanctus ad confirmandam fidem, vel convertendos peccatores operatur, & juxta duas poſteriores expoſitiones, hoc peccatum non dicitur irremiſſibile, quia omnino tolli non poſſit, ſed quia difficile tollitur, eo quod homini ſic diſpoſito difficile ſit veram pœnitentiam concipere. Ita cum *D. Chryſoſt.* & *D. Cyprian. Suar.* citatus.

CAP. Qui in aliud. V.

SVMMARIVM.

1 *Animæ poſt mortem quomodo purgẽtur?*
2 *In Purgatorio eſt pœna ignis.*
3 *Pœna Purgatorij an ſuperet omnem pœnam vitæ?*
4 *Pœna Purgatorij an paulatim minuatur?*
5 *Animæ Purgatorij an poſſint inde exire?*
6 *An ſint certæ de ſua ſalute, & poſſint mereri, aut demereri?*
7 *Vtrum animæ in Purgatorio orent pro nobis?*

IN textu. Agit Auguſtinus in præſenti, qualiter animæ poſt mortem purgentur, de materia vide *Sot. in 4. diſt. 19. q. 3. art. 1.* & *2. Petrum Soto de inſtitut. ſacerdot. lect. 2. de Purgatorio*, verſ. *Dubitetur. Henriq. de fine hominis, cap. 25. §. 3.* verſ. *Secundus locus.* Quo tempore autem animæ detineantur in Purgatorio, vide eundem *Henriq. in ſumm. lib. 7. cap. 16. nu. 4. Bellarmin. lib. 2. de Purgatorio, cap. 19.* & poſita ad *cap. Proximum, nu. 5.* & *6.* 1

Ibi, Igne purgationis. Ergo in Purgatorio, ſicut etiam in Inferno, eſt pœna ignis; qui eſt corporeus, eiuſdem ſpeciei cum noſtro elementari, *Bellarmin.* ubi proximè, *cap. 11.* Sciri autem non poteſt, quomodo ignis corporeus animas urat, ut per eundem *cap. 12.* Vide tamen *Suar. de pœnitentia, diſp. 46. ſect. 2.* qui latiſſimè rem diſcutit, aſſerens ignem verè, realiter, ac phyſicè, efficere cruciatum in animabus, ſeu ſpiritibus, agereq; in ſpiritus rem aliquam diſconvenientem, quæ ſit objectum doloris, & triſtitiæ. *Ægidius de Sacram. 2. p. diſp. 11. dubio 3. nu. 27.* Locus autem Purgatorij eſt infra viſcera terræ, Inferno ipſi vicinus. *Bellarmin. cap. 6. Henriq. de fine hominis, d. cap. 25. §. 3. Ægidius de Sacram. 2. p. diſp. 11.* 2

dubio

dubio 2. nu. 17. Suar. de pœnitentia, diſp. 45. ſect. 2. à nu. 3. Adde poſita ad *cap.* ſupra proximũ, *nu. 4.*

3 In verſ. Excellit enim. Nota ex textu, quod nũquam in carne tanta eſt inventa pœna (licet mirabilia paſſi ſint martyres tormenta) quanta in Purgatorio eſt; ſuperat enim omnem pœnam huius vitæ. Vide *Soto in 4. diſt. 19. q. 3. art. 2. Vivald. in Candelab. aureo, part. 1. de Sacram. pœnitentia, ſub tit. de Purgatorio, nu. 8.* qui uterque noſtrũ textum referunt, & alios citant. *Henriq. d. nu. 3.* qui poſt *D. Thom.* & alios, ait pœnam minimam Purgatorij acerbiorem eſſe, quam fuit dolor animæ Chriſti in paſſione. At *Bonaventura in 4. diſt. 20. art. 1. q. 2.* docet aliquam pœnam Purgatorij reperiri minorem aliqua pœna huius vitæ; ſequitur *Bellarm. d. lib. 2. de Purgatorio, cap. 2.* verſ. *At beatus*; quæ ſententia mihi placet, quia poteſt fieri, ut quis moriatur nullum debitum ſecum ferens, niſi unius verbi otioſi, at durum videtur propter otioſum verbum, pati debere aliquem ſupplicia graviora omnibus pœnis huius vitæ. Conſule *Suarium de pœnitentia, diſp. 46. ſect. 3. nu. 6. & 7. Ægidium de Sacram. 2. p. diſp. 11. dub. 3. nu. 26.*

4 Dubitatur tamen an pœna Purgatorij paulatim minuatur, vel ſemper eadem intenſivè duret? Quidam aſſerunt animas priùs puniri *in quodam loco*, ubi ignis intenſus urit, deinde tranſire ad alium, ubi mitius puniuntur, poſtea ad alium amœnum, ubi detinentur ſine pœna ſenſus, quod probabilitate non carere tradit *Sylvius in ſupplement. 3. p. D. Thom. q. 100. art. 3.* in fine. Sed incredibile apparet, animas à Purgatorio tranſire ad locum amœnum, priuſquam cœlum ingrediantur; quia ſi plenè purgatæ non ſunt, non debent ad illum locum tranſire; ſi verò iam ſunt purgatæ, ſtatim Deum videre incipiunt; unde dicendum eſt ſanctas illas animas immediatè tranſire à loco Purgatorij ad beatitudinis locum: tradit *Suar. de pœnitentia, diſput. 46. ſect. 4. à nu. 7.*

5 Dubitatur inſuper an poſſint Purgatorij animæ, ante finitam purgationem, ad tempus inde exire? Probabilius eſt eas animas non poſſe ordinariè ante pœnas omninò perſolutas egredi, quia ibi ſunt quaſi in carcere. Ex nonnullis tamen apparitionibus apertè colligitur, animas aliquando ex ſingulari Dei permiſſione egredi, ac aliquibus apparere, ut eorum ſuffragia poſtulent. *Ægidius de Sacram. d. diſp. 11. dub. 6. nu. 49.* Solum eſt advertendum, quando hæc diſpenſatio fit, pœnam non interrumpi, quia ignis ſicut in aere cruciat dæmones, ita animas torquere, ac purgare poteſt; advertit *Suar. d. ſect. 4. nu. 10.* Non omittam hoc loco rem memoratu dignißimam, & quæ in magnæ matris, ac Virginis laudem poteſt cedere. Ex *B. Petro Damiano lib. 3. epiſtolarum, epiſt. 10.* refert *Ioannes de Carthagena, tom. 3. lib. ultimo de mirandis Deiparæ Virginis, §. 4.* in ipſo die Aſſũptionis villam fuiſſe fœminam iam defunctam, quæ ſe ex purgationis ignibus ereptam eſſe teſtabatur. *Hodie*, inquit, *Regina mundi me cum multis aliis de locis pœnalibus liberavit, tantaq; multitudo per interventionem eius hodie* (ideſt in die Aſſumptionis) *eſt de tormentis erepta, ut numerum totius Romanæ plebis excedat.* Ita memoratus auctor.

Animæ Purgatorij ſunt omninò certæ de ſua ſalute; nam experiuntur ſe Deum amaſſe, quod non convenit damnatis; unde clarè colligũt ſe ſolum eſſe in Purgatorio, cuius pœnam ex fide ſciunt non eſſe æternam, *Bellarmin. lib. 2. de Purgatorio, cap. 4.* poſt multos *Suar. de pœnitentia, diſp. 47. ſect. 3. nu. 5. Ægidius de Sacram. diſp. 11. dub. 6. nu. 45. Sylvius in ſupplement. 3. p. D. Thom. q. 100. art. 6. dub. 1.* Non poſſunt tamen mereri, aut demereri, quia tempus merendi, aut demerendi morte finitur; ex multis *Suar. d. diſp. 47. ſect. 2 à nu. 1. Ægidius d. dub. 4. nu. 46.* 6

Pullulat tamen quæſtio utrum in Purgatorio animæ orent pro nobis, poſſintq; aliqui de nobis mereri, aut impetrare *D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 11. ad tertium*, ait eos, qui ſunt in Purgatorio, non eſſe in ſtatu orandi, ſed magis ut oretur pro eis, propter pœnas quas patiuntur; ſed oppoſitum eſt ſatis pium, cum illæ animæ ſint ſanctæ, & charæ Deo; neq; eſt incredibile Angelos bonos aliqua revelare illis animabus, quæ hîc fiunt à viventibus amicis, vel alio titulo illis conjunctis, ut in particulari pro nobis orent; nec *D. Thomas* abſolutè contrarium docet, ſed comparativè ait magis eſſe in ſtatu, in quo pro eis oretur, quàm pro aliis orandi. Hæc ex *Suar. d. diſp. 47. ſect. 2. nu. 9.* Vide *Leſium lib. 2. cap. 37. dub. 5.* ubi credibile dicit animas in Purgatorio de proximorum ſalute eſſe ſolicitas, & pro illis Deum aſſiduè orare. 7

CAP. Primum itaq;. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet eſſe ſine crimine.*
2 *Clerici tenentur ſine crimine vivere.*
3 *Quando ex notorio crimine inſurgat irregularitas?*
4 *Quæcumq; enormitas, an inducat irregularitatem?*
5 *An quis poſſit accuſari de peccato, de quo pœnituit?*

IN

1 IN textu. Collige debere inveniri ſine crimine, qui in Epiſcopum eſt ordinandus, dequo vide poſita ad *cap. Quis Epiſcopus, 2. nu. 1.* ſupra, *diſt. 22.* & ad *cap. Epiſcopus, 7. nu. 2.* & ſeqq. eadem diſt. Adde *Petrum Greg. de elect. cap. 9. nu. 1.* ad finem, *Gamã de Sacramentis præſtand. q. 5. nu. 1.*

2 Ibi, Qua libertate. Notã quod clerici tenentur ſine crimine vivere, ne dum laicos corripiunt, tacite ſibi ipſi reſpondeant, eadem crimina ſe admiſiſſe, quæ corripiunt, & hæc verba innovavit *Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reformat. in proœmio,* poſt principium.

3 In Gloſſa, verbo, Primum ad med. ibi, Alij dicunt. Quando ex notorio crimine inſurgat irregularitas, quę etiam peracta pœnitentia impediat ordinum executionem, & ad maiores acceſſum? Vide latiſſime *Suar. 5. tom. de cenſuris, diſp. 48. ſect. 1. & 2.*

4 In eadem Gloſſa in fine, Ego credo. Tenet Gloſſa quod quæcumq; enormitas, etiam ſine notorietate, impedit, nequis promoveatur; ſequuntur plures, quos refert *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 248.* Contrarium tamen veroſimilius tenet idem, *Navarr. d. loco,* vide poſita ad *cap. Qui partem, n. 7. diſt. 55.*

5 In Gloſſa, verbo, Corripe. Igitur poteſt quis accuſari de peccato, de quo pœnituit. Extollit *Gom. 3. tom. cap. 1. nu. 40.* à principio, ubi Gloſſam refert, & tradit plurima. Et ſpecialiter de hæretico, quem iam pœnituit, & in foro conſcientiæ abſolutus eſt, tradit *Sanch. lib. 2. Decal. cap. 12. nu. 7.* cum *Gloſſa, cap. Gaudemus,* verbo, *poterit, de divortio. Abb. Paulo,* & multis, quos vide apud *Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 2. nu. 40. Penha in Direct. Inquiſit. 2. p. Comment. 25.*

DISTINCTIO. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus quare efficiatur irregularis.*

1 IN Gloſſa ſummæ, verbo, Sequitur. Laborat Gloſſa in reddenda ratione ob quam bigamus efficiatur irregularis, de quo videndi ſunt *Covar. in Clement. Si furioſus, 1. p. §. 2. nu. 3.* verſ. *Huius, Navarr. in Man. cap. 27. nu. 19.* in principio, *Anania in cap. 3. nu. 3. de adulterijs, Ant. in ſumma, 3. p. tit. 28. cap. 4.*

CAP. Vnius uxoris. I.

SVMMARIVM.

1 *Hieronymus quis fuerit?*
2 *Bigamia ante baptiſmum an impediat ordines?*
3 *In Baptiſmo an crimina dimittantur, & nu. ſeqq.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Hieronymus. Vide poſita ad *cap. Illud diſt. 12.* & huius epiſtola integra ad Oceanum, refertur in epiſtolis D. Hieronymi, collectis per *Caniſium, lib. 3. epiſtola. 10.*

2 Ad textum. Collige bigamiam contractam ante baptiſmum non cauſare impedimentum, ut poſt ſuſceptũ baptiſmum bigamus non ordinetur, ut in præſenti tradit Hieronymus, contrarium verò decidit *Auguſtin. in cap. Seq.* qui omnium fere conſenſu receptus eſt, ut per D.D. ibi, citatos, & ultra illos *Abb. nu. 16. in cap. Gaudemus de divortijs, Soto in 4. diſt. 27. q. 3. art. 2. Covar. in Clem. Si furioſus, p. 1. §. 2. nu. 5. Suarius de cenſuris, diſp. 41. ſect. 1. nu. 2.* ubi agit de hac *epiſtola 83. Hieronymi ad Oceanum,* & textum citat *Greg. Lopez, part. 1. tit. 5. l. 35. Gloſſa. 1.*

3 Ibi, Non imputatur. Ergo in baptiſmo commiſſa ante crimina dimittuntur; notavit *Tiraq. de pœnis cauſa 25. nu. 1. Farinac. tom. 3. q. 97. num. 150.* An autem hoc procedat in foro tantũ pœnitentiali, an etiam in foro judiciali? Statue ſequentes concluſiones.

4 Sit prima concluſio. Iudæus, aut Ethnicus effectus chriſtianus, non debet puniri de delictis ante commiſſis, ſic enim intendit Gloſſa verbo, *in baptiſmate, in cap. Sine pœnitentia de conſecrat. diſt. 4.* intendit *Gloſſa ult.* in principio, *8p. diſt. Butrius Imola,* & alij in *cap. De his, de accuſat.* quos, ibi, refert *Felin. nu. 7.* ubi *Anania nu. 6.* appellat æquiorem; tradit judicatum *Ferret cautela 24.* conſuluit *Ruinus, lib. 5. conſ. 13. nu. 3.* & in hanc partem inclinat *Clar. in pract. §. fin. q. 51. nu. 19.* dicit communem *Virius, lib. communium,* in verbo, *accuſari poteſt Iudæus;* plures refert, & ſequitur *Farinac. 3. tom. q. 98. nu. 145.* & 148. ait ita Romæ obſervari *Tuſchus, tom. 1.* verbo, *Baptiſmus. nu. 4.*

5 Contrariũ tamen probat *Gloſſa ult.* ubi D. D. communiter, in *cap. Gaudemus, de divortijs, Gloſſa,* verbo, *pœnitentia, in cap. Ad monere 33. q. 2.* plura cumulat *Tiraq. de pœnis cauſa 25. num. 6.* & ex Canoniſtis, & Theologis tradit receptum, *Covar. lib. 2. reſolut. cap. 10. nu. 4. Plaza de delictis,*

lib. 1.

lib. 1. cap. 34. nu. 17. (idem tenet *Abulenſ. in 3. Regum, cap. 1. q. 29.* ubi teſtatur de communiori opinione. *Villalobas communium opinion. littera B. nu. 1. Dec. conſ. 130.* per totum, *lib. 1. Brunus à ſole quæſtione legal. 18. nu. 3. & 6.* Ego primam opinionem tanquam æquiorem, & religioni magis faventem libenter amplector.

6 Secunda concluſio. Iudæus, aut Ethnicus effectus chriſtianus infraudem, & ut pœnã cõmiſſi delicti evitet, poterit, non obſtante baptiſmate, de delictis antea commiſſis accuſari, & puniri. Ita *Marian. Socin. in cap. De his, nu. 22. de accuſat. Dec. dict. conſ. 130. nu. 3.* verſ. *Et maximè iſta concluſio;* faciunt quæ tradit *Boer. deciſ. 289. nu. 1.* in fine. *Decian. practic. criminali, lib. 4. cap. 20. nu. 24.* poſt alios *Barboſa in l. Si quis poſtea quam, nu. 88. de judic.* Atque ita poterũt reduci ad concordiam ſuprapoſitæ opiniones, ut prima abſolutè procedat, ſecũda verò ſi fraus interveniat; quando autem quis ſit putandus fraudulenter, non autem ex corde, baptiſmum ſuſcipere? Vide *Dec. dict. conſ. 130. num. 3. Farinac. d. quæſt. 97. num. 154.*

7 Tertia concluſio. Aliquis effectus chriſtianus, adhuc tenetur reſtituere malè ablata, & omne illud, quod civiliter ex furto, ſeu alio delicto naſcitur; probat *Gloſſa*, verbo, *Poſſeſſionibus*, ubi communiter omnes in *cap. Iudæi, in 2. de Iudæis. Innoc. in cap. Gaudemus, nu. 3.* verſ. *Et idem de divortijs*, & ibi *Hoſtienſ. nu. 16.* in fin. *Butrius nu. 21. Covar. variat. lib. 2. cap. 10. nu. 4. Dec. d. conſ. 130. nu. 1.* poſt med. & *nu. 3.* ſequitur poſt alios *Farinac. d. q. 97. nu. 156.* Attamen circa reſtitutionem uſurarum, vide *Conſtitutionem Pauli, 3. part. prima Bullarij, fol. 415.*

CAP. Acutius. II.

SVMMARIVM.

1 *Auguſtinus quis fuerit?*
2 *Bigamia ante baptiſmũ impedit ordines.*
3 *Mulier corrupta inter moniales cooptari non poteſt, ut recipiat cõſecrationem virginum.*
4 *Gloſſa approbatur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Auguſtinus. Vide poſita ad *cap. Iuijt, ſupra, diſtinct. 4.*

2 Ad textum, Docet *Auguſtinus*, bigamiam ante baptiſmum impedire, ut quis non ordinetur; oppoſitum docuerat *Hieronym. in cap.* proximo; *Auguſtinus* tamen magis approbatur, & ultra D.D. ibi poſitos, eſt videndus *Navar. in Manual. cap. 27. nu. 158.* à principio. *Vivald. in Candelab. 1. p. de baptiſmo, nu. 44.* verſ. *Sexto. Suar. de cenſuris, diſp. 49. ſect. 6. nu. 10.* Adde D. *Thom. 3. p. q. 66. art. 4. Greg. Lopez part. 1. tit. 4. l. 5. Gloſſa 1. Maiolum de irregularitat. lib. 1. cap. 33. Villadiego de irregularit. cap. 16.* in principio.

Ad med. ibi, Dei virgines conſecrari. 3 Notat *Tiraq. in l. 1. Connubial. Gloſſa 1. par. 1. nu. 45.* ad fin. ad hoc, quod licèt mulier corrupta inter ſanctas moniales cooptari non poteſt, vir tamen corruptus, & ſacris, & religioni mancipari poteſt, & etiam in Epiſcopum conſecrari. Adde quod per hunc textum, tenet *Rodriguez de regularibus, tom. 1. q. 64. art. 3.* non poſſe conſecrari fœminas corruptas ſtupro occulto; etiamſi per vim, aut dormientes virginitatem amiſerint, de quo vide poſita ad *cap. Sanctimoniales 24.* ſupra, *diſt. 23. nu. 1.* Adi pro hac re *Sanch. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 5. nu. 22.* & deinceps, ubi diſtinguit de velo proprio virginitatis, quod dicit accipi non poſſe à corruptis, non vero de velo cõmuni profeſſarum.

In Gloſſa, verbo, Conſecrari, ibi, Significat Eccleſiam triũphãtem. 4 Et ita per ipſam virginitatem, Eccleſia triumphans deſignatur; quia ſicut Angeli ſine carne vivunt, ita virgines in carne triumphant, ad quod dicit Gloſſam ad modum celebrem *Paulus Fuſcus de viſitat. lib. 2. nu. 1.* qui multa congerit. Vide præterea *Riberam*, & *Blaſium Viegas*, in illud *Apocal. 14. Virgines enim ſunt, ſequuntur agnum quocunque jerit.*

CAP. Deinde. III.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius Pontifex quis fuerit?*
2 *Bigamus an ſit, qui poſt baptiſmum habuit uxorem, & ante alteram.*
3 *Reſponſio interrogationi accõmodatur.*
4 *Infidelis habens filium, ſi convertatur ſuccedit in maioratu.*
5 *Sine peccato exercetur, quod fit de præcepto.*
6 *Irregularitas an tollatur in baptiſmo?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Innocentius. 1 Qui fuit nomine primus, de quo vide poſita ad *cap. Quis neſciat*, ſupra *diſt. 11.* Sed forſan iſte Innocentius non fuit primus, cùm in eius epiſtolis, quas refert *Baron. annal. tom. 5. anno Chriſti 404. num. 36.*

& 87. & 91. & *anno* 405. *nu.* 62. & *anno* 408. *nu.* 33. & 38. & 41. & *anno* 413. *nu.* 23. & *anno* 416. *nu.* 14. & 31. & 34. non reperiatur hæc epiſtola ad Ruffum; ſed fuit nomine ſecundus; qui obiit anno Domini 1128. & nonnulla ſcripſit, ut per *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom.* 2. verbo, *Iunocentius. fol.* 100. Adde poſita ad *cap. Decernimus*, 2. infra, *diſt.* 28.

2 Ad textum. Collige ex textu bigamũ eſſe, qui ante baptiſmum habuerit unam uxorem, & poſt baptiſmum alteram; de quo agit *Villadiego de irregularitate, cap.* 16. in principio; ubi hunc textum vocat optimum, & eum ſæpe ſæpius ponderat, & vide poſita ad *cap.* 1. & 2. ſupra, *hac eadem diſt.*

3 Ad med. ibi, Meminerint hoc à Iudæis interrogatum. Notat *Suar. tom.* 2. *de religione, lib.* 2. *de juramento, cap.* 13. *nu.* 4. ad hoc. quòd debet reſponſio interrogationi accommodari.

4 In verſ. Quæro, ibi, Flios, quæ ex ea. Dicit notabilem *Gregor. Lopez. part.* 2. *tit.* 15. *l.* 2. verbo, *Si no el fijo maior*, verſ. *Et advierte*, ad hoc, quod ſi aliquis infidelis (qui juxta morem patriæ poſſidet maioriam) habens iam filium maiorem ex uxore, convertatur ad fidem ipſe, & eius uxor, & poſtea procreent filium alium, ſuccedit in maioratu primus filius, licèt natus in infidelitate; & eſt argumentum, quod filij ſuſcepti ante baptiſmum, debent habere partem hæreditatis, & hoc eſt verum niſi remanerent in infidelitate, quia tunc debent privari hæreditate paterna, & materna, *l. Cognovimus, C. de hæreticis.*

5 Ad fin. textus, in verſ. Nuptiarum, ibi, Non poteſt dici. Et ita ſine peccato exercetur, quod de præcepto perficitur; ut ex textu notavit *Gregor. Lopez part.* 4. *tit.* 2. *in ſumma, Gloſſa* 3.

6 In Gloſſa ult. in principio, ibi, Ex proprio delicto. Tenet Gloſſa infamiam, & irregularitatem ex proprio delicto provenientem, tolli in baptiſmo; Gloſſa ſimilis in *cap. Si quis viduam, diſt.* 50. de quibus *Villadiego de irregularitate, diſt. cap.* 16. in principio.

CAP. Vna tantum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus quas maculas auferat?*

2 *Actum frequentat, qui bis illum exercet.*

3 *Non eſt hortator caſtitatis, qui ipſam nõ ſervat.*

IN textu. Notat *Gregor. Lopez*, ad hoc, quod irregularitas, & bigamia non tollitur baptiſmo, *part.* 1. *tit.* 4. *l.* 6. *Gloſſa* 1. de quo etiam lege ſcripta ad *cap.* 1. 2. & 3. ſupra, *eadem diſt.* & de effectibus baptiſmi, & quas maculas auferat? Vide *Suar. tom.* 1. *de Sacram. q.* 69. *art.* 4. *diſp.* 26. *ſect.* 1. *Ægydium q.* 69. *art.* 1. & ſequent. *Vaſq. tom.* 2. *in* 3. *part. diſp.* 156. *cap.* 1. 2. & 3. ubi deducit ex graviſſima Conciliorum, & Patrum authoritate *Gregor. Ambroſ. Hieron. Cypriani.* Vide etiam *Carthagenam lib.* 3. *tit.* 42. *obſervatione* 4. qui authores quatuor aſſignant præcipuos effectus baptiſmi. Primus eſt animam abluere ab omni peccato. Secundus, eſt gratiæ infuſio, & virtutum Theologalium Fidei, Spei, Charitatis. Tertius liberare ab omni pœnæ reatu peccatis debito. Quartus, aperire januam regni Cœlorum. Qui effectus colliguntur ex *cap. Maiores, de bapt.* & ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 6. *cap.* 7. *Carthaginenſi* 4. *Can.* 1. *Florentino in decreto fidei, poſt ultimam ſeſſionem*, 4. *Primum omniũ*, ubi *Eugenius* 4. ita definit. *Huius Sacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis, & actualis, omnisque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur.* 1

In textu, ibi, Iterare. Ergo ille dicitur actum frequentare, qui bis illum exercet; unde meritò illa dicitur meretrix, quæ cauſa quæſtus duos amaſios admittit. *Abb. in cap. Inter opera, nu.* 5. *de ſponſal.* ubi *Præpoſitus nu.* 5. *l. Palam quæſtum de ritu nuptiarum*; mulier autem quæ amore plures admiſit, non eſt meretrix, ut per eundem *Præpoſit.* ubi proximè. 2

In textu ad fin. in verſ. Quomodo. Ergo non poteſt eſſe hortator caſtitatis, qui ipſam non ſervaverit; & verba noſtri textus renovavit *Concil. Trid. ſeſſ.* 14 *de reformat. in præmio*, poſt principium. Imò, generaliter loquendo, ad nullius virtutis obſervantiam ille alios poterit cohortari, qui eandem non religioſè obſervaverit. Extat hac in re pulcherrimum *Sannazarij epigramma ad Regem Federicum*, ubi poſtquam illum inducit cavente, ne quis audaci manu arma diſtringeret, mox eundem monſtrat eiuſdem virtutis obſervatorem, cuius erat hortator. 3

Depoſuiſſe tuum, vel primus diceris enſem,
Et monſtraſſe palam primus inerme latus.

CAP.

CAP. Qui ſine crimine. V.

SVMMARIVM.

1 *Ambroſius quis fuerit?*
2 *Bigamia an tollatur per baptiſmum?*
3 *Verbum,* tenere, *aliquando non importat neceſſitatem.*
4 *In irregularitate bigamiæ quis diſpẽſet?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ambroſius. Vide poſita ad *cap. Quadrageſima,* ſupra *diſt.* 4. Adde latiſſime *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom.* 1. in verbo, *Ambroſius, fol.* 91. & ſequentibus.

2 In textu. Tenet Ambroſius irregularitatem bigamiæ, non tolli per baptiſmum, de quo vide poſita ad *cap.* 1. 2. 3. & 4. *hac eadem diſt.* Adde *Suarium de cenſuris, diſp.* 49. *ſect.* 6. *nu.* 10. qui textum refert.

3 In principio textus, ibi, Tenetur. Nota quod quandoq; verbum, *tenere,* ponitur permiſſivè, & non præceptivè, vel neceſſitativè, licèt regulariter neceſſitatem importet, *l.* 3. *C. de tranſact. l.* 1. §. 1. *ff. de eo, per quem factum erit,* vide *Briſon. de verborum ſignificatione, lib.* 18. fol. mihi 625.

4 In fine, ibi, Prærogativa exuitur. Quis autem poſſit in hac irregularitate bigamię diſpenſare? Vide latiſſimè per *Suarium de cenſuris, diſp.* 49. *ſect.* 6. per totam. An autem Epiſcopus poſſit in illa diſpenſare? Vide poſita ad *cap. Non confidat* 59. infra, *diſt.* 50.

DISTINCTIO. XXVII.

CAP. Diaconus. I.

SVMMARIVM.

1 *Martinus primus quis fuerit?*
2 *Non licet ſacerdotibus uxorem habere.*
3 *Proteſtatio aliquando exonerat proteſtantem.*
4 *Diaconus an poſſit matrimonium contrahere?*
5 *Aliquando non ſufficit contradicere.*
6 *Tacens quando conſentire videatur?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Martinus. Papa huius nominis primus, patria Tudertinus, creatur Pontifex anno Chriſti 649. coegit Synodum Lateranenſem, ſumma perpeſſus pro cauſa fidei, abductus captivus Conſtantinopolim, expoſitus opprobrijs omnibus Cherſonam fuit relegatus, ubi inopia, & æruminis confectus, verè martyr obijt. Extant eius epiſtolæ unà cum Synodalibus, actis Concilij Lateranenſis. Vide *Baron. tom.* 6. *annal. anno* 496. & ſequentibus. *Poſſevinum in apparatu ſacro, tom.* 2. *fol.* 410. Adde poſita ad *cap. ult. nu.* 1. ſupra, *diſt.* 24.

In textu. Collige non licerè ſacerdotibus uxores habere, ſed caſtos, & cœlibes eſſe oportere, ut multis comprobat *Tiraq. l.* 15. *connubialium, nu.* 118. qui textum refert, *Burſatus conſ.* 110. *nu.* 26. Quæſtio autem eſſe poteſt, an jure divino, vel humano initiatus ſacris, obligetur ad cœlibatum? & magis placet ſolo jure eccleſiaſtico annexam eſſe cõtinentiam ordinibus ſacris; tradit *Henriquez in ſumma, lib.* 10. *cap.* 14. §. 5. & ibi *littera D,* noſtri textus meminit, *Sanches lib.* 7. *de matrim. diſp.* 27. *nu.* 5. latiſſimè *Vaſquez. de ordine, diſp.* 247. *cap.* 3. & ſequentibus. De quo etiam videbis poſita ad *cap.* 1. & *cap. de ijs,* infra, *diſt.* 28. & ad *cap Presbyteris,* 8. *nu.* 2. infra, *hac eadem diſt.* 2

In verſ. Quod ſi. Ponderat *Felin. in cap. Cum M. nu.* 38. *de conſtit.* ad hoc, quod tenet, & juvat proteſtatio, quando ille, qui proteſtatur agit de exonerando ſe ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, ſed ſecuturo. 3

In verſ. Si verò. Arguit ex his verbis Marcus Antonius Epiſcopus Spalatenſis, poſtea verò ab Eccleſia Sancta Romana Apoſtata, docere Gratianum, ſi diaconus uxorem ducat, matrimonium tenere. Sed inique cum Gratiano agit, qui id tantum aſſerit diaconum ſi à miniſterio ceſſare voluerit contracto iam ante diaconatum matrimonio licitè uti poſſe; non autem novas nuptias contrahere, quod tamen ut notat Gloſſa de Eccleſia tantum Orientali poſteriorum temporum intelligi debet, ut bene confutat *Boverius de Republica eccleſiaſtica, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. §. *Hinc perperam, fol.* 396. Adde poſita ad *cap. Quoniam* 13. *nu.* 6. infra, *diſt.* 31. 4

In Gloſſa, verbo, Si conteſtatus, ibi, Contradicat. Imò non ſat eſt non contradicere, ſed requiritur expreſſus conſenſus ex *Felin.* poſt alios; in *cap. Cum M. nu.* 34. *de conſtitutionibus,* qui Gloſſam citat. 5

6 In Gloſſa, verbo, Tacuerit, ibi, Pro conſenſu. Hoc eſt verum regulariter, niſi adſit præjudicium tertij *l.* 3. & ibi *Gloſſæ ff. de authorit. tutorum*, aut niſi metu tacuiſſet, *l. noviſſime, ff. de re jud.* ſeu niſi agatur de obligatione reali, vel perſonali, *l.* 4. *ff. ſervitut. urban. prædior. l. Filius familias*, §. *Invitus, ff. de procuratoribus*, & vide quæ dicam in *regula, Qui tacet, de regulis juris, lib.* 6. Interim conſule *Sanches lib.* 1. *matrim. diſp.* 5. *nu.* 5. ubi cum multis.

CAP. Quidem. II.

SVMMARIVM.

1 *Auguſtinus quis fuerit?*
2 *Nubentes non ſunt ſeparandi.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Auguſtinus. De quo vide poſita ad *cap. In ijs*, ſupra *diſtinct.* 4.

2 Ad textum. Collige ex textu nubentes poſt votum caſtitatis, non eſſe ſeparandos, de quo vide in terminis *D. Thom. in Addit. ad* 3. *part. quæſt.* 53. *art.* 1. Ratio autem ea eſt, quia votum non operatur ultra voventis intentionem, ſed vovens caſtitatem, aut non nubere, non intendit ſe inhabilem reddere ad nubendum, ſed ſolum intendit promittere, & ſe obligare ad id non faciendum, licet poſſit, & habilis ſit, & hanc rationem reddit *Suarius tom.* 2. *de religione, lib.* 4. *de obligatione voti, cap.* 6. *nu.* 4. Adde poſita ad *cap. Sequens, num.* 2.

CAP. Si vir. III.

SVMMARIVM.

1 *Theodorus quis fuerit?*
2 *Simplex votũ an irritet matrimonium?*
3 *Iudex poteſt minuere pœnam.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Theodorus in Pontificali. Fuit Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus, natione Græcus, ſcripſit opus de qualitate pœnitentiæ, ijs, qui in multis criminibus deliquiſſent, inſcriptũ eſt enim *Pœnitentiale Theodori*; cuius in præſenti meminit Gratianus. Conſcripſit etiam epiſtolas nonnullas ad diverſos; floruit anno Domini 690. Vide *Poſſevin. in apparatu ſacro*, 3. *part. litera T. fol.* 280.

Ad textum, ibi, Simplex votũ. 2 Ergo ſimplex votum non irritat matrimonium poſtea contractum, cum per illud non mutetur ſtatus, neque vovens amittat dominium propriæ voluntatis, & ideo poſtea contrahendo, poteſt illud transferre in uxorem. Vnde quantumcũq; votum fiat publicè, & cum magna ſolemnitate, non irritabit matrimonium poſtea contractum; quia ad illud irritandum requiritur, quòd publicè fiat, & ſit ſolemne per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, vel per profeſſionem factam in religione approbata. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 7. *ad tertium. Navarr. in Manuali, cap.* 12. *nu.* 31. verſ. *Decimo tertio.* proſequitur latè *Barboſ. ſoluto matrimonio*, 2. *part. Rubricæ. nu.* 99. item poſita ad *cap.* ſupra proximũ, *nu.* 2. Adde *Suarium de ſtatu religionis, tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 3. *nu.* 14.

In Gloſſa, verbo, Sed tribus, ad finem. ibi, Minuitur pœna. 3 Notat Gloſſa, quòd judex debet detrahere de quantitate pœnæ à jure ſtatuta, quando delinquens facit actum prohibitum, & tamen à jure poſtea toleratur, & approbatur, de quo vide nonnulla per *Tiraq. de pœnis, in præfatione, nu.* 4. & 18. cum ſequentibus, *nu.* 15. an judex poſſit pœnam augere?

CAP. Voventibus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Vovens caſtitatem an poſſit nubere?*
2 *Qui contra votum matrimonium contraxit, an poſſit petere debitum?*
3 *Eccleſia an poſſit punire voluntatem? & num. ſequentibus.*

IN textu. Nota damnabile eſſe voventibus caſtitatem, velle nubere, de quo vide poſita ad *cap. Sequens, nu.* 2. & 3.

Ibi, Sed etiam velle. Ergo, qui cõtra votũ caſtitatis matrimonium contraxit, & conſũmavit, tenetur nihilominus ad non petendum debitũ, quia voti obligatio durat in eo, in quo impleri poteſt; ſic etiam qui contra votum religionis uxorem duxit, adhuc tenetur non conſumare matrimonium, quia poteſt implere votum

quoc

quod de ſe ſemper obligat, tradit *Suar. tom. 2. de religione, lib. 4. de obligatione voti, cap. 16. nu. 7.* ubi late.

In Gloſſa, ibi, Voluntas punitur. Dotat Gloſſa, poſſe Eccleſiam punire voluntatem. Gloſſa ſimilis in *Clement. 1. de hæreticis*, verbo, *Iure communiter recepta*, ex *Pigio de eccleſiaſtica hierarchia, lib. 6. cap. 16. Medin. in Cod. de pœnitentiis, tractatu de matrimonio, queſt. de poteſtate Eccleſiæ, reſpectu actuũ cordis. Cordub. lib. 4. quæſtionum Theologicarum, q. 13. Adrian. Quodlibet. 8. verſ. Huius deciſio*, fol. mihi 257. plures refert *Gutierr. lib. 1. Canon. cap. 13. nu. 4.* Præcipuum eſt fundamentum, quia in die feſto peccat, qui ſola voluntate violat præceptum, velitſi habeat intentionem non audiendi miſſam. Ergo Eccleſia punit etiam interiores actus malos, & illos judicat.

Ego contrariam opinionem ſemper certiorem exiſtimavi, eam tenet *Caſtr. lib. 2. de juſta hæret. punit. cap. 18. Navarr. in Manual. cap. 23. nu. 103.* ad fin. & *tom. 2. in cap. Fin. de ſimonia, nu. 20. verſ. Nec obſtat. Simanch. de catholicis, cap. 42. nu. 2. Gutierr. d. lib. 1. Canon. cap. 13. nn. 4. & 5.* Latiſſimè *Suar. 5. tom. de cenſuris, diſp. 4. ſect. 2.* per totam Nec obſtat fundamentum, quia Eccleſia non prohibet illum actum interiorem, ſed cõſecrat tempus aliquod divino cultui; unde ex natura rei ſequitur, ut irreverentia illi tempori facta jure naturæ ſit prohibita? ſicut conſecrato loco, vel calice, vel quacumq; alia re ad cultum Dei; licet conſecratio ſit de jure poſitivo humano, irreverentia tamen talirei facta eſt contra ius naturæ. Ita eleganter ſolvit *Suar.* ubi proximè, *nu. 6.* Agnoſcit *Vaſquez 1. 2 diſp. 160. cap. 4. nu. 19.* licèt alio modo argumento ſatisfiat.

Verum autem hæreticus in mente ſit excommunicatus, & aliquibus pœnis ſubjectus? Vide poſita ad *cap. Si quis eorum*, infra, *diſt. 30. nu. 2*, & ſequentibus, & quæ latius ſcripſimus, ad *cap. Qui partem 6. nu. 8.* & ſeqq. infra, *diſt. 55.*

CAP. Si Nupſerit. V.

SVMMARIVM.

1 *Nubere an ſit peccatum?*
2 *Ex accidenti poteſt matrimonium fieri culpabile.*
3 *Mulier vovens non poteſt nubere, vir tamen qui eam diſponſavit libere illa utitur.*

IN textu. Collige virginem nubendo non peccare, nubere quidem 1
velle, malum non eſſ, ſed potius bonum, atq; remedium ſingulare concupiſcentiæ malæ, & infirmitatis humanæ, confirmat *D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 7. nu. 9.* proſequitur elegantèr *Sotomaior in epiſtolam ad Timotheum, cap. 5. nu. 10.* & 14. ſuper illa verba, *Nubere volunt.*

Ibi, Habebit damnationem. Poteſt ergo ex accidenti matrimonium fieri malum, atq; culpabile. Nempe ſiquis poſt votum 2
continentiæ nubere velit, & nuptias affectet, tradit idem *Sotomaior*, ſupra citato loco, ubi verba noſtri textus refert, firmat latè *Bellarmin. de Sacramento matrimonij, tom. 2. lib. 1. cap. 21. verſ. Sit igitur prima propoſitio.* Adde poſita ad *cap. ult. infra, hac eadem diſtinct.*

Notabis tamen, quod licet mulier habens votum caſtitatis non poſſit nubere abſq; pec- 3
cato, juxta textum in præſenti; tamen vir, qui eam diſponſavit, libere illa utitur non ſolum reddendo, ſed etiam exigendo, ut notavit *Sylveſt.* verbo, *matrimonium 7. q. 5. verſ. Sexto*, in fine, *Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 33. nu. 2.* quos refert; & ſequitur *Suar. d. lib. 4. de obligat. voti, cap. 16. nu. 12.* Et eſt ratio, quia ille non obligatur voto uxoris, cum votum non obliget niſi volentem, nec obligatur ratione peccati cõmiſſi inducendo, vel cooperando ad fractionem voti, quia fractio voti non obligat poſtea ad recompenſationem, ſed ad pœnitentiam, etiam ipſum volentem. Ergo multò minus obligabit cooperantem; aut inducententem, advertit *Suar. d. loco.*

CAP. Quod interrogaſti. VI.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Pantoſca quis fuerit?*
2 *Mulier ſe fingens monialem nubere non valet.*
3 *Falſa remedia ſunt abycienda.*
4 *Hypocriſis definitur.*
5 *Profeſſio monialis inducitur per impoſitionem velaminis.*
6 *Proteſtatio actum demonſtrat.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Nicolaus. Vide poſita ad *cap. Imperium*, 10. *diſt.* & ad *cap. Omnes*, 22. *diſt.* 1

2 In textu. Notabis quod mulier, quæ sanctimonialem se esse finxerit, nubere non valet; quod tradit *Covar. in cap. 2. nu. 9. de testamentis, Vasquius in repet. Rubrica, §. 57. nu. 4.* & vide quæ infra dicemus, *nu. 5.*

3 Ibi, Finxit. Meminit huius textus *Iacobus de Graffijs libro resolutorum de pœnitentijs, & remissis*, ad hoc, quod falsa remedia sunt abijcienda, quia populus ficta simulatione non est fallendus.

4 Ibi, Per hypocrisim. Hypocrisis est vitiū, quo quis factis, vitæ integritatem, & sanctimoniam fingit, ac simulat, cupiens, & studens bonus haberi, & prædicari. *Azor. in summa moral. tom. 1. lib. 4. cap. 13. vers. Hypocrisis. Reginald. tom. 2. lib. 17. nu. 113. Lessius de just. lib. 2. cap. 47. dub. 6. §. Est autem*; ubi docet hypocrisim per se, & ex genere suo esse peccatum veniale, aliquando tamen posse esse peccatū mortale ratione finis, quem intendit ipse hypocrita. Verbi gratia, si aliquis mendaci, & simulato virtutis pallio ad ecclesiasticam dignitatem indignus velit promoveri; vel si se doctorem, aut prophetam fingat, quò facilius perniciosam doctrinam in vulgus disseminet.

5 Ibi, Revertatur. Ergo professio monialis potest induci per impositionem sacri velaminis factam à se ipsa, ita ut impediatur reditus ad sæculum; de quo vide posita ad *cap. Vidua*, & ad *cap. Consulti, de regular. Cajet. in opusculis, tom. 1. tract. 31. q. 7.* & de materia late *Suar. tom. 2. de religione, tract. 6. lib. 1. de voto, cap. 2. Sanch. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 3. nu. 24.* & *nu. 14.* cum sequentibus.

6 In Glossa 1. ibi, Protestatio præcedat. Nota ex Glossa, quod quando quis facit actū multipliciter intelligibilem, si vult ostendere, quod intendebat facere secundum unum intellectum, debet illud protestari, ante actum, & non post actum, & est ratio quia per protestationem præcedentem apparet, quo animo quis gerat actum, unde illa voluntas semel posita semper videtur durare, *cap. Maiores, §. Dormient, de baptismo.*

CAP. Nam si consenserimus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Bursatus textus meminit.*
2 *Simon Magus quis fuerit?*
3 *Ananias, & Saphira mortui ad pronuntiationem Petri.*

AD textum. *Bursat. cons. 310. nu. 16.* 1 huius textus meminit, qui cum sit Paleæ illectus præteriit scribentes, & glossatores in præsenti. Vide immerito *Burchardum in suo decreto, lib. 8. cap. 47.* verba huius textus non Paleæ, scripsit Nicolao Pontifici retulit.

Ibi, Profuit Simoni Mago. 2 Refertur hæc historia in *Actibus Apostolorum, cap. 8.* Fuit autem Simon Magus natione Samaritanus, ut tradit *Abulensis in Matth. cap. 24. quæst. 80. vers. Sed ante.*

Ad fin. textus, ibi, Ananias, & Saphira. 3 Vide de hac historia in *Actibus Apostolorum, cap. 5.* & vide *Prompuarium juris, tom. 1.* verbo, *Ananias, in Glossa littera R.* qui textum refert; fuerunt enim mortui ad pronuntiationem Petri Apostoli, cuius rei redditur causa per *Abulens. lib. . Regum, cap. 1. q. 19.* Lege *Lorinum in Act. Apostolorum*, citatis locis.

CAP. Presbyteris. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Calixtus secundus quis fuerit?*
2 *Sacris initiati non possunt matrimonium contrahere.*
3 *A quo tempore hæc matrimonia irrita sint?*
4 *An hoc procedat ex constitutione Ecclesiæ?*

IN superscriptione, ibi, Calixtus secundus. Guido ante vocatus, Viennensis Archiepiscopus, filius Comitis Burgandiæ, creatus Pontifex anno Domini 1119. Concilium Lateranēse celebravit; per hæc tempora ordines Templariorum, cānonicorum regularium Sancti Augustini, & militiæ Calatravæ in Hispania instituti fuerunt, teste *Chacon de vitis, & gestis Pontificum, fol. 385.* & vide *Platinam in eodem Calixto*, qui ait tunc temporis Emmanuelem Græcorū Imperatorem lapidem secum in patriam detuliſſe, super quo apud Tyrum Christus sedisse fertur.

In textu. Collige esse interdictum matrimonium presbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis, de quo vide *Tiraq.* qui textus meminit, *l. 15. Connubial. n. 118 Covar. lib. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 3. Bernard Diaz in pract. criminali, cap. 80.* qui textum refert, & latissimè prosequitur, & vide ibi *Salzed addi.*

addit. 1. qui contendit nunquam licuiſſe in Eccleſia Dei poſt ſactum ordinem, matrimonium contrahere, de quo etiam *Franciſcus Gothmanus*, Ordinis Minorum, *de celibatu, dub.* 5. qui huius textus meminit; *Sotus de juſt. & jure, lib.* 7. *q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 2. Vide etiam *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de Sacramento matrimonij, Canon* 9. Adde poſita ad *cap.* 1. *nu.* 2. ſupra, *hac eadem diſt.* & ad *cap.* 1. *caſ. Diaconi, nu.* 2. infra, *diſt.* 28. *Bellarmin. de clericis, lib.* 1. *cap.* 19. verſ. *Tertio probatur. Barboſa in Rubrica de ſoluto matrimonio, 2. part. nu.* 91.

3 Ibi, Matrimonia diſiunge. *Vaſq. de ordine, diſp.* 249. *cap.* 4. *nu.* 36. & 37. tenet Calixtum ſecundum in noſtro textu fuiſſe primum Pontificem, qui irrita fecit matrimonia poſt ordinem ſacrum contracta, nam antea licet prohiberetur ſacris hominibus matrimonium cõtrahere poſt ordinationem, non tamen matrimonia fiebant irrita, quam opinionem latiſſimè idem *Vaſquez*, probare nititur. Contrarium videtur ſentire *Sylveſt.* verbo, *Matrimonium* 8. *nu.* 12. vide poſita ad *cap. Aliter, nu.* 4. infra, *diſt.* 31. Adde *Ægydium in Sacramento ordinis, diſp.* 20. *dub.* 11. ubi obſervat, ab ipſo naſcentis Eccleſiæ primordio omnibus diaconis, ac ſacerdotibus fuiſſe prohibitum contrahere matrimonium. Et præterea *Martinus Bonacina tract. de matrimon. quæſt.* 3. *punct.* 9. *nu.* 13. univerſim aſſerit irrita ſemper fuiſſe omnia matrimonia, poſt ſactum ordinem contracta, etiam in Græcis Orientalibus. Vbi citantur *Bellarmin. Sanch. Azor.* & alij, de quo vide poſita ad *cap. Aliter* 14. infra, *diſt.* 31.

4 Vtrum hæc ſeparatio fiat tantum ex conſtitutione Eccleſiæ, vel ex lege divina, & rei natura? *Covar. de ſponſalibus, 2. part. cap* 7. §. 4. *nu* 7. tenet diſſolvi matrimonia attenta rei natura, & poſt alios tradit *Barboſ. in Rubrica de ſoluto matrim. 2. part. nu.* 98. *Sanches lib.* 7. *de matrimonio, q.* 28. *nu.* 11. contrariam tuetur opinionem multos referens *Covar.* ſibi contrarius, *de ſponſalibus, 2. p. cap.* 6. §. 3. *nu.* 2. quæ opinio cõmunior apparet.

CAP. Virgines. IX.

SVMMARIVM.

1 *Hieronymus quis fuerit?*
2 *Virgines poſt conſecrationem nubere nequeunt.*
3 *Virgines an committant adulterium?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Hironymus. De quo vide poſita ad *cap. Illud, diſtinct.* 12.

In textu. Collige ex illo non poſſe virgines poſt cõſecrationem nubere; ſic etiam apud Romanos virgines veſtales perpetuam virginitatem ſervabant. Sic etiam Cereris ſacerdotiſſæ viventibus viris ſuis, amica ſeparatione viduabantur, ut ſcribit *Tertullianus in lib. de Monogamia*, haud multo ante fin. ubi eruditè dicit de ſacerdotibus Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij; tradit late *Turaq. l.* 15. *connub. nu.* 120. Adde poſita ad *cap. Si nupſerit, num.* 2. & 3. ſupra, *hac eadem diſtinct.* 2

Ibi, Adulteræ, & ibi, Inceſtæ. 3 Adulterium committunt virgines, quia Chriſtum demittunt, cui ſpiritualiter nupſerunt. In conſecratione enim vovent ſolemniter virginitatem, & ſolemni voto ſe deſponſant Chriſto, cui fidem promiſerunt tanquam ſuo ſponſo. Inceſtæ autem dicuntur, quia per votum Chriſto deſponſatæ, omnibus chriſtianis, qui ſunt unum in Chriſto, factæ ſunt affines, ita ut cõmiſcendo ſe illis, quibus ſpirituali affinitate ſunt propinquæ, committant inceſtum; quod de vero adulterio, & inceſtu, non facile concedam.

DISTINCTIO. XXVIII.

CAP. Nullum. I.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
2 *Subdiaconus caſtitatem promittit.*
3 *Debent continere ab omni actu venereo.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Beatus Gregorius. De quo vide poſita ad *cap. De Conſtantinopolitana* 4. ſupra, *diſtinct.* 22. 1

Ad textum. Collige ex textu, non debere fieri ſubdiaconum, qui caſtè victurum non promittat; neque hoc decretum Eccleſia leviter, & ſine cauſa inſtituit, imò multis urgentibus cauſis ita ſervandum eſſe decrevit. Nam in lege veteri nullus carnes agni, qui in figura corporis, & ſanguinis Chriſti immolatus eſt, commedere permittebatur, niſi renes accinctos haberet; per illam autem cincturam deſignabatur libidinis retractatio; proſequitur hæc *Caſtrus adverſus hæreſes, lib.* 13. verbo, *Sacerdotium*, verſ. *Quarta hæreſis*, poſt med. multis etiam comprobat *Henriq. in ſummâ, lib.* 12. *cap.* 51. §. 9. *littera I.* & *lib.* 10. *cap.* 14. §. 5. *littera D.* qui nitèr de noſtro textu me- 2

commiserunt, & Castr. in parad. tract. 37. vers. Quoad secundam. Ochagavia de Sacramentis, tit. de Sacramento ordinis, q. 10. nu. 8. & de Sacramento matrimonij, q. 51. nu. 5. & vide posita ad cap. 1. nu. 2. & ad cap. Presbyteris 8. nu. 2. supra, dist. 27.

3 Ibi, Caste. Ergo continentia subdiaconorum non tantum obligat continere à nuptijs, sed etiam ab omni actu venereo, perinde ac votum castitatis, quia cum manicipentur functioni rerum sacrarum, omnis mundities eos condecet; tradit eleganter Sanch. tom. 1. de matrimonio, lib. 7. disp. 27. nu. 3. & adde posita ad cap. De ijs, & ad cap. Diaconi, infra, hac eadem distinct.

CAP. Decernimus. II.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius secundus quis fuerit?*
2 *Concilium Romanum quando celebratum?*
3 *Constituti in sacris non debent concubinas habere.*
4 *An sint privati beneficijs ipso jure?*
5 *An debeat perseverare in statu clericali?*

1 IN superscriptione, ibi, Innocentius secundus. De quo vide posita ad cap. Deinde, supra, dist. 26. Fuit antea Cardinalis diaconus Sancti Angeli Gregorius vocatus, Pontifex eligitur anno Christi 1130. timore Anacleti Antipapæ Gallias petijt, varijs argumentis à Divo Bernardo probatur, legitimus Pontifex à Concilio Rhemensi judicatur, mortem obivit anno Christi 1143. vide latè Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1130. & seqq.

2 In eadem superscriptione, ibi, In Concilio Romano. Fuit celebratū anno Christi 1139. mense Aprilis, cui interfuerunt circiter mille Episcopi, multa salutifera decreta promulgantes. Vide Baron. d. tom. 12. anno Christi 1139. nu. 4. ubi decreta Concilij refert, & verba nostri textus affert.

3 Ad textum. Nota constitutos in ordinibus sacris uxorem, aut concubinam ducentes, & habentes, ecclesiastico beneficio, & officio carere, notat Abb. in cap. 2. Qui clerici, vel voventes, col. 1. Bernard. Diaz in pract. cap. 80. n. 2. ubi nostrū textum refert. Navar. in Sum. tom. 1. cap. 12. vers. Tertia quæritur, dub. 1. Adde posita ad cap. Presbyter, nu. 2. infra, hac eadem dist. & ad cap. Erubescant. nu. 2. infra, dist. 32. & ad cap. Si qui verò, nu. 3. & 4. eadem dist. An in sacris contrahens matrimonium perdat beneficium ipso facto? Negat Sayrus, alios referens, de censuris, lib. 6. cap. 5. nu. 16. Glossa in cap. 1. verbo, dimittere, de clericis coniugatis. Contraria opinio communior apparet, de qua vide posita in cap. Si qui verò nu. 4. dist. 32. Adde elegantes Suarium de statu religionis, tom. 3. lib. 9. cap. 18. nu. 12. & 13.

4 Ibi, Careant. Ergo ipso jure sunt privati. Glossa tamen in præsenti recitat per contrarium, quod clericus concubinarius non debeat puniri nisi præcedenti monitione, cap. Sicut, de cohabitatione clericor. Tu vide Rebuf. in Concord. tit. de publicis concubinarijs, Covar. Alma mater 1. p. §. 2. nu. 10. Concil. Trid. sess. 25. de reformatione, cap. 14.

5 Ibi, Debeant esse. Tenentur igitur clerici in sacris constituti in statu clericali perseverare, neque possunt sine apostasia illum deserere, ut ex nostro textu adnotavit Suarius adversus Anglicanæ sectæ errores, lib. 4. cap. 27. num. 6. & præterea ad habitum, & alia insignia clericalia cogi posse, tenetur idem auctor loco citato; probatq; ex cap. Tua de apostatis. Quænam verò sint status clericalis potiora indicia, constat inter auctores esse habitum, & tonsuram, ut docte probat Reginald. tom. 2. lib. 30. tract. 3. nu. 10. & seqq. & communiter doctores ex Clement. Quoniam. de vita, & honest. cler. & cap. Ioannes de clerico conjugato. Hinc fit, ut mortaliter peccet clericus ille, qui habitum, & tonsuram liberè, & absq; necessitate demittit. Ita Panorm. cap. Si quis de vita, & honest. clericor. Franciscus Victoria, apud Bañez 2. 2. q. 12. art. 1. §. Sed quoniam. Navarr. in Man. cap. 25. nu. 109. §. 33. Causas verò ob quas demmitti possunt illa clericalis ordinis insignia, assignat Bañez, loco citato, esse necessitatem tuendæ vitam, honorem, vel divitias, aut etiam propagandæ fidei catholicæ, quod passim inter Cinnas, & Japonnes ob servatur à patribus Societatis Iesu, & alijs religiosis.

CAP. Quando. III.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Toletanum 4. quando celebratum?*
2 *Presbyteri cum ordinantur promittunt se caste victuros.*

Promoti

3 *Promoti ad Eccleſias parochiales debent eſſe in ſacris.*
4 *Profeſſio caſtitatis antiquitus fiebat.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Toletano 4. Fuit Provinciale celebratũ circa tempora Honorij Papæ primi, regnante in Hiſpania Principe Siſinando, Era 671. die nona Decembris, cui ſubſcripſerunt Epiſcopi numero ſeptuaginta, quorum nomina, quibuſdam prætermiſſis, ſubnotantur. 2. *tom. Conciliorum*, fol. mihi. 725. vide me in *hiſtor. Epiſcop. Portugal. p. 1. cap. 7.*

2 Ad textum. Conſtituit textus debere presbyteros, vel diaconos promittere ſe caſté victuros, dum ordinantur; de quo vide poſita ad *cap. 1. nu. 2.* & ad *cap. Preſbyteris, nu. 2.* ſupra, *diſt. 27.* & ad *cap. 1. nu. 2.* & ad *cap. Præterea, hac eadem, diſt.* Adde de materia, *Soto in 4. diſt. 38. q. 2. art. 2. Covar. in 4. Decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 1. 2.* & 3. & hæc eadem verba textus tranſcripſerat antea, *Burchardus in ſuo decreto, lib. 2. cap. 157.*

3 Ibi, Diaconi per parochias. Ergo illi qui promoventur ad Eccleſias parochiales, debent eſſe in ſacris; diſpenſativè tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueverunt aſſumi, per textum in *cap. Præterea, de ætate, & qualitate, Rebuf. in praxi part. 1. tit. de requiſitis ad collationem, nu. 35.*

4 Ibi, Profeſſionem. Fiebat expreſſa antiquitus iſta profeſſio, per textum in *cap. Quamquam*, ſupra, *diſt. 23.* ubi vide poſita *nu. 2.* Hodie tamen non oportet hoc exprimere, eo ipſo quod ordo ſacer ſuſcipitur, continentiæ votum ſuſceptum eſſe intelligitur, *cap. 1. de voto lib. 6.*

CAP. Priuſquam. IV.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius quis fuerit?*
2 *Non debent in Epiſcopos eligi, qui continentes non ſint.*
3 *Indignus non debet ordinari.*
4 *Longa continentia quæ dicatur?*
5 *Appellatione partis comprehẽditur pars dimidia.*
6 *Iudex aliquando ſupplet quæ reddent judicium nullum.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Itẽ Gregorius. De quo vide poſita ad *cap. De Conſtantinopolitana, 4. ſupra, diſt. 22.*

2 Ad textum. Collige ex textu non debere in Epiſcopos eligi, qui longam corporis ſui continentiam non habeant. Præcipuum enim totius vitæ ornamentũ eſt pudicitia; unde hac virtute præcipuè ornari, & decorari debet vita Epiſcopi, tanquam principis ſacerdotum, proſequitur latè *Luſitanus Sotomaior in epiſtolam. 1. ad Timotheum, cap. 1. nu. 9.* verbo, *pudicum*, atq; de Epiſcoporum moribus, vide poſita ad *cap. Quis Epiſcopus, nu. 1.* & ad *cap. Epiſcopus nu. 2.* ſupra, *diſt. 23.* Quam morum probitatem, & ſanitatem appoſitè, nec non concinnè expreſſit *Alvarus in ſua muſa Paulina ad 1. Timoth. cap. 3.* in illa verba, *Sobrium, prudentem, pudicum, hoſpitalem.* Ita ille

Sobrius, & vigilans, ſpeculator, ut undique vitet
Vulnera, ſocordem non decet eſſe patrem.
Sit gravis, & ſceptro volitantes conterat umbras.
Et nutriet mammis pignora chara ſuis.

Ibi, Debuerat conſentire. Qui enim ſentit ſe indignum, & permittit ſe ordinari, vel eligi, peccat, & deponi poteſt; unde qui illiteratus ad beneficium promotus eſt, ab illo venit deijciendus, tradit *Azor. in ſumma, p. 2. cap. 6.* verſ. *Septimo quæritur*; de qua materia videbis poſita ad *cap. Statuimus, 61. diſt.* & ad *cap. Si in plebibus, 63. diſt.* videatur, *Reginald. tom. 2. lib. 30. tract. 3. per totum caput 14.* qui auctor, *nu. 198.* affirmat, illũ peccare mortaliter, qui in alicujus electionis concurſu, alteri competit candidato, quem ſe ipſo notoriè digniorem agnoſcit. Vbi pro ſe allegat *Navarrum miſcellan. 40. nu. 10.* Duplici verò ratione nititur hæc ſententia. Prima quia, talis homo notoriè minus dignus, occaſionem præbet examinatoribus peccandi mortaliter. Secunda quia, dignorem notabiliter lædit, dum illum ad expenſas, & alia, incommoda indignè adducit. Horum verò auctorum ſententiam neque amplector, neque apertè improbo. 3

Ibi, Longam continentiam. Latè in præſenti controvertunt *Præpoſitus*, & *Turrecremat.* quæ dicatur longa continentia; illud ego moneo reſipiſcentiam à peccatis probari ex eo, quod ſemel malus continuò triennio abſtinuit à priori malo, & laudabiliter vixit, juxta textum *in Authent. de monach. §. Sancimus*, verſ. *Si verò*, ibi *Sufficit ad purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis teſtimonium*; quem textum ita reſolvunt *Iaſon. in l. Si prius, nu. 43.* verſ. *Tu ergo, ff. novi operis, Roman. conſ. 236. nu. 6.* poſt multos *Tiraq. de pœnis, cauſa 29. nu. 5.* 4

&

& *cauſa* 51. *nu.* 158. *Alciatus regula* 2. *præſumpt.* 7. ad med. *Maſcard. de probat. vol.* 2. *concluſione* 601. *nu.* 14.

5 In Gloſſa prima. Tenet Gloſſa, quòd appellatione partis, comprehenditur pars dimidia. Adde textum in *cap.* 2. §. *Statuimus*, & ibi *Gloſſa*, verbo, *demedietate, de decimis, lib.* 6. quod tamen limitabis, niſi addatur aliquod verbum concludens etiam minorem partem dimidia. Tunc etiam minor pars, quàm dimidia excluderetur partis appellatione, ut eſt *Gloſſa*, in verbo, *aut eorum, in Clement. Quanvis, de foro comp.* Quam dicit ſingularem *Tiraq. in l. Si unquam*, verbo, *Omnia, nu.* 14. in principio, C. *de donat.* & *nu.* 8. cum quo limitabis, & ampliabis.

6 In Gloſſa, verbo, Filiam, ibi, Ex hoc. Facit Gloſſa regulam notabilem, quando judex ſupplet de facto in his, quæ redderent judicium nullum; de quo vidè *Decium, in cap. Cauſam, nu.* 2. *de judicijs*, & in *cap. Ex inſinuatione, nu.* 8. *de appellationibus.*

CAP. De ijs. V.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Toletanum* 2. *quando celebratum?*
2 *Ad ſubdiaconatum acceſſuri continentiam profitentur.*
3 *Menoch. noſtrum textum interpretatur.*
4 *Virtus caſtitatis quanta ſit.*
5 *Olim ſubdiaconus non ordinabatur ante vigeſimum annum.*
6 *Clericis in minoribus an poſſit continentia iniungi?*
7 *Pueritia durat ad ſeptennium.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Toletano 2. Habitum anno 5. Amalarici Regis, circa tempora Ioannis Papæ 2. refertur *tom.* 2. *Cõcilior.* fol. mihi 386. Attamen *Padilha in Epitome Concil.* ait fuiſſe celebratum ſub Innocentio 1. anno Domini 410.

2 Ad textum. Notabis ex textu quòd ad ſubdiaconatum acceſſuri, continentiam profitentur, ut ex illo notavere *Bernard. in practica, cap* 80. *nu.* 2. *Sanchez tom.* 2. *de matrimonio lib.* 7. *diſp.* 27. *nu.* 3. & 10. ubi exactè tractat an obligatio iſta ad continentiam ſervãdam ſit ex mera conſtitutione Eccleſiæ, vel ex voto, quod Eccleſia annexavit ordini ſacro, quẽ etiam vide circa textum *nu.* 19. & *Ægidium diſp.* 20. *dub.* 13. *Bonacinam de matrimonio, quæſt.* 3. *punct.* 9. *nu.* 12. & ſeqq. *Reginaldum lib.* 30. *tract.* 1. *nu.* 38. & ibi, *Bellarmin.* & *Valent. citatos.*

Ibi, A primis infantiæ annis. 3 *Menoch. lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 57. *nu.* 11. contendit, hæc verba eſſe exponenda; *poſt primos infantiæ annos*, atq; ita ſeptimo anno perfecto, nam illa præpoſitio, *à*, idem quod, *poſt*, ſignificat, ut multis oſtendit *Tiraq. in l. Si unquam*, verbo, & *poſtea, nu.* 21. C. *de revocand. donat.*

Ibi, Gratia caſtitatis. De virtute caſtitatis vide latè 4 D. *Thom.* 2. 2. *q.* 151. *art.* 1. & ſeqq. *Leſſium lib.* 4. *de juſt. cap.* 2. *dub.* 13. ubi latè. D. *Ambr. lib. de virgin. Hieron. epiſt.* 24. *ad Furiam. Bernard. in epiſtola ad Senonen.* Quibus addo *Auguſtinum*, aſſerentem *contra Fauſtum*, caſtitatem eſſe animæ pulchritudinem, & cæli delicias. Quod ipſe agnovit. *Tibullus lib.* 2. *eleg.* 1.

Caſta placent ſuperis, puræ cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Ibi, Vigeſimo anno. Igitur ſecundũ iſta tempora 5 ſubdiaconus non ordinabatur ante vigeſimum annũ, poſtea verò conferebatur ſubdiaconatus ei, qui attingebat 18. annum *Clemen. ult. de ætate & qualit.* poſt alios *Menoch. de arbitrar. caſu.* 427. *nu.* 15. hodie tamen nullus ad ſubdiaconatus ordinem ante 22. ætatis ſuæ annum promovetur; *Trid. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 12.

In verſ. Quibus autem ibi, Auferre non poſſumus. Ergo clericis in 6 minoribus conſtitutis, nequit Eccleſia caſtitatis, ſeu continentiæ votum indicere, tradunt *Sylveſt.* verbo, *matrimonium* 8. *q.* 12. ad finem, *Azor. in ſumma, tom.* 1. *lib.* 13. *q.* 4. *Vaſq. de ordine diſp.* 249. *cap.* 4. *nu.* 39. *Sanchez tom.* 2. *de matrimonio. lib.* 7. *diſp.* 31. *nu.* 4. Poterit tamen Eccleſia conſtituere, ne in poſterum ad ordines minores promoveantur, niſi qui ſe voto caſtitatis aſtrinxerint, ut per eundẽ *Sanchez*, ubi proximè

In Gloſſa 1. Dicit Gloſſa pueritiam 7 non durare niſi ad ſeptẽnium, quam refert *Menoch. lib.* 2 *de arbitrar. caſu.* 57. *nu.* 11. Quam Gloſſam originem duxiſſe crẽdo ex veteri Romanorum conſuetudine ad nos derivata. Veteres enim (ut auctor eſt *Cenſorinus lib. de die Natali*) ſeptem ætatis gradus juxta mẽtem Hipocratis conſtituebant. Primus gradus erat infantia, ſecundus in ſeptennio, qui proprie vocabatur pueritia, & hanc deinde ſequebatur adoleſcentia, juventus, virilitas, ſenectus, ætas decrepita. Lege *Macrobium lib.* 1. *in ſomn. Scipion.*

CAP.

CAP. Assumi. VI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Arelatense 2. quando celebratum?*
2 *Constituti in coniugio non debent ad sacerdotium assumi.*

1 IN superscriptione, ibi, Ex Cõcilio Arelatensi 2. Celebratum est tempore Beati Sylvestri Papæ 1. & Constantini Imperatoris, circa annum Domini 326. refertur 1. *tom. Concil.* fol. mihi 375. Arelate Galliæ Narbonensis urbs, de qua *Plinius lib. 3. cap. 4.* Colonia sextanorum dicta, quod è sexta legione milites, coloni eo deducti sint. Eam juxta Rhodanum sitam, celeberrimoq; emporio insignem scribit *Strabo lib. 4.*

2 Ad textum. Collige ex textu constitutum in coniugio non debere ad sacerdotium assumi, de quo vide *Sotum in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* in fine, *Petrum Crespetium in summa catholicæ fidei*, verbo, *Cælibatus, fol. 163.* qui nostri textus meminit, & multa adducit. Neq; sufficit uxoris licentia, nisi approbatam religionem fuerit professa, vel divortium inter eos fuerit celebratum. Quare qui, uxore relicta, in sæculo ordines sacros susceperit, perpetuò erit suspensus, quousq; ipsa vel vita fuerit perfuncta, vel religionem professa, ut per eundem *Sotum*, & vide etiam *cap. Coniugatus, de convers. cõiugat. Bellarmin. de clericis, lib. 1. cap. 19.* vers. *Ecclesiæ Gallicæ.*

CAP. Præterea. VII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Arelatense 3. quando celebratum?*
2 *Diaconi non debent ordinari, nisi castitatem profiteantur.*
3 *Constitutio non ligat præterita.*

1 IN superscriptione, ibi, Ex eodem tertio. Concilium Arelatense 3. fuit provinciale, celebratum circa tempora Leonis Papæ Era 461. Martiano Augusto, Opilione, & Vincomalo consulibus, octavo Idus Iulij, refertur 1. *tom. Concil.* fol. mihi 726. sed in hoc Concilio hic ipse penitus canon non invenitur, sententialiter tamẽ est in *cap. 2. eiusdem Concilij*, vers. *Sed nec reliqui.*

Ad textum. Statuitur inpræsenti non debere Diaconos ordinari, si castitatem non profiteantur; unde reprobantur Lutheranorum errores, quibus Ecclesiam Dei funditus de moliri nituntur, totis viribus cœlibatum à clero abigere contendentes. Cum tamen sacerdotum continentia non modo congruens, verum necessaria sit Ecclesiæ Christi, ut absq; illa, neque decorem servare possit, neque legitimam Christi effigiem retinere, comprobat eleganter *Sotus de just. & jure, lib. 7. q. 6. art. 1. Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 19.* vide etiam posita ad *cap. 1. nu. 2.* & ad *cap. Presbyteris 8. nu. 2.* supra, *dist. 27.* & ad *cap. 1. nu. 2.* & seqq. *hac eadem dist.* 2

Ibi, Deinceps. Ergo constitutio non ligat præterita, quod probat verbum, *deinceps*, hic positum, & notatur in *cap. 1. de postulatione prælatorum, lib. 6.* de quo vide latissime *Suar. de legib. lib. 3. cap. 14.* vide posita ad *cap. Ex antiquis, dist. 54.* Adde *cap. Cognoscentes, de constitut.* ubi dicitur novum statutum ad futura extendi, non verò ad præterita; aliter enim subiret aliquis legis dispendium ante ipsius prohibitionem. 3

CAP. Diaconi. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ancyrana Synodus quando celebrata?*
2 *Cum diaconis an dispensent Episcopi, ut uxores ducant?*
3 *Intellectus Henriquez, & aliorum.*
4 *Intellectus communis. & nu. 5.*
6 *Intellectus authoris.*
7 *Protestatio quomodo tollatur?*
8 *Diaconi an in primordijs Ecclesiæ matrimoniam inirent?*

1 IN superscriptione, ibi, In Ancyrana Synodo. Ancyra, teste *Plinio lib. 5. cap. ult.* dicta est ab anchoris navium captarum à Mithridate, quas Ptolemœus Ægypti rex suppetias Galatis, seu GalloGræcis miserat, cuius meminit *Ptolemæus lib. 5. cap. 4.* Concilium Ancyranum celebratum in civitate Ancyra, in provincia Galatiæ, antiquius est Nicæno. Hæc Synodus tametsi provincialis est. Et eadem causa

poſtponitur Nicœnæ, tamen in ſexta ſynodo Trullo congregata *cap.* 2. approbata eſt. Celebratum fuit hoc Concilium poſt tempora Marcellini Papæ, circa annum Domini ferè 308. Aliqui ex Epiſcopis, qui huic Synodo interfuere, convenerunt etiam in Nicœnam Synodum; refertur *tom.* 1. *Concil.* fol. mihi 292. de illo agit *Baron. tom.* 3. *annal. anno Chriſti* 314. poſt med. *fol.* 125. cum quo latius proſequere, & in verſ. *Lapſis*; verba noſtri textus refert *Vaſques de Sacramento ordinis, diſp.* 249. *cap.* 2. *nu.* 9. & ſeqq.

2 **Ad textum.** Difficilis reputatur noſter textus, dum permittit diaconis ex proteſtatione ab Epiſcopo acceptata poſt ordines, uxorem accipere. *Soto de juſt. lib.* 7. *q.* 6. *art.* 2. *pag.* 3. putat tempore noſtri textus licuiſſe diaconis cum hac proteſtatione ordinatis uxores ducere, & Epiſcopos potuiſſe in hoc impedimento matrimonij diſpẽſare; idem tenet *Bellarmin. lib.* 1. *de clericis, cap.* 19. *col.* 3. verſ. *Probatur ſecundo.* Sed hæc opinio, neque vera videtur, nec ex noſtro textu deducitur, ut ex vero intellectu apparebit.

3 Vnde *Henriquez in ſumma, lib.* 10. *cap.* 14 §. 5. *littera D.* putat textum noſtrum eſſe emendatum per texum in *cap.* 1. ſupra 28. *diſt.* & in hoc etiam conſentit cum *Soto*, & cum eo reijcitur, quare idem *Henriq.* ibidem, aſſerit textum noſtrum, ibi, *Si poſtea ad nuptias venerint*: eſſe intelligendum; hoc eſt, *nuptijs utatur*, ut aliâs intelligitur *cap. Aliter fin.* infra, *diſt.* 31. quam interpretationem etiam tradit *Azor. in ſumma tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. verſ. *Vnum poteſt*, ſequitur *Sanch. tom.* 2. *de matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 7. *ad medium*, qui intellectus violentus apparet, & nonnulla ſupplet, & ex verbis Canonis manifeſte refellitur. Nam verba illa, ibi, *Ad nuptias venerint*, non eſt uti uxoribus antea ductis, ſed tunc de novo eas ducere, ut advertit *Vaſques de Sacramento ordinis, diſp.* 249 *cap.* 2. *nu.* 16.

4 Quare opinio exiſtit communis Epiſcopo non eſſe poteſtatem diſpenſandi cum diacono proteſtante, ut poſt ordines contrahat validè matrimonium; probat expreſſé *cap. De illo* 32. *diſt.* neque in noſtro textu licentia Epiſcopi validum reddidit matrimonium, cum ex nullo verbo deducatur; tantum igitur probat textus quòd licet aliâs canonica ſit pœna ſtatuta ſuſpenſionis ab officio cõtra illos, qui poſt ſacram ordinationem matrimonium contrahunt, non ſuſpendetur tamen diaconus, qui contraxerit, ſi in ordinatione proteſtatus fuerit; nam illa licentia Epiſcopi à culpa quodammodo excuſat; & probatur intellectus ex verbis Concilij Ancyrani, quod ſolum de pœna ſuſpenſionis loquitur. Ita intellexit *Turrecremat.* & *Archid. in præſenti. Abb. in cap. Cum M. de conſtit. nu.* 15. ad fin. *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 3. §. 1. *nu.* 19. *Boverius de Repub. eccleſiaſtica,* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 10. verſ. *A' ſubdiaconatu.* Verum adhuc manet ſcrupulus, cum in præſenti nulla fiat mentio ſeparationis ab uxoribus, inſuper nulla pœna ſic ordinatis à Concilio imponatur; ſi autem hoc peccatum eſſet, Epiſcopis ſaltem non levis, ſed graviſſima pœna imponeretur.

Vnde *Michael de Medina, lib.* 2. *de continentia,* 5
cap. 14. ſub finem, noſtrum textum reijcit, & contemnit, ductus authoritate *Balſamonis.* Nam cum hæc Synodus fuerit provincialis, ſemper ſubjecta manet Sedis Apoſtolicæ retractationi, ſi quid in ea cum eccleſiaſtica lege diſcrepet, quale eſt hoc. Verum quanvis hæc evaſio tole- 1
rabilis appareat, cum certum ſit provincialia Concilia ante Pontificis confirmationem errare poſſe; non eſt facile credendum, tot Patres in Concilio Ancyrano congregatos contra ordinis ſacri inſtitutionem, Canonem tuliſſe; ut pungit *Vaſq. d. cap.* 2. *nu.* 15.

Ego veriùs exiſtimo Concilium non ha- 6
buiſſe ratum coniugium à diaconis in noſtro textu contractum; nec liberam facultatem eis conceſſiſſe illud contrahendi, & in matrimonio ſic contracto uxore utendi; ſed tantum ſtatuit, ut ordinatus, qui ſic ex licentia Epiſcopi contraheret, de gradu ſuo, & ordine non amoveretur, ſed poſt huiuſmodi nuptias in eo permaneret. Ita tamen ut uxore ſua minime uteretur, quia in textu ſolum dicitur diaconos de gradu ſuo removendos non eſſe; ſentit *Turrianus lib.* 2. *de dogmatib. charactericis,* §. *Ad has obijcient.* Eleganter *Boverius de Repub. eccleſiaſtica, p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. §. *A' ſubdiaconatu. fol.* 377. Aliter poteſt reſponderi cum *Baron. tom.* 3. *anno* 314. *nu.* 88.

Ibi, Proteſtati ſunt. De materia pro- 7
teſtationis an, & quando tollatur per factum contrarium, quomodo, & in quo loco ſit facienda, quales effectus operetur, & qualiter finiatur? Vide latiſſimè per *Felin. in cap. Cum M. de conſtitutionibus, à nu.* 27. uſq; ad fin.

In Gloſſa, verbo, Diaconi. 8
Obſervat Gloſſa à primordijs Eccleſiæ nunquam licuiſſe presbyteris, aut conſtitutis in ſacris, cõtrahere, idq; tàm Eccleſia Latina, quàm Græca ſemper obſervavit; ſed in hoc Orientalis Eccleſia à Romana receſſit, quod cum Eccleſia Romana conjugatos ad ſacros ordines non admittat, Orientalis permittit eos ordinari; & contracto ante ordines uti conjugo, ordinatos poſtea contrahere non permiſit. Probat textus ſic explicandus, in *cap. Cum olim, de clericis coniug.* Vbi *Innoc. communiter recept. D. Thom.* 1
& cõmuniter Theologi, *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 1. *Sylveſt.* in verbo, *Matrimonium* 8. *q.* 12. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 1. *cap.* 8. *Ledeſma in* 2. 4. *q* 55. *art.* 3. Adde poſita ad *cap. Presbyteris, nu.* 2. ſupra, *diſt.* 27. & in *cap. Aliter*, infra, *diſt.* 31.

CAP.

CAP. Presbyter. IX.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Neocæſarienſe quando celebratum?*
2 *Presbyter ducens uxorem an deponatur?*
3 *Clericus an tantum committat ſimplicem fornicationem?*
4 *Contraria opinio verior.*
5 *Clericus publicè punitur, quando publicè peccat.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcil. Neocæſarienſi. Concilium hoc Neocæſarienſe poſterius eſt Ancyrana Synodo, non tamen longo temporis intervallo: utrique interfuit quidam inſignis vir Baſilius nomine, Amaſiæ Epiſcopus, ſub Licinio Cæſare martyrio coronatus, teſte *Euſebio in Gloria, anno* 320. *Plinius lib.* 6. *cap.* 3. meminit civitatis Neocæſarienſis, meminit etiam *Ptolemæus in prima tabula Aſiæ*, quæ continet minorem Aſiam in provincia Cappadociæ; Synodo huic interfuere 17. Epiſcopi, à quibus editi ſunt 14. Canones, quos ſexta Synodus approbavit *Can.* 2. Fuit hoc Concilium celebratum ſub Euſebio, vel Melchiade Papa, refertur 1. *tom. Concil. fol.* 315. Attamen *Baron. tom.* 3. *annal. anno Chriſti* 314. poſt med. *fol.* 128. ait fuiſſe celebratum ſub Sylveſtro I. quem videbis, & ibi, verſ. *Presbyter*, verba noſtri textus refert.

2 Ad textum. Probat textus, quòd presbyter ducens uxorem deponatur ab ordine. Hodie verò ſi conſtituti in ſacris matrimonium contrahant, excommunicationem incurrunt. *Clem. eos, de conſanguinitat.* Inſuper ſuſpecti ſunt de fide, & in eos poſſunt inquiſitores animadvertere, *Palatius in cap. Per veſtras, §.* 18. *nu.* 26. verſ. *Ex quo. Bernard. Diaz in pract. cap.* 74. *aliàs* 80. verſ. *Redditur, Simancbas de catholicis, cap.* 40. *nu.* 12. *Penha ad Director.* 2. *p. comment.* 74. verſ. *Atq;. Paramus de origine inquiſitionis, lib.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 75. & *nu.* 98. *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu* 5. *nu.* 4. *Farinac. de hæreſi, quæſt.* 183. *nu.* 72. & ſeqq. quod etiam in monachis procedit juxta ſupra citatos. Vide etiam poſita ad *cap. Decernimus, nu.* 3. ſupra, *hac eadem diſt.*

3 Ibi, Fornicatus fuerit. Ergo clericus ſimplicem tantum fornicationem committit, advertit *Decius*, poſt alios, in *cap. At ſi clerici, nu.* 37. *de judicijs. Clar. lib.* 5. *receptarum, §. Fornicatio, nu.* 18. & 4. *Imeſtus, nu.* 1. verſ. *Sed nunquid. Avendan. l.* 9. *Tauri in Gloſſa* 10. *nu.* 10. *Gutierr. Canonic. lib.* 2. *cap.* 7, *nu.* 44. per textum in *cap. Quia circa. de bigamis.* Vnde hæc circunſtantia non erit neceſſariò confitenda, ut tenet *Talien. votum* 1. *nu.* 3. *notabil.* 2. ſupplementum *Gabrielis in* 4. *diſt.* 24. *quæſt. Vnic. art.* 3. verſ. *Hinc oritur dubium, & diſt.* 28. *quæſt.* 1. *art.* 3. §. *Circa hæc dicta. Gerſon. tractatu de maxim. alphabeto* 25. *littera I.*

Contraria tamen opinio certiſſima eſt; quia cum in fornicatione presbyteri adſit una obligatio ad temperantiæ virtutem pertinens, altera ex voto pertinens ad religionis virtutem, dicendum eſt duas eſſe obligationes ſpecie diverſas, ac proinde in tranſgreſſione duplicem reperiri malitiam. Quare ſupra citati D D. dum dicunt lapſum clericum cum ſoluta eſſe ſimplicem fornicationem, debent intelligi non eſſe talem fornicationem adulterium, ut nonnulli volebant, ſi autem intendant excludere malitiam ſacrilegij, falſum dicunt; proſequitur late *Azor. tom.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 13. *cap.* 12. *quæſt.* 6. ad fin. *Sanches tom.* 2. *de matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 27. *nu.* 20. & 21. *Suarius tom.* 2. *de religione, lib.* 2. *de materia voti, cap.* 6. *num.* 12. Nec obeſt *dict. cap. Quia circa*; nam uſus concubinæ vocatur ibidem ſimplex fornicatio in ordine ad bigamiam inducendam, prout deſtinguitur à copula maritali, juxta *cap. Naper, eodem tit.* non tamen dicitur ſimplex ad excludendam malitiam contra religionem, *Suarius dict. nu.* 12. 4

In Gloſſa, verbo, Ad pœnitentiam, ibi, Sed illud verum eſt. 5
Meminit Gloſſæ *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 4. *l.* 20. *Gloſſa ult.* qui per illam dicit clericum poſſe publicè puniri, quãdo culpa prodijt in publicum.

CAP. Quia ſunt. X.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius quis fuerit?*
2 *Mulier quæ cum diacono contraxerat, ſi poſtea nubat eſt ſeparanda.*
3 *Culpa eſt, relaxare aliquando vindictã.*
4 *Vxor conſentiens quòd vir ad ordines promoveatur, eo mortuo non poteſt nubere.*
5 *Ab extremis colligitur medium.*
6 *Vxor viri promoti ad ſacrum ordinem non tenetur religionem ingredi.*
7 *Doctores qui Gloſſam interpretantur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregor. De quo vide poſita ad *cap. de Conſtantinopolitana 4.* ſupra, *diſt. 22.*

2 Ad textum. Inquit Gregor. mulierem, quæ cum diacono contraxerat, ſi poſtea relicto diacono, ſecundas ineat nuptias, ab illis eſſe ſeparandam, in quo plane ſupponit matrimonium illud cum diacono valuiſſe, alias non erat à ſecundo marito ſeparanda; quæ doctrina eſt contra jura hac diſtinctione poſita. Vnde D.D. variè dicunt, non tamen nodum ſolvunt Gordianum. Quare textus venit intelligendus de uxore diaconi, quæ ducta erat ante ſacrum ordinem, licetq; prius conjugium p ſuſceptionem ſacri ordinis, quoad torum eſſet diſſolutum, quoad vinculum ſtabat, & ſic non potuerat valide cum ſecundo contrahere, & ab illo debebat ſeparari. Nec oſtabit verbum, *vidua*, de quo in *cap. Si quis vidua*, infra *eodem*. Nam verbum illud, *vidua*, idem eſt quod relicta, ut ibi interpretatur *Archidiaconus*, ita in effectu intelligit noſter *Gratianus*, *in cap. de Syracuſana*, §. *Ecce*, *in ſecunda ſolutione*, infra, *hac eadem diſt.* poterit etiam textus intelligi de uxore, cuius licentia vir ad ordines ſacros promotus eſt, quæ viro defuncto non poteſt inire matrimonium, juxta notata ad *cap. Sequens*, *nu.* 2.

3 Ibi, Relaxare vindictam. Nota textũ ſtatuentem, quod ſunt caſus in quibus eſt culpa relaxare vindictam, videlicet cum in Domini redundant injuriam, vel ſi timetur perturbatiõ in futuro, aut multi corrumpuntur, & inficiuntur exemplo criminis; quia facilitas veniæ tribuit multoties occaſionem delinquendi; notant D.D. in præſenti, & ſane quanvis (teſte *Seneca in trag.* 1.) *Sæpe vindicta obſuit*, nemo ibit inficias, plus aliquando nocumenti afferre nimiam vindictæ remiſſionem, & in flagitijs impunitatem.

4 In verſ. Ideo, ibi, Ij, qui male ſociati ſunt, diſiungantur. Ergo uxor conſcia, & conſentiens, quod vir ad ordines promoveatur, non poteſt eo mortuo matrimonium contrahere; de quo vide *Ochogaviam de Sacramento matrimonij*, *q.* 53. *nu.* 8. *Sanches tom.* 2. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 40. *à nu.* 2. An autem ſi de facto contrahat, ſit irritum matrimonium? Vide *Azor. moral. inſt. lib.* 13. *cap.* 14. *q.* 11. *Sanches*, ubi proximè, qui uterq; latè eſſe irritum comprobant. Adde poſita ad *cap. Sequens*, *nu.* 2. & ſeqq. & ad *cap. Seriatim*, *nu.* 5. infra, *diſt.* 32.

5 In Gloſſa, verbo, Nec eam, in principio. Dicit Gloſſa, quod ab extremis colligitur medium, unde ſi eſſet incertitudo de limitibus intermedijs, extrema autem eſſent certa, accepta chorda debet menſurari de uno extremo certo ad aliud certum, & media debent regulari per iſta extrema. *Greg. Lopez part.* 6. *tit.* 15. *l.* 10. *Gloſſa*, *Mojones antigos*, qui textum refert. *Felin. in cap. Licet*, *nu.* 8. ad fin. *de probat.*

6 Vnde Gloſſ. verbo, Religioſam, ibi, Nec enim credo. Dicit Gloſſ. quòd uxor illius qui promovetur ad ſacrum ordinem, non tenetur ingredi religionem, ſed ſufficit, quòd voveat cõtinentiam, de quo vide *Gregor. Lopez part.* 1. *tom.* 6. *l.* 38. *Gloſſa penult.*

7 In Gloſſa, verbo, Fuiſſe, ibi, Non poſſit nubere. Vltra poſita ad textum, vide *Greg. Lopez d. part.* 1. *tit.* 6. *l.* 40. *Gloſſa* 3. *Sanches de matrim. lib.* 7. *diſp.* 40. *nu.* 6.

CAP. Si ſe cuiquam. XI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Aurelianenſe primum quando celebratum?*
2 *Vxor presbyteri ſi alij nubat, debet ſeparari.*
3 *Sotus reprobatur.*
4 *Ratio propterquam non valet matrimoniũ uxoris, poſt ſacros ordines mariti.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Aurelianenſi 1. Fuit celebratũ circa tempora Hormiſdæ Papæ, juſſu Clodovæi Regis Franciæ; cui interfuerunt triginta & tres Epiſcopi, refertur 2. *tom. Concilior. fol.* 361. Fuitq; provinciale Aureliq Gallię Celticę, quæ urbs eſt inſignis, olim Genabũ dicta, ad Ligerim amnem ſita, cuius crebra fit mentio in Cõmentarijs Cęſaris; eſt hodie ducalis, vulgo, *Orliens*, dicta. Vide *Padillam in Epitome Concilior.* qui ait fuiſſe Cõcilium Aurelianenſe celebratum anno Dñi 496. ſub Gelaſio I. attamen *Baron.* illud retulit ſub Symacho Pontifice, anno Chriſti 507.

2 Ad textum. Collige ex textu uxorem presbyteri, aut diaconi, ſi alij ſe conjunxerit, debere ſeparari. Ratio eſt, quia vxor, cuius licentia, vir ad ordines ſacros eſt promotus, nequit viro defuncto validum inire matrimonium, ut tenent *Hoſtienſ. in cap. Ad Apoſtolicam*, *nu.* 1. *de converſione conjugatorum. Ioannes Andr. in cap. Cum ſis*, ad fin. *eodem tit.* & ibi *Anton. nu. fin. Francus in cap. Vnico*, *nu.* 3. *de voto*, *lib.* 6. tradit

tradit indubitatum *Azor. lib. 13. inſtitut. moral. cap. 24. q. 11.* Plures refert *Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 40. num. 2. & 3.* Vide etiam poſita ad *cap. Quia ſunt, nu. 1. ſupra eodem*, & ad *cap. Seriatim, nu. 5.* infra, *diſt. 32.* An ad hoc ſufficiat uxoris diſſimulatio? Dicam *cap. Epiſcopus 5. nu. 7. diſtinct. 77.*

3 In Gloſſa, verbo, Separentur, ad med. ibi, Secundum quoſdam. Aliqui antiquiores ſenſerunt uxorem, quæ voto caſtitatis emiſſo, licentiam conceſſit viro ordinis ſacri aſſumendi, non reddi inhabilem ad matrimonium ineundum; ſed ſolum peccare contra votum; quos ſecutus fuit *Sot. lib. 7. de juſt. q. 5. art. 3. col. 6.* verſ. *Quod cum verum ſit*, quæ tamen opinio improbabilis eſt, juxta notata in textu.

4 In eadem Gloſſa, in fine. Docet Gloſſa legitimam rationem propterquam non tenet matrimonium uxoris, poſt ſacros ordines mariti, eam eſſe, quia eccleſiaſtica conſtitutio, ob reverentiam ordinis aſſumpti reddidit uxorem ad ſubſequens matrimonium inhabilem; ſequitur *Haſtienſ. in ſumm. tit. de voto, nu. 18.* verſ. *Igitur ſi conjugatus*, inclinat *Azor. lib. 13. inſtit. moral. cap. 14 q. 11.* comprobat *Sanches de matrim. dict. lib. 7. diſp. 14. nu. 3.* ad fin.

CAP. Si qua vidua. XII.

SVMMARIVM.

1 *Martinus Pontifex primus quis fuerit?*
2 *Vxor presbyteri redditur inhabilis ad matrimonium licèt inſcia juris.*
3 *Verbum*, nunquam, *non ſemper denotat perpetuitatem.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcil. Martini Papæ. Intellige de Martino nomine primo, quia uſque ad tempora Gratiani, nullus alius Martinus Concil. iniuit; coegit namq; Synodum Lateranenſem, de quo vide poſita ad *cap. 1. ſupra, diſt. 27.*

2 Ad textum. Inquit Martinus viduam Epiſcopi, presbyteri, aut diaconi, non poſſe maritum accipere; de quo vide poſita ad *cap. Quia ſunt*, & ad *cap. Si ſe*, ſupra *eadem diſt.* Sed quæſtio eſt an uxor eorum reddatur inhabilis ad matrimonium ineundum, quando non fuit conſcia juris reddentis eam inhabilem? Partem negativam tuetur *Hoſtienſ. in cap. 1. de converſione conjugat. & in ſumm. eodem tit. nu. 3. Caietan. in repetitione, cap. Ad limina, §. 4. nu. 469.* Contrarium docet *Bonaventura in 4. diſt. 37. in expoſitione littera. Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 40. Gloſſa 3. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 40. nu. 7.* quæ opinio veriſſima eſt.

Ibi, Nunquam. Hoc eſt dum perſeveraverit in crimine, & ita verbum, *Nunquam*, non ſemper denotat perpetuitatem, juxta notata in *cap. Nunquam*, 24. ubi *Gloſſa*, verbo, *Nunquam*, 1. q. 1. concordat *Gloſſa 2. in 1. Si hæreditatem, ff. mandati.* 3

CAP. De Syracuſanæ. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Pelagius Pontifex primus quis fuerit?*
2 *Differtur ordinatio Epiſcopi, qui uxorem habet.*
3 *Epiſcopus qualis eſſe debet?*
4 *Poteſt providere conſanguineis ſi indigeant.*
5 *Orientalis Eccleſia an ſuſceperit votum caſtitatis?*
6 *Electus an habeat ius ante confirmationem?*
7 *Gloſſa Gratianum reprehendit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Pelagius Cethego patricio. Licet Gratianus doceat noſtrum textum emanaſſe à Summo Pontifice Pelagio, non tamen aperit utrum fuerit nomine primus aut ſecundus; ſed cum ſcribat ad Cethegum patricium, verius exiſtimo fuiſſe Pelagium primũ, namq; Cethegus patricius fuit miſſus à Iuſtiniano Imperatore ad revocandũ Vigilium Papam, tradit *Baron. 7. tom. annal. anno Chriſti 552.* ad med. Cui Vigilio ſucceſſit in pontificatu Pelagius primus, creatus anno Chriſti 558. ut tradit idem *Baronius*, erat patria Romanus, Patre Ioanne Vicario, eo tempore Totila Gothorũ Rex Italiam invadens, propter ſævitiam, & rabiem *flagellum Dei*, eſt vocatus. Conſtituit Pelagius, ut hæretici coerceri ſæculari manu poſſent, quando ad ſanitatem rationibus non deducerentur, ut tradit *Platina in eius vita*, irritam reddidit Synodum Conſtantinopolitanam à Ioanne congregatam, & in ipſum Ioannem inſurrexit, qui ſibi arrogaverat nomen Æcumenici. Vide *Baron. dict. tom. 7. anno Chriſti 626.* Pelagius autem 12. ſui pontificatus anno moritur, & in Baſilica Divi Petri ſepelitur.

2 **In textu.** Collige ex textu debere differri ordinationem Episcopi, qui uxorem habeat, & filios, quia per filios Episcoporum solet periclitari substantia Ecclesiarũ. Vnde *Innoc. in cap. 1. de testamentis*; quem ibi defendit *Panormitan. num. 2.* affirmat non posse de jure communi habentem filium eligi in Episcopum. Quanvis *Hostiens.* communiter receptus contrarium teneat, cuius opinionem usu esse receptam, testatur *Navarr. de spoliis clericor. §. 19. nu. 2.* quem latissimè vide. Pelagius verò in præsenti, dum clericum conjugatum Episcopum consecrari permittit, non ei coniugis usum indulget, ut bene advertit *Boverius de Repub. ecclesiastica, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Sextum dictum, fol.* 387. Adde posita ad *cap. Quoniam, num. 6.* infra, *dist.* 31.

3 **Ibi, Personæ qualitas.** De qualitatibus Episcopi vide *Concil. Trid. sess. 22. cap. 2. Salzedo in additionibus ad Bernard. cap. 25.* vers. *Et non solum*, de quo vide posita ad *cap. Quis Episcopus 2. nu. 1.* & ad *cap. Episcopus 7. nu. 2.* & seqq. supra, *dist. 23.* & intra quantum tempus debeat consecrari, vide eundem *Salzedo, cap. 26.* vers. *Episcoporum*, *Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 30.* in principio.

4 **In fine textus, ibi, De rebus usurparet.** Ergo licet Episcopus non possit relinquere, nec dare filijs, & consanguineis, si tamen indigent, illis potest subvenire, quia verbum, *Vsurpare*, tantum denotat vitiosam operationem.

5 **In §. Esse hac authoritate, in vers. Illud autem, ibi, Post adeptũ sacerdotium.** Docet Gratianus, quòd licèt Orientalis Ecclesia non suscipiat votum castitatis, tamen post adeptum sacerdotium, defuncta priori uxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponitur; prosequitur latè *Castrus adversus hæreses, lib. 13.* verbo, *Sacerdotium*, vers. *Quarta hæresis*, post medium. Adde posita ad *cap. penult.* & *ultim.* infra, *dist.* 31.

6 **In Glossa, verbo, Præstiterunt, ibi, Ante confirmationem.** Docet Gloss. quòd ante confirmationem, nullum jus quæritur electo, quantum ad exercitium administrãdi in spiritualibus, vel temporalibus, quia istud exercitium quæritur in confirmationem, sequitur *Felin. in cap. Cum Bertoldus, nu. 2. de re judicata*, qui late rem disputat.

7 **In Glossa ult.** Reprehendit Glossa Gratianum asserentem Ecclesiam Orientalem non recepisse votũ continentiæ in clericis. Tu pro Gratiani defensione, vide posita ad *cap. Quoniam*, infra, *dist.* 31.

CAP. Siquis docuerit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Apostolorum tempore, an conjugati sacerdotes matrimonio uterentur?*
2 *Vxorius usus sacerdotibus interdictus.*
3 *Textus noster intelligitur.*

IN textu. Collige ex textu tẽpore Apostolorũ, conjugatis ad sacrum ordinem cooptandis, usum anterioris matrimonij permissũ esse, quam opinionem defendit *Clichtoveus de continentia sacerdotum, cap* 4. & seqq. illa quoque tribuitur *Henriq. de ordine, cap.* 14. §. 7. vers. *Eodem statuto*, ubi referens statutum Syrici Papæ inquit, quod eodem cavetur, ut conjugati qui sacris sunt initiandi, renũtient uxoribus. Fundamentum est quia, Apostoli ministris egentes, cogebantur philosophos sibi adscisceere; cum verò omnes fere conjugatĩ essent, durum erat virum conjugatum ab uxore dimovere; & hos conjugatos ministros eligebant absq; continentiæ voto: Citatur etiam ꝑ hac opinione *Canon Apostolorum* 25. ibi. *Qui cælibes in clericum pervenerint*, ubi efficaciter probari videtur ab Apostolis continentiæ præceptum solum illis, qui cœlibes erant, fuisse indictum. 1

Contrariam tamen opinionem, nempe quòd circa Apostolorum tempora, cui etis fuerit sacerdotibus uxorius usus interdictus, tenuerunt *Sot. lib. 7. de just. q. 6. art. 2. conclus. 3. Covar. in 4. Decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 1. Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 18.* & *19.* eandem meo judicio tenet *Henriq. de matrim. lib. 12. cap. 5. §. 9.* nam aperte dicit Apostolos decenter statuisse, ut Episcopi, sacerdotes, & diaconi cœlibes essent; ꝑ quibus facit authoritas ad *Tit. cap. 1. nu. 9. Oportet Episcopum esse continentem*, quod verbum plus significat, quàm castum; ut ibi explicat *D. Hieron.* Faciunt 2
insuper variæ antiquorum Patrum authoritates, quas recensent *Bellarmin. d. cap. 19. col 4. Sot. d. conclus. 4.* quorum opinio mihi verissima est. Cum verò Apostoli Spiritu Sancto edocti, necessariam esse Ecclesiæ continentiam providerent, fatendum est illos docuisse non nisi continentes ministros esse suscipiendos.

Nec obstat noster textus in præsenti dum statuit, ut presbyter uxorem suam prætextu religionis non ejiciat, solùm namq; prohibet ne sacerdotes sic uxores contemnant, ut eis, liberisq;, & familiæ, non provideant; sed debent adhuc eas alere, & alimenta præstare. At vero citra contemptum cõmuni toro ex amborum 3

consen-

cõſenſu abſtineat; advertit *Sotus d. concluſione 3. verſ. Sed eſt preterea. Bellarmin. d. lib. 1. de clericis, cap. 21. col. 2. verſ. Ad primum*, quos præivit *Gloſſa in præſenti*, verbo, *Contemnere*. Minus obſtat alter Canon Apoſtolorũ 25. ſolum enim diſponit, quod de illis, qui cœlibes in clerum pervenerunt, tantum lectores, & cantores, ſi velint, nuptias contrahant; explicat *Covar. in 4. part. 2. §. 3. in principio*. Adde poſita ad *cap. Aliter, nu. 6. infra, diſt. 31.*

CAP. Si quis diſcernit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Gangrenſe quando celebratũ?*
2 *Cœlibatus an ſit de jure diviuo?*
3 *Pontifex an poſsit diſpenſare cum clericis, ut matrimonium ineant?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Gangrenſi. De quo vide poſita ad *cap. Quoniam, nu. 8. ſupra, diſt. 16.* & quæ infra dicemus in principio *diſtinct. 30.* Fuit hoc Concilium congregatum contra Euſtachium Epiſcopum Sebaſtinenſem, qui aliquos errores in Armenia docuerat; affirmabat inter alia, nullum in conjugali poſitum gradu, poſſe ſpem habere apud Deum. Inde factum eſt, ut multæ mulieres ſequutæ Euſtachium, & diſcipulos eius, reliquerint proprios viros, & viri reliquerint proprias uxores Hac igitur ratione latus fuit Canon in præſenti contra eos, qui nolebant miſſam ſacerdotis cõjugati audire: tradit *Vaſquez. de ordine, diſp. 247. cap. 5. nu. 50. & 51.*

2 Ad textum. Ex hoc textu colligit *Caſtrus adverſus hæreſes, lib. 13.* verbo, *Sacerdotium*, verſ. *Quarta hæreſis*, ad finem non eſſe ex lege divina neceſſarium cœlibatũ ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem. Contrarium tamen docet *Ioannes Maior. in 4. diſt. 24. q. 2.* ubi putavit de jure divino eſſe cœlibatum, quia votum ſacerdotum ſolemne erat, ac proinde indiſpenſabile. Sed opinio *Caſtri*, mihi arridet, eamq; tenet *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11.* & poſt *Sotum*, & *Caietan.* latè tuetur *Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 18. Vaſquez. de ordine, diſp. 249. cap. 2.* & ſeqq. Probatur hęc opinió quia, in tota ſcriptura nullum tale extat præceptum. Nam in teſtamento veteri ſacerdotibus licitum erat uxores ducere. In novo autem nihil de hac re diſponitur. Quod autem Apoſtoli cœlibatum præceperint, non divinum, ſed Apoſtolicum eſt præceptum.

Ex qua doctrina videtur conſtare poſſe Roman. Pontif. generali ſtatuto cavere, ut omnibus clericis licitum ſit conjugium; ita opinatur *Sot. lib. 7. de juſt. q. 6. art. 2. pag. 2.* ad med. *Henriquez. de Sacramento ordinis. cap. 14. §. 8.* quia tamen hoc ſtatutum ſic generale graviter offenderet Eccleſiam, & eſſet ſcandaloſum, non acceptaretur, cum Eccleſia à tempore Apoſtolorum habeat ius conſervandi ſplendorem continentię in ſtatu clericali, ut ex alijs probat *Hẽriq. d. §. 8. littera T.* Ex cauſa tamen poterit cum quadam natione ad uſum matrimonij contracti diſpenſare, ut per *Henriq. d. §. 8. littera V.* ubi dicit ita fuiſſe petitum à Bœmis in Concilio Trident. *Ledeſma 2. 4. q. 55. art. 3. §. Sed eſt dubium. Vaſquez. de ordine, diſp. 249. cap. 3. ex nu. 21. Filiucius Moralium quæſtionum, tom. 1. tractatione 9. cap. 3. nu. 69.* qui refert *Bellarmin. de clericis, lib. 1. cap. 9.* 3

CAP. Presbyterum. XVI

SVMMARIVM.

1 *Canones Trullani non habent firmam authoritatem.*
2 *Debet abſtinere ab officio presbyter nuptijs detentus.*
3 *Epiſcopus aliquando diſpenſat in irregularitate.*
4 *Propter nuptias prohibitas ex ignorantia, an incurratur irregularitas?*
5 *Suſpenſus an privetur beneficio?*
6 *Suſpenſus ab officio poteſt eligere.*
7 *Sacerdos ſuſpenſus tenetur recitare horas Canonicas.*

1 INſuperſcriptione, ibi, In Trullo. Textus noſter eſt ex Canonibus Trullanis, qui non habent firmam authoritatem, maximè quoad materias morales, in quibus multa continent juxta uſum Orientalis Eccleſiæ, quæ in Latina non ſunt in uſu. Advertit *Suar. tom. 5. de cenſuris, diſp. 49. ſect. 2. nu. 8. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 16. §. Hinc factum eſt*, ubi citat *Capum, Vmbertum, Platinam*, & *Paulum Diaconum*, aſſerentes illos Canones non habere canonicã, & eccleſiaſticam auctoritatem.

2 Ad textum. Collige ex illo, debere abſtinere ab officio presbyterum non legalibus nuptijs detentum; proſequitur *Salzedo in additionibus ad Bernard. cap. 80.* in verbo, *deponi*, poſt principium, qui noſtri textus meminit.

3 **Ibi, Satisfactionis.** Peracta tamen satisfactione, poterit Episcopus cum eo dispensare in officio, & beneficio, ut tradit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 41. Glossa 3.* qui textum refert, cum tamen limitabis, nisi ex matrimonio contracto clericus bigamiam incurrisset; quia tunc solus Papa potest dispensare, ut cum *Navarro* observat *Petrus Alagona cap. 27. nu. 197. Avila part. 7. disp. 8. dub. 4. Ægidius de censur. disp. 18. dub. 14. nu. 110.* Qui tamen advertunt Papam non nisi rarò, & ex gravi causa dispensare in bigamia vera, & reali.

4 **Ibi, Ignorantiæ suæ.** Ergo propter nuptias prohibitas ex ignorantia factas, non incurritur irregularitas, sed tantum quædam suspensio imponitur, ut ex hoc textu nonnulli deducunt, ut per *Archidiaconum in cap. Vnico de bigamis, lib. 6. nu. 1. vers. Bigamos.* Contrarium tamen tenendum est, cum hæc irregularitas non contrahatur ppter culpam, sed propter indecentiam; nec refragantur verba textus, ibi. *Nuptias non legales*, quia possunt interpretari non de secundis nuptijs, sed de quibuscũq; à presbyteris contractis. Omnes enim sunt prohibitæ. Ita *Suar. 5. tom. de censuris, disp. 49. sect. 2. nu. 8.*

5 **In Glossa, verbo, Habere, ibi, Beneficium tenebit.** Et ita suspensus non privatur beneficio; de quo latè *Suar. tom. 5. de censuris, disp. 26. sect. 3. nu. 2.* Quod limitatur non procedere in suspenso ab officio ex causa gravi; *Glossa in cap. Presbyter si à plebe*, verbo, *suspendatur 2. quæst. 5.* Cui similis in *Clement. Cupientes*, verbo, *suspensi, de pœnis*, in fine, plures relati à *Tiraq. in tractatu, Cessante causa, 1. part. nu. 24.* per *textum in cap. Inter*, ibi, *Propter immanitatem criminis, de purgatione Canonica.* Sed profecto hæc limitatio licet communis sit, nullo tamen jure probatur, quoniam certum est suspensionem ab officio, non esse extra suos limites extendendam; quia ut ait *Glossa*, dicto verbo, *suspensi*, cum aliquando suspensio fiat ab officio, aliquando ab officio, & beneficio, superfluè adderetur secunda pars, si in prima includeretur; probat *Bonifacius in dict. Clement. Cupientes, de pœnis, nu. 35. Navar. in Manual. cap. 27. nu. 161. Suar. dict. sect. 3. nu. 3.* ad fin. & seqq. Nec obstat fundamentum cõmune, ex *d. cap. Inter, de purgatione Canonica*; solùm enim evincit infamatum de gravi crimine, non modo ab officio, sed etiam à beneficio posse suspendi; sed non ex inde sequitur, quòd suspẽsus ab officio, censeatur suspensus à beneficio. Poterit tamen defendi illa limitatio, si suspensio ab officio sit perpetua; ut tradit *Toletus in summa, lib. 1. cap. 45. nu. 7.* Suspensus tamen ab officio non potitur distributionibus quotidianis, quia solum dantur intereſſentibus divinis, *cap. Licet, de prebendis*; à quibus tamen suspensus ab officio est separatus, docet *Butrius*, post *Hostiensem in cap. Cum bene, nu. 19. de ætate. Suar. d. 5. tom. de censuris, disp. 26. sect. 3. nu. 4.*

6 **In eadem Glossa, ibi, Intererit electionibus.** Tenet Glossa, quòd suspensus ab ordine potest eligere, quia eligere ad jurisdictionem spectat; licet enim non sit omninò propria jurisdictio, est tamen administratio quædam, quæ convenit ratione beneficij; tradit *Suar. de censuris, disp. 26. sect. 4. nu. 5. Toletus lib. 1. cap. 45. nu. 8.* licet contrarium tueatur *Glossa*, verbo, *suspensis*, in principio, & D.D. communiter in *cap. Cum dilectus, de consuet. Decius*, post alios; in *cap. Apostolicæ, nu. 6. de except.* Nec illis suffragatur textus in *dict. cap. Cum dilectus*, vers. *Quia nobis*, dum irritat electionem à suspensis factam, quia debet intelligi de suspenso non solum à beneficio, sed etiam ab officio, sentit *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 163.*

7 **In Glossa ult. ibi, Imò ad hoc tenẽtur.** Et sic sacerdos excommunicatus, vel suspensus, tenetur dicere horas Canonicas, quia non suspenditur ab officio ecclesiastico, quatenus est oneris, sed quatenus est honoris. *Decius in d. cap. Apostolicæ*, in fin. *de except. Covar. in cap. Alma, 1. part. §. 3. nu. 8. Navar. cap. 7. nu. 17. Sylvest.* verbo, *Hora, quæst. 3. Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. Suarius de censur. disp. 12. sect. 2. nu. 14.* Vtrum vero clerici damnati ad triremes teneantur recitare horas Canonicas. Respondet *Lessius*, citatus, usum esse in contrarium. Quod triplici probat ratione, quam ibi vide. *Suar.* tamen, *lib. 4. de relig. cap. 17. nu. 8. Azor. lib. 10. cap. 6. q. 1.* contrariam tenent sententiam.

CAP. Consulendum. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Consultum Bulgarorũ ad Nicolaum primum.*
2 *Clericos non judicant laici.*
3 *Laici an possint ejicere sacerdotem concubinarium?*

1 **IN superscriptione, ibi, Nicolaus ad consulta Bulgarorum.** De hac consultatione Bulgarorum ad Nicolaum primum, agit latè *Baron. tom. 10. annal. anno Christi 866.* in principio, atq; verba nostri textus referuntur *3. tom. Concil. sub rescripto Nicolai 1.* fol. mihi 517. & de ipso Nicolao vide quæ scripsi-

ſcripſimus ad *cap. Imperium, nu.* 1. ſupra, *diſt.* 10. Adde circa textum *Vaſquez. de Sacramento ordinis, diſp.* 247. *cap.* 5. *nu.* 51. in fine, & 52. in princip. & *cap.* 6. *nu.* 87. *Sanchez de matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 6.

2 **Ad textum.** Collige ex textu non poſſe laicos de clericis judicare, nam nullus judex poteſt judicare perſonas, quæ ad illius poteſtatem, vel juriſdictionem non ſpectãt; & in quibus non judex, quin imò privatus exiſtit; *cap. Forus*, verſ. *Iudex diſtus, de verborum.* Vnde ſi clericus apud judicem laicum falſò teſtificatur ab eodem, ut potè incapaci, puniri non poteſt, ut eſt communis opinio; de qua per *Ripam in cap.* 2. *nu.* 26. *de judicijs*, & plures relatos à *Covar. practicar. cap.* 18. *nu.* 8. *Bernard. in pract. cap.* 93. ubi Additio, multos citat ex novioribus, qui, & communem, & praxi receptam ſententiam dicunt.

3 **Ibi, Deijcere non debetis.** Imò videtur, quòd licitum erat laicis eijcere ſacerdotem cõcubinarium, quia talibus eſt licitũ obedientiam ſubtrahere, *cap. Veſtra, de cohabitatione clericorum*, ubi dicitur quod laici licitè poſſunt abſtinere ab officio talium presbyterorum, ſed reſpondetur quod aut clericus eſt concubinarius notoriè, & tunc procedit objectio; aut eſt occultus, & tunc non eſt licitum ab eis abſtinere, ut aperte colligitur ex *d. cap. Veſtra.* Verbum autem, *uxorem*, de quo in textu, non uxor de jure, ſed de facto debet intelligi. Adde poſita ad *cap. Nullus Miſſam*, infra, *diſt.* 32.

DISTINCTIO. XXIX.

CAP. Sciendum. I.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas Canonum, quomodo reducatur ad concordiam?*
2 *Confeſsio in judicio ſine deliberatione, poteſt revocari.*
3 *Labyrinthus quid ſit?*
4 *Sententia lata ſine indagatione veritatis eſt nulla.*

1 **AD textum.** Collige ex textu, quomodo cõtrarietas Canonum poſſit reduci ad concordiam, nempe ratione cauſæ, perſonæ, loci, & temporum? Namque per has quatuor conſiderationes poſſunt ſolvi Canones inter ſe pugnantes, & leges hac varietate mutari, ut tradit *Covar. in cap. Alma, 2. part. in initio, nu.* 1. qui textus meminit.

2 **Ibi, Non indagantur.** Per hunc textũ tenet *Decian. reſponſo* 8, *nu.* 106. quòd confeſſio in judicio ex abrupto, & abſq; deliberatione facta poteſt quandocumq; revocari, etiam non docto de errore, quia ut talis confeſſio poſſit nocere, nec poſſit revocari, debet dari tempus ad deliberandum, vide in ſimili *Felin. in proœmio decretalium, nu.* 2.

3 **Ibi, Labyrinthum.** Ideſt confuſionem, & intricationem, quoniam Labyrinthus fuit fabuloſa domus à Dedalo adinventa, labyrinthus dicta, quia multa habebat diverticula, ita quod vix poterat inde aliquis exire, de qua agunt *Ovidius lib.* 8. *Metamorphoſeon. Virgilius* 6. *Æneid.* ubi *Pontanus*, & *Cerda.*

4 **Ibi, Antè judicant, quam intelligant.** Nota quod judicans ante indagationem veritatis, non dicitur intelligere, quod judicat. Vnde judex, qui accipit acta cauſæ, & veſpere, & mane illa judicat, non dicitur judicare cum inveſtigatione veritatis, & ideo ſententia poteſt dici nulla, ut docet *Bart. in l. Prolatam, nu.* 10. *C. de ſentent. & interlocut. omnium judicum*, ubi *Additio littera N.* multa congerit. Adde *Alexand. conſ.* 123. incipit *ſcripſit eccleſiaſticus, nu.* 24. facit textus in *cap. Tum ex litteris, de in integ. reſt.* ibi, *Quando non plene de meritis ipſius cauſæ videbatur inſtructus.*

CAP. Regulæ. II.

SVMMARIVM.

1 *Inſtante neceſsitate licitum eſt venire contra legem.*
2 *In cauſa matrimonij teſtes cõſanguinei ſunt idonei.*
3 *Domeſticus admittitur in teſtem favore Eccleſiæ.*

AD textum. Nota ex textu quod inſtante neceſsitate, licitum eſt venire contra diſpoſitionem Canonis, quod tamen eſt intelligendum, ne ex quolibet negotio inducatur diſpenſatio, ſed quando ſubeſt cauſa legitima, juxta notata in *cap.* ſupra proximo, *nu.* 1. 1

In Gloſſa 1. ibi, In cauſa matrimonij. Docet Gloſſa, quod in cauſa matrimonij teſtes cõſanguinei idonei reputantur. *Socin. Iunior, conſ.* 79. *nu.* 11. plures 2

referendo ſequitur *Grabiel lib. communium, concluſione 13. de teſtibus nu. 14.* Contrarium tenuit *Decius conſ. 133. nu. 4.* & alij quos refert *Farin. de teſtibus, q. 54. nu. 65.* Sed primam opinionem veriorem exiſtimo, ex ijs, quæ tradit ipſe *Farinac. d. q. 54. nu. 191.*

3 In eadem Gloſſ. ibi, Domeſtici. Et ſic favore Eccleſiæ domeſticus admittitur in teſtimonium, ſequitur Gloſſam *Maſcard. de probat. concluſione 534. nu. 35.* multos congerit *Farin. de teſtibus, q. 55. nu. 91.*

CAP. Neceſſe eſt. III.

SVMMARIVM.

1 *Non omnibus communitatibus eadem leges conveniunt.*
2 *Medicus imperitus qua pœna puniatur?*
3 *Sacerdotes debent eſſe periti ad indicẽdas pœnitentias.*

1 AD textum. Docet Hieronymus in præſenti, non omnibus cõmunitatibus, Rebuspublicis easdem leges cõvenire, vel utiles eſſe. Tametſi omnibus conveniat, & proprium ſit ratione, & jure ad juſtitiæ normam, & regulam inſtitutas eſſe, qua de re ſunt pulchra *Ariſtot. verba lib. 5. Ethicorum cap. 7.* proſequitur *Covar. in cap. Alma, in initio nn. 3.*

2 Ibi, Imperiti medici. Qua pœna puniatur medicus imperitus, ex cuius ignorantia mortuus eſt ægrotus; dic quod extraordinariè debet puniri, ut tenet *Ripa de peſte, cap. 7. nu. 7.* licèt puniendũ eſſe pœna homicidij affirmaverit *Iacobus de Arenis*, & alij, de quibus per eundem *Ripam nu. 67.* & ſeqq. qui late hoc diſputat. Vide textum in *l. Illicitas, §. Sicuti, ff. officio præſidis*, & ibi, *Corraſ.* & *Antonium Vaccà*: Si tamen infirmus dolo ipſius medici deceſſit, tunc pœna mortis puniri poteſt; advertit *Menoch. de arbitrar. centuria 6. caſu 581. nu. 3.* quem conſule; & *Reginaldum tom. 1. lib. 10. nu. 98.* ubi citat *Medinam in Cod. de rebus teſtit. q. 9.*

In Gloſſa, verbo, Collyrio. Inducit *Menoch. caſu 391. nu. 3.* ad ſacerdotes qui in indicendis pœnitentijs ſacramentalibus, bono medico æquiparãtur, qui nõ uno ſolo pharmaco, omnibus morbis medetur, ſed pro arbitrio ſuo varijs utitur remedijs, ut ſciat oleo divinæ miſericordiæ, vel vino divinæ juſtitiæ pœnitentem lenire, deſperantem erigere, puſillanimem confortare. *Paulus Fuſchus de viſitat. lib. 3. cap. 3. nu. 9. & 42.*

DISTINCTIO. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa Concilij Gangrenſis qualis fuerit?*

1 IN principio diſtinctionis, ibi, Hæreſis Manichæorum. Firmat Gratianus cauſam Concilij Gangrenſis fuiſſe hæreſim Manichæorum; ſed eum improbat *Cardinalis Baronius tom. 3. Annal. anno Chriſti 361. nu. 57.* verſ. *Sed, & quod.* Ratio eſt quia hæretici in hoc Concilio damnati eleemoſinas faciebãt, in quo ab ipſo Manichæorum inſtituto alienos fuiſſe conſtat. Cum illi ex ſuæ ipſorum legis præſcripto vetarent eleemoſinas dari pauperibus. Poteſt tamen Gratianus defendi, ſi dicatur propriè Gangrenſe Concilium ſtatuiſſe contra errores Euſtathianorum, ſed hos errores Euſtathianos hauſiſſe à Manichæis.

CAP. Si qui filij. I.

SVMMARIVM.

1 *Gangrenſe Concilium quando celebratum?*
2 *Filius religioſus an poſſit exire à monaſterio pro alendo patre?*
3 *Filij tenentur honorare parentes.*
4 *Parentibus infidelibus an debeant filij ſubvenire?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gangrenſe Concilium. Omnia capita huius diſtinctionis, præter ultimum, fuerunt deſumpta ex Concilio Gangrenſi; quæ Synodus authoritate Romani Pontificis, Gangris civitate in Paphlagonia fuit congregata, adverſus deliria Euſtachij, qui multos Armeniæ infecit monachos; hic enim adeò favit monachiſmo, ut ſpreverit reliquos chriſtianorum ordines, & prætextu quodam ſanctitatis, Dei Eccleſiam ferme fuiſſet demolitus, niſi citò ſecuris Apoſtolica infauſtos palmites ſuccidiſſet; de quo vide latiſſimè *Baron. tom. 3. annal. anno Chriſti 361. num. 54.* verſ. *At longe*, & ſequentib. qui contendit non Euſta-

Euſtachium, ſed Entactum eſſe legendum. Vide ſcripta ad *cap. Si quis diſcernit, num. 1. ſupra, diſt. 28.*

2 In textu, ibi, Occaſione Dei cultus. Igitur filius religioſus etiam profeſſus, pro alendo in gravi neceſſitate conſtituto patre, poteſt exire à monaſterio; de quo latè differunt *D. Thom. Quodlibet. 3. art. 6. & 2. 2. q. 101. art. 4. ad quartum,* & ibi *Caiet. Sylveſt.* verbo, *Religio 2. q. 4. Angles in floribus theologicis, in quæſt. de voto, ex pag. 94. Cordub. de caſibus conſcientiæ, q. 151. Pedraça in ſumm. in 4. præcepto Decalogi, fol. 36.* verſ. *Aqui ſe offrece,* & *in 7. præcepto, fol. 96.* verſ. *La ſexta. Medices in ſumma peccatorum, part. 1. tit. 3. q. 16.* verſ. *Quinto. Leſſius de juſtitia, lib. 2. cap. 41. dubit. 3. nu. 9. Si filius, Ioannes Maior. in 4. diſt. 38. q. 2. Lopez. in inſtructorio conſcientiæ, 1. part. cap. 54.* verſ. *Peccatq; filius,* optimè *Navarr. in cap. Nullum 18. q. 2. ex nu. 48.* & *in Manual. cap. 14. nu. 14.* ubi etiam an filius peccet, qui monaſterium ingreditur cum pater eius ope, & alimonia indiget? De quo etiam *Angles,* ubi ſupra, verſ. *Magna, Cordubа,* & *Lopez,* ſupra citatis locis, *Lara in l. Si quis à liberis, §. Item reſcriptum, nu. 12. ff. de liberis agnoſcendis* Reſolve peccare filium ſi ingrediatur monaſterium exiſtente patre in gravi neceſſitate. Ita *D. Thom. dict. Quodlibet. quæſt. ult. art. 6. Leſſius,* ubi ſupra, *nu. 34. §. Septimo,* cum quo limitabis. *Sairus in clavi Regia, lib. 7. cap. 6. nu. 1. Azor. 2. p. lib. 2. cap. 3. q. 5.*

3 Ibi, Debitum honorem. Ergo filij tenẽtur honorare parentes, de qua materia agunt *Navarr. in Manual. cap. 14. nu. 3.* verſ. *Quinto. Simanch. de patre hæretico, ex nu. 54. Menchaca lib. 1. Illuſtrium, cap. 37. nu. 5. Plaça de delictis, lib. 1. cap. 22. num. 10. Peres lib. 8. ordinam. tit. 9. l. 1. col. 1. Garcia de expenſis cap. 3. nu. 26.* alios congerit *Cenedo Collectan. 20. ad Decretum, nu. 1.* Vnde filios pro patribus mortem pati debere, tradit *Menoch. lib. 3. præſumptione 29. num. 19.* Sic filius tenetur patrem bannitum alere, ex eodem *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q 90. nu. 45. Plaça de delictis, lib. 1. cap. 36. num. 4.* & 5. An verò advocatus potius debeat advocare pro patria, quam pro patre? Vide *Iaſon. in l. 1. §. Huius ſtudij, nu. 14. ff. de juſtitia, & jure.* An poſſit quis cogi teſtificare contra patrem? Tradit *Menoch. conſ. 175. nu. 21. vol. 2. Grammat. deciſ. 45. nu. 16.* & *deciſ. 48. nu. 13.*

4 In Gloſſa 1. Docet Gloſſa parentibus infidelibus debere filios ſubvenire, de quo vide *Abb. in cap. Si quis, nu. 2. de hæreticis, Gregor. Lopez part. 1. tit. 23. l. 8. Gloſſa 1. Padilha l. Præſef. nu. 11. C. de ſervitut. Folerium in Conſtitutionibus Neapolit. in tit. de hæreticis, nu. 4.* qui de hac quæſtione latè differunt. Adde poſita ad *cap Non ſatis,* infra, *diſt. 86.*

CAP. Quæcumq;. II.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres non debent comam amputare.*
2 *Coma in mulieribus eſt ſignum pulchritudinis.*
3 *Quod limitatur in fœminis religioſis. & num. 4.*
5 *Delentes arma depicta poſſunt puniri.*

IN textu. Collige ex textu non debere mulieres comam ſibi datam à Deo ad velamen, & memoriam ſubjectionis amputare, & præſcindere; de quo vide *Sylveſt.* verbo, *Fœmina, nu. 3.* qui textus meminit, poſt alios *Tiraq. l. 1. Connub. Gloſſa 1. p. 1. nu. 21.* ad med. juvat ſententia *Ambroſij lib. 6. Hexamer. cap. 9.* ibi. *Quam reverenda Cæſaries in ſenibus, quam veneranda in ſacerdotibus, quàm dulcis in pueris, quàm ſpecioſa in adoleſcentibus, quàm compta, & neceſſaria in mulieribus. Nam quemadmodum tota arborum pulchritudo in coma eſt, ſic capilli fœminarũ maximè honeſtant.* Vnde minatur *Iſaias cap. 3. nu. 17.* filias Sion exclamans. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion.* Proſequuntur latè *Tertullian. de cultu muliebri. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pedag. Cyprianus de diſciplina, & habitu virginum.* 1

Sic etiam apud authores profanos legimus comam in mulieribus eſſe pulchritudinis ſignum, & ornatum. *Apuleus de aſino aureo,* ait; ne ipſa Venus fœminarum pulcherrima ipſi Vulcano placere poteſt, ſi calva eſſet; Vnde dixit *Ovidius in Arte.* 2

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Sic Poeta *Statius lib. 1. Achil.*

Niveo natat ignis in ore.
Purpureus, flavoq; nitet coma gratior auro.

Quod etiam *Virgilius,* non tantum fœminis, ſed etiam Nymphis tribuit de ortu ſolis.

Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.

Vide latè *Mantuam lib. 8. de obſervation. obſervatione 76. Pineda in Iob, tom. 1. cap.* verſ. 30. *num. 13. Vilhalpando in Epitome delictorum, in defenſione, cap. 6. nu. 18.* & ſeqq.

Intellige tamen textum de laicis mulieribus, non autem de religioſis fœminis, quæ Deo, & Eccleſiæ, dicatæ ſunt; *Gloſſa in Clement. 2. de ſtat. regul.* cuius rei rationem aſſignat *D. Thom. ſuper epiſtolam ad Corinth. cap. 15.* quia virgines intrantes religionem aſſumunt pœnitentiæ lamẽtum, mulieres verò tempore luctus comam deponunt, ut poſt *Senecam,* tradit *Vilhalpando in Epitome delictorum, in defenſione, cap. 6. nu. 19.* & 20. Alia ratio poteſt adduci; namq; coma ſymbolũ 3

eſt

eſt cogitationis, unde magno quidem ſtudio à monialibus cogitationes ſeperfluæ amputandæ ſunt. *D. Gregor. lib. 5. moral. cap. 23.* ſic D. *Auguſtin. in Pſalm. 51. nu. 4* explicans verba illa. *Sicut vas vacuola acuta feciſti dolum. Ecce quod faciunt* (ait) *ſanctis mali, capillos radunt; Nam ipſi capilli ſuperflua rerum temporalium ſignificant.* 1

4 Poteſt etiam cœremonia hæc abſciſſæ comæ, ad mortis votum, aut præviam animi præparationem referri nam & ſolebant morituri prius honoris inſignia ne illo habitu morerentur, deponere, capillos præſertim, & capitis honorem, ut ex multis tradit *Ioannes de Pineda in Iob, tom. 1. cap. 1.* verſ. 20. *nu. 14.* Adi *Pontanũ*, & *Cerdã*, ad illud *Virgilij 4. Æneid.*

Nondum illi flavum Proſerpina crinem
Abſtulerat.

5 Ibi, Memoriam ſubiectionis. Ex his verbis deducunt D.D. quod ſi caſtrum habeat arma depicta alicuius domini in ſignũ ſubiectionis ſi deleantur illa arma, dicitur tolli ſubiectionem domino, & ſic per dominum poſſunt vaſalli tanquam rebelles puniri, niſi aliter appareat de cauſa delendi. Faciunt, quæ tradit *Bart.* de his, qui ſe opponunt officialibus Principum, *in l. Hoſtes nu. 15. ff. de captivis*, & *poſt. limin. reverſis.*

CAP. Si qua mulier. III.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ ſunt licitæ.*
2 *Mulier debet habitare cum viro.*
3 *Mulier an poſsit diſcedere à viro?*

1 IN textu. Notat illum *Ovandus in 4. ſententiarum, diſt. 26. propoſitione 7. §. Per hæc*, & illum adducit contra Fatianos hæreticos affirmantes nuptias eſſe illicitas, & pares fornicationi, de quo vide poſita ad *cap. Siquis vituperat. diſt. 31.*

2 Ibi, Diſcedere. Collige ex textu quòd mulier ſemper debet habitare cum viro, & ipſum ſequi, & cum materia ſit gravis, tenetur ad hoc uxor ſub culpa lethali. *Navarr. in ſumma, cap. 14. nu. 20. Graſſijs lib. 2. deciſion. cap. 59. nu. 2. Emman. Roder. tom. 1. ſummæ, cap. 15. nu. 2.* quod limitabis, niſi vir vellet uxorem pertrahere ad peccatũ, aut grave vitæ periculum. Tunc enim poteſt à viro diſcedere, cum urgentius ſit præceptum abſtinendi à peccatis, vitamq; tuendi; ſic *Navarr.* & *Graſſ.* ubi proximè, *Sylveſt.* verbo, *uxor. q. 8. Armilla nu. 6.* plures adducit, & ſequitur *Sanchez de matrimonio, lib. 1. diſp. 41. nu. 4.*

Vtrum autem poſſit mulier diſcedere à viro, quando ille mutat domicilium ſine cauſa iuſta, vel ſi vir velit non habere certam ſedem ſed hinc inde vagari? Vide *Sanchez d. diſp. 41. nu. 5. & 6.* cum quo negativè reſolve. An verò vir poſſit diſcedere ab uxore, quando illa ex cauſa neceſſaria transfert domicilium? Vide *Gloſſam in cap. 1. de conjugio leproſorum*, verbo, *ſequuntur.* poſt alios *Sanchez nu. 14.* 3

CAP. Si quis propter. IV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicantur qui matrimonium vituperant.*

1 IN texru. Statuit textus mucrone excõmunicationis feriendos eſſe religioſos, qui vituperant laicos matrimonium contrahentes, licèt enim virginitas ſit excellentior matrimonio, ut tradit *D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 4.* ſtatuit *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matrimonio, Canone 10.* contra errorem Iouiniani, qui poſuit virginitatem non eſſe matrimonio præferendam. Non tamen peccat, qui nuptias contrahit, licét illæ bono, aut virginalis cõtinentiæ, aut vidualis non debeant æquari. *D. Auguſt. in lib. de virginitate, cap. 19.* quem refert *D. Thom.* ubi proximè, verſ. *Sed contra.*

CAP. Si quis, vel virginitatem. V.

SVMMARIVM.

1 *Servans caſtitatem quando peccat?*
2 *Excommunicationis umbra fuerit ne in ſtatu legis naturæ, legis ſcriptæ?*
3 *Apud Iudæos, inobedientes fiebant extra ſynagogas.*
4 *Idem erat apud Gentiles.*
5 *Romani diris execrationibus uſi ſunt.*

1 IN textu. Nota ex textu quod profitens caſtitatem, non ex eo, quod putat illam eſſe bonam, ſed in deteſtationem matrimonij, excommunicatur; de materia agunt *Cardinalis Hoſius in confeſſione catholicæ fidei, cap. 55. de Sacramento matrimonij*, verſ. *Fuerunt apud gentes. Ovandus in 4. ſentent. diſt. 26. propoſitione 7.* verſ. *Per hæc.*

Ibi,

2 Ibi, Anathema ſit. Ante Chriſti adventum propria ratio excommunicationis nunquam fuit, quædam tamen excommunicationis umbra in ſtatu legis naturæ præceſſit, & legis ſcriptæ, cuius etiam veſtigium apud Gentiles cognitum fuit. Vnde Adamus ad modum excommunicationis prohibitus eſt ab eſu ligni ſcientiæ, *Geneſ. cap. 2. nu. 16.* & poſtea pro peccato de Paradiſo ejectus eſt, *Geneſ. 3. nu. 24.* vocaturq; excommunicatus in *cap. Ad menſam*, verſ. *Hæc ſententia*, 11. q. 3. de quo *Ianſenius in Concord. cap. 78. Petes lib. 8. ordinamenti, tit. 5. l. 1.*

3 Apud Iudæos, inhobedientes fiebant extra ſynagogas, hoc eſt de Eccleſijs veluti excomunicati ejiciebantur. Sic *Ioann. in cap. 9. nu. 22.* & *cap. 12. nu. 42.* ut utroq; loco obſervat *Caietan.* qua pœna mulctatus eſt cœcus, qui à Chriſto fuit illuminatus. Apud Eſſenos quoque terribile excommunicationis genus in uſu fuiſſe, teſtatur *Ioſephus lib. 2. de bello jud. cap. 7.* cum ait. *Deprehenſos in peccatis à ſua congregatione depellunt, illa quidem Sacramentis, & ritibus obligatus, neq; capere ab alijs oblatum cibum poteſt.*

4 Apud Gentiles tradit *Cæſar lib. 6. commentariorum*, Druidum ſacerdotum Gallorum mores, ac ritus deſcribens, de his in hæc verba loquitur. *Si quis autem publicus, aut privatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt, quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum, ac ſceleratorum habentur, hi omnes decedunt; aditumq;, ſermonemq; defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant, neq; his petentibus jus redditur, neq; honos ullus communicatur. Plato* ad fin. prope, *lib. 9.* ſic ait. *Qui de vi parentibus allata damnatus fuerit, condemnabitur, primo perpetuò exulet, deinde, & à ſacris omnibus arceatur; quiſquis verò cum huiuſmodi homine comedit, aut bibit, vel aliquo pacto cum eo communicaverit, aut ſponte locutus fuerit, is ne in templum ingrediatur, nec in forum, nec omninò in civitatem proficiſcatur, antequàm mundetur; putare namq; debet ſcelerato ſe cõmercio contaminatum.* De materia vide *Polidorum de inventoribus rerum, lib. 4. cap. 12.* ad fin. *Turrian. lib. 2. in Clementis conſtit. cap. 42.* & *lib. 4. cap. 7.*

5 Romani quoque his diris execrationibus uſi ſunt; Author eſt *Plutarchus in Craſſo*, ubi tradit Actium tribunum plebis, his diris confixiſſe Craſſum in Parthos proficiſcentem, de quibus fit mentio apud *Plinium lib. 28. cap. 2.* haud multo poſt principium, *Livium lib. 6. tertiæ decadis*, ubi inquit, *Qui victus aciè exceſſiſſet, eum nequis urbe, tecto, menſa, lare reciperet.* Hinc etiam quoſdam impios interdicebant aqua, & igne: *Lactantius lib. 2. inſtit. divinarum, cap. 10. Budæus in pandectis in l. pennlt. ff. de donationibus inter virum. Covar. in cap. Alma, 2. p. §. 1. nu. 1.* illis enim aqua, & igne interdicebant, quibus commercium, ſocietasq; hominum auferebatur, eos urbe, menſa, tecto, aut ore recipere vetabant. Tradit eleganter *Alexand. ab Alexandro lib. 3. Genial. cap. 5.* poſt principium; reperitur de hoc memoria in *l. Gallus §. Et quid ſi tantum, ff. de liber.* & *poſth.* loco cuius pœnæ ſucceſſit deportatio, teſte *Vlpiano in l. 3. ff. ad l. Iuliam peculatus*, & *in l. 2. §. 1. ff. de pœnis.* Alia poſſunt videri apud *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti. 57.*

CAP. Si qua mulier. VI.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt quis excõmunicari, ſi mutet veſtimenta.*
2 *Mulieres peccant utendo habitu virili.*
3 *Quod tamẽ limitatur, ſi adſit neceſſitas.*
4 *Virginum ſanctimonia illuſtres, habitum virilem indutæ.*
5 *Prohibitum viris, ne ornatu muliebri utantur.*

IN textu. Citat *Petes ad lib. 8. ordinam. tit. 19.* in principio, verſ. *Aude*, quod quilibet poteſt excõmunicari propter mutationem veſtimentorum, ubi tractat de ſumente habitum mulieris, ad intrandum monaſterium cauſa corrumpendi monialem; & addit quod ſi per annum ſtetit, & fecit ibi profeſſionem, dum pro fœmina reputatur, poteſt compelli, ut vadat ad monaſterium monachorum, & ibi permaneat, cum ſola profeſſio faciat monachum *cap. Porrectum, de regular.* quod mihi improbabile videtur. 1

Ibi, Virili veſte utatur. Peccat igitur fœmina mortaliter utendo habitu virili; quod intellige quando mulier hoc facit malo propoſito, & intentione meretricandi. Vnde ſi iſta fiant ex animi levitate, ſine intentione corrupta, vel ſcandalo gravi, non eſt mortale, ut bene docet *Sylveſt.* verbo, *fœmina nu. 2. D. Thom. Caiet. Navar. in manual. cap. 23. nu. 22. Cornelius*, proxime, citandus, qui hos refert, ſic aliàs in lege veteri. *Deuter. 22. nu. 5.* erat ſtatutum ne mulieres uterentur veſte virili. Ad quem locum videndus eſt *Cornelius*, ubi eleganter, item *Franciſcus de Mẽdoça, tom. 1. in lib. 1. Regum, cap. 1. nu. 1. annot. 4. ſect. 2. nu. 3.* & *ſect. 3. à nu. 38*, unde *D. Hieronymus ad Euſtochium de conſeruanda virginitate*, in mulieres invehitur, quæ veſtibus virorum utuntur, quod, & reperitur prohibitum de jure civili in *l. Veſtis §. Muliebria*, & *§. Cõmunia, ff. de auro, & argento legato.* Apud Hiſpanos adeſt prohibitio *part. 3. tit. 16. l. 8.* & ibi *Gloſſa 18.* & *part. 5. tit. 12. l. 3. Gloſſa 10.* Apud Luſitanos hoc prohibetur 2

ſibetur per *Ordin. antiquam lib. 5. tit. 31.* & novam; *lib. 5. tit. 34.* ubi *Barboſa nu. 1.*

3 Legimus tamen in veterum monumentis mulieres aliquando ſine dedecore, & reprehenſione virili ornatu eſſe uſas, cum vel neceſſitas, vel juſta cauſa ingruerit, aut mos regionis permiſerit. *Plutarch. in claris mulieribus, cap. 4.* tradit apud Argivos ſacra quædam celebrari, in quibus mulieres virilem veſtem indutæ, verſabantur. Laudatur Hypſicratea Mithridatis regis uxor, quæ virilem habitum induta, tonſis capillis Mithridatem à Pompeio victum, per efferatas gentes fugientem, ſecuta eſt; ut tradit *Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. Plutarch. in vita ipſius Pompeij.* Hanc imitata Plotina mulier raræ fidei, & pudicitiæ, pro mariti ſalute, maritum in exilium eſt ſecuta, ut videre licet ex *Apuleio lib. 7. aſini aurei*, plura congerit *Tiraq. l. 3. Connubial. p. 3. nu. 66. & 69. Gloſſa 1.*

4 Sed ut de ſacris mulieribus ſermonem habeamus, Eugenia Philippi proconſulis filia, & Marina Alexandrina, virgines ſanctimonia illuſtres, habitum virilem induţe in cœnobium virorum profectæ ſunt, illicq; viri exiſtimati, ſanctiſſimé vixerunt. Pelagia Antiochena, relictis voluptatibus, ſumpto virili habitu, in penitiſſimas nemorum latebras ſeceſſit, ubi uſq; ad mortem conſtanter perſeveravit. Sed, & diva Natalia Adriani martyris uxor, cum Maximianus mulierum ingreſſum ad viros in carcere detentos prohibuiſſet, viriles ſibi veſtes deſumpſit, quo vir exiſtimata, ſanctis hominibus adminiſtrabat. Tradit idem *Tiraq.* ubi proxime, *nu. 71.* Sic beatus *Ambroſius in 2. de virginitate*, narrat de alia virgine Antiochena, quod ab idololatris proſtituta in lupanari, ad preces viri ſub ſpecie turpitudinis intrantis, mutavit habitum, & exivit, non ut evitaret martyrium, ſed contagium; refert *Sylveſt.* dicto verbo, *fœmina, num. 2.*

5 Non tamen prætermittendum eſt, prohibitum eſſe etiam viris, ne cultu, veſte, & ornatu muliebri utantur, ut colligitur ex *d. l. Veſtis, §. Muliebria*, & *§. Communia, ff. de auro, & argento legato*; expreſſit *Ordin. Luſitana lib. 5. d. tit. 34.* ubi *Barboſa*, citans *Bobadillam*, & *Peregr.* Vnde Hercules admodum vituperatur; quod amore Omphales captus, eiq; obſequens, veſtibus eiuſdem aliquãdo ſe ſe induerit, ut ſcribit *Lactantius lib. 1.* qui de falſa religione inſcribitur, *cap. 9.* Sardanapalum quoq; carpunt hiſtorici, quod ab Arbacto Medorum præfecto inter ſcortorum greges habitu muliebri inventus eſt, ut ſcribunt *Athenæus lib. 12. cap. 3. Paulus Oroſius lib. 1. cap. 19.* Caligulam impudentiſſimum imperatorem arguit *Ioſeph. lib. 19. antiquit. cap. 1.* quod ſtolas muliebres cycladem, & alia huiuſmodi veſtimenta muliebria induebat. Vnde rectè reprehenditur Zenon ſtoicæ ſectæ princeps, qui in ſua republica præcipiebat viros, & mulieres eandem veſtem induere, ut tradit *Diogenes Laertius in vita ipſius Zenonis*; conſule latè *Tiraq. l. 3. Connubial. Gloſſa 3. num. 59. 60. & 69.* de geſtando habitus muliebris in viris, aut virilis in fœminis, cum perſonati incedunt, lege quæ *Barboſa lib. 5. Ordinat. Luſit. tit. 34. nu. 11.*

CAP. Si quis tanquam. VIII.

SVMMARIVM.

1 Jejunans die Dominico peccat mortaliter.
2 Limita niſi ex voto, vel devotione, fiat jejunium.

IN textu. Collige ex illo jejunantem die Dominico peccare mortaliter; ſimilis prohibitio habetur Melchiadis Papæ *in cap. Jejunium, de conſecrat. d. 3.* quia tale jejunium eſt contra Eccleſiæ univerſalis conſuetudinem, cum dies Dominici lætitiæ deputentur, non luctui, & pœnitentiæ, ut ex noſtro textu obſervat *Rebuf. ad leges Gallic. 3 tom. in præfatione, tit. de conſuetud. nu. 73. Iacob. de Graff. lib. 3. conſ. 13. de voto, num. 4.* de quo latè agunt *Bellarmin. tom. 3. controverſia 3. generali, lib. 2. cap. 23. Azor. tom. 1. inſtitut. moral. lib. 7. cap. 27. verſ. Septimo. Reginaldus in praxi fori pœnitentialis, lib. 4. cap. 12. nu. 137.* & multi alij, quos refert *Sanch. tom. 1. Decal. lib. 2. cap. 37. nu. 11.* ſed hæc temperanda ſunt expoſitis num. ſequenti.

In Gloſſa, verbo, Contemptum. Docet Gloſſa ſi quis jejunet in die Dominico non ex contemptu, ſed ex voto, vel devotione licitè agere, quam ſequitur *Graſſius dict. conſ. 13. de voto, nu. 8.* Vnde jejunium in die Dominico non eſt ſemper prohibitum, ſed ſolum ſi quis in illis, vel ex ſuperſtitione jejunet, ut Montaniſtæ faciebant; vel ex errore, ut Manichæi, & Pricillianiſtæ; vel ex contemptu Eccleſiæ, ut Euſtathiani; & Arriani; vel denique cum ſcandalo aliorum, ut ſi quis unum diem jejunaturus eligat diem Dominicam; tradunt elegantèr *Bellarmin. d. cap. 23. Azor. dict. cap. 27. verſ. Nonq; quæritur. Reginaldus dict. cap. 12. nu. 178.* Vnde & multi eremitæ diebus Dominicis jejunabant, ut ex vitis Patrum conſtat, traditq; *Leſius de juſtitia, & jure, lib. 4. cap. 2. nu. 68. Sanchez*, ubi proximè, *nu. 12.* cum multis. Adde *Fillincium tract. 27. cap. 5. nu. 103.*

CAP.

CAP. Si quis eorum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iejunia Eccleſiæ contemnentes excommunicantur.*
2 *Vtrum ſcire queat aliquis certo abſq; revelatione ſe eſſe in gratia?*
3 *Vtrũ hoc ſaltẽ moraliter ſcire poſſit juſtus?*
4 *Vtrum prædeſtinati cognoſcãt ſuam prædeſtinationem?*
5 *Excommunicatio an poſſit proferri propter peccatum internum?*
6 *Pars negativa verior.*
7 *Textus noſter intelligitur.*
8 *Votum mentale quomodo diſpenſetur?*

1 IN textu. Ponitur in præſenti deteſtatio alterius ſuperſtitionis quorundam hominum, qui viventes in propoſito abſtinentiæ, propterea quod aliquã auſteritatem ſupportare poſſunt, ſuperbiunt, & communia Eccleſiæ jejunia contemnunt, dicentes illa levia eſſe, & nullius momenti; notantur igitur in textu Euſtathiani hæretici, qui aſſerebant contemni poſſe jejunia Eccleſiæ, poſtquam quis pervenit ad quendam gradum perfectionis, & jejuniis eccleſiaſticis præferri alia jejunia, quæ ipſi inſtituebant, ut tradit *Suar. de cenſuris, diſp. 4. ſect. 2. nu. 12.* Adverſus hunc errorem definit *Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can. 20. Si quis hominem juſtificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obſervantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ſed tantum ad credendum quaſi vero Evangelium ſit nuda, & abſoluta promiſſio vitæ æternæ, ſine conditione obſervationis mandatorum Dei, anathema ſit.* Igitur faceſſant hæc inauſpicata hæreticorũ deliria, & omnium catholicorum ſibilo hæc abigantur hominum mendacia. Quid enim ſanctius, quam ab Eccleſia inſtituta jejunia? Quid deterius, ac perniciſious, quàm Eccleſiæ legibus indicta jejunia contemnere, & alia obſervare? *D. Ambroſ.* audiamus, qui in ſermone Quadrageſimæ, ita ait. *Illa voluntaria ſunt jejunia, & iſta neceſſaria; illa de arbitrio veniunt, iſta de lege; ad illa invitamur, ad iſta compellimur.* Noſtrum igitur jejunium teſte *D. Hieron. ad Demetriad. cæterarum virtutum eſt fundamentum.* Quod eleganti carmine expreſſit *Zacharias Ferrerius Epiſcop. Gaidien. in volumine, ſacrorum hymnorum,* ubi omnes virtutes quadrageſimali jejunio adhærentes comites ita depingit.

Bacchus abſcedat, Venus ingemiſcat
Nec jocis ultra locus eſt, nec eſcis
Clauditur ventri ingluvies voraci
Clauditur lingua labium loquaci
Iamq; de verbis abiguntur falaces.
Seria nugas.

Occaſione erroris Euſtathianorum, enodandæ veniunt tres difficultates. Prima. Vtrum juſti in hac vita ad eam juſtitiæ perfectionem poſſint pervenire, qua certi reddantur, citra ſpecialem revelationem, ſe eſſe in Dei gratia? Cuius quidem quæſtionis pars negativa tenenda eſt; cum *Suar. 3. p. de gratia, lib. 9. cap. 9. nu. 13. Bellarm. lib. 3. de juſtificatione,* fere per totum, ubi plures citant DD. & probant ex ſacra pagina. *Eccleſiaſt 9. Neſcit homo an odio, vel amore dignus ſit, & omnia in futurum reſervantur incerta.* & ex *Trid. ſeſſ. 6. cap. 9.* aſſerente. *Quilibet dum ſe ipſum, ſuamq; propriam infirmitatẽ reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt cũ nullus ſcire valeat* (certitudine utiq; fidei cui falſum ſubeſſe nequit) *ſe gratiã Dei eſſe conſecutũ.* 2

Secunda difficultas. Vtrum id ſaltem certitudine morali cognoſcere poſſit aliquis juſtus? Reſpondeo affirmativè cum *Suar.* citato, dummodo concluſio intelligatur de ijs, qui perfectiſſimè perſeveranterq; Deo inſerviunt. Probabilis enim conjectura, & exiſtimatio ſufficit illis, ut poſſint humano modo credere, & judicare ſe eſſe in ſtatu gratiæ; hæc autem omnia poſſibilia ſunt abſq; miraculo; ergo reſolutio bene habet. Imò hoc judicium prudens ſæpe neceſſarium eſt ad operationes rectè inſtituendas, ait enim *Apoſtolus 1. ad Corinth. 11.* ſuſcipientibus Euchariſtiam. *Probet autem ſe ipſum homo:* ideſt, judicet probabiliter, & prudenter ſe eſſe diſpoſitum; licet non ſit ita certus, quin decipi poſſit; ergo talis certitudo non repugnat. Et addit *Suar.* poſſe quemlibet juſtum, eo virtutis aſcendere, ut non minus certo credat remiſſa ſibi eſſe peccata actualia ſeu originale, quam eſſe ſacerdotem, ſeu non baptiſatum. Vtrunq; enim moraliter, & humano modo cognoſci poſſe non dubitat *cap. 11. nu. 13.* At dices poſſe aliquem ſine temeritate jurare ſibi eſſe remiſſa peccata, & eſſe ſacerdotem, quod eſt falſum, & contra. *Innocent. in cap. Veniens, de presbyt. non baptiſato.* Reſpondebis enim cum eodem *Suar. n. 14.* nullam ibi intervenire temeritatem. 3

Vltima difficultas petebat an prædeſtinati poſſent ſcire certo abſq; revelatione ſe eſſe ſcriptos in libro vitæ æternæ? Sed hæc quæſtio Theologorũ propria, & parte negante illis diſputanda cõmittitur. Conſule *Suar.* citatũ, *nu. 15.* & *Bellar.* qui alios referunt, *lib. 3. de juſtificatione, cap. 12.* per totum. 4

Ibi, In ſua conſcientia judicans. 5

Ergo excommunicatio poteſt proferri propter peccatum omnino internum; de quo agunt *Sylveſt.* verbo, *excommunicatio 7. q. 2. Caſtro lib. 2. de juſta hæreticorum punitione. cap. 18. Driedo de libertate chriſtiana, lib. 3. cap. 5.* ſub fin. *Navarr. in Manuali, cap. 27. nu. 56. Simanch. de catholicis, cap. 42. Covar.*

in regula peccatum, part. 2. nu. 7. plures refert *Suar. de cenſur. diſput. 4. ſect. 2.* quòd Eccleſia diſpenſat in voto purè interiori, & ſola mente facto: Ergo ſignum eſt habere poteſtatem directam in actus internos.

6 Sit tamen reſolutio. Cenſura non ſolum ab homine, ſed ipſo jure lata, non poteſt cadere in peccatum purè internum, quia omninò eſt extra forum Eccleſiæ; actus enim purè internus eſt per ſe occultus Eccleſiæ, & ideo extra juriſdictionem, & poteſtatem vindicativam eius. Si tamen actus ſit exterior licèt interdum per accidens ſit occultus; quia ipſe ſecundum ſe non eſt extra poteſtatem Eccleſiæ, ſæpe punitur per legem, poteſtq; eſſe materia cenſuræ; proſequitur latè *Suar. de cenſur. diſp. 4. ſect. 2. n. 16.* & ſeqq.

7 Nec obſunt verba noſtri textus, *in ſua conſcientia judicans*, nam verbum illud, *judicans*, non accipitur pro ſola exiſtimatione interiori, ſed pro ut prodit in actū exteriorem, quod et phraſis latina cum elegantia ſignificat, & ad litteram habent verba græca Gangrenſis Concilij; ut bene notavit *Suar. d. diſp. 4. ſect. 2. nu. 12.* atq; in hunc modum facilè exponuntur alia jura, quæ in hac difficultate ſolent adduci; in omnibus enim eſt ſermo de actibus internis, non ſecundum ſe, ſed pro ut informant externos, ſeu de externis, ut procedentibus à talibus internis.

8 Ad aliud argumentum de voto purè interiori, ſunt qui reſpondeant votum mentale non diſpenſari, niſi petat vovens, & per eam petitionem iam manifeſtari Eccleſiæ; ſed refelluntur; quia illa manifeſtatio ſolum eſt conditio neceſſaria ad talem uſum juriſdictionis, ipſa verò juriſdictio immediatè cadit in actum internum. Vnde facilius ſolvitur, ſi dicatur diſpenſationem talis voti non cadere propriè in actū interiorem, qui præceſſit, ſed in effectum eius, qui manet, ideſt in obligationem, quæ iam non eſt actus internus, ſed morale quoddam vinculum, quod manet in homine, & auferri poteſt ex juſta cauſa à ſuperiori habente poteſtatem; advertit *Suar. d. ſect. 2. nu. 10.* Adde de materia, quæ ſcripſimus ad *cap. Voventibus, nu. 3.* & ſeqq. ſupra, *diſt. 27.* & ad *cap. Qui partem, 6. nu. 8.* & ſequent. infra, *diſtinct. 55.*

CAP. Si quis per ſuperbiam. IX.

SVMMARIVM.

1 *Congregationes quæ fiunt in Eccleſijs nō debent contemni.*
2 *Exiſtimans ſe perfectum, non ſequitur, quòd ſit perfectus.*
3 *Baſilica quid ſit?*

IN textu. Collige ex textu deteſtatione digum eſſe errorem quorundam, qui ſe tanquam perfectos exiſtimantes, congregationes quæ fiunt in Eccleſijs ſanctorum martyrum, incuſant, & oblationes ibi factas dicunt ſpernendas; in quibus omnibus hæretici, qui dicuntur Paterni, errant; quorum errores poſtea ſequuti ſunt Valdenſes. 1

Ibi, Perfectum ſe exiſtimans. Ergo licet quis ſe exiſtimet perfectum, non ex eo ſequitur, quod ſit talis; facit illud *Pauli 2. ad Corinth. 10. num. 17.* & *18. Fratres qui gloriatur in Domino, glorietur, non enim qui ſe ipſum cōmendat ille probatus eſt, ſed quem Deus cōmendat.* 2

Ibi, Baſilicas. Baſilica locus publicus eſt, in quo judicia exercentur, venaliaq; proponuntur; idem ferè quòd latini *forum*, appellant. Baſilicam M. Vitruvius ita ædificari debere oſtendit, ut in ſuperiore parte judicia, in inferiori negotia exerceri poſſint. Paulus author eſt in Baſilica negotiatorum venale argentum reponi ſolitum. Prohibuit Theodoſius in Baſilicarum tabularijs ergaſteria conſtitui, vel eas picturis obumbrari, quem locum de divinis templis *Bart.* intellexit, cuius ſententiam alij quoq; damnaverunt. Baſilicas pro Eccleſijs accipi ſolitum fuiſſe, oſtendit *Ambroſius in epiſtola*, cui titulus, *de Baſilicis tradendis*, atq; ita accipitur in præſenti. Hæc *Alciatus lib. 1. præteritorum*, verbo, *Baſilica.* 3

CAP. Si quis docet. X.

SVMMARIVM.

1 *Qui docent ſpernere Eccleſias excōmunicantur.*
2 *Verba noſtri textus intelliguntur.*

IN textu. Notabis ex illo, quòd qui docent ſpernere Eccleſias, & congregationes quæ fiunt in eis, excōmunicabuntur; eſt namq; prohibitum docere in Eccleſia Dei id, quod habebitur in contemptum; juxta illud *Pauli 1. ad Corinth. cap. 11. nu. 23. An Eccleſiam Dei contemnitis:* juvat illud *Pſalm. 92. nu. 5. Domum tuam decet ſanctitudo Domine.* Qui ergo in Eccleſia aliquid indecore, aut irreverenter committit, Dei templum reddit latronum ſpeluncam, vel domum negotiationis, ut habetur *Iſaiæ 56.* & *Ioann. 2.* Vnde *Hugo Victor. in tractatu de duodecim abuſionibus*, ita inquit. *Duodecima abuſio eſt irreverentia circa altare.* 1

Ibi,

Ibi, Congregationes. Sed quæ cõgregationes ſunt iſtæ? Exiſtimo eſſe confraternitates, ſolẽnitates ſanctorum, conventus, concilia, prædicationes, & ſimilia. Ad horum ſuperſtitionem reducitur error Valdeſium, & Boemorum, qui miſſam celebrare dicuntur, ſine ſacris indumentis, non in locis ſacris, & ſine altari portatili, de Eccleſia conſecrata non curantes, ſed ubicumq; volunt, ſive in ſtabulo, ſive in molendino ſuper una tabula miſſam celebrant.

CAP. Si quis extra. XI.

SVMMARIVM.

1 *Nõ debet prædicari in domibus privatis.*
2 *Verbũ*, Eccleſia, *quomodo intelligatur?*

IBi, Privatim. Notat *Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 43. Gloſſa* 2. & ex illo deducit non debere predicari in domibus privatis, ſed publicè in Eccleſijs, & locis honeſtis, quod etiam diſponit ibi, *lex* 43. *Partitarum*. Vide *Reginaldum tom. 2. lib. 18. num. 129.* Hinc exiſtimo ſancitum eſſe à Concilio Tridẽtino, ut quilibet ad audiendam concionem parochiæ ſuæ intereſſet, ut ibi tanquam in loco publico, & concionibus deſtinato audiret verbum Dei. Legatur *Navarr. cap. 21. notabili 5. Angel.* & *Sylveſt.* apud *Zerolam*, verbo, *Prædicatio*, §. *Ad quartum.* 1

Ibi, Eccleſiam. Poteſt hìc intelligi verbum, *Eccleſia*, de congregatione, quę fit extra Eccleſiam ſpiritualem, ideſt extra unionem, & congregationem fidelium, quia talis congregatio eſt prohibita; vel poteſt intelligi de ipſa Eccleſia materiali, quam nullus debet ædificare ſine authoritate Epiſcopi, qui antequam incipiat debet crucem affigere, atrium deſignare, & cœmiterium aſſignare, ut notabimus in *cap. Nemo*, infra, *de conſecratione, diſtinct.* 1. proſequitur *Paulus Fuſcus de viſitatione, lib. 1. cap.* 10. *nu.* 2. 2

CAP. Si quis nuptias. XII.

SVMMARIVM.

1 *Damnantur affirmantes non poſſe conjugatos cœlum ingredi.*
2 *Nubere proprium eſt fœminarum, ducere virorum.*

IN textu. Damnat Concil. in præſenti opinionem dicentium conjugatos non poſſe Regnum cœlorum ingredi, nec vitam æternam obtinere; ut affirmabant quidam hæretici, quorum meminit *Albertus Magnus in* 4. *diſt.* 25. vide quæ ſcripſimus ad *cap. Si qua mulier*, 3. *nu.* 1. & ad *cap. Si quis propter*, 4. ſupra, *hac eadem diſtinct.* & poſita ad *cap. Si quis vituperat*, infra, *diſtinct.* 31. 1

Ibi, Nuptias. Nubere propriè fœminarum eſt, ſicut ducere virorum, ut probatur in §. 1. verſ. *Unde quæſitum, inſtit. de nuptijs*, & *in l.* 2. §. 1. *ff. de in ius vocando.* Licet enim nubere interdum de viris dicatur, ut probat textus in præſenti, & colligitur ex *Cornelio Tacito lib.* 15. cum ſcribit de Nerone, & ex *Suetonio*, de eodem Nerone tradit *Bald. in l. Cum teſtator, Cod. de teſtam. manum.* Sicut e diverſo nonnunquam de fœminis ducere dicitur, ut in *l. Si ignorans, Cod. ſoluto matrimonio*, latè de utroque *Tiraq. l.* 5. *Connubialium, part.* 5. *nu.* 4. verſ. *Nam dicit.* Lege *Martialem lib. 7. epigramat.* 12. *ad Priſcum*, & quæ ibi notat *Raderus.* Illud unum dicam compendioſè, ideo virorum proprium eſſe *ducere*, fœminarum verò *nubere*, quòd fœminæ deſponſatæ ante maritationem, velo obnubebantur, frontemq; tenuiſſimo velamine obtegebant, ut præter alios refert *Celius lect. antiq. lib.* 28. *cap.* 15. Mariti verò cum ad nuptias detecta fronte, & revelato capite incederent, non quidem nubere, ſed uxores domum ducere, ſive traducere dicebantur. 2

CAP. Si quis carnem. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Debet quis abſtinere à carnibus Idolo immolatis.*
2 *Dubium eſt an præceptum obliget in extrema neceſſitate.*
3 *Textus, circa non edendi ſuffocatum, exponitur.*

IN textu, ibi, Idolo immolatũ. Igitur debet abſtinere à ſanguine, & à carne Idolo immolata; tradit latè *Victor. in relectione de uſu uxorum nu.* 3. qui textus meminit. *Gerſon. in tractatu de abſtinentia*, qui habetur *Alphabet.* 39 *littera O. Ioannes Maior in* 4. *diſt.* 38. *q.* 24. *concluſ.* 5. faciunt quæ tradit D. *Auguſt. in epiſtola ad Publicolam.* 154. *Leo Papa in epiſtola* 77. quæ eſt ad Nicetam, *cap.* 5. quos omnes refert *Vaſq. diſp.* 162. *cap.* 2. & *cap.* 5. 1

2 Sed dubium insurgit, an sit licitum vesci carnibus Idolo immolatis, quando non sunt alij cibi, quibus possit homo sustentari? Partem negativam tuentur *Gerson*, & *Maior*, supra citatis locis, *Adrianus Quodlibeto 1. art. 3.* ad nonum argumentum. Meritò tamen oppositum docent *Altisiodorensis lib. 3. summ. tract. 3. quæst. 4.* prope finem. *D. Thom. in 4. dist. 38. q. 2. art. 4. q. 3. ad tertium.* Potest ita homo constrictus extrema necessitate, non tantùm vesci carnibus immolatis, sed etiam recumbere in Idolio ad cõmedendum, hoc est, in mensa Idolo consecrata, ita tamen ut alijs explicet suam necessitatem, propter scandalum; prosequitur eleganter, post *D. Augustin.* & *Beatum Leonem, Vasquez d. disp. 162. cap. 5. nu. 29.* & seqq. Adde posità ad *cap. Presbyteros, 33. nu. 6.* infra, *dist. 50.*

3 Ibi, Suffocatum. Oritur difficultas, quo pacto Concilium præceptum renovavit legis veteris *Genes. cap. 9. nu. 4. Deuter. cap. 14. nu. 21.* non edendi suffocatum? Respondeo. Inter præcepta cœremonialia quædam fuisse tradita in figurã Christi, quædam ut aliqua prohiberentur; huiusmodi fuit edere carnes suffocatas, ut notavit *D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 6. ad primum.* quia igitur vesci sanguine,& suffocato speciem superstitionis Ethnicæ initio Ecclesiæ habere poterat, potuit in Ecclesia prohiberi, ne ullus vesceretur carnibus suffocatis, ut prohibitum est *Act. Apostolor. cap. 15. nu. 20.* ad quem locum videndus omninò est *Lorinus*, qui hoc præceptum, acutè, & diligenter excussit. Vt igitur eà, quæ ad Gentilismum pertinebant, oblivioni traderentur, meritò tale præceptum diu in Ecclesia renovatum permansit, sed iam huius superstitionis nulla inter fideles prohibitio supersest. Tradit optimè *Vasquez 1. 2. disput. 182. cap. 10. num. 77.* & sequent. latissimè *Baronius*, post multos Patres, *tom. 1. annalium, anno Christi 51. nu. 4.* & sequent. *Bellarmin. tom. 1. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 16.* vers. *Quintus locus, Pater Molina de justitia, tractatu 5. disp. 62.* circa fin. vers. *Objcit.*

CAP. Si quis dereliquerit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Peccat pater, qui negligit filios alere.*
2 *Educatio liberorum est juris naturalis.*
3 *Frater an possit instituere extraneum, omissis fratribus?*
4 *Parentes an possint religionem ingredi, prætermissa cura filiorum?*

IN textu. Appellat singularem *Navarr. in manuali, cap. 14. num. 27.* in principio, & per illum tenet peccare patrem, qui notabiliter negligit exhibere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, nisi habeat excusationem paupertatis, vel alterius rationabilis causæ. Potest tamen aliquando pater tuta conscientia ex legibus, & constitutionibus aliquarum provinciarum filios exhæredare, quia sic filij in paterna obebientia magis continentur, ut defendunt, *Castro de lege pœnali, lib. 2. cap. 11. Navarr. in Manual. cap. 26. nu. 38. Henriq. in summa, lib. 11. cap. 6. nu. 2. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 14. nu. 6.* refert alios, quos sequitur *Cened. in quæstionibus utriusq; juris, q. 17. nu. 6.*

Ibi, Pietatis. Educatio liberorum non 2
solum pietatis, sed juris est naturalis, ut notavimus ad *cap. Ius naturale, nu. 5. supra, dist. 1.* Vnde cum hæc causa sit pia, poterit judex ecclesiasticus compellere parentes laicos, ut filios alant. Notat *Præpositus in præsenti, nu. 3.*

Ibi, Necessaria non præbuerit. 3
Citant *Gomes tom. 1. cap. 11. nu. 39. Cened. in quæstionibus utriusq; juris, q. 17. nu. 2.* & 14. & per illum controvertunt, an in foro conscientiæ possit frater instituere extraneum, & omittere fratrem, & illi nihil relinquere? De quo agunt *Rojas de successionibus, cap. 32. nu. 4. Roderic. Suar. allegatione 1. nu. 10.* & 11. *Peralta in rubr. de hared. instit. nu. 14. Navarr. in Man. cap. 26. nu. 36.* ad fin. Tu multis omissis resolve; tunc potest testator in conscientia instituere extraneos omissis fratribus, si ipsi fratres indigni sint; vel non indigeant hæreditate morientis, cum frater dives compellendus sit à judice alere fratrem, seu sororem inopem; ita post multa, & multos concludit *Cened. nu. 10. 11.* & seqq. *d. q. 17.*

Ibi, Occasione continentiæ. 4
Ergo parentes qui habent filios, non possunt licitè religionem ingredi, prætermissa omninò cura filiorum, & non provisò qualiter educari possint. Ita notavit *Turrecrem. in præsenti, nu. 1.* juvat quod in simili tradit *Navarr. Cõmentar. 3. de regularib. n. 48. frater Emman. Roder. in summ. 2. p. cap. 6. nu. 4.* post *D. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4.*

CAP. Si quis virorum. XV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicantur, qui pretiosas vestes deferunt, reprehendentes, qui vilioribus ornantur.*

2 *Birrus quid sit?*
3 *Mos regionis excusat in usu vestimentorum.*
4 *Quod etiam procedit in clericis.*

1 IN textu. Collige anathematizari illos, qui pretiosas vestes deferentes, tanquam ex eo justitiam habituri, alios reprehendunt, qui vilioribus ornantur vestibus; licet aliquando compertum sit, cultum mediocrem, splendoremq; vestium ad dignitatem, authoritatemq; comparandam, ac tuendam, non parum momenti afferre; teste Pontif. in *cap. Vt Apostolica, de privileg. lib. 6.* Salomon item in *Ecclesiasten, cap. 9. nu. 8.* monet ut vestimenta sint candida. Deus præcipit Iob, ut speciosè indueretur vestibus, ut scribit *Iob cap. 40. nu. 5.* utroq; loco videndus *Pineda* elegãter. Vnde reprobatur Pelagius hæreticus scribens gloriam vestium, & ornamentorum esse Deo contrariam, adversus quem *D. Hieronymus lib. 1.* in eundem Pelagium multa protulit. Vide latissimè *Tiraq. l. 3 Connubial. Glossa 1. part. 3. num. 52.* & seqq. qui textus meminit. Adde posita ad principium *dist. 41. nu. 5.*

2 Ibi, Birris. Quo birro omnes pro tegmine capitis utuntur. *Alciatus lib. 6. parergon. cap. 25.* post principium. latius *lib. 8. cap. 10.* ad med. *Lancelotus in templo omnium judicum, lib. 1. cap. 4. nu. 1.* qui uterq; nostri textus meminit. Quid verò sit birrus non planè constat apud auctores; nam *Celius lect. lib. 16. cap. 10.* autumat esse quoddam vestimẽti genus, non tamen explicat. Ego hac in re assentior *Radero*, illumq; ad scopum existimo collimare, dum *lib. 6. epigram. 9. fol. 438.* asserit birrum esse similem cucullo, sive bardocucullo, quem Lusitani dicimus, *capello.* Quam explicationem, & germanam, & genuinam credit illius carminis *Iuvenalis.*

Tempora sanonico velas adoperta cucullo.

Vbi, inquit idem Raderus, vetus interpres birrum Gallicum explicat.

3 In Glossa, verbo, Veste, ibi, Secũdum consuetudinem. Igitur mos regionis excusat in usu vestimentorum. Vnde apud Romanos Idibus Ianuarij permittebatur, ut tibicines muliebri habitu urbem lustrarent, ut tradit *Plutarchus in problemat. Romanis cap. 55.* Idem quoq; *in problemat. Græcis, cap. 171.* scribit apud Coos sacerdotem Herculis muliebri veste indutum, & Mytra caput ornatum, rem divinam facere solitum. *Macrobius lib. 3. Saturnalium, cap. 8.* prodidit, Lunæ sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, *Plutarch. in claris mulieribus, cap. 4.* tradit apud Argivos sacra quædam celebrari, ubi mulieres chlamydem, ac virilem vestem indutæ, viri autem peplum gestantes, & muliebribus velamentis capita obvoluti versabantur, cuius rei rationem reddidit. Hæc ex *Tiraq. lib. 3. Connub. Glossa 1. part. 3. nu. 66.* Adde posita ad principium *dist. 41. nu. 3.*

4 Ibi, Non coguntur. Ergo non dicitur clericus indecoris vestibus indutus, qui juxta regionis consuetudinem vestitus incedit, ad quod dicit nostram Glossam insignem *Covar. practicar. cap. 31. nu. 7. vers. Quarto*; ad idem *Glossa in Clement. 1. vers. Sæcularis, de electione*, probat *Alexand. cons. 149. nu. 12. vol. 6.* quem refert idem *Covar.* ubi proximè, qui alia cumulat. Adde *Abb. in cap. penult. num. 18. de vita, & honestate clericorum.* Lege *Thomam Vellasc. allegatione 56. nu. 13.* ubi optimè probat posse clericos ex consuetudine uti pretiosis vestibus. Vide etiam eundem *allegatione 11. num. 1.*

CAP. Hæc autem. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Magistri inducentes novitates exprobãtur.*
2 *Legatum mulieri viduæ relictum, donec honestè vixerit, an perdatur si nubat?*
3 *Habere divitias an sit peccatum?*

1 IBI, Nova introducũt præcepta. Notat *Præpositus in cap. Quis nesciat, nu 8.* in principio, supra, *dist. 11.* adversus magistros inducentes novitates. Vnde etiam notabis contra quosdam novellos religiosos, qui relictis suorum sanctorum Patrum statutis, novas institutiones introducunt, tàm in habitu, quàm in cibo, & in rigore disciplinæ, ut vix iam habitum portent proprium religionis suæ, licèt in nomine glorientur. Adde posita ad *cap. Nolite, nu. 2.* & ad *cap. Quis nesciat, nu. 5.* supra, *dist. 11. Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 116.* late *Valenzuela cons. 24. nu. 3.* & seqq. qui nostri textus meminit. *Capyc. decis. 148. nu. 3.* Imò arguitur fraus ex novitate, *Burrius cons. 42. vol. 1.* tradit post alios *Gaspar Caballinus milleloquio juris 998.*

2 Ibi, Nuptiarũ, & ibi, Castitatem. Citat *Antonius Gomez l. 16. Taur. nu. 9.* post principium, & per illum tenet, quòd si quis relinquat mulieri viduæ legatum, vel fidei commissum, sub conditione *donec caste, & honestè vixerit*, non perdit illud, si nubat, quia in matrimonio est castitas, ut textus habet *l. Mulier, §. Cum*

proponeretur, ff. ad Trebel. & ibi *Bart.* quòd intelligo, quando talis conditio profertur à patre conjuncto, vel extraneo, quia tunc per transitum ad secunda vota, nulla videtur eis fieri injuria. Secus verò si conditio ponatur à marito, vel filio, nam tunc amittit relictum, quia fit eis injuria. *Authent. de non eligendo secund. nubent. §. Prospeximus, collatione 1. Authent. de nuptijs, §. Soluto, collatione 4.* tradit multa idem *Gomes d. nu. 9, vers. Item.*

3 In fine textus, ibi, Divites. Ergo nõ est peccatum habere divitias. Nam Abraham, Iob, & cæteri Patriarchæ divitijs abundarunt. In novo etiam testamento multi Reges, & alij quam plures divites per Ecclesiam canonizantur. Nam divitiæ, ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutum; ut ex nostro textu tradit *Greg. Lopez. part. 1. tit. 7. Glossa 1. in summ.* latissimè *Tiraq. in l. Si unquam,* verbo, *bona, nu. 4.* & *de nobilitate, cap. 3. nu. 20.* & seqq. Nec obviat illud *Luc. 18. nu. 25. Facilius est Camellum, &c.* quoniam intelligitur de his, qui ponunt spem suam in divitijs, præponentes illas Deo, contra omnem justitiam, ut notant præcitati.

CAP. Si quis presbyter. I
XVII.

SVMMARIVM.

1 *Qui publicè punitur, non fit clericus.*
2 *Qui jejunat diebus Dominicis peccat.*
3 *A' Pascha usq; ad Pentecosten non fit prostratio.*
4 *Recusans carnes comedere, quando ab ordine deponatur.*

1 IBI, Publicam pœnitentiam. Ergo qui solemniter pœnituit, non potest fieri clericus. Vnde juvenibus non est facile ista pœnitentia imponenda, ut ex nostro textu deducit *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 4. l. 19. Glossa 6.* Quod tamen intellige, quando pœnitentia fuit manifesta, & prodijt in publicum *Gregor.* ubi proximè, *l. 20. Glossa ult.*

2 Ibi, Die Dominico. Collige ex textu non debere diebus Dominicis aliquem jejunare, de quo vide latè quæ scripsimus ad *cap. Si quis tanquam,* supra, *hac eadem distinctione, num. 1.* & sequentibus.

3 Ibi, Non prosternant se in oratione. Igitur à Pascha usque ad Pentecosten, non debent fieri prostrationes in Ecclesia. Rationem tradit *D. Augustin. in lib. ad inquisitiones Ianuarij,* nam dies post Resurrectionem Domini celebrantur in figura non laboris, sed quietis, & lętitiæ, propter hoc, & jejunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum Resurrectionis. Vnde post Resurrectionem stetit Iesus in medio discipulorum suorũ, ut scribitur *Luc. 24. nu. 36.* & *Ioann. cap. 20. nu. 19.* & *nu. 26.* & *cap. 21. nu. 4.* Sed quid si confessarius iniungat alicui, ut flectat genua in missa omnibus diebus, etiam Dominicis? Videtur quòd non debeat flectere, quia confessarius nõ potest derogare juri communi, nisi secretè hoc possit fieri. Vide posita ad *cap. Scire debet, num. 2, distinct. 76.* 3

4 Ibi, A' carne abstinet. Igitur recusans tempore Paschali carnes comedere, tanquam illas escas abhorreat; si non voluerit saltem pergustare carnes, vel olera cum carnibus cocta, tanquam suspectus de hæresi, ab ordine deponitur; quòd limita nisi quis abstineat à carnibus ex voto, vel devotionis causa, quia tunc minimè peccabit. Nota insuper quod paria sunt gustare carnes, & olera cocta cum carnibus, quod facit ad aliquos religiosos, qui carnibus vesci nequeunt; qui consequenter nequibunt edere illa, quæ cum carnibus coquuntur. 4

DISTINCTIO. XXXI.

CAP. Ante triennium. I.

SVMMARIVM.

1 *Adducitur textus contrà Turrianum, & num. 2.*
3 *In Sicilia subdiaconi uxoribus suis utebantur.*
4 *Præpositio Ante. quid significet? & nu. 5. & 6.*
7 *Verba,* præterita mala, *quid significent in nostro textu?*
8 *Verba,* futura mala, *quid significent?*

ECce textus contra *Franciscum Turrianum,* qui in *lib. de 6. 7. & 8. Synodo generali,* in expositione Canonis tertij sextę Synodi, existimat clericos sacris ordinibus post matrimonium initiatos, divino præcepto continentiæ ita teneri, ut conjugibus matrimonio I

antea

antea conjunctis uti non poſſint ſine peccato. Quam ſententiam pro viribus confirmare, & defendere poſtea idem contendit toto *lib. 2. de dogmaticis characteribus.* Sed Pontifex Gregorius Magnus decernit in præſenti, ut nullus ſubdiaconus ordinetur, niſi prius caſtitatem promittat; unde conſtat non teneri ſubdiaconos, ut *Turrianus* putabat, jure divino, ſed tantum eccleſiaſtico continentiam cum proprijs uxoribus ſervare, ut bene ponderat *Vaſquez de Sacramento ordinis, diſput. 247. cap. 6. num. 72.* & ſequẽtibus.

2 Nec obeſt, quod idem Turrianus reſpondet in prædicto libro §. *Objcient preterea,* Gregorium poſt prædicta verba, in verſ. *Vnde videtur,* diſponere id, quod antea à ſubdiaconis fiebat, minimè licuiſſe, hoc eſt cum uxoribus miſceri, quanvis caſtitatem non promiſiſſent; levius tamen eſſe puniendos. Verbum autem, *exigere,* non pro eo quod eſt requirere, ſed pro eo, quod eſt punire, uſurpari, ac ſi dicat Pontifex, non eſſe hæc mala incontinentiæ graviter puniendа, ne malum maius accidat. Verũ verba priora noſtri textus clarè demonſtrant Gregoriũ non ſolum voluiſſe ne punirentur huiuſmodi ſubdiaconi propter incontinentiam, ſed nullo modo ipſos ad eam teneri, ut copioſé tradit idem *Vaſquez dicto cap. 6. nu. 72.* Adde poſita ad *cap. 1. nu. 2. diſt. 27.*

3 **In textu.** Collige ex textu poſſe in Sicilia ſubdiaconos conjugatos ſuis uxoribus licitè frui, cum ibi tunc conſuetudo viguiſſet, eam vero Pelagius Gregorij prædeceſſor decreto in Siciliam miſſo abſtulerat, quo ſubdiaconis uxoratis indicebatur, ut unum ex duobus eligerent; videlicet, aut à ſuis uxoribus abſtinerent, aut certè nulla ratione miniſtrare præſumerent, ut reliqui eccleſiaſtici in tota Eccleſia cœlibes vivebant. Cur Gregorius Pelagij decretũ revocaverit, ea cauſa fuit, quod æquum minimé videretur, ut qui legitimas coniuges adepti fuerant, antequam ad ſubdiaconatum accederent, nec in ordinis ſuſceptione continentiam ab uxore promiſerant, ad eam ullo jure compellerẽtur. At quamvis Gregorius hoc Pelagij decretum ſuſtulerit, non tamen ſubdiaconis uſum coniugum permiſit, ſed quid in futurum obſervandum eſſet, ſancivit in verſ. *Vnde videtur,* cuius rei rationem dedit in calce noſtri capitis, ut bene notat *Boverius de Republ. eccleſiaſtica, part. 2. lib. 2. cap. 10.* verſ. *Venio ad ſubdiaconos, fol. 375.* poſt *Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 22.* verſ. *Præterea.* A' quo tempore ſubdiaconis fuerit prohibitum matrimonium, vide poſita ad *cap. Si quis,* infra, *diſt. 32.*

4 **In principio textus, ibi, Ante.** Quæ dictio ſignificat tempus ante principium actus, ut ex noſtro textu deducit *Cenedus ſingulari 13. nu. 1.* juvat *textus in l. Si quis id,* verſ. *Quod ſi diſponit, ff. de juriſdictione omnium judicum, l. Fin. ff. de albo ſcrib.* tradunt *Aretin. in cap. Cum tu, col. penult. de teſtib. Bald. in l. Ex his,* verſ. *Opponitur, Cod. quando dies legat. cedat. Decius in l. 2. §. Creditum. in prima lectura, nu. 6.* & 11. & *in ſecunda lectura, num. 13.* & 23. *ff. de rebus creditis,* qui noſtri textus meminit.

Aliquando tamẽ denotat tempus poſt principium actus, & hoc fit ratione concordiæ teſtium diſcordantium, (verbi gratia) ſi unus teſtis dicat aliquid fuiſſe factum ante nuptias, alter verò dicat poſt nuptias; tunc gratia reducẽdi teſtes ad concordiam, interpretabimur dictionem, *ante nuptias,* ſcilicet finitas, & verbũ, *poſt nuptias,* ſcilicet inchoatas, ſic in ſimili, quando aliqui teſtes dicerent ante publicationem, & alij poſt publicationem, concordabimus; ſi dixerimus ante publicationem finitam, poſt publicationem verò inchoatam: Ita tradit *Angel. conſ. 275.* incipit *Thema col. fin. nu. 7. Bart. in l. 2. §. Creditum, nu. 6. ff. de rebus creditis,* & ibi, *Iaſon. nu. 8. Decius,* ibidem, *in 1. lectura nu. 5.* & *2. lectura nu. 12.* ſequitur alios *Cened. dicto ſingulari 13. nu. 2.* 5

Quando ſimiliter iſta dictio, *ante,* refertur ad actum, qui habet ſucceſſiuum determinatũ, & concurrit favor debitoris, tunc recipit finem actus, & non principium, veluti ſi dicatur; promitto tibi ſolvere ante unum annum, vel ante Kalendas Auguſti, quia intelligitur ante Kalendas finitas, & ante finitum annum, nec debitor poterit prius conveniri, *l. Qui ante Kalendas 13. cum l. Sequente, ff. de verbor. obligat.* & ibi, *Bart. nu. 1. Alex. nu. 2. l. Enim, qui 56. §. Qui ita ſtipulatur, ante eodem tit.* ubi *Gloſſa,* verbo, *ante Kalendas,* cõmuniter recepta. Vnde infertur, quòd ſi promitto tibi ſolvere ante menſem Auguſti, quòd intelligitur ante menſem, ſcilicet finitũ, tradit *Oldradus conſ. 49.* ad fin. *nu. 8.* comprobat ex alijs *Cenedus,* dicens eſſe commune dicto *ſingulari 13. num. 3.* & 4. dicam nonnulla de hac præpoſitione *-Ante- cap. Quicumq; 3. num. 2. diſt. 77.* 6

In textu, ibi, Præterita mala. Per mala prætẽrita intelligit Pontifex ſeparationes ſubdiaconorum ab uxoribus, & uxorũ à ſubdiaconis maritis, vocat autem, *mala,* has ſeparationes, non quia caſtitas ob quam fierẽt, ſecundum ſe mala ſit, ſed quia injuria utrique coniugi irrogaretur, eo quòd ſiné propoſito caſtitatis matrimonium cõtrahentes, ius habebant ad uſum matrimonij, quo ſi privarentur ſine conſenſu proprio, malum, & damnum paterentur contra juſtitiam. Hæc ergo mala, & damna vocat Gregorius præterita, non quia iam illata eſſent, ſed quia circa cõtractum præteritum matrimonij eſſent, ſi violenter inferrentur: 7

rentur: tradit eleganter *Vaſquez. de Sacramento ordinis, dicta diſp.* 247. *nu.* 75.

8 In textu, ibi, Futura mala. *Michael Medina lib.* 2. *de continentia, cap.* 25. ad fin. exiſtimat. *per mala futura*, intelligi incommoda quæ ex coniugio, & uſu illius in ſacris miniſterijs conſequuntur, eo quod multò melius, ſervata continentia, miniſtri eccleſiaſtici altaribus inſerviant; ſed rectius *Vaſquez*, ubi proximè *nu.* 76. & 77. intelligit peccata, & damna ſpiritualia, quæ ſequerentur, ſi ſubdiaconi iſti à thoro coniugali ſepararentur.

CAP. Sacerdotibus. II.

SVMMARIVM.

1 *Beda quis fuerit?*
2 *Sacerdotes ſemper caſtitatem debent ſervare.*
3 *Dictio*, ſemper, *quid ſignificet?*
4 *Semper fieri dicitur quod fit ex intervallo.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Beda. Fuit venerabilis, & ſanctus Beda presbyter Anglus, floruit anno Domini 730. ſcripſit plurima, quæ octo tomis cõtinentur, vixit enim lõgiſſimam vitam, uſq; ad nonageſimum quartum ſuæ ætatis annum, quorum octoginta ſeptum exegit in monaſterio, ſeptennis enim (ut ipſe ſcribit) traditus eſt S. Benedicto Abbati in monaſterio ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli poſito in Anglia ad Wirimundam, & Ingiricum. Vide *Baron. in additionibus ad Martyrilogium die* 27. *Maij littera H.* latiſſimè *tom.* 9. *annal. anno Chriſti* 331. & ſeqq. *Bellarm. de ſcriptoribus eccleſiaſt. ab anno Domini* 700. uſq; ad 800. fol. mihi 141. ubi plures tradit obſervationes circa ſancti Bedę opera.

2 In textu. Collige ex textu ſacerdotes ſemper caſtitatem debere obſervare, de quo ultra poſita in *cap.* 1. *nu.* 2. & *in cap. Presbyteris, nu.* 2. ſupra, *diſt.* 27. & in *cap. De ijs, nu.* 2. ſupra, *diſt.* 28. vide poſita ad *cap. ſequens.*

3 In textu, ibi, Semper. Citat hunc textũ *Boer. deciſ.* 158. *num.* 2. & ex illo, & alijs juribus, deducit quod iſta dictio, *ſemper*, denotat regulam, & inducit perpetuitatem omni caſu, & omni tempore; de quo etiam *Caqueranus deciſ.* 87. *Pedemontana nu.* 8. *Pariſius conſ.* 90. *nu.* 28. *vol.* 2. & *conſ.* 92. *nu.* 11. *vol.* 3. idem *Boer. num.* 4, 7. & 8. *Avendan. l.* 40. *Gloſſa* 15. *nu.* 1. *Tiraq. de retract. Lignag.* §. 1. *Gloſſa* 9, *nu.* 224. plures ſequitur *Cened. ſingul.* 44. *nu.* 1. & ſeqq. & 2. juvat *Gloſſa*, verbo, *ſemper*, in §. *Appellantur, inſtit. de exceptionibus.*

In Gloſſa, verbo, Semper. Tenet Gloſſ. 4 dici ſemper fieri, quod fit ex intervallo, & horis debitis; tradit *Felin. in proœmio, Rex pacificus. nu.* 3. *Boer. dict. deciſ.* 148. *num.* 6. verſ. *Si autem*, ubi plures citat, & *nu.* 10. *Cened. d. collect.* 44. *nu.* 4. adde poſita ad *cap. Sacroſancta, nu.* 5. ſupra, *diſt.* 22. & ad *cap. ult. nu.* 3. infra, *diſt.* 36.

CAP. Epiſcopos. III.

1 *Qui divinis inſerviunt continentes eſſe oportet.*
2 *Panormitanus reprobatur.*
3 *Dictio*, vel, *licet ſit diſſunctiva, aliquãdo ponitur copulativè.*
4 *Gloſſa approbatur.*

1 IN textu. Citat *Petrus Creſpetius in ſumm. Catholicæ fidei*, verbo, *Cœlibatus, col.* 4. & ex illo colligit, quòd qui divinis inſerviũt, continentes eſſe opportet. Quin etiam apud Ethnicos pudicitia in ſacerdotibus fuit ſemper cõmendatiſſima, ut liquet ex illo loco *Ovid. lib.* 2. *faſtorum*, paulò poſt principium.

Nomen idem ramo, qui cæſus ab arbore pura,
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.

Sic etiam *Plutarchus lib.* 5. *ſympt. quæſt.* 10. Ægyptiorum ſacerdotes appellat caſtos; facit illud *Virgilj lib.* 6. *Æneid.* verſ. 661. ubi Servius.

Quique ſacerdotes caſti dum vita manebat.

Comprobat alijs *Tiraq. l.* 15. *Connub. Gloſſa* 1. *nu.* 119. quanvis *Ludouicus Lacerda*, Societatis Ieſu, *in notis ad Virgil.* dicto loco, alió Poetam torqueat. Adde poſita ad *cap. Lex continentiæ* 10. infra, *hac eadem diſtinct.*

Vnde deducitur male *Panormit. in cap. Cum olim, de clericis conjugatis, num.* 4. docuiſſe conſultum iri Eccleſiæ, ſi generali ſtatuto caveretur, ut clerico nolenti continere, liceret ad nuptias convolare; cuius dictum meritò reprehendit *Sotus lib.* 7. *de juſtitia, q.* 6. *art.* 1. in fine. *Henriq. lib.* 2. *de matrim. cap.* 5. §. 9. *littera* P. in fine. *Ledeſma* 2. *p. q.* 55. *art.* 4. ad fin. *Azor. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 13. verſ. *Quinto. Sanch. de matr. lib.* 8. *diſp.* 8. *nu.* 3. 2

In Gloſſa, verbo, Vel qui. 3 Docet Gloſſa, quòd licèt dictio, *vel*, ſit disjunctiva, *l. Cum ita*, 16. *l. Cum illud*, 25. *ff. quando dies legat*,

legat. cedat. Clement. 1. verſ. *Et nihilominus*, ubi *Gloſſa*, verbo, *Vel ad ipſum, de ſequeſt. poſſeſſionum*, tradit alia *Cened. ſingulari* 29. *nu.* 1. Tamen aliquando ponitur copulativè ſignificans, *et*, *Bart. in l. Si is, qui ducenta, §. Vtrum, in* 7. *oppoſitione, nu.* 2. *ff. de rebus dubijs. Medices de definitionibus*, 2. *part. cap.* 1. *nu.* 2. tradit optimè *Menoch. conſ.* 187. *ex nu.* 19. *vol.* 2. per textum in *l. Cum quidam, §. Melius itaq;. C. de verbor. ſignificatione*, alios congerit *Cenedus dict. ſingulari* 19. *num.* 2. cum quo proſequere.

4 In eadem Gloſſa, ibi, ſubdiaconi. Notat Gloſſa per illa verba, *qui Sacramentis inſerviunt*, ſubdiaconos indicari, qui divinis Sacramentis inſerviunt, confirmat latè *Boverius de Repub. eccleſiaſtica. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *§. Ex his plane, fol.* 376. Eatenus verò dicitur ſubdiaconus divinis Sacramentis inſervire, quatenus ſacra vaſa, lintea, panem, & vinum ad venerabile Euchariſtiæ Sacramentum præparat. *Reginaldus lib.* 30. *tract.* 1. *nu.* 13. *Ægidius diſp.* 20. *dub.* 3. *Vaſquez diſp.* 236. *cap.* 2. & ſeqq. quænam verò corporis, & animi puritas in illis deſiderari debeat, qui proximè altari adminiſtrant diximus ſupra multis in locis.

CAP. Tenere. IV.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius primus quis fuerit?*
2 *Sacerdotes non debent uxoribus ſuis miſceri.*
3 *Verba textus fuerunt tranſlata ex Leviticо, & ex Luca Evang. nu.* 4.
5 *Sacerdotes an teneantur ſingulis diebus celebrare?*
6 *An poſſimus nos metipſos laudare?*
7 *Sabbato ſancto, die Paraſceves, & feria* 5. *hebdomadæ ſanctæ an poſſint miſſæ celebrari? & nu.* 8. *& nu.* 9.

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Innocentius primus. De quo vide poſita ad *cap. Quis neſciat, in* 1. ſupra, *diſt.* 11. adde *Baron. tom.* 5. *annal. anno Chriſti* 402. & ſeqq.

2 In textu. Nota ex illo, quòd non debent ſacerdotes uxoribus ſuis miſceri, unde *Epiphanius contra hæreſes lib.* 3. *cap.* 78. illud ex divinis litteris obſervavit, Moyſen poſtquam prophetavit, non amplius uxori ſuæ coniunctum fuiſſe; ſed, & *Euſebius Cæſarienſ. lib.* 1. *Evangelicæ demonſtrationis, cap.* 9. tradit ipſum Moyſen, atq; eius fratrem Aaron, antequam ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe, poſtquam autem divina oracula acceperint, non amplius genitos ab illis filios eſſe, obſervat *Tiraq. l.* 15. *connub. Gloſſa* 1. *nu.* 118. meminit noſtri textus *Creſpetius in ſumma catholicæ fidei*, verbo, *cælibatus, col.* 4. *fol.* 163. Adde poſita ad *cap. Nicæna* 12. infra *hac eadem diſt.*

3 Ibi, Sancti eſtote, &c. Tranſlata fuerunt hæc verba, & ſequentia ex *Leviticо cap.* 11. *nu.* 43. circà quorum explicationem videbis ibidem *Abulenſ. q.* 18. ante fin. & notat *Rebuf. in praxi part.* 1. *tit. de formâ ſignaturæ*, verſ. *Ergo Papa, Cornelium*, & alios, *d. cap.* 11.

4 In textu, ibi, Vicis ſuæ, & ibi, de Zacharia. Referuntur hæc verba in *cap.* 1. *Lucæ nu.* 8. & ibi, vide *Maldonatum nu.* 8. Qui has vices ita dicit eſſe alternatas in ſacerdotalis muneris functione, & incenſi oblatione, ut ſolum in ſua hebdomade, quæ per ſortes obveniebat, ſacerdoti liceret ſacris miniſtrare. Ita locum explicant *Beda, Lyra*, & *D. Ambroſius.*

5 In fine textus, ibi, Nec præterit dies. Innuit textus ſacerdotes teneri ſingulis diebus celebrare. Tu dic nec jure divino, nec eccleſiaſtico probari; tum quia nullibi extat tale ius, tum quia multi ſacerdotes pij interdum aliquibus diebus ſacrificium intermittunt, imò aliqui etiam hoc conſulunt ob maiorem ſacrificij reverentiam. Advertit *Suar.* 1. *tom. de Sacram. diſp.* 80. *ſect.* 2. verſ. *Dico tertiò*, cum quo proſequere. Nec obeſt textus in præſenti, quia aut loquitur de conſilio, aut loquitur disjunctivé, quaſi ſit ſenſus, ſacerdotes debere omnibus diebus aliquod opus pietatis exercere.

6 In Gloſſa, verbo, Quoniam. Collige ex Gloſſa, quod poſſumus nos metipſos cõmendare, & laudare, ut deducitur ex illis, quæ tradit *Navarr. de redditibus eccleſiaſticis, monitu* 4. *nu.* 2. juvat illud *Pauli* 2. *Corinth. cap* 11. *n.* 5. *Exiſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis.* Sed hoc eſt intelligendum, ſi fiat ad aliquem bonum effectum conſequendum; nempe vel ad ſe excuſandum ſuper contrarijs fortè impoſitis; vel ad inducendum alios ad ſimilia operãdum; quia prælati, & Doctores Eccleſiæ docere, & hortari debent verbo pariter, & exemplo.

7 In Gloſſa, verbo, Nec præterit. Tenet Gloſſa ſabbato ſancto, & die Veneris præcedente, non poſſe ſacerdotes miſſam celebrare. Atq; de Paraſceve, ſeu feria ſexta maioris hebdomadæ certum eſt, & probatur in *cap.*

Sabba-

*Sabbato, de conſecratione, diſt.*3. & omnes DD. ſine controverſia hanc doctrinam docẽt, rationem huius prohibitionis afferentes; ſcilicèt, quia illa die Paſſio Domini ab Eccleſia recolitur pro ut realiter geſta eſt, & ideo non repræſentatur myſticè per conſecrationem huius Sacramenti, ut ex *D. Thom.* tradit idem *Suarius tom.*1. *de Sacramentis, d. diſp.* 80. verſ. *Secundus dies*; alias congruentias adducit *Durandus in rationali, lib. 6. cap.* 77. *Vaſquez* 3. *tom. diſp.* 232. *cap.* 2. *nu.* 17. & 18. *Gutierr. lib.*1. *Canonicarum cap.* 30. *nu.* 35. lege etiam *Reginald. lib.* 29. *cap.* 9. *nu.*170. *Azor. tom.*1. *lib.*10. *cap.*24. *q.* 3. Quid ſi ſacerdos celebrat tali ſexta feria? *Sotus in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2. cum quo videtur ſentire *Azor.* ubi proxime, tenet eſſe mortale. Quid ſi quis cõmunicet non dicendo miſſam? Reſpondet *Suar. dicta diſp.*80. id nullo jure eſſe prohibitũ, ac propterea ſecluſo ſcãdalo non eſſe peccatum. Certe licet & viaticum dare, & ſumere, ut advertit idem *Suar.* ubi proximè.

8 De ſabbato ſancto maior eſt controverſia, nam multi exiſtimant non eſſe peccatum mortale eo die privatim celebrare, quia iam hæc prohibitio abrogata eſt, & ideo per ſe licere, ſecluſo ſcandalo. Ita *Sotus in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.*2. 4. 2. *agitur*, ſequitur *Petrus Ledeſma in ſumm. de Sacramento Euchariſtiæ, cap.* 19. *dubio* 3. *frater Emman. Roderic. in ſummæ*, verbo, *Miſſa, cap.* 245. *concluſione* 3. *Gutierr. Canonicarum lib.* 1. *cap.* 30. *nu.* 36. *Ægid. de Sacrament. q.* 83. *art.*2. *dub.*2. *nu.*210. *Sà* verbo, *miſſa, nu.*13. dicit probabile *Suarius d. diſp.* 80. *ſect.* 2. infine. Ego verò exiſtimo id minime licere, ut probatur in *d. cap. Sabbato*, & tenet *Navarr. in Manuali. cap.* 25. *nu.* 88. *Francolin. de horis Canonicis, cap.* 30. *nu.* 8. & 9. *Vaſquez d. tom.* 3. *diſp.* 223. *cap.* 2. *nu.* 23. *Reginald. lib.* 29. *cap.* 9. *num.* 170. *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 4. quia in miſſa illius diei nullus ponitur introitus pro miſſis privatis. Ergo ſignum eſt non eſſe dicendas, non enim ſine introitu dicendæ ſunt. Nec dictum *caput Sabbato*, non celebrandi miſſam in die ſabbati, ſatis derogatum videtur contraria conſuetudine, niſi pro uno duntaxat ſacerdote in quavis Eccleſia ſolemniter celebrante. Hinc colliges in ſabbato ſancto cum in eum diem incidit feſtum Annuntiationis B. Mariæ, plures miſſas non eſſe dicendas, occaſione ſervandi præceptũ audiendi ſacrum die illo feſtivo.

9 In feria quinta hebdomadæ ſanctæ (licèt aliqui exiſtiment eo die non licere ſingulis ſacerdotibus miſſam dicere) ſecurè poſſunt ſacerdotes ſacrificare, quanvis prudens conſilium ſit, ſecretò, & abſq; concurſu populi id facere. Probatur quia circa hoc non eſt prohibitio, neque etiam conſuetudo, quæ vim legis habeat, cum ſacerdotes docti, & timorati ſine ullo ſcrupulo eo die ſacrificent; & qui omittunt, non id faciunt, quia exiſtiment oppoſitum eſſe malum, ſed vel ex devotione, vel ob nimiam illius diei occupationem, & alia impedimenta. Ita tenet *Soto in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2. §. *Secundo arguitur. Navarr. in Manual. cap.* 25. *nu.* 88. verſ. *At in die Iovis, Gutierr. Canonicar. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 36. in principio, *Suar. d. diſp.* 80. *ſect.* 2. §. *Supereſt.* Sà verbo, *Miſſa, nu.* 3. *Reginald. lib.* 29. *nu.* 170. *Ægid. de Sacrament. q.* 82. *art.* 2. *num.* 210. *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 5. *Vaſquez dicto tom.* 3. *diſp.* 232. *cap.* 2. *nu.* 14. & ſeqq. cum quo obſerva, eo die ſolum licere celebrare, antequam miſſa ſolemnis ſit finita, & corpus Chriſti in locum deſignatum recondatur. Nota etiam apud noſtrates Bracharenſes totum hunc diem eſſe feſtivum, & teneri populum ad ſacrum audiendũ, ac propterea plures miſſas celebrari ſolere, maximè in Collegio Societatis Ieſu.

CAP. Nam ſicut. V.

SVMMARIVM.

1 *Sunt verba Paleæ.*
2 *Dictio*, ſicut, *quid ſignificet?*

PAleæ verba ſunt, quorum lectionem, & interpretationem Doctores ſcribentes tanquam inutilia, & levia in præſenti abijciũt. 1
Adducit ille tamen *epiſtolam D. Pauli*, 1. *ad Corinth. cap.* 7. in principio, de cuius explicatione vide *Ambroſium Catherinum in eandem epiſtolam*, §. *Nolite.* Porro de Palea vide poſita in *proœmio, à num.* 31.

In textu, ibi, Sicut. Quæ dictio importat ſimilitudinem, & aliquando omnimodam ſimilitudinem, & identitatem. Vnde legatum uſus fructus uxori factũ, ſicut habebat vivente teſtatore, reſolvitur in alimenta propter dictionem, *ſicut*, quæ importat ſimilitudinem. *Angel conſ.* 338. incipit *Simon de Regio, nu.* 3. *Butrius conſ.* 19. *nu.*4. verſ. *Item verba*, quos refer, & ſequitur *Tuſcus tom.* 2. *concluſ.* 374. *num.* 1. & 3. *Roman.* plenius, *conſ.* 328. *nu.* 7. & ſeqq. ubi ponit multa exempla, quæ videas; aliquando tamen non omninò importat ſimilitudinem, ſi ponatur inter habẽtia diverſam poteſtatem, quia ſi dicatur, quòd Epiſcopus poſſit unire beneficia, ſicut Papa, non tamen omninò in hoc æquabitur Papæ. *Tuſcus dicta concluſione* 374. *nu.* 13. Notatur in *cap. Sicut, de exceſſibus prælatorum.* Adde ad *cap. Sicut*, 2. *num.* 3. ſupra, *diſtinct.* 15. 2

CAP.

CAP. Eos. VI.

SVMMARIVM.

1 *Abſtinentes ab uxoribus debent ad ſacrificia admitti.*
2 *Præpoſitio*, Ad, *quid ſignificet? & n.* 3.

1 IN textu. Dicit textus abſtinentes ab uxoribus debere ad ſacrificia admitti, & fuit ſententia eiuſdem Innocentij primi ad Exuperium Epiſcopũ Toletanum. Ratio huius ſententiæ eſt, quia ſacrificia noſtra, non carnalia, ſed ſpiritualia ſunt; miniſtri autem debent ſe conformare miniſterio ſuo; maximè quia carnalia ſpiritualibus obſiſtunt, & ſunt ſpiritu mortificanda, ut ex *D. Paulo ad Roman. cap.8. nu.* 13. ponderat *Turrecrem. in præſenti, nu.* 1.

2 In principio textus, ibi, Ad. De qua dictione vide *Tiraq. de retract. Lignag. §.1. Gloſſa* 11. *nu.* 67. ubi in genere plures Doctores citat de illa differentes. *Mandoſ. in Gloſſa Facult. §. Ac etiam*, in verſ. *Ad. fol.* 255. Accipitur primo incluſivè, ut ſi dicam; *promitto tibi ſolvere ad diem Sancti Ioannis*, nam illa dies erit comprehenſa, ita quod niſi finita ſit, non potero conveniri. *Oldradus conſ.* 49. *nu.6.* Sic, ſi dicam. *Do ſervo meo libertatem ad annum, quo moriar*, intelligitur poſt annum *l.Qui duos, §.1. ff. de manumiſ.teſtam.* multa cumulat *Cened. ſingul.* 49. *nu.* 1.

Accipitur etiam pro *juxtà*, vel *ſupra*, ut in 3 *l. Quidam, ff. de ſervit. urban. prædior.* ibi. *Non licet tubulos habere admotos ad parietem*, ubi Gloſſa exponit ſupra parietem, vel nimis prope, & pro hoc facit, quod tradit *Bart. in l. Meminiſſe, nu.* 4. *ff. de officio Proconſul.* ubi dicit, quòd dictio, *Ad*, denotat cohærentia, ex quo infert, ſi ſtatuto caveatur, quòd ſi quis aggrediatur aliquem ad domũ ſuam, puniatur certa pœna. Si aggrediatur in porticu, vel oſtio, debet illa pœna puniri; ſequitur *Cened.* ubi proximè, *n.*2. & 3. cum quo latiſſimè proſequere circa alias ſignificationes.

CAP. Si laicus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Laici an debeant abſtinere ab uxoribus die, qua ſummenda eſt Euchariſtia. & nu. 2. & 3.*
4 *Vtrum oratio neceſſaria ſit ad ſalutem, & & quodnam eius præceptum?*
5 *Vtrũ impleatur perorationem mentalem?*
6 *Quale peccatum cõmittatur in eius violatione?*
7 *Pro quo tempore præceptum obligeat?*
8 *Pro quibus orandum?*

IN textu, ibi, Orare non poteſt, 1
niſi careat officio conjugali,

Ex hoc textu colligunt DD. quòd laici debent ſe abſtinere ab uxoribus, die, qua recipienda eſt Euchariſtia. Tu obſerva primò convenientiſſimum eſſe poſt copulam conjugalem abſtinere ea die à communione, niſi adſit aliqua juſta cauſa; cum hoc cõſulatur in Concilio Eliberitano; refertur in *cap. Omnis homo*, 21. *de conſecratione, diſt.*2. & ex Divo Auguſtino, & alijs tradit *Sanches* 3. *tom. de matrimonio, lib.* 9. *diſp.* 13. *nu.* 4. *Suarius tom.* 3. *de Sacramentis, q.* 80. *art.* 8. *ſect.*2. infine; licet *Alexander de Nevo* poſt *Butrium, in Rubr. de ſponſal. nu.* 28. teneat, quòd dictum Concilium Eliberitanum obliget ſub mortali peccato.

Obſerva ſecundò. Si debitum fuerit petitum recto fine, ut cauſa prolis, vel vitandi periculum incontinentiæ, nulla eſt culpa ad Euchariſtiam ea die accedere. Ita probatur in *cap. Si quis* 33. *q.* 4. *D. Thom.* 3. *p. q.* 80. *art.*7. *ad ſecundũ, Sylveſter*, verbo, *Euchariſtia*, 3. *q.* 11. *§.* 13. *Sotus in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 7. verſ. *Secundum enim argumentum, Navarr. in Man. cap.* 21. *nu.* 51. *Suar. tom.* 3. *in* 3.*p. q.* 80. *art.* 8. *diſt.*68 *ſect.*2. ad finem, verſ. *Nihilominus*; poſt alios *Sanches d. diſp.* 13. *nu.* 5. adducens rationem, quia licet in copula conjugali intercedat voluptas, & corporalis immundities, cum hæc accidant ob bonum prolis, præponderant, & licitè fiunt. 2

Obſerva tertio. Debitum conjugale exigens ex nimia carnis concupiſcentia, & voluptatis capiendæ gratia, regulariter culpam venialem committit, ſi poſt copulam accedat ad Euchariſtiam; Oritur enim magna diſtractio, mentiſq; hebetudo, deficiente prolis bono præponderante. Tenet *Abulenſis cap.*5. *Matthæi, q.* 238. *Caietanus in ſumma*, verbo, *Communio, cap.* 1. *de quatuor requiſitis ex parte ſummentis in* 4. *requiſito, Victoria in ſumma tit. de matrimonio, nu.* 278. *Sotus in* 4. *diſt.* 32. *art.* 3. 2. *concluſione*, verſ. *Vnum tamen. Ludovicus Lopez.* 1. *p. inſtructorij cap.* 11. *§. Inſuper.* & *cap.* 80. *§. Verum Vivaldus in Candelabro, p.* 1. *de matrimonio, nu.* 263. refert alios *Sanches d. diſp.* 13. *nu.* 2. & ante illos Gloſſa in *cap. Sciatis*, 33. *q.* 4. verbo, *debeamus, & in cap. Propoſuiſti*, verbo, *præcepit, diſt.* 82. 3

In textu, ibi, Orandum eſt. 4

Sciſcitaberis, Vtrum oratio neceſſaria ſit ad ſalutem? Aliqui hæretici contra quos *Bellarmin. de*

bonis

lonis aperibus, lib. 1. cap. 3. neceſſitatem orationis negarunt. Oppoſitum tamen dicẽdum eſt cum *Bellarmin. citato, & Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 28.* ubi *D. Auguſt.* & *D. Hieronym.* adducit quatenus impugnantes Pelagium ſtatuunt tam neceſſariam eſſe orationem ad ſalutem ſicuti eſt neceſſarium divinum auxilium: ſed hoc de fide eſt neceſſarium eſſe ergo, & orationem. Facit *Trident. ſeſſ. 6. cap. 11.* conſulens petere quod non poſſumus. Vnde infertur poſitam eſſe ſub præcepto, quidquid enim neceſſarium eſt, ſub præcepto eſt; ut tradit communis Theologorum ſchola cum *D. Thom. in 4. diſt. 15. q. 4. art. 1. q. 3. Navarr. de orat. cap. 3. nu. 1.* & *8. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 2.* Hoc autem præceptum eſt divinum, non tamen poſitivum à Chriſto Domino ſpecialiter datum, ſed eſt naturale ac proinde ſemper, & in omni lege obligans. Quo pacto verò naturale dicatur? Vide apud *citatum Suar. d. cap. 29. nu. 3.* & *Filliucium, citato loco, nu. 41.*

5 Quæres primo. Vtrum hoc præceptum de quo loquimur impleatur per ſolam orationem mentalem? Affirmans reſpondeo cum citato *Suar. nu 5. D. Thom. q. 83. art. 12. Med. q. 1. de oratione, Azor. lib. 9. cap. 37.* & *Filliucio, nu. 42.* & probatur quia oratio mentalis ſufficiens eſt ad obtinendum à Deo quidquid neceſſarium eſt ad ſalutem, ſed totum fundamentum huius præcepti eſt neceſſitas, juxta illud *D. Auguſt. lib. de natura, & gratia, cap. 43. Impoßibilia non jubet, ſed admonet jubendo, & facere quod poßis, & petere quod non poßis*: ergo per ſe ſolum obligat ad orationem mentalem.

6 Quæres ſecundo. Quale peccatum cõmittitur in violatione huius præcepti? Reſpondetur valde probabile eſſe omiſſionem orationis nũquam eſſe ſpeciale peccatum, ſed idem cum eo quod opponitur virtuti adquam erat oratio neceſſaria. Cæterum *D. Thom.* præceptum orandi ad ſolam religionis virtutem ſpectare docet, *2. 2 q. 83. art. 3. ad 2.* quem ſequitur citatus *Suar. cap. 30. nu. 10.* uno tamen vel alio modo dicas, aſſerunt *Greg. à Val. 2. 2. diſp. 6. q 2. punct. 3. §. Exquo ſequitur,* & *Reginaldus, tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 69.* orationem eſſe ſub peccato mortali cum præceptum ſit de re gravi, utpote neceſſaria ad ſalutem, conſule *Navarr. de orat. cap. 3. nu. 14.*

7 **In textu, ibi, Semper orandum.** Non inferas hanc obligationem eſſe pro omni tempore, hoc enim dogma hæreticorum fuit, ut refert *D. Auguſt. hæreſi 57.* illa vero continuitas non eſt humana, ſed Angelica, quapropter nequiret ad impleri in hac vita. Et idcirco fatemur cum Catholicis nullum determinatũ eſſe tempus orandi, ſed præfixum eſſe præceptum pro neceſſitatis articlo; dummodo alias non diutiſſime differatur. Adi *Greg. à Val.* citatum, & *Navarr. nu. 5. Reginald. nu. 73. Suar. cap. 30. nu. 16.* ubi affirmat hoc præceptum ſicut, & alia affirmativa quãquam non habeant tempus certum, non eſſe actus eorum admodum diſſerendos cum neceſſarij ſint ad vitam rectè inſtituendam. Vnde credit non eſſe permittendam dilationem unius anni, nec fortaſſe unius menſis.

In textu, ibi, Pro populo. De oratione publica alibi dicendum veniet; de privata autem ibi cõmodius diſſeremus interim ſcias nemini in particulari quandiù vivit, negãdam eſſe orationem; ſicut, & omnes proximos ex charitate diligere tenemur. Conſule *Greg. à Val. punct. 8. §. Nihilominus, diſp. 6. q. 2.* & *Suar. tom. 2. de relig. lib. 1. cap. 13. 14. 15.* & *16.* 8

CAP. Si quis vituperat. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicantur qui nuptias vituperãt.*
2 *Quid de fide tenendum hac in re?*

IN textu. Collige ex illo anathema eſſe qui nuptias vituperat, & ad hoc citat textum *Ovandus in 4. diſt. 26. propoſitione 7. §. Per hæc,* qui eum adducit contra Tatianos hæreticos dicentes, nuptias eſſe illicitas, & pares fornicationi. Cathari quoque hæretici de Sacramento matrimonij, ſentiunt ſemper fuiſſe mortale peccatum, & quod non punietur quis gravius in futuro propter adulterium, vel inceſtum, quam propter legitimum conjugium. Ita docet *Reynerius in ſumma de Catharis,* & *Leoniſtis,* quem refert *Peña ad Director. 2. part. cõmentario 38. littera F.* Simon Saturnius, & Gnoſtici Manichæi matrimonium à Deo non eſſe, proinde nec Sacramentum eſſe docuerunt, ſequuntur hæretici noſtri temporis, ut Lutherus, Calvinus, & alij, quos refert, & confutat *Bellarm. de matrimonij Sacramento, lib. 1. cap. 1.* Imò *Durandus in 4. diſt. 26. q. 3.* matrimonium Sacramentum non niſi æquivocè dici poſſe autumat. 1

Sed contrarium de fide tenendum eſt, ut docet noſter textus, expreſſit *Concilium Toletanum 1. ſub Innocent. 1. Canon. ult.* Extat etiam decretum *Concilij primi Bracharenſis* (ex typo mandatis) ſub *Honorio 1. Can. 11.* contra Manichæum, & Priſcillianum damnantes conjugia. *Concilium Pariſienſe 3. lib. 3. cap. 2.* quæ omnia recenſet *Petrus Creſpetius in ſumma Catholicæ fidei,* verbo, *nuptiæ,* poſt principium, & eſt textus *in cap. Ad abolendam, de hæreticis.* Sacroſancta *Trid. Synodus ſeſſ. 24.* 2

de

de matrimonio can. 1. & ex pluribus ſcripturę locis & Patribus comprobat latiſſimè *Bellarminus de Sacramento matrimonij, dicto lib.* 1. *cap.* 2. & 3. cum quo proſequere. Adde poſita ad *cap. Si qua mulier,* 3. *nu.* 1. *cap. Siquis propter,* 4. ſupra *diſt.* 30.

CAP. Quicumque. IX.

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicãtur qui nuptias horreſcunt.*
2 *Dictio,* nec *quid ſignificet?*

1 IN textu. Nota excommunicari illos, qui nuptias horreſcunt; de quo vide poſita ad *cap.* ſupra proximum, *num.* 1. & 2.

2 Ibi. Nec. Quæ dictio eſt implicativa ex textu in *l. ſacra loca,* §. *Muros,* ubi *Gloſſa,* verbo, *Nec reficere, ff. de rerum diviſione, l. Nec avus* cũ *Gloſſa, Cod. de emancip. liber. l. Nec nos Cod. de captivis,* ubi *Gloſſa* 1. *Bart. in l. ſi finita* §. *Si vectigalibus, nu.* 13. *de publicanis. Pariſius conſ.* 36. *num.* 9 *vol.* 1. citat alios *Cened. ſingul.* 63. *num.* 1. Habet etiam vim continuandi eandem materiam *Bart. in l.* 2. *ff. de ſolutionibus, per textum* ibi, in verſ. *Nec cogitur,* ubi Gloſſa, *Pariſius conſ.* 111. *nu.* 25. *vol.* 1. ubi dicit quòd natura huius dictionis eſt continuare ad proxima, ideo ſi mandatur alicui, ut deponat aliquem ſi reperiat eum malæ vitæ, nec ſufficientem in litteris, requiruntur duo copulativa, quòd ſit malæ vitæ, & non ſufficiens in litteris. *Bald. conſ.* 482. caſus talis eſt *lib* 5. quem ſequitur *Tuſchus concluſ.* 312. *nu.* 1. *vol.* 2.

CAP. Lex continentiæ. X.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis, & presbyteris imponitur lex continentiæ.*
2 *Diaconi, & ſubdiaconi miniſtrant altari.*
3 *Status qualiter mutetur?*

1 IN textu. Collige Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris altaris imponi legem continentiæ, & ad id citat noſtrum textum *Petrus Crẽſpetius in ſumma catholicæ fidei,* verbo, *delibatus,* col. 4 *fol.* 163. junat *Clẽſiens primus, lib.* 6. *conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.* 17. ubi ſic ſtatuunt Apoſtoli: *Epiſcopum, & presbyterum, at diaconum dicimus unius uxoris debere conſtitui, ſive vivant eorum uxores, ſive deceſſerint. Non licere autem his, ſi poſt ordinationem ſine uxore fuerint ad nuptias tranſire, &c.* Porro Dionyſius Arcopagita ſæpius meminit cœlibatus ſacerdotum, *lib. eccleſiaſticæ hierarchiæ, p.* 3. *cap.* 3. dum de ſacra communione loquitur. Vnde *Origenes homilia* 4. *in Levit. Ante omnia* (inquit) *ſacerdos, qui divinis aſſiſtit altaribus, caſtitate debet accingi. Ioannes Chriſoſtomus homilia* 2. *de pœnitentia Iob,* ait. *Oportet enim omni prorſus caſtitate ſacerdotem ornatum eſſe,* ut latiſſime cumulat *Petrus Creſpetius d.* verbo, *cœlibatus,* per totum. Adde poſita ad *cap. Epiſcopos,* 3. ſupra, *hac eadem diſt.*

In textu, ibi, Miniſtris. Scilicet diaconis, et ſubdiaconis, qui miniſtrãt altari, ut exponunt *Bellamera in præſenti, & Turrecremata* in principio, quo verbo in hunc ſenſum utitur *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *can.* 6. ut ex ponit *Vaſquez. diſp.* 238. *cap.* 2. *à nu.* 13. 2

In Gloſſa, ibi, Propter mutationem ſtatus. Status qualiter mutetur, & acquiratur, vide per *Ripam in cap. Cum Eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietat. nu.* 92. late *Tuſchus tom.* 7. *conſ.* 421. Atque mutatio ſtatus quid operetur, vide per eundem *Tuſch. tom.* 5. *concluſione* 436. Adde quod mutatio, & alteratio ſtatus inducit mutationem diſpoſitionis circa rem mutatam, ideo bona emphyteutica ſi mutentur, & fiant libera, perdunt naturam emphyteuticam. *Anchar. conſ.* 143. Caſus eſt *nu.* 4. Vnde variato ſtatu rei, & perſonæ, variantur conventiones, pacta, privilegia, & omnes diſpoſitiones. *Anchar. conſ.* 204. *punctum unius,* ad finem, optime *Tuſch. d. concluſ.* 436. *nu.* 6. & 10. 3

CAP. Omnino. XI.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli juſſerunt, ut clerici non abjiciant uxores à cura ſua.*
2 *Epiſcopus debet habere uxorẽ, ut ſororẽ.*
3 *Clericus poteſt filias dotare de bonis Eccleſiæ.*
4 *Poteſt etiam ſororibus dotem cõſtituere.*

1 IN textu. Collige ex textu Apoſtolos juſſiſſe, ut clerici non abjiciant uxores à cura ſua, etſi eas debeant relinquere quoad thorum, debent eas adhuc alere, & in omnibus providere: id quod expoſuit *Concil. Trullan. Canon.* 92. ubi dicitur, quod Epiſcopi uxor debet in monaſterio aliquo degere, & providentia Epiſcopi viri ſui ſeiũ; tradit *Sotus in* 4. *diſt.* 38. *queſt.* 1. *art.* 1. verſ. *Pluribus. Bellarminus lib.* 1. *de clericis, cap.* 21. verſ. *Ad primum,* qui uterq; noſtri textus meminere, ex quibus 1

bus adde noſtrum textũ non dimanaſſe à Leone 9. ut in Rubro dicitur, ſed ab Humberto Cardinali, in lib. contra Nicetam, *Boverius de Republica eccleſiaſtica, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Hinc tamen, fol. 384.*

2 **Ibi, Mulierem ſororem.** Idem diſpoſuit Cõcil. *Timonenſ. 2. Canon. 8.* ubi dicitur, quòd Epiſcopus conjugatus debet habere uxorem, ut ſororem, & eius curam gere, abſq; ſuſpicione tamen carnalis comercij; advertit *Bellarminus lib. 1. de clericis, dict. cap. 21.* verſ. *Ad primum*, eleganter *Vaſquez de ordine, diſp. 249. §. Neque eo tempore.*

3 **In Gloſſa, De mercede.** Docet Gloſſa clericum habentem filios, & filias ſpurias de bonis Eccleſiæ, poſſe ipſos paſcere, & illas dotare, ut tradunt *Palatius in repetitione, cap. 1. §. 23. nu. 13. Coſmas in pragmatica, tit. de cõcubinis, §. Ipſas*, verbo, *cohabitare*, ad fin. *Navarr. de ſpolijs clericorum, §. ult. nu. 11. Avendan. reſponſ. 10. nu. 5. Barboſa in l. 1. 4. part. num. 133. ff. ſoluto matrimonio.* Nam qui debet filias alere, debet eas dotare, cum dos ſuccedat loco alimentorum, ſecundũ cõmunem, de qua teſtatur *Navarr. d. nu. 11.* poſt *Bart. in l. Vxorem, §. Pater naturalis, ff. delegatis, 3.*

4 Vnde conſequitur, teneri etiam clericos ex fructibus beneficij ſororibus dotem conſtituere, ut tradit *Lara in l. Si quis à liberis, §. Idem reſcripſit, nu. 96. de liberis agnoſcend. Garcia in tractatu de expenſis, cap. 3. nu. 32. Tiraq. tractatu primogeniorum, q. 62. nu. 2. Boer. deciſ. 129. nu. 8.* notabiliter *Navarr. in Appologia de redditibus, queſt. 2. monitu 26. nu. 2.* DD. per textũ ibi, *in cap. Pervenit, de arbitris*, latiſſimè *Barboſa uti. l. 4. part. à nu. 132. ff. ſoluto matrimonio*, cum quo ampliabis, & limitabis.

CAP. Nicœna. XII.

SVMMARIVM.

1 *Paphnutius quis fuerit?*
2 *An presbyteri poſſint matrimonio uti?*
3 *Gratianus defenditur.*
4 *Sozomeni hiſtoria an ſit vera?*
5 *Canon tertij Concilij Nicæni explicatur.*
6 *Opinio Authoris.*
7 *Vaſquez reprobatur.*
8 *Hæretici affirmantes poſſe à ſacerdotibus matrimonium contrahi.*
9 *L. 39. tit. 6. part. 1. rejicitur.*
10 *Abbates an teneantur venire ad Concil?*
11 *Mulier quæ tranſit ad ſecunda vota, an perdat legatũ ſibi relictũ, ſi caſtè vixerit?*

INſuperſcriptione, ibi, Paphnutij. Fuit Paphnutius monachus civitatis cuiuſdam, in ſuperiore Thæbaide ſitæ Epiſcopus; vir ſanè adeo ſanctus, & pius, ut nonnulla miracula ab eo ederentur. Huic quidem perſecutionis tempore, oculus eſt effoſſus; Imperator igitur Conſtantinus hominem in magno honore habuit: ſæpiſſimè illum ad Regiam ſuam accerſivit, oculum erutum exoſculatus eſt, tanta enim pietas adverſus ſanctos viros, in animo Imperatoris inſidebat, ut tradit *Socrates lib. 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 8. Ruffinus lib. 10. hiſtoriæ, cap. 4. Vaſquez de ordine, diſp. 247. nu. 39.* 1

In textu. Notabis presbyteros, diaconos, & ſubdiaconos poſſe cũ ſuis uxoribus, quas ante habebant, matrimonio uti, quod videtur contra *cap. 1.* & notata in *cap. Tenere, nu. 2.* & *cap. Omnino, nu. 1.* & 2. ſupra, *hac eãdem diſt.* Præterea pugnat cum verbis *Epiphanij hæreſi 59.* ubi ait eſſe contra Canones eccleſiaſticos, quòd ſacerdos, vel diaconus liberos gignat; & cum verbis *Hieronymi lib. contra Vigilantium*, in principio, ubi dicit in Oriente, & Ægypto non eſſe licitum ſacerdotibus, & diaconis uxoribus uti. Vnde *Sotus lib. 7. de juſtitia, & jure, q. 6. art. 2. concluſ. 3.* ad fin. & in 4. *diſt. 38. q. 1. art. 2.* verſ. *Reſtat*, dicit hanc hiſtoriam inter Canones Nicœnæ Synodi non extare; ſed illam *Gratianum*, ex *Caſſiodoro*, deſumpſiſſe, *lib. 2. tripartitæ, cap. 14.* Idem docent *Turrianus in lib. de 6. 7. & 8. Synodo generali, pag. 69. Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 20.* verſ. *Reſpondeo*, dicentes ex veteribus neminem præter *Sozomenum*, & *Socratem*, huius rei mentionem feciſſe, quorum alter, ſcilicet *Socrates*, multa falſa in hiſtoria Concilij Nicœni confinxit; *Sozomenus* autem à Sancto Gregorio reprobatur, *lib. 6. epiſtola 31.* maximè cum in *Can. 3.* ipſius Concilij Nicœni prohibeatur epiſcopis, presbyteris, & diaconis ullam domi mulierem habere, præter matrem, ſororem, & amitam. 2

Sed fortaſſis poteſt Gratianus defendi, quia non plane convincitur hiſtoriam de Paphnutio, quam in præſenti recitat, confictam, & apocrypham eſſe; nam eam multi viri approbant; extat enim id factum in Nicœno Græco, quod manuſcriptum circumfertur apud Italos, ut tradit *Covar. 2. p. de ſponſal. cap. 6. §. 3. nu. 1.* ad fin. multa in confirmationem adducit *Henriq. lib. 10. de Sacram. ordinis, cap. 14. nu. 5. dittera S. Greg. Lopez part. 1. tit. 6. l. 39. Gloſſa 2. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 13. §. Inter catholicos.* Demum in eodem Concilio Nicœno, quod nuper *Alphonſus Piſanus*, è Societate Ieſus, ex Cod. Græco in Latinum tranſtulit, & excudi curavit, *lib. 2. cap. ult.* hæc hiſtoria inter acta, & diſputationes Cõcilij habetur, latiſſimè nititur hæc omnia com- 3

probare

probare *Vaſquez de Sacram. Ordinis, diſp* 247. *cap.* 4. *dub.* 35. & ſeqq. quem omnino vide.

4 Nec obſtat, quòd Sozomeni hiſtoria (teſte Gregorio) ab Eccleſia non recipiatur, propter cauſas ab ipſo Gregorio memoratas; hoc enim non eſt ita accipiendum, ut in omnibus mentitum fuiſſe credamus, ſed in illis, in quibus mendacium manifeſtè deprehenditur. Non obſtat etiam doctrina *Epiphanij*, & *Hieronymi*. Nam cum lex de ſervanda continentia cum uxoribus matrimonio ante ordines conjunctis (licet à tempore Apoſtolorum cœperit, ut etiam probat *Sot. de juſt. lib.* 7. *q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 3.) fuerit eccleſiaſtica; potuit tempore Concilij Nicæni conſuetudine eſſe abrogata, & ideo voluiſſe Patres illos iam renovare. Paphnutius verò, quia id facilè fieri poſſe non videbat, conſuluit permittendũ eſſe abuſum, potiusquam nationem Græcam deturbandam; poſtea autem tempore *Epiphanij*, & *Hieronymi*, potuit eadem lex conſuetudine iterum roborari, & vires ſumere. Advertit *Vaſquez d. cap.* 4. *nu.* 40, præivit *Soto in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 2. ad fin. verſ. *Reſtat tamen*. Vel etiã poteſt reſponderi, voluiſſe Patres Concilij, graviores pœnas conſtituere in clericos incontinentes, quales tunc aliquos fuiſſe ex *Epiphanio*, & *Ambroſio* conſtat, & Paphnutius ſuaſit non eſſe id faciendum; ut ſolvit *Bellarm. d. lib.* 1. *de clericis, cap.* 20. verſ. *At tempore*, quem vide *lib.* 1. *de Concil. cap.* 18. ad fin. verſ. *Reſpondeo*.

5 Non obſtabit inſuper *Can.* 3. *Concilij Nicæni*. Primùm, quia in illo non tantum cum initiatis ſacris ordinibus, ſed cum toto clero ſermo eſt; quare ſi uſus cum proprijs uxoribus prohiberetur, hoc præceptum omnibus in minoribus ordinibus conſtitutis etiam indiceretur, quod hactenus etiam in Eccleſia Latina inauditum eſt; præterea ſacris ordinibus initiati nunquam coacti ſunt propriàs uxores, quas ante ordines duxerant, domo expellere; hoc autem Canone aperte prohibetur has mulieres domi habere, & ſolum permittitur habere matrem, ſororem, amitam, vel aliam, de qua nulla mala ſuſpicio haberi poſſit. Vnde videtur Concilium non loqui de uxore, ſed de extranea ſuſpecta muliere. Ita *Henriquez. lib.* 10. *de Sacram. Ordinis, cap.* 14. §. 8. *littera B.* in fin. probat latius *Vaſq. de ordine, d. cap.* 4. *nu.* 41. & ſeqq. & *diſp.* 249. *cap.* 6.

6 Mihi tamen ſemper eſt ſuſpecta hæc hiſtoria Concilij Nicæni, & conficta viſa eſt, cum mirum ſit Nicæni Concil. acta tam accuratè deſcripta, in ijs, quæ huius hiſtoriæ, ne quidem verbum, aut veſtigium apparere. Nec veritati conſentaneum eſt, quod dicit Sozomenus nullum à Patribus ea de re ſancitũ eſſe Canonem, quia non volebant cogere quemquam, ſed relinquere cuiq; liberum, quod vellet facere. Sed quomodo ſine decreto ſcriptis prodito, potuit ſancta Synodus antiquam à temporibus Apoſtolorum conſuetudinem in Eccleſia abrogare, quæ ordinatos conjugatos à ſacris arcebat, ſi ſe iterũ uxoribus miſcuiſſent? Merito igitur hanc narrationem cõmentitiam, ultra præcitatos authores, reijciunt *Baronius tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 58. *num.* 21. latius *tom.* 3. *anno* 325. §. *Habes lector. Boverius de Repub. eccleſiaſtica, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. §. *Labile quoq;*, & §. *Secunda ſeries, Severinus Binius in collectione Concil. general. tom.* 1. *in notis ad Concil. Nicænum, Can.* 3. *Ægydius de Sacramentis, tit. de Sacramento ordinis, diſp.* 20. *dubio* 12. *num.* 122.

7 Debilis quoq; apparet evaſio *Vaſquez*, qua nititur doctrinam *Epiphanij*, & *Hieronymi* enervare; reſpondet quidem potuiſſe tempore Concilij Nicæni legem continentiæ apud Græcos eſſe abrogatam, poſtea verò tempore *Epiphanij*, & *Hieronymi* iterum roborari. Sed Concilium Nicænum fuit celebratum anno Domini 325. ſub Conſtantino Magno, uſq; ad annum 330. qui fuit annus 15. Sylveſtri Papæ, ut tradit *Bellarmin. lib.* 1. *de Concilijs, cap.* 5. in principio, & notavimus ad *cap. Canonei*, 1. *nu.* 6. ſupra, *diſt.* 15. Planè Epiphanius floruit ſub Valente, & Gratiano Auguſtis anno 370. ut tradit *Bellarminus de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini* 300. ad 400. Hieronymus floruit anno 390. ſub Theodoſio, ut ipſe de ſe teſtatur, & tradit *Bellarminus*, ubi proximè, *fol.* 83. quomodo autem tam exiguo tempore in re tanta bis in regulis eccleſiaſticis potuit induci tam gravis mutatio? Eſt eiuſdem veritatis egregius aſſertor *Baſilius epiſtola* 17. qui ſcribens ad Peragorium, quem licet decrepitæ ætatis ſacerdotem, quia uxorem ſuam, quam presbyter cooptatus, iuſſu Canonum reliquerat, rurſus in domum admiſiſſet, graviſſime increpavit, ut tradit *Baronius tom.* 1. *annal. anno Chriſti* 58. *nu.* 20. ad fin. At verò Baſilius floruit annis paucis poſt Concil. Nicænum; nempe anno Chriſti 354. juxta poſita ad *cap. Eccleſiaſticorum*, 5. *nu.* 1. ſupra, *diſt.* 11.

8 Vnde infertur damnandos illos, qui inſanientes effræni libidine audaciter aſſeverarunt; primò ſacerdotibus contrahendi liberam eſſe licentiam; ſecundò, & maiori furore, non eſſe in ſacerdotes cooptandos niſi conjugatos. Primi erroris author Iovinianus exiſtimatur, ut referunt *Bellarm. d. lib.* 1. *de cleric. cap.* 19. verſ. *Poſterior. Sot. d. lib.* 7. *de juſt. q.* 6. *art.* 1. *pag.* 1. *Henriq. lib.* 10. *de ordine. cap.* 14. §. 5. Poſterioris authorem ex *D. Hieronymo*, putant ſupra citati Vigilantium Iovinianj diſcipulum; quos errores iam ſepultos Vvicleph, & poſtea Lutherus, in totius Eccleſiæ perniciem, & chriſtiani regni perturbationem ſuſcitarũt, ſathanica rabie furentes contra clericorum cœlibatum, varijs hæreſim venenis imbuti ætrã odia, & apertas furias in Romanum Pontificem, ac totam Eccleſiam catholicam

licam deſpumarunt, nequaquam poſſe Papam clericis matrimonium interdicere affirmantes; quorum hæreſes bene confutant prædicti authores; ultra illos *Vaſquez. de ordine, diſp. 249. cap. 6. & cap. 7.*

9 Quare miror *l. 99. tit. 6. part. 1.* in principio, in qua legislator decidit licitum fuiſſe omnibus ſacerdotibus in principio naſcentis Eccleſiæ matrimonium contrahere; cum receptiſſimum ſit, nunquam ſacerdotibus licuiſſe tàm in Eccleſia Latina, quàm Græca, poſtquam eſſent ſacro miniſterio addicti, uxorio ſe negotio implicare, ut firmat *Waldenſis*, vigilātiſſimus antiquitatis ſcrutator, *tom. 2.* qui eſt *de Sacramentis, cap. 129. Gluvovans lib. de contin. ſacerdot. cap. 4.* quos latè comprobat *Sot. lib. 7. de juſt. q. 6. art. 2. concluſ. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 28. nu. 3. Vaſq. de ordine, diſp. 249. nu. 27. Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 2.* verſ. *Vtcumq́, ſit. Barb. ſoluto matrim. in Rubr. 2. p. nu. 90.* in fine, *Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 58.* & *tom. 3. anno Chriſti 325. § Habes lector. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 12. §. Tertio quæritur.* Vtrum autem Eccleſia Orientalis continentiæ votum receperit? Vide poſita ad *cap. Aliter*, infra, *hac eadem diſt.*

10 In verſ. Surgens. Notat *Felin. in cap. Quod ſuper his*, in principio, *de maiorit. & obedientia*, & per illum docet, quod licet Abbates non teneantur venire ad Concilium provinciale, tamen expedit eis ut veniant, propter ſtatuta, quæ ibi fiunt, quādoq; in eorum præjudicium; quòd ſi præſentes eſſent, potuiſſent impedire ne fierent; videndā eſt *Curia Pizana lib. 2. cap. 13. num. 2.* ubi *Azeved. littera C. Zerola*, tamen, verbo, *Concilium*, abſolutè docet, Abbates in tota provincia cōmorantes, provinciali Concilio intereſſe debere.

11 Ibi, Caſtitatem. Ergò in matrimonio eſt caſtitas, & maxima pudicitia, ut ex noſtro textu deducit *Gomez. l. 80. Tauri, nu. 3.* adducens *l. Mulier, § Cum proponeretur, ff. ad Trebell.* ibi. *Quod et mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. l. Caſtitati, C. ad l. Iuliam, de adulterijs. Abb. in cap. Quod à tē, num. 3. de clericis conjugatis*, ubi docet, quòd caſtè dicitur vivere mulier, quæ tranſit ad ſecunda vota, & non perdit legatum ſibi relictum ea conditione, *ſi caſtè vixerit*, *Bart. in d. l. Mulier, §. Cum proponeretur. ff. ad Trabell.* de quo latiſſimè diſſerit *Cēvallos de cōmunibus contra cōmunes, tom. 1. q. 151.*

CAP. Quoniam. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Synodus 6. quando celebrata?*
2 *Authoritas noſtri textus, & nu. 3. & 4.*
5 *Non licet clericis Orientalibus hebdomadā qua ſerviūt eccleſiæ uxoribus cōmiſceri.*
6 *Epiſcopi apud Græcos continentiam cum uxoribus obſervabant.*
7 *Conjugalis copula, quando illicita?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Synodus 6. Quæ fuit celebrata anno Domini 681. tempore Agathonis Romani Pontificis, cuius legati præſides fuerunt Petrus, & Gregorius presbyteri, & Ioannes Diaconus; interfuit in hac Synodo Imperator Conſtantinus, cum nonnullis viris illuſtribus, ut tradit *Bellarm. lib. 1. Concilior. cap. 19.* verſ. *Sextū.* Vtrum autem noſter textus ſit deſumptus, ex eadem 6. Synodo, uide poſita *nu. ſeq.* 1

In textu. Cuius authoritatem, & aliorū, qui ſextæ Synodo tribuuntur, reprobat *Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 19.* verſ. *Ad tertium*; dicens ſextam Synodū nullos Canones edidiſſe, ſed poſt annos quinq; Epiſcopos Græcos conveniſſe Conſtantinopoli, & in palatio Imperatoris Iuſtiniani 2. quod Trullum dicebatur, Canones 102. promulgaſſe nomine ſextæ Synodi, qui dicūtur Trullani. Docet ipſe *Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 7. §. Tertium eſt*, & *lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 18.* verſ. *Cæterum*; quod iam docuerat *Sot. lib. 7. de juſt. q. 6. art. 2. concluſ. 5.* late Canonem de falſitate convincens, addens Canonē 13. ſextæ Synodi, ex quo deſumptus fuit noſter textus, etiam à *Franciſco Turriano*, qui ſextam Synodum acriter defendit, falſum dici, & apocryphum. Sequitur *Henriq. lib. 10. de Sacram. ordinis, cap. 14. §. 8. littera Z.* & colligitur ex ijs, quæ tradit *Vaſq. de ordine, diſp. 247. cap. 5. nu. 53.* & ſeqq. *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 28. nu. 7.* verſ. *Ad ultimum.* 2

Attamen noſtrum textum negare non audet *Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 3. num. 1.* ad finem quem etiam recipiunt *Archidiacon. Præpoſitus, Turrecremat. nu. 4.* verſ. *Nota*; cū alijs illum cōmentantibus; *Simanch. de catholicis, tit. 40. nu. 38.* qui fatetur Canones Trullanos eſſe, paucis exceptis, authoritatis pene inevitabilis, cum conditi ſint à ducentis viginti ſeptem Epiſcopis catholicis, & quia plurimi ſapientiſſimi viri theologi, & jurisperiti cum Epiſcopis illis adfuerūt, ut fieri ſolet in huiuſmodi conventibus celeberrimis. Deinde quia *Innocent. 3. in cap. à multis, de ætate, et qualitate*, ſeptima Synodus OEcumenica, Gratianus, & alij quamplurimi, horum Canonum authoritate utuntur, inter quos annumerari poſſunt *Vaſquez*, & *Boverius*, infra citandi. 3

Ergo tot viris defenſus Gratianus, bene defenditur, maximè cum officium compilatoris fungatur, & teneatur ſolum ſententias alienas fideliter tranſcribere, quarūm falſitas, & 4

vitium

vitium non debent illi imputari, dummodo ex ſuo nihil falſum, aut pravum admiſceat, licet mihi opinio *Bellarmini*, & aliorum magis arrideat. Adverto tamen; quòd etſi Canones Trullani ſint reprobati, quia dum fierent, non interfuit Summus Pontifex, nec per ſe, nec per legatos, & apertè Sergius Papa, qui tunc ſedebat, reprobavit illam erraticam Synodum, tamen aliqui Canones poſtea probati ſunt à Pontifice, aut alijs legitimis Concilijs, qualis eſt Canon 82. de pingendis imaginibus, receptus ab Adriano Papa, & ſeptima Synodo, ut patet ex ipſa ſeptima Synodo actione 2. & 4. & tradit *Bellarmin. diſt. lib. 1. de Concilijs, cap. 7. §. Hos ergo. Vaſquez de ordine, diſt. diſp. 247. cap. 5. nu. 53.* & ſequent. ubi ex noſtro textu arguit contra *Turrianum*, & ſuam opinionem confirmat, & *nu. 58. §. Nullus igitur, Boverius adverſus hereticos, tom. 2. examine 4. cenſura 18. §. Poſt hoc Concilium, fol. 370.*

5 In textu, ibi, Tempore oblationis. Notatur à Doctoribus, quòd licet permittatur clericis Orientalibus uxores habere non licet hæbdomada, qua ſerviunt Eccleſiæ, uxoribus commiſceri; notat *Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 2.* verſ. *Sed & dicimus*; tranſtulit *part. 1. tit. 6. l. 40.* ibi. *Que no ſe deve ninguna dellas ajuntar con ſus maridos en aquella ſemana, que el oviere de dezir las horas.* ubi *Gloſſa 5.* notat *Sanches de matrim. lib. 9. diſp. 13. nu. 10.* in principio, poſt *D. Thom. in 4. diſt. 32. art. 1. ad primũ.* Cum igitur Græci non ſint frequentes in miniſterio altaris, & divinis officijs, ſatis viſum eſt Patribus Trullanis, ſi tempore vicis ſuæ continentiam ſervarent, ut advertit *Vaſquez de ordine, d. diſp. 247. cap. 5. nu. 58.* in fine. Non enim quotidie ſingulis ſacris operantur, ſed Dominicis dumtaxat, & feſtis diebus. Quotidie verò extra quadragenarij jejunij tempus, unum tantum miſſæ ſacrificium pro univerſo populo faciunt, & offerunt. *Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 13.* in principio.

6 Contra verò cum Epiſcopi apud Græcos frequentius miniſterio altaris aſſiſterent, quam cæteri, eâdem ratione ipſis perpetuam continentiam cum proprijs uxoribus, etiam Trullani Patres indixerunt, nec licebat ſimul cum uxoribus cohabitare, nec ut cũ ſororibus; quod ex eâdem ſexta Synodo, *Can. 11.* refert *Covar. de ſponſal. 2. part. cap. 6. §. 3. nu. 2. col. 3. Henriq. lib 10. de or.line, cap. 14. §. 8.* verſ. *Olim*, ubi *littera B.* nonnulla adducit. *Vaſq. de ordine, diſp. 247. cap. 5. nu. 59.* in principio, & *diſp. 248. §. Hic autem, cap. 2. Azor. tom. 1. cap. 13. §. 1.* ad fin. & *§. Inter catholicos. Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 58. nu. 20.* Tenebantur tamen eis, extra domum conſtitutis, alimenta neceſſaria præſtare, ex *Covar.* & *Azor.* dicto ſupra citato loco. Adde poſita ad *cap. de Syracuſana, 13. nu. 2. ſupra, diſt. 28.*

In Gloſſa, verbo, Oportuno. 7 Tenet Gloſſa contra Gandulphum, in Eccleſia, ſacris ve locis conjugalem copulam minime licere, imò mortale peccatum inducere talem uſum in Eccleſia factum, ut poſt *Paludanum, Caietanum*, & alios, comprobat *Peres lib. 5. tit. 10. l. 1. Ordinamenti, in Gloſa 1. §. Quæri poteſt*, verſ. *Ex quo quidem infertur*, de quo dubio latiſſimè diſſerit *Sanches lib. 9. de matrim. diſp. 15. nu. 4.* & ſequentib. cum quo ampliabis, & limitabis; ubi *nu. 9.* agit quando conjuges diu ſunt intra Eccleſiam incluſi. Quid nomine loci ſacri contineatur? Vide per eundem ex *nu. 23.*

CAP. Aliter. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Stephanus primus, & tertius, qui fuerunt?*
2 *Nunquam in Eccleſia Græca licuit ſacerdotibus matrimonium inire.*
3 *Caietani opinio reprobatur.*
4 *Conjugium contractum, etiam apud Græcos, poſt ſacrum ordinem irritũ erat.*
5 *Tempore Apoſtolorum homines conjugati ad ordines ſacros admittebantur.*
6 *Conjugati aſſumpti ad ſacerdotium continentiam ſervabant.*
7 *Quo tempore inceperit conſuetudo ſervanda, & quomodo?*
8 *Permiſſus eſt ſacerdotibus ob duritiam, uſus prioris matrimonij.*
9 *Mos Græcorum quando cœpit?*
10 *Hodie apud presbyteros Græcos uſus matrimonij licitus.*
11 *Explicatur caput Cum olim, de clericis conjugatis.*
12 *Sacerdotes Græci etiam hodie, tempore, quo miniſtrant altari, ab uxoribus continent.*
13 *Quid dicendum ſi ſacerdos Græcus conjugatus, ſe transferat ad Latinos?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Stephanus Papa. 1 Non cõſtat quis fuerit, nam multi Pontifices Stephani nomine, appellati fuerunt, & apud nullius epiſtolam hic canon invenitur, ut aduertit *Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 21.* verſ. *Ad quintum.* At *Petrus Creſpetius in ſumma Catholicæ fidei*, verbo, *celibatus*,

col. 2. cenſet eſſe Stephanum I. quod omni probabilitate caret; nam creatus eſt Pontifex anno Domini 245. & martyrium ſubivit ſub Galieno, ut tradit *Platina*, & *Panvinus in Chronologia, anno Chriſti* 257. Plane ante Synodum Trullanam multis poſt annis celebratam, nulla de uſu matrimonij controverſia fuit orta. Inſuper textus noſter fuit conditus in Concilio Lateranenſi, ut habet ſuperſcriptio; tempore autem Stephani I. nullum fuit Concilium celebratum; nec potuit in Laterano celebrari, erat enim domus imperialis, quam Conſtantinus Magnus ſancto Sylveſtro donavit, quos multis annis præceſſit dictus Stephanus. Quare maturius *Vaſquez de ordine, diſp.* 247. *cap.* 6. *num.* 77. verſ. *Secundum*, autumat noſtrum Canonem eſſe conditum à Stephano 3. in Concilio Lateranenſi, qui erat natione Siculus, & Pontificalem ſedem fuit adeptus, anno Chriſti 768. ut tradit *Platina*, in eodem Stephano.

2 In textu. Difficilis reputatur, dum ait in Orientali Eccleſia eccleſiaſticos viros in matrimonium mulieres ducere. Pro cuius intelligentia, & ut materia magis illuceat, ſequentes ſtatuo concluſiones. Prima concluſio. Nunquam in Eccleſia tàm Latina, quàm Græca à tempore Apoſtolorũ uſq; adhuc, licuit ſacerdotibus matrimonium inire, ut tradit *Dionyſius Paulus in floſculo clericorũ, p.* 1. *à nu.* 90. *Alberius Trotius de vero clerico, lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 4. ſequitur alios *Azeved. lib.* 8. *tit.* 19. *l.* 1. *nu.* 49. *nova recopil.* & ex Concilijs, ac patribus antiquis, latè probat *Boverius de Repub. eccleſiaſtica, p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. verſ. *Neque*, & verſ. *In Oriente*, quod ſatis manet probatum, in *cap. Nicæna, nu.* 9. ſupra, *hac eadem diſt.* Adde *Vaſq. de ordine, diſp.* 249. *cap.* 3. in principio.

3 Vnde non recte *Caietan. in Opuſculis, tom.* 1. *tractatu* 27. poſt principium, ait etiam poſt ſuſceptos ordines, licuiſſe quondam ſacerdotibus matrimonio copulari, idem tradit *Decianus tractatu criminali, lib.* 6. *cap.* 21. *nu.* 5. & *cap.* 22. *nu.* 2. Nititur *Caietanus*, verbis noſtri textus, ibi. *Matrimonio copulantur*, irridens Gloſſam, quæ textũ exponit. *Copulati utuntur*; ſed propter illa verba non debuiſſet univerſalem confeſſionem Doctorum deſerere; nulla ergo eſt violentia dicere *copulantur*, ideſt, *copulati permanent*. Nam Latinè verbum paſſivum non ſolum actionem præſentem, verum, & præteritam ſignificat; ius etiam canonicum non rarò hoc, quod eſt matrimonio copulari, ſumit pro eo, quod eſt conjugali copula uti, *cap. Agathoſa*, in fine, 27. *q.* 2. & *cap. Quoniam*, ſupra eodem, *cap. Noſſe*, 30. *q.* 1. Advertunt optimè *Soius de juſtitia, & jure, lib.* 7. *q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 2. *Henriq. lib.* 10. *de ordinis Sacramento, cap.* 14. §. 7. *littera N.* ad fin. *Bellarmin. lib.* 2 *de clericis, cap.* 21. §. *Dico ſecundo. Azor. tom.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 13. *cap.* 12. §. *Ad illud. Covar. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 6. §. 3. *nu.* 1. *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 7. verſ. *Ad tertium.*

Ex quibus ſequitur etiam apud Græcos con- 4
jugium contractum poſt receptum ordinem ſacerum, jure eccleſiaſtico irritum eſſe, & inane, ſicut eſt apud Latinos; ut tradit *Paludanus in* 4. *diſt.* 37. *q.* 1. *concluſ.* 4. *Sylveſt.* verbo, *matrimonium* 8. *q.* 12. verſ. *Sextum. Azor. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 12. verſ. *Quinto. Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 4. Quidquid *Vaſquez de ordine, diſp.* 249. *cap.* 3. *nu.* 37. exiſtimet uſq; ad Calixtum 2. qui fuit tempore Lotharij 3. Imperatoris, non eſſe legem ullam, quâ matrimonia poſt ordinationem contracta, irritarentur. Imò etiã apud Græcos ſacris ordinibus initiati, mortua uxore aliam nequibant ducere. *Azor.* ubi proximè, *cap.* 14. verſ. *Septimo, Sanches de matrim. lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 4. Adde poſita ad *cap. Presbyteris, nu.* 3. ſupra, *diſtinct.* 27. Vnde periclitatur apud me id, quod *Henriq.* ſupponit *lib.* 10. *de Sacramento ordinis, cap.* 14. §. 7. *littera N.* licuiſſe epiſcopis ſuper id diſpenſare; nam cum prohibitio eſſet generalis, non competebat Epiſcopis diſpenſatio, & ideo melius *Turrianus in* 6. *Synodo*, & ſuper Canones Concilij Nicæni ex Arabigo, negat unquam diſpenſatum.

Secunda concluſio. Apoſtolorum tempore, 5
tàm in Eccleſia Occidentali, quàm Orientali, homines conjugati ad ordines ſacros admittebantur. Nam Apoſtoli miniſtris egentes cogebantur philoſophos ſibi aſciſcere, & ſenes, atq; alios, qui prudentia valerent, quibus miniſteria, & functiones committerent, idq; tolerabat Eccleſia, donec adulta poſſet ſibi conſultius providere; probat eleganter *Soius de juſtitia & jure, lib.* 7. *q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 1. & colligitur ex ijs, quæ tradit *Azor. inſtitutionum moralium, cap.* 12. §. 7.

Tertia concluſio. Semper olim ſervatum eſt 6
in utraq; Eccleſia, ut conjugati aſſumpti ad ſacerdotium, continentiam ſervarent, & ab uxoribus arcerentur, ut ex *Epiphanio, Hieronymo, Ambroſio*, & alijs Patribus, docet *Soius de juſtitia, & jure, lib.* 7. *diſt. q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 3. *Covar. de ſponſalib.* 2. *part. cap.* 6. §. 2. *nu.* 1. verſ. *Sic ſane, Bellarmin. lib.* 1. *de clericis, cap.* 18. *col.* 1. & latius *cap.* 19. verſ. *Contra hos errores*, & deinceps; licèt *Clithovæus lib. de continentia ſacerdotum, cap.* 4. & ſequent. contrarium teneat, quem bene confutat *Vaſquez de ordine, diſp.* 248. *cap.* 1. per totum. Adde poſita ad *cap. Si quis docuerit*, 14. *num.* 1. & ſequent.

Quo autem tempore inceperit obligatio ſer- 7
vandi caſtitatem presbyteris ſub rigore obligationis, & quomodo fuerit introducta? Non facile definiri poſſe, credit *Suar. tom.* 3. *de Religion. lib.* 9. *cap.* 14. *nu.* 11. & poſt longam temporum diſquiſitionem tandem concludit, hanc legem ab Apoſtolorum traditione manaſſe, nullum

enim

enim decretum Conciliare, vel Pontificium invenitur, ad quod initium huius obligationis reducatur, quia hæc obligatio eſt antiquior, quam omnia decreta. Ex quo colligitur referenda obligatio uſq; ad tempora Apoſtolorum. Nam obligatio quæ conſuetudine nititur, aliquando incipit per actus, qui fiunt ſine obligatione præcepti quorum uſus paulatim immutat judiciũ, & intentionem operantium, & ita tandem introducitur obligatio: atq; hoc modo difficile imò impoſſibile eſt moraliter, initium certum eius aſſignare, & ita potuit contingere in præſenti, quia in principio fervore fidei, & charitatis, & Apoſtolorum exemplo, ac verbo poterant omnes facile, qui ab eis ordinabantur, induci ad promittendum cœlibatum, ſi antea forent innupti. Priores vero Epiſcopos ita ab Apoſtolis conſecratos veriſimile eſt eandem regulam tanquam optimam, magisq; convenientem in ſucceſſoribus, vel coadjutoribus ſuis cõſecrandis obſervaſſe. Vt advertit *Suar.* citatus ubi ſupra, & *nu.* 12.

8 Quarta concluſio. Prolabente tempore permiſſus eſt ſacerdotibus Græcis uſus prioris matrimonij. Nam paterna Romanorum Pontificum pietas, ac benignitas id illis, propter ſuam ipſorum duritiam, permiſſionis contulit, quod prioribus Concilijs, ac perpetuo Eccleſiæ uſu interdictum fuerat; ut tradit *Henriq. lib.* 10. *de ordine, cap.* 14. §. 8. *littera X.* docet optimè *Sotus lib.* 7. *de juſtitia, q.* 6. *art.* 2. poſt quintam concluſionem, verſ. *Haud ergo,* & *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *concluſ.* 4. verſ. *Dubium,* & §. *Reſtat tamen. Bellarmin. lib.* 1. *de clericis, cap.* 21. verſ. *Dico ſecundo,* in fine, *Vaſquez de ordine, diſp.* 247. *cap.* 5. *num.* 58. verſ. *Nullus. Covar. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 6. §. 3. *nu.* 1. *Barboſa ſoluto matrimonio, in Rubr.* 2. *p. nu* 91. *Boverius de Repub. eccleſiaſtica,* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 10. §. *Neq; placet,* & §. *Id quidem non negamus, Felliuccius moral. queſtionum, tom.* 1. *tractatione* 11. *cap.* 3. *nu.* 65. & 69.

9 Hæc corruptela, & mos Græcorum, qui nunc eſt, cœpit à tempore Concilij Trullani, circa annum Domini ſeptingenteſimum, auctus poſtea tẽpore Leonis 9. quando diſſidium Græcorum à Latinis maximè crevit in multis alijs articulis. Vnde extat liber Humberti Cardinalis eo tempore ſcriptus de hac re contra Nicetum Abbatem, qui hunc morem Græcorum acerrimè defendebat, tradit *Bellarminus lib.* 1. *de clericis, cap.* 19. in principio.

10 Vnde infertur iam hodie apud Græcos hunc matrimonij uſum licitum eſſe; licèt enim pravum habuerit initium, immemorialis tamen conſuetudo illam prohibitionem juris humani, ſcientibus Prælatis, potuit abrogare; & ſic explicandi ſunt DD. dicentes ſacerdotibus Græcis licitum eſſe uſum matrimonij, hoc eſt, hodiè, non in initio, ut explicat *Henriq. lib.* 10. *de ordine, cap.* 14. §. 6. *D. Antoninus in ſumma,* 3. *p. tit.* 1. *cap.* 8. *Sotus. in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 2. ad finem, §. *Reſtat tamen. Sanches de matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 28. *nu.* 5. latius *nu.* 6. qui plures refert.

Infertur etiam quomodo intelligendus ſit 11
Innocentius tertius in *cap. Cum olim, de clericis cõjugatis,* dum inquit Græcos non recepiſſe votum continentiæ; tantum enim vult non recepiſſe quoad uſum matrimonij præteriti, ut idem Pontifex declarat, & intelligunt omnes ſupra citati DD. quidquid *Henriq. d. cap.* 14. *de ordine,* §. 7. *littera N.* infine, dicat eum loqui, ut privatum Doctorem, ſic etiam debet intelligi *cap. Quæſitum, de pœnitentijs, & remiſſionibus, cap. Vt clericorum,* infine, *de vita, & honeſtate clericorum, textus in l. Eum qui,* infine C. *de Epiſcopis, & clericis. Gratianus in cap. Quoniam,* §. *Hoc autem,* ſupra, *hac eadem diſt.* & alijs in locis.

Vltima concluſio. Sacerdotes Græci etiam 12
hodie, tempore quo miniſtrant altari, debent eſſe continentes ab uxoribus, *Sotus in* 4. *diſt.* 38. *art.* 1. *col.* 3. verſ. *Eſt tamen advertendum. Sanches de matrimonio, lib.* 9. *diſp.* 13. *nu.* 10. *Henriq. de ordine, d. cap.* 14. §. 6. ſicut ſacerdotes in lege veteri abſtinebant ab uxore tempore miniſterij, ut per eundem *Henriq.* ubi proximè, *littera G.* de quo vide poſita ad *cap. Quoniam, nu.* 5. ſupra *hac eadem diſt.*

Ex qua concluſione deducitur, quid di- 13
cendum ſit, ſi ſacerdos Græcus ſe transferat ad Latinos, ibiq; moram faciens, ſit permittendus celebrare ſi velit uti uxore ſua; & affirmativè reſpondendum, ut tenet *Archidiac. in cap. Quoniam, nu.* 5. *Turrecremat. nu.* 2. *Præpoſitus, nu* 3. ſupra, *hac eadem diſt. Cornelius de Graſis de effectibus clericatus, effectu* 5. *nu.* 44. qui alios refert; & eſt ratio quia iſte ſacerdos de jure contraxit, nunquamq; promiſit continentiam ab uxore, unde ad eam ſervandam nullo modo eſt compellendus, quod limitabis niſi adſit ſcandalum, ut per eundem *Turrecrem. d. nu.* 2. infine, *Ioan. Andr. in cap. Cum ſecundum, nu.* 2. & 3. *de temporibus ordinationum,* ubi *Innoc. nu.* 2. & *Hoſtienſ. in* verſ. *Quid ſi conjugatus.*

DISTINCTIO. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſacri qui dicantur?*

IN Gloſſæ ſumma, verbo, ſervanda, ad fin. ibi, ſolutio. Docet Gloſſa ſubdiaconatum; & reliquos ſuperiores ordines propriè ſacros appellari, ſequuntur *Campanile diverſorum juris Canonici, Rubrica* 2. *nu.* 8. & 9. 1

Peres lib. 1. ordinamenti, tit. 3. l. 12. in principio, qui alia adducit, advertens appellatione ſacrorum ordinũ lata vocabuli ſignificatione, etiam minores ordines comprehendi, non autem in ſtricta, & propria ſignificatione.

CAP. Omnino. I.

SVMMARIVM.

1 *Initiati ſacris ordinibus irritè matrimonium contrahunt.*
2 *Epiſcopatus an ſit ordo?*

1 IN textu. Notat *Navarr. in ſumma, cap. 22. nu. 52.* ad hoc, quòd peccat qui ordine aliquo, ex quatuor initiatus contrahit, & non valet matrimonium, quia eis eſt annexum votum ſolemne caſtitatis, quod impedit matrimonium, & dirimit; poſt alios *Azeved. lib. 8. tit. 19. l. 1. nu. 21.* qui etiam textus meminit: *Covarr. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 1.* in principio. A quo tempore ſubdiaconis fuit prohibitum matrimonium, vide poſita ad *cap. Si quis eorum* infra *hac eadem diſt. nu. 2.* & ſeqq.

2 Ibi, Quartus eſt à capite. Ergo Epiſcopatus etiam ordo eſt, ut ex noſtro textu apertè colligitur, cui reſponderi non poſſe fatetur *Navarr. in Manuali, cap. 22. nu.* 18. idem tradit *Gloſſa in proœmio ſexti*, verſ. *Epiſcopatus*, & *in cap. Provida*, verbo, *ſummitatis de elect. lib. 6. Gloſſa in cap. Quoties*, verbo, *ſui ordinis de purgatione*, *Gloſſa in præſenti*, verbo, *à capite*, *Covarr. 3. variarum cap. 16. nu. 15. Bellarmin. lib. 1. de Sacramento ordinis, cap. 5.* plures refert *Campanile diverſorum juris Canonici: Rubrica 2. nu. 7.* Adde poſita ad *cap. Epiſcopus 7. nu. 3.* ſupra *diſt. 23.* & præterea vide *Azor. lib. 3. cap. 27. §. Tertio quæritur*, apud quem *D. Thom. Albertus, Bonav. Richard. Scotus, Durandus, Palud, Angelus, Roſella, Sylveſter, Tabienſis, Antoninus*, & *Armilla*, negant Epiſcopatum eſſe ordinem à cæteris diſtinctum. Affirmant verò *Altiſiod. Sotus, Palacius*, & *Medina*. Advertit tamen *Ægidius, diſp. 20. dub. 6.* Epiſcopatum non eſſe ordinem diſtinctum à ſacerdotio, neque imprimere diverſum characterem, ſed illum ſolum perficere, & augere, quatenus augetur poteſtas; quæ in Epiſcopo maior eſt extenſivè, tenet idem *Reginaldus lib. 30. tract. 3. nu. 5. Henriq. lib. 2 cap. 2. §. 1.* & *cap. 7. §. 2.* ubi cum eo plures.

CAP. Multorum. II.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconis connubium prohibetur.*
2 *Clericus in ſacris an poſſit notarij officiũ exercere? & num. 3. & ſeqq.*

IN textu. Collige ex illo neq; ſubdiaconis cõnubium concedi, de quo vide poſita in *cap. 1. nu. 3*, ſupra, *diſt. 31.* & *in cap. 1. nu. 1. hac eadem diſt.* Plane hæc eadem verba textus referuntur in *cap. Multorum*, 20. infra, 27. q. 2. 1

Ibi, Notarij geſſit officium. Ergo clericus in ſacris poteſt notarij officium exercere, quod debet intelligi in cauſis ſpiritualibus, vel decimalibus, vel matrimonialibus; tradit *Iaſon. in l. 1. nu. 8.* in principio, ubi *Adduio, littera C. ff. de juſtitia, & jure, Graſſijs in aureis deciſionibus, part. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 18.* alios refert *Cened. ad Decretales, Collectan. 147. num. 1.* Sic etiam poteſt clericus tale officium exercere in cauſa hæreſis, ubi non tantum admittitur, ſed etiam cogi poteſt; textus in *cap. Vt officium, §. Ad conſcribendas, de hæreticis, lib. 6. Peña in Director. inquiſitorum, 3. part. q. 19. commentario 68.* alios refert *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu 8. nu. 12. Maſtrillo deciſ. 159. nu. 7.* Quodnam verò olim apud Imperatores fuerit officium notarij, erudite firmat *Azor. lib. 5. cap. 36. §. Primò quæritur.* Ex quo intelliges illud officiũ nihil indecentiæ in clericis arguere. 2

Poterit etiam clericus eſſe notarius in foro, & magiſtratibus eccleſiaſticis, ut tradit *Alb. in cap. Sicut, nu. 6. Ne clerici, vel monachi*, ubi late examinat quibus caſibus clericus poteſt eſſe notarius in foro eccleſiaſtico. *Anchar. in cap. Per venerabilem, nu. 2. qui filij ſint legitimi, Graſſijs in deciſionibus, part. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 18. Maſtrillo deciſ. 159. num. 8.* plures ſequitur, *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu 8. num. 14.* quidquid *Covar. practicar. quæſt. cap. 19. nu. 8.* verſ. *Secunda concluſio*, contrarium innuere videatur. 3

Regulariter tamen clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, non poteſt eſſe notarius, ut probat textus in *cap. Sicut, ne clerici, vel monachi, l. Placet*, in princip. *Cod. de Epiſcop. & cleric.* & utrobiq; ſcribentes, *Caſaneus in conſuetud. Burgundiæ, Rubr. 1. §. 6. nu. 31.* fol. mihi 241. *Maſtrillo deciſ. 159. nu. 1.* poſt multos, *Graſſis de effectibus, effectu 8. nu. 1. Peres lib. 1. Ordinamenti, tit. 3. l. 12. Gloſſa 2. Covar. practicar. d. cap. 19. nu. 8.* quam plurimos congerit, *Cened. ad Decretales, Collect. 147. num. 1.* Licèt tamen clericus non poſſet de jure 4

eſſe

eſſe notarius, ſi de facto reperiretur aliquod inſtrumentum feciſſe, eſſet validum *Gregorius Lopez in l. 2. tit. 10. p. 6. Gloſſa vlt. Covarr. d. nu. 8. verſ. Quod ſi ſacerdos. Maſtrillo d. deciſ. 159. nu. 9.* plures ſequitur *Graßis d. effectu 8. nu. 4.*

5 Vtrum clerici in minoribus poſſint eſſe notarij, etiamſi habeant beneficia, vide *Graßis*, ubi proxime, *nu. 9. Covarr. d. cap. 19. nu. 8. verſ. Tertia concluſio.* Vtrum autem notarius effectus clericus, committens falſum in inſtrumentis, puniri poſſit à judice laico; vide *Caballum reſolutionum criminalium, caſu 64. nu. 10. Maſtrillo d. deciſ. 159. nu. 10.* & ſeqq. ſimiliter de ſupplicio inferendo illis notarijs, qui falſa conficiunt inſtrumenta, vide *Ioannem Bapt. de Thoro in compendio deciſionum*, verbo, *Notarius.* Vtrum autem officium notarij ſit nobile? Vide *Tiraq. de nobilitate, cap. 30. ex nu. 8. Covarr. d. cap. 19. nu. 5.* relatos à *Cenedo d. collectan. 147. nu. 2. Chaßaneum in catalogo gloriæ, p. 11. conſiderat. 19. Guttier. in practicis. q. 137. nu. 3.* & *15.* & *16. Menoch. conſ. 18. nu. 17.* & *18. Farinac. conſ. 94. nu. 5.* Qui ferme omnes affirmant non eſſe officium nobile. Sed contrarium dixit ipſe *Menoch. conſil. 152. vol. 6.* ſequitur *Aldovinus conſil. 8. nu. 10.*

CAP. Si quivero. III.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutus in minoribus ordinibus poteſt matrimonium contrahere, & n. 2.*

3 *An beneficia eorum ipſo jure vacent? & num. 4.*

1 IN textu. Collige ex illo conſtitutos in minoribus ordinibus, liberè poſſe omni tempore, attento jure, matrimonium contrahere, ut notant *Covar. 2. p. de ſponſal. cap. 6. §. 3. nu. 3.* in fin. *Henriq. lib. 10. de ordin. Sacram. cap. 2. §. 2. littera L.* & *lib. 2. de matr. cap. 5. §. 9. littera O. Vaſquez de ordine, diſp. 249. cap. 4. nu. 39. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. ult. verſ. Decimo quarto. Filliucius reſolut. moral. tom. 1. tractatione 10. part. 2. cap 4. nu. 129.* & notatur *in cap. 1. de clericis conjugatis*, tradit noſter *Gratianus in cap. Sane, §. Cum autem*, infra, *15. quæſt. 3.* Si verò inquiras, utrum peccet mortaliter, qui ordines minores ſuſcipit cum intentione poſtea ducendi uxorem, & cum ſolo animo fruendi privilegio fori, & Canonis? Reſpondeo nullo modo peccare mortaliter. Ita *Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 31. num. 16.* & *17. Ægid. diſp. 20. dub. 10.* & alij apud illos.

2 Nec obſtat Canon Apoſtolorum 25. qui diſponit, ne clericus ultra lectorem, & cantorem contrahat nuptias, quos etiam tantum excipit *novella Iuſtiniani 22. de nuptijs, collatione 4.* reſpondetur enim in utroque loco clericos ultra lectorem dici ſubdiaconum, & diaconum, ut locum *Gratiani* declarat *Additio Gregoriana, in dicto cap. Sane, §. Cum autem*; explicat *Henriq. d. lib. 2. de matrim. cap. 5. §. 9. littera O.* optimè *Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 13. q. 4. verſ. Si quæras.* Nec etiam obſtat *cap. Lectores*, infra, *hac eadem diſtinct.* neq; *cap. Presbyteri*, infra, *diſt. 44.* de quo vide ibi poſita.

Ibi, Debent ſtipendia accipere. 3

Ergo beneficia eorum, qui in minoribus ordinibus conſtituti, matrimonium contraxerunt, non vacant ipſo jure, ut videtur ſentire *Gloſſa*, verbo, *ad ſacros, in cap. Conjugatos, de converſione conjugatorum*, & tenet *Alex. Carrerius lib. 3. de ſponſalib. cap. 3. Emman. Roderic. in ſumma, tom. 1.* verbo, *Matrimonio, cap. 221. Del impedimiento de la Orden. concluſ. 1.* qui perperam *Covar.* & *Navarr.* citat pro hac opinione; eam tamen inſinuat *Vaſq. de ordine, diſp. 249. cap. 4. nu. 40.*

Contraria tamen opinio certiſſima eſt, quia 4
ea tacita conditione cenſetur clericus obtinere beneficium; ne ſtatum incompatibilem, eo retento aſſumat, ut docet *Gloſſa in cap. Vnico*, verbo, *clericalis, de clericis conjugatis, lib. 6.* communiter recepta per ſcribentes, *Rebuff. de pacificis poſſeſſoribus, nu. 167. Bernardus Dias in practica, cap. 80. nu. 5.* & ibi *Salzed. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 120. Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 4. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 13. q. 6. verſ. Sed quæſtio*, & *q. 8. Gutierres lib. 2. practicar. q. 104. nu. 3.* multos refert *Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 42. nu. 4. Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 5. num. 10.* latiſſimè *Carolus de Graßis de effectibus clericatus, effectu 5. nu. 11.* & ſeqq. quod etiam procedit in clericis, qui ordinibus ſacris ſunt initiati; dicunt prædicti, ſed repugnat *Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 5. nu. 16. Suar. de ſtatu religionis, tom. 3. lib 9. cap. 18. nu. 13.* Adde poſita ad *cap. Decernimus, nu. 3.* & ad *cap. Presbyteri, num. 2. ſupra, diſt. 28.* & ad *cap. Erubeſcant, nu. 2. infra, hac eadem diſt.*

CAP. De illo. IV.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus uxorem ducere non licet.*

2 *Pontifex an diſpenſet cum ſubdiaconis, ut matrimonium ineant? & nu. 3.*

4 *An Pontifex diſpenſet cum monachis, ut matrimonium contrahant? & n. 5.*

1 IN textu. Notabis ex illo quod ſubdiaconis uxorem ducere non licet, de quod vide poſita ad *cap. Multorum, nu.* 1. ſupra *hac eadem diſt.* Adde *Creſpetium in ſumma catholicæ fidei*, verbo, *cælibatus, fol.* 165. qui noſtri textus meminit.

2 In fine textus, ibi, licentiam damus. Ex his verbis controvertit Gloſſa in præſenti, an poſſit Pontifex dare ſubdiaconis licentiam contrahendi, & affirmative reſpondendum eſt cum tantùm jure eccleſiaſtico ſit annexa continentia ordini ſacro, ut ſæpe ſæpius dictum manet, & tradit *Vincentius Fillinçius Moralium quæſtion. tom.* 1. *tractat.* 10. *cap.* 4. *nu.* 120. Vnde hanc opinionem latè firmat *Sanches lib.* 8. *de matrimonio, diſp.* 8. *nu.* 1. & ſeqq.

3 Dubium autem inſurgit, an ad id faciendũ deſideretur cauſa publica? Tu reſolve, quòd ſi abſq; legitima cauſa Pontifex diſpenſaret, ut ſacris initiati uxores ducant, peccaret utiq;, at matrimonium teneret, ut docet *Sotus in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 1. ad fin. *corporis* verſ. *Quod ſi mihi, Led.* 2. 4. *q.* 55. *art.* 3. poſt principiũ, refert alios *Sanch. d. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 8. *nu.* 4. at ſacerdos cum quo diſpenſatum eſt, ut matrimonium ineat, poſtquam clericatum deſerit, habitum ſæcularem inducens, non tenetur officium divinum recitare, ut bene probat idem *Sanches dicta diſp.* 8. *nu.* 11.

4 Maior eſt difficultas, an poſſit Pontifex diſpenſare invoto ſolemni caſtitatis monachorũ? Duplex eſt ſententia. Prior negat poſſe Pontificem diſpenſare ex *textu in cap. Cum ad monaſterium*, ad fin. *de ſtatu monachorum*, docet *D. Th.* 2. 2. *q* 88. *art.* 11. *Sot. lib.* 7. *de juſt. q.* 4. *art.* 2. & *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 2. *art.* 2. *concluſione* 2. *Sylveſter*, verbo, *votum* 4. *q.* 5. *Mandoſius de ſignatura gratiæ*, verbo, *commutatio, col. pen.* verſ. *Verum opinio negativa*, *Gloſſa in d. cap. Cum. ad monaſterium*, verbo, *abdicatio*, & *in cap. Sum quidem*, verbo. *Apoſtoli*, ad fin. 25. *q.* 1. alios refert *Sanches lib.* 8. *de matrim. d. diſp* 8. *nu.* 6.

5 Contraria opinio probabilior apparet, quia authoritati Pontificiæ nihil denegandum ſit, quod abſq; abſurditate concedi valet; atq; ad regimen Eccleſiæ expediens eſſe poteſt; & ita tradunt *Paludanus in* 4. *diſt.* 30. *q.* 2. *art.* 1. *concluſione* 4. *nu.* 8. *Divus Antoninus*, 2. *p. tit.* 11. *cap.* 2. §. 9. *Caietanus* 2. 2. *q.* 88 *art.* 11. *Toledo in ſumma lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 5. *Henriq. lib.* 12. *de matrimonio, cap.* 5. *nu.* 7. *Azor. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *Ioannes Andr. in cap. Cum ad monaſterium, nu. ult. de ſtatu monachorum*, ubi *Innoc. nu.* 1. & 4. *Abb. nu.* 12. *Navarr. in ſumma cap.* 12. *nu.* 75. *Covarr. in cap.* 2. *nu.* 10. & 11. *de teſtam. Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *nu.* 35. & *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 421. *nu.* 10. *Gutierr. lib.* 1. *Canonicarum, cap.* 17. *nu.* 5. multos congerit *Sanches d. diſp.* 8. *nu.* 7. *Leſius, lib.* 2. *de voto, cap.* 40. *dub.* 14. per totam, imò Pontifex ſæpe uſus eſt hac poteſtate. Nam Alexander 3. diſpenſavit cum Nicolao Iuſtiniano, monacho profeſſo, ut poſſet uxorem ducere, ne tam illuſtris familia extingueretur, ex qua ſuſceptis filijs rediit ad monaſterium. Auctor eſt *Volaterranus lib.* 4. *hiſtoriæ.* & *Platina in Cæleſtino* 3. refert, diſpenſatum cum Conſtantia filia Regis Siciliæ moniali profeſſa, ut nuberet Henrico Sexto. His adde *Rebellum lib.* 2. *q.* 2. *nu.* 7. *Bonacinam de matrimonio, q.* 3. *punct.* 9. §. *Hac de cauſa, Reginaldum, lib.* 31. *nu.* 193. ubi univerſim affirmat, poſſe ſummum Pont. diſpenſare in omni impedimento meré juris eccleſiaſtici. Idem tenet *Ægid. d.* 26. *dub.* 3. *nu.* 33. *Vaſq.* 3. *p. diſp.* 149. *cap.* 1. & alij apud eum.

CAP. Nullus. V.

SVMMARIVM.

1 *Niculaus ſecundus quis fuerit?*
2 *Miſſa presbyteri concubinam habentis, an debeat audiri? & nu.* 3. *&* 4.
5 *Subintroducta mulier, quæ dicatur?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Nicolaus. Nomine ſecundus, qui in epiſtola, quæ extat omnibus Epiſcopis catholicis, ſcripſit ſe in Concilio, quod Romæ habuit centum tredecim Epiſcoporum in Baſilica Conſtantiniana, hunc Canonem edidiſſe, ut tradit annotatio Gregoriana in præſenti; latius *Baron. tom.* 11. *annal. anno Chriſti* 1059. paulò poſt principium, §. *Hoc eodem anno*, plane de ipſo Nicolao vide poſita ad *cap.* 1. *nu.* 1. ſupra, *diſt* 22.

2 In textu. Collige ex illo non debere audiri miſſa presbyteri concubinam habentis, de quo vide *Bernard. Diaz in practica, cap.* 73. verbo, *Concubinarij*, ubi *Salzedo additione* 1. *Ferdinand. Paez in repetione, cap. Miſſas*, 2. *p.* 198. & ſeqq. *Covar. in cap. Alma mater*, *p.* 1. §. 2. *nu.* 10. *Navarr. in cap.* 1. §. *Laborei*, *nu.* 10. *de pœnit. diſt.* 6. *Sylveſt. in ſumma*, verbo, *Clericus*, 2. *nu.* 4. & verbo, *Miſſa*, 2. *num.* 3. *Gaieta. in repetitione, cap. Ad limina*, 39. *q.* 1. §. 1. *ex nu.* 138. late *Gutierr. lib.* 1. *canonicarum, cap.* 1. *ex nu.* 44. alios adducit *Cenedo collectan.* 19. *ad Decretum, nu.* 1. vide *cap. Veſtra. cap. Quæſitum, de cohabitatione clericorum, & mulierum*, adde poſita ad *cap. Prater, nu.* 2. infra, *eodem. Comitolum reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 57. *nu.* 8. & ſeqq.

3 Sed tamen deciſio huius textus, & aliorum jurium hoc idem ſtatuentium, hodie modificata eſt per Martinum quintum in *Extravagante*

ad

ad evitanda, quæ poſtea in Concilio Baſilienſi anno Domini 1435. renovata eſt in *ſeſſ.* 20. & iterum à Concilio Lateranenſi habito ſub Leone 10. *ſeſſ.* 11. ut non procedat niſi poſtea quam ſuſpenſio clerici concubinarij publicata fuerit per ſuperiorem, eo enim caſu concubinarij ſacramenta ſunt vitanda, & in alijs caſibus, exceptis in dictis Martini quinti, & Concilij Baſilienſis canonibus; aliàs autem à presbyteris fornicarijs, vel concubinam habentibus bene poſſunt audiri miſſarum ſolemnia, & alia Sacramenta recipi, ut poſt ſupra citatos reſolvunt *Alphonſus de Caſtro de lege pœnali, lib. 1. cap. 7. verſ. Tertio ex eodem, Didacus Spino in ſpeculo teſtamentorum, Gloſſa 3. principali, ex nu. 43. Gutierr. Canonicarum, lib. 1. cap. 1. nu. 65. Cenedo d. Collectan. 19. nu. 2. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. nu. 16.* latiſſimè *tom. 3. de Sacramentis, diſp. 18. ſect. 1. & diſp. 88. ſect. ult. §. Ultimum caput excuſationis, Comitolus reſponſ. moral. lib. 1. q. 57. nu. 13.*

4 Notabis tamen, quod etiam poſt Extravagantem Martini, nulla ſuadente neceſſitate, publicos inducere concubinarios ad Sacramenta miniſtranda, aut ad miſſam celebrandam nemo ſine mortifera culpa poteſt, cum ſit contra ius naturale quempiam inducere ad peccandũ, ut poſt *D. Thom.* tradit *Comitolus dict. quæſt. 57. num. 14.*

5 **Ibi, Subintroductã mulierem.** De ſubintroductis mulieribus, vide poſita ad *cap. Interdixit, 16. infra, hac eadem diſt.*

CAP. Præter. VI.

SVMMARIVM.

1 *Alexander ſecundus quis fuerit?*
2 *Non eſt audienda miſſa presbyteri concubinarij.*
3 *Clericus publicè concubinarius, ſi celebret, an incurrat ſuſpenſionem? & num. 4. & 5.*
6 *Clericus decedens in concubinatu, an careat eccleſiaſtica ſepultura?*
7 *Putant aliqui dari præceptum eccleſiaſticum de oblationibus ſolvendis.*
8 *Verius eſt non dari.*
9 *Quatuor tituli ex quibus oblationes deberi poſſunt.*
10 *Tres declarationes Suarij circa tertium titulum.*
11 *Authores agentes de quarto titulo.*
12 *Prohibetur iniqua exactio oblationum.*
13 *An in jure ſit aliqua pœna contra non ſolventes oblationes?*
14 *Recipiens ordinem ab excommunicato an maneat ſuſpenſus?*
15 *Summus Pontifex an poſſit laicis committere juriſdictionem ſpiritualem? & nunc. 16.*
17 *Quæ Sacramenta ab hæreticis recipi poſſint?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Alexãder ſecundus. Anſelmus primò vocatus, Epiſcopus Lucenſis, patria Mediolanenſis, abſens Pontifex creatur anno Domini 1061. At verò Ciſalpini Epiſcopi volentes, ut de ſuo numero aliquis eligeretur Pontifex, ab Henrico Imperatore obtinuêre, ut alter quoq; crearetur Pontifex. Mox eligendum curant Cadalum Parmenſem iam Epiſcopum PſeudoPontificem, qui Honorius ſecundus fuit vocatus, ſed Henricus cognito errore ad ſe rediens, Alexandrum rogat, ut Concilium Mantuæ indicat: eo proficiſcuntur omnes ad quos pertinere videbatur Eccleſiæ ſalus, anno Domini 1064. ubi compoſitis rebus Imperator ſe non ſolum in gratiam Pontificis redijt, verum etiam precibus ab eo impetravit, ut & Cadalo veniam petenti ignoſceret. Vide *Platinam in ipſo Pontifice*, ubi *Onuphrius Panvin. Baron. tom. 11. annal. anno Chriſti 1061.* & ſeqq. Mortuus eſt Alexander Romæ 10. Kalend. Maij cum ſediſſet annos 11. menſes 6. & dies 22. ut tradit *Baron. dict. anno*, ubi refert nonnulla Alexandri Papæ miracula. 1

In textu. Nota ex illo, quod non eſt audienda miſſa presbyteri, qui concubinam habet, ſed iam hodie limitabis p *Extravagante ad evitanda*, Martini quinti, ut notavimus in *cap. Nullus, nu. 2. & 3. ſupra, eodem.* Pũrrò prædicti, extravagantis tenorem referũt, & interpretantur *Felin. in cap. Rodulphus, nu. 39. de reſcriptis, Decius in cap. à nobis, nu. 21. de exceptionibus. Rebuf. in Concordatis, tit. de excommunicatis non vitandis. Gutierr. lib. 1. Canonicarum, cap. 1. ex nu. 1. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 35. Covar. in cap. Alma, 1. part. §. 2. num. 7. Petes lib. 8. Ordinamenti, tit. 5. l. 1. col. 1. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de lege pœnali, cap. 5. verſ. Circa iſtos.* Videatur *Salzedo in practica criminali, cap. 79. nu. 2.* ubi noſtrum textum refert. 2

Ibi, Miſſas non cantet. Ergo clericus publicè concubinarius, ſi celebret, ſuſpenſionem incurrit, ut tradunt *Navarrus in ſummario, 3 part. tit. 27. cap. 3. Paludan. in 4. diſt. 27. q. 4. nu. 6. Sylveſt.* verbo, *concubinarius*, §. 4. *Villadiego de irregularitat.* 3

cap.

cap. de ſuſpenſione, col. 3. Bernard. Diaz in practic. cap. 73. Navarr. in Manual. cap. 25. num. 76. & cap. 27. nn. 154. & poſt *Hoſtienſem, Abbatem*, & alios, tradit Cõvar. *in Clementi. Si furioſus, part. 1. §. 1. nu. 5. Comitolus reſponſ. moral. lib. 1. q. 57. nu. 4.* & ſeqq. *Menoch. de arbitrar. caſu 418. Rebuf. de decimis, q. 13. nu. 9.* licèt in explicando modo huius ſuſpenſionis, magna ſit varietas inter eoſdem authores, de qua varietate videbis *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. nu. 5.* & ſeqq.

4 Alia eſt opinio affirmans, nullum clericum incurrere propriam ſuſpenſionem, propter crimen concubinatus, quantumvis notorium; ut tenet *Soto in 4. diſt. 1. q. 5. art. 6. ad ſecundum*, & *§. In contrarium autem*, & *diſt. 13. q. 1. art. 9. concluſ. 2.* ne ipſi clerici ſe exponant periculo maioris ſcandali, & ruinæ; ſequitur *Medin. in ſumm. lib. 1. cap. 11. §. 8.* poſt alios *Henriquez lib. 9. de ſacrificio miſſæ, cap. 25. nu. 13. littera S.* dicit probabile *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. num. 1.* & 12. ubi dicit, quòd non ſatis ex juribus colligitur hæc ſuſpenſio. Vide *Azor. lib. 6. cap. 7. §. Quinto quæritur.*

5 Tu reſolve quidquid ſit de jure antiquo; hodie tamen non eſt in uſu huiuſmodi ſuſpenſio, nec incurritur ipſo jure, quantumvis concubinatus ſit notorius; probatur ex *Trid. ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat.* ubi clericis concubinarijs imponuntur variæ pœnæ, & priusquam eas incurrant, dicitur eſſe monendos ſemel à ſuis prælatis, & deinde privandos tertia parte fructuum beneficij; ſi ſecundæ monitioni non paruerint, omnibus fructibus ipſo facto privantur; ſi pertinaces fuerint, mandatur ut perpetuò beneficijs ſpolientur, atq; excommunicentur, ut bene comprobat *Suar. d. diſp. 31. ſect. 4. nu. 10. Vicentius Filliucius tom. 1. quæſtion. moral. tractatione 17. cap. 7. nu. 124. Sayrus de cenſuris, lib. 4. cap. 15. nu. 24.* ad finem. *Bonacina de matrimonio, q. 4. punct. 14. nu. 19. Zerola*, verbo, *Concubinarij. Salzedo cap. 79. num. 2.* & 3.

6 Dubitari poteſt, an clericus qui deceſſit in concubinatu, ſit in eccleſiaſtica ſepultura ſepeliendus? *Turrecremata in præſenti, concluſione 2.* ait, clericum notoriè concubinarium viventem, & ſic perſeverantem uſq; ad mortem ſine pœnitentia, non eſſe cum alijs fidelibus ſepeliendum ex *textu in cap. Quæſitum, cap. Quibus, 13. q. 2. cap. Placuit.* in fine. 23. q. 5. ſequitur *Navarr. in Manuali. cap. 25. nu. 80.* Mirum in modum commendans ſententiam Turrecrematæ; eamq; dicit eſſe tanto authore dignam, notans contra eos, qui cum ſupremum vitæ diem agunt concubinarij, candellam tenendam concubinę tradunt; proſequitur eleganter *Comitolus lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 58.*

7 Ibi, **Deinde ut decima.** Certum eſt dari præceptum divinum de decimis, prout eſt de congrua ſuſtentatione miniſtrorum legis gratiæ, *1. Corinth. 9. nu. 21. 1. Timoth. 5. nu. 18.* & ecclesiaſticũ de quota *16. q. 1.* & toto *tit. de decimis, Trident. ſeſſ. 25. cap. 12.* Certum etiam eſt dari præceptum de primitijs, ut videtur colligi *cap. Decimam, 1. de decimis*, & *cap. Revertimini, 16. q. 1.* quãvis conſuetudine paſſim ſit abolitum. Quærunt tamen Doctores: Vtrum præter hæc duo præcepta decimarum, & primitiarum detur etiam præceptum de ſolvendis oblationibus, prout oblationes diſtinguuntur à decimis, & primitijs? Affirmant *Gloſſa in cap. Statuimus, 16. q. 1.* & *cap. Omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſt. 1. Hoſtienſ. rubrica de parochijs*, & *in ſumma, tit. de parochijs, Lapus conſil. 58. nu. 1.* & 7. colligitur ex *S. Ambroſ. ſerm. 58. de Aſcenſ.* ubi inter opera boni Chriſtiani ponit, *Quod quando ad Eccleſiam venit, oblationem, quæ altari debetur exhibet.* Item ex *Clement. Rom. lib. 4. Conſt. cap. 7.* ubi ait. *Oblationes populi fieri advictum ſacerdotum.* Similis ratio, & neceſſitas ſupponitur *cap. De his*, & *cap. Antiquos, 10. q. 1. Concilio Aurelianenſi, cap. 16.* & 17.

Verius eſt oblationes non deberi ex præ- 8
cepto, cum id in ſacris Canonibus nuſquam appareat imò *Concil. Cabilonenſi*, habito ſub Carolo Magno, *cap. 6.* clarè ſupponitur, oblationes eſſe ſpontaneas. Ita tenent communiter doctores apud *Azor. part. 1. lib. 7. cap. 7. q. 11. Leſſ. lib. 2. cap. 39. dubio 6. nu. 34. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 1. cap. 5. nn. 2.*

Cæterum non deberi oblationes ex aliquo 9
præcepto non impedit quominus debeantur uno ex 4. titulis, quos numerat *D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1.* Primus eſt cum debentur per modum cenſus, penſionis, aut conventionis antea factæ cum Eccleſia. Secundus cum debentur ex teſtamento, legato, donatione, voto, &c. Tertius, quando miniſtri Eccleſiæ non habent congruam ſuſtentationem. Quartus cum alicubi oblationes conſuetudine ſunt introductæ. Lege *Azor.* & *Suar.* ubi proximè.

Circa tertium titulum, ideſt, cum miniſtri 10
Eccleſiæ non habent congruam ſuſtẽtationem (de quo *Panormit. Anchar.* & alij, *in rubrica de parochijs*, Sũmiſtæ, & plures alij apud *Covar. lib. 1. variar. cap. 13. Gutierr. Canonicarum quæſt. cap. 21. nu. 139. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 19. part. 1. Soto lib. 9. de juſtitia, q. 3. art. 1.*) tres apponit limitationes, *Suar.* citatus. Primam, *nu. 6.* ubi ait tunc non diſtingui hanc obligationem, ab eâ, qua tenentur fideles ſuſtentare miniſtros Eccleſiæ, ſivè hæc ſuſtentatio fiat per decimas, ſive per contributiones, ſive per oblationes. Secundam, hanc obligationem eſſe quando neceſſitas miniſtrorum orietur ex eo, quod parochiani non ſolverent decimas ſufficientes ad ſuſtẽtationem, nam ſi ſolverent; non daretur talis obligatio, ità *nu. 7.* & *nn. 8.* rationem optimam aſſignat. Tertiam, non currere hanc obligationem

nem parochianis quando adeo pauperes, & tenues sunt, ut non possint conferre ad congruam parochi sustentationem, quod benè advertunt *Hostiens. in summa, tit. de paroch. Sylvester*, verbo, *Decima, quæst.* 2. citans *Glossam Innocent.* & *Raymundum.* ita *Suar, nu.* 9. Quas verò sustentationi parochi providere tunc debeant, docet ibi bene *Suar.*

11 Circa quartum titulum obligationis ex consuetudine, videri possunt *D. Thom.* 2. 2. *q.* 86. *art.* 1. ubi *Caietan. Aragon.* & alij. *Maior. in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. *conclus.* 2. scribentes ad *caput Suam*, & *caput Ad audientiam, de simonia*, ubi *Panormit. Hostiens.* & alij. *Sylvester*, verbo, *Decima*, & ibi Summistæ. *Covar.* 1. *variarum, cap.* 13. *nn.* 3. *Gutierr. Canonic. quæst. cap.* 21. *nu.* 140. *Azor. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 30. *quæst.* 12. *Less. lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 6. *nu.* 34. *Suar. tom.* 1. *de Religion. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 12. Vbi omnes aiunt, hanc consuetudinem, licet à principio voluntariam, & minime obligatoriam, sensim posse habere vim legis, & obligare, quia accepta est, & præscripta ut obligatoria, ad quam præscriptionem sufficere decennij tempus, probat optimè *Lessius*, ubi proximè, *num.* 39. & *Suar. num.* 21.

12 Ibi, Reddantur à laicis. Intellige cũ debitæ fuerint oblationes ex aliquo ex supra dictis 4. titulis. Prohibetur tamen iniqua exactio talium oblationum, *cap. Cum Ecclesia*, & *cap. Suam, de simonia*, damnata qualicunq; consuetudine, quæ ibi corruptella appellatur: ut esset si parochiani cogerentur à privatis parochis, non ab Episcopo, ut cavetur *cap. Ad Apostolicam, de simonia.* Item si negarentur Sacramenta, vel spiritualia officia, nisi oblationes primum solverẽtur, vel daretur cautio, aut aliquid simile, quod videtur habere speciem simoniæ. Lege *Suar. tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *de cultu divino, cap.* 5. *nu.* 22.

13 Quid si laici oblationes huiusmodi non solvant, incurrent nè aliquam pœnam, quæ jure constituta sit? Respondeo aliqua esse jura, quæ huiusmodi oblationes non solventibus, imponunt pœnam excõmunicationis, ut sunt *cap. Qui oblationes*, 1. & 2. & *cap. Clerici*, 13. *q.* 1. excommunicationem tamen hanc non esse ipso jure notat ibi *Glossa*, quam sequuntur *Azor. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *q.* 16. *Suar. d. cap.* 5. *num.* 25. Vbi addit solum *cap. Ad Apostolicam*, dici, cogendos esse coactione prudenti, & ab Episcopo adhibenda. Vide etiam *Trid. sess.* 22. *de reform. cap.* 11. & excommunicationem Bullæ Cœnæ, quæ est *in* 17. At si roges de consuetudine faciendi oblationes in missa, sit ne valida, & in præceptõ? Consule *Marcum Antonium Genuinsem practicabilium Ecclesiasticorum, q.* 676. ubi resolvit, & laudabilem esse consuetudinem, & superiorem posse cõpellere ad eam servãdam; iuxta *cap. Ad Apostolicam, de simonia.* Vnde primo infert æque bene præstari partem convivij nuptialis curato, qui matrimoniũ celebravit. Secundo posse presbyteros, diaconos, & subdiaconos interesse convivijs nuptiarũ, non obstante *cap. Presbyter, dist.* 34. cessante causa (ut ibi advertit *Archid.*) prohibitionis, quia præsentia parochi devotionem, & honestatem præferet. Tertio valere consuetudinem, quod parochus vendat panem benedicendum parochianis; ex *Bertrand. cons.* 64. *p.* 2. dummodo non sit scandalum. Plura circa oblationes erunt in *cap. Oblationes*, infra, *dist.* 90.

In §. Verum, post principium, ibi, Vtendum ordinationibus. 14

Notat *Covar. in cap. Alma mater*, 1 *p.* §. 6. *nu.* 6. & per illum tenet, quòd licet Sacramentum ordinis ab excõmunicato collatum imprimat characterem, tamen sic ordinatũ non habere ordinis executionem, donec subsequatur dispensatio, sive ignorans, sive sciens ordines susceperit, & hanc esse omnium concordem sententiam asseverat ex *cap.* 1. ubi *Glossa*, verbo, *irritas, cap.* 2. *de schismaticis*, latè *Suar. de censuris, disp.* 31. *sect.* 1. *nu.* 62. & 63. quis possit dispensare in hac suspensione, vide eundem *Covar.* & *Suar.* supra citatis locis.

In Glossa, verbo, Duci. Vult Gloss. Sũmũ Pontificem posse laicis cõmittere jurisdictionem spiritualem, ita ut ipsi laici, non tantum civiles, & criminales, verum etiam spirituales causas ex Papæ commissione tractare, ac definire valeant; Glossa similis in *cap.* 2. verbo, *non præsumant. de judicijs*, ubi *Alb.* & *Dec. nu.* 6. *Glossa in cap. Benequidem*, verbo, *præter*, 96. *dist.* quam dicit celebrem *Navarr. cons.* 1. *de sentent. excõmunic. edit.* 2. & *in Manual. cap.* 27. *nu* 6. in principio, *de pœnitentia, dist.* 7. *nu.* 83. post alios *Covar. in cap. Alma*, 1. *p.* §. 11. *nu.* 3. *Hemiq. lib.* 13. *de excõmunicat. cap.* 24. in principio, *littera B. Glossa notabilis*, verbo, *vel personis, in Extravag.* 2. *Ioannis* 22. *tit. de elect.* & passim alij, secundum quos licèt ea, quæ sunt annexa ordinibus ecclesiasticis lege divina, non possint per Sũmum Põtificem laicis cõmitti, secundum cõmunem, in *cap. Quamo, de consuetudine*, ea tamen, quæ sunt jurisdictionis fori exterioris, cujusmodi est potestas judicandi causas spirituales, excõmunicandi, & absolvendi ab excõmunicatione, seu beneficia conferendi per eundem Sũmum Pontificem laicis cõmittuntur. 15

Probatur hæc doctrina quia, & si laici, quatenus tales sunt, propria authoritate, & jure suo, per legem divinam prohibiti sint, vel ut communiter dicunt Doctores, incapaces existant, potestatis, & jurisdictionis ecclesiasticæ, quam Christus Dominus Petro, & successoribus concessit, ut ab ijsdem, in alios, inferiores 16

ſeriores Eccleſiæ Prælatos dimanaret: nulla tamen reperitur lex divina, vel naturalis, quæ prohibeat eius modi poteſtatem delegari laicis, ac per eos, ex delegatione exerceri; ſiquidem dum ex commiſſione Papæ laici illam exercent, non tanquam laici, nec jure ſuo præſumentes, ſed tanquam eccleſiaſtici, authoritate, & jure Pontificis delegantis faciunt, juxta *l. 1. §. Qui mandata, ff. de officio eius.* Papa enim committens ſicut per ſe, ita per laicum eccleſiaſticam juriſdictionem exercere dicitur, nulla divina lege prohibente, quantumcumq; regulæ juris humani, refragari videantur; ſuper quibus Summus Pontifex jure diſpenſat, argumento *cap. Propoſuit, de conceſſione prebenda.*

17 **In Gloſſa, verbo, Sed agētibus.** Diſputat Gloſſa, quæ Sacramenta à præciſis nominatim, & hæreticis ſumi poſſunt in extrema neceſſitate; de quo vide *Navarr. in Manuali, cap. 22. nu. 4. cap. 26. nu. 26. Suarium tom. 1. de Sacrament. diſp. 18. ſect. 1. & diſput. 72. ſect. 4.* poſt multos *Sayrus de Sacramentis, lib. 2. cap. 8. quæſt. 2. art. 1. art. 2. & 3. Graſſ. in aureis deciſ. lib. 1. cap. 26. num. 2.* ubi Gloſſæ meminit, & eam dicit communiter receptam.

CAP. Si quis eorum. VII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminêre.*
2 *Subdiaconis an tempore Apoſtolorum eſſet licitum matrimonium contrahere? & num. 3. & ſeqq.*

1 **IN textu.** Cuius meminere, & eius materiam proſequuntur *Covar. de ſponſalib. 2. part. cap 6. §. 3. nu. 1.* in principio. *Sotus in 4. diſt. 38. quæſt. 1. art. 2. concluſ. 4.* verſ. *Pluribus? Sylveſter,* verbo, *matrimonium, 8. §. 12. quæritur in ſexto dicto. Vaſquez. de ordine, diſp. 249. cap. 4. num. 32. Salazdo ad Bernardum de oratione, cap. 80. additione 1. Petrus Creſpetius in ſumma catholicæ fidei,* verbo, *ſubdiatus, fol. 165. Azored. lib. 8. nova recopilat. tit. 19. l. 1. nu. 30.* & ſequentibus.

2 **In Gloſſa in fine.** Docet Gloſſa à tempore Apoſtolorum nunquam fuiſſe licitum ſubdiaconis matrimonium contrahere, ſed contra Gloſſam ſcripſerunt multi, qui exiſtimarunt multo tempore ſubdiaconis eſſe permiſſum matrimonium, poſtquam prohibitum fuit diaconis, & presbyteris; & quidem *Abbas in cap. à multis, de ætate, & qualitate, notabili. 2.* expreſſe probat, ordinem à principio non fuiſſe ſacrum, cœpiſſe autem ſacrum eſſe, quo tempore, votum continentiæ habuit annexum, ſed non exprimit à quo tempore cœpit illud votum ſubdiaconis indici. *Turrecremat. in cap. Nullus, 1. 28. diſt.* & in principio 31. *diſtinct.* exiſtimat, à tempore Apoſtolorum non eſſe præceptam continentiam ſubdiaconis, ſed à tempore Gregorij primi, cui Pontifici idem tribuit *Henriquez lib.* 1 1
10. de ordinis Sacramento, cap. 14. §. 7. Quinimo ante tempus Gregorij primi, id iam præceptum eſſe dicit *Bellarmin. de monachis, lib. 2. in cap. 34.* ad finem, & à tempore Sylveſtri id indultum fuiſſe in Concilio Romano, tenet *Henriquez lib. 10. de ordine, cap. 2. §. 2. littera L.* de quo etiam agit *Vaſquez de ordine, diſput. 237. cap. 2. à num. 12.* & *diſput. 238. cap. 6. nu. 57.* & ſeqq. & *diſput. 240. cap. 3.*

Pro quibus facit, quòd votum continentiæ eſt annexum ſolis ordinibus ſacris, planè in primitiva Eccleſia hic ordo ſubdiaconatus 3
facer non fuit, *cap. Nullus, 60. diſtinct. cap. à multis, de ætate, & qualitate, cap. Miramur, de ſervis non ordinandis,* verſ. *De ſubdiaconali,* & ſic à Corepiſcopis potuit conferri, ut per *Bellarmin. 2. tom. lib. de ordine, cap. 7.* Quinimo urget, quod tunc 1 1
cœpit dici ſacrum, quando habuit votum continentiæ, ut fatentur omnes; ſed Innocentius Pontifex in *cap. Miramur, de ſervis non ordinandis,* inquit, à Gregorio cœpiſſe dici ſacrum; ergo ab illo cœpit habere votum continentiæ.

Verum opinio Gloſſæ licèt ab omnibus 4
deſerta, mihi non diſplicet, & probatur primo ex Canone Apoſtolorum 25. qui ſolum excipit à generali prohibitione matrimonium contrahendi, lectores, & cantores. Probatur ſecundo ex antiquiſſimo Calixti decreto, *in cap. Presbyteris, 27. diſtinct.* ubi etiam ſubdiaconis interdicitur matrimonium futurum, quæ duo decreta ſunt antiquiora in hac materia, ut conſtat ex *Covar. 2. part. de ſponſalibus,* 2 1
cap. 6. §. 3. in principio. *Soto in 4. diſt. 38. q. 1. art. 10. col. 3. §. Quare profecto.*

Probatur tertio ex epiſtola Syricij (qui 5
floruit anno 388.) de qua in *cap. Plurimos, 82. diſt.* ubi loquitur de ſacerdotibus, & levitis, quorum nomine continetur ſubdiaconus, ut patet ex multis iuribus mentionem facientibus de ſacerdotibus, diaconis, & levitis; idem probatur ex Concilio Carthaginenſi 2. *in cap. Ea in præterito, 84. diſt.* ibi. *Sacerdotibus, nec non & levitis,* & ibi. *Presbyteri, & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant.* Idem etiam probat Concil. Eliberitanum ante tempora Syricij, quod refert *Bellarmin. de clericis, lib. 1. cap. 19. col. 3.* verſ. *Ecclesia Hiſpani,* ſpeciatim de ſubdiaconis verba faciens, & denique ex antiquiſſimis Conciliis Pontificum, & Sanctorum Patrum authoritatibus, quæ longo ordine recenſet idem *Bellarm.*

dicto

dicto cap. 16. in quibus promiſcue de presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis loquitur, vel expreſſè, vel generaliter, ut exponit *Gloſſa*, verbo, *mentio*, in *cap. Miramur, de ſervis non ordinandis.*

6 Nec obſtat ſuperpoſita difficultas; ſolvitur enim ſi advertas, ſubdiaconatum non fuiſſe ſacrum in primitiva Eccleſia, ut inquit *Abbas*, & alij, in *dict. cap. à multis, de ætate, & qualitate*, per textum, ibi, & in *dict. cap. Miramur, de ſervis non ordinandis*: ideo autem ſacer non erat, non ex eo, quia non habebat votum continẽtiæ, ſed quia non contingebat proxime res ſacras: ordines enim illi per excellentiam ſacri dicuntur, qui proxime ſacra tangunt, ut poſt *D. Thom. in additionibus ad 3 part. quæſt.* 37. *art.* 3. tradit *Bellarmin. tom.* 2. *lib. de Sacramento ordinis, cap.* 7. verſ. *Reſpondeo.* Cum igitur in principio Eccleſiæ ſubdiaconis non liceret ſacra vaſa tangere, ut ex *cap. Nullus*, 24. *diſtinct.* ex *Concilio Laodiceno, cap.* 21. refert *Bellarmin.* ubi proxime, ideo ſacer non dicebatur, poſtquam vero (ut conſtat ex *cap. Non liceat, diſt* 23.) cœperunt vaſa ſacra tangere, ſacer ordo cœpit nuncupari, quod poſtea Vrbanus in *cap. Nullus*, 60. *diſtinct.* magis confirmavit, dum licentiam conceſſit eligendi ſubdiaconum in Epiſcopum; advertit *Bellarmin.* ubi proximè, verſ. *Olim.*

7 Vel etiam forſan poterit reſponderi ſubdiaconatum ſemper ordinem fuiſſe ſacrum; nec obſtabit *cap. Miramur*, ubi dicitur, à conſtitutione Gregorij, & Vrbani ſacrum ordinem eſſe ſubdiaconatum; reſpondetur enim Pontificem ibi non dixiſſe à tempore Gregorij, & Vrbani cœpiſſe illum ordinem eſſe ſacrum; ſed cœpiſſe nõn dubitari eſſe ſacrum, licèt enim antea ſacer eſſet; tamen cum Vrbanus ſtatuerit illum poſſe eligi in epiſcopum, & Gregorius extirpaverit à Sicilia abuſum contrahendi matrimonium in ſubdiaconatu, in *cap.* 1. *ſupra diſt.* 31. his duobus beneficijs hic ordo condecoratus cœpit ab omnibus haberi pro ſacro, ut antea in rei veritate erat, intendit *Gloſſa Marginalis, in dict. cap. Miramur*, ſanctus *Sylveſter*, verbo, *Matrimonium*, 8. §. 12. *in ſexto dicto*, verſ. *Secundo*, ubi docet conſtitutos in ſacris non poſſe contrahere matrimonium, citatq; noſtrum textum de ſubdiaconatu loquentem, *Turrecremat. in cap. Si ſubdiaconus*, ad fin. *infra diſtinct.* 34.

CAP. Lectores. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe quando celebratum?*

2 *Lectores an poſſint uxores ducere? & num.* 3.

IN ſuperſcriptione, ibi, Concilio Carthaginenſi 3. Celebratum Kalẽd. Septẽbris anno Domini 397. in ſecretario Baſilicæ reſtitutæ, ſic dictæ, quòd à Donatiſtis diù poſſeſſa, à catholicis Imperatoribus reſtituta fuerat loco ſolito, in quo alia quoq; nonnulla Carthaginenſia Concilia acta eſſe leguntur, tempore Syricij Pontificis, Arcadio, & Honorio imperantibus; de quo agit latè *Baronius tom.* 5. *annalium, anno Chriſti* 397. poſt med. verſ. *Eiſdem huius anni Conſulibus*, adde poſita ad *cap. Illud, nu.* 1. *ſupra diſt.* 23. 1

In textu. Collige ex illo teneri lectores, aut uxorem ducere, aut continentiam profiteri, contra ea, quæ reſolviſti in *cap. Si qui vero, nu.* 1. & 2. *ſupra hac eadem diſtinct.* unde textum noſtrum conſtituiſſe, ut lectores non contraherent ſine licentia Epiſcopi, & eſſe iam abrogatum, inquit *Henriquez. dict. lib.* 10. *de ordinis Sacramento, cap.* 2. §. 2. *littera L.* ſed non quadrat litteræ, unde melius *Turrecremata*, verbo illud *Cogantur*, interpretatur, hoc eſt, *Moneantur*, quæ interpretatio magis placet, nè aliàs dicamus cogendum aliquem ab Eccleſia, vel ad matrimonium, vel ad votum continentiæ; coactio igitur hæc de monitione, & ſuaſione eſt intelligenda. 2

Sed facilius ſolves, ſi advertas ad vetuſtos Codices, qui ſic habent: *Vt lectores uſq; ad annos pubertatis legant, deinceps autem niſi uxores. cuſtodita pudicitia, duxerint, aut continentiam profeſſi fuerint, legere non ſinantur*, quæ verba habentur in collectione Conciliorum per *Laurentium Surium, tom.* 1. fol. mihi 305. quam obſervat *Vaſquez. de ordine, diſp.* 246. *cap.* 4. *nu.* 30. *Severinus Binius in noviſſima collectione Conciliorum, tom.* 1. *part.* 1. *fol.* 375. 3

CAP. Subdiaconus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconi continentiam ſervare tenentur.*
2 *Epiſcopi tenentur facere obſervari Canones.*
3 *Dictio*, Aut, *quam ſignificationẽ habeat? & num. 4. & 5.*

1 IN textu. Notabis ex textu ſubdiaconos continentiam ſervare oportere, de quo vide poſita in *cap. 1. nu. 3.* & in *cap. Epiſcopus, nu. 1. ſupra diſt. 31.* & *in cap. Multorum, nu. 1. hac eadem diſt.* Adde *Victoriam de Sacramento matrimonij, ex nu. 308. Rojas de hæreticis, 1 p. ex nu. 550. Petrum Moſium de contractibus, tit. de matrimonio, §. Qui poſſint contrahere matrimonium, vel non, nu. 19. Nivizanſium in Sylva nuptiali, lib. 1. ex nu. 134.*

2 Ibi, Sinas corrumpi. Ergo Epiſcopi tenentur facere obſervari Canones, & præcepta Sũmorum Pontificum, facit textus in *Clement. 1.* ibi. *Per Epiſcopos ad quos horum ſpectat correctio*; *de officio judicis ordinarij*, & notat *Turrecremat. in præſenti. Præpoſitus nu. 2.*

3 In textu, ibi, Aut. Quæ dictio eſt adverſativa, & ponitur inter diverſa, *l. Item ſi ſuſpectus*, cũ quatuor ſequentibus, *ff. de procuratoribus, l. Aut facta, ff. de pœnis. Bart. in l. Si is, qui ducenta, §. Verum, ff. de rebus dubijs.* Vnde deſiungit verbum, atq; effectum, & ad verificationem ſufficit alteram partem eſſe veram. *Clement. 1. ad fin.* & ibi *Gloſ.* verbo, *Aut, de conceſſione prabendæ, l. Plerumq;, §. fin. de jure dotium.* Quod procedit ſive diſpoſitio ſit affirmativa, ſive negativa, ut poſt *Dinum*, tenet *Felin. in cap. Inter cæteras, nu. 16. de reſcriptis*, ubi *Decius nu. 9. Gloſſa*, verbo, *forma, in cap. Cum plures, de officio delegati, lib. 6.* plures cumulat *Cened. ſingulari 5. nu. 2.* & *3.*

4 Notabis tamen, quòd aliquando dictio, *Aut*, accipitur copulativè, ſeu coniunctivè, & requirit concurſum utriuſq; ut in *cap. Omnibus vobis, 2. q. 4.* ubi *Gloſſa*, verbo, *Aut*, textus iuncta *Gloſſa*, verbo, *Aut calumniæ, in cap. 2. de confeſſis, lib. 6. l. Quintus, §. Plane*, ubi *Gloſſa*, verbo, *quæ uxoris, ff. de auro, & argento legato, l. 2. Cod. obſeq. patr. præſtand.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *aut*, allegat alia ſimilia iura; textus in *l. Cum quidam*, ubi *Iaſon. nu. 1. Cod. de verborum ſignificatione*, plura adducit *Cened. d. ſingulari 5. nu. 7.*

5 An, & quando iſta dictio, *Aut*, ſummi debeat alternativè, & diſjunctivè, an verò quãdo accipi debeat copulativè, & conjunctivè? Vide eundem *Cened. ex num. 8.* qui per plures concluſiones latiſſimè materiam proſequitur.

CAP. Eos, qui. X.

SVMMARIVM.

1 *Vrbanus ſecundus quis fuerit?*
2 *Papa an poſſit ſtatuere, ut laicus cõmittens aliquod crimen, fiat ſervus?*
3 *Vxores clericorum, & filij efficiuntur Eccleſiæ ſervi?*
4 *Vxor clerici an ſortiatur Eccleſiæ forũ? & nu. 5.*
6 *Concubinæ clericorum an poſſint indicari in foro ſæculari? & nu. 7.*
8 *Familia clericorum an ſit conveniendа in foro eccleſiaſtico? & num. 9. & 10.*
11 *Famuli Epiſcoporum an iudicentur à judice ſæculari?*

1 IBi, Vrbanus ſecundus. Otho antea vocatus, monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Oſtienſis, creatur Pontifex anno Domini 1088. Vir doctrina, & ſanctitate vitæ, dignus tanto magiſtratu: moritur 4. Kalend. Auguſti, anno Domini 1099. cum ſediſſet annos undecim, menſes quatuor, dies decem et octo. Sed non te prætereat, quod ad triumphum pertinet Vrbani Papæ, nimirum eodem tempore contigiſſe capi Hieroſolimam ab exercitu chriſtiano ſub Godofredo Duce, cuius ſanctæ expeditionis idem Vrbanus promotor fuit; Ciſtercienſem ordinem 1. in Burgundia excitatum, ſua authoritate Vrbanus confirmavit. Sunt etiam qui ſcribant Carthuſienſes religioſos, huius Pontificis tempore originem habuiſſe, vide *Platinam in eodem Vrbano ſecundo*, latiſſimè *Baronium tom. 11. annal. anno Chriſti 1088.* uſq; ad *annum 1099.*

2 In textu, ibi, Mancipent ſervituti. Collige ex Gloſſa Papam poſſe ſtatuere, ut laicus committens aliquod crimen, fiat ſervus; docet Gloſſa in *cap. Ita quorundam*, verbo, *privatione, de Iudais, & Sarracenis*, quam latè exornat *Navarr.* ibidem, *notabil. 11. in Gloſſa 5.* & *in Gloſſa penult. n. 15.* addens aliquam

aliquam ſervitutem inductam eſſe jure Pontificio, juxta *Gloſſam*, verbo, *ſervos, in d. cap. Ita quorundã*, qualis etiam eſt ea, de qua *cap. de Raptoribus, 36. q. 1.* ubi raptor, qui puellæ violentiam intulit ſit ſervus raptæ, niſi ſe redimat: Quod ſi illa conſenſerit, & patrem habeat, raptor patri ad ſimilem ſatisfactionem tenetur, eſtimandam judicio boni viri.

3 In Gloſſa, verbo, Eos, ibi, Filij rediguntur in ſervitutem. Docet Gloſſa non ſolùm uxores clericorum, ſi de facto contrahant, ſed etiam filios, ſtatim cum naſcuntur eſſici ſervos, & mancipia Eccleſiæ; cuius pater eſt ſacerdos, idem notat *Romanus ſingulari 526.* incipit. *Dic quòd filij. Abbas in cap. Si quiſquam, nu. 5. de cohabitatione clericorum. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 3. l. 2. pag. 151. Rojas de ſucceſſionibus, cap. 27, ex nu. 17. Covar. in 4. 2. p. cap. 8. §. 5. uu. 19. Decianus tractat. crimin. lib. 6. cap. 21. nu. 38. Navarr. in cap. Ita quorundam, notabil. 11. in Gloſſa penult. nu. 16. de Iudæis, & Sarracenis*, cum quibus limitabis, & ampliabis, vide *cap. Cum multa*, infra, *15. quæſt. 8.* & adde de hac ipſa materia, quæ notantur per *S. Antonin. part. 3. tit. 3. cap. 6. §. 3. Michaelem Salon tract. de dominio, quæſt. 3. art. 1. poſt concluſionem 4. Molin. de juſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. Sayrum in clavi, lib. 9. cap. 1. nu. 14. Leſſium lib. 2. de juſt. cap. 3. dub. 4. nu. 14. edit. 3.* ubi omnes noſtri textus meminere.

4 In eadem Gloſſa ad finem, ibi, De foro Eccleſiæ. Tenet Gloſſa uxorem clerici, eſſe de foro Eccleſiæ, ſortiri conditionem ex perſona mariti, *l. Cum quadam, ff. de jurisdictione omnium judicum*, ſive ſint clerici in minoribus coniugati, juxta *cap. Vnic. de clericis coniugatis, lib. 6.* ſive de licentia uxorum ſacros ordines ſuſcipiant juxta *cap. Coniugatus, de converſione coniugatorum*, ſive religionem profiteantur, juxta *cap. 1. eodem tit.* ſive ſint uxores ſacerdotum Græcorum; quam ſequitur *Perez lib. 1. ordinamenti, tit. 3. l. 1. §. Vxor*, etiam *Gloſſa* ſimilis in *cap. Clericum, 3.* verbo, *clericum, 11. quæſt. 1. Tiraq. l. 19. Connubialium, Gloſſa 2. num. 53.* & *54. Abb. in cap. 2. nu. 7.* & *Imol. nu. 3. de foro compet. Barboſ. tom. 2. de ſolato matrimonio, in l. Quia tale, nu. 26. textus in l. 2. §. Ad parangariam, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, latè *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu 1. nu. 155. Decianus tractatu crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 53.* & ſeqq.

5 Vnde infertur uxorem clerici, quæ homicidium commiſit, debere conveniri coram Epiſcopo, non autem coram judice ſæculari; quod in facti contingentia fuiſſe Salmanticæ practicatum, tradit *Perez dict. lib. 1. ordinamenti, tit. 3. l. 1. §. Ex quibus, fol. 58.* Probatur ex ratione ſupradicta, quia uxor clerici conjugati incedentis in habitu, & tonſura gaudet privilegio fori in criminalibus, ut probant ſupra citati Doctores, ultra illos *Socin. in cap. 1. col. 10. de foro compet. Montalvus in l. 32.* verbo, *La tercera, tit. 2. part. 3.* & eſt communis ſecundum *Gregor. Lopez in d. l. 32.* verbo, *De caſamiento. Avilez. ad leges Prætorum in proœmio, Gloſſa 2. num. 28.* comprobat latè *Carolus de Graſſis dict. effectu 1. nu. 156.* & ſequentib.

In eadem Gloſſa ad finem, 6
ibi, Quia delinquit in perſona Eccleſiæ. Collige ex Gloſſa concubinas clericorum in foro ſæculari judicari non poſſe, quinimo nec valere ſtatuta ſæcularia, quæ in ipſas, pœnas decernunt, ſic enim placuit *Abbati in cap. Cum ſit generale, nu. 25. de foro compet. ubi addunt, littera A.* ſequitur *Laſon. in l. penult.* in principio, *nu. 17. ff. de juriſdictione omnium judicum. Palatius in repetitione Rubricæ, §. 39. nu. 7.* in principio. Multi quos refert *Avilez. ad leges Prætorum, cap. 47.* verbo, *O clerigo, nu. 1.* Nam ratione huius delicti efficitur concubina de foro eccleſiaſtico, & ad eccleſiaſticum judicem eſt remittenda, ut teſtatur vidiſſe practicatã *Socinus in l. Cum ſenatus, 21.* in fine, *ff. de rebus dubijs*, poſt alios *Martæ de juriſdictione, part. 4. caſu 44. num. 7.* & ſeqq. *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu 1. num. 181.*

Quæ ſententia indiſtincte vera non appa- 7
ret, præterquam quod adverſatur legibus Galliæ, Hiſpaniæ *part. 1. tit. 6. l. 43.* & *lib. 1. tit. 3. l. 21.* & *23.* novi Ordinamenti, & Luſitaniæ *lib. 2. tit. 9.* ubi de caſibus mixti fori, & *lib. 5. tit. 30.* in huiuſmodi concubinas pœnas ſtatuentibus, non eſt neganda ſæcularibus poteſtas puniendi temporale crimen à ſæculari perſona commiſſum. Vnde probabilior eſt aliorum diſtinctio, qui affirmant publicas clericorum concubinas à ſæcularibus poſſe judicari, occultas autem non poſſe, ne hac occaſione eccleſiaſticæ perſonæ in foro ſæculari infamentur; ut poſt alios probat *Anania ad rubric. de adulterijs, num. 4. Anchbarranus conſ. 196. nu. 5. Felinus in d. cap. Cum ſit generale, nu. 14.* & *in cap. Eccleſia, nu. 102. de conſtitutionibus, Boerius deciſ. 72. nu. 7. Avilez d. cap. 47. Perez lib. 1. Ordinamenti. tit. 13. l. 21.* verbo, *Mancebas. Clarus in practica, q. 37. nu. 4. Deciani tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 56.* & *lib. 9. cap. 21. num. 37.* quam diſtinctionem videtur ſentire, *Ord. noſtra d. tit. 30.* in principio, ibi. *Teuda, & manteuda notoriamente, d. l. 21. lib. 1. tit. 3. Ordinamenti*, ibi. *Teniendo mancebas conocidamente*, ubi *Perez* explicat quæ dicatur concubina notoria. Pro tota hac materia concubinarum, maximè clericorum, conſule *Barboſ. in remiſſionibus*

ad ordinationem Luſitanam, lib. 2. tit. 9. num. 2. & 3. & lib. 5. tit. 30. num. 1. 2. 3. ubi plures refert, & *Thom. Valleſc. allegat. 39. per totam.*

8 In eadem gloſſa, ibi, Familia Sacerdotis. Dicit gloſſa familiam, & ſervos clericorum eſſe conveniendos coram iudice eccleſiaſtico, gloſſa ſimilis, in *cap. 3. 11. q. 1. verbo, Clericum, verſiculo, Idem dicq,* & in *cap. eccleſiorum, 69.* per text. ibi. *12. q. 2. Bald. in l. 2. num. 4. Cod. de Epiſcopis & Clericis, Marianus Socinus in cap. 1. num. 18. de foro compet. Matheſina de ordine iudiciali. 4. p. diſt. 111. num. 4. Cavalcanus conſ. 71. num. 3.* ubi firmat hanc eſſe communem opinionem, refert alios *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus, effectu 1. num. 146. Maria de iuriſdictione p. 4. caſu 111. num. 1. & 6. Decianus tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 47.* ubi dicit magis communem; facit text. in *l. 2. C. de Epiſcop. & clericis, cap. magne, ad finem, de voto, ibi Pro te & familia tua, cap. nemilium. 3. l. de privilegijs, lib. 6.*

9 Contrariam tamen opinionem tenuit *Capicius. deciſ. 12. nu. 2. in fine,* aſſerens hanc eſſe cõmunem opinionem, ubi *Proſperus Petra in additionibus, littera B. Clarus in practica, §. final. q. 35. verſ. Quæro nunquid familiares, num. 18. Farinac. in praxi criminali, q. 8. num. 46.* in principio, *Segiſmundus Schaccia in tractatu de iudicijs, lib. 1. cap. 11. num. 22.* inſinuat *Covar. practicarum, cap. 35. num. 2. verſ. Quinto non video,* refert alios *Carolus de Graſſis, de effectibus clericatus, effectu 1. num. 147. & 148. Gutierr. practicar. lib. 1. q. 4. num. 2.* tradit iudicatum *Theſaurus, deciſ. Pedamont. 22 n. 4. verſ. Verum,* plures citat *Menoch. de arbitrar. centuria 6. caſu 562. num. 4.*

10 Ego nunquam diſcederem à diſtinctione per multos approbata, ſcilicet aut famuli, ſervi, & coloni ſunt perpetuò clericis, & eccleſijs obligati, & tunc procedit prima opinio, ut ſcilicet potiantur privilegio fori; aut famulus, ſervus, & colonus eſt tantum ad tempus, annua, vel menſtrua mercede conductus, & tunc fori privilegio non gaudet; ita in effectu *gloſſa in cap. indicatum, verbo, inter eos, 89. diſt. Auſterius in tractatu de poteſtate iudicis ſecularis, regul. 2. num. 36.* ubi dicit, quòd hæc eſt tutior opinio, & de facto ſervatur; *Theſaurus deciſ. 22. num. 5. Menoch. de arbitrar. centuria 6. caſu 562. numer. 3.* ubi dicit, quód hæc eſt omnium recepta ſententia, & *num. 21.* ſequitur alios *Carolus de Graſſis, de effectibus clericatus, dicto effectu 1. num. 149. Decianus tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 57. & 58. Gratianus deciſ. Rotæ, 133. num. 3. & 4.* vide quæ colligit *Barboſa ad ordinat. Luſitan. lib. 2. tit. 25. in principio.*

11 Notabis tamen famulos Epiſcoporum, etiã ſi ſæculares ſint, nullatenus poſſe à ſæculari iudice iudicari, tàm in civili, quàm in criminali, per textum, in *cap. ult. §. petijt,* ubi communiter Doctores, de officio Archidiaconi; & eſt cõmunis opinio, de qua teſtatur *Capicius, deciſ. 12. num. 1. &* ibi *Additio littera A. Farinac. in praxi criminali, tom. 1. q. 8. num. 46. in principio,* qui alios refert *Clarus §. final. d. q. 35. verſ. Quæro nunquid, num. 18. Bajardus in additionibus, q. 36. num. 3. Decianus d. lib. 4. cap. 9. num. 57. Segiſmundus Schaccia, de iudicijs, lib. 1. cap. 11. num. 22. Maria de iuriſdictione, p. 4. caſu 111. num. 3. Gratianus deciſ. Rotæ. 133. num. 1. & 2. poſt Menoch. de arbitrar. caſu 336. num. 10.* idem *Menochius, centuria 6. caſu 562. n. 13.*

CAP. Erubeſcant. XI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminêre.*
2 *Clericus in ſacris matrimonium contrahens, an privetur beneficio?*
3 *Occultè peccantes, occultè corrigantur.*
4 *Iudices an poſſint interrogare ſuper criminibus occultis?*
5 *Eccleſia an iudicet de occultis?*

IN textu. Quem refert *Salzed. in additionibus ad Bernardum, cap. 80. gloſ. 1. in principio, Covar. de ſponſalibus. 2. p. cap. 6. §. 3. in principio, Martinus de Ledeſma, 2. q. 36. art. 3. verſ. Secundo arguitur, fol. 409. Azor tom. 1. Inſtitut. moralium, lib. 13. cap. 13. §. 6. Carolus de Graſſis, de effectibus clericatus, effectu 5. num. 1. Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 19. l. 1. num. 50. Gutierr. lib. 2. Canon. cap. 7. num. 53.* 1

Ibi, ab omni graduũ dignitate. 2
Ergo clericus in ſacris matrimonium contrahens privatur officio, ſi quod habet: *text. in c. ſanè ſacerdotes, de clericis coniugatis, cap. ex litteratum qui clerici, vel voventes, Symanchas de catholicis, cap. 40. num. 13.* poſt alios *Carolus de Graſſis, de effectibus clericatus, effectu 5. num. 5. & num 9. ait.* Talem clericum eſſe ſuſpenſum ipſofacto, referens *Abbatem in d. cap. ſanè ſacerdotes, num. 2. & in d. cap. ex litterarum, num. 3. per textum, ibi.* Attamen poſt peractam pœnitentiam poterit clericus reſtitui ad officij executionem, tradit idem *Graſſis, d. num. 5.* & videtur probari in *d. cap. ſanè,* ibi. *Poſt longam pœnitentiam officio ſuo reſtitui poterit, & indulgentia Epiſcopi executionem habere.* Adde poſita ad *cap. decernimus, num. 3. & ad cap. presbyter, nu. 2. ſuprà diſt. 28. & ad cap. ſiqui vero, num. 3. & 4. hac eadem diſt.*

Ibi de manifeſtis. Notat *Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 19. l. 1. n. 76.* 3

l.1.n.76: contra officiales, & Vicarios Epiſcoporum, qui cum fraterna correctione clericos occultè peccantes corrigere deberent, illos tamen manifeſtant, ut publicè ſcandalũ patiantur; unde iura tales, non correctores, ſed proditores, appellant, proſequitur *Salzedo* eleganter *in practica, cap.126. littera A. verſ. Vnde merito, fol. mihi 515. Concinit D. Auguſt. de verbis domini*, ubi elegantèr ait. *Qua peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda ſunt, qui ſecretò peccavit in te, ſecretò corripe. Nam ſi ſolus noſti; & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, ſed proditor.*

4 Ibi cognitor Deus. Ponderat *Navar. in Rubr. de iudicijs, notabili 13. num. 53.* contra iudices, qui per torturam, vel iuramentum, non probatis coram ipſis prius indicijs in id ſufficientibus, interrogant, & compellunt partes ad reſpondendum ſuper criminibus occultis, adducens *cap. conſuluiſti, 2.q.4.* de quo etiam *Mynſinger. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæſtionibus, & in practica. §. conſtante, num. 14. Clarus in praxi criminali, §. fin. q.45. num.6. in fine, & q.64. num. 9.* cum nemo de ſuis criminibus ſine indicijs prævijs interrogari poſſit, iuxta illud Chriſoſtomi. *Non tibi dico, ut te prodas*, refertur in *cap. quis aliquando, §. his auctoritatibus, de pœnitentia, diſt. 1.* late *Salzedo in practica, cap.126. littera A. verſ. Secundo autem, & ſeqq. fol. 514.*

5 In gloſſa. Docet gloſſa eccleſiam non iudicare de occultis, de quo vide

2 poſita ad *cap. voventibus, num. 3. & ſeqq.* ſuprà *diſt. 27. & ad cap. ſi quis eorum, num. 2. & ſeqq. ſuprà diſt. 30.*

CAP. Nemo. XII.

SVMMARIVM.

1 *Ad ſacros ordines non promoventur, niſi viri probatæ caſtitatis.*
2 Vſque, *dictio quid ſignificet? Et n. 3.*
4 *Bigamus an ſit ille, qui ignoranter cũ corrupta contrahit?*
5 *Bigamus an ſit qui fœminam prius à ſe cognitam, duxit in uxorem?*

1 IN textu. Collige ex illo, quòd ad ſacros ordines non debent accedere niſi virgines, aut viri probatæ caſtitatis; de quo ultra poſita hac eadem *diſtinctione*, vide *Campanil. diverſorum iuris canonici, Rubr. 4. num.46. & ſeqq. & Rubr. 12. cap.8.*

2 In textu ibi, uſque. Quæ dictio eſt taxativa, unde ſtatutum iubens rectorem ſcholarium eligi uſq; ad annum; importat taxationem, ut non poſſit iterum eligi ad alium annum immediatũ, quia taxatio excludit prorogationem, *Bald. lib. 3. conſ. 316. ponitur quod electio*, in principio. Similiter ſtatutum diſponens, quod ſtantibus agnatis uſque ad quartum gradum, excludantur cognati, non habet locum ultra quartum gradum; idem *Bald. lib. 2. conſ. 218. ſtatuto civitatis*, in fine, ſequitur *Cardinalis Tuſchus, tom. 2. concluſ. 400. nu. 1 & 2.*

Aliquando hæc dictio *uſque* includit, ut ſi 3
iudex mandat ſuperſederi uſque ad diem ſignaturæ, ſeu audientiæ, includit ipſum diem ex mente *Alexandri lib. 5. conſ. 114. num. 5. verſiculo, Quia illa dictio*, ſic recipiens invellituram pro ſe uſque ad tertiam eius generationem, includit ipſam generationem. *Bald. lib. 4. conſ. 375. conceſſa eſt alicui*, circa finem, *num. 3. verſ. Si autem concederetur, Cardinal. Tuſchus, tom. 2. concluſ. 291. num. 6. & ſeqq.* Quando autem dictio, *uſque*, includat, vel excludat, vide eundem *Tuſchum d. concluſ. 291. num. 14. uſque ad num. 26.* cum quo ampliabis, & limitabis. Vide *Bart. in l. patronus, §. Sempronius, per totum, ff de legatis 3.*

In principio gloſſæ. Docet gloſſa bi- 4
gamum eſſe illum, qui cum corrupta, etiam ignoranter matrimonium contrahit, gloſſam communiter approbant DD. *Divus Thom. in additionibus, ad tertiam partem, queſt. 66. art. 4. ad tertium, Martinus de Ledeſma 2.4.q.26. art.2. tractatu de irregularitate* non longè abinitio, *Sotus in 4. diſt. 27. q.3. art. 1. concluſ. 4. Covar. in Clement. ſi furioſus, part. 1. §. 2. num. 2. verſ. Tertio, Gomez. tom. 3. cap. 10. num. 4. Maiolus de irregularitate, lib. 1. cap. 33. num. 4. verſ. Et quia, in fine, Gregorius Toloſanus in Syntagm. iuris: p. 2. lib. 16. cap. 19. num. 8. refert alios Sayrus de cenſuris, lib 6. cap. 4. num. 11. verſ Sextus eſt*, cuius rei rationem aſsignant, quia irregularitas non eſt pœna inflicta pro culpa, ſed propter defectum ſignificationis Sacramenti, & ideò etiam præter voluntatem contrahi poteſt.

In eadem gloſſa ibi, quid ſi pri- 5
mo. Tenet gloſſa quòd ſit bigamus, & irregularis qui fœminam, quam ipſe prius per fornicationem violavit, duxit in uxorem, quia requiritur quòd mulier ſit virgo tempore, quo contrahitur matrimonium; ſimilis *gloſ. in cap. maritum, verbo, concubinam, infrà diſt. 33.* ubi vide poſita, *nu. 2.* ſequitur *Hoſtienſis in ſumm. lib. 1. tit. de bigamis, §. circa hoc, verſ. Sexto*, verior tamen eſt contraria opinio, quam tenet gloſ. in *cap. debitum, verbo, demiſit, de bigamis, & in cap. ſanè 1. verbo, virginem, de clericis coniugatis, & in cap. unico, verbo, contraxerunt, eod. tit. lib. 6. Divus Thom. in additionibus, ad tertiam partem, q.66. art 3. ad ſecundum, Sotus, in 4. diſt. 27 q.3. art. 1. concluſ. 4. in fine, Navar. in Manuali, cap. 27 num. 195. verſ. Secundò,*

Covar. in Clementin. Si furioſus, part. 1. §. 2. nu. 3. in principio, ſequitur plures Saytus de cenſuris, lib. 6. cap. 4. nu. 17. verſ. Secunda, addueens fundamentum, quia iſte non dividit carnem ſuam in duas, neque illa in duos, cum ab uno tãtum cognoſcatur, unde benigne interpretando, dicitur virginem duxiſſe uxorem, qui à ſe ipſo corruptam, in uxorem copulavit. Lege *Thom. Valleſi. allegat. 41. nu. 3.*

CAP. Placuit. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe quintum, quando celebratum?*
2 *Epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent ab uxoribus abſtinere.*
3 *Conſuetudo an ſit efficax ad reddendos aliquos inhabiles ad matrimonium contrahendum? & nu. ſeqq.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Carthaginenſi quinto. Celebratum anno Domini 390. ſub Pontificè Siricio, imperante Theodoſio, ut tradit *Padilha in epithome Conciliorum, fol.* 14. ſed melius *Cardinalis Baronius tom. 5. annalium,* ait, Concilium Carthaginenſe 5. fuiſſe celebratum anno Chriſti 398. circa tempora Anaſtaſij Pontificis, Arcadio, & Honorio imperantibus; fuit provinciale, habitum ab Epiſcopis ſeptuaginta tribus, de quo vide latè eundem *Baronium* dicto anno 398. poſt principium, §. *Quod inſuper,* fol. mihi 52. & ſeqq.

2 In textu, Collige ex illo, Epiſcopos, presbyteros, & diaconos debere ab uxoribus abſtinere, de quo, & de noſtro textu latè agunt *Gregor. Lopez. part. 4. tit. 2. l. 16. Gloſſa 1. Petrus Creſpetius in ſumma catholicæ fidei,* verbo, *cælibatus, fol. 163. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 19. §. Eccleſiæ Hiſpanicæ, Boverius de Repub. eccleſiaſtica, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Et his plane.* fol. mihi 376. & §. *Cæterum, fol.* 378. *Vaſquez. de ordine, diſp. 247. cap. 5. num. 60. verſ. Putarunt.*

3 Ibi, Secundum uniuscuiuſq; Eccleſiæ conſuetudinem. Ergo cõſuetudo eſt efficax ad reddendos quoſpiam inhabiles ad matrimonium contrahendum; ſimilis *textus in cap. 1.* & *in cap. Super eo, de cognatione ſpirituali.* Contrarium decidit *textus in cap. Quod ſuper, in fine, de conſanguinitate, & affinitate,* circà quorum explicationem, non modica eſt controverſia propter diverſitatem opinandi apud Doctores, qui varijs diſtinctionibus rem illam obſcurarunt, dum explicare conantur; tu ut clarius procedas, ſequentes pone concluſiones.

Sit prima concluſio. Nulla conſuetudo, 4
etiamſi ſcandalum oriatur, vires habet ad diſſolvẽdum matrimonium, ſemel legitimè initum; cum ſit vinculum juris naturalis, & divini; *textus in cap. Fin. de ſponſa duorum,* ubi definitur. *Non eſſe ſequendam conſuetudinem, ut ſpretò priori matrimonio rato, perſiſtatur in poſteriori conſũmato.* Probant concluſionem *Gloſſa in cap.* 13 verbo, *Niſi conſuetudo, de cognationè ſpirituali. Abbas in cap. Super eo, nu. ult. eodem tit.* & ibi *Alexander de Nevo, nu.* 10. *Turrecremata in præſenti, nu.* 12. *Brunellus de ſponſalibus, concluſ.* 20. *nu.* 8. *Sylveſter* verbo, *matrimonium* 2. *quæſt.* 3. poſt alios *Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſp.* 4. *nu.* 2.

Valet tamen conſuetudo impediens ad 5
tempus matrimonium, aut ad tempus ſeparans; non ex eo, quod invalidum ſit matrimonium, ſed in pœnam, quòd adverſus prohibitionem initum ſit, ut docet *Butrius in cap. ſuper eo,* in fine, *de cognatione ſpirituali,* ubi *Abb. nu. 6. Alexander de Nevo nu.* 16. *Sylveſter,* verbo, *matrimonium,* 2. *q.* 3. alios refert *Sanch. lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 4. *nu.* 4. *Gallego de cognatione ſpirituali, cap.* 4. *nu.* 7.

Secunda concluſio. Conſuetudo à Ponti- 6
fice approbata poteſt quidem impedimentum introducere non ſolum impediens, ſed etiam dirimens matrimonium, quia ſicut ipſe Papa potuiſſet tale impedimentum per ſuam conſtitutionem inducere, ita & conſuetudo poſtquam eſt ab ipſo approbata. Docet *Hoſtienſ. in cap. Fin. nu.* 1. *de ſponſa duorum,* & *in ſumma, tit. de cognatione ſpirituali,* §. *Quis ſit effectus, num.* 6. *Sylveſter,* verbo, *matrimonium,* 2. *q.* 3. *Gaeta in repetitione, cap. Ad limina,* 30. *q.* 1. §. 4. *nn.* 80. & 296. *Turrecremata in præſenti, num.* 13. ſequitur alios *Sanchez de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 4. *nn.* 3. *Baſilius de impedimentis matrimonij, cap.* 1. §. 2. verſ. *Debet autem.*

Tertia concluſio. Conſuetudo etſi non ſit 7
approbata per Summum Pontificem, poteſt tamen introducere impedimẽtum impediens matrimonium contrahendũ, maximè ſi adſit ſcandalum, quod ex matrimonio inito pullularet, probatur ex *textu in præſenti,* ubi *Turrecremata nu.*10. & ex *cap. Super eo,* ubi *Gloſſa,* verbo, *Conſuetudo, de cognatione ſpirituali, Gloſſa in cap. Quod ſuper,* verbo, *non obſtante, de conſanguinitate,* ubi *Abb. num.* 4. *Alexander de Nevo num.* 7. & 8. *Navarr. in Manuali, cap.* 22. *nu.* 73. in fine. *Covar. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *nu.* 18. dicit cõmunem *Villalobos in Practica cõmunium opinionũ,* verbo,

verbo, *conſuetudo, nu.*260. *Gallego de cognatione ſpirituali, cap.* 4. *nu.* 7. *Perez. lib.* 1. *Ordinam. tit.* 3. *l.*5. *Gloſſa* 1. *col.*2. comprobat latè *Sanch. d. lib.*7. *de matrimonio, diſp.* 4. *nu.* 11.

8 Quarta concluſio. Conſuetudo non poteſt nuptias permittere inter eos, quos lex Pōtificia matrimonium inire prohibuit, cū conſuetudo, ut legitime aliquid introducat, debeat eſſe rationabilis, ac præſcripta; plane conſuetudo permittēdi matrimonium contrahi inter perſonas jure inhabiles, rationabilis, ac præſcripta, nequaquam dici poteſt. Probant concluſionem *Gloſſa in cap. Quod ſuper*, verbo, *non obſtante, de conſanguinitate*, uōi *Abb. nu.* 4. *Alexander de Nevo, nu.*5. *Anchbarran. nu.* 4. *Sylveſter*, verbo, *matrimonium*, 2. *queſt.* 3. *Covar. de ſponſalibus*, 2. *p. cap.* 6. §. 10. *num.* 18. in principio, *Henriq.* alios citans in *ſumm. lib.* 12. *cap.*1. *nu.*5. *littera A. Gallego de cognatione ſpirituali, cap.* 4. *nu.* 8. & ſequentib. qui communem dicit; licèt doctiſſimus *Sanches lib.* 7. *de matrimonio, diſp.* 4. *nu.* 14. tot Doctorum ſententiam intendat enervare.

CAP. Seriatim. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Leo nonus quis fuerit?*
2 *Conſtituti in minoribus ordinibus, an peccent, ſi matrimonium contraxerint? & nu.* 3. 4. *&* 5.
6 *Vxoratus promotus ad ordines, an poſſit in illis miniſtrare?*
7 *Vxor illius, qui ad ordines eſt promotus, an teneatur caſtitatem obſervare? & num.* 8.

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Leo 9. Licet *Sanches lib.* 7. *de matrimonio, diſp.* 31. *nu.* 7. exiſtimet noſtrū textum emanaſſe à Leone nono contra epiſtolam Nicetę Abbatis, ut habet Rubrica, verius eſt emanaſſe ab Humberto legato Leonis 9. in reſponſione contra Nicetam, ut obſervat *Vaſquez. de ordine, diſp.* 249. *cap.* 4. *nu.* 39.

2 In textu, ibi, Non autem viduam, aut repudiatam. Ergo licet in minoribus ordinibus conſtituti, uxorem ducere poſſint, juxta reſoluta in *cap. Si qui verò, nu.* 1. & 2. *ſupra hac eadem diſt.* peccabunt tamen ſi cum viduis, aut repudiatis matrimonium contraxerint; quam culpam eſſe mortalem firmat *Caietanus* 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *dub.* 1. quando abſq; iuſta cauſa fiat. Ducitur quia eſt perfecta ab ordine apoſtaſia; nec id fieri valeat ſine ſacramentalium contemptu, ſicut nec recedere ab ordine ſacro abſq; Sacramenti deſpectione, cū neuter ordo iterari poſſit.

Sed tantum eſſe culpam venialem ducere non virginem, aut bis contrahere nuptias, 3
qui in minoribus ordinibus ſunt conſtituti, reddendo ſe incapaces ad illorum ordinum munera obeunda, tenet idem *Caietan. in ſumm.* verbo, *Apoſtaſia. Bañes* 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. §. *Sit tamen tertia concluſio. Tabiena*, verbo, *Apoſtaſia. q.* 10. *nu.* 13. poſt alios *Sanches de matrimonio, lib.*7. *diſp.* 31. *nu.* 11. *Vaſq. de ordine, diſp.* 249. *cap.* 4. *nu.*39. *Filliucius reſolut. moral. tom.* 1. *p.* 2. *tractat.* 10. *cap.* 4. *nu.* 130. cum ſtatus, qui his ordinibus continetur, non videatur tanti momenti, ut non liceat abſq; mortali culpa illius miniſteria relinquere.

Mihi tamen illorum placet opinio affir- 4
mantium, nullam eſſe culpam initiatum minoribus ordinibus tranſire ad matrimonium, quia utitur iure ſuo, nec facit contra votum, aut aliquod iuris præceptum, ut cenſet *Covar. de ſponſalibus*, 2. *p. cap.* 6. §. 3. *nu.* 4. in princip. *Toledo in ſumma, lib.* 4. *cap.*18. *nu.* 4. *Azor. inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 14. *q.* 14. in fine. *Bañes* 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *Valentia* 2. 2. *diſp.* 1. *q.* 12. *pun.*1. *Rodrigues cap.* 225. *n.* 1. *Bonacina q.* 3. *punct.* 9. *nu.* 3. & 4. Quod ex eo probat quia, quemadmodum novitius eſt in via ad ſtatum religioſum, ita clericus in minoribus eſt in via ad ſtatum clericalem, ſed novitius non peccat recedendo à religione, ergo neque clericus ab ſtatu. Adde *Rebellum* 2. *part. lib.*4. *q.* 8. *nu.*27. *Ægid. diſp.* 23. *dub.* 3. *nu.* 57.

Vnde ſequitur, eum, qui recipit primam 5
tonſuram, aut ordines minores, non teneri habere animum aſcendendi ad ſacros ordines; cū nullo jure talis intentio exiguatur, & *Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de reformatione*, dum agit de conditionibus ordinandorum, ſolum prohibet intentionem ad declinandum forum ſæculare. Nec ſimiliter peccabit Epiſcopus conferens ordines minores ei, qui non habet intentionem aſcendendi ad ulteriores, licèt laudandus ſit is, qui nec primam tonſuram confert, niſi habenti intentionem bonam aſcendendi ad ſacros, ut probat poſt alios *Sanches de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 31. *nu.*16. & ſeqq. *Filliucius moral. quæſtionum, tom.* 1. *tractatione* 10. *cap.* 4. *nu.* 131.

Ad finem textus, ibi, Deinceps ſpirituale coniugiū. Citat *Barboſa in Rubric.* 6
de ſoluto matrimonio, 2. *p. nu.* 90. ad hoc, quòd ſi uxor conſentiat maritum promoveri ad ſacros ordines, poterit in illis maritus adminiſtrare; *Gloſſa* celebris in *cap. uxoratus*, verbo, *nullate-*

nullatenus, de conversione coniugatorum, eleganter *Aretinus cons. 59. nu. 8.* vers. *Secundo probatur, Gutterres Canonicarum, cap. 25. nu. 17.* & est ratio, quia uxor prædictum consensum præstans, videtur renuntiasse iuri petendi debitum, ut latius prosequitur idem *Barbosa*.

7 In fine textus, ibi, Nec cuiquam nubere. Igitur uxor cuius licentia, vel dissimulatione maritus ad ordines sacros est promotus, tenetur ad castitatem, ita ut nequeat, etiam viro defuncto, validum matrimonium inire, de quo vide posita ad *cap. Quia sunt, nu. 4.* & ad *cap. Si se cuiquam, nu. 2.* & sqq. supra *dist. 28.* Adde *Fillucium quæstionum moral. tom. 1. tractatione 10. cap. 4. à nu. 132.* & *à nu. 145. Basilium de impedimentis matrimonij, cap. 19. §. 1.* vers. *Simili*, latissimè *Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 38.* & *39.*

8 Quod limitabis nisi maritus, repugnante, vel ignara uxore fuerit ad sacros ordines promotus, quia tunc uxor habet ius repetendi virum, illumq; revocare ad matrimonium, & vir uxori restitutus debitum coniugale reddere, iure ipso compellitur; nequit tamen petere debitum, quia promisit non exigere, quod in eius potestate erat; *cap. Quidam de conversione coniugat. Extravag. antiqua de voto*, post alios *Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 14.* vers. *Duodecimo quæritur. Fillucius moral. quæst. tom. 1. tractatione 10. cap. 4. nu. 183. Sanchez lib. 7. de matrimon. disp. 38. nu. 12.* idem dicendum est, si licentia uxoris fuisset extorta per metum gravem, vel vim, aut dolum, *cap. Veniens, cap. Accedens, de cõverſ. Azor. dict.* vers. *Duodecimo. Fillucius d. nu. 147. Sanchez nu. 13.* cum quibus latissimè materiam prosequere, & dubia pullulantia extingue.

CAP. Quoniam. XV.

SVMMARIVM.

1 *An valeat matrimonium contractum cum infideli?*
2 *Quo jure hoc prohibeatur? & n. 3. & 4.*
3 *Episcopus an possit facere constitutionem, quod nullus in Acolytum ordinetur, nisi castitatem promittat?*

1 IN textu. Collige ex illo non valere matrimonium contractum à catholico cum infideli, quod procedit ex constitutione Ecclesiæ; licèt enim lege divina, & naturali prohibitum sit huiusmodi coniugium; quatenus consortium infidelis potest catholicum à fide avertere, cum teneamur divino præcepto eorum consortia effugere, qui nos in discrimen fidei, aut æternæ salutis inducere possunt, *cap. Sæpe*, cum sequentibus, *28. quæst. 1.* Nullum autem consortium peius esse potest, quàm illud quod per matrimonium contrahitur cum infideli, ut legitur *3. Regum, cap. 11. nu. 2.* & *judicum toto, cap. 16. D. Paulus 2. ad Corinthios 6. num. 14.* inquit. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Et huc etiam pertinent authoritates sanctorum Patrum cõgestæ à nostro Gratiano in *cap. 1. 28. quæst. 1.* quæ omnes plane ostendunt non esse licitum lege divina prædictum matrimonium, non tamen evincunt non esse validum, ut prosequitur *Covar. de sponsalibus, 2. p. c. p. 6. §. 11. num. 1.* latissimè *Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 71. nu. 7.* post illum *Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 20.*

Quærunt autem Doctores, quo decreto Ecclesiæ matrimonium hoc irritetur, cum prædictæ authoritates non sufficiant, quippe omnes Canones, qui ad hoc allegantur, vel sunt ex sanctis, vel ex Concilijs provincialibus desumpti? Dicendum quidem est, nullum fortassis esse textum quo hæc irritatio inducatur, sed sufficere usum Ecclesiæ ex receptissima consuetudine, & Apostolorum traditione, vim legis obtinente, ut docet *Sotus in 4. dist. 39. quæst. unica, art. 2. col. 5.* vers. *Hoc autem, Bellarminus de matrimonio, lib. 1. cap. 23. propositione 2.* & *3. Henriq. lib. 13. de matrimonio, cap. 23. nu. 3.* in fine. *Reb. lus de justitia, 2. p. lib. 3. q. 9.* circa finem. *Sanchez d. disp. 71. nu 8.* Non enim oportet omnes leges, & consuetudines Ecclesiæ in scriptis redigi, ut prædicti bene docent. Quidquid *Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 20. §. 2.* vers. *Cæterum*, multum insudet probare lege ecclesiastica scripta, tale matrimonium non subsistere. 2

Vnde infertur posse Pontificem ex iustissima causa dispensare, ut matrimonium inter fidelem, & infidelem celebretur, cum possit in omni jure ecclesiastico dispensare, ut docent *Calderinus in cap. ult. de conditionibus appositis. Alexander de Nevo*, ibi, *nu. 11. Sylvest.* verbo, *matrimonium, 8. q. 10. dicto 3. Graffijs part. 1. decisionum, lib. 2. cap. 85. num. 11. Sotus in 4. dist. 39. quæst. unica, art. 2.* in fine corporis, latè *Sanchez d. disp. 71. num. 10.* Infertur etiam, tale matrimonium ex parte suscipientis baptizati, esse Sacramentum, ut tradit *Basilius d. cap. 20. §. 2.* vers. *Quod si quis*, & *Ægidius disp. 31. num. 45.* ex parte vero infidelis ideo non est Sacramentum, quia desideratur baptismus, qui est janua Sacramentorum. Consule *Reginaldum lib. 31. nu. 167.* 3

Illud autem citra controversiam est, coniugium personæ fidelis cũ hæreticâ baptizata, vel 4

vel apoſtata à fide, validum eſſe, quanvis illicitum, quia cum matrimonium ſit Sacramentum, ſolum petit paritatem baptiſmi ſuſcepti à contrahentibus, quanvis in fidei profeſſione diſparitas ſit, ut docet *D. Thom. in 4. diſt. 39. quæſt. unic. art. 1. ad quintum. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap. 23.* in principio. *Toledo in ſumm. lib. 7. cap. 7. nu. 1. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 8. cap. 11. q. 5. Reginald. lib. 31. nu. 168.* ubi cum *Soto* affirmat eſſe peccatum mortale contrahere huiuſmodi matrimonium. Quod tamen limitat, non procedere in ijs locis, in quibus hæretici non denunciati, nec publici clericorum percuſſores catholicis permiſceantur, ut in Germania, Gallia, Polonia. Sed quidquid ſit de peccato; pro valore talis matrimonij ſtat *Navarr. in ſumma, cap. 22. num. 49. Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 11. num. 4.* plures refert *Sanchez de matrimonio, lib. 7. diſp. 72. nu. 2. Baſilius de impedimentis matrimonij, cap. 20. §. 2.* verſ. *De coniugio*, & videtur probari in *cap. Decrevit, de hæreticis, lib. 6.* licèt *Simanchas de catholicis, tit. 40. num. 46.* quem ſequitur *Rojas ſingulari fidei 128.* contrarium teneat.

In textu, ibi, Conceſſum eſt lectoribus, & pſalmiſtis. Ergo ſi nō concedatur licentia, non poterunt tales matrimonium contrahere, ſed quomodo hoc intelligatur, vide poſita in *cap. Si qui vero, num. 1. & 2. & in cap. Lectores, nu. 2. & in cap. Placuit, nu. 3.* & ſequentib. *ſupra hac eadem diſt.* Vnde *Turrecremat. in d. cap. Placuit, nu. 11.* affirmat, poſſe Epiſcopum facere conſtitutionem cum conſenſu clericorum ſuorum, quòd nullus ordinetur in Acolytum, niſi caſtitatem promittat. 5

CAP. Interdixit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debēt habere in domo mulieres ſuſpectas.*
2 *Fœmina ſubintroducta quæ dicatur?*
3 *Mulieres regulares, ſeu canonicæ, quæ ſint?*

1 IN textu. Notat *Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 109. Azeved. lib. 8. rec. 2 cop. pilat. tit. 19. l. 1. nu. 78.* & per illum docent non debere clericos habere in domo mulieres ſuſpectas, ſed tantum eas, quæ à jure permittuntur, maximè ſi clerici, vel mulieres eſſent juvenes, ex quibus ſiniſtra opinio oriri poteſt; de quo etiam vide *Avendan. lib. 2. præterum, cap. 26. nu. 9.* Proſequitur latè *Menoch. de præſumptionibus, lib. 5. præſumpt. 17. nu. 1.* & ſeqq. Adde *textum in l. Eum, qui, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

Ibi, Subintroductā mulierem. 2 Quænam fœminæ fuerint, quas Canones ſubintroductas appellāt, dubium eſſe poteſt? Certius eſt hoc genus mulierum malæ ſuſpicionis fuiſſe, non quòd tunc eſſent concubinæ, aut meretrices, ſed quòd in puellari ætate à viris in cohabitationem, tanquam ſorores admittebantur, ex earumq; conſortio nihil non mali timeri poterat. Vnde rectè Concilium Nicænum conſortium talium mulierum clericis interdixit, ut probant *Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 4. nu. 5.* latiſſimè *Vaſquez de ordine, diſp. 247. cap. 4. nu. 42.* & ſeqq. licèt *Archidiaconus in cap. Nullus, ſupra hac eadem diſt.* exiſtimet, ſubintroductam mulierem eſſe, quæ reſpectu alicuius domeſtici officij, domi cohabitabat. At *Anaſtaſius Germonius lib. 2. animadverſ. cap. 15.* ad finem. affirmat introductitiam mulierem eſſe, quæ libidinis cauſa intus retinetur; hoc eſt, quæ non I in luce, & oculis civium, ſed intus in domo habetur, iuxta illud *Cicer. ad Attic. Iam verò ô Dij boni, rem perditam etiam noctes certarum mulierum, atq; adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercede cumulo fuerunt.*

Aliæ quoq; fuerunt mulieres regulares, 3 ſeu canonicæ dictæ, ideſt Deo conſecratæ, quæ aliquando cum viris habitabant; contra quas *Chriſoſtomus*, acriter invehitur, *tom. 5. in ſermone*, cuius titulus eſt; *Quòd regulares fœminæ viris cohabitent*; de quibus tamen non loquitur decretum Concilij Nicæni in præſenti, ut bene advertit *Vaſquez d. cap. 4. nu. 49.*

CAP. Hoſpitiolum. XVII.

SVMMARIVM. I

1 *Clerici debent evitare conſortia mulierum.*
2 *Si unum eſt bonum, aliud eſt malum.*

IN textu. Quem colligit Palea ex va- 1 rijs Hieronymi locis, in quibus de evitanda mulierum conſuetudine agitur, quod etiam probant exempla ſanctorum Patrum, qui miro modo leguntur evitaſſe conſortium mulierum. Sunt alia exempla multorum etiam magnorum hominum, qui occaſione mulieris ceciderunt, de quo ultra poſita hac diſtinctione, varijs in locis, vide latè *Paulum Fuſcum de viſitatione, lib. 2. cap. 15. nu. 88.*

nu. 88. Campanile diverſorum iuris Canonici, rubr. 4. nu. 35. qui utercp noſtri textus meminêre, latius de materia agit *Creſperius in ſumma catholicæ fidei*, verbo, *Clericus*, §. *Clericis mulierum contubernium*, & verbo, *mulier*, in principio. *Capella Tholoſana* 448. *Azeved. lib. 8. nova recopil. tit. 2. l. 2. nu. 33. Ioannes Hentenius OEcumenij interpres, in 1. ad Timoth. cap. 6. D. Chryſoſt. ſuper Matth. Innocēt. Papa lib. 2. de contemptu ſæculi, cap. 23.* mulierum damna probat, longiſſima exemplorum ſeriè. Quas denique clariſſimorum hominum ruinas, quam perniciem, quam ipſis etiam urbibus vaſtitatem attulerit mulieris conſortium, & familiare contubernium non difficilè exemplis comprobarem, ſed omnium inſtar ſint illa verè aurea *Senecæ* verba *in Hippol.* ubi fœminam omnium malorum vocat fontem, & originem.

Eſt dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex.
Scylla, & Charybdis Sicula contorquens freta
Minus eſt timenda, nulla non melior fera eſt.

2 In Gloſſa. Tenet Gloſſa, quòd ſi unũ eſt bonum, aliud eſt malũ, ponitcp nonnullas fallentias, de quibus agit eleganter *Turrecremata in præſenti, nu. 7.* per totum. *Præpoſitus nu. 2.* & *in cap. Sexto die, nu. 1.* in fin. infra, *diſt. 35.*

CAP. Presbyter, XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter uxorem diligat, & fugiat.*
2 *Presbyter quid ſignificet?*
3 *Presbyteræ quæ dicantur?*

1 IN textu. Collige ex illo, quòd presbyter uxorem ſuam, quaſi ſororem debet diligere, & quaſi hoſtem fugere, de quo vide poſita ad *cap. Aliter, nu. 6. ſupra, diſt. 31.* & ad *cap. Si quis docuerit, nu. 2. ſupra, diſt. 28.* Adde *Vaſquez de ordine, diſp. 245. nu. 40. & 41. Vers. Porro. Capellam Tholoſan. 448.* ad med. Vnde in Concilio Antiſiodorenſi celebrato circa tempora Papæ *Deusdedit Can. 21.* ſic definitum: *Mulieres presbytero in lecto poſt acceptam benedictionem, cum presbytera ſua dormire, neq; in præcepto canali commiſceri, neq; diacono, neq; ſubdiacono, ſtillicet cum diaconiſſa, aut ſubdiaconiſſa ſua.*

2 Ibi, presbyter. Quod ſignificat ſeniorem, & antiquiorem ætate, & variè in ſacris litteris uſurpari ſolet; denotat interdum honoratiorem, maiorem, & Principem populi, eoquòd ſenioribus potiſſimum principatus conveniat: quæ ſignificatio non ſolum apud prophanos authores, ſed etiam in ſacris litteris reperitur 1. *Eſdræ, cap. 6. nu. 8.* & 3. *Eſdræ, cap. 9. nu. 17. Iudith. 6. nu. 20.* & 8. *nu. 9.* At in novo teſtamento nomine presbyteri feré ſemper ſignificantur ſacerdotes, ut latè proſequitur *Vaſquez de ordine, diſp. 236. nu. 96.* & ſeqq. Vide quæ diximus in *cap. Cleros, diſt. 21. num. 9.* & adde *Carthagenam lib. 3. tit. de presbyt. non baptizato, obſervat. 2. in expoſit. titulorum juris.*

Ibi, Presbyteram. Non quia habeant officium ſacerdotis, nec ab ullo ordine, quem ſuſcepiſſet, nec à miniſterio ad quod eſſent deſtinatæ; ſed à viris, quorum uxores erant, ut obſervat *Michael Medina lib. 4. de continentia, controverſia 6. cap. 7. Vaſquez de ordine, diſp. 245. cap. 3. nu. 49. Ochagavia de Sacramentis, tractatu de ordine, quæſt 8. nu. 6.* Sic invenimus in Latina Eccleſia mulieres vocatas epiſcopas, diaconas, & ſubdiaconas, ut conſtat in Synodo ſecunda Turonica, ſub Pelagio 1. *Can. 14. Epiſcopum epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierum*, & *Can. 20.* poſt principium. *Nam ſi inventus fuerit preſbyter cum ſua presbytera, aut diaconus cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa, annum integrum excommunicatus habetur.* Vide poſita ad *cap.* infra proximum, *nu. 1.* 3

CAP. Mulieres. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteræ aliquando ſeniores dicũtur,*
2 *Viduæ quæ olim dicebantur?*
3 *Quomodo eligebantur?*
4 *Vniviræ quæ dicantur?*
5 *Matricuriæ quæ ſint?*

1 IBi, Presbyteræ. Quæ aliquãdo juxta noſtrum textũ ob ætatem viduæ ſeniores dicuntur, ut tradit *Trotius de vero clerico, lib. 2. cap. 3. nu. 7. Baron. tom. 1. annal. anno Chriſti 34. num. 289.* qui textus meminit, licèt frequentius presbyterę dicantur, quarum viris in presbyteros electis, ipſæ interim vitam cœlibem agunt, *Barosius d. nu. 289.* & vide notata ad *cap.* ſupra proximum, *nu. 3.*

2 Ibi, Viduæ. Viduæ dicebantur, quæ nulla benedictione, aut ordinatione ad miniſterium aliquod conſecrabantur, ſed tantum ad hoc eligebantur, ut in congregatione viduarum vitam cœlibem ducerent: hæ in ſtatu viduarum nunquam eligi conſue-

conſueverunt, niſi votum caſtitatis, & continentiæ, ſicut virgines, emitterent. Vnde non ſervantes continẽtiam gravíſſimo judicio ſubjectæ erant; & ea de cauſa ab epiſcopis omni corporali ſtudio, & providentiâ dignæ habebantur: alebantur enim ex redditibus Eccleſiæ, de quo latiſſimè differunt *Vaſq. de ordine, diſp.* 245. *cap.* 3. *nu.* 19. & ſeqq. *Baſilius de impedimentis matrimonij, cap.* 4. & notatur in *cap. Viduis, cap. De viduis, cap. Vidua, cap. Viduitatis,* infra, 27. *queſt.* 1.

3 At in viduis eligendis ad gradum vidualem multa conſiderabantur. In primis ætas; adoleſcentiores non ita facile admittebantur, ob incontinentiæ periculum, non enim minoris ætatis, quam annorum ſexaginta eligebantur, & niſi vitæ, ac morum examine longo præmiſſo, ut ex *D. Paulo, Baſilio,* & alijs obſervant *Vaſq. d. cap.* 3. *nu.* 29. *Baſilius d. cap.* 4. verſ. *Sed in viduis.* Quomodo autem religioſæ fierent, vide per eundem *Baſilium,* in verſ. *At quo pacto,* & ſeqq. *Loaiſam in notis ad Con. Tholet.* 4.

4 Ibi, Vnivitæ. Vnivira dicitur, quæ unum tantum conjugem habuit, quo ſenſu invenitur apud *Tertullianum,* & apud *Trebellium Pollionem, in* 30. *Tyrannis, pag.* 275. & in epigrãmate urbis Romæ, ꝓ ut illos refert *Briſonius de verborum ſignificatione, lib.* 19. fol. mihi 651.

5 Ibi, Matricuriæ. Quæ ſunt ſicut conuerſæ Eccleſiæ, quia ad modum matris familias gerentis curam, quam matres gerere ſolent, veſtimenta lavant, alia huiuſmodi faciunt, & neceſſaria operantur, innuit *Gloſſa in præſenti.*

DISTINCTIO. XXXIII.

CAP. Si quis. I.

SVMMARIVM.

1 *Bis contrahens eſt irregularis.*
2 *Quid ſi invalide contrahit? & nu.* 3. 4. *&* 5.
6 *Concubinarius an ſit irregularis?*

1 IN textu. Collige ex illo, ſecũdis nuptijs copulatum attento jure, eſſe irregularem, quia talis patitur defectum ſuſceptæ ſacramenti, per bigamiam enim tollitur ſignificatio illa, quã conjunctio inter Chriſtum, & Eccleſiam ſuam deſignatur, *textus in cap.* 1. & 2. *de bigamis,* tradit *D. Thom. in* 4. *diſt.* 27. *nu.* 195. *Paulus Burgaſius de irregularitate,* 5. *p. tit. de bigamis, nu.* 25. *Covar. in Clement. Si furioſus.* 1. *p.* §. 2. *à nu.* 1. *Henriq. in ſumm. lib.* 14. *cap.* 2. *nu.* 2. Adde poſita ad *cap.* 1. *nu.* 2. & ad *cap. Accuſini, nu.* 2. ſupra, *diſt.* 26. *Suar. de cenſura diſp.* 48. *ſect.* 1. *nu.* 4. Quæ irregularitas contrahitur etiamſi per ignorantiam utrumq; matrimonium bona fide contractũ ſit, ut poſt alios docet idem *Suar. d. diſp.* 48 *ſect.* 2. *nu.* 8.

2 Oritur tamen dubium utrum bigamus ſit ille, qui invalidè contrahens de facto matrimonium celebravit, & conſũmavit? Partem affirmativam in effectu tuetur *Gloſſa in cap.* 2. verbo, *in bigamis, de bigamis. Abb. in cap. Nuper, nu.* 4. *eodem tit. Sotus in* 4. *diſt.* 27 *q.* 3. *art.* 1. *concluſ.* 2. cõmunis ex *Covar. in Clement. Si furioſus,* 3. *p.* §. 2. *nu.* 2. *Suar. de cenſur. diſp.* 48 *ſect.* 2. *nu.* 6. & ſeqq. pro quibus facit *textus in d. cap. Nuper,* ubi Pontifex dicit, non eſſe dispenſandum ad ordines recipiendos cum illo, qui nulliter, & de facto matrimonium contraxit; de cuius diſpenſatione inutiliter tractaretur ſi taliter contrahens, vitium bigamiæ non incurreret; idem videtur probare *textus in cap. ult. de bigamis.*

3 Contrariam tamen ſententiam, quòd ex tali matrimonio irregularitas non incurratur, nec vitium bigamiæ, tenuit *Paulus Burgaſius de irregularitate,* 5. *p. tit. de bigamis, nu.* 9. *Navarr. in Manuali, cap.* 27. *nu.* 195. dicens in ſacra pœnitentiaria ita fuiſſe concluſum; pro qua ſententia facit, quia nulla irregularitas ultra caſus iure expreſſos ſolet incurri, *cap. Is qui, de ſentent. excõmunicat. lib.* 6. & conſtat non eſſe expreſſum, quod ille, qui nulliter, & de facto matrimonium contraxit, irregularitatem incurrat; fatetur, *Navarr. d. loco,* maximè, quia vitium bigamiæ non incurritur ex matrimonio, per quod non fit iniuria ſignificationi coniunctionis inter Chriſtum, & Eccleſiam, iuxta *textum in cap. Debitum, de bigamis,* per matrimonium autem nulliter celebratũ prædicta irreverentia non contingit, ſiquidem coniunctionem non facit, & uti tale præcedentis matrimonij ſignificationem non evertit.

4 Tu ſuppone matrimonium nulliter, & de facto contractum, duobus modis contingere poſſe, iuxta *textum in cap.* 1. *de ſponſalibus, lib.* 6. aliquando hoc provenit ex defectu voluntatis contrahentis, aliquando propter impedimentum conſanguinitatis, vel aliam ſimilem rationem. Inter utrũq; modum magnũ diſcrimen reperitur, quia in priori caſu, nec matrimoniũ fit, nec ex parte contrahentis ad illud faciendũ affectus apparet; in poſteriori verò caſu licet matrimonium non ſequatur, affectus tamen conjugalis ex parte contrahentis reperitur, ut docet Pontifex in *cap. ult. de bigamis,* ibi, *Non propter Sacramenti defectum, ſed affectum intentionis, cum opere ſubſecuto.*

5 His ſuppoſitis patet declaratio ad dubium ſuprapoſitum, ut ſcilicet in matrimonio nullitor, & de facto contracto, ex defectu contrahentis voluntatis, nullo modo vitium bigamiæ incurratur, quod ſi aliter nullum ſit, quoad irregularitatem incurrendam bigamus contrahens cenſetur, qui ſimilitudinarius appellatur; advertit *Henriq. in ſumma, lib. 12. cap. 6. num. 9.* Probatur ratione, cum enim affectus intentionis, quoad pœnam legis incurrendam pro opere valide facto reputetur; & data alias validitate matrimonij, quoad prædictam irregularitatem, verè, & proprie bigamus ſit contrahens, meritò effectum eſt, ut priori modo matrimonio nullo vitium bigamiæ non reſultet, poſteriori tamen contracto, idem vitium, quoad irregularitatem incurrendam, contrahatur.

6 Ibi, Aut concubinam habuerit. Non intelligas concubinarium etiam habentem plures concubinas, vitium bigamiæ contrahere, ut bene docet *Sotus in 4. diſt. 27. q. 3. art. 1.* ad primum, eoquòd conjunctio fornicatoria nequaquam ſignificat illam conjunctionem, quæ ſolo in matrimonio deſignatur; advertit *Sotus d. art. 1.* in princip. Nec refragitur textus in præſenti, ſatisfit enim, ſi advertas textum iam hodie non ſervari, ut tradit *Covar. in Clement. Si furioſus, 1. p. §. 2. nu. 5.* vel melius, ſi dicas hic non conſtitui propter concubinam incurri irregularitatem, ex capite bigamiæ, ſed ex capite infamiæ, quæ ſufficiens eſt ad irregularitatem inducendã, ut p *Navarr. cap. 27 nu. 204. Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 2. nu. 1.* & ſeqq. poſt alios *Filliucius moral. quæſt. tract. 19. cap. 8. à nu. 215.* lege *Thom. Vallaſc. alleg. 41. n. 8.*

CAP. Maritum. II.

SVMMARIVM.

1 *Duarum mulierum maritus eſt irregularis.*
2 *Concubinam ducens in uxorem, an ſit irregularis?*
3 *Ducens viduam repudiatam, aut meretricem, an contrahat irregularitatem? & nu. 4. & 5.*
6 *Qui ſemetipſum truncavit eſt irregularis.*
7 *Vſurarius eſt irregularis.*
8 *Repræſentãtes cõmedias ſũt irregulares.*
9 *Publicè pœnitentes an ſint irregulares? & num. 10.*
11 *Furioſi, & amentes non debent ordinari.*
12 *Quod procedit etiam ſi ſemel inciderint in furiam.*
13 *Diabolo vexatus eſt irregularis.*
14 *Simoniam cõmittens an incurrat excommunicationem?*

IN textu. Dicit textus duarum matronarum maritum non debere clericum ordinari, de quo vide poſita ad *cap. Si quis, nu. 1.* & ſeqq. ſupra, *hac eadem diſt.* Adde hanc irregularitatem contrahi etiam ſi contingat utrũque matrimonium eſſe nullum, dummodo in utroq; ſit idem effectus cum opere ſubſecuto, ut expreſſé tenet *Navar. conſ. 1. de bigamis,* probat late *Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 2. nu. 11.* 1

Ibi, Concubinam. Ergo qui prius habuit concubinam, & poſtea eam duxit in uxorem, irregularitatis nota aſpergitur, ut notavit *Gloſſa 1. in præſenti,* innuit *Tiraq. l. 1. connubial. Gloſſa 1. p. 1. nu. 45.* ad fin. verſ. *Et hanc. Hoſtienſ. Ioann. Andr.* & *Imola in cap. 2. de clericis conjugatis,* ea ratione, quia verum eſt dicere illud matrimonium contraxiſſe cum non virgine. Contrarium tamen dicendum eſt, ut ſcripſimus ad *cap. Nemo, nu. 5.* ſupra, *diſt. 32.* Adde *Henriq. in ſumm. lib. 12. cap. 6. nu. 10. Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. num. 6. & 7.* 2

Ibi, Viduam. De quo vide poſita ad *cap. Si quis viduam, 15.* infra, *diſtinct. 34.* 3

Ibi, Repudiatam. De quo vide poſita ad *cap. Vidua, 15.* infra, *diſtinct. 34.* 4

Ibi, Meretricem. De quo vide poſita in *cap. Vidua, 16.* infra, *diſtinct. 34.* 5

Ibi, Qui ſemetipſum truncaverit. Ergo ille, qui propria voluntate aliquod ſui corporis membrum amiſit, irregularitatem incurrit, quod ampliabis etiamſi partem digiti præciderit, ut probat *textus in cap. 1. de corpore vitiatis, cap. Qui partem, 55. diſt.* quę irregularitas non inducitur propter membri defectum, ſiquidem pars digiti, membrum non dicitur, ex his, quos refert *Villadiego de irregularitate, cap. 11.* à principio. *Henriq. in ſumm. lib. 14. cap. 8.* in principio, ſed propter gravitatem peccati, & culpam activæ abſciſionis; advertit in ſpecie *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 198. Henriq. dict. cap. 8. nu. 2.* ad fin. & *num. 4.* optime *Suar. de cenſuris, diſp. 51. ſect. 2. num. 6. Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 7. num. 10.* Ampliæ etiamſi hoc fecerit ex ignorantia, putans ſe 6

obſe-

obſequium Deo gratum præſtare, poterit tamen facilius diſpenſari, *cap. Significaſti, de corpore vitiatis*, ut Beatus Marcus ex humilitate pollicem ſibi abſcidit, ne ſacerdos fieret; notat *Henriq. diſt. nu. 4. Sayrus*, ubi ſupra, *cap. 12. nu. 8.* quod venit limitadum, niſi ex juſta cauſa hoc fecerit, *cap. Ex parte, de corpore vitiatis.* Adde poſita ad *cap. Si quis, 4. nu. 2.* & 5. infra, *diſt. 55.* & ad *cap. Qui partem, 6. nu. 5. eadem diſt.*

7 Ibi, Qui uſuras accepiſſe convincitur. Igitur convictus de uſura eſt inhabilis ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem, ut ex noſtro textu concludit *Perez ad l. 8. Ordinamenti, tit. 2. in proœmio, col. 28. verſ. Hinc venit, fol. 26. Sayrus de irregularitate, lib. 7. cap. 10.* nec inſuper eligi poteſt, aut præſentari, ſeu quovis alio titulo ad beneficium eccleſiaſticum promoveri, *cap. De Petro, 47. diſt. cap. Inter dilectos*, ubi *Gloſſa*, & communis, *de exceſſibus prælatorum, textus* juncta *Gloſſa in cap. Præterea, de uſuris.* Quod intellige in utriſq; tàm manifeſtis, quàm occultis uſurarijs, dummodo de crimine convincantur, ita ut pœna in prioribus obtineat propter infamiam, in occultis verò propter morum pravitatem, ex *cap. Omnipotens, de accuſationibus.* Videatur *Salzedo in pract. crim. cap. 88. Zerola*, verbo, *uſura*, ubi ex *cap. Infamibus, de reg. jur. in 6.* probat clericum uſurarium eſſe inhabilem ad beneficia. *Reginald. lib. 23. nu. 95. Ludovicus Molina de juſt. tom. 1, tract. 2. diſp. 334.* & eandem doctrinam quoad pœnas civiles ab uſurario occulto incurrendas, docte probat *Gaſpar Rodericus tract. de annuis redditibus, lib. 3. q. 4. nu. 119.* & 120.

8 Ibi, Aut in ſcœna luſiſſe dignoſcitur. Ergo repræſentantes comœdias, tragœdias, aut ſatyras, non poſſunt ad ſacros ordines promoveri, quia ipſo jure ſunt infames, *cap. 1. 4. q. 1. cap. Pro dilectione, de conſecratione, diſt. 2. l. 1.* verſ. *Qui artis, ff. de ijs, qui notantur infamia. Alphonſus de Mendoça in Quodlibeticis, q. 9. nu. 12*, latiſſimè *Petrus de Guſman*, ex Societate Ieſu, in *lib. Bienes d'el honeſto trabajo, diſcurſo 6. §. 1.* facit illud *Auguſtin. lib. 1. cap. 32. de civitate Dei. Ludi ſcenici ſpectacula turpitudinis, & licentiæ vanitatum, non hominum vitijs, ſed dæmonum inſtis à Romanis inſtituta fuit.* quo loco *Leonardus Coquæus*, multa ex Patribus eleganter congerit; *Sayrus de cenſuris, lib. 7. cap. 10. nu. 8.* in fine.

9 Ibi, Qui publica pœnitentia. Tales enim ab ordinum ſuſceptione excluduntur; textus ſimilis in *cap. Ex pœnitentibus*, cum multis ibidem, infra, *diſt. 50.* de quo late agit *Sylveſt.* verbo, *irregularitas, q. 17. Maiolus de irregularitate, lib. 3. cap. 2.* & 3. *Suar. de cenſuris, diſp. 42. ſect. 2. nu. 3. Sayrus de cenſuris, lib. 7. cap. 10. nu. 19.* Publica dicitur omnis illa pœnitentia, quæ publicè coram omnibus fit. Alia eſt publica, & ſolennis, quæ cum certa quadam forma verborum ob crimen ſcandalotum imponebatur, de qua agit *cap. In capite, 64.* infra, *diſt. 50.* proſequitur late *Bellarmin. lib. 1. de pœnitentia, cap. 21.* & 22. qui inter publicam, & ſolennem pœnitentiam, plures differentias conſtituit. 11

Tu reſolve ex ſupradictis authoribus, per publicam pœnitentiam, non impediri aliquè ad ordines promoveri, vel illos exercere, ſi iam ſit promotus; quod limitabis, niſi contingat ex tali pœnitentia conſurgere gravem infamiam. Nam in quibuſdam Eccleſijs ob crimina notoria, imponitur pœnitentia publica, nam ad fores Eccleſiæ in loco imminenti cũ diademate in capite, ac cereis in manibus accenſis, pœnitentes, dum officia divina celebrãtur, toti populo exponuntur; de qua re plura legi poſſunt apud *S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 17.* in fine, & *tit. 29. cap. 6. Albericum in dictionario*, verbo, *Ordinandus*, verſ. *Quarto decimo.* Adde poſita ad *cap. Si ille, 58.* infra, *diſt. 50.* 10

Ibi, Qui in furiam. Non debet ordinari, qui aliquando in furiam inſanivit, ut tradit *Navar. in Manual. cap. 25. nu. 72.* & *cap. 27. nu. 203. Suar. de cenſur. lib. 6. cap. 13. nu. 1.* idem dicendũ eſt de amentibus, qui uſu carent rationis, quia hic defectus ex ipſa rei natura impedit ſuſceptionem ordinum. *Suar.* ubi proximè, *nu. 2.* Diſtinguitur tamen furioſus à demente, quia ille rabiem furoris ſignis exterioribus oſtendit; hic verò mente caret, ſed actis exterioribus furorem non inſinuat; explicat poſt *Bald. Iaſon. in l. Furioſum, nu. 2. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Gomez l. 3. Tauri, nu. 7. Dueñas reg. 259. ampliat. 9.* licet aliter explicet *Benedictus in cap. Raynutius* verbo, *Adjectæ, nu. 76.* de lunaticis, & ſimilibus, vide poſita ad *cap. Vſq;, 5.* infra, *hac eadem diſt.* 11 1

Ibi, Aliquando. Ergo qui ſemel incidit in furiam, perpetuò manet irregularis, licet poſtea ſanitatem recuperet, ut colligitur ex textu, & tradit noſter *Gratianus in cap. Si quis non in ſtatu, 13. 4. Nõ enim, 15. q. 1. Vitali. in Candelabr. tract. de irregularitate, nu. 181. Sayrus de cenſur. lib. 6. cap. 6. nu. 14. in princip. Palmerola conſ. 25. nu. 5. Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 1. num. 4.* quod intelligendum venit de furore, qui procedit ex propria organorum læſione, non autem ſi ex vehementi febre quis deliret, vel furioſus fiat, quia nullã inde contrahit irregularitatem, ut *Suar. d. nu. 4. Vivald.* ubi proximè, *nu. 182.* 12

Ibi, Diabolus vexatus. De quo vide poſita ad *cap. ſequens, hac eadem diſtinctione.* 13

14 Ibi, Pecuniam obtulerit. Simoniam circa ordines committens, imò etiam mediatores, ut ipsa in ordine committatur, excommunicationem incurrunt; à qua solus Papa absolvit, *Extravag. 2. de simonia*, in principio, inter communes, quam latè explicant *Suar. de censur. disp. 22. sect. 5 nu. 22. Sayrus de censur. lib. 3. cap. 30. nu 6. & 7. Gutierr. Canonicar. lib. 1. cap. 9. Salzedo in additionibus ad Bernardum, cap. 91. littera D.* Adde textum, & ibi notata in *cap. De simoniaco, 22. de simonia.*

CAP. Communiter. III.

SVMMARIVM.

1 *Pius Pontifex quis fuerit?*
2 *Dæmoniaci, arreptitij, & energumeni sunt irregulares.*
3 *Quod limitabis.*

1 IN superscriptione, ibi, Pius. Hoc est sanctus Pius Rufini filius, natione Italus, patria Aquilegiensis, creatus 28 Februarij, anno Christi 150. sedit annos 4. menses 5. dies 27. vide *Platinam*, in eius vita, *Onuphrium Panvinum de Romanis Pontificibus, fol. 6.* sed melius *Cardinalis Baronius* ait Pium fuisse creatum Pontificem anno Domini 158. quem latè videbis *tom. 2. anno Christi 159.* & seqq.

2 In textu. Collige ex illo dæmoniacos, arreptitios, & energumenos, qui ex dæmonis agitatione ad terram alliduntur, vel eos spiritus malignus corporaliter aliquo modo vexat, irregulares esse, ut ex nostro textu prosequuntur *Pelagius de planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 48. fol. Dæmoniaca vexatio, fol. 28. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 25. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 203. vers. Decimo quarto. Vivald. tit. de irregularitate, nu. 184. Suar. de censur. disp. 51. sect. 1. nu. 7. Sayrus de censura, lib. 6. cap. 9. nu. 14. Henriq. in summ. lib. 14. cap. 18.* Quod amplia etiamsi semel quo genus vexationis quis passus fuerit, *Suar. d. nu. 7. Sayrus d. nu. 14. Vivald. in Candelabro, tractatu de irregularitate, nu. 181.* latè *Valenzuela consil. 25. nu. 2.* & seqq.

3 Ibi, Vero anni spatio. Igitur dæmoniaci, & similes non aliter sunt admittendi in susceptis ordinibus ministrare, nisi postquam annus ipsius sit, in quo abreptio aliqua non videatur, quod tamen prudenti arbitrio Episcopi relinquitur, qui tenebitur suum consensum præbere, cum potius sit justa declaratio, quàm gratiosa dispensatio; docet *Suar. tom. 5. de censuris, disp. 51. sect. 1. nu. 5.* & 7. vers. *Quoad usum. Sayrus de censur. lib. 6. cap. 9. nu. 14. §. Quod si dicas, Vivald. in Candelabr. tract. de irregularitate, nu. 185.* Qui autem non est energumenus, sed se esse simulat, eâdem irregularitatis pœna debet puniri, ut tradit *Maiolus de irregularitate, lib. 2. cap. 17. in fine. Vivald. tract. de irregularitate. nu. 187. Sayrus dict. nu. 14.* post principium, & præcipit sancta Synodus Constantinopol. *Canon. 16.*

CAP. Clerici. IV.

SVMMARIVM.

1 *A dæmonibus obsessi, sunt irregulares.*
2 *Præpositio,* in, *qualem significationem habeat? & num. 3.*
4 *Dæmoniaci an possint ad minores ordines promoveri?*

IN textu. Decidit Nicolaus Pontifex illos, qui in adolescentia à dæmonibus sunt obsessi, non debere ad sacerdotalem gradum ascendere, de quo vide posita ad *cap. Communiter. 3. num. 2.* supra, *hac eadem distinct.* 1

Ibi, In. Quæ præpositio multifariè accipitur, ut per *Menoch. de arbitr. casu 495. Roman. cons. 376. Quæstio est, ex num. 1. usq; ad nu. 6.* Aliquando enim significat quandam intrinsecitatem, & ponitur pro *intus, l. 3. §. 1.* & ibi *Bald. ff. Nauta caupon.* ubi merces non dicuntur in navim receptæ, nisi sint intra navim collocatæ, textus similis in *l. 1. §. In publico, ff. de fluminibus. Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu. 99. de constitutionibus,* ad fin. Quod limitabis, nisi detur contrarietas, *l. Si statua,* & ibi *Glossa,* verbo, *monumento,* & *Bart. nu. 2. ff. de injurijs, Glossa in Clement. Causam,* verbo, *in domo, de electione,* quæ exponit *in domo,* idest, *ante domum,* ne sit contra *l. Plerique, ff. de in ius vocando.* 2

Similiter si adjungatur ablativo, intelligitur intra tempus, nam idem est dicere *in anno,* quod *intra annum, l. Si ita fuerit libertas, 41. §. Labeo scribit, de manumissis testamento. Bart. in l. Si cui legetur, 51. ff. delegatis, 1.* Si tamen ponatur cũ accusativo, significat post tempus, scilicet in annum, hoc est post annum, *l. In annos, l. Non putabam, ff. de conditionibus, & demonstrat.* declarat *Bart. in d. l. Si cui legetur, de legatis 1.* latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 2. Glossa 11. nu. 74. Menoch. de arbitrar. q. 99. nu. 7. & lib. 4. præsumpt. 126. nu. 5.* latiùs *Cenedo singul. 17. num. 4.* quem latissimè vide circa alias significationes. 3

In

4 In Gloſſa, verbo, Sacri. Tenet Gloſſa dœmoniacos bene poſſe ad minores ordines promoveri, ſequitur *Maiolus de irregularitate, lib. 2. cap. 17. num. 4. Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 9. nu. 14. §. Quod ſi dicas*, verſ. *Addit autem.*

CAP. Vſque adeo. V.

SVMMARIVM.

1 *Lunatici non poſſunt miniſteria ſacra tractare.*
2 *Leproſi, & ſcabie laborantes, an poſſint ad ſacros ordines promoveri?*
3 *Paralytici quomodo poſſunt miniſterium divinum exercere?*

IN textu. Nota ex textu non ſolum dœmoniacos, ſed etiam ſimilibus paſſionibus laborantes, non poſſe miniſteria ſacroſancta tractare, & ita irregulares eſſe, in quibus connumerantur paralytici, & epileptici, quem alij morbum cõmitialem, alij Herculeum morbum appellãt, quandoque etiam aliqui ſacrum morbum dixerunt; idem dicendum eſt de lunaticis, qui per temporum intervalla amittunt uſum rationis, quia tales ſubjecti horrendis paſſionibus, illicitum eſt ut ad tractanda ſacra miniſteria admittantur; multas rationes adducit in præſenti Gelaſius, de quibus ſunt videndi *Maiolus lib. 1. de irregularitate, cap. 15. & nu. 62. cap. 24. Vivald. nu. 1. tract. de irregularitate, nu. 177.* & ſeqq. *Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 9. num. 10.* & ſeqq.

2 Idem procedit in leproſis, qui etiam non poſſunt ad ordines promoveri; ſi tamen promoti fuerint, non debent coram ſanis celebrare. Unde vero leproſi haberent propriam Eccleſiam, & preſbyterium, poterit talis publicè celebrare, niſi periculum ſit de effuſione ſanguinis, ut tradit *D. Antoninus in ſumma, 3. part. tit. 29. cap. 5. Sylveſt.* verbo, *corpore vitiati, q. 6. Navarr. in Manuali, cap. 27. nu. 202.* verſ. *Decimo tertiò. Martin. Ledeſma 24. quæſt. 26. art. 2. tract. de irregularitate, fol. 268. Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 8.* & probatur ex *cap. Rectoribus, cap. Tuæ nos, cap. Ex parte, de clerico ægrotante.* Ampliat etiam in habentibus multam ſcabiem, quæ eſt affinis lepræ, & ex eadem cauſa originem ducit. *Henriq. d. lib. 14. cap. 8. §. 8.* verſ. *Et ſcabiei, Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 9. nu. 9.*

3 Intellige tamen lunaticos, epilepticos, paralyticos, & caducos, quibus rarò contingit infirmitas, dato coadjutore ſufficiente poſſe miniſterium divinum exercere, patet ſi expẽdas illis à lege canonica irregularitatem ſimpliciter non imponi, ſed caſu, quo morbus frequens ſit, propterquam frequentiam ſcandalum oriatur, pro ut in effectu probat *textus in cap. In tuis litteris, 7. q. 2.* ac ſub inde quanvis ſic affecti in totum ad ſuſcipiendos ordines prohibeantur, nihilominus tamen ſemota frequentia, dato coadjutore, ab ordinibus ſuſceptis non removentur, ne aliàs ſine propria culpa notabile damnum patiantur.

CAP. Laici. VI.

SVMMARIVM.

1 *Suſtinentes infamiam, an fiant irregulares?*
2 *Infamia facti, & infamia juris diſtinguuntur.*
3 *Infamia juris, alia ciuilis, alia canonica.*
4 *Pellex apud antiquos quæ ſit?*

IN textu, ibi, Vt opinio in nullo vacillet. Ergo ſuſtinentes infamiã, irregularitatis labe aſperguntur, textus ſimilis in *cap. Qui in aliquo, 51. diſt. cap. Infames*, verſ. *Hi omnes 6. quæſt. 1.* quod procedit tàm in infamia facti, quam juris, ut reſolvunt *Sylveſt.* verbo, *infamia, num. 15. Maiolus de irregularitate, lib. 3. cap. 1. num. 1.* & eſt ratio, quia ordo eccleſiaſticus attento jure, honor, & dignitas appellatur, probat *textus in l. Iubemus, §. Seruos* in fin. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, & in *cap. Cum de tua, de corpore vitiatis*, ac ſubinde ad illum recipiendum cenſebitur inhabilis, qui aliquo modo infamis fuerit, juxta *textum in l. 2. Cod. de dignitatibus, lib. 12.* & in *cap. Inter dilectos, de exceſſibus Prælatorum.* Crimina propter quæ infamia irrogetur, vide per *Sayrũ de cenſuris, lib. 7. cap. 10.*

Adde pro intelligentia, infamiam facti illam cenſeri, quæ ab ipſo actu cauſatur, quoties ex illo apud bonos, & graves viros, communiter opinio hominis lædituꝛ, *l. Ea quæ, 13. Cod. ex quibus cauſis infamia*, tradit *Abb. in cap. Inquiſitionis, nu. 5. de accuſat. Decian. tract. crimm. lib. 3. cap. 17. nu. 18.* de qua agit, & intelligitur *textus in cap. Licet ex quadam, 47. de teſtibus*, & in *cap. Licet, 9. de probat.* Infamia verò juris illa dicitur, quæ à juris diſpoſitione incurritur, explicat elegantèr *Caſtro de juſta hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 9.* à principio. Inter has infamiæ ſpecies notabilis datur differentia, quia prior tollitur, ſi apud eoſdem graues, & bonos viros

opinio reſtauratur, vel per factum contrarium ipſius hominis infamati, vel per pœnitentiam; advertit *Abb. nu. 6. in cap. Ex diligenti, de ſimonia*, vel per aliquam ſufficientem ſatisfactionem, juxta textum in *cap. Cum in ma, 27. de ſponſalib.* & in *cap. Ex tuarum, 8.* & per totum, *de purgatione canonica.* Infamia verò juris nec per ſententiam, nec per ſatisfactionem, ſeu factum aliquod contrarium aufertur, tradit *Abb. nu. 6. in cap. Teſtimonium, de teſtibus*, ſed ſolum mediante legitimi ſuperioris diſpenſatione, pro ut reſolvit *Paulus de irregularitate, 6. part. tit. ſortilegij, nu. 28.*

3 Inſuper infamia juris duplex dicitur, alia civilis, alia canonica; meminit huius diviſionis *textus in cap. ult.* ibi. *Non debet legalis infamia, &c. de ſecundis nuptijs*; prior à jure civili, poſterior à jure canonico imponitur. Infamia canonica, quatenus talis eſt, ſine aliquo amplior requiſito incurritur, quoties ſtato crimine, ſeu culpa, ius canonicum ad ordines eccleſiaſticos recipiendos impedimentum ponit, ut probat *textus in cap. Infames, & in cap. Omnes, 9. q. 1. Gloſſa penult. in cap. Illi qui, eadem cauſa, & queſt.* Deficiente tamen culpa, infamia qua talis eſt, deficere cenſetur, advertit *Gloſſa penult. in dict. cap. Illi, qui. Innoc. in cap. Teſtimonium*, ubi *Abb. nu. 6. de teſtibus. Sylveſt.* verbo, *infamia, num. 11.* facit optimè *textus in cap. Nunquam*, verſ. *Quod ſi, 56. diſt.* Infamia verò civilis multipliciter conſideratur, explicat eleganter *textus in cap. Infames*, ad finem, verſ. *Porrò 3. quæſt. 7.* & per totum, *ff. qui notantur infamia*, & *Cod. ex quibus cauſis infamia irrogatur. Sayrus de cenſuris, lib. 7. cap. 10.* unde inferas iure civili infamatum, perpetuò eſſe irregolarem. Infamiatum ſolùm iure canonico, interveniente pœnitentia, regulariter poſſe ad ordines promoveri, juxta reſoluta.

4 In Gloſſa ult. ibi, Pellicem. Pellex apud antiquos ea habita, quæ cũ uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat; ut tradit *Iuriſconſultus in l. Maſurius, 144. ff. de verborum ſignificatione*, cuius tamen interpretationem *Valla*, & *Perotus*, non recipiunt, quoniam arbitrãtur latinè à viris non dici, *hæc eſt pellex mea*, ſed potius ab uxoribus. Attamen Iuriſconſultum defendit *Alciatus in d. l. Maſurius, num. 3.* & 4. quem videbis de diſcrimine inter pellicem, concubinam, pallacam, amicam, & meretricem, adi etiam *Sotomaior in cap. 6. Cant. num. 7. fol. 1096. Beroald. cõment. in Apul. lib. 7. Alexandr. lib. 1. Genial. cap. 24. Tiraquel. poſt leges connubial. Gloſſa 8. nu. 244. Anton. Auguſt. Archiep. Terracon. lib. 1. de emendat. Gratiani Dialogo 15. pag. 151.* & *155. exponendo Concilium primum Toled. cap. 17.*

CAP. Habuiſſe. VII.

SVMMARIVM.

1 *Habens concubinam ante clericatũ non eſt irregularis.*

2 *Verba*, Tuæ conſcientiæ cõmittimus, *quid importent?*

3 *Ambiguitas multiplex, & quomodo declaretur.*

IN textu. Collige ex illo habentem concubinam ante epiſcopatus, vel clericatus apicem, non eſſe irregularem; tradit *Sayrus de cenſuris, lib. 9. cap. 4. nu. 21.* qui textus meminit, unde aſſignat rationem cur poſſit in Epiſcopum conſecrari, qui poſt uxorem habet concubinam, non autem conſecrari inter virgines valet, quæ corrupta fuit. Concubinarius notorius an, & quãdo irregularis ſit, & quis talis habendus, vide eundem *Sayrum lib. 7. cap. 11. num. 20.* & ſequentibus. 1

Ibi, Tuæ conſcientiæ committendum. Quid debeat fieri quando aliquid relinquitur conſcientiæ propriæ, vide *Gloſſam in cap. 1. de voto*, verbo, *Conſcientia veſtra. Cevallos de violentia, 2. part. quæſt. 137. nu. 2.* An iſta verba faciant, ut is, cui dirigitur talis commiſſio, ſubdelegare non poſſit? Vide *Repertorium Felin.* verbo, *conſcientia*, ubi multa. *Additionem ad Bart. in l. Vnica, §. Ne autem, Cod. de caducis tollendis. Det. conſ. 72. col. 2.* & an ſtante hac clauſula poſſit appellari? Vide *Gloſſam in cap. ſtatutum, §. Acceſſorem*, verbo, *Relinquatur, de reſcriptis, lib. 6.* & *in Clementina 1.* verbo, *Oneramus, de jure patronatus. Corſetum in Repertorio Abbatis*, verbo, *Appellatio, in ſecunda Additione*, Doctores per textum ibi *Clement. ult. §. Vt autem, de religioſis domibus.* Quando autem aliquid committitur conſcientiæ alicuius, an poſſit procedere ſine citatione? Vide *Tiraq. Rex inter alios acta, nu. 40.* ſvide etiam poſita ad *cap. Quis autem leges, diſt. 54. nu. 3.* 2

In Gloſſa, verbo, Ambiguis. Agit Gloſſa de multiplici ambiguitate, pro illius declaratione, vide *Ludovicum Gomeſium in cap. 11. num. 1.* & *2. de judicijs, lib. 6.* eleganter *Turrecremata in præſenti, nu. 4.* & quomodo interpretetur, vide *Tuſcum tom. 2, littera D. concluſione 801.* 3

DISTIN-

DISTINCTIO. XXXIV.

CAP. Quorundam. I.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi debent modicam familiaritatem cum mulieribus habere.*
2 *Galli venationem exercent.*
3 *Verba textus explicantur.*
4 *Pœna noſtri textus non eſt excommunicatio.*
5 *Quo ſenſu verum ſit, venatorem nunquam ſanctum legi.*
6 *Sanctus Euſtachius venator fuit.*

1 IN textu. Collige ex illo debere Epiſcopos immoderatam familiaritatem cum mulieribus etiam conſanguineis vitare, de quo vide quæ ſcripſimus ad *cap. Quoniam*, 13. *nu.* 6. ſupra, *diſt.* 31. & ad *cap. Interdixit*, 16. *nu.* 2. ſupra, *diſt.* 32. & ad *cap. Hoſpitiolum*, 17. *eadem diſt.* Adde eleganter *Abbatem in cap.* 1. *nu.* 3. *de cohabitatione clericorum, & mulierum. Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 37. *Gloſſa* 3.

2 Ibi, Gallos. Igitur Galli venatione gaudent, ac ſe exercent, ut tradit *Gaguinus*, huius nationis, *Hiſtoricus, lib.* 2. in principio, loquens *de Rege Clotario*, & *lib.* 3. *de Rege Dagoberto*, & *lib.* 4. *de Carolo Magno*, de quo vide *Tiraquel. de nobilitate, cap.* 31. *nu.* 138. ubi noſtrum textum refert, & numeris ſequentibus multa de venatione proſequitur.

3 Ibi, Ab immoderata familiaritate. Non ex ea ratione, quòd carnaliter ad filiam accederet, quia hoc non videtur veriſimile, quòd aliquis ſuſpicaretur, cum naturale fœdus, tàm ſœvum crimen ſuſpicari non permittat, ſed ratione immoderatæ familiaritatis, ex qua contemptibilis habebatur; & inde meritò reprehenditur; vide *Gregor. Lopez, diſt. Gloſſa* 3. *Azeved nova recopilat. lib.* 8. *tit.* 2. *l.* 2. *nu.* 33.

4 Ibi, Excõmunicatus abſcedat. Gloſſa intelligit textum, ut talis epiſcopus non interſit cum alijs in negotijs cõmunibus, V. g. ac non vocetur ad conſecrandum aliquem epiſcopum, vel ad alia negotia tractanda; unde probabile eſt pœnam, de qua hic fit mentio, non eſſe propriam excommunicationem, ſed ſolam ſeparationem quandam in negotijs, & alijs miniſterijs, ut eleganter explicat *Suar. de cenſuris, diſput.* 24. *ſect.* 1. *num.* 5. *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 9. *l.* 5. *Gloſſa ult. Menoch. de arbitrar. caſu* 418. *nu.* 12. in fine.

5 Ibi, Venatorem nunquam legimus ſanctum. Hæſit animus aliquãtulum dubius, & perterrefactus, cum in noſtro textu hanc ſententiam à Divo Hieronymo in venatores fulminatam legi. Quapropter non nihil immorabor in explananda illius ſententiæ gravitate. Quid igitur damnoſum eſt in arte venatoria, ut ab illa omne ſanctitatis veſtigium, imò omne cõmercium abigatur? An quia inter feras vitam degunt, ferinos addiſcunt mores? An quia miſerandam in animãtibus exercent carnificinam, multum inde ſanguinariæ crudelitatis aſſumunt, & mentem induunt ab omni pietate alienam? Ita quidem colligitur ex ſacris doctoribus. Videatur *D. Auguſt. enarrat. in Pſalm.* 149. *Pineda in cap.* 16. *Iob. verſ.* 10. *num.* 3. & 7. *Ferdinandus Salazar Provetbior. cap.* 12. *verſu* 27. *nu.* 123. ubi fraudulentos homines venatori dicit perſimillimos, ipſamq; artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis eſſe conjunctam. *Et propter hoc* (inquit *Abulenſis*) *ſancti viri non ſe dederunt huic occupationi, ſicut piſcationi; quia venatio vix ſine nocumento proximi exercetur, ideo non legimus ſanctos venatores, ſed piſcatores.* Ita *Abulenſ. Matth. cap.* 6. *q.* 43. in fine. Hinc ego exiſtimo in illos monachos acriter à Pontifice animadverſum eſſe, qui venationi ſtuderent. Habetur in *Clement.* 2. *de ſtatu monachorum, à venationibus, & aucupationibus omnes ſemper abſtineant.* Ac ſi pietatis ardor, fervorquè virtutis venationibus intepeſcat, ipſaq; religionis obſervãtia in peius ruat. Adde quòd ſacer textus venationis nomine omnem tyrannidem, crudelitatemq; deſignat, ut eruditè firmat *Delrius in adag. ſacr. adag.* 13. per totum.

6 In Gloſſa, verbo, Venatorem. Obijcit Gloſſa de ſancto Euſtachio, qui venator fuit, & ſolvit dicens, quòd deſerviens venationi non eſt ſanctus, ſed qui ſemel fuit venator poteſt poſtea effici ſanctus, peracta iam pœnitentia; quod dictum ſequitur *Abb. in cap.* 1. verſ. *Et pro illa, de clerico venatore*; declarat *Proſpicius Marcus deciſ.* 529. *ex num.* 7. *part.* 1. *Petrus Gregorius in ſyntagm. juris, lib.* 39. *cap.* 10. *num.* 13. *Abulenſis in Matthæum, cap.* 6. *quæſt.* 43. verſ. *Si autem obijciatur. Thom. Vallaſc. allegat.* 31.

CAP. Epiſcopum. II.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Aurelianenſe 4. quando celebratum?*
2 *Venatio prohibetur epiſcopis, & clericis.*
3 *Pœna, qua puniũtur epiſcopi, & clerici venatores, & an teneantur capta reſtituere?*
4 *Ratio quare clericis venatio, non piſcatio interdicatur?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Cõcilio Aurelianenſi 4. Quod fuit provinciale, celebratum circa tempora Pelagij Papæ primi, & tempore Childeberti Regis, refertur 3. *tom. Conciliorum*, ſed revera non invenitur in Concilio noſter textus, ut bene advertit *Additio Gregoriana, in præſenti*, quam conſule.

2 In textu. Quem ineptè recitat Palea ex Concilio Aurelianenſi 4. quo probatur epiſcopis, & clericis venationẽ eſſe interdictam; non enim bonum eſt ſummere panem filiorum, & mittere canibus; *Matth. cap. 15. nu. 26.* inſuper venatio plena eſt clamoris, & ob id immoderata efficitur; atq; ita epiſcopis, & clericis, quos honeſtas maximè decet, minimè apta; idem decidit *textus in cap. 1. & 2. de clerico venatore*; quod intelligendum eſt, niſi cauſa recreationis honeſtæ, vel ſanitatem recuperandi id fiat, quibus caſibus licita eſt venatio cum retibus, & laqueis, & etiam canibus, ſi cum modeſtia fiat, ut ex *Abb. in cap. 2. ad fin. de clerico venatore*, & alijs tradit *Menoch. de arbitrar. caſu 413. num. 13.* & ibi. *Bernardus Dias in praxi criminali, cap. 61. num. 6. Didacus Peres lib. 2. ordinamenti, tit. 22. l. 1. pag. 423. Tiraq. de nobilitate, cap. 37. nu. 148. Franciſcus Marcus deciſ. 529. nu. 9. part. 1. Sebaſtianus Medices de venatione, piſcatione, & aucupio, p. 1. q. 8. ex nu. 17.* & idem in vrbibus practicari tradit *Medina in Cod. de reſtitut. q. 12. col. 1. Franciſcus Marcus d. deciſ. 529. nu. 11. Natta conſ. 640. ex nu. 2. Manduſius de inhibitionibus, q. 62. nu. 4. Thomas Vallaſc. vol. 31.* latiſſimè *Salzedo in pract. crim. cap. 76.* per totum.

3 Ibi, Tribus menſibus ſuſpendatur. Agit textus de pœna, qua puniuntur epiſcopi, vel clerici venatores, de quo vide *Menoch. d. caſu 413. nu. 17. Franciſcum Marcum*, ubi ſupra, *num. 9. Medices de venationibus, 1. p. q. 8. nu. 5. Bernardum Dias d. cap. 61. num. 1. Petrum Gregorium in ſyntagm. juris, lib. 39. cap. 10. nu. 14. Salzedo in pract. crim. cap. 67.* in princip. Licet tamen clerici contra prohibitionem venationi operam dederint, capta ab ſe in foro conſcientiæ reſtituere non tenentur, ut tradit *Covar. in regula peccatum, 2. p. §. 8. nu. 3. Medices de venationibus, p. 1. q. 3. nu. 14.* & *q. 7. num. 12. Menoch. caſu 413. nu. 19. Petrus Navarr. de reſtitut. cap. 1. ex nu. 290. p. 1. lib. 3.*

Rationem quare clericis venatio, non piſ- 4
catio, interdicatur, refert *Abulenſis in Matthæum, cap. 6. q. 43.* in fine, nempe, quia piſcatio poteſt fieri ſine alicuius detrimento, cum fiat in mari, vel flumine. Venatio autem quæ fit in terra, vix ſine nocumento proximi exercetur, ut ſupra iam expendi in *cap. Quorundam, hac eadem diſt. nu. 6.* aliam rationem tradit *Gloſſa 2. in cap. Eſau*, infra, *diſt. 86. Menoch. dict. caſu 413. nu. 20. Franciſcus Marcus deciſ. 529. nu. 10. part. 1. Natta d. conſ. 604. nu. 3.* & undecim rationes aſſignantur per *Sebaſtian. Medices de venationibus, 1. p. q. 8.* cum ſequentibus.

CAP. Omnibus. III. 1

SVMMARIVM.

1 *Laicis, an tempore jejunij, & quadrageſimæ venatio ſit prohibita?*
2 *Quatuor ſunt ſpecies venationum.*

IN textu. Textus ſimiliter agit de cle- 1
ricis venatoribus, qui ſpecialiter dicuntur ſervi Dei, nam in ſortem Domini ſunt aſſumpti, ſed forſan etiam de laicis poteſt intelligi per verbum, *Omnibus*, quibus tempore jejunij, & quadrageſimæ venatio eſt prohibita, *cap. An putatis, 86. diſt.* eo enim tempore in Eccleſia omnes conveniri debent, juxta illud. *Advenerunt dies pœnitentiæ ad redimenda peccata, ad ſalvandas animas;* licèt tamen laici eo tempore venationi operam dantes, capta reſtituere non teneantur, ut tradit *Covar. in regula peccatum, 2. p. §. 8. nu. 3. Sebaſtianus Medices de venationibus, p. 1. q. 3. nu. 12.* & *q. 7. num. 13.* Immo ex conſuetudine, quæ videtur in hac parte prævaluiſſe, poſſunt laici etiam his temporibus abſq; peccato venationem exercere, quanvis in die feſto id faciant, ut advertit *Suar. tom. 1. de Religione, lib. 2. de diebus feſtis, cap. 28. nu. 5.*

Notabis inſuper quatuor ſpecies venatio- 2
num à Doctoribus conſtitui, ſcilicet *oppreſſivã, adulatoriam, arenariam, & ſaltuoſam*, de quibus agunt, *Gloſſa, verbo, voluptate, in cap. 1. de clerico venatore*

venatore. Abulenſis in Matthæum, cap. 6. quæſt. 43. Didacus Perez. lib. 2. Ordinamenti, tit. 22. l. 1. pag. 422. col. 2. ad fin. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. nu. 8. & in Catalogo gloriæ mundi, 2. part. conſiderat. 50. Petrus à Navarr. tom. 2. de reſtitutione, lib. 3. cap. 1. ex nu. 288. Franciſcus Marcus deciſ. 529 p. 1. Petrus Gregorius in ſyntagm. juris, lib. 39. cap. 10. optimè *Menoch. de arbitrar. caſu 413. ex nu. 3. Thomas Vallaſc. allegat. 31. nu. 6. Barboſ. ad Ordinat. Luſit. lib. 5. tit. 88.* per totũ.

CAP. Is, qui. IV.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Toletanum* 1. *quando celebratum?*
2 *Concubina quæ dicatur?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Canone Tolet. 1. Quod fuit provinciale novemdecim Epiſcoporum, tempore Honorij, & Archadij, adverſus Priſcillianiſtas Hiſpaniarum Eccleſias infeſtantes, celebratum, Patrono Epiſcopo præſidente, Pontifice Anaſtaſio, ſub die ſeptimo Idus Septembris, anno Domini 406. refertur 1. *tom. Conciliorum*, ut ex *Ambroſio Morales, Ioanne Mariana*, colligit *Padilha in epitome Conciliorum.* Sed *Baronius tom. 5. annal. anno Chriſti* 405. §. *Hoc anno celebrata*, contendit Concil. Tolet. primum fuiſſe celebratum anno 4. Innocentij Pontificis, qui Anaſtaſio ſucceſſit, quem latè videbis, qui multa eruditè congerit.

2 In textu, ibi, Concubina. Concubina hîc intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis in uxorem ducitur, qui modus loquendi eſt in jure humano, & apud ſanctos Patres uſitatus, quòd illa, quæ cum ſolemnitatibus traducitur, vocetur uxor, quæ autem affectu conjugali accipitur, & tamen ſine dotatione, & ſubarrhatione vocetur concubina, & licitè teneatur, ut habet noſter textus, qui licitam facit conjunctionem cum cõcubina, quod tamen falſum eſſet, niſi verè uxor extitiſſet, proſequuntur eleganter *Abulenſ. cap. 19. judicum, q. 4. §. Conſiderandum autem*, qui noſtri textus meminit. *Gregor. Lopez part. 4. tit. 14. in proœmio Gloſſæ 3.* latiſſime *Anaſtaſius Germonius lib. 1. animadverſionum, cap.* 11. quem omnino videbis. In lege veteri, Abraham poſt Saram habuit uxorem Agar, & poſtea Cetturam; & quia illæ duæ non fuerunt acceptæ cũ ſolemnitate, quamvis eſſent uxores affectu, & in veritate, dictæ tamen ſunt concubinæ, ut *Geneſ. cap.* 25. idem habetur *lib. Iudicum, cap.* 19. ubi uxor vocatur concubina late *Abulenſ. dict. quæſt.* 4. poſt principium. Adde poſita ad *cap.* ſequens, *nu.* 4. & lege *Sotomaior ad cap. 6. Cant. nu.* 7. ubi eleganter.

CAP. Chriſtiano. V.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas uxorum, an prohibeatur attento jure naturali? & nu.* 2.
3 *An poſſit conſuetudine introduci, ut vir plures habeat uxores?*
4 *Concubinæ an permittantur?*

1 IN textu, ibi, Duas ſimul. Refert noſtrũ textum *Gregorius Lopez. part. 1. tit. 5. l. 35. Gloſſa* 4. ubi alia jura cumulat. Sed dubitatur an prohibitio hæc ſit attento jure naturali, aut attenta ſolum lege Evangelica? In quo dubio omnes fatentur pluralitatem virorum reſpectu unius uxoris interdictam eſſe jure naturali, matrimoniumq; cũ aliis eodem jure irritari, quia repugnat fini matrimonij, nam fœmina plures ſimul viros ordine ſucceſſivo ad coitum admittens, inepta redditur generationi, ut in meretricibus experientia docet. Comprobat *D. Auguſtin. de bono conjugali, cap.* 17. & *lib. 3. de doctrina chriſtiana, cap.* 12. *Cyprian de vanit. idolorum. Hieronym lib. 2. contra Iovin. Tertullian. in apolog. cap.* 39. Quare Doctores communiter dicunt non cadere diſpenſationem, ut una uxor pluribus viris nubat; & *Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap.* 11. poſt ſecũdam propoſitionem affirmat, nec Deum poſſe in id diſpenſare, eo quod ſit contra principia juris naturæ: ſed non dari repugnantiam quin Deus poſſit diſpenſare, poſt nonnullos defendit *Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 8. nu.* 15.

2 Manus dubium inſurgit, circa pluralitatem uxorum reſpectu unius viri, quidam enim exiſtimant, nec jure naturali, nec divino antiquo prohibitam eſſe, ut tradit *Durand. in 4. diſt. 33. q. 1. num.* 9. & 10. *Caietan. in Geneſim, cap.* 16. poſt principium. *Abulenſ. 1. Regum. cap. 8. q.* 25. & in *Matthæum, cap.* 19. *q.* 30. & *quæſt.* 23. *Veracruz in ſpeculo conjugiorum. 2. p. art.* 15. *concluſione* 1. & 2. ducuntur quia, omnia illa, quæ nõ ſunt de ſe mala, quantumcumq; jure naturali prohibeantur, poſſunt lege humanâ juſtis de cauſis conſtitui, *cap Eſi Chriſtus*, ibi *Quadam vero de jure jurando*; ſic ſervitus contra ius naturale

fuit

ſuit inducta *l. Manumiſſiones, ff. de juſtitia*, idem *de diviſione rerum*, probat *cap. Dilectiſſimi*, ibi. *Per iniquitatem*, 12. q. 1. At pluralitas uxorum non eſt de ſe mala, quia eſt diſpenſabilis, ſaltem per divinam potentiam. Contraria tamen opinio eſt amplectenda tanquam catholica veritas, ut tradit *D. Thom. in 4. diſt. 33. q. 1. art. 1.* in corpore. *Ledeſma 2. quarti, q. 67. art. 1. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap. 11. propoſit. 2. Henriq. lib. 12. de matrimonio, cap. 6. nu. 1.* plurimos citat *Sanch. lib. 7. diſp. 80. nu. 8.*

3 Vnde ſequitur nulla conſuetudine poſſe pluralitatem uxorum conſtitui, cum prævalere nequeat adverſus ius naturale, & divinum poſitivum, ut tradunt *Sotus in 4. diſt. 33. q. 1. art. 2. ed. 8. Covar. in 4. 2. p. cap. 6. §. 3. num. 1. Sanches*, ubi ſupra, *nu. 10.* Sequitur etiam non poſſe Pontificem in hac uxorum pluralitate diſpenſare, *cap. Gaudemus, §. Quia vero, de divortijs. D. Thom. in 4. diſt. 33. q. 1. art. 2.* in corpore. *Sotus in 4. diſt. 33. q. 1. art. 2. concluſ. 4. Covar. in 4. 2. p. cap. 7. §. 3. num. 1. Henriq. lib. 12. cap. 6. nu. 3. Sanches*, ubi proximè, *nu. 9.* Sequitur ultimo poſſe Deum diſpenſare in hac uxorum pluralitate, quia nulla invenitur repugnantia; ſic Patres legis veteris ex diſpenſatione divina plures uxores habuerunt; quæ diſpenſatio non erat conceſſa in externa aliqua ſcriptura, ſed inſpiratione interna, facta Patriarchis, de qua vide *Bellarmin. de matrimon. lib. 1. cap. 11.* poſt alios *Sanches lib. 7. diſp. 80. num. 11.* & 12. Lege de tota hac quæſtione *Franciſcum de Mendoça. tom. 1. in lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 2. annot. 5. ſect. 2.* per totam.

4 Ibi, Loco uxoris concubinam. Vnde videtur textus concubinas permittere; ſed improprie hîc appellantur, quæ non ſunt traductæ ſolemnitatibus habitis, ut ſentit *Gloſſa in præſenti*, explicat *Perez. lib. 8. Ordinamenti, tit. 7. l. 4. fol. 202.* ad fin. Nam cum vir, & uxor ſunt impariſ ſtatus, exiſtente maioritate ex parte viri lex non dicit ipſam uxorem, ſed concubinam vocat, niſi dotalia inſtrumenta interveniant. *Palcotus de natibus, & ſpurijs, cap. 5. nu. 3.* & *cap. 12. nu. 13.* latius *Abulenſ. cap. 19. Iudicum, q. 4. §. Conſiderandum*, ante finem, qui utrq noſtri textus meminere. Adde poſita ad *cap. Is, qui, num. 2. ſupra eodem. Albertinum de agnoſcendis, q. 23. nu. 48. Menoch. de arbitrar. caſu 418. nu. 14. Gutierr. Canon. lib. 2. cap. 7. nu. 30.*

CAP. Auditi. VI.

SYMMARIVM.

1 *Non licet concubinas habere.*

2 *Catechumeni qui dicantur?*

3 *Dictio*, Si, *quid importet?*

1 IN textu. Quem ex dictis Auguſtini adducit Palea ad probandū nulli eſſe licitū concubinas habere, quod paucis mutatis tradiderant antea *Burchard. lib. 9. cap. 15. Pannormia lib. 6. cap. 43.* concubinatus à lege nomen ſumpſit, *Palcotus de nat. & ſpurijs, cap. 9. nu. 8.* An lege civili fuerit unquā interdictus, vide eundem *cap. 12. nu. 10.* & *cap. 11. nu. 1.* latè *Menoch. de arbitrar. caſu 418. d. nu. 13.* eleganter *Anaſtaſius Germon. lib. 1. animadverſionum, cap. 11.* in princip. negative reſolventes.

2 Ibi, Catechumeni. Catechumeni ſunt noviter credentes, non tamen baptizati, ut docet *Nicolaus Plovius de ſacrificio Miſſæ, cap. 1. nu. 1.* Vtrum autem poſſit chriſtianus appellari, & ſit ſubjectus Papæ, & moriens in Purgatorium ire poſſit? Vide *Navarr. in Commentario de Iubileo, not. ab. 31. nu. 48.* verſ. *An autem*, & verſ. *Sed contra. Suar. de fide, diſp. 9. ſect. 1. nu. 18.* ubi *diſp. 16. ſect. 4. nu 9.* reſolvit catechumenum poſſe eſſe hæreticum, & *diſp. 19. ſect. 5. num. 9.* addit non poſſe puniri ab Eccleſia, propter hæreſim, ut nec ille, qui invalide baptiſmum ſuſcepit, ut expreſſè docet dicta *diſp. 19. ſect. 5. nu. 8.* Quapropter in propoſitis quæſtionibus breviter hanc adhibe reſolutionem. Catechumenus non eſt pars, vel membrum Eccleſiæ. Ita *Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 20. §. Dicendum*, & idem ſentiunt *D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 9. ad 3. Canus lib. 4. de locis, cap. 2.* verſ. *At Papa. Turrecremata in ſumma, lib. 1. cap. 8. ad 8. argum.* aſſerentes Catechumenum non eſſe partem Eccleſiæ, quatenus eſt baptizatorum congregatio. Et ſimiliter in hoc ſenſu non poteſt dici chriſtianus, pro ut chriſtianus includit characterem baptiſmalem; neque etiam ſubjectus Papæ, quia adhuc eſt extra baptiſmum, qui eſt janua Eccleſiæ. Si verò Catechumenus in tali ſtatu moriatur, & in gratia decedat, ſalutem procul dubio conſequetur, ut ex *D. Ambroſ.* ſupponit *Suar. de fide, diſp. 9. ſect. 1. nu. 18.* ubi tanquam probabilius tenet eundem catechumenū eſſe inter membra Eccleſiæ numerandum. Noſtram tamen ſententiam ſuperiori modo explicatam, præter citatos, defendit *Sanches in decalogum, lib. 4. cap. 37. nu. 36.* & 37. ubi affirmat, prælatos eccleſiaſticos ideo non poſſe diſpenſare in votis catechumenorum, quia hi non ſubduntur ſpirituali Eccleſiæ juriſdictioni. Videatur *Ægidius de Sacram. q. 68. art. 3. dub. unico, num. 41.*

3 Ibi, Si vos. Quæ dictio, *ſi*, importat idē quod, *quando*, ideo teſtator inſtituens ventrem uxoris ſi eſſet pregnans, & pariet

pariet unum, vel plures filios, cenſetur inſtituiſſe omnes filios natos in una, & pluribus vicibus poſt teſtamentum, ac ſi dixiſſet; inſtituo ventrem uxoris, quando erit prægnans, docet *Bald. conſ. 233. proponitur quòd dictus, num. 1. verſ. Et dictio ſi, lib. 5.*

CAP. Fraternitatis. VII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier corrupta an poſſit inter moniales cooptari?*
2 *Suſpenſionis pœna ſemper eſt evitanda.*
3 *Ætas ſenilis incontinentiæ ſuſpicionem aufert.*
4 *Eccleſiaſtici judices, an poſſint judicare de laicis concubinarijs?*
5 *In pœnis non datur optio reo, ſed judici.*

1 IN textu. Quem refert *Tiraq. l. 1. connubial. Gloſſa 1. p. 1. num. 45.* ad finem, & per illum docet, quòd licèt mulier corrupta inter ſanctimoniales cooptari non poſſit, *cap. Inveniales, 20. queſt. 1.* tamen vir corruptus, & ſacris, & religioni mancipari poteſt; & etiam in Epiſcopum cõſecrari, quia multò eſt turpior impudicitia in muliere, quàm in viro. Adde *Cevall. in practic. q. 556.* latè *Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 4. nu. 21.* Recurre ad *cap. Acutius, 2. nu. 3. diſtinct. 26.*

2 Ibi, Defectus noſtrorum temporum. Citat *Abb. in cap. Aſi clerici, num. 34. verſ. Et attende, de judicijs*, ad hoc, quòd ſuſpenſionis pœna ſemper eſt evitanda, ſequitur *Decianus conſ. 72. num. 5.* in fin. *vol. 3.* unde dicit *Gloſſa ult. in cap. 1. diſtinct. 81.* quòd nunquàm quis deponitur, niſi pro caſu in jure expreſſo, proſequitur idem *Decian. nu. 6.*

3 Ibi, Ætas iſtius. Igitur ætas ſenilis futuræ incontinẽtiæ ſuſpicionem aufert, ut ex noſtro textu deducit *Tiraq. l. 6. connubial. Gloſſa 1. part. 6. nu. 9.* qui multa adducit. *Alciatus de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 1. nu. 8. Menoch. de arbitrar. caſu 89. nu. 55.* Nam ſemper pro ſenioribus præſumitur. *Tiraquel. de primogen. in præfatione, num. 150.* & ſequentibus.

4 Ibi, Monaſterio tradatur. Ergo non poteſt negari, quin de laicis concubinarijs eccleſiaſtici judicent. Accedit quod in *cap. de officio Ordinarij*, facultas ſit prælatis ad inquirendum, & ulciſcendum omnia crimina; cum ergo concubinatus laicorum crimen ſit legibus divinis, & eccleſiaſticis damnatum; *cap. Nemo, 4. In eodem, 32. q. 4.* poterunt laici de hoc crimine ab Eccleſia judicari, ut expreſſum eſt in *Trid. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij, cap. 8.* proſequitur *Farinac. de delictis carnis, q. 138. num. 77.* qui noſtri textus meminit, ſed prius debent admoneri, juxta idem Concilium. Si tamen laici conveniantur, & accuſentur de concubinatu ante admonitionem, in judicio Ordinario, ut convincantur de culpa ad effectum, ut admoneantur, non poterit forum eccleſiaſticum declinare, & ſic praxis obſervat, quoniam eccleſiaſtici judices, qui poſſunt laicos admonere, ut recedant à culpa, poſſunt etiam omnia facere, quæ ad illud rectè peragendum opportuna videbunt, ex *l. 2. ff. de juriſdictione, cap. Præterea, de officio delegati.*

In Gloſſa, verbo, Profeſſura, ibi, Dat optionem. Ergo in pœnis alternative appoſitis non datur optio reo, nec debitori, ſed judici, ſimilis *Gloſſa in cap. à crapula*, verbo, *vel beneficio, de vita, & honeſtate clericorum, Gloſſa finalis, in cap. Sicut, de Iudæis*, & utrobique DD. laudatiſſime *Felin. in cap. Inter cæteras, à nu. 5. de reſcriptis*, & ibi *Decius, nu. 9.* & ſeqq. *Antonius Gomes tom. 3. cap. 1. nu. 39. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 94.* alios refert. *Cened. collectan. 59. ad Decretales, nu. 4.* Ratio principalis eſt, quia pœna eſt cõmenſuranda delicto. *cap. Non afferamus, 24. q. 1.* & hanc cõmenſurationem nunquam facit reus, quia ſemper eligeret minorem, & ideo fruſtra lex loqueretur alternativè, imò potius ad judicem pertinet de pœna deliberare ſecundum merita cauſæ, & qualitatem negotij. *l. Padius*, verſ. *Et omnino*; ut in cæteris, *ff. de incendio ruina. l. Reſpiciendum*, in principio, *ff. de pœnis.* 5

CAP. Si quis, de laicis. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui præter uxorem, aliam cognoverit, non debet clericus fieri.*
2 *Dictio*, in, *quid denotet?*
3 *Covarr. noſtri textus meminit.*

1 IN textu. Deſumptus ex Concil. Aurelianenſi, vel potius Gerundẽſi, *cap. 8.* quo ſtatuitur, non debere admitti ad Clerum, qui præter uxorem aliam cognoverit mulierem, quod debet intelligi de illis homini-

hominibus, quorum peccata ſunt notoria, ſi autem non eſſent manifeſta, tunc poſſet Epiſcopus illos ordinare, argumẽto *textus in cap. Et tenore de temporibus ordinat.* & vide poſita ad *cap. Abbiſſe num. 1. ſupra, diſtinct. 33.* Et ad *cap. 1. nu. 6. eadem diſt.*

2 Ibi, In. Hæc dictio iuncta ablatiuo ei ſui, denotat intrinſecitatẽ. *Bart. in l. Gallus, §. Illa caſus, ff. de liberis, & poſthumis.* Si adijcitur perſonæ in accuſatiuo, importat idem, quod contra, prout ſi ſtatutum dicat actionem dari in hæredem. *Bart.* ubi proxime *nu. 3.* & de multiplici ſignificatu huius dictionis, *in*, vide plenius *Rebuff. conſ. 379. Queſtio eſt, in principio, & nu. 6. Repoſitum in cap. Si Papa, nu. 7. diſt. 40. Oldrad. conſ. 49. num 9.* Idem *Barth. in l. Sed & queſtionis, ff. de iniurijs, & in l. Licitatio §. Quod Aliciuè, nu. 5. ff de publicanis. Decian. tract. crimin. lib. 6 cap. 19 nu. 9. Alexand. in l. cæterũ, §. Hoc ſenatus nu. 6. ff de legatis, 1.*

3 In §. Quod ego in fine, ibi, Pertingere valeat. Debigamia hic contenta agit late *Covar. in Clement. Si furioſus, de homicidio, p. 1. §. 2. nu. 2. verſ. Tertiò*, qui noſtri textus meminit.

CAP. Curandum. IX.

SVMMARIVM.

1 *Hilarius Pontifex quis fuerit?*
2 *Synodus Romana quo tẽpore celebrata?*
3 *Qui virginem non duxerit uxorem, nõ debet ad ordines promoueri.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Hilari. Fuit Hilarius natione Sardus, patre Criſpino, creatur Pontifex anno Domini 461. Sedit annos ſex, menſes decem, moritur 4. Idus ſeptembris, conſtituit ne Pontifices ſucceſſorem ſibi eligerent, quæ inſtitutio ad omnes Eccleſiaſticos gradus pertinet, fecit decretalem, & per vniuerſum orbem ſparſit Epiſtolam de fide catholica, cõfirmans tres ſynodos, Nicenam, Epheſinam, & Chalcedonenſem, quibus Eutichem, Neſtorium, & Dioſcorum cum ſectatoribus damnavit; ſunt qui ſcribant Merlinum Angelum vatem inſignem his temporibus fuiſſe, de quo plura, forteſſe quàm fas eſt circunferuntur. Vide *Platinam & Panuinium in ipſo Hilario*, late *Baron. tom. 6. annal. anno Chriſti. 461.* & ſequentibus.

2 In eadem ſuperſcriptione, ibi, In ſynodo Romana. Celebrata decimo octauo Kalend. Decembris, anno Chriſti 465. conuenerant enim eo tempore Romæ quadraginta, & octo Epiſcopi ad natalem diem ipſius Hilarij Pontificis, ex more ſolemniter celebrandum: huius igitur occaſione Epiſcoporum conuentus, Hilarius Papa Romæ ſynodũ habuit. Vide *Baronium anno Chriſti. 465. §. Hoc eodem anno*, qui latè omnia refert.

In textu, Collige ex illo, quod non debet ad ſacros ordines accedere, qui virginem non duxit uxorem, de quo vide quæ ſcripſimus ad *cap. penult. nu. 4. & 5. ſupra, diſt. 32.* Adde *Suarium de cenſuris diſputat. 48. ſect. 1. num. 4.* 3

CAP. Præcipimus. X.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui noſtri textus meminere.*
2 *Ex defectu litteraturæ irregularitas incurritur, & an tales præmiantur ſuis beneficijs?* 1
3 *Qui in iure Canonico dicantur illitterati.*
4 *Corpore vitiati an ſint irregulares?*

IN textu. Cuius meminerunt. *Gregorius Lopez part. 4. tit. 1. l. 4. Gloſſa. 4. Lancellotus Conradus in templo omnium iudicũ. lib. 2. cap. 1. §. 4. verſ. Bigamia nu. 1. Suarius de cenſuris diſp. 49. ſect. 1. num. 4. Campanile diverſorum iuris Canon. Rubr. 11. cap. 17. num. 1. Bernard. Diaz. in practic. cap. 16 num. 2.* 1

Ibi, Ignorantem litteras. Igitur ex defectu litteraturæ irregularitas incurritur, de quo latè agunt *Bernard. Dias in pract cap. 21. Suar. de cenſuris diſp. 51 ſect. 1 num. 8. Virald in Candelab. tractatu de irregularitate nu 50. Maiclis de irregularitate. lib. 1. cap. 22. Sayrus de cenſuris lib. 9. cap. 13. n. 4. Lancelotus Conradus vbi ſupra, verſ. illitteraturæ.* Vnde clericus ignarus, qui de facto ſacris ordinibus inſignitus, non poteſt adminiſtrare in ordinibus ſuſceptis, docet. *Suarius d. ſect. 1. nu. 9.* Et arbitrio iudicis venit puniendus, imò priuari poteſt ſuo beneficio, quia collatio beneficij facta tali non tenuit, vt notat. *Francus per textũ, ibi in cap. vlt. de temporibus ordinandorum, nu. 2.* alios referens, ſequitur. *Bernard. Diaz d. cap. 21. nu. 3. & 4.* vbi *Salzedo in additionibus littera G.* Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 6.* vbi Sancitur, illitteratos, & imperitos clericos, Rectores Eccleſiarũ privandos non eſſe, ſi alias honeſtæ, & probæ vitæ fuerint, ſed ab Epiſcopis illis coadiutores deputandos 2

putandos eſſe, quam deciſionem procedere tantum in iam promotis tempore Concilij tenet *Salzedus*, ubi proximè. Adde poſita ad *cap. Illiteratos, nu. 1. infra, diſt. 36.*

3 Sed dubitatur, quid in iure Canonico ſit illiteratus, ut dicatur eſſe irregularis; in quo dubio dicit *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 205.* & *in cap. Si quando, de reſcriptis, excepit. 13. nu. 1.* alios referens, quòd ille dicitur illiteratus, qui neſcit legere, ſcribere, & conſtruere. Hodie verò, quæ peritia ſufficiat ad ordines ſuſcipiendos, declaratur in *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 4. §. 11. 13.* & *14.* de qua agunt *Suar. d. nu. 8. Sayrus d. cap. 13. nu. 6.* Quis autem poſſit diſpenſare in hac irregularitate, docet *Suar. nu. 10. Sayrus num. 9.* De ſcientia verò, quæ requiritur in Epiſcopo, vide poſita ad *cap. Omnes*, infra, *diſt. 38.*

4 Ibi, Corporis vitiatum. Vnde habētes trūcum, aut vitiatum corpus, non debent eccleſiaſticos ordines ſuſcipere, *cap. 2.* ubi *Gloſſa*, verbo, *deformitatem, de clerico aegrotante*, cuius irregularitatis figura præceſſit in veteri teſtamento, ut conſtat *Levit. cap. 21.* ubi multa corporis vitia numerantur, quibus miniſtri veteris teſtamenti carere debebant; nam corporalis macula, animi etiam fœditatem, morumq; deformitatem indicat, ut luculenter tradit *Tiraq. l. 2. connub. Gloſſa 1. à nu. 54. Bernard. Dias in practic. cap. 17. nu. 4.* tranſcripſit *Campanile diverſorum iuris Canonici, rubr. 11. cap. 17. nu. 2.* Sic apud Ethnicos, qui corporis labem patiebantur, à ſuis ſacerdotijs longe repellebantur, tradit latè *Bernard. Dias d. cap. 17. nu. 3.* quæ tamen deformitas irregularitatem producat, videbis *Bernard. Dias d. cap. 18. à nu. 7. Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 2. nu. 9.* & ſeqq. *Campanile d. cap. 17. n. 34.* & ſeqq. *Sayrum d. lib. 6. de cenſur. cap. 8.* per totum. Atq; ex illis particularia, & determinata corporis vitia veniunt declaranda.

CAP. Si cuius. XI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non debet fieri, cuius uxor adulterium cōmiſit, & an hoc procedat ſi maritus adulterium ignoraverit? & nu. 2. & 3.*

4 *Maritus accuſans uxorem de adulterio, an ſit irregularis, ſi ob mandatum judicis, pendente accuſatione uxori ſolvat debitum?*

IN textu. Collige ex illo non debere illū ſacerdotem fieri, cuius uxorem conſtat adulterium cōmiſiſſe; tradunt *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 4. nu. 18. Greg. Lopez. p. 1. tit. 5. l. 35. Gloſſa 6. Navarr. in cap. Inter verba, concluſ. 1. nu. 22. Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. nu. 14.* 1

Dubitatur tamen, an ſit bigamus, & irregularis, qui ignorans uxoris adulterium, eam poſt adulterium cognoſcit? Partem affirmativam tenet *Gloſſa in præſenti*, poſt princip. verſ. *Dic ergo, Navarr. in Manual. cap. 28. nu. 195.* verſ. *Secundò dico, Covar. in Clem. Si furioſus, 1. p. §. 2. nu. 3.* & eſſe omnium Canoniſtarū dicit *Sayrus*, ubi proximè, *nu. 19.* verſ. *Secunda opinio*, qui eam ſequitur *Toled. lib. 1. ſummæ, cap. 226. nu. 6. Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 6. nu. 10. Gutierr. Canonic. lib. 1. cap. 25. nu. 5.* infinitos referens *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 48. nu. 15.* verſ. *Et ideo, Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. nu. 15.* Ratio eſt, quia hæc bigamia oritur ex defectu ſignificationis Sacramenti, qui æquè invenitur, ſive ſcientia, ſive ignorantia adſit. 2

Mihi tamen contraria opinio, non videtur improbabilis, quando ignorans adulterium uxoris, eam poſtea cognoſcit; nimis enim durum eſt, ut quis abſq; culpa ſic puniatur, nam ut aliquis incurrat irregularitatem, neceſſe videtur ut actiones illæ ob quas irregularitatem contrahit, ſint voluntariæ, & ex iudicio rationis, quod aufert ignorātia, quam opinionem tenet *Rebuf. de pacificis poſſeſſoribus, nu. 194. Emman. Sá in ſumm.* verbo, *Irregularitas*, ubi de bigamia, *nu. 3. Greg. Tholoſan. in ſyntagm. iuris, 2. p. lib. 16. cap. 10. nu. 8. Petrus Ledeſm. de matr. q. 66. art. 3. ccl. penult.* & ante illos doctiſſimus *Innocēt. in cap. Inquiſitioni nu. 1.* poſt princip. *de ſenten. excōmunicat.* inſinuat *Gloſſa in cap. 2.* verbo, *in bigamis, de bigamis.* 3

In Gloſſa, verbo, Admitti, poſt principium, in verſ. Sed pone. Cōtrovertit Gloſſ. an maritus accuſans uxorē de adulterio, ſi pendēte accuſatione ſolvat debitum uxori corruptę, ad mandatum iudicis, ſit irregularis? Et gloſſator dubius eſt, & utramq; partem æquè probabilem exiſtimat. Quidam negant, quia iniuſtè puniretur ob actum ad quem tenetur, *Palatius in 4. diſt. 27. diſp. 4. col. 4. Innocent. in d. cap. Inquiſition. nu. 1. de ſentent. excōmunicat.* & ibi *Ioann. Andr. nu. 3. Butrius num. 12. Ancharr. nu. 3.* Contraria tamen opinio cōmunis apparet, quia datur ſignificationis defectus, ut poſt *D. Thom.* docet *Soto in 4. diſt. 27. q. 3. art. 1. concluſ. 5. Caſtro de lege pœnali, lib. 1. cap. 4.* ante fin. *Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 6. Navarr. in ſumm. cap. 16. nu. 27. Covar. in Clem. Si furioſus. 1. p. §. 2. nu. 2.* verſ. *Quartò. Sayrus de cenſur. cap. 4. nu. 20.* refert plures *Sanch. d. lib. 7. diſp. 85. nu. 17. Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. n. 17.* 4

CAP. Si laici. XII.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus ad quid inducat noſtrum textum?*

2 *Clericus coniugatus, ſi eius uxor fuerit adultera, an perdat privilegium clericale?*

1 IN textu. Pergit Gratianus inducens hoc caput Martini Pontificis, ad probandū non debere ad ſacerdotium promoveri, quorum mulieres adulterium cōmiſerunt; de quo vide poſita ad *cap.* ſupra proximum. Adde *Zabarellam in Clement. cum eo, nu* 4. poſt principium; eleganter *Capella Tholoſan. deciſ.* 255. Porro de Martino Papa vide quæ ſcripſimus ad *cap. ult. nu.* 1. *diſt.* 24. & ad *cap.* 1. *nu.* 1. *diſt.* 27.

2 Ibi, Poſt ordinationem clerici. Igitur clericus coniugatus cum unica, & virgine, ſi eius uxor palam adultera fuerit, ſi is poſtea facto cum ipſa cohabitet, dicitur eſſe bigamus; non poterit tamen Curia temporalis propter aliquod maleficium illū iudicare, quia licet ſit bigamus, quoad legem promotionis, non autem quoad privilegium conceſſum clericis coniugatis, per *cap. Vnic. de clericis coniugatis, lib.* 6. probat utrumq; *Capella Tholoſan. deciſ.* 64.

CAP. Si quis viduam. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui ante baptiſmum cum vidua cōtraxit, non debet ad clericatum admitti. & nu.* 2.

1 IN textu. Collige ex textu illum, qui ante baptiſmū viduam duxit uxorem non debere ad clerū admitti, ſed obſtat quòd per baptiſmum quis efficitur novus homo, & ideo omnis macula, & indecentia tollitur. Iuvat, omnem irregularitatem eſſe de iure poſitivo, omne autem poſitivum ius dirigitur tantum ad baptizatos, unde non eſt extendendum ad defectus ante baptiſmum commiſſos, ut notatur in *cap.* 1. ſupra, *diſt.* 26. Sed tamen concluſio noſtri textus veriſſima eſt, ut ſcripſimus ad *cap. Acutius, nu.* 2. & ad *cap. Deinde, nu.* 2. ſupra, *diſt.* 26.

2 Nec obſtat difficultas, nam defectus corporales ante baptiſmum in homine dupliciter conſiderantur, alij enim ſunt defectus intrinſeci, alij ab extrinſeco provenire dicūtur. Prioris membri exemplum ſit, claudicatio, cœcitas, & reliqua vitia corpori cohærentia, poſterioris verò ſit illegitimitas, homicidiū, & alij ſimiles. Inter hos defectus repetitur maxima differentia, quia priores per baptiſmum non auferuntur, poſteriores verò ſi ex proprio peccato provenerunt, veluti homicidium, per baptiſmum auferri non eſt dubium; ſi verò ſine culpa propria oriuntur, veluti illegitimitas, bigamia, per baptiſmū auferri nō dicūtur, eo quod baptiſmus non reſpicit actus illos, ex quibus prædicti defectus ortum habuerunt. Vnde meritò procedit deciſio Innocentij Pontificis in præſenti, ſtatuens irregularitatis labe illos reſpergi, qui ante baptiſmum cum vidua matrimonium inierūt. Ita in effectu *Abb. in cap. Gaudemus, de divortijs, nu.* 16. *Sylveſt.* verbo, *irregularitas, nu. ult.* refert alios *Covar. in Clement. Si furioſus.* 1. *p.* §. 2. *nu.* 5. *Henriq. lib.* 14. *de impedimento irregularitatis, cap.* 9. *nu.* 3.

CAP. Cognoſcamus. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Qui bis contrahunt non debent clerici fieri.*

2 *Dictio*, etiam, *quid ſignificet?*

3 *Nihil addit de novo, qui interpretatur actum precedentem.*

1 IN textu. Docet Ambroſius illos, qui ſecūda coniugia ſortiuntur, non debere clericos fieri, de quo vide poſita ad *cap.* 1. *nu.* 1. & ſeqq. ſupra, *diſt.* 33. Adde *Suar. diſp.* 49. *ſect.* 6. *nu.* 4. ad fin. qui noſtri textus meminit.

2 Ibi, Etiam. Quæ dictio includit, & importat implicationem, & ponit caſum magis dubitabilem, *l. Conventicula, C. de Epiſcopis, & Clericis, l. Etiam, C. ſi in. vel contrat. Clement. ult.* §. *fin.* in principio, & ibi. *Zabarell. nu.* 2. *de ſupplenda negligentia. Clement. Nolentes*, verſ. *Et tàm ipſorum, de hæreticis. Decius in l. Quamquam, nu.* 16. *C. de teſtam. militum*, & in *l. Qui ſe patres, nu.* 12. *C. unde liberi*, plures refert *Cened. ſingul.* 51. *nu.* 1. Ratio eſt, quia iſta dictio eſt implicativa ad maiora, etiam in materia ſtricta, & exorbitante. *Sylvan. conſ.* 64. *nu.* 10. *Menoch. de recup. poſſeſſ. remedio* 9. *nu.* 256. ubi plures in id. citat *Cened.* ubi proximè, *nu.* 2. *Tuſch. tom.* 2. *concluſ.* 275. *nu.* 7. qui ponit exemplum in *cap. Statutum, de elect. lib.* 6. Aliquando enim importat idem, quod maximè. *Tuſch. nu.* 11. quem latè videbis.

In

3 In Gloſſa, verbo, Addidiſſe. Arguit Gloſſa contrariũ, quod Patres Concil. Nicæni nihil addiderunt ad dictum Apoſtoli, quia ſecundum Auguſtinum *in cap. 1. diſtin. 81.* Apoſtolus intellexit de quolibet ordine, cuius contrarium dicitur in præſenti. Gloſſa ſolvit, quòd Ambroſius hîc proſequitur ſuperficiem literæ Apoſtoli, quæ ſpecialiter loquitur de presbytero, & diacono; Auguſtin. verò in *dict. cap. 1.* proſequitur intellectum, & interpretationem Apoſtoli, & ſic Ambroſius, & Auguſt. non contradicunt ſibi; ſequuntur *Præpoſit. nu. 3. Turrecrem. nu. 1.* notantes ex textu, quod nihil addit de novo, qui interpretatur actum præcedentem.

CAP. Si quis viduam. XV.

SVMMARIVM.

1 *Propter vilem conditionem mulieris, cum qua matrimonium contrahitur irregularitas Incurritur.*

2 *Ob unicum matrimonium cum vidua contrahitur irregularitas.*

1 IN textu. Qui eſt deſumptus ex *Canon. 17. aut 18. Apoſtolorum*, in quo ſtatuitur, contrahi aliquando irregularitatem ex conditione mulieris, cũ qua matrimonium celebratur, etiam ſi illa mulier ſit virgo, propter vilem conditionem perſonæ, cui ſimilis efficitur, qui cum illa contrahit, & ideo cenſetur indignus ordinibus, qui contrahit cum ancilla, mima, vel ſcœnica, ſaltatrice, ioculatrice, abrepta, vel meretrice, ut ſentit *Gloſſa in præſenti*, ad fin. & poſt *Sylveſt. & Navarr.* explicat eleganter *Suar. de cenſur. diſp. 48. ſect. 3.* in fine, & *Sayrus de cenſur. lib. 7. cap. 10. num. 8.* poſt princip. qui noſtri textus meminerũt.

2 Ibi, Viduam acceperit. Igitur ob unicũ matrimonium cum vidua, incurritur irregularitas. Ratio eſt, quia licèt talis non contraxerit duo matrimonia, tamen ex parte fœminæ duo fuerunt, atq; Eccleſia talem, ut bigamum reputat, deeſt enim unitatis, & coniunctionis ſignificatio, quæ requiritur in ſuſcipiente ordines; explicat *Sayrus de cenſur. lib. 6. cap 4. n. 10.* qui textum refert. *Covar. de homicidio, p. 1. §. 2. nu. 2. verſ. Secundò.* Oportet tamen ad irregularitatem inducendam, ut ipſa vidua ſit cognita à primo marito, ut tradit idem *Sayr. Medices in ſumma 2. p. tit. 9. q. 28. Suar. d. nu. 1.* & probatur in *cap. ult. hac eadem diſt.* Vnde ſiquis dicat uxorem corruptam, moriatur tamen illa ante carnis copulam, ſi poſtea ducat virginem, & eam cognoſcat, non manet bigamus, aut irregularis, *Sayrus d. cap. 4. nu. 16.*

CAP. Vidua. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Vidua appellatur cuius maritus mortuus eſt. & nu. 6.*

2 *Et mulier, quæ maritũ non habuit, cõpetuntq; ei privilegia viduis cõceſſa.*

3 *Vidua dicitur, quæ maritum habet inutilem, & habet privilegia viduarũ.*

4 *Alciatus, & Rebuffus inter ſe contendũt.*

5 *Meretrix, quæ dicatur? & nu. 7.*

1 IN textu, ibi, Cuius maritus. Igitur ex ſententia Hieronymi, vidua appellatur cuius maritus mortuus eſt; & ſecundum Gloſſam in præſenti, & quoſdam alios dicitur quaſi, *idua, iduare*, enim Hetruſca lingua *dividere eſt*; inde *Idus*, diviſio, ut docet *Macrobius lib. 1. Saturnaliorũ, cap. 15.* & poſt *Cottã in memorabilib.* tradit *Rebuf. in l. Malum navis, 242. §. Viduam*, verſ. *Ex præmiſſis*, & verſ. *Primò limitatur, de verum ſignificatione. Covar. practicar. cap. 7. nu. 2. verſ. Vidua igitur.* Quemadmodum ergo decimus quintus dies menſis vocatur, *Idus*, eo quòd per illum menſis dividatur; ita mulier, quæ à marito mortuo dividitur, *vidua*, appellatur. *Varro lib. 4. de lingua latina.* Hinc etiam in iure Canonico illa Eccleſia dicitur viduata quæ ſponſo per obitum deſtituitur; ut conſtat ex *cap Quia propter. de elect. Azor. inſt. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. §. Secundò quæritur.*

2 Aliter tamen Iuriſconſultus *Iabolenus*, ex ſententia *Labeonis, in d. §. Viduam*, non ſolum appellat eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quę virum non habuit; & quemadmodum vecors, & veſanus dicitur, qui ſine corde, aut ſanitate eſt; ſimiliter viduã eſſe dictam ſine duitate; qua propter ea quæ nunquam nupta fuit, vidua recte appellabitur, competentq; cætera privilegia, quæ viduis conceſſa ſunt, ut docet *Bart. in l. 1. nu. 4. C. quando Imperator inter pupillum*, refert plures *Covar. practic. quæſtion. cap 7. nu. 2. Palat. in repetit. cap. 1. notab. 2. nu. 15.* tradit iudicatum *Vivius deciſ. 521. nu. 1. Vincent. de Franc. deciſ. 100. nu. 1.* tranſcripſit *Ordinatio noſtra Luſit. lib. 3. tit. 5. §. 5.* Vide quæ ibi congerit *Barboſa nu. 3.*

3 Immo etiam vidua appellatur, quæ maritũ habet inutilem, veluti dãnatum ad perpetuos carceres, Gloſſa eſt ſolẽnis in *l. ult. C. ad l. Fla-*

ridam de plagiarijs, verbo, *vrbiſtes*, quam ſingularem dicit *Alex. conſ. 104. ſtatutum loquens, col. 2. nu. 4 lib. 1.* & per eam notat ibi eleganter *Bald. nu. 1.* quòd privilegia, quæ dantur viduis, competunt etiam inutiliter nuptis, ubi *Additio litteræ A.* plura adducit. *Coſta in memorabilibus*, verbo, *vidua. Tiraq. l. 6. connubial. nu. 12. Azeved. lib. 6. tit. 3. in l. 1. num. 7. Bovadilla in Politica, lib. 1. cap. 11. nu. 7.* reſolvit *Barb. l. 1. p. 1. num. 7. ff. ſolut. matrimon. Cevall. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 23. nu. 8.* Sic alias dicitur Eccleſia viduata ſponſo ſuo, ſi habet Epiſcopum inutilem, *textus in cap. 2.* verſ. *Sed neq; de tranſlatione Epiſcopi.*

4 Sed hanc Labeonis ſententiam non ſibi placere fatetur *Alciat. in d. l. Malum. nu. 25.* dicens eam eſſe elegantiorem, & ſubtiliorem, quàm veriorem, motus fundamento, quia vidua habet *vi*, breve; at ſi *vidua*, dictio compoſita fuiſſet à *va*, & *duitate*, deberet longo accentu produci prima ſyllaba, cum ea longa ſit in *vecors*, & *veſanus*, ſequitur *Covar. d. cap. 7. nu. 2.* verſ. *Nam prater.* Contra verò *Rebuffus, Alciatum*, irridet, quaſi Iuris Conſultorum dicta dependerent ab eius approbatione, & ex grammaticorum triviali ſchola, reſolvit multa vocabula ſimplicia breviari, quæ tamen in compoſitione producunt, V. g. *luceo*, primam habet productam, & tamen, *lucerna*, nomen inde deductũ priorem correptam ſervat apud *Iuvenalem*.

Diſpoſita pinguem nebulam vomuere lucerna.

Itidem prima in dictione, *ariſta*, brevis eſt, quanvis ab *areo*, deducatur. De quibus aliiſq; exemplis citatum *Rebuffum*, latiſſimè diſſerentem videbis *in d. §. Viduam.* verſ. *Alciatus*, & ſequentibus.

5 Ibi, Meretrix. Meretrix illa dicitur, quę multorum libidini parata eſt, ut habet textus in præſenti. Item cuius turpitudo publicè venalis eſt. *Alex. conſ. 99. nu. 10. lib. 6.* ubi hoc extendit, ſive in lupanari habetet, ſive non. *Abb. conſ. 2. nu. 3. lib. 2.* & *conſ. 81. nu. 3. eodem lib. Abulenſ. in Matthæum, cap 6. q. 37. §. Pro quo ſciendum.* late *Tuſ. h. tom 5. practicar. concluſ. 211. num. 1.* & ſeqq. *Menoch. de arbitrar. caſu 211. nu. 7. Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 13. l. 2. nu. 214.* An rem habens cum nupta meretrice, adulterij pœnam incurrat? Vide quæ notantur per *Barboſ. ad Ordinat. Luſit. lib. 5. tit. 25. nu. 7.*

6 In Gloſſa 1. Sentit Gloſſa, requiri copulam, ut mulier ſuperſtes dicatur vidua, quod probat *Abb. in cap. Ex tenore*, in fine, *de foro competenti.* Contrarium docet *Alciatus in l. Malum navis, 242. nu. 28. de verborum ſignificat.* cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat. Vide *Covar. practicar. cap. 7. nu. 3.*

7 In Gloſſa, verbo, Multorum. Docet Gloſſa illam meretricem eſſe, quæ admiſerit viginti tria millia hominum, quam refert, & videtur ſequi *Tuſchus concluſ. 211. nu. 4. Boſſius tractatu cauſarum criminalium, tit. de pluribus violentijs, nu. 67.* (ubi quòd mulieres paupere matrimonijs intendentes non præſumuntur honeſtæ vitę) quæ opinio ridicula apparet. Vide noſtra Gloſſa ad fin. appellat meretricem, quæ admiſit ſexaginta viros. Refert *Præpoſitus in cap. Inter opera, nu. 1.* verſ. *Item, de ſponſalibus. Azeved. d. num. 114.* At *Iuriſconſultus in l. Palam quæſtum*, poſt principium, *ff de ritu nuptiarum*, videtur appellare meretricem, quæ duos pretio admiſit. Quare *Abb.* pro concordia, quem ſequitur *Præpoſitus d. nu. 1.* ait. Quæ amore plures admiſit non eſſe meretricem, niſi admittat uſq; ad numerum prædictum noſtræ Gloſſæ, quæ verò pretio duos admiſit, meretrix eſt, quod intellige ſi palam ſe proſtituerit. *Antonius Pichard. in §. Iuris præcepta, nu. 22. inſtit. de juſtitia, & jure. Azeved. d. nu. 114.* ad fin.

CAP. Si Subdiaconus, XVII.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus ducens uxorem non debet in ſubdiaconatu miniſtrare.*
2 *Dictio*, ita, *quid ſignificet?*
3 *Dictio*, ita ut, *quid importet?*

IN textu. Decidit textus ſubdiaconũ, qui ſecũdam duxit uxorem, non debere in Apoſtolatu, hoc eſt ſubdiaconatu, miniſtrare: quod dupliciter poteſt intelligi; vel de eo, qui contraxit ſecundò ante ſubdiaconatum; vel de eo, qui iam ſubdiaconus contraxit defacto, quia de iure nũquam poterat contrahere, nec in Orientali, nec in Occidentali Eccleſia, iuxta notata in *cap. Si quis eorum, nu. 2.* & ſeqq. ſupra, *diſt. 32.* Diſpenſatur tamen cum illo, ut miniſtret in minoribus ordinibus. Nam de iure communi privilegio clericali debet ſpoliari, ut notat *Gloſſa*, verbo, *inter lectores*, quem ſequuntur *Præpoſitus*, & *Turrecrem. in præſenti.* 1

Ibi, Ita. Hæc dictio ſimilitudinem denotat, & ſignificat idem, quòd ſicut. *Goſadinus conſ. 8. nu. 19. Gratus conſ. 9. nu. 86.* & *conſ. 13. nu. 5. vol. 1. Gloſſa in Pragmaticam ſanctionem, tit. de electionibus*, in princip. in verbo, *Ita.* Aliquando ſumitur exemplativè, ut in *l. Si res ita*, & in *l. Si ita, ff. de contrahenda emptione.* Aliquando etiam reſtrictivè *l. Ita demum, C. de procuratoribus*, & aliquando affirmativè *cap. Ita Dominus*, ſupra, *19. diſt.* Quæ omnia tradit *Gloſſa ad d Pragmaticam ſanctionem*, poſt alios *Cened. ſingulari 38. nu. 1.* & *2.* 2

Ibi,

3 Ibi, Ita ut. Idem significat, quod *Ita quod, l. 2. §. Ideoq; ff. de his, qui sunt sui, & penult. §. Quisquis, ff. delegat. 2. Mandefius in Glossa Facult. §. Volentes,* in verbo, *Ita ut, fol.* 182. Dictio, *ita ut,* denotat etiam modum. *Riminald. in §. 1. nu. 499. instit. de donat.* & vide textũ in *l. Libertas,* cum *l.* seq. ibi. *Et illam adiectionem ita ut,* & ibi *Glossam, ff. de manumiss. testamento. Cened. d. singulari 38. nu. 6.* & seqq.

CAP. Lector. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Textus noster an sit Martini Papæ?*
2 *Episcopus an possit dispensare cum bigamo? & nn. 3.*
4 *Pontifex an dispenset contra Apostolũ?*

1 IN superscriptione, ibi, Martini Papæ. Non esse nostrũ textũ Martini Pontificis, sed S. Martini Bracharensis Episcopi, vulgò Dumiensis, qui diversos Canones collegit, contendit *Suar. de censur. disp. 49. sect. 6. nu. 5.* ubi ait desumptũ fuisse ex *Concilio Toletano 1. Canon 3.* quod Concilium provinciale est, nec invenitur à Papa confirmatum, nec de illo mensio fit in *cap. de libellis, ass. 20.* ubi numerantur Canones Conciliorum, quibus in iudicijs utendum est; tradit idem *Suar. d. nu. 6.* Esse tamen textum ex Martino Papa docet *Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 86 nu. 11.* in princip.

2 In textu, ibi, In lectoratu permaneat. Controvertunt DD. ex his verbis, an possit Episcopus dispensare in irregularitate ex causa bigamiæ proveniente? Partem negativam, quòd non possit dispẽsare, nec etiam ad ordines minores, tenet *Ioannes Andreas nu. 1. vers. In Glossa 2. Dominicus nu. 5. vers. in fine, Glossa in cap. Vnico, de bigamis, lib. 6. Flamin. lib. 5. de resignatione beneficiorũ, q. 3. nu. 196. Toled. lib. 1. summa, cap. 26. num. 8.* refert alios *Sanches lib. 7. disp. 86. nu. 9.* quibus adde *Suar. de censuris, disp. 49. sect. 6. nu. 4.* quod probatur ex *d. cap. Vnico, lib. 6.* ubi bigami privantur omni privilegio clericali, nec committitur dispensatio Episcopo.

3 Contraria tamen opinio probabilior apparet, quoad ordines minores suscipiendos, suscepto q; utendum. Nam licèt textus dicat *In lectoratu permaneat;* modo subdit, *Subdiaconus fiat,* ubi conceditur Episcopo facultas dispensandi ad subdiaconatũ recipiendum occurrente necessitate, qui ordo tum temporis non erat sacer, quam sententiam docet *D. Thom. in 4. dist. 27. q. 3. art. 3. Paludan. q. 4. art. 5. Graffijs in aureis decisionibus. 1. p. lib. 4 cap. 27. nu. 38. Henriq. lib. 12. cap. 6. nu. 11. Sylvest.* verbo, *bigamia. q. 7. Armilla nu. 9. Tabien. q. ult. Burgasius de irregularitate, p. 5. tit. de bigamis, nu. 8. Sanches d. disp. 86. nu. 11.* & seqq. cum quo ampliabis, & limitabis. Adde de quæstione *Cevallos de communibus contra communes, q. 559.* de hoc in *cap. Non confidat, 59. nu. 1. dist. 50.*

In Glossa, ibi, Papa dispensat contra Apostolum. Vnde poterit Põtifex dispensare in bigamia, etiam ad ordines sacros, ut tradit *Iacobatius de Concilio, lib. 7. art. 7.* vers. *Octavo facit. col. 4. pag. 499. Matta de iurisdictione, p. 2. cap. 37. nu. 14. Covar. in Clement. Si furiosus, 1. p. §. 2. nu. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 197.* alios refert *Sanches lib. 7. disp. 86. nu. 6. Suar. de censur. disp. 49. sect. 6. nu. 1.* Ratio est, quia impedimẽtum hoc non ex divino iure, aut naturali insurgit. Ergo potest dispensari, etiamsi dicatur ab Apostolis institutũ. Nam Apostolicæ constitutiones non transcendunt ius humanum, ut solvit *Suar. d. nu. 1. Sanches d. nu. 6.* Nec obest *cap. 2. de bigamis,* ubi dicitur non licere dispensare cum bigamis; nam verbum, *non licere,* importat difficultatem, non autem impossibilitatem. *Sanches,* ubi proximè, *Suar. nu. 2.* 4

CAP. Presbyteri. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri non debent interesse convivijs, & saltationibus.*
2 *De dictione,* deinceps.
3 *Clericis an liceat interesse comœdijs?*
4 *Clerici an possint adesse agitationi taurorum?*

1 IN textu. Collige ex illo non debere presbyteros interesse convivijs, choreis, & saltationibus, ne propter motus obscœnos oculi eorum contaminentur, idem tradit *l. 57 part. 1. tit. 5.* ubi *Gregor. Lopez in Glossa 1.* & *l. 34. tit. 6. part. 1.* ubi *Glossa 7. Navarr. in cap. Inter verba, conclus. 2. nu. 6.* post principium, latè *Tiraq. de nobilitate, cap. 34. nu. 25. Gutierrez. Pract. in praxi, cap. 72.* & de multiplicibus convivijs, vide *Vollaterran. in Philologia, lib. 29. cap. de celebritate conviviorũ, ac ludorum.* Adde *Concil. Trid sess. 22. de reformatione, cap. 1. ad med. Reginald. lib. 30. tract. 3. nu. 18. & 19.*

2 Ibi, Vel deinceps. Vnde videtur clericos existentes in minoribus non posse licitè matrimonium contrahere, contra resoluta *in cap. Si qui vero, nu.* 2. & *in cap. Lectores, nu.* 2. & 3. supra *dist.* 32. Tu resolve verbum, *deinceps*, non referri in præsenti ad ordines inferiores ab expressis, sed referri ad superiores, ut sit sensus, quod presbyteri, diaconi, & subdiaconi, vel deinceps, idest Archiepiscopi, & Episcopi non habent licentiam ducendi uxores, ut solvit *Prapositus in presenti, nu.* 1. vers. *Oppone.*

3 Ibi, Turpium spectaculorum, Igitur non licet clericis interesse comœdijs, cum spectatores suo accessu, & præsentia causam afferant scœnicis turpia agendi, insuper, quia largiri pecunias histrionibus immane vitium est, ex *Augustino tractatu* 100. *in Ioannem*, tradit eleganter *Comitolus respons. moral. lib.* 5. *q.* 11. *nu.*8. & seqq. *Petrus de Gusman in lib. Bienes del honesto trabajo, discurso* 6. §. 7. qui hunc textum citat. Vtrum autem comœdiarum authores culpam lætalem non effugiant? Vide eundem *Comitolum d. q.* 11. *nu.* 1. & seqq. qui latè probat tales authores mortiferi criminis esse reos. Quod tamen venit intelligendum de ob scœnis, & impudicis comœdijs, ut probant authoritates, quibus supradicti DD. nituntur, & vide posita ad *cap. Maritum, nu* 8. supra, *dist.* 33.

4 Sic similiter non debent clerici adesse agitationi taurorum, ut constituit Pontifex Gregorius 13. in proprio motu, cuius facit mentionem *Gutierr. in Canonicis quæstionibus, cap* 7. à principio. *Humada part.* 1. *tit.* 9. *l.* 10. *Glossa* 1. *nu.* 10. *Parladorus lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap.* 7. *nu.* 2. *Navarra de restitutione, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 300. & seqq. *Bernard. Dias in practic. cap.* 72. ubi *Salzedo*, plura tradit de agitatione taurorũ, & ibi ponit decretum, revocans pœnas contra laicos agitantes tauros. Postea Pontifex Clemens 8. sustulit omnes pœnas excõmunicationis, & interdicti sæcularibus clericis in sacris agitationi taurorum interessentibus, & omnia ad ius commune reduxit, ut constat ex brevi Romæ expedito anno Domini 1596. quem refert frater *Emman. Roder. tom.* 3. *quæstion. regularium, q.*68. *art.*2. *Quaranta in summa Bullarij*, verbo, *torneamenta, fol.* 490. quos latè videbis. Excipit tamen Clemens 8. clericos regulares, alios q religiosos respectu quorum vult prædictam prohibitionem, & censuram in suo robore permanere.

CAP. Valentino. XX.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens matrimonium cum uxore defuncti ante copulã, non est bigamus.*
2 *Dictio*, Cum, *habet vim coniugandi.*

1 IN textu. Decidit Pelagius Pontifex contrahentem matrimoniũ cum uxore defuncti, ante copulam, bigamum non effici, neq; irregularem esse, de quo vide posita ad *cap Si quis viduam*, 15. *nu.*2. supra, *hac eadem dist.* quod facit ad quæstionem. Si testator relinquit puellę centum cum fuerit nupta, quòd non debetur legatum, licèt matrimonium celebretur per verba de præsenti, nisi copula fuerit secuta, quod esse bene notandum dicit *Prepositus in presenti, num.* 2. facit *cap.* 1. infra, 33. *q.* 1.

2 Ibi, Cum. Quæ dictio coniungit per modum accessorij, & sic dispositio de aliquo patronatu, vel iure cum sepulchro, vel alio adiuncto operatur, ut illud adiunctũ semper sit accessorium, ideo si principalis dispositio est nulla, nullum est accessoriũ in necessariam consequentiam; *Bart. in l.* 3. in fine, *C. si appellatione pendente*, cõmunis ex *Ruino cons.* 114. *nu.* 4. & seqq. *lib.* 4. Vnde si quis condemnatur in pœnam mortis naturalis cum confiscatione bonorum; si pendente appellatione, moriatur condemnatus, evanescit confiscatio, post alios *Tuschus practicarum conclusionum, tom.* 2 *conclus.* 258. *nu.* 4. quem latissimè vide. Adde quia si dictio, *Cum*, iungatur verbo futuri temporis importat conditionem, veluti si dicatur. Cum veniat navis: Contra vero si iungatur verbo præteriti temporis, quia tunc importat causam, vel demonstrationem, firmat utrumq; *Cuman. cons.* 61. *Petrus hares nu.* 3. vers. *Ad secundum. Tuschus d. tom. conclus.* 257. *nu.* 10. & 11.

DISTINCTIO. XXXV.

CAP. Episcopus. I.

1 *Presbyteri non debent esse lusores.*
2 *Pœna clerici lusoris de iure civili, & de iure canonico. & nu.* 3.
4 *Quid dicendum in Religiosis?*
5 *Clericus lusor, an debeat suspendi? & num.* 6.
7 *Hoc crimen an sit mixti fori? n.* 8. & 9.
10 *An possit quis repetere, quod in alea perdidit? & an acquisita in ludo debeant restitui?*
11 *Qualis clericus dicatur publicus aleator?*

IN

1 IN textu. Collige non debere Epiſcopos, presbyteros, Diaconos, aut ſubdiaconos, eſſe luſores; textus ſimilis in *cap. penult. de vita, & honeſtate clericorũ*, qui loquitur in ludo alearum, & taxillorum *cap. inter dilectos* verſ. *nos igitur, de exceſsibus prælatorum*, tradit latè *Bernardus Dias in praxi capit. 70.* verbo, *aleatores*, vbi *Salzedo littera. A, Vinius opinionum cõmun. 469. num. 10.* Latiſsimè *Farinacius in praxi criminali tom. 3. q. 109. num. 92.* qui alios refert. *Molina de contractibus tract. 2. diſp. 512. §. Quod verò*, & adeſt decretum *Concilij Tridentini ſeſſ. 22. de reformat. cap. 1.* ad finem, & *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* ad finem. Nam multa crimina in ludis perpetrantur, quorum ſexdecim refert *Hoſtienſ. in ſumma tit. de exceſsibus prælatorum, §. clericus, & Antoninus in ſumma 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 6.* vbi dicit quotquot ſunt puncta in taxillis, tot ſunt ſcelera in ludo. Adde *Zerolam*, verbo *ludus*, ubi noſtrum textum adducit, & *Reginald. libr. 30. tract. 3 nu. 18. & 19. Leſsium de iuſt. lib. 2. cap. 26. nu. 5. & 6.*

2 Ibi, Deſinat. Agit textus de pœna clerici luſoris; at de iure civili, clericus luſor, aut ludi inſpector, tribus annis arcetur à miniſterio, & in monaſterio detruditur, reſeruatur tamen iudicio Epiſcopi dictum tempus minuendi, ſi dum clericus in monaſterio permanſerit, ſe pœnitentem oſtenderit, *textus in authentica interdicimus C. de Epiſcopis, & clericis*, ubi *Gloſſa 1. Caccialupus in tract. de Ludo n. 61.* plures refert. *Farinacius d. q. 109. n. 93.* Sed cum hæc pœna ſancita non ſit iure canonico, non tenentur prælati mãdare illam executioni, ut bene advertit. *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 57. Salzedo in additionibus ad Bernardum d. cap. 70. littera. C. in principio, Menoch. de arbitr. lib 2. caſu 399 n. 3. Farinacius ubi proximè num. 94. Molina de contractibus tract. 2. diſp. 512. §. Quod verò*, poſt principium. Quas verò pœnas habeant clerici ludentes in Luſitania? Vide *Rebelum de oblig. iuſt. lib. 12. q. vltima, nu. 2. & 3.* ubi ſpeciatim refert Eborenſes conſtitutiones, quæ *tit. 1. cap. 7.* clericos ludentes aleis, tabulis, aut taxillis pro prima vice mulctant quingentis quadrantibus, pro ſecunda verò, & tertia grauioribus plectunt pœnis.

3 De iure autem Canonico innuit noſter textus, Epiſcopum, presbyterum, vel Diaconum in ludo alearum perſeuerantes, deponendos eſſe: ſubdiaconos autem, & inferiores clericos excomunicandos; de quo vide *Zabarellam in clementina 2. nu 10. §. Sed & tales, de vita & honeſtate clericorum; Bernardum Diaz in practica cap. 70.* verbo, *aleatores, num 2. Syla.* verbo, *ludus, num. 10.* Vnde in *cap. inter dilectos de exceſsibus prælator;* clericus publicus aleator repellitur à quadam dignitate Eccleſiaſtica in Gallia obtinenda, tamquam perſona eius indigna; neque illi pro fuit dicere, conſuetudinem eſſe in Gallia, ut clerici aleis ludant; quoniam ait Pontifex, eſſe id corruptellam, quæ non erat toleranda, ſed punienda. Multo magis prohibitum eſt clericis luderecum mulieribus præſertim iuvenibus, *Farinacius d. q. 109. nu. 101.*

4 Quod urgentius procedit in religioſis, & regularibus, qui non poſſunt ludere etiam in ludo aliàs licito, & honeſto: cũ enim ſint mortui quoad mundum, non debent ſe immiſceri ludis, ex quibus ut plurimum proueniunt multiloquia, & alia inconuenientia; docent *Troilus Maluecius de ſortibus p. 2. nu. 18.* verſ. *aut loquimur de religioſis, Salzedo in additionibus ad Bernard. Diaz. d. cap. 70. lit. A.* vbi ponit limitationem, niſi Monachus, chartis luſorijs ludat ob honeſtam cauſam, & recreationem. *Caietan. 2. 2. q. 168. art. 3.* in fine, dummodo tamen non frangat legem ullam ad mortale peccatum obligantem, poſt multos *Farinacius d. q. 109. nu. 98.*

5 Ibi, damnetur. Hoc eſt beneficio priuetur, aut ſuſpendatur ab officio, vnde clericus ut à beneficio obtinendo arceatur, ſatis eſt ſi publicus fuerit aleator, etiam ſi admonitus non ſit, ut à ludo ſe contineat. Verum ut priuetur beneficio iam obtento, vel ſuſpendatur, neceſse eſt, ut prius admoneatur, quod ſi admonitus non deſtiterit, tunc priuandus erit beneficio, aut ſuſpendendus; optimè *Gloſſa in cap. penult.* verbo, *ad aleas, de vita, & honeſtate clericorũ.* & ibi, *Hoſtiens. nu. 6. Abb. nu. 11. Butrius num. 13.* ſimilis *Gloſſa in cap. inter dilectos*, verbo, *aleatorum, de exceſsibus prælator.* ubi *Hoſtienſis. nu. 4. Abb. nu. 6. Marianus Socinus num. 12.* plures ſequitur. *Farinacius tomo 3. d. quæſt. 109. num. 96. Molina de contractibus tract. 2. diſp. 512. §. Quod verò* ad finem.

6 Verius tamen apparet, non poſſe deſcribi certam pœnam in hoc crimine, immò eſſe arbitrariam, ut notauit *Bernardus Diaz. d. cap. 70. nu. 2.* verſ. *Ego verò*, qui optimè declarat ex quibus iudex in imponendo hanc pœnam ſuum arbitrium regulare debeat; notat *Salzedo ibi in additionibus littera. C. in principio*, ſentit. *Menoch de arbitr. lib. 2. caſu 399. nu. 9.* in fine, ſequitur. *Farinac. tomo 3 d. q. 109. nu. 97. Azevedo lib. 8. nouæ recopilat. tit. 7. leg. 2. nu. 51.* Quare *Innocentius in cap. penult. de vita, & honeſt. clericorum*, dicit ſe credere, quod ille canon, & ſimilia, non loquuntur de præcepto, ſed de conſilio tantùm, quem refert. *Iozines Andr. ibidem num. 1.*

7 In fine textus, ibi, etiã laicus. Igitur crimen hoc eſt mixti fori, iuris ſcilicet canonici, & ciuilis, ut annotarũt *Angelus de Maleficijs*, verbo, *mentitori de falſi dati num. 12. Pariſius de Puteo in tract de ludo, n. 83. Auendan. de exequendis mandatis, p. 2. cap. 9. nu. final.* poſt alios *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu. 399. nu. 5. Practica Contradi in*

*rubrica de Luſoribus num.*21. & ſequentibus. *Farinacius d. tom.* 3 *q.*109. *nu.* 79. facit textus in *l. final. §. Communis igitur, C. de religioſis, & ſumptibus funer.* ibi, *Epiſcopis locorum hoc prouidentibus*, & in §. *Sed iſtam* in illis verbis, *poteſtatem dando Epiſcopis hoc inquirendi.*

8 Sed in forenſibus actionibus hoc receptum non eſſe, nec unquam ſe vidiſſe Epiſcopum huius criminis ratione contra laicos procedere, tenet *Salzedo in additionibus ad Bernardum littera. C.* verſ. *hoc de clericis*, refert. *Farinacius d. q.*109. *num.*79. in fine, & noſtrum textum iam diſſuetudine eſſe abrogatum dicit *Caietan* 2.2. *q.* 168. *art.* 3. in fine. *Azevedo lib.* 4. *nouæ recopilat. tit.* 1. *l.*4. *nu.*2. *& lib.*8. *tit.*7. *l.*2. *nu* 53. Quod tamen ipſe limitat, niſi forte Eccleſiaſticus procederet contra ludentes in Eccleſia, vel extra, dum ſacra officia in die feſto celebrantur; quia tũc ratione mali exempli poterit iudex Eccleſiaſticus contra laicos procedere; ex peccato enim efficitur laicus de foro Eccleſiaſtico. *Gratianus diſceptat. forenſ. cap.*154. *num.*25.

9 Poterit tamen fieri controuerſia Epiſcopus prohibere domos tabulariorũ, ut tradit *Azevedo lib.*8. *tit.*7. *l.*5. *numer.* 11. *& l.*4. *n.*2. *tit.*1. *lib.*4 *Menoch. de Arbitr. caſu* 399 *num.*5. *Gratian. dicept. forens. cap.*154. *num.*25. expreſsit *Ordinatio noſtra Luſitana lib.* 2. *tit.* 9. in principio, ibi, *Contra ea que dañ publicas tabolagẽs de jogo*: poterit etiam Epiſcopus prohibere ne mulieres accedant ad dictos ludos, in quibus multa peccata committuntur. *Azevedo d. l.*5. *nu.* 12. At de retinente ludum domi, quando, & quas pœnas incurrat, latè *Farinacius d. q* 109. *à num.* 137. & ſequentibus, *Menoch. de arbitrarijs dicto caſu* 399. *nu.*16. Pœnas de ludo, & illius pœna vide latiſsimè *Farinacium d. q* 109. *num.*1. *uſque ad* 88. *Molin. de contractib. diſp.*511. & 512. & quos doctè, & erudite colligit *Barboſa ad ordinat. Luſit. lib.*5. *tit.* 82. *à principio.* Atque de ludo licito, & permiſſo vide eundem *Farinacĩ d. q.*109. *n.*106. & ſequentibus.

10 In Gloſſa 1. ibi, poteſt repeti. Convertit Gloſſa, an poſsit quis repetere, quod in alea perdidit, de quo vide latè *Gutier. de iuramento confirmat. p.*1. *q cap.*53. *num.*1. 3. & ſequentibus, *Farinacium d. q.*109. *numer.*17. *Molin de contract. tract.* 3. *diſp.*514. *Zerolam* verbo *ludus Regnaldum lib.*10. *nu.*385. 386. & ſequentibus. *Bertachinum* verbo *ludus num.* 18. *&* 19. *Rebellum, de obligat. iuſt. lib.*12. *q.*2. *num.*5. cum quo reſolve, quanuis lucrans aſſequatur dominium perditæ pecuniæ, ille tamen qui perdidit habet actionem in foro iudiciali, ut illam repetat ab eo, qui lucratus eſt. Verum verò acquiſita ludo prohibito obnoxia ſint reſtitutioni? vide unde ſupra *Molina diſp.* 513. *Gutier. d. cap.* 53. *num.*2. *Couarr. in regula peccatum p.* 2. §. 4. *num.* 1. & 3 Cum quibus reſolue, quotieſcunque ludus de ſe eſt iuſtus, & ſolum eſt, illicitus quia per legem prohibetur, poſſe lucrum retineri tuta conſcientia, neque ulli reſtitutioni eſſe obnoxium. Latè probat. *Reginald. citatus nu.* 376. *Soto lib.*4 *de iuſt & iure q.*5. *art.*2. *Leſſius de iuſt. lib.*2. *cap.* 26. *dubit.*3 *nu.*17. ubi citat *Ioannem Medin. Caſtro*, & alios ex Theologis, & Canoniſtis. Doctiſsimè noſtram firmat concluſionem *Rebellus lib.* 12. *de obligat. iuſt. q.* 2. *nnu.* 2. & ſequentibus, ubi pro ſe validiſsimas rationes, auctoritatemque adducit.

11 In Gloſſa verbo; Deſerviens. Vt verò clericus dicatur publicus aleator, & pœnas aleatorum incurrat, non ſatis eſt, ſi bis, aut ter ludat, ſed requiritur, ut ſæpe id efficiat, ut fatetur Gloſſa, quam ſequuntur *Menoch. de arbitr. lib.*2. *caſu* 399. *num.*19. poſt alios, *Farinacius d. q.*109. *num.*102. *Molin. de contractibus tract.* 2. *diſp.* 512. §. *Quod verò in fine.*

CAP. Ab exordio. II.

SVMMARIVM.

1 *Eſus carnium, & vini potus, non fuit ante diluvium.*
2 *Qui vult reducere ius ad priſtinam naturam, habet aſsiſtentiam iuris,*
3 *A. eſt prima littera Alphabetica, & quid ſignificet? & num.*4.
5 *Circumciſio fuit figura Baptiſmi.*
6 *O Eſt ultima littera Græcorum.*

1 IN textu. Collige ex illo, eſum carnium, & vini potum ignotum prorſus fuiſſe ante diluvium univerſale, ut docet *Hieronimus in præſenti*, quem refert *D. Thomas* 2.2. *q.* 149 *art.*3. *in* 3. *argumento*, de quo *Abulenſ. ſuper Geneſim cap* 9. verſ. *licet* in fine, latiſsimè *cap.*3. §. *Occaſione eius, Alphonſus Chacon de varia ieiuniorum obſeruantia fol.* 48. quia homines pietatis amantes, ſolum lacte, pomis, & alijs arborum fructibus, ſeminibus, & oleribus veſcebantur, quæ abſtinentia uſque ad Noẽ, & eius liberos religioſe ſeruata eſt, non tamen vetuit Deus expreſsè carnes comedere ante diluvium, ut tradit idem *Abulenſ. d. cap.* 3. §. *Sed quæritur, fol.*244.

2 In verſ. poſtquam. Ergo qui vult reducere ius ſuum ad priſtinam naturam, habet aſsiſtẽtiam iuris, ut ex noſtro textu deducit *Felinus conſ.*1. *num.*1. *Couarr. in cap. alma* 2. *p.* §. 4. in fine, qui noſtrum textum vocant optimum. *Gloſſa* celebris

lebris in cap. ſtatuũ, verbo, *numerandum, de prebendis lib. 6.* latè *Tiraq. de primogen. q.24. num. 6. & de retract. in præfatione num.58. & de pœnis temperãdis cauſa 51.n.18. Palatius in repetitione cap. 9. 8. n. 5.* & ſequentibus, *Perez. lib.8. Ordinamenti tit. 2. Gloſſa 1. in rubrica pag.19.colum.1.* verſ. *confirmatur in ſuper.*

3 Ibi, revolve ad A. Nota quod A. eſt prima littera Alphabeti Latinorum, ut dicit Gloſſa in præſenti, eſt etiam prima littera in Græcis, & in omnibus Alphabetis, tradit *Cardmalis Tuſc. tom.1. concluſione 1.* & ſeparationem dicit, ut *Bart. in l. nemini ſſe,* in fine. *ff. officio proconſulis, Felinus in cap. placuit n.4.* verſ. *& dum iſte de præſcriptionibus,* latè *Tiraq. de retract. linagier 9.1. Gloſſa 11. num 53.* & in tantum ſeparat, ut diuidat partem à ſuo toto, *Bald. in cap. penult. n.3. de officio delegati, Tuſch. d. concluſ. 1. nu. 5. & 6.* at *num.7.* quod privationẽ quoque importet.

4 Excluſionem quoque importat termini *à quo*, ut tradit *Tiraquel.* vbi ſupra, *n.51.* ut propterea diem termini à quo excludat, nec computetur in termino ut idem *Tiraq. nu. 17.* & 18. qui plurimos adducit, & *nu. 22.* dicit hanc opinionem eſſe ſequendam, quia ſeruatur de conſuetudine, & idem dicit *Iaſon in l.1. num.20. ff. ſi quis cautionibus,* licét contrarium, quod nimirum incluſionem importet, & quod dies termini computẽtur in termino de momento ad momentum, tradat idem *Tiraquel num. 19.* tu declara cum *Tuſcho d. concluſ. 1. num. 10.* & ſequentibus, cum quo latiſsimé proſequere vſque ad *num.64.*

5 In Gloſſa, verbo implere. Notat *Paulus Fuſcus de viſitatione lib.1.cap.7.nu.13.* ad hoc, quod circumciſio, fuit figura Baptiſmi, quæ octauo die fiebat, ſic etiam eodem die baptiſmus debet fieri. *Ochagauia de Sacramentis in genere quæſt. 10. num 2. Nicolaus de Niſe. lib.* qui inſcribitur *Reſolutio Theologorum tract.6. par. 1. portione 3.q.2. Suar. tomo 3. in 3. par. in commentario art.1.q.70. Ægid. q.70. art.1. num. 1.* & *D. Aug. lib. 6. contra Iulianum cap. 3. Sacramentum,* inquit, *circumciſionis in figura præceſſiſſe baptiſmatis, quis vel mediocriter ſacris litteris eruditus ignoret?* Per circumciſionem verò (ut habetur in *cap. maiores de baptiſ.*) *originalis culpa remittebatur, & damnationis periculum vitabatur.*

6 In Gloſſa littera O. Nota quod littera. O. eſt vltima littera Græcorum, & importat perfectionem. *Tuſch. d. concluſione 1. nu. 3. Gloſſa in cap. poſtquam* verbo, *pro O. 13. q.2.* Vide Interpretes Sacros ad locum *Apocalipſeos 1. num. 8.* vbi latè *Virgas, Ribera, Alcaçar*, apud quos multa videri poſſunt.

CAP. Luxuriosa. III.

SVMMARIVM.

1 *Vinum ad Luxuriam incitat.*
2 *Qualiter ebrius puniatur, ſi alium occidat?*
3 *Vſus vini impedit ſapientiam.*

IN textu. Probat textus, vinum ad luxuriam incitare, ut ex *Diodoro Siculo*, & alijs tradit *Gutier. lib.2. canon. cap. 4.nu.17.* idem ſtatuit *l.6.* ad finem, *tit.7.p.2.* ubi *Gloſſa 4. littera B.* recitat illud *Pauli ad Epheſios cap.5. num.18. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria;* quem locum accommodate exponit *D. Proſper. lib.2. de vita contemplativa cap.17. & cap. 22.* Veruntamen nimia vini potatio reddit homines inutiles ad coitum, atque obeam cauſam Alexander Magnus, qui multo vino indulſit non fuit ſtrenuus in actu venereo, ut ex Ariſtotele tradit *Gregorius Lopez. d.l.6. Gloſſa 3.* latius *Tiraq. l.15. connubial. n.148.* & ſequentibus, Plura tamen bona de effectu vini tradit *Plato lib.1. de legibus Ariſtotel. 2. Metheorum cap. 3. Plinius lib.14. cap.22.* late *Frater Ioannes de Pineda in agricultura chriſtiana dialogo 10.9.16.* cum alijs pluribus, vbi ad longum, *Petrus Mexia in ſylua varia lectionis 3. par. cap. 16.* quibus locis plura, tam in laudem, quam in deteſtationẽ vini inuenientur. Adde *Raniſium Textorem 2. parte officina, titulo de gulo ſis, edacibus & vinolentis.*

Ibi, Tumultuoſa ebrietas. Ergo vinũ ad rixas provocat, unde *Horatius 1. Carm. Ode 18.* 2

At ne quis medici tranſiliat munera Liberi.
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero.
Debellata.

Conſulatur Gloſſa *in cap. à crapula, de vita, & honeſtate cleric.* & qualiter ebrius puniatur, vide *Perez. lib.8. ordinamenti tit.8. Gloſſa 1. in rubrica, colum. 1.p.205.* & videnda eſt additio ad *Gloſſam 2 per totum in l.1. eodem tit. Azevedo lib.4. nova recopilat. tit. 13.l.1. num.32. Antonius Gomez. de delictis cap.1. num.73. Iulius Clarus lib. 5. 9. final. q. 60.* verſ. *præterea quæro. Plaça de delictis cap. 30. Menchac. illuſtr. cap.19. numer.13. & 14. Caſtro de lege panali lib.2. cap.14. 9. Prima principalis* verſ. *ex quo infero fol.246. Menoch. de arbitrarijs lib.2. caſu.326. Tiraq. de panis temperandis, cauſa 6.* ubi tradit plura Ouidij carmina, *Gutier. canonicar. lib. 2. cap.4 num.82.* ubi latiſsimè *Pichardus in 9. erat, nu.19. inſt. de ſucceſſionibus ſublatis.* & quod ebrius non poſsit de hæreſi accuſari, *Simanch. de catholicis*

litis tit. 17. num. 17. Adde *textum in l. omne delictum* 6. verſ. *per vinum, ff. de re militari*, & an damnum illatum alteri, ſit in foro conſcientiæ reſtituendum? *Gomez. d. tomo 3. cap. 1. numer. 37. Sanches in decalog lib. 1. cap. 16.* in fine, cum quo hanc ſtatue reſolutionem. Damna ante ebrietatem prævisa, & quæ ebrius vitare poterat, ſi alteri poſt ebrietatem inferantur, obligant ad reſtitutionem. Si verò non ſint prævisa, ſed ſint meré caſualia, non datur obligatio reſtituendi. Quod late probat idem auctor citatus *à nu.* 41. uſque ad finem capitis.

3 Ibi, non erit ſapiens. Igitur uſus vini impedit ſapientiam, ut arguit. *D. Thomas 2. 2. queſt. 149. art. 3. in principio.* Immò teſte *Aulo Gellio noct. Attic. lib. 15. cap. 2.* immoderata vini ingurgitatio, ſic mentem, obtuſam reddit, ut ad veram ſcientiam comparandam vires adimat, penituſque eneruet. *Ille*, inquit, *nebulo ebrietatem iſtam turpiſſimam, quæ labefacere, & imminuere hominum mentes ſolet, Laudanit.*

CAP. Eccleſiæ. IV.

SVMMARIVM.

1 *Prælati non debent inter epulas, & cæ-*
uiuia affluere.
2 *Propter ſaturitatem multi obierunt, &*
num. 3.
4 *Epiſcopi principes Eccleſiæ, & ſummi*
ſacerdotes appellantur.

1 IN textu. Nota ex textu, non debere prælatos lautis epulis uti, nec inter epulas, & convivia affluere, de quo *Bertachinus de Epiſcopo, p. 1. lib. 2 numer. 74.* ubi hunc textum dicit notabilem, licét in uſu non ſeruatum; nam prælati debent cavere ab ebrietate, & cibis: quia eorum ſuperfluitas deſtruit caſtitatem, neque eſt honeſtum facie rubicunda é ciborum ſuperfluitate prædicare verbum Dei, ut eleganter meminit. *l. 36. tit. 5. part. 1.* ubi *Gloſſa. 7.* noſtri textus meminit; nam vilis, tenuis, & ſimplex menſa bonæ conſcientiæ mater eſt, qui autem à cibis cupiunt abſtinere, nihil aliud ſummant niſi quantum ſtomacho reficiendo, ac fami eximendæ ſatis eſſe videatur, atque eis ſaturitas edendi finem non faciat, ſed voluntas; ut ſanctè docet *Proſperus lib. 2. cap. 4. nu. 44. & 46. Ludouic. Soto Mayor in epiſtola ad Thimot. 1. cap. 3. numer. 3.* verbo *non vinolentum* poſt principium.

2 Vnde *D. Hieronymus Epiſtola ad Furiam* ex Galeno, vel doctiſsimo Galeni interprete, ait eos, quorum vita, & ars, ſagina eſt, nec vivere poſſe diu, nec ſanos eſſe, animaſque ita nimio ſanguine, & adipibus involutas nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper carnalia eructare, & ventris ingluviem cogitare. Adeo verum eſt illud *Sapientis Eccleſ. 37. numer. 34. qui abſtinens eſt adijciet vitam; in multis enim eſcis erit infirmitas, & propter crapulam multi obierunt*, facit illud *Chryſoſtomi ſermone 29. in Epiſtolam ad Hebreos, exceſſus ciborum conſumere, & putreſcere facit corpus humanũ, & macerat ægritudine diuturna.*

Hinc multi diminuère de alimento, & comeſtione, abſtinentes ſe à ſuis appetitibus, parcentes gulæ, & viventes temperaté per diætas, qui leuioris motus ſunt. Quare *D. Hieron. lib. 2. contra Iouinian.* ſcribit, quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos, convaluiſſe; caruere ãt enim ſolicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animum; nihil enim ſic iucundum eſt, ut cibus bene digeſtus, nihil ſic ad ſalutem, & ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat, ut moderata refectio. 3

In principio textus, ibi, Eccleſiæ principes. Ergo prælati Eccleſiæ principes appellantur, ut docet *Gloſſa. 1. in præſenti*, conducunt, quæ tradit *Bellarminus de officio principis lib. 1. capit. 5.* Iuvat illud *Pſalmi 44. nu. 17. conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram*, ubi erudite Lorinus, ſicut etiam appellantur ſummi Sacerdotes, ut in *cap. 2. diſt. 36.* ubi *Præpoſitus nu. 1.* 4

CAP. Venter. V.

SVMMARIVM.

1 *Vbi eſt ebrietas, ibi, libido, & furor do-*
minatur.
2 *Ebrius furioſo æquiparatur.*

1 IN textu. Quem adducit Palea ex *Epiſtola 83. Hieronym. ad Oceanũ*, quo probatur, ubi eſt ebrietas, ibi libinẽ dominari, & furorem; citat *Gregorium Lopez p. 1. tit. 5. l. 36. Gloſſa 6. Ludovicus Soto maior in epiſtola 1. ad Timoth. cap. 3.* verbo, *non vinolentum*, in principio. Hanc verò ebrietatis furioſam libidinem, & furorem libidinoſum concinne, & eleganter pinxit *Cyrillus lib. 7. in Levit.* citatus *à Ludovico Carbone q. 140. in lib.* qui dicitur *Interior homo. Ebrietas* inquit, *furorem induxit, linguam*

quam ligat, sitim provocat, oblivionem gignit, tremulas manus reddit, caput graviter offendit, membra omnia debilitat. Vbi vides omnia ebrietatis incommoda, ab ipso furore exordiri; quasi nihil habeat prius, quàm animum reddere furentem. Vt verò libidinosum reddat, audi Virgilium.

Nec veneris, nec tu vini captatus amore,
Vno namque modo vina, Venusque nocent.

1 **Ibi, furor.** Ergo ebrius furioso æquiparatur *cap. crapula, de vita & honestate clericorum*, ibi; *mentis inducat exilium*, unde non valet matrimonium contrahere, *Decius cons. 112. Covarr. de sponsal. 2. p. cap. 2. nu. 9. Gutier. de canon. lib. 2. cap. 4. num. 107. Sanch. de Matrimonio tomo 1. disp. 8. num. 19.* Nec etiam poterit contractum celebrare, probat *Glossa in cap. unusquisque* vers. *quod ebrius* 22. q. 4. *Tiraq. de iure mariti Glossa 8 num 83. Gutier canon lib. 2. cap. 4 num. 110.* cum tales nesciant, quid loquantur, & facere videantur in sepultura, ut inquit textus *in cap. sane* vers. *nesciunt* 15. q 1. Nec beneficio Ecclesiastico renunciare, ut late probat *Perez lib. 8. ordinamenti tit. 8. l. 1. in 2. additione*, ubi ponit ridiculum exemplum de quodam Tudesco ebrio, qui noluit renunciare suo beneficio. Nec etiam potest facere testamentum, *Gutier. d. cap. 4. nu. 109.* Adde *Reginaldum lib. 22. n. 61.* ubi advertit, eum hominem qui ab ebrio aliquid ludendo lucratur, vel etiam aliquid dono accipit, teneri ad restitutionem. Quia ebrius reputatur amens.

CAP. Vinolentum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent in convivijs alios invitare ad bibendum.*

2 *Ebrius, si hominem occidat, an fiat irregularis? & num. 3.*

4 *Monachi vinum debent fugere, tanquã venenum, & n. 5.*

1 **IN textu.** Cuius meminit *Gutier. canon. q. lib. 2. cap. 4. n. 12.* referens *Glossã in l. qua adulterium, penult.* verbo, *intemperantiæ ad legem Iuliam de adulterijs Tiraq l. 9. connubial. nu. 209.* An autem ebrietas voluntaria peccatũ mortale sit, aut venale? Vide posita ad *cap. vnũ ex rarium nu. 9.* supra, *dist. 25.* Notabis insuper clericos non debere in convivijs alios invitare ad bibendum, nec se obligare ad æquales potus; hoc namque maximè pernitiosum est, ut tradit textus *in cap. à crapula, de vita & honestate clericorum*, prosequitur *Gutier. d. cap. 4. à nu. 18.* Si quæras utrum hæc in potationibus concertatio, immò ad potus invitatio, sit peccatũ mortale, aut solùm veniale? Respondet *Lessius de iust. dub. 4. per totum*, illud fermè esse peccatum mortale, quia plerunq; datur periculum ebrietatis. Si tamen illud non detur, erit solùm veniale. Consule citatum, qui doctissimè rem discutit.

Ibi, Statum mentis evertit, 2

Ergo cum ebrij careant intellectu, si hominẽ occidant; quæstio esse potest, an fiant irregulares? Pars affirmativa suadetur, quia licèt ebrietas excuset à dolo, non tamen à culpa, ex qua arbitrarie ebrius puniendus venit, deinde quia si Papa aliud voluisset, hoc expressisset *in clementina vnica de homicidio*, sicut expressit in dormiente, & infante, & ita hanc opinionem tradit *Cardinal. num. 9. Imola numer. 14. in d. Clement. Velladiego de irregularitate cap. 6. nu. 54.* ubi *Perez in additione* multos refert, *Sylu*, verbo, *homicidium 3. num. 6.* in fine, & communem esse sententiam fatetur *Navarr. in man. cap. 27. n. 230.*

Contraria tamen sententia verior apparet, 3
nempe ebrios homicidium committentes, irregulares non fieri; cum ebrietas furori comparetur, iuxta notata *in cap. venter, n. 2. supra eadẽ*, quam opinionem tenet *Navar. in Manual. d. c. 27. numer. 230. Covarr. in d. clementina si furiosus 3. part. in principio num 4. Castro de lege penali lib. 2. cap. 14. 5. Prima principalis, Plaça de delictis cap. 30. num. 3. Gutier. canonic. lib. 2. cap. 4. num. 94.* vers. *Sed his non obstantibus Ludovicus de Beja tasn 40.* & apud illum *Maior in 4. dist. 15. q. 8.* Nec obest, quod ebrius sua culpa privatur usu rationis, nam potest etiã accidere, quòd quis sua culpa furiosus fieret, ut probatur *in cap. Si quis insanierit, 15. q 1.* & tamen adhuc non erit irregularis, *d. Clementin. si furiosus* ut latè tradunt *Castro, & Navarr.* ubi proximè; quod limitabis nisi homo hac intentione inebriaretur, ut alium occideret, tunc enim homicidium iam esset voluntarium, non per accidens, atque ut tale irregularitatem induceret, ut post *Castrum, Carterium*, & alios tradit *Covarr. d. n. 3. Plaça n. 5. Gutier. d. cap. 4. n. 104.*

Ad finem, ibi, Sponsa Christi.

Igitur moniales, vinum debent fugere tanquã venenum *Gregor. Lopez, part. 2. tit. 7. l. 6. Glossa 2.* in fine. *Tiraquel l. 9 connubialis nu. 205.* Facit illud *Ecclesiastici cap. 26. n. 11. Mulier ebriosa ira magna, & contumelia & turpitudo eius non tegetur.* Vnde olim apud multos populos usus vini fuit mulieribus interdictus, sicuti obseruatum fuisse comperitur apud Romanos, cæterosque universim, Latinos, Italos, Maleses, & Massilienses, ut curiosè congerit *Tiraq.* ubi proximè *num. 206.* & seqq. *Gutier. canonic. lib. 2 d cap. 4. à num. 22. Aulus Gellius noct. Attic. lib. 10. cap. 23. Pier. Valer. lib. 53. de vitã.* ubi ex Tertulliano refert, hanc à vino abstinẽdi consuetu-

consuetudinem adeo religiosè à Romanis esse observatam, ut quædam matrona morte fuerit mulcta, eò quod cellam vinariã reseraverit. Doctissimè *Rodericus in lib. 1. Martialis Epigram. 71.* vbi multos docte congerit. *fol. 155.* licet *Accursius* leve existimaret peccatum, quotidianam ebrietatem in muliere *in leg. 1. §. 1. tacet*, verbo, *mores de rei uxoriæ actione, & in l. ult. Glossa ultim. C. de repudijs.*

2

5 Cum enim vina, & cibi nimij castitati infidelentur, debent mõniales studiosè cavere sibi à saturo ventre, & quotidianas cõtra eum excubias agere instar nobilissimæ Paulæ Romanæ cuius vita norma hoc à glorioso Hieronymo coronata fuit epitaphio; *exceptis diebus festinis, vix olerum in cibo Paula capiebat, ut ex hoc uno existimetur, quid de vino, & ovis, & piscibus, cæterisque indicaret.* Non enim sola crapula vini mentem inebriare consuevit, verum etiam omnis integritatis, ac puritatis contemplatione dispoliat, tradit latè *Cassianus lib. 5. de instit. renuntiat. cap. 6.*

CAP. Luxuriam. VII.

SVMMARIVM.

1 *Non facit contra abstinentiam, qui vinum pro corporis salute bibit.*

1 IN textu, ibi, Perceptio minima. Igitur nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec eis hoc affert voluntas, sed permittit infirmitas, quando quidem infirmum stomachum moderatus usus vini confortat. Vnde Apostolus *Thimotheo cap. 5. numer. 23.* qui sa longa abstinentia iam fregerat, & stomachum aquæ perceptione corruperat, modico vino uti debere præcipit; si tamen defuerit debilitas, à vino est abstinendum, ne vini perceptio, quæ infirmum sustentat, sanum corpus incendat; *Diuus Thom. 2. 2. q. 149. art. 3.* tradit eleganter *Prosper. lib. 2. de vita contemplativa cap. 22. Gutier. canonic. lib. 2. cap. 4. à num. 32. & nu. 37.*

CAP. Sexto die. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Sexto die terra produxit animalia.*
2 *Omnium vitiorum nutrix est ebrietas.*
3 *Dictio Per quid significet?*
4 *Ieiunium appellatur abstinentia alicuius fructus.*
5 *Omnis legalis servitus, an iuregentium fuerit instituta? & n. 6.*
7 *Deus an simul omnia creaverit?*

IN principio textus. Sexto igitur die, terra produxit 1
tria genera animalium, scilicet jumenta, reptilia, & bestias, ut latè prosequitur *Turrec. in præsenti num. 9.* & sequentibus. *Suarius de opere sex dierum lib. 2. cap. 10.* Sed dubitatur ad quid Deus creauit serpentes, cum nihil proficiant, & hominibus noceant? Respondetur, quod in creatione rerum, finis principalis fuit gloria Dei; Ad gloriam autem Dei pertinet diversitas ordinata in creaturis, quia nihil est, quod magis sapientiam artificis demonstret, quam cõcors rerum diuersitas. Insuper non sunt serpentes hominibus totaliter inutiles, cum de corporibus eorum medicamenta varia conficiantur, prosequitur latè *Abulensis super Genes. cap. 1. q. 30.* Similia habet *Suar. de opere sex dier. lib. 2. cap. 7. à nu. 9. agens de herbis venenosis, &c.*

Ibi, cibus cæpit. Refert *Gregor. Lopez* 2
part. 1. tit. 5. l. 36. Glossa 3. ad hoc, quod omnium vitiorum fomes, & nutrix est ebrietas, & ubi factus est cibus, finis est mundi. *Gutierres canonic. lib. 2. cap. 4. n. n. 1. & 2. Bernard. Diaz in praxi cap. 77. verbo, ebrij nn. 1.* ubi *Salcedo super H. Celius Iacobantiq. lib. 28. cap. 28.* vinum dixit metropolim omnium malorum neque solum animo, sed etiam corpori valde perniciosum. Iam verò quantum, & quam insanabile sit ebrietatis malum eleganter probat *Didacus de Baeza in commentarijs moralibus, tomo 2. lib. 10. cap. 11. §. 9. Per totum.*

Ibi, Per quos. Dictio, *Per*, non denotat hic causam tempo 3
ris concomitantem, vide textum *in l. Vrbana ff. de verborum significat. Franch. in cap. 1. num. 3. vers. item de regularibus in 6.* licèt aliquando importet causam efficientem, *Romanus cons. 301. num. 13. vers. & ex dictione, per.* Perfectionem quoque importat, deo testes deponentes, quod quis posse dit per annum, intelligitur per annum perfectum, & finitum. *d. l. Vrbana §. Parricellare, Roman.* ubi proximè *Ioan. de Imola cons. 102. in causa nu. 1. Tusch. tom. 2. conclusione 324 nn. 2.*

In §. Serpens, ibi, ieiunare. 4
Ergo ieiunium potest appellari abstinentia alicuius fructus, licèt de alijs pluries comedatur. Nam in Paradiso non fuit indictum ieiunium Adamo; sed ut non comederet de ligno scientiæ boni, & mali. *Gen. cap. 2. numer. 17.* & tamen hic appellatur ieiunium, notat

Ibne-

Ioan. Lupen. in rubr. de obſervatione ieiuniorũ, n.2. in princ.

5 In §. Monebat. Propter hæc verba arbitrãtur aliqui doctores, non omnem legalẽ ſervitutẽ iuregẽtiũ fuiſſe inſtitutam; ita *Annan. n.3.* & ibi, *Navar. notabili.11.n.14.* circa, *Gloſſam pen. in c. ità quorundam de Iudæis*; Iuvat *textus in l. & ſervorum*, ibi, *Aut iure civili, aut gentium, ff. de ſtatu hominũ.* Contraria tamen opinio tenenda eſt, nẽpe verã, & propriã ſervitutẽ ſolo iuregentium fuiſſe inſtitutã, cum ſola hæc ſervitus ipſum libertatis ſtatũ prorſus evertat, probat *textus in l. libertas*, verſ. *Servitus, ff. de inſt. & iure. l.1. ff de ijs qui ſunt ſui*, ibi, *tota poteſtas in ſervos eſt iuregentiũ. Iſidor. in c. ius gẽtiũ diſt.1.*

6 Nec obeſt textus in præſenti. Reſpondetur *D. Ambroſ.* ſolum aſſerere, ſervitutẽ à Noè fuiſſe pronuntiatam, quaſi velit non alia de cauſa poſtmodum proceſſu temporis fuiſſe inductã, quam ut Prophetiæ maledictioni erga Chanaam ſatisfactum foret, idq; ſignificant verba noſtri textus, ibi, *Non etiã hodie ſervitus*, & ſic nõ negat *D. Ambroſ.* ſervitutẽ iuregentium bellorũ iniuria fuiſſe inſtitutã, deducit optimè, *D. Aug. lib.19. de ciuit. Dei cap.15.* fuit igitur ſervitus cõſequuta ex ebrietate occaſionaliter, in quãtum Cham maledictionẽ ſervitutis in ſua poſteritate ſuſcepit, ut exponit, *D. Th.2.2.q.150. art.5. ad 3.* ſic ceſſat labor Gloſſæ verbo, *ſervitutes, in d.c. ius gentium*, labor item *Soti lib.4. de iuſt. q. 2. art.2.* in fine affirmãtis; ſe verba, *D. Ambroſij*, non intelligere; minus obſtat *d.l. & ſervorum.* Reſpondetur textum illũ agere de modis acquirendi ſervos, ut videlicet ſicut dominia (quæ aliàs ſunt iuris naturalis *l.1. ff. acquirendo rerũ dominio*) quandoque per modos naturales, quãdoque per modos civiles nobis acquiruntur, *l. traditionibus C. de pactis*; ſic ſane licèt hæc ſervitus vna tantũ ſit iuris gentium inſtituta, plures tamen ſunt modi acquirendi ſervos, quorũ alij iure gẽtiũ, alij iure civili ſunt inducti iuxta *d.l. & ſervorũ.*

7 In §. fuit, ibi, Origo inceſti. Notat *Boerius deciſ.318.n.2.* ubi agit, qualiter pater filiæ leno, aut filiam cognocẽs puniatur referẽs textũ *in l. Silenones patres C. Epiſc. audiẽtia.*

8 In Gloſſa, in verbo, Sexto die. Controvertit Gloſſa, an Deus per ſingulos dies ſingula creaverit, an ſimul omnia, & poſtea in deſcribendo, & proferendo diſtincta fuerint? De quo diſputat *Præpoſitus in præſenti n.4. Turrecremat. num 1.* qui latiſsimè differunt *Suarius de opere ſex dierum lib.2. c.12. nu.3.*

CAP. Ante omnia. IX.

SVMMARIVM.

1 *De pœna clerici ebrioſi, & n.2. & 3.*

4 *Divus Thomas noſtri textus meminit.*

IN textu. Statuit Concilium Agathenſe, vt clericus quem ebrium conſtiterit fuiſſe, aut triginta dierum ſpatio à communione ſubmoveatur, aut corporali ſubdatur ſupplicio, de quo agunt *Rebuff. in præxi benef. 2.p. tit. de clericis ad ſacros ordines male promotis, Gloſſa 4.n.8. Bernard. Diaz in pract. cap.77.* verb. *ebrij, n.2.* qui noſtri textus meminit; vbi *Salzedo littera, A.* multa adducit, *Plaça de delictis, lib.1. c.30.n.4.* addens, quod ficut miles cælestis militiæ, ſic miles armatæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni militia, ex textu *in l. omne delictum §. Pervinum, ff. de remilitari*, quod prius docuerat *Abb. in cap. à crapula nu. 3. de vita honeſt. clericor.* ſequitur *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 404.* poſt alios *Gutier. canon. lib.2. cap.4.n.61.* At *Hoſtiens in ſumma tit. de temporib. ordinat. §. Et cui*, verſ.3.n. 17 diſtinguit; quando clericus ſemel ebrius fuit; ſecus ſi epiſcopus, presbiter, vel diaconus deſerviat ebrietati, nam tunc ſi non deſinat, deponitur; ſubdiaconus, vel inferior, ſive clericus, ſive laicus, ſi non deſinat, cõmunione privatur, vt *in cap. Epiſcopus, ſupra hac eadem diſt.* notant *Salzedo d. cap.77.n.2. Gutierres d. cap.4.n.70.* 2

Poſtea verò, *Innocentius 3. in Conſilio generali Lateranenſi*, ſtatuit, clericum à crapula, & ebrietate non abſtinentem, qui à ſuperiore cõmonitus non ſatisfecerit, ab officio, & beneficio eſſe ſuſpendendum, ut habetur *in cap. à crapula, de vita, & honeſt. clericor. Bernard. Diaz d. c.77.n.22* in fine, ubi *Salzedo littera, B. Trocius lib.2. de vero clerico cap.59. Gutier. d. cap. 4. num. 63.* Tandem *Gloſſa vltima ind. cap. à crapula*, hoc ſuperioris arbitrio relinquit, ut delinquẽtem ſuſpendat ab officio, vel beneficio, quam dicit communem ibidem *Abb. n.4.* ſequitur *Salzedo d. cap.77. num.4. Menoch. de arbitrar. lib.2. caſu, 404 num.4. Gutier. d. num.63.* eleganter *Suarius de cenſuris diſp.2. ſect.2. num.12.* 3

Inſuper, ut clerici ab hoc vitio caverent, eorumque honeſtati conſuleretur, prohibitum eſt illis tabernas ingredi, niſi peregrinationis, vel itineris neceſsitate compulſis, ut *cap. clerici, de vita, & honeſt. clericorum Gutier. d. cap.4. nu.67. Bernard. Diaz cap.77. num.3.* ubi *Salzedo littera, D.* tradit etiam apud Ethnicos tabernarum ingreſſum nimis ignominioſum, & ideo clericus ingrediens tabernam, peccat ex *Navar. in Manual. cap.25.n.110.* verſ. 24. quam pœnam incurrat vide *Filin. in cap. Si conſtiterit num.2. de accuſat. Gutier. d. cap.4.n.68 & 70. Bernard. Diaz d. cap. 77. n.3.* poſt principium, *Clementina 1. de vita, & honeſt. clericor.* & poſita *ad cap. oportet, infra 44 diſt.* Verum cum ebrietas probatione difficilis ſit ex *Innocentio in cap. cum cauſam, de teſtibus num. 3. Bald. in cap. à crapula de vita, & honeſtate clericorum numer.1.* ſatis eſt indicijs, & præſumptionibus 4

probati, eo quod nullo corporis ſenſu poſſet apprehendi, latè *Salzed. in additionibus ad Bernard. d. cap. 77. littera, B.*

4 Ibi, vitiorum radix. *D. Thomas 2.2, q. 150. art. 3 in principio*, qui textum refert agens. Vtrum ebrietas ſit graviſsimum peccatum, Adde *Salzedo in additionibus ad Bernard. d. cap. 77. Gloſa 1.* De quo diximus hac eàdem, *diſt. cap. 8. nu. 2. & cap 3. nn. 1. & 3. & cap. 5. num. 1.* ubi innumera incõmoda ab infauſta ebrietatis radice pullulantia recenſuimus. Ac ſi ebrietas omnium malorum fons; radix, caput, & origo ſit habenda.

DISTINCTIO. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Prudentia deſideratur in Epiſcopo.*

1 IN principio diſtinctionis, ibi, Oportet ordinandũ eſſe prudentem. Ergo non ſufficit habere aliqualẽ prudentiã, ſed ſufficientem; aliter eſt quis inhabilis ad beneficiũ obtinendum, ut ex prædictis verbis colligit *Navar. in cap. Si quando, de reſcriptis, exceptione, 11. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu. 426.* Eſt enim prudentia virtus propria eius, qui cæteris præeſt, teſte *Ariſtotel. lib. 3. politicorum cap. 3.* quanta verò prudentia ſit opus, iudicis arbitrio relinquitur, & eleganter determinat *Andr. Siculus conſ. 34. præclari, nn. 39. vol. 2.* quem refert, & ſequitur *Navar.* ubi proximé *nu. 5. Menoch.* ubi proximé *num. 12.*

CAP. Illiteratos. I.

SVMMARIVM.

1 *Illitterati non ſunt ad clerum promovẽdi; nec corpore vitiati, nec qui ſe ipſos abſcindunt, & n. 2. & 3.*
4 *Dictio, Similiter, quam ſignificationẽ habeat?*

1 IN textu. Præcipit Gelaſius Pontifex, illitteratos non eſſe ad clerũ promovendos, de quo vide poſita *cap. præcipimus, n. 2 & 3. ſupra diſt. 34. & ad cap. 1. n. 6. diſt. 35.* Adde *Navar. in cap. Si quando, de reſcript. except. 12. num. 1. & exceptione 13. per totum, Azor. in ſumma p. 2. lib. 3. cap. 28. verſ. nono quæritur.*

Ibi, Corporis vitiatos. De quibus vide poſita 2
ad cap. præcipimus nn. 4 ſupra diſt. 34.

In fine textus, ibi, Qui ſe ipſos abſcindunt. De quo vide poſita ad *cap. 2. num. 6. ſupra diſt. 33.* 3

Ibi, Similiter. Quæ dictio importat ſimilitudinem facti, & modi, *Soccinus conſ. 281. in cauſa Bernardi lib. 2. n. 3.* & ſimilitudinem ad præcedentia *l. Clemens patronus, in principio ff. de hæredibus inſtituend. Decius conſ. 646. In caſu propoſito:* importat etiam æqualitatem, *Soccinus* ubi proximé, *textus in Gloſſa in l. non omnes, in principio ff. de ſemilitari, Albericus in dictionario*, verbo, *ſimiliter*, latè *Tuſchus tom. 2. concluſione 375. num. 7.* & ſequentibus. 4

CAP. Qui Eccleſiaſticis. II.

SVMMARIVM.

1 *Zozimus Pontifex, quis fuit? & n. 2.*
3 *Non debet fieri Epiſcopus, qui divinis non ſit eruditus.*
4 *Male ordinans, quam pœnam incurrat?*
5 *Epiſcopus alios debet docere, & ad omnes quæſtiones reſpondere, & n. 6.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Zozimus. Qui fuit natione Græcus, Abrahami filius, creatus Põtifex anno Chriſti 417. die 19. menſis Auguſti, Honorio, & Theodoſio imperantibus; Concilium Carthaginenſe celebravit, in quo damnauit Pelagium, & Cæleſtium, ibi interfuerunt ducenti quatuor Epiſcopi, vide *Baron. tom. 5. annal. anno Chriſti 417. §. Poſt Innocent. obitum*, & anno Chriſti 418. in principio. Zozimus mortuus eſt die 26. Decembris, cum ſediſſet annũ unum, menſes quatuor, & dies ſeptẽ, ſepelitur via Tiburtina apud corpus S. Laurentij Mart. cõceſsit licẽtiã benedicendi cereum paſchalẽ per parochias, quod perperam acceperunt nonnulli putantes primo inventum eſſe eius vſum, cum illud tãtum â Zozimo inſtitutũ eſſet, ut idem cereus, qui in maioribus tantum baſilicis incendi ſolebat, atq; ſingulis parochijs concederetur, notat *Baronius d. anno 418. ad finem, §. Hic conſtituit.*

In eadem ſuperſcriptione, ibi, ad Heſychium. Seu Iſichium epiſcopũ Solitanum, ad quem Zozimus miſit noſtram decretalem Epiſtolam ſimulque ad Gallos, Hiſpanos, & Africanos, de miniſtris 2

miniſtris Eccleſiæ ordinandis, ut refert *Baron. d. anno* 418. §. *Hoc item anno.*

2 In textu. Collige, quod non debet ad Epiſcopatum aſpirare, qui divinis officijs, vel diſciplinis non ſit eruditus, alias promotus, & promovens punitur. At de ſcientia, quæ requiritur in Epiſcopo, vide poſtea *ad cap. omnes, 6. infra diſt. 38.*

3 Ibi, Careant eo ordine. Igitur ordinans hõ debet ſuſpendi, niſi ab ordine, quem male cõtulit, ut docet *Ioan. Monach. in cap. cos, de temporib. ordinati. n. 6.* & poſt *Vincentium, & Archidiaconum*, appellat opinionem veriorem *Præpoſitus n. 3. in præſenti, Turrecremata num. 2.* Verſ. *ſecunda*, cum ille canon ſit perſonalis, & nõ debeat ad alia extendi, facit optime textus *in cap. nullus, de temporibus ordinat. in 6.* ubi Epiſcopus punitur tantũ in ordine, quem conceſsit. Contrarium tamen poſt *Hugonem*, ſequitur *Hoſtienſis* per illum textũ *in cap. vel non eſt compos*, verſ. *Puniatur, de temporib. ordinat*; ubi epiſcopus ſuſpenditur à collatione omnium, & tamen non peccavit, niſi in diaconatu, licét in alijs ſit ei reſervata epiſcopalis dignitas. Prima opinio æquior videtur, neque obeſt, *cap. Non eſt compos*, quia reſpondetur, ibidem non privari epiſcopum niſi ab omnibus ordinibus, quos contulit, ut puniatur ſolum in quo peccauit, innuit *Gloſſa*, verbo, *ſuſpendentes, d. cap. non eſt compos.*

4 In §. Eccè poſt principium, ibi, Alios debeant docere. Ignominioſum eſt enim epiſcopo, ſi ab alijs quærat doceri, cum ipſe alios docere debeat, ut *in auth. de ſanctiſſimis epiſcopis §. Damus*, ubi *Gloſſa* verbo, *qui enim, Greg. Lopez p. 1. tit 5 l. 37. Gloſſa 1. & 2.* qui noſtri textus meminit, non tamen eſt indecens, quod etiam aliquando conſulat peritos, advertit, *Felinus in cap. Si quando n. 13. de reſcriptis.*

In Gloſſa verbo, Satisfactionẽ. Docet Gloſſa prælatos ita debere eſſe litteratos, ut reſpondeant ad omnes quæſtiones, quia tantum debent differre prælati à ſubditis, quãtum granum à palea, proſequitur latè *Gregor. Lopez p. 1. tit. 5. in proœmio littera. D.*

CAP. Siquis. III.

SVMMARIVM.

1 *Abulenſis noſtri textus meminit.*
2 *Epiſcopi, & clerici, quando poſsint intereſſe bellis?*
3 *Dictio, indeſinenter, quid importet?*

1 IN textu, ibi, Imitetur Moyſen. Proponitur Moyſes ſacerdotibus imitandus in officio Sacerdotali, tum quia à Deo fuit ſingulariter edoctus, cum quo Dominus loquebatur, ut amicus amico. *Exodi cap. 33. num. 11.* ubi *Abulenſ. in Gloſſa Marginali*, citat noſtrum textũ; tum quia totius officij Sacerdotalis Moyſes exemplar accepit, cui Dominus ait *Exodi c. 25. n. 40 fac ſecundũ exemplar, quod tibi monſtratũ eſt in monte*, vide *Gregor Lopez. part. 1. tit. 5. l. 37. Gloſſa 2.*

Ibi, Illè orat. Collige, quod ad victoriam obtinendum, 2
ab inimicis, operatur plus oratio, quæ fit per ſacerdotes, quam impulſus armorum, qui fit per milites bellantes, pro cuius rei probatione, concionatores remitto ad *Mendoçam lib. 3. Reg. cap. 1. num. 18. ad net. 12. ſect. 3.* ubi doctiſſimis conuincit argumentis, precaria orationis iactura omni militum robore, atque ſtrepitu eſſe fortiora. Neque minus ingenioſè *Didacus de Baena in commentarijs moralibus tom. 2. lib. 11. cap. 6. §. 3.* ad univerſorum hoſtium conflictum ſuperandos, maiorem in oratione, quàm in armis potentiam eſſe oſtendit. Quandò autem epiſcopi, & clerici poſsint intereſſe bellis diſputat Gloſſa verbo, *non vadit*, vide poſita, ad principium, *diſt 21. num. 6.* & ſequentibus. Adde *Greg. Lopez p 1. tit. 6. l. 52. Gloſſa. 6.* aſſerentẽ in bello, quod princeps gerit contra Chriſtianos, excuſari debere prælatos, & alios clericos ut perſonaliter bello non intereſſint, quia ſpeciale eſt ut poſsint intereſſe in bello contra hoſtes fidei: non tamen per hoc negatur quin poſsint prælati intereſſe bellis ſuis, quæ licitè ratione iuriſdictionis ſuæ, vel ob defenſionem movent, iuxta noſtram Gloſſam, de qua ibi, *Greg. Lopez.*

In textu, ibi, indeſinenter. 3
Ideſt tẽporibus cõgruis, Gloſſa verbo, *continue, in cap. ult. de verborũ ſignificat in 6.* & poſt *Anton. in proœmio Gregorian.* exponit *Felin in c. de reg. 25. n 3. de ſimonia*, qui multa de ſimilibus verbis congerit, & noſtri textus meminit, ex hoc inferens, teſtem dicentẽ, quod talis cõtinue poſſedit per tot annos, debere excuſari, dato quod quãdoq; ille deſiterit à poſsidendo, & ideo ſingulariter dixiſſe *Roman in l. Si iſta ſtipulatus eſſem 14. in fine n 12. ff Verborum obligationibus*, quod ſi fuerit factũ legatum Eccleſiæ cũ onere, quod tribus annis continuis Eccleſia det certũ quid hæredi, ſufficeret dare tribus annis etiã interpolatis per textum *in l. Paulus. § Caius. ff de liberali cauſa*; ad Gloſſam *in c. final, de Verborũ ſignif. in 6.* verb. *pro tuis*, quòd ubi fit mentio de familiaribus, & continuis cõmenſalibus, cõprehenduntur illi, qui aliquando ſunt abſentes de mandato domini, & vide additionem ad *Felinum d. n. 3. littera A*, & poſita *ad cap. ſacroſanctæ, nu. 5. diſt. 22. & ad cap. 2. num. 4. diſt. 31.*

DISTINCTIO. XXXVII.

CAP. Episcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *Libri prohibiti, an possint aliquando legi?*
2 *Episcopi, an possint leges audire? & n.* 3

1 IN textu Collige exillo, quod prodest, malos libros legere, ut errores refutentur eorum, & fraudes detegãtur, de quo *Penna ad Directorium Inquisitorum 2. p. commentar. 68. littera B.* qui nostri meminit, adde latè de materia *Albertinum de agnoscendis q. 28. nu. 4.* qui etiam de textu meminit, ex eo inferens, quod licét libri reprobati reperiantur penes aliquem, non sequi concludenter illum esse hæreticum, si tamen ille non fuit author librorum; per quos autem legi possunt vltra Episcopos de quibus textus loquitur, vide *Pennam d part. 2. comentario. 3.*

2 In Glossa, verbo, Gentilium, ibi, melius intelligantur. Ergo prohibitus audire leges ciuiles, potest minus principaliter illas audire ad finem melius intelligendi Canones, vel Theologiam, & idẽ circa alias personas prohibitas, audire iura ciuilia, de quibus *in cap. ult nec clerici, vel monach.* tenuit *Ioannes Rogerius* per plures decisiones, *in repetitione cap. 1. Notabili. 1. de causa possession. Abb. in cap. non magnopere nu. 9 & in cap final nu. 14. nec clerici, vel Monachi* sentit, *Gomez in regula de non tollendo inte quæsito, q. 3.* in fine, *Rebuff. in tract. de nominationibus q. 5. num. 17* ad finem, pro quibus facit, quod ex contraria sententia sequeretur easdem personas prohibitas audire leges ciuiles, non posse audire legem aliquam, ex qua originem traxit aliquod decretum, pro ampliori illius decreti intelligentia, quæ omnia videntur absurda; alias limitationes ponit *Aloys. Riccius collect. 1193.*

3 Ratio esse potest, quia ita coniuncti sunt canones iuri ciuili, ut dicat *Barbatia in c. conquæstus, col. 3. de foro compet;* quod ius Canonicum sine lege intelligi non potest; similiter *Bald. in cap. cum causam n. 2. vers. & ita, de probationibus, quod sciens ius canonicum, & ciuile efficitur perfectus, aliàs non gustat dulcedinem, nec potest practicã legum, & iudiciorũ perfecte cognoscere,* sic *Romanus singulari 654.* ait, *quod Canonista, sine legibus ad nihil valet,* ampliabis opinionem Glossæ, ut scholastici absentes etiã propter studium legũ lucrẽtur fructus suorũ beneficiorũ, ut est textus notabilis *in c. 2. de priuil. in 6*

CAP. Sacerdotes. II.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes nõ debent comœdias legere.*
2 *Quam panam incurrant?*

1 IN textu. Collige reprehendi Sacerdotes, qui comedias causa voluptatis legunt, & amatoria verba canunt *cap. legimus 6. cap. Ideo 15. hac eâdem dist.* & multo minus possunt esse buffones, aut histriones, ut notavi *ad cap. maritum. n. 8. dist. 33.* & ad *cap. presbiter, n. 3. dist. 34.* quia solum debent bonis litteris vacare, & talẽ ignorantiã à se abijcere, *Mandosius in regula 20. de idiomate, q. 1. n. 3.* qui textũ refert.

Immò, si illam artem exerceant, post trinã monitionem, sunt exuti omni privilegio clericali, ut dicitur *in cap. vnic. de vita, & honestate, lib. 6.* & efficiuntur de forò sæculari, ut tenent *Tabiena in summa,* verbo, *clericus 3. nu. 5.* & verbo, *excommunicatio. 5. nu. 26. & Bernard. Dias in practica criminali canon. cap. 68.*

CAP. Nonnè. III.

SVMMARIVM.

1 *In vanitate ambulant, qui sæcularibus disciplinis occupantur.*
2 *Diuitiæ non sunt appetendæ.*
3 *De officio cõsiliarij Regis? n. 4. 5. & 6.*

1 IN textu. Collige, quod in vanitate, & obscuritate sensus ambulãt, qui sæcularibus disciplinis occupãtur, quorũ finis est superbia. Quomodo autẽ hoc debet intelligi, vide *Montal. lib. 1. fori. leg. tit. 6. Glos. 1. circa 3.* ubi de dialectica; adde *Greg. Lopez. p. 2. tit. 13. l. 5.* in fine, qui uterq; nostri textus meminêre.

2 Ibi, Diuitias quærit. Igitur diuitiæ non sunt cupidè appetendæ, hodie tamen prout dolendum est, sciẽtia sine diuitijs contemnitur; & omnia pretio cõparantur, iuxta illud. *Propert. lib. 3.*

Aurum, omnes victa iam pietate coluut,
Auro pulsa fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Et satis est nobilis, qui est dives, ut ex *Baldo* refert. *Felin. in c. super eo n. 2. de testib. n. 5.* & omnẽ rẽ habere dicitur. *Tiraq. de nobil c. 3 n. 5. & c. 13. n. 164* ut apparet ex illo *Horatij. lib. 2. sermon. Sat. 3.*

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris,
Diuitijs parent; quas, qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens ue etiam & Rex.

Et quidquid volet: dicuntur namque diuitiæ donum Dei, ut ait *Tiraq. in l. si unquam* verbo, *bona nu. 1. in fine. C. de reuocandis donationibus.* De aculeatis

leatis diuitiarum ſtimulis, quibus appetentium animos miſerrimè diſcruciant, ac diſlorquent, vide *Boetium de Philoſ. conſol. lib. 2. proſa. 5. & lib. 3. proſa. 3. & 8.*

Ibi, Qui adulatur Regibus.

Agit textus de conſiliarijs, qui Regibus adulantur, in quo dicendum eſt, non inveniri ſpecificè in iure canonico ad quid conſiliarius teneatur. Cæterum ex mente iuris nonnulla apponit *Rex Alphonſus part. 2. tit. 9. l. 5.* ubi *Gloſſa 2.* idem *Gregor. Lopez part. 2. tit. 14. l. 25. Gloſſa 3.* deſignatur ex textu *in auth. de mandatis principū §. Deinde* verſ. *feſtinabis, collat. 3.* quæ præcipit in conſiliarium eligi virum optimum, purum, iuſtum, & contentum ſuo ſtipendio, ut ſic bona conſulat, nec ſpe præmij removeatur à conſulendo, id quod iuſtum fuerit, & licèt loquatur in conſiliario inferioris; tamen in conſiliario principis idem intelligunt *Ioan. Andr. Hoſtiens. Anchar. Innocent. & Anton. in cap. quanto, de iure iurando Parisius de Puteode Syndicatu tit. de exceſſibus conſiliariorum nu. 12. Rebuf. de conſiliarijs Regum n. 8.* & patet exeo, quia iurant bene, & fideliter implere officium conſiliarij, ut colligitur ex *Auth. inſtrumentandum* quod præſtatur *collat. 2. Afflictis lib. 1. conſtit. rubr. 45. nu. 47. Ordinatio noſtræ Luſitanæ lib. 1. tit. 1. §. 1.*

4 Vnde non ſolum tenentur conſiliarij iuſta, & bona conſulere, ſed etiam ſi videant tractari de rebus in detrimentum Regis, vel Regni, debent impedire. Primò conſulendo, & dando rationes cur id fieri non debeat; ſecundò facto perquirendo modos, quibus illud nō perficiatur, ita *l. 3. tit. 13. part. 2. Aules ad leges prætorij, in proœmio num. 15.* & deducitur ex textu *in l. quoniam in dubijs C. de appellationibus*, ubi officiales, qui debēt conſulere, ſi videāt quid iniuſtum fieri, debent pertinaciter reſiſtere facto, & ſi non poſſunt ſaltem verbo proteſtando, quod illud non ſit eorum conſilio, & faciendo hanc proteſtationem in actis ſcribi, ubi notat *Bart. nu. 3.* tradit notabiliter idem *Bart. tract. reſponſaliorum q. 6. num. 4. Alexand. conſ. 1. nu. 1. lib. 3. Capola cautel. 115.* late *Cognolus in l. diem functo nu. 55 ff. de officio aſſeſſoris*; Vnde ſi hæc non faciant, poterunt removeri ab officio; *Ambrosius de mandatis principum §. Deinde*, verſ. *feſtinabis, collat. 3. Ioan. Andr. Hoſtiens; Anchar. Imol. & Antonius in cap. quanto, de iure iurando Puteus tract. de ſyndicat. tit. de exceſſibus conſiliariorum num. 12. Rebuff. de conſiliarijs principum nu. 11. & 12.*

5 Quare ſi proter malum conſilium aliquod damnum datum eſt; tenetur conſiliarius in foro conſcientiæ, & civili, illud reſarcire. *Abb. in cap. ſicut dignum*, ad finem, *nu. 15.* verſ. *Caveant de homicidio*; quia licèt quis propter conſilium nō dolotum regulariter minimè teneatur, *cap nullus ex conſilio, de regulis iuris in 6.* Secus tamen eſt in eo, qui ratione officij tenetur conſulere: nā is ratione conſilij etiam non doloſi tenebitur, *l. 2. ff. quod quiſque iuris*, ubi *Gloſſa penul. & Alex. n. 2.* item textus *in cap. penult. 12. q. 3.* inquit, *quod bonæ rei dare conſilium & præſentis habet vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare ſentitur præmium.* Ergo per contrarium dare malè conſilium in hac vita, & in alia punitur. Cæterum *l. 5. tit. 9. part. 2.* probat conſiliarium regis, qui male conſilium dat incurrere in manifeſtam traditionē *Aſſict. lib. 1. conſtitut. rubr. 45. n. 49.* quia non conſiliarius, ſed hoſtis eſt nominandus, & eſſe cauſa ditionis, *cap. clericus. 46. diſt.* & meretur pœnam propter malum conſilium datum principi, cuius deceptor fuit *cap. quanto*, & ibi *Abb. notabilis 1. de iureiurando.*

Conſiliarij tenentur potius demittere officium, quam aliquid conſtituere; vel conſentire, quod non ſit bonum; *Abb. in cap. adverſus n. 19. de immunitat.* In conſilio principis ſi tractetur de re militari, ſtatur militi, ſi de iure ſtatur doctoribus etiam cæteris paribus *l. 1. C. offic. vicarij. Rebuff. de Conſiliarijs principum nu. 13.* Conſilium principis poteſt recuſari, quando principaliores conſiliarij ſunt ſuſpecti. *Butrius in cap. 1. de iudicijs nu. 35. Rebuff.* ubi proximè *nu. 33.* 6

CAP. Vino. IV.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſacræ Scripturæ non debent converti ad vanam interpretationem.*

2 *Verba hæreticalia iocoſè proferens, an ſit hæreticus?*

IN principio, ibi, Pervertunt. 1
Elicio ex textu, quod nemo debet cōvertere verba ſacræ Scripturæ ad profanam, & vanā interpretationem, *cap. hæreticus 28 & c. quidam. 39.* in fine, *24. q. 3.* & tenet *Azor. inſtitut. moral. 1. p. lib. 8. c. 2. q. 4.* Vnde valde puniendi ſunt, qui ſacræ Scripturæ verba profanis immiſcēt; ut cavetur *Trid. ſeſſ. 4.* in fine; propterea Vmbertus Locatus teſtatur, quendam monachorū, qui cuidā ludo turpi, & ſcandaloſo hymnum, *Iam lucis orto ſidere*, cōmiſcuit, nonnullaque impudica verba, & actus inhoneſtos addidiſſet, fuiſſe fuſtigatum in palatio Sancti Officij, atque omni voce activa, & paſſiva per decennium privatum, refert *Farinacius de hæreſi q. 178. n. 52.*

Sed quid, ſi iocoſè verba hæreticalia proferat? Dic quod non eſt iudicandus hæreticus, cum deficiat error in intellectu, & pertinacia in voluntate, quæ faciunt hæreticum; late *Azor. vbi ſup. lib. 8. recopil. tit. 3. leg. 1. 4 num. 86.* & factum iocoſum pœnam non meretur *cap. 1. de ſen-* 2

tent. excomun. & l. 1. §. Diuus ff. de actionib. & obligat. & l. ſicut ſemel. C. de liberali cauſa. Quæ concluſio, licèt ſit vera, fallit in crimine hæreſis, in quo licèt verba talia proferens non ſit dicendus hæreticus, poteſt tamen puniri epiſcopi, aut inquiſitoris arbitrio, ad quos etiam ſpectat, an iocoſe, vel ſerio ſint dicta, determinare; *Cardinal. in clementin. 1. §. Not ignar numer. 1. de ſumma Trinitate* quia peſſimi exempli eſt, cum rebus fidei iocari, unde aliqua levis pœna, ſeu pœnitentia imponenda eſt, & nullo caſu poſſunt inquiſitores imponere pœnam pecuniariam. *Rojas ſingulari 103. Simanch de catholicis cap. 17. nu. 13.* poſt alios *Farinacius de hæreſi. 4. 179. numer. 63.* & ſequentibus.

CAP. Legant. V.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſint cæci circa nepotes, ideoque in Epiſcopum habens filios, vel nepotes, non eſt eligendus, nec ad parochiales Eccleſias eſt admittendus.*
2 *Excẽſſus clericorum debẽnt corrigi.*
3 *Heli an fuerit in æternum damnatus?*
4 *Strena, quid ſignificet?*

1 IN textu ibi, filios ſuos. Hodie verò quia per filios ſolet Eccleſiarum ſubſtantia periclitari, *cap. de Siracuſana 13. diſtin. 28.* ubi notavi *num. 2.* Epiſcopi namque ſunt cæci circa nepotes, ſecũdum *Gloſſam in cap. pervenit. 1. §. 3. & Concilium Trident. ſeſſ. 25. de reformat c. 1.* Quare habentem filios, vel nepotes etiam legitimos in Epiſcopum non eſſe eligendũ, diſponitur *in auth. quomodo oporteat Epiſcop. §. 1. Collat. 1.* Sed contrarium ſupponit *cap. Epiſcopus 34. infra. 12. q. 2.* de quo videpoſita *d. num. 2.* & hoc loco nepotum nomine filij filiorum, non autem fratrum, aut ſororum vocantur, *l. Iuriſconſultus ff. de grad. & affin. cogn. Abb. in cap. 1. de teſtam. n. 2.* Immò maximè deceret, ſi nec ad parochiales Eccleſias obtinendas, qui filios habent, admittantur; qui filius eſt argumentum de incontinentia patris *cap. priuſquam* in fine *28. diſtin. & cap. propoſuiſti & ibi, Gloſſa* verbo *filij. 82. diſt.* patres enim frontẽ habere non poſſunt alios de incõtinentia redarguẽdi *c. ſicut* verſ. *Habentes 47. diſt.*

2 An verò Heli propter hæc peccata ſit à Deo in æternum damnatus? Dubitant interpretes *Gregor. lib. 2. cap. 3. & Paſtur. p. 2. cap 6.* damnatum eſſe indicat æterno ſupplicio, *Auguſtin. lib. 17. de civitate Dei cap. 4.* Eodem modo reprobatum dicit eſſe Heli, quo Saul, ſed de Saulis damnatione, ut poſt *Lyram, Dionyſium, ſerarium,* & alios, latè comprobat *Gaſpar Sanch. lib. 1. Regum in principio num. 9.* & ſequentibus, ubi ſolvit, quæ contra hanc opinionem ab alijs Doctoribus opponuntur. Item *Mendoça tom. 2. in lib. Reg. cap. 4. n. 18. Annot. 13. ſect. 3.* ubi de hac re erudite.

In verſ. Heli Sacerdos. Licèt 3
Heli ſummus Sacerdos alijs bonus exiſteret, quia tamen exceſſus ſubditorum efficaciter non correxit diuinam vindictam excepit, dum filijs ſuis in bello peremptis, idem de ſella corruens fractis cervicibus expiravit, ut dicitur *in cap. licèt 31. de ſimonia,* ubi ſcribentes, latè *Perez lib. 8. ordinamenti tit. 4. lib. 3. pag. 130. in principio,* obſeruat tamen *Rupertus lib 4. c. 10. de victoria verbi.* Heli inter iudices numeratum non eſſe, licèt quadraginta annis populo præfuerit, quia indignus viſus eſt homo iners, & inglorius, qui inter præclaros populi duces locũ obtineret. Rationem vide litteralem quæ ponitur à *Mendoçã tom. 2. in 1. Reg. cap. 4. num. 18. in expoſit. littera §. 14.*

In Gloſſa verbo; ſtrenam. Munus 4
eſt, quod datur in die feſto ominis boni augurio, qualia ſunt, quæ paſsim dantur quotannis circiter Kalendas Ianuarij, ut advertit Gloſſa in preſenti, *Gloſſa 1. in l. laudabile C. de advocatis diverſorum iudic.* qui noſtri textus meminit. Vide *Suetonium in Caligulam capit. 42.* ibi, *Et dixit, & ſtrenas incunte anno ſe receptura, ſtetitq; in veſtibulo adium Kalendas Ianuarij ad captandas ſtipes;* ubi *Beroaldus* nonnulla adducit. Lege *Raderum in prœmio lib. 13. Martialis,* ubi aliqua de dea Strenia.

CAP. Omnem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici opiniones ſuas fundant ſuper ſophiſtica diſputatione.*
2 *Dialectica, quid ſit?*
3 *Dialectica Sophiſtica damnatur: vera tamen prodeſt ſcientijs comparãdis.*

IN textu. Quem adducit Palea ex reſponſione Adriani Pontificis 1
ad Carolum magnum *cap. 49.* ad probandum, quod hæretici concluſiones ſuas potius fundant ſuper ſophiſtica verborum diſputatione, quàm ſuper fidei veritate, cum non ex politica verborum prolatione, aut Dialectica, ſed potius in ſimplicitate veritatis donum Dei acquiratur; Vnde ait Apoſtolus *Epiſtola 2. ad Thimoth. cap. 2. nu. 14. Noli verbis contendere, ad nihil enim utile eſt niſi ad ſubverſionem audientium,* ubi

Soto

1 *Sottomaior*, multa eleganter adducit, & ad finem *cap. 3. nu. 9. Stultas quæſtiones, & contentiones, & pugnas devita, ſunt enim inutiles, & vanæ*, ubi vide eundem *Sottomaior*; Sic alias *Seneca epiſt. 82.* prope finem, totum iſtud dialecticæ genus exturbandum iudicat, & *epiſt. 49.* Dialecticorũ libros à limine ſolum ſalutandos, nec in iis tempus terendum affirmat, interrogationes, & cautiones reprehendens.

2 Ibi, Dialectica, Quæ eſt ars differẽdi, qua per diſſertationem verum à falſo diſcernitur, ut ait *Cicero lib Topic. & de claris oratoribus*, ad fin. *Ipſa eſt philoſophiæ ſpecies, quæ dicitur logica, id eſt. rationalis diſſeriendi, quærendi, & diſſerendi potens.* Primus Ariſtoteles quaſdam huius doctrinæ argumentationes perduxit, & dialecticam nuncupavit, quia in ea dictis diſputatur.

3 In textu, ibi, In Dialectica diſputatione. Intelligi debet non de vera Dialectica, ſed de ſophiſtica, quæ ad decipiendum potius, quàm ad docendum inventa eſt. Et hanc Dialecticam à priſcis olim Patribus damnatam oſtendit *Chriſtophorus Gilius lib. 1. tract. 1. cap. 6.* Si enim de vera Dialectica ſermo ſit, quis dubitat illius uſũ eſſe omni ſcientiæ comparandæ utiliſſimum, & nulli perniciolum, ut ex *Origine, Nazianzen. Auguſt Damaſceno, Clemente Alexandr. Hieron. Caſſiod.* & alijs probat idem doctor. Vide præterea *Antonium Rubium in ſua Logica Mexicana, q. 1.* per totam. *Petrum Furtado Logica, diſp. 2. ſect. 4. §. 23. & diſp. 1. ſect. 8. §. 53. Petrus de Oniba q. 2. præambula, art. 3. nu. 6.* ubi plures refert pro hac ſententia. *Petrus Fonſeca tom. 1. Metaph. lib. 2 q. 4. ſect. 1. & 2. & 3.* ad quem remitto Philoſophiæ ſtudioſos, ne homo Iurisconſultus extra ſuos limites diuageur.

CAP. Legimus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Rabanus Maurus, quis fuerit?*
2 *Libri profani non debent legi.*
3 *Sapientia rerum ſæcularium requiritur in Epiſcopo.*
4 *Deus omnium ſcientiarum eſt caput.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Raban. Fuit Rabanus Maurus natione Germanus, Abbas Fuldenſis, tempore Ludovici Pij Imperatoris, poſtea abdicans ſe à præfectura monaſterij, quietis amore in Hottonum monaſterium ſe recepit, tandem Epiſcopus Moguntinus creatus eſt, tempore Lotharij: vir fuit æque doctus, ac pius, verũ ob ſui temporis Theologorum appellatur. Synodum congregavit iuſſu Ludovici Iunioris, cuius tempore obijt anno Dñi 856. ſcripſit multa, & verſu, & proſa; vide late *Bellarmin. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, anno Domini 835. fol. mihi 152. Baron tom 9. annal. anno Chriſti 838.* ad fin. latius *tom. 10. anno 843.* prope finem, & *anno 847.* Quo autem epitaphio eius ſepulchrum ornatum fuerit, vide eundem *Baron. anno 856.* in fine.

In textu. Colligẽ libros profanos non poſſe legi, quando ex eorum lectione, quis provocatur ad laſciviam, ſicut libros Ovidij de arte amandi, & alios ſimiles, & ſic hunc textum, & alios huius diſtinctionis intelligit *Sylv. in ſumma*, verbo, *doctor*, q. 8. in fine. 2

In §. Hinc etiam, verſ. Sed è contra. Et ſic ſapientiæ ſæcularium ſcripturatum, requiritur etiam in epiſcopo, ut ex hoc textu notat *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 37. Gloſſa 3.* 3

In verſ. Hinc, & Ambroſius, Eſt igitur Deus omnium ſcientiarum caput, & author; *Greg. Lopez part. 1. in proœmio, Gloſ. 1. Paulus Fuſch. de viſitatione, cap. 17. num. 8. & 26.* qui uterq; noſtri textus meminere. 4

CAP. Turbata. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici poſſunt vacare ſcientijs ſæcularibus, ut ſciant diſcernere verum à falſo.*
2 *Dictio*, omnimodo, *quid importet?*
3 *Dictio*, aliquin, *quam ſignificationem habeat?*
4 *Colloquia prava corrũpũt bonos mores.*

IN textu. Nota, quod clerici poſſunt vacare ſcientijs ſæcularibus, ut ſciant diſcernere verum à falſo, & habere additum ad ſcientiam pietatis. *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 37. Gloſſa 3.* quemadmodum diximus de Epiſcopo, cui poteſt ſludere legibus, ut melius intelligat Canones in *cap. 1. num. 1.* ſupra, *hac eadem diſt.* ſuccedente vulgari regula, quod utile per inutile non vitiatur, *37. de regulis iuris in 6.* de qua pet. *Alozſium Riccium tractat. 139. & 1248.* advertit *Gloſſa 1. in præſenti.* 1

2 Ibi, Omnimodo. Quæ dictio eſt præciſa, & importat idem quod, *per omnem modum. Iaſon. in l. Liberi homo, nu. 2. de verborum obligat.* & in §. *Cuiare, nu. 4. inſtit. de actionibus. Abb. in cap. Conqueſtus, nu. 4. de foro compet. Tiraquel. in l. Si unquam, verbo, revertatur, nu. 37. C. de revocand. donationibus.* poſt alios *Cened. ſingular. 31. nu. 1. Tuſchus tom. 2. concluſ. 320. nu. 2.* Licet illa dictio ſit præciſa, nihilominus congruam recipit interpretationem à iure communi. *Roland. conſ. 61. nu. 55. vol. 2.* & *conſ. 75. nu. 21. vol. 1.* multos refert *Ceped. d. ſingulari 71. nu. 2.* & ſeqq. ubi varias ſignificationes videbis.

3 Ibi, Alioquin. Dictio iſta ponitur adverſativè ad præcedentia, & exponitur, ſi non fuerint prædicta. *l. Si finita, §. Ex hac Dicto,* & ibi *Gloſſa,* verbo, *alioquin, ff. de damno infecto. l. Eleganter, §. Si dolo, l. Lucius, §. Lucius. in ſecundo, ff. legatis ſecundo, cap. Conſtitutus,* & ibi doctores *de teſtibus,* tradit *Bart. in l. 1. num. 11. ff. de condit. & demonſt.* latè *Tiraq. de retractu lignag. §. 8. Gloſſa 6. nu. 1.* refert plures *Cened. ſingular. 3. num. 1. Dominicus in cap. Vt circa, §. Alioquin, nu. 4.* & ibi *Franch. col. 1. de elect. lib. 6.* ubi dicunt, quòd dictio iſta eſt reſolutiva diſpoſitionis, in qua profertur, ſi non concurrant in acta omnes qualitates præcedentes, quod dicunt eſſe notandum pro ſtatutis, & privilegijs, ubi hæc dictio poneretur; ſequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 8. Gloſſa 6. nu. 2.* Porro de natura, & ſignificatione huius dictionis multa tradunt *Cened. d. ſingular. 3. nu. 2.* & ſeqq. *Tuſch. tom. 2. concluſ. 242.*

4 In Gloſſa, verbo, Indidiſſent, ibi, Bonos mores corrumpunt. Hanc etiam Pauli ſententiam refert *Gloſſa,* verbo, *colloquia, in Clement. 1. de celebrat. miſſarum, textus in cap. Sæpe, 28. quæſt. 1.* Ex quo inquiunt *Bart. in l. Si plures, §. Quanvis,* & *§. Si parens, ff. de ad miniſtrat. tut.* & *Abb. in cap. Ad hæc. nu. 1. de Iudæis.* quod converſatio mala facit quem ſuſpectum præſumi, de quo latè *Azeved. lib. 8. tit. 2. l. 2. num. 32.* & ſeqq. *nova recopilat.* qui noſtræ Gloſſæ mentionem faciunt.

CAP. Legimus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Legens libros hæreticorum, qualiter puniatur. & nu. 2.*

3 *Libri hæreticorum, multa afferant incommoda.*

IN textu. Collige ex textu, non debere hæreticum reputari, qui habet libros prohibitos, ut illos confutet, vel curioſitatis gratia, ne ſcilicet ignoret ea, quæ ab hæreticis traduntur, ut ſciret ea evitare, ut poſſ alios tradit *Tiberius Decianus tractat. crimin. lib. 5. cap. 46. num. 27.* & 29. qui noſtri textus meminit. *Maſcard. de probationib. concluſ. 862.* refert plures *Cened. 2. p. collectan. 8. nu. 2.* Hodie verò retinens, aut legens libros hæreticorum continentes hæreſim ex profeſſo, præſumitur hæreticus, & poteſt de hæreſi condenari, & incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vide *Conſtitutionem Pij 4. editam die 24. Martij, anno 1564.* quæ eſt impreſſa ante indicem librorum prohibitorum, de qua *Navarr. conſ. 1. de conſtitut. nu. 74. editione prima,* quem videbis *conſ. 6. de hæreticis.* Vnde iam ſublatæ ſunt omnes iuris communis difficultates, advertit idem *Decianus.* ubi proximè, *nu. 30.* Lege latè *Suar. de fide, diſp. 20. ſect. 2.* per totam. *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 10. à nu. 20.*

At olim de iure civili retinens libros hæreticorum puniebatur perpetua deportatione, ut eſt *textus in l. Quicunq;* C. *de hæreticis;* legens verò alios libros, qui non tractent de religione ex profeſſo, nec ex inſtituto, contineant hæreſim, licet aliquas hæreſes admixtas habeant, non eſt excommunicatus Bullæ Cœnæ, ſed tantum incidit in excommunicationem indicis librorum prohibitorum, & poteſt abſolvi à quocunq; habente poteſtatem. Si verò fuerint libri Chiromantiæ, Hydromantiæ, & Aſtronomiæ Xiſtus quintus ſtatuit, ut contra legentes, & retinentes inquiſitor pravitatis hæreticæ poſſit procedere. Adde poſita ad *cap. 1. num. 4. ſupra, diſt. 16.*

3 Gravia namq; incommoda ex lectione hæreticorum, & profanorum librorum oriuntur, ut tradit *Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorum punit. cap. 15.* & *lib. 3. cap. 8. Medices in ſumma omnium hæreſum, p. 1. q. 5. verſ. Quinta cauſa,* refert alios *Cened. d. collect. 8. nu 3.* Quare etiam gentiles, ut chriſtianam legem abolerent, iubebant, ut libri omnes legem chriſtianam continentes cõburerentur; quod fecit impius Diocletianus anno decimo nono, menſe Dyſtro (qui à Romanis Martius nominabatur) edictum proponens, ut non ſolum templa Chriſtianorũ funditus everterentur, ſed ut ſcripturæ ſacræ igni abſumerentur, tradit *Euſebius in hiſtoria eccleſiaſt. lib. 8. cap. 3.* refert alia exempla *Tiberius Decian. lib. 5. d. cap. 46. nu. 3.* & ſeqq. Neque ſolùm gentiles, ſed etiam hæretici in ſua perfidia obſtinatiſſimi, ſic catholicorum libros averſantur, ut illos flammis voracibus iubeant deſtinari. Quod hac noſtra ætate contigiſſe fertur apud Britannos, cum liber ille ſapientiſſimi Suarij, quem pro fidei defenſione multo cum ſudore

ſudore inſcripſit, iuſſu Iacobi, magnæ Britanniæ Regis, publico in foro, & frequentiſſimo hæreticorum conventu Londini concrematur. Vt refertur in vita ipſius Suarij, quæ habetur in *prima parte, de gratia*. Quod inteſtinum hæreticorum odium aperte tetigit eſt idem Iacobus, dum in ſuo libro (qui inſcribitur *Deffenſio pro iure regio adverſus Cardinalis Perronis orationem*) graviſſimis contumelijs afficit eundem Suarium. Sed de intemperata huius Regis licentia, vel petulantia alibi dicemus.

CAP. Si quis autem. X.

SVMMARIVM.

1 *Illiteratus eſt, qui ignorat grammaticam. & nu. 5.*
2 *Geometria, quomodo diffiniatur?*
3 *Diffinitio Arithmetica.*
4 *Scientia muſicæ, an ſit neceſſaria in Epiſcopo?*

1 IN textu, ibi, Grammaticam. *Grammatica dicitur ſcientia ſcribendi, & cognoſcendi origo, & fundamentum liberalium litterarum.* Quam definitionem affert *Iſidorus lib. 1. Ethymolog. cap. 2.* & 3. hæc indiſciplinis poſt litteras communes inventa eſt, ut qui litteras dediſcerũt per eam rectè loquendi rationem ſciant, atq; à litteris nomen accepit, Grãmata namq; Græci litteras vocant; vel dicitur *ars cognoſcendi linguam Latinam*, ut tenet *l. 37. tit. 3. part. 1.* & illiteratus eſt, qui eam non intelligit, ita ut, nec ad minores ordines poſſit promoveri. *Menoch. de arbitrar. caſu 425. nu. 57. & 58. Salzed. in pract. cap. 21. ex Trident. ſeſſ. 23. cap. 11. de reformat.* vide citatos per *Cened. 2. p. collect. 56. nu. 5. Torre blanca Villalpando, in epithom. delictorũ, lib. 1. cap. 7. nu. 6.*

2 Ibi, Geometria. Notat *Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 37. Gloſſa 6.* & ibidem de alijs ſcientijs, quas textus refert, meminit latiùs *part. 7. tit. 23. l. 1. Gloſſa 4.* Fuit enim Geometria, ſecundum Iſidorum, diſciplina primum ab Ægyptijs reperta; quia inundante Nilo, & omnium poſſeſſionibus limo obductis, initium terræ dividendę per lineas, & menſuras, nomen arti dedit; quę inde longius acumine ſapientium producta, & maris, & cœli, & aeris ſpatia metitur.

3 Ibi, Arithmetica. Quæ ex *Iſidoro lib. 3. Ethymologiarum eſt diſciplina numerorum.* Græci namq; numerum à *rythmom* dicunt: hanc apud Græcos primum conſpexiſſe Pithagoram autumant, & poſtmodum à Nicomacho diffuſius eſſe diſpoſitam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius tranſtulerunt.

4 Ibi, Muſica. Huiuſmodi ſcientia non eſt multũ neceſſaria in Epiſcopo, ut docet textus, niſi reſpectu cantus Eccleſiæ, & benè ſtabit Epiſcopo, ſi ad hoc muſicam ſciat, ut notat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 37. Gloſſa 5.* Muſicæ partes ſunt tres, Armonica, quæ diſcernit in ſonis acutum, & grave. Rithmica, quæ requirit incurſionem verborum. Vtrum benè ſonus, aut malè cohæreat. Metrica, quæ menſuram diverſorum metrorum probabili ratione cognoſcit, ut ex *Iſidoro*, tradit *Vincentius in ſpeculo doctrinali, lib. 16. cap. 31.* De vi muſicæ videndi tibi ſunt *Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 25. Quintilian. lib. 1. cap. 27. Marſilius Ficin. lib. 3. philoſophia Platonis. Plutarch. in moralib. Lucian. de gymnaſijs, tom. 1. Tullius lib. 3. de orat.*

5 Ibi, Poteſt proficere. Igitur per Grammaticam ſacræ ſcripturæ intelliguntur, ut ex noſtro textu deducit, & proſequitur *Paulus Euſeb. de viſitatione, lib. 1. cap. 16. nu. 14.* & *cap. 17. nu. 12.* Vnde magiſtri deputandi ſunt in ſeminarijs pro pueris educandis, vide *Clementinam 1. de Magiſtris.*

CAP. Qui de menſa. XI.

SVMMARIVM.

1 *Vir honeſtus non præſumitur male facere.*
2 *Mathematica diffinitio.*
3 *Teſtis quomodo debeat deponere?*
4 *Argumentũ à ſimili, quomodo procedat?*

1 IN principio textus. Collige, non præſumi virum honeſtum, & providum, aliquid perperam, aut feciſſe, aut facturum eſſe, & ſi etiam id liquidò appareat, vix tamen credendum eſt; notat ex noſtro textu *Tiraq. de pœnit temperandis, cauſa 51. nu. 54.* ubi alia iura adducit, iuvat *textus in cap. Sacro, 5. Cumq., de ſent. excommunicationis*, ibi, *Maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat.*

2 Ibi, Mathematicos. Mathematicæ ſubiectum eſt quantitas continua, & diſcreta, & eſt magnitudo, & multitudo; magnitudo, alia eſt immobilis, ut ſphæra terræ, alia mobilis, ut ſphæra firmamenti; multitudo diſcreta per ſe ineſt Arithme-

Arithmetica; multitudo ad aliud materia eſt Muſicæ; magnitudo immobilis, materia eſt Geometria. Magnitudo autem mobilis eſt de Aſtronomia. Porrò de excellentia, & utilitate Mathematicę, & eius ſpecibus vide *Pinciam in ſpeculo doctrinali, lib. 16. cap.* 2. & 3. Neque illud omittas pro ſcientia aſtronomica obſervandum, quod in maximam cedit laudem Luſitanorum. Namque *Maſſeo lib.* 2. noſtri Luſitani maris Indici exploratores, fuere primi inventores aſtrolabij. Vnde *Fr. Seraphinus de Freitas*, vir ſummæ eruditionis, & religionis, in ſuo *lib. de iuſto Imper. Aſiat. cap.* 8. *nu.* 6. *Luſitanię*, inquit, *mira Europæ debet aſtrolabium inſtrumentum, ad explorandam locorum latitudinem.* & Titus Livius *Luſitanus. Ioannes de Barros Decad.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. poſt med.

3 Ibi, Si ignoret. Ponderat *Alex. in l.* 1. *nu.* 15. poſt medium, *ff. ſi certum petatur*, & per hæc verba docet, quod ſi teſtis interrogaretur ſuper mutuo, & diceret ſe neſcire, quid ſit mutuum, non poteſt dici, quod intelligit id ſuper quo depoſuit, unde nihil probaret; & *Additio littera E.* diſputat quãdo teſtis dicit vidiſſe numerare pecuniam, nec de cauſa dicit, an probet mutuum? Latius *Purpuratus in d. l.* 1. *nu.* 71. cum ſeqq.

4 In Gloſſa, verbo, Scirent, ibi, Vt iura deficiunt. Immo nec etiam tunc data una diſſimilitudine proſternitur, ut ait *Menoch. conſ.* 180. *nu.* 51. *tom.* 1. quæ illud argumentum à ſimili eſt omnium leviſſimum, ut tenet idem *Menoch. conſ.* 37. *num.* 177. & an, & quando procedat? Vide *Nicolaum Everard. in Topic. iuris loco* 10. à ſimili, fol. mihi 135.

CAP. De quibuſdam. XII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri per Epiſcopum, qualiter conſtituantur?*
2 *Privilegijs Doctorum, an gaudeant etiã non legentes?*
3 *Scholaſtici non ſtudentes, non gaudent privilegijs.*
4 *Artium liberalium utilitas ad ſcripturas intelligendas.*
5 *Abbas noſtram Gloſſam approbat.*

1 IN textu. Collige ex textu, Magiſtros, & Doctores debere ab Epiſcopo congruis locis conſtitui, de quo *Syreſt.* verbo, *doctor. in q.* 9. *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 7. *Gloſſa* 2. iuxta medium. *Navarr. in Manual. cap.* 21. *nu.* 107. *Medices in ſumma peccatorum, p.* 2. *cap.* 2. *q.* 74. *Reginald. in praxi paxit. lib.* 10. *cap.* 13. hodie tamen adeſt *Concilij Tridentini deciſio, ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de reformat.*

2 Ibi, Aſſiduè doceant. Ex hoc textu videtur colligi idem, quod inquit *Hart. in l. Medices, nu.* 1. C. *profeſſoribus, lib.* 10. ſcilicet privilegia doctoribus conceſſa, non habere locum, niſi in doctoribus actu legentibus; ſed videtur, quod communis ſit in contrarium; quod omninò procedant in omnibus, etiam non legentibus. Ita *Guido Pap. deciſ.* 388. *nu.* 5. & movetur quatuor fundamentis *Aretinus conſil.* 95. *Reſpondeo breviter.*

3 Sic alias ſcholaſtici non ſtudentes, & qui ſcholas non frequentant, non gaudent privilegijs ſcholaſticorum, & abſentes cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum non percipiunt, ut firmat *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, part.* 1. *nu.* 213. *Maſtard. de probationib. concluſ.* 1250. *nu.* 3. & ſeqq. *Emmanuel Rodriguez quæſt. regul. tom.* 5. *q.* 9. *art.* 10.

4 Ibi, Liberalium artium. Ad plenioremn & uberiorem ſacræ ſcripturæ intelligentiam, non parum conducit liberalium artium ſplẽdor, imò ab illis ſacrarum ſcripturarum interpretatio vires, & incrementum capit. Quanvis enim artes liberales per ſe fidem non gignant, ad illam tamen firmius percipiendam diſponunt. Quod latè probat *Salmeron tom.* 1. *prolog.* 17. & *Pineda lib.* 3. *de rebus Salomonis, à cap.* 11. *uſq; ad* 26. ubi apertè docet Salomonem fuiſſe loquendi, & ſcribendi inventorem; nec non Eloquentia, Poeſi, Dialectica, Muſica, Hiſtoria, Aſtronomia, Geometria, Arithmetica, Coſmographia, Medicina, Phyſiologia, Theologia, omnibus denique artibus præſtantiſſimum; adeo ut omnium diſciplinarum, & artium compendium dici potuiſſet.

5 In Gloſſa, verbo, Vt magiſtri in principio. Appellat bonam *Abb. in cap. Quia nonnullis, nu.* 13. *de magiſtris*, ubi latè docet, quando doctores, ſeu magiſtri poſſunt petere ſallarium, ſive à pauperibus, ſive à divitibus, ſive ut de publico ſallarientur. Adde *Alciat. lib.* 9. *parergon. cap.* 9. latè *Tiraq. de nobilitat. cap.* 29. *nu.* 42.

CAP. Si quid veri. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Sibyllæ fuerunt decem.*
2 *Nonnulla de Orpheo Poeta.*

Infide-

3 *Infideles, ſi quid bonum de Deo dixerunt, ſuis dictis convincuntur.*
4 *Iudæi ſunt infidelibus deteriores.*

1 IBi, Sibylla. De Sibyllis videndi ſunt *D. Auguſtin. lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 23.* ubi *Leonardus Coquæus in additionibus*, multa adducit. *Diodorus Siculus lib. 5. rerum antiquarum, cap. 6.* ad finem. *Lactantius lib. 1. diuinarum inſtitution. cap. 6.* latè *Iſidorus lib. 8. ethymologiarum, cap. 8.* Sibyllæ, lingua græca, dicuntur generaliter omnes fœminæ vates; quod nomen ex officio, non ex proprietate eſt vocabuli. Decem autem Sibyllæ à Doctoribus fuiſſe traduntur. Prima Perſica, ſecunda Lybica, tertia Delphica, quarta Cymeria, quinta Erythrea, ſexta Samia, ſeptima Cumana, octava Helleſpontica, nona Phrigia, decima Tiburtina, vide latiſſimè *Vincentium in ſpeculo hiſtoriali, lib. 2. cap. 100.* & ſeqq. Quas fatidico plenas ſpiritu, conſtat multa labentibus annis futura prædixiſſe; nec non ſeruatoris Chriſti nativitatem, & mortem divinaſſe. Imò *Fr. Seraphinus de Freitas cap. 8. nu. 6. ex Boſio de ſignis Eccl. lib. 20. cap. 6.* refert, noſtrorum in Indicam navigationem Sybillas vaticinatas fuiſſe, ut idem probat *Seraphinus*, ex *Virgilio*, & *Seneca*.

2 Ibi, Orpheus. Poeta Thracius ex ciuitate Libethris ſita ſub Pieria, Apollinis, & Calliopes filius, diſcipulum habuit Linum, qua tempeſtate apud Hebreos iudices rerum ſummam gerebant. Poetæ quidem Orpheum à Ciconum mulieribus dilaniatum fuiſſe fabulantur; quo fit, ut nunc uſq; Thraces, ſuas pulſent uxores, ut Orpheũ ulciſcantur; conſule latiſſimè *Lylium Gyraldum in hiſtoria Poetarum, dialogo 2.*

3 Ibi, Valet quidem. Collige ex textu, quod ſapientes, & Philoſophi gentiles, ſi quid benè de Deo dixerunt, ſuis dictis convincuntur; non tamen habent tantam authoritatem, ſicut ſi eſſent dicta à ſacra, vel canonica Scriptura, ita *Archidiaconus*, hîc *nu. 1.* Amplia primam partem concluſionis etiamſi mala de Deo dixiſſent, quia ſunt dicta ſine fundamento, & ſunt evidenter falſiſſima.

4 Quod patet in Iudeis, qui ſunt omnibus infidelibus deteriores; *textus in cap. Nonne, 37. 1. q. 1. Alex. conſ. 130. Menoch. de arbitrar. caſu 290. nu. 22.* habent in libris Talmudicis innumeras blaſphemias, & impietates adverſus Chriſtũ Deũ noſtrum, divinæ maieſtatis celſitudinem, & ſanctos veteris teſtamenti, & legem Moyſis, & adverſus charitatem, & humanitatem adeo falſas, & execrabiles, ut animus horreat, manusq; refugiat eas ſcribere, videdas omnino in *Bibliotheca Xiſti Seneſis lib. 2. à pag. 237. uſq; ad 241.*

CAP. Relatum. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Traditiones debent obſervari.*
2 *Dictio*, prout, *quid ſignificet?*
3 *Vtrum per ſimile liceat argumentari?*
4 *Teſtificari, an quis poſſit de viſis in pueritia?*

1 IBi, Secundum traditionem. Igitur ſecundum traditionem, & non iuxta ſenſum ſuum tenetur magiſter docere, & iudex iudicare, de quo vide *Riccium collectan. deciſ. p. 4. collect. 794. & 802. Menoch. conſ. 100. nu. 74. & conſ. 187. nu. 55. & 380. nu. 21.* idem *lib. 2. de præſumptionibus, q. 71. nu. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1041. Gutierr. practi. lib. 30. q. 13. nu. 34. Surd. de aliment. tit. 9. q. 44. nu. 60.* optimè *Gloſſa 1. col. 4.* in principio, *in l. 4. tit. 6. lib. 1. fori legum, Præpoſitus in cap. Noli, num. 3. ſupra, diſt. 9.*

2 Ibi, Prout. Quæ dictio importat ſimilitudinem, & etiam identitatem, *Angelus conſ. 11. num. 4. verſ. Nec obſtat*, ubi loquitur in legato facto ducentorum ſcutorum, prout primo legaverat alius, ut identitatem contineat, & ſimilitudinem. *Roman. conſ. 460. illa verba, nu. 4.*

3 Plures etiam habet ſignificationes; quandoq; importat *relationem*, quandoq; *cauſam*, quãdoq; *modum, & qualitatem*, quandoq; *limitationem. Bart. in Extravaganti ad reprimendam*, verſ. *Prout. Berous conſ. 110. num. 59. & 60. lib. 2.* latiſſimè *Tuſch. practicarum concluſionum, tom. 2. concluſ. 347. nu. 2. & ſeqq. uſq; ad nu. 71.* ubi *num. 3.* credit multum referri, an dicatur, *prout*, vel dicatur, *& prout.*

4 In textu, ibi, Veriſimilitudines. Per hoc verbum controvertit *Gloſſa 2. in præſenti.* Vtrum per ſimilitudines poſſit quis procedere, & per ſimilia licitum ſit argumentari? *Gloſſa ſimilis*, verbo, *quod de uno, in cap. Tranſlato, de conſtitutionibus, Gloſſa ultima, in cap. Inter cæteras, de reſcript. Manua lib. 1. dialogo 6. Hyppolit. in rubrica, nu. 189. ff. de fide inſtr.* latiſſimè *Everard. Topic. loco 10.*

5 In Gloſſa ult. Docet Gloſſa, poſſe aliquem teſtificari de eo, quod vidit in puerili ætate, *Gloſſa ſimilis*, verbo, *impuberes, in l. 3.* verſ. *Lege Iulia, ff. de teſtib.* & *in §. Teſtes, inſt. de teſtament.* ubi *Arctinus nu. 25. Decius in l. Fœmina, §. Item impuberes, ff. de regulis iuris*, citant multa *Felin.* & communis, in *cap. Cum nobis, 14. de præſcript. Charus in practica, §. ult. q. 24. num. 27.* latiſſimè *Covar. in regula poſſeſſor. 2. p. §. 3. nu. 8.* qui multa tradit. Vnde non eſt verum

verum, quod dicit *Gloſſa*, verbo, *centum*, verſ. *Sed qualiter*, *in d. cap. Cum vobis*, dum ſupponit, non poſſe teſtes deponere de ijs, quæ ante pubertatem viderunt, & apprehenderunt; ſi quidem conſtat poſt pubertatem poſſe quem deponere de ijs, quæ ante illam doli capax, ideſt circa annum decimum cum dimidio, vidit, & apprehendit.

CAP. Ideo prohibetur. XV.

SVMMARIVM.

1 *Poetarum figmenta incitant mentes ad vitia.*
2 *Ignorantia affectata, quæ dicatur?*
3 *Parum refert, aut quid fiat, aut eius ſimile.*

1 IN textu. Collige ex textu prohiberi chriſtianis legere figmenta Poetarum, quia per oblectamenta fabularũ mentem excitant ad libidinem. Item quia eloquentia ipſa ſi ſemel hominis mentem occupaverit, adeo ſui amantem reddere ſolet, ut facile cæteros deſpiciat, unde nonnulli ſunt, qui ſacrarum litterarum ſermonem, & dicendi ſimplicitatem tam horreant, quam eloquentes iſti homines, qui nihil audire poſſunt, quod Ciceronem non ſapiat, ut ex *D. Auguſtin.* & *D. Hieronym.* tradit *Montoja de concordia ſacrarum editionum, lib. 1. controverſ. 16.* in principio, qui noſtrum textum refert. Non tamen eloquentiæ ars à ſacris ſcripturis eſt aliena; cũ omnis eloquentiæ ſplendor inveniatur in ſacris litteris, tradit latè *Montoja*, ubi proximè, & *controverſ.* 18. verſ. *Primò.* Quare in defectu iurium, authoritas Poetarum valet allegari, ut eſt *textus in l. In tantum, 6. §. final.* ubi *Gloſſa*, verbo, *Virgilius*, *ff. rerum diviſione*, diximus ſupra, in *proœmio. nu.* 25.

2 In §. Vt itaq; in fine, ibi, Noluit intelligere. Agit textus de ignorãtia affectata, quæ etiam ignorantia appellatur malitia, quam habet is, qui cum poſſit, & debeat, noluit ſcire, ut liberius peccaret, iuxta illud *Pſalm.* 35. *nu.* 4. *Noluit intelligere, ut bene ageret.* De qua ignorantia agit textus ubi *Gloſſa in cap. Eos, de temporibus ordinat. lib. 6.* & hæc ignorantia non ſolum culpam continet, ſed etiam graviorem, quàm ſcientia ſimplex, ex quo auget voluntarium, & adhibetur eo prætextu, ut ſine remorſu conſcientiæ delictum fiat. tradit *Gloſſa*, verbo, *ſcienter*, in *cap. ult. de officio delegat. lib. 6.* & ex *Clement. 1. de conſanguinitate*, *Covar. in cap. Alma*, 1. *p.* §. 10. *nu.* 17. *Caſtro lib. 2. de lege pœnali. cap.* 14. *fol.* 305. *Simanch. de catholi. inſtit, cap.* 26. *à num.* 3. plures relati à *Tiraq. de pœnis, cap.* 13. *nu.* 22. & *de retract. tit.* 1. §. 35. *Gloſſa* 4. *nu.* 28. latè *Sanch. lib.* 1. *Decalog. cap.* 16. per totum, & *cap.* 17. per totum. *Lorca de peccatis, à diſp.* 29. *uſq; ad* 43. Adde poſita ad *cap. Qui partem, nu.* 6. *diſt.* 55. 3

In Gloſſa, verbo, Thura. 3
Docet Gloſſa, parum referri, aut quid fiat, aut fiat eius ſimile, conducunt, quæ tradit *Bart. in l. Ab emptione, nu.* 13. *ff. de pactis. Azeved. lib.* 5. *nova recopilat. tit.* 4. *l.* 5. *nu.* 11.

CAP. Non omnis. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus, quæ teneatur ſcire ad ſalutem.*
2 Huiuſmodi, *dictio, quid ſignificet?*

IN textu, ibi, à pœna. Collige ex textu, quod ignorantia iuris divini, & naturalis neminem excuſat, & ita quilibet chriſtianus ſaltem implicite tenetur ſcirè. *Credo*, *vel articulos fidei*, *præcepta Decalogi*, *Pater noſter*, *Ave Maria*, & ea, quæ ad ſingulorum ſtatum, vel officium pertinent, pro quo, & quæ teneatur ſcire, vide *textum in cap. Vos ante omnia*, 103. *de conſecratione, diſt.* 4. *Sylv. in ſumma*, verbo, *fides, nu.* 6. & verbo, *ignorantia, q.* 1. & verbo, *ſcientia*, verſ. *Secundò. Armilla*, verbo, *credere, nu.* 2. *Caietan. in ſumma.* verbo, *ignorantia. Navarr. in Manual. cap.* 11. *num.* 18. verſ. *Quinto.* & *de oratione, cap.* 20. *Simanch. de catholi. inſtit. cap.* 28. *à num.* 8. *Menoch. conſ.* 82. *nu.* 10. & 53. & *Palatius in rubr. in allegatione de hæreſi*, §. 4. ad medium, & *l.* 27. *tit.* 4. *part.* 1. & ibi *Gregor.* & *l.* 1. *tit.* 1. *Ordinamenti*, ubi *Perez. Sanch. tom.* 1. *Decal. lib.* 2. *cap.* 2. & 3. *Suar. de fide, diſp.* 13. *ſect.* 3. & 4. 1

Ibi, Huiuſmodi. Quæ dictio reſtringit diſpoſitionem ad id, ad quod adijcitur, & repetit præcedentia omnia, *cap. Nemo deinceps*, 15. ubi *Gloſſ.* verbo, *huiuſmodi*, *de electione, lib.* 6. *cap.* 2. *Vt lite pendente, eodem lib.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *huiuſmodi*, *Felin. in cap. Apoſtolicæ. nu.* 3. in fine, *de exceptionibus*; ſimilitudinem quoq; importat *l. Demũ, ff. de pignoribus, cap. ult. de foro compet. lib.* 6. 2

DISTINCTIO. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris naturalis non excusat.*
2 *Ignorantia iuris civilis an excuset?*
3 *Quid in rusticis, militibus, & mulieribus?*
4 *Introducta ad rigorem iuris, debent observari.*
5 *Ignorantia facti, quando excuset?*
6 *Intellectus cap. 1. de constitut. lib. 6.*
7 *Ignorantia crassa, supina, & affectata, quæ dicantur?*

1 IN principio distinctionis, in Glossa, verbo, Cum itaq; ibi, Iuris naturalis. Ergo non est parcendum his, qui contra ius naturale peccaverunt, *l. 2.* & ibi *Glossa*, verbo, *naturali ratione*, C. *de in ius vocando*, *Glossa in l. Respiciendum*, §. *Delinquunt*, & ibi *Bart. ff. de pœnis*, *Glossa in cap. Turbatur*, §, *Notandum*, per *textum* ibi, 1. q. 4. *Abb. in cap. Super litteris*, *num. 6.* ad finem. *de rescript.* late *Tiraquel. de tract. conventionali*, *Glossa* 7. §. 4. *nu.* 19. qui uterq; nostræ Glossæ meminêre, repetit idem *Tiraq. de pœnis temperandis*, *causa* 11. *nu.* 7. Ratio verò ob quam peccantibus in ius naturale nulla debeatur criminis indulgentia, est quia, ius naturale continet regulas, & principia bene operandi, quæ habent necessariam, & immutabilem veritatem, cui intellectus non potest dissentiri. Ita ex *Suar. Salas*, & *Soto*, observavit *Fr. Seraphinus de Freitas cap. 1. nu. 22.*

2 Ibi, Ignorantia iuris. Quæ neminem excusat, vide *textum in l. Liberorum*, §. 1. *ff. de ijs, qui notantur infamia*, & in *l. Regula*, in principio, *ff. de iuris, & facti ignorant.* ubi *Glossa magna*; tradunt ultra ordinarios latè *Igneus in l. 3. §. Si conditioni*, à principio, *ff. ad Sylaneanū. Filin. in cap. Quoniam*, *à nu. 7. de simonia. Paris. cons. 608. à nu. 302. lib. 4. Afflict. lib. constitut. rubric. 10. Vallasc. de iure emphyt. q. 38. nu. 15.* docet *D. Thom. quodlibeto 1. art. 19.* Et ratio est, quoniam ignorantia iuris, ut plurimum est improbabilis, cum versetur circa ea, quæ quis scire debet, & potest. Vnde meritò non excusat. Quod ampliabis etiam procedere, non solum in ignorātia iuris communis, sed etiam in ignorantia iuris municipialis, seu statutarij ex *Bald. in l. Leges sacratissimæ*, C. *de legibus. Padilla in l. Constitutiones, n. 9.* C. *de iuris, & facti ignorantia. Alexand. consil. 166. num. 3. lib. 6.* sive etiam iuris consuetudinarij, cuius non est probabilis ignorantia.

In Glossa ad med. ibi, Milites. 3 Dicit Glossa, quod ignorantia iuris excusat milites, rusticos, minores, & mulieres; idem tenet *Glossa*, verbo, *omnis ignorantia. cap. Turbatur*, 14. q. 4. & *Anan. in cap. Quoniam*, *nu.* 5. *de simonia*, & *Aloysius Riccius collectan. 953.* vers. *Limita*, 2. tradunt Doctores per textum in *l. Regula*, *ff. de iuris, & facti ignorant.* Fallit tamen, quando aliquid faciunt clam, quia tunc non excusantur, ut est *Glossa in l. 1.* verbo, *non oportet*, C. *de interdicto matrim.* reputata singularis secundum *Roman. singul. 714.* & *cons. 506.* & inde *Tas. in §. Ex maleficijs, nu. 20. Inst. de actionibus*, & in *l. Si quis, nu. 32. ff. de iurisdict. omnium iudicum.*

Ibi, Ad rigorem conservandū. 4 Quia in ijs, quæ introducta sunt ad rigorem iuris conservandum, nullis personis parcitur, ut ex nostra Glossa docet *Tiraq. de retract. conventionali*, §. 4. *Glossa 7. nu. 16. Glossa in l. Iuris*, 7. vers. *Item in secunda*, *ff. de iuris, & facti ignorant. Bart. in l. 1. §. Nunciato*, *ff. de novi operis nunciat.* & *cons. 154. Maritus fecit hæredem uxorem*, col. 2. vers. *Ad secundum autem*, ipse *Tiraq. de pœnis temperand. causa 11. num. 18.* qui plurimos refert; sequitur *Menoch. remedio 9. recuperandæ, num. 30. Menchac. de success. creation. §. 19. nu. 8.* qui ambo Glossam reminiscuntur.

Ibi, Ignorantia facti. 5 Facti ignorantia censetur probabilis, & simplex, & ita præsumitur, quia multa propter incertitudinem, & varietatem plerunq; etiam adhibita diligentia sciri nequeunt, *l. 2. ff. de iuris, & facti ignorantia*, importat enim ignorantia facti, ignorantiam alicuius actus in se, qui nihil habet cōmune cū decisione legis. Vnde solvitur illa controversia, qua quæritur, *Quid sit factum, & quid sit ius?* Vt ita dignoscantur circa quæ utrunq; versatur, ut per *Bald.* in principio, *num. 23. de pace Constantiæ. Alciat. 1. paradox. cap. ultim.* Tu dic iuxta supradicta; factum, prout opponitur iuri, esse illud, in quo consistit actus ex se, prout est ex parte agentis: ius verò, prout opponitur facto, esse id quod consistit in decisione, & authoritate legum, ut patet in *l. 1.* ubi vide exempla, *ff. de iuris, & facti ignorantia.*

Nec obstabit *textus in cap. 1. de constitutionibus*, 6 *lib. 6.* ubi statuta, & consuetudines particulares dicuntur facti; & tamen in illis consistit decisio, & authoritas legis §. 1. ubi *Glossa*, verbo, *ius*, & §. *Ex non scripto*, *instit. de iure naturali*, nec satisfaciunt varij intellectus, de quibus p *Dominicum*, & *Geminian. in dict. cap. 1.* Quare facilius solves, dicendo statuta, & consuetudines illic dici quid facti, non prout factū opponitur

iuri ſimpliciter, ſed quia ius contentum in ſtatutis, vel conſuetudinibus incertum, & variabile eſt. *l. 2. §. Exactis, in 1. ff. de origine iuris,* & conſequenter minus notum, & non ſcriptum, *dict. §. Ex non ſcripto,* cum tamen ius commune certum, notum, & finitum ſit. Vnde meritò, ſicut ea quæ facti ſunt, incerta, & minus nota dicuntur; ita ſtatuta, & conſuetudines illæ in hoc ſenſu (quantumcunq; ius conſtituant) dicuntur eſſe facti, hoc eſt non certæ, & minus notę reſpectu Pontificis maximi, ita ut probabiliter ab eo poſſint ignorari, ad differentiam iuris communis, in quo propter ipſius certitudinem ignorantia illa non admittitur, ut habet textus.

7 Ibi, Alia eſt craſſa, & ſupina. Ignorātia craſſa, quæ à noſtris ſupina, à Theologis vincibilis, & aliquando diſſoluta appellatur, eſt illa, quæ ex negligentia provenit, ex eo, quod quis ignorat illud quod debuit, & per mediocrem diligentiam ſcire potuit; de qua ignorantia agit *textus in l. Nec ſupina, ff. de iuris, & facti ignorant.* illi enim, qui ſupini ſunt, & iacent otioſé, negligenter, & ſine cura operari videntur, ideo à re ipſa ſumpto vocabulo, otioſi, negligentes, & ſupini appellantur, ac proinde eadem ratione, ſupina dicitur illa ignorantia, quæ ex otio, & negligentia procedit. Diximus, *debuit,* quia non aliter ignorantia craſſa, vel ſupina inducitur, quàm ubi verſatur, illud quod quis ſcire debuit, vel ad eum ſpectat, ut quia actus, qui gerendus eſt, abſq; ſcientia illorum expedire non poteſt, ut in ſpecie *l. Qui cum alio, 20. ff. de regulis iuris,* textus ubi exempla referuntur in *cap. Turbatur, §. Notandum, 1. quæſt. 4.* Diximus *per mediocrem diligentiam,* quia ex illa omiſſa, vel adhibita tantummodo cauſanda, vel excuſanda eſt ignorantia, nec enim ad ſummam curioſitatem, vel ad ſummam deſidiam attendi debet, *l. 3. l. Nec l. Regula,* verſ. *Sed iuris, ff. de iuris, & facti ignorant. Gloſſa 2. in dict. §. Notandum,* elegantèr *Caſtro de lege pœnali, lib. 2. cap. 14. fol. 286.* & 294. Porro de ignorantia affectata, vide poſita ad *cap. penult. num. 2.* ſupra, *diſt. 38.* & ad *cap. Qui partem, num. 6. diſtinct. 55.*

CAP. Ignorantia. I.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia eſt mater errorum.*
2 *Epiſcopi, & ſacerdotes debent ſcire ſacras ſcripturas, & Canones.*
3 *Dictio,* quam, *quales habeat ſignificationes?*

IN textu, ibi, Ignorantia mater eſt cunctorum errorum. 1
Idem dicitur in *cap. Niſi cumpridem, §. Pro defectu, de renuntiatione,* & *Lambertin. lib. 2. de iure patronat. 1. part. quæſt. 9. art. 14. num. 4.* Propriè vero ignorare, eſt, quod ſciri debet. Sicut ignarus, ſapiens, & ignarus, inſipiens appellatur; ſic, & ignorantia dicitur inſipientia, quando aliquis neſcit ea, quæ ſcire tenetur. At de differentia ignorantiæ, & erroris, vide *Vincentium in ſpeculo doctrinali, lib. 8. cap. 35.* Quæ accipiens dignitatem, beneficium, vel officium, non habens ſcientiam ſufficientem peccat, *cap. Omnes, diſt. 1.* & *cap. Si quis. Abbas 18. quæſt. 2.* latè *Navarr. in cap. Si quando, except. 16. num. 5. de reſcript.* ubi ad longum de ignorantia litterarum.

Ibi, Sacerdotibus. Collige omnibus ſacerdotibus, & epiſcopis decens, & neceſſarium eſſe ſcire ſanctas Scripturas, & Canones; cum omne opus eorum imitatione, & doctrina conſiſtat, ædificentq; cunctos, tàm fidei ſcientia, quàm operum diſciplina, ut ex *D. Bernard. lib. 1. de conſiderat. ad Eugenium,* tradit *Montoya de concordia ſacrarum editionum, controverſ. 14.* poſt principium. Vnde elaborandum eſt ſacerdotibus, ut ignorantiam à ſe, quaſi quandam peſtem abijciant. *Mandoſius in regula 20. de idiomate.* in principio, *num. 3.* & 12. qui noſtri textus meminit. Adde poſita ad princip. *diſtinctionis, 43. nu. 3.* & ſeqq. 2

Ibi, Quam. Quæ dictio eſt coniunctio electiva, *l. Pro hærede,* & ibi *Gloſſa,* verbo, *quam animi, ff. acquirenda hæreditate. Mandoſius in Gloſſa Facult. §. Ac tam,* in verbo, *quam, fol. 296.* ubi dicit etiam, quod eſt coniunctio diſcretiva. *Vt dives malo eſſe, quàm pauper. textus in l. Saia, §. final.* & ibi *Gloſſa de donation. cauſa mortis, l. 2. §. Iuris civilis,* ibi. *Valeat potius, quàm docere, ff. de origine iuris.* Item eſt adverbium comparandi, ut *Sapientiæ 6. Melior eſt ſapientia, quam vires, & vir prudens, quàm fortis. l. 3.* in principio, *ff. de officio præfecti vigilum.* Item ponitur admirativè, ut *Canticorum, cap. 4. Quam pulchra es amica mea.* advertit *Mandoſius,* ſupra citato loco, optimè *Cened. ſingulari 87.* ubi *nu. 4.* ait pro, *poſtquam,* & pro, *niſi,* etiam accipi. 3

CAP. Quando. II.

SVMMARIVM.

1 *Dueñas noſtri textus meminit.*
2 *Clerici tenentur irè ad Cathedralem in feſto rogationum.*
3 *Quod procedit in monachis, & confraternitatibus.*
4 *Litaniarum origo, & qualiter in eis procedatur?*

1 IN textu. Vide latè *Dueñas regula* 126. ad finem.

Ibi, Litanias. 2 Collige ex textu, quod clerici omnes tenentur accedere ad Cathedralem Eccleſiam in feſto rogationum. Quam concluſionem amplia primò in omnibus clericis totius diœceſis, quantumvis ſint remoti; quia cum hæ litaniæ æquiparentur Concilio, & patet quod omnes tenentur venire ad Concilium, *cap. Propter*, & *cap.* ſequent. *diſtinct.* 18. tenentur etiam venire ad litanias. Amplia ſecundò, etiam ſi clerici ſint exempti, ex *Trident. ſeſſ.* 25. *de regularibus, cap.* 13. §. *Exempti. Gratian. in deciſion. March.* 232. & *Zerola in practica epiſcopali.* 1. *part.* verbo, *proceſſiones*, §. 2. Amplia tertiò, in habentibus officium in Eccleſijs, licèt non ſint beneficiati, ut ait *Bald. part.* 2. *deciſione* 339.

3 Amplia quartò, in monachis, ut declaravit congregatio Cardinalium in *Concil. Trident. d. cap.* 13. *de regularibus*, in verbo, *proceſſiones*, & tenent *Stephan. Gratian. in deciſione March. deciſione* 232. *nu.* 15. & *Maceraten. deciſione* 35. *dub.* 2. licèt *Sanch. de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 33. *nn.* 23. & *Henriq. in ſumma, lib.* 7. *de indulgentijs, cap.* 25. *ſub.* §. 7. dicant epiſcopum non poſſe compellere cenſuris regulares ad hoc, ſed alijs pœnis, de quo etiam *Abb. in cap. Nimis, nn.* 3. *de exceſſibus prælat. Felin. in cap. Dilectus, nu.* 7. *de officio ordin.* Amplia quintò, procedere etiam in confraternitatibus laicorum, ut ait deciſum *Papiæ Maceraten. deciſione* 66. quia dictæ confraternitates, quoad ſpiritualia ſubſunt epiſcopo, ut reſolvit *Sayr. deciſ.* 5. *de officio ordin.* licèt contrarium ex congregatione teneat *Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij*, verbo, *præcedentia*, ad finem, verſ. *Circa confraternitates.*

4 At de origine litaniarum, vide *Durandum in rationali divinor. lib.* 6. *cap.* 102. *Lappum allegat.* 90. & *Covar. variar.* 4. *cap.* 20. *nu.* 16. *Alciat. lib.* 6. *parergon. cap.* 11. refert alios *Cened. part.* 1. *collectan.* 45: *nu.* 1. & qualiter in eis præcedi debeat ultra *Caſſan. in catalog. gloriæ mundi*, 4. *part. conſideration.* 54. & ſequentibus, vide *Quaranam in ſumma Bullarij*, verbo, *præcedentia*, & *Zerol. in pract. epiſcopali*, 1. *part.* verbo, *proceſſiones*, & *Aloyſ. Riccium collectan.* 1069. Docte *Suar. tom.* 2. *de religion. lib.* 3. *cap.* 9. cum quo illorum reprobo opinionem, qui affirmant Divum Gregorium fuiſſe primum Litaniarum auctorem; conſtat enim hunc morem recitandi Litanias, in Eccleſia antiquiſſimum eſſe, ut conſtat ex *Baſilio epiſt.* 63. *ad Neocæſarianam Eccleſiam.* Et quod tempore Arcadij Imperatoris fuerit Litaniarum uſus, liquet ex *Codice Theodoſij, tit. de hæret. lib.* 30. *Socrate lib.* 6. *hiſtor. cap.* 8. *Nicephoro lib.* 14. *hiſtor. cap.* 3.

CAP. Si in laicis. III.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos tenetur ſcire tantum, quod poſſit docere populum, & ea quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria.*
2 Magis, *dictio, quid ſignificet?*
3 *Ignorantia præſulum intolerabilis, & odioſa.*
4 *Ignorantia in ſacerdote eſt indiſpenſabilis.*
4 *Collatio beneficij facta illitterato eſt nulla.*

1 IN textu. Nota quod ſacerdos tenetur ſcire, ita ut poſſit docere populum, ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ut ait *Sylv. in ſumm.* verbo, *clericus*, 2. à principio, & *Menoch. de arbitrar. caſu* 425. *ex nu.* 47. uſq; ad finem; multa tradit *Navarr. in cap. Si quando, exceptione* 16. *nu.* 5. *de reſcript.* ſacerdotũ enim imperitia minimè excuſatur. *Vivald. in Candelabr. part.* 1. *tit. de confeſſione, num.* 26. verſ. *Septima*, in fine, ubi textus meminit.

Ibi, Magis. 2 Quæ dictio ſi ponatur inter incompatibilia, ponitur electivè *Iaſon. in l. Iubere cavere, nu.* 15. *ff. de iuriſdictione omnium iud.* ſic dicit poni in *l. Filio familias*, ubi *Gloſſa*, verbo, *magis, in ultima opinione, ff. de conditionibus, & demonſt.* & *in l. In commodata*, §. *Sicut*, ubi *Gloſſa*, verbo, *magis, de commodato, ff.* & *in l.* 1. *ff. commun. divid.* ubi etiam *Gloſſa*, quæ ponit exemplum, volo eſſe magis dives, quam pauper. Si vero iſta dictio, *magis*, ponitur inter duo compatibilia, quæ cadunt in eodem ſubiecto, tunc ponitur comparativè, ut *Iaſon. d. nu.* 15. ſic ponitur in *l. Si Conſtante*, §. *Quoties*, ubi *Gloſſa*, verbo, *uſtratum, ff. ſoluto matr.* *textus*, & *Gloſſa in l. Cum poſſidere*, §. *Qui ad nundinas*, in verbo, *magis*, & ibi declarat *Bart. ff. de acquirenda poſſeſſ.*

3 Ibi, Vix tolerabilis. In ijs, qui præſunt nihil eſt intolerabilius, quam rerum ignorantia, illarum præcipuè, quæ ad gubernationis munus præclare obeundum neceſſaria ſunt. *Gonçales Gloſs. 4. nu. 42.* ubi noſtri textus meminit. *Gloſſ.* verbo, *ſcientia, cap. Si forte, 2. de electione, in 6.* Immo vir illitteratus magis eſt odioſus, quam homicida. *Bernard. Diaz in praxi criminali, cap. 21. num. 6. Navarr. cap. Si quando, de reſcriptis, exceptione 12. num. 1. Flaminius Pariſius de reſignatione, lib. 4. q. 11. num. 20.*

4 Ibi, Nec venia. Ex hoc textu colligo, quòd illitteratura in ſacerdote eſt indiſpenſabilis, ut tenent *Rebuff. de pacif. poſſeſſ. nu. 264. Rota antiqua deciſ. 12. nu. 4. de probat. Bernard. Diaz in pract. crimin. Canonic. cap. 21. ſub nu. 2. Thomas Vallaſcus 1. tom. allegat. 9. num. 8.* quia eſt de iure divino iuxta illud *Oſea 4. nu. 6. Scientiam repulliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris.* Vide poſita ad *cap. Præcipimus, 18. nu. 2. & 3. ſupra, diſt. 34.*

5 Vnde multi dixerunt collationem beneficij factam illitterato eſſe ipſo iure nullam, ut ait *Felinus in cap. Per tuas, ſub num. 1. de ſimonia,* & *Abb.* poſt *Innocent. in cap. Cum in noſtris, nu. 22. de conceſſione prabend. Bernard. Diaz in pract. d. cap. 21. nu. 6.* Sic ſimiliter aſſumens gradum doctoratus peccat mortaliter, ut ex noſtro textu docet *Additio ad Bartolum, littera B.* ad finem, in *l. 2. C. de profeſſoribus,* & *Medices lib. 10.* quod ante docuerat *Gloſſa,* verbo, *honorem, in Clementina 2. de magiſtris.*

CAP. Nulli. IV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes debent Canones ſcire.*
2 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſet?*
3 *Appellatione ſacerdotum, an conveniant Epiſcopi?*

1 IN textu. Collige ex illo, non licere ſacerdoti Canones ignorare, cum inter Canoniſtas reperti ſint viri omnium virtutum genere, & eruditione præclari, atq; ſacris Eccleſiæ muneribus aptiſſimi; & certe nonnulli ſacræ Theologiæ ſcientia adeo inflantur, ut cum primum eius lauream conſequuti fuerunt, epiſcopales dignitates ſibi deberi iudicent, cum tamen ad epiſcopalia munera ſtrenuè gerenda, præter huius ſacræ ſcientiæ notitiam, requirantur multa alia, quibus ij dignitatum appetentes vacui eſſe ſolent; tradit eleganter *Mantoja de concordia ſacrarum editionum, part. 1. controverſ. 14.* in principio, & vide circa textum *Paulum Fuſch. de viſitatione, lib. 1. cap. 19. num. 7. Padillam in l. 1. num. 7. C. de iuris, & facti ignorantia.*

2 Ibi, Regulis obviare. Igitur epiſcopus non poteſt diſpenſare contra iuris regulas, niſi quãdo ius exprimit etiam adverſus conſtitutionem conciliarem, *Gloſſa final.* ubi *Abb. in cap. In quibuſdam, 12. de pœnis,* & etiam in omnibus caſibus non prohibitis per Papam, ut ait *Gloſſ.* verbo, *ut plerique, in cap. Requiritis, 14. 1. quæſt. 7.* & tenent *Epiſcopus Theleſinus in theſauro fori eccleſiaſt. 2. part. cap. 8. num. 59.* & *Burgas de irregularitat. tit. de corpore vitiat. num. 13. pag. 111.* Et an, & quando poſſit diſpenſare *Speculat. tit. de diſpenſatione, §. Nunc, de epiſcoporum, à num. 1. uſq; ad 22.* ponit caſus 163. *Bertach. in tractatu de epiſcopo,* ponit 133. *Ioann. de Deo,* ponit 121. & vide *Dueñas regul. 247.* & *Theſaur. fori eccleſiaſt.* ubi ſupra, *dict. cap. 8. à num. 49.* uſq; ad finem, & ſi non diſpenſat, quando diſpenſatio eſt debita, peccat, ut ait *Gloſſa,* verbo, *neceſſe, in cap. Domino, 25. diſtinct. 50.* & ab eo appellatur *Gloſſa final.* in fine, *cap. 1. de confeſſis. lib. 6.* Vide tamen de hoc ultimo *Sanch. lib. 3. de matrimonio. diſp. 10. à nu. 12.*

3 In Gloſſa, ibi, Si intelligis de Epiſcopo. Ergo appellatione ſacerdotum veniunt etiam epiſcopi: quod tamen intelligi debet in materia favorabili; ſecus in odioſa. Nam epiſcopi non ſunt clerici ſimplices, ſed ſecundum quid, ut ait *Abb. in cap. Bona, in 1. notabili 1. de poſtulat. prælat.* & *in rubric. de maioritat. & obedient. num. 4.* & *Sylv. in ſumm.* verbo, *clericus,* 1. in principio, communem dicit *Alciat. in l. 2. nu. 9. ff de verborum ſignif. Decius in cap. Non liceat, num. 18.* & ſeqq. *de prabendis,* & vide quæ tractavi in *tractat. de confeſſarijs ſolicitantibus, quæſt. 12. num. 2.* & 13.

CAP. Quæ ipſis. V.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria?*
2 *Ignorans cæco, & homicidæ comparatur, nec venit appellatione hominum.*

1 IN textu. Docet Auguſtinus in præſenti, quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria, non enim poterit ſacerdos alios ad rectam

rectam viam deducere, ſi ipſe ignorans extiterit, atq; ea debet eſſe ſcientia, quæ ſufficiat ad regendum beneficium obtentum, tradit latè *Paulus Fuſcbus de viſitatione, lib. 2. cap. 5. num. 2. Gregor. Lopez part. 1. tit. 16. l. 2. Gloſſa 1. Perez. lib. 2. Ordinamenti, tit. 5. l. 5. Gloſſa 1.* qui omnes noſtri textus meminêre. Porro de ſcientia, quæ requiritur in confeſſario eſt videndus *Vivald. in Candelabr. 1. part. tit. de confeßione, nu. 26.* per totam, ubi in verſ. *Secunda*, ad finem, noſtrum textum refert.

2 **In fine, ibi, Cæcus.** Ex hoc textu videntur cæci, & illitterati inter ſe æquiparari, pro quo eſt *textus in cap. Poſt tranſlationem*, verſ. *Item ſi quis propter litteraturæ defectum, de renuntiat.* & facit illud *Eccleſiaſtes, cap. 2. num. 13.* ubi dicitur, *Quod tanto præcedit Sapientientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris, &c.* Et magis eſt odioſus illiteratus, quam homicida, ut tenent *Navarr. in cap. Si quando, de reſcript. exceptione 12. ſub. nu. 1. Dias in pract. criminal. cap. 21. ſub num. 6. Thomas Vallaſcus allegat. 9. num. 12.* quia non venit appellatione hominum, ſed iumentorum, quorum ſimilitudinem gerit, ut ait *Gomez in regul. de annali, quæſt. 47.* in fine, & eſt textus in *l. 16. tit. 5. part. 2.* in fine.

CAP. Omnes. VI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminère.*
2 *Epiſcopus debet habere ſcientiam iuriũ, & novi, & veteris teſtamenti.*
3 *Epiſcopus debet eſſe in ſacro ordine, vel doctor, vel licentiatus.*
4 *Epiſcopus litteris expeditis, habita poſſeſſione acquirit iuriſdictionem ordinariam, ſed non poteſtatem ordinis, niſi per conſecrationem.*
5 *Epiſcopus ignarus, an debeat ſe ab epiſcopatu abdicare?*
6 *Vnde aliquis homo dicatur divinus?*

1 **IN textu.** Cuius meminit *Azor. in ſummæ moral. 2. part. lib. 2. cap. 28. §. 9. & lib. 6. cap. 6.* in principio. *Paulus Fuſcbus de viſitatione, lib. 1. cap. 17. num. 20.* in fine. *Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 13. num. 7. Suarez de cenſuris, diſput. 51. ſect. 1. nu. 8.* ad medium. *Gregor. Lopez part. 1. tit. 13. l. 8. Gloſſa 2.* verſ. *Epiſcopi vero, & tit. 5. l. 22. Gloſſa 1. Menoch. de arbitrar. caſu 425. nu. 35.* Adde poſita ad *cap. 2. nu. 1. ſupra, diſt. 23.*

2 **Ibi, Tam ſacros Canones.** Nota ex textu, quod cum Epiſcopi ſint iudices animarum, & debeant iudicare, habere debent ſcientiam utriuſq; iuris, ut eſt *textus in auth. Vt clerici, apud proprios epiſcopos, §. 1. collat. 6.* & *Gloſſa*, verbo, *iudicem, in auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Si quis contra, collat. 9.* & ſcientiam novi, & veteris teſtamenti, ut hic, & *cap. Qui epiſcopus, diſt. 23.* & qualitates requiſitæ in epiſcopo ſequentibus verſibus continentur.

Primum præcipitur, quod ſit ſine crimine præſul,
Monogamus, ſobrius, prudens, ornatus, & hoſpes,
Caſtæ docens, non percurſor, non litigioſus,
Non cupidus, bene diſpoſitus, non neophytus ve,
Talis Apoſtolica, quod præſit, regula iuſſit.

Vt per *Hoſtienſ. in ſumma de temporibus ordinat. §. Et cui, 7.* in fine, & qualitates, & virtutes in epiſcopo requiſitas ad bene ſuum munus exequendum, vide per *Paleotum in Archiepiſcopali Bon. 1. part. cap. 6.* cum pluribus ſequentibus. Adde poſita ad *cap. Summam, diſt 43. nu. 3.* & ſequentibus.

3 Iure noviori Epiſcopus ante promotionem debet eſſe in ſacro ordine inſtitutus, *l. 23. tit. 21. part. 2.* & in aliqua Vniverſitate magiſter, doctor, vel licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio, idoneus ad alios docendos, oſtenditur ex Concilio *Trident, ſeſſ. 22. cap. 2. de reformatione*; imò nec hæc ſufficiunt, cum privilegium doctoratus non faciat doctorem, ſed requiratur doctrina, ut tenet *Menoch. de arbitrar. caſu 425. nu. 39.* ut non ſolum habentes privilegium, ſed docti viri ad Cathedrales aſſummantur. Clemens Papa 8. ſtatuit, quod ad epiſcopatus in Italia aſſummendi, in urbe coram ipſo, & ſacra congregatione Cardinalium, aliorumq; graviũ, & peritorum prælatorũ, & virorum, in Gallia vero, & Hiſpania coram Cardinalibus legatis ibi exiſtentibus, quibus deficientibus, coram Nuntijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis de ſpeciali Papæ mandato, aſſiſtentibus alijs prælatis, & peritis iuris, ſe examini ſubijciant, quĩ approbati, & non aliàs ad regimen Eccleſiarum admittantur. *Trident. ſeſſ. 24 cap. 1. de reformat.* & peracto examine genibus flexis, fidei profeſſionem emittunt, iuxta formam à Pio 4. traditam in *Bullario conſtitut. 114.* incipit, *quantum nobis.*

4 At litteris Apoſtolicis expeditis, illarum vigore, poſſeſſione ſubſequuta, acquirunt Epiſcopi

copi ordinariam iuriſdictionem, *cap. Tranſmiſſam, 15. de elect.* ſed poſtea tenentur ſubire munus conſecrationis infra tres menſes, ſub pœna amiſſionis fructuum, & negligentes p alios tres menſes ſunt ipſo iure privati, ut eſt *textus in cap. Quoniam, 2. diſt. 75.* & in *cap. Quoniam, 1. diſt. 100.* & *l. 10.* & *27. tit. 5. part. 1.* & *Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 9.* & *ſeſſ. 23. cap. 2. de reformat.* Per conſecrationem enim acquirunt ordinis poteſtatem, ut in *d. cap. Tranſmiſſam, 15.* ubi etiam *Gloſſa final.* ante medium.

5 Sed dubitatur, an Epiſcopus ignarus eorum, quæ ſunt ad paſtorale munus neceſſaria, debeat ſe ab epiſcopatu abdicare? Solvit dubitationem *Richard. quodlibeto 3. q. 23.* non debere, ſi diligentiam adhibeat in illis addiſcendis; quanvis graviter peccaverit in ſuſcipiendo epiſcopatu; ſed melius *Azor. d. part. 2. lib. 3. §. Nono*, verſ. *Quærit*, tenet debere epiſcopatum demittere, aut ſibi idoneum adiutorem adciſcere; alioquin ſuo muneri, & officio non ſatisfacit, multa alia proſequere cum Doctoribus citatis, *nu. 1.*

6 In textu, ibi, Divini Apoſtoli librum. Ex hoc loco textus colligit *Franciſcus Torre blanca Villalpando, cap. 1. de prophetia, nu. 7.* & 8. hoc nomen *divinus*, & *divinatio*, aliquando in ſacris litteris uſurpari pro ipſa inſpiratione, ac divina prophetia, ut habetur *cap. Eos, 1. q. 1.* & *cap. Prædicatur, 16. q. 1.* Aliquando etiam nomen illud accipitur pro ſcientia à Deo hominibus infuſa; ac ſi homines divini aliquid ab ipſo Deo hauriant divinitatis. De quo *Proverbiorum. cap. 16. Divinatio in labijs Regis.* & *Franciſcus Picus lib. 1. prænotionis.* Dicitur ergo, *divinus Apoſtolus*, cui multa à Deo ſunt revelata, & qui divino ſpiritu multa futura prævidebat.

CAP. Placuit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari non debet epiſcopus antequam coram eo legantur ſacræ regulæ; nec clerici antequã moneantur per Epiſcopum.*

2 *Monachus ante profeſſionem debet moneri de ſtatutis ſuæ regulæ: ſic Iudæi antequam baptizentur; immo etiam in illicitis datur tempus ad deliberandum.*

3 *Dictio*, prius, *quid ſignificet.*

IN textu, ibi, Ordinandis epiſcopis, & clericis. Elicio concluſionem ex textu, quod Epiſcopus non debet ordinari antequam coram eo legantur regulæ ſacræ, & reſpondeat ſe illas velle ſervare, prout etiam eſt *textus in auth. Quomodo oporteat epiſcopos, collat. 1. §. Igitur ordinandus*, optimè *Alexander in l. penult. num. 9. C. de pactis*, qui textum refert; faciunt, quæ tradit *Gregor. Lopez part. 3. tit. 5. l. 14. Gloſſa 2.* & *part. 4. tit. 9. l. 5. Gloſſa 1.* Quod amplia primo in clericis, qui non debent ordinari antequam Epiſcopus eos moneat, ne ad ordines aliquis accedat ſine dimiſſorijs, & alijs requiſitis, ut in Pontificali, licèt poſtea eos abſolvat, & diſpenſet; nam huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio operatur tantum circa excommunicationes, & irregularitates occultas, ut ait *Navarr. conſ. 49. nu. 12.* verſ. *Ad quintum, de ſentent. excommunicat.*

Amplia ſecundò concluſionem, in monacho, qui antequam faciat profeſſionem, debet moneri de ſtatutis ſuæ obſervantiæ, & ideo datur eis annus probationis, ut eſt *textus in cap. Non ſolum*, & *cap. Conſtitutionem, de regularib. lib. 6.* Amplia tertiò in Iudæis, qui non debent baptizari, antequam doceantur de rebus fidei, & commorentur inter chriſtianos ſaltem per 40. dies, ut eſt *textus in cap. Ne quod abſit, 98. de conſecrat. diſt. 4.* per quem textum corrigitur *cap. Iudæi, 91. eiuſdem diſtinctionis 4.* ubi dabatur eis tempus octo menſium. Amplia quartò etiam in illicitis dari tempus ad deliberandum, iuxta *textum in cap. Conſtat, 110. 1. q. 1.* cum nemo cenſeatur renunciare iuri ſuo, niſi illud ſciat, ut ait *Gloſſa*, verbo, *interroget, in auth. quomodo oporteat epiſcopos, collat. 1. §. 9.*

Ibi, Prius. Quæ dictio, quandoq; importat formam præciſam, quando debitum eſt liquidum; ſi vero eſt liquidandum, ſufficit fideiuſſio *Tuſchus tom. 2. concluſ. 341. Sic verba*, quod iudex prius pronunciet ſuper nullitate, quàm ſuper negotio principali, & prius ſuper poſſeſſorio, quam ſuper petitorio, licèt inducat neceſſitatem iudici ad ſic faciendum, non tamen vitiatur ſententia ſi aliàs fiat. *Paulus de Caſtro conſ. 232.* in cauſam, quæ vertitur, *nu. 2. lib. 1. Tuſchus*, ubi proximè, *num. 3.*

CAP. Sicut, VIII.

SVMMARIVM.

1 *Scientiam ſcripturarum amans, carnis vitia non amabit.*

IN

1 IN textu. Nota quod inhærens ſacræ ſcripturæ, non poteſt maculari ex mundanis inquinationibus; eſt enim ſcientia res ſanctiſsima, nulloque pretio comparabilis, *Sapient. c. 7. n. 9. Proverb. c. 8. 11. l. 1. §. Eſt quidem res ſanctiſsima ff. de variis, & extraordin. cognitionib. & Gloſſa* verbo, *litteratas in cap. de multa*, ad finem, *de prabendis*, & eſt mater cunctarum virtutum *cap. præſentium, 1. q 5. Menoch. lib. 6. de præſumpt. præſumpt. 91. n. 21. fons iuſtitiæ, l. 1. tit. 1. p. 3. & l. 16. tit. 5. part. 2. & l. 8. tit. 31. p. 2.* & eſt donum Dei, *l. 2. ff. de legibus.*

CAP. Si iuſta. IX.

SVMMARIVM.

1 *In tenebris ambulat, qui ignorat Scripturas.*
2 Iuxta, *dictio, quid ſignificat? & n. 3.*

1 SI iuxta. Si, ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Dei, ut hîc probat Gratianus, quia per Scripturas devenitur ad notitiam Chriſti, & per illas Chriſtus nocitur eſſe Dei virtus, unde qui eas ignorat, ambulat in tenebris *Eccleſ. c. 2. num. 13.* ſine luce, quæ eſt Deus *Matth. 4. num. 16. Luc. 2. num. 32. Ioan. 1 num 4. & cap. 3. num. 19. & l. 11. tit. 4. p. 1. l. 11. tit. 6. p 1. & l. 35. tit. 4. p. 1.* Quare iniquitas humana nocti aſsimilatur, & Sacra ſcriptura luci comparatur iuxta illud *Ioan. 1. n. 5. lux in tenebris lucet, Paulus Tuſch de viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 5.* qui textus meminit.

2 Ibi, iuxta. Quæ eſt dictio relativa, ideo ſi confiteor aliquid in meũ præiudicium, quo non poſsim moleſtari donec recuperem iuxta formam inſtrumenti, de tali tẽpore, cum ſint verba relativa, ſi ex inſtrumento nihil apparet, falſa cauſa mihi non nocet, *Decius conſ. 22. num. 37. verſ. Item ex alio lib. 2.* unde conceſsio inveſtitutæ iuxta poſſeſſorum inveſtituras, *iuxta*, dictio ſtat conditionaliter, & ſi non conſtat de antiquis inveſtituris, nihil eſt conceſſum, *Paul. de Caſtro conſ. 17. in cauſa decimali num. 2. lib. 2.* latè *Grammaticus deciſione 59. n. 21.* & ſequentibus, *Tuſch. practicar. tom. 2. concluſ. 304. num. 8.* cum quo ampliabis, & limitabis.

3 Aliquando dictio, *iuxta*, denotat vicinitatem, vel propinquitatem, per unum, vel duos pedes, *Alex. conſ. 120. vol. 2. num. 6.* unde ſi dicatur, quod venditur talis fundus iuxta flumen, venit ripa, iuxta viam, veniunt foſſata; ſed *Patiſ. conſ. 58. num. 58. vol. 2.* dicit, quod dictio verificatur, ne dum in contiguis, ſed etiam in aliquantulum diſtantibus, *Gratianus conſ. 112. numer. 22. vol. 1. Marcus deciſione 644. part. 1.* ubi dicit, quod, *iuxta* denotat vicinitatem per decem pedes, refert alios *Cened. ſingulari 22. num. 1.* vide *Gloſſam in pragm. ſanction. tit. de electione §. Statuit*, in verba, *cap. ſolitas §. Hæc autem de maiorat. & obedient. l. qui ædes ff. de incendio*, & proſequere cum *Tuſch. & Cenedo*, ubi proximé.

CAP. Quia ea. X.

SVMMARIVM.

1 *Princeps tenetur remunerare iuris litteratos.*
2 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
3 *Quo ſenſe dicatur Deus hominus neſcire?*

1 IN textu, ibi, Si quis ignorat ignorabitur. Ergo arguendo à contrario ſenſu, qui eſt doctus non debet ignorari, nec contẽni, & princeps tenetur iure naturali ad remunerandum iuris litteratos, ut notat *Bolognetus*, per textum, ibi, *in auth. habita*, ibi, *noſtræ pietatis beneficium*, & ibidem *Rebuff. C. ne filius pro patre*; qui in acquirendo ſcientiam diu, noctuque inſudarunt, facientes paſsim menſam de libris, *Gloſſa*, verbo, *parũ obſervaſſe in l. unicuiq; C. de proximis. ſacror. ſcrin. lib. 12. & Neviz. in ſylva nuptiali lib. 5. num. 11.* & ſequentibus, & cum ipſi alijs benefaciant, & omnibus proſint *cap. 2. de privil. lib. 6.* & in cælo ædificent, ut tenet *Hoſtiens, in proœmio ſummæ §. fin. n. 19. & Archid. in cap. Non ne, num. 2. 36. diſt.* benefacienti benefacere iure naturæ quicunque tenetur *l. ſed etſi lege §. Conſuluit ff. de petit. hæredit. leg. Si non ſortem §. Liberius, ff. de condict. indeb.*

2 Ibi, Erit ſapiens in pœna. Ponderat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 1. l. ult. Gloſſa 1.* & concordat, *l. 1. tit. 2. lib. 1. fori leg.* ubi *Gloſſa. 5.*

3 In textu, ibi, á Deo neſciuntur. Quærunt ſacri Doctores, qua ratione fieri poteſt, ut Deus aliquem neſciat? Cui quæſtioni reſpondet *Salmeron*, ſuper illa verba ſponſi ad Virgines fatuas *Matth. 25. Neſcio vos.* Quo loco citatus doctor *Cum*, inquit, *Sponſus ſit Chriſtus, cuius oculis omnia ſunt nuda, & aperta, illum dicitur cognoſcere quem probat: illum ignorare, quem reprobat.* Hinc fit, ut *D. Paulus 1. ad Corinth. 8.* dicat, *& cognovit Dominus qui ſunt eius.* De reprobis verò habetur apud Diuum *Matth. cap. 7. Nunquam novi vos.* Verbum igitur *ſciendi, & neſciendi, cognoſcendi, &*

di, & ignorandi, cum Deo tribuitur in ſacris Scripturis, probationem, vel reprobationem, odium vel amorem Dei ſignificat. Nunquam verò intelligendum eſt, quod aliquid lateat divinam cognitionem, quæ omnia præterita, præſentia, & futura cognoſcit.

CAP. Quanvis. XI.

SVMMARIVM.

1 *Errat, qui putat ſe ſcire, quod neſcit.*
2 *Vitia morum magis præcavenda, quàm lubricum linguæ.*
3 *Error quid; & quotuplex?*

1 IN textu, ibi, Exiſtimet ſe ſcire. Ex textu colligitur, quod errat qui putat ſe ſcire, quod neſcit, & ſubintrat illud *Pauli ad Roman. cap. 1. num. 22. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*, ſtultus enim dicitur, quaſi extultus à verbo, extollo, quia extollit, ut ait *Gloſſa*, verbo, *ſtultus cap. 4. diſt. 22.* & noſtrum textum refert *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 2. leg. 3. Gloſſa 2.* in principio.

2 Ad finem, ibi, Morum vitia. Nota ex textu vitia morum magis eſſe præcavenda, quã lubricum linguæ, mores enim vitioſi omnino præcludi, & corrigi debent, *textus in l. 2.* in fine. *C. de indict. vid. tollend. l. 1. C. ſi adverſus vendit. cap. Si verò, & cap. cum contingat, de iure iurando*, lubricum verò linguæ, cum non ſit ad conſequentiam trahendum ut ait *Speculator tit. de advocatis, §. 6.* verſ. *poſtmodum*, & verſ. *vel tali tempore indigemus*, non ita præcavendum, ut hîc, & in cap. ſequent. niſi ſapiat hæreſim, quia tunc graviter punitur.

3 In Gloſſa verbo, errare. Docet Gloſſa, errorem eſſe quando aliquid facimus, credentes illud eſſe verum, quòd tamen eſt veritati contrarium. *Cravetta conſ. 187. n. 8. Caphalus conſ. 369. n. 133.* Differt error ab ignorantia, quia error repugnat veritati, tamen poteſt concurrere cum veritate. *Decius conſ. 350. viſis allegationibus* in fine. *num. 11. & conſ. 351. num. 8.* in fine, in caſu propoſito, Triplex eſt error, videlicet *facti, iuris, facti & iuris ſimul*, qui error mixtus appellatur, de quibus per *Socinum conſ. 47. in primo præſentis conſultationis numer. 11.* verſ. *Sed adhuc reſtat lib. 1.* & de iſto errore mixto agit latè *Dynus conſ. 13 quæſtio talis eſt in quodam nu. 4.* verſ. *Item ibi reperitur.*

CAP. Sedulo. XII.

SVMMARIVM.

1 *Simplicitas Eccleſiaſtica non debet cõtemni.*
2 *Sententia præponitur verbis.*
3 *Presbyter an ſine miniſtro poſſit celebrare?*

IN textu. Ex hoc textu collige pro concluſione, ſimplicitatem Eccleſiaſticam nõ debere contemni, ſed honorari, ut eſt *textus in cap. Sacerdotibus, 11. q. 1.* ſimplicitas enim contraria doloſitati approbatur, ut ait *Gloſſa*, verbo, *Simplicitatem, in cap. Si cupis 5. 16. q. 1.* de quo vide poſita *in cap. Petrus, infra. 39 diſt. num. 2.* faſtus enim picturatus verborum reprobatur, & eſt evitãdus, & ſimplicitati veritatis amicæ innitendum, ut ait *Speculat. tit. de litis conteſt. §. Nunc de exordijs*, verſ. *advocatus, & cap. veritatis, 14. de iure iurando* ubi *Gloſſa*, verbo, *ſimplicitas, & §. Sed ſimplicitatẽ Inſt. de legitima agnat. ſucceſſione*, quia veritas quandoque fallitur, dum verborum proprietas attenditur, ut eſt *textus in cap. Propterea 8. de Verborum ſignificat.* 1

Ibi, Præponendas verbis ſententias. Igitur ſententia præponitur verbis, ſicut animus corpori. Ratio enim legis potius inſpicienda eſt, quam verba; nam ut tradit *Bald. in cap. mandatum num. 1. de reſcriptis*, ſemper recurrendum eſt ad intẽtionem diſponentis, quoniam lingua cedit cordi, & ſubiugo mentis verba conſtituit, tãquàm ſub ſuo proprio originali, vide *textum in Clementina 1.* verſ. *caterum, de iure iurando*, ubi ſcribitur *non virtutem, & mentem, ſed nudum verborum inſectans corticem, ſenſumq; confundens*, latiſsimè *Tiraquel. in l. ſi unquam*, verbo, *libertis nu. 38.* qui noſtrum textum refert, & ex illo multa dubia reſolvit; adde poſita *in cap. Indignum nu. 1. & 2. infra eodem.* 2

In Gloſſa verbo, dicat. Docet Gloſſa presbyterum ſine miniſtro celebrare poſſe, quod tamen intelligendum eſt in cauſa neceſsitatis, ut voluit Gloſſa *in cap. hoc quoque, de conſecrat. diſt. 1. Durant. lib. 2. de ritibus c. 5.* poſt alios *Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 5. ad 12. Graſſijs in aur. deciſionibus lib. 2. cap. 42. nu. 3.* quod vix admittit *Suarius tomo de ſacrament. diſp. 88. ſect. 1.* ad finem, niſi quando immineret periculum mortis ad ſumendum viaticum, vel ad dandum illud alteri. At ſi in huiuſmodi caſu neceſſarium ſit, 3

quod

quod ſacerdos ſolum miniſtret, aut fœminam adiutricem habeat, potius eſſe celebrandum ſine miniſtro, quam cum fœmina meniſtrare, advertit *Suarius d. loco.* Poterunt tamen fœminæ interdum remotè reſpondere Sacerdoti, ut ex choro facere ſolent in Miſſa ſolemni, tamẽ ad altare proximè miniſtrare reſpondendo, quam, & vinum præſtando, nec debent, nec poſſunt *cap. 1. de cohabitatione clericorum.* 1

CAP. Indignum. XIII.

SVMMARIVM.

Mens canonis antefertur verbis grammaticalibus, quod ampliabis.
Idem dicendum in teſtamentis, & contractibus, quod etiam ampliabis.
Donatus quis fuerit?

IN textu. Ex hoc textu conſtituo concluſionem, quod mens canonis antefertur verbis grammaticalibus, quia quando de mente conſtat, verborum qualitatem non curamus, ut eſt *textus in l. quoniam dignum C. de teſtamentis.* Quam amplia primò etiam ſi verba ſint contraria, ut tenet *Angelus conſ. 147. & 149.* Amplia ſecundò etiamſi verba ſint generalia, & quam latiſſimè pateant. *Decius conſ. 374. & Paris. conſ. 12. n. 59. vol. 3.* quia mens reſtringit verba *l. cum, Aquiliana,* & ibi *Bald. ff. de tranſactionibus.* Amplia tertiò, ut procedat etiam in legibus, & ſtatutis, ut eſt *textus in l. & ſi quis 14. §. Idem habeo,* in Gloſſa verbo, *imitari ff. de religioſis, & ſumpt. funerum & l. quamvis 11. ff. In ius vocando,* de quo etiam eſt videndus *Mexia de taxatione panis concluſione 2. n. 102. & 103.*

2 Amplia quarto in teſtamentis, in quibus, mens teſtatoris potius, quam verba, inſpicitur, ut eſt *textus in l. cum virum 6. C. de fideicõmiſſis.* Amplia quinto in contractibus *l. Sed Celſus, §. Si fundus,* ubi *Gloſſa* verbo, *ſequendum ff. de contrahenda empt. & l. ſemper 34. ff. de regulis iuris,* & ubi *Decius num. 1. & 3.* Amplia ſexto in mandato, in quo etiã mens potius, quam verba, attenditur, ut ait *tex. in leg. cum controverſia 62. §. Mandavit ff. mandati.* Amplia ſeptimo etiamſi mens nõ ſit expreſſa, ſed tacita, ut eſt *textus in d. leg. quoniam indignum,* ubi *Bald. C. de teſtamentis, Paris. vol. 2. conſ. 66. numer. 24.* Amplia denique in ipſo iure, quod dicitur ars, & ſcientia rerum, & nõ verborum, vt eſt *textus in l. 1. & in l. iuſtitia §. final. ff. de iuſt. & iure & §. Prudentiam, Inſt. de iuſt. & iure,* & eſt, *L. 13. tit. 3. p. 6. & l. 3. tit. 5. part. 1. & l. 3. tit. 11. part. 5.* ubi vide *Gregorium Lopez.*

Ibi, Donatus. Grãmaticus apprimè doctus, qui fuit præceptor Divi Hieronymi, & in Virgilium, & Terentium commentarios edidit, de quo meminit idem Sanctus Doctor *lib. 1. Apologia* adverſus Ruffinum *in Terentij comedias præceptoris mei Donati aque in Virgilium,* vide *Genebrardum in Chronologia lib. 3. Chriſti 356.* 3

CAP. Loquutio. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Verba debent exponi ſecundum vulgarem loquutionem.*
2 *Dictio,* Secundum, *quid ſignificet?*

IN textu, ibi, Omnis lingua, Nota quod verba litteræ debent exponi ſecundum vulgarem linguam, & loquutionem illius perſonæ, cui exponuntur. Vnde ſi Italicus producatur in teſtem apud Hiſpanos, verba capituli, ſuper quo examinaretur, debent vulgariſari ſecundum idioma Italicorum, non autem Hiſpanorum, notãt Doctores *in l. 1. §. fin ff. de Verborum obligationibus* ubi *Romanus num. 1. & 2.* inferens diverſitate idiomatis non vitiari contractum ſtipulationis, quæ poteſt contrahi inter homines diverſi idiomatis. 1

Ibi, Secundum. Quæ dictio importat conditionem, quando determinat præterita, ſemperque ineſt tacita conditio, ſi preces veritate nitantur *l. final. C. de diverſ. reſcriptis,* poſt alios *Cened. ſingul. 28. num. 1.* Quando tamen ponitur poſt ſpeciẽ, importat demonſtrationem, *cap. Abbate, de verborum ſignif.* Poſt genus verò importat reſtrictionem *Bald. conſ. 187. generaliter verborum, in fine, lib. 4.* Et eſt dictio relativa, declarativa, & modificativa, iuxta illud *Bald. conſ. 53. quam Domina Ricabella in principio lib. 5. Tuſcus 2. tom. concluſione 370. n. 3. Cened. d. ſingulari 28. nn. 5. & 6.* quos latiſſimè conſule. 2

CAP. Eccleſiaſtica. XV.

SVMMARIVM.

1 *Sacra loquutio nõ debet ſecundum vnã linguam interpretari.*
2 *Dictio,* etiam, *Quam ſignificationem habeat?*

In tex-

1 IN textu. Collige exillo, quod non debet Sacra pagina ſtrictè ſecundum linguam interpretari, ſed taliter, ut in unoquoque idiomate idem ſonet, iuxta ſententiam Hieronymi in præſenti ad Pamachiũ doctum, nobilemque iuvenem. Clarius *Auguſtinus in cap. Loquitio* ſupra proximo.

2 Ibi, Etiam. Quæ dictio includit, & importat implicationem, *leg. conventicula C. de Epiſcopis, & clericis. l. etiam C. Si tutor, vel curator*, poſt multos *Cened. ſingulari 51. n. 1.* communem dicit *Tuſchus tom. 2. practic. concluſ. 275. in principio*, extende ut ſit implicativa ſui contrarij, ut ſi dicatur, *ſi lis etiã pendeat indeciſa*; quia comprehendit litem finitam, & deciſam per tres conformes, *Geminian. conſ. 120. in fine, num. 8. verſ. Ponderandum eſt*; Extende inſuper, quia includit, & auget diſpoſitionem ad qualitatem cui adjungitur, exemplum *in cap. Statutum*, ubi diſponitur, quod *cap. Licèt canon, de electione in 6.* non habeat locum in dignitatibus
1 etiam parochialibus, dictio, *etiam*, includit omnes dignitates, ſive parochiales ſint, ſive non. *Parciſius conſ. 46. num. 30. Decius conſ. 696. num. 13. Menoch. de recuperanda poſſeſſ. remedio 9. num. 256.* qui plures citat, & circa alias ſignificationes vide latiſsime *Tuſch. & Cened.* ubi proximè.

CAP. Nullus. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus etiam ſenex debet addiſcere à junioribus.*
2 *Epiſcopus debet inquirere, & corrigere exceſſus ſubditorum, tanquam legatus Apoſtolicus.*
3 *Adoleſcentia erudita, non debet contemni.*
4 *Aliquando ſeniores à junioribus conſilio vincuntur?*

1 EX hoc textu. Colligitur cõcluſio, quod epiſcopus, ut evitet ignorantiam etiam ſenex debet à minimis, junioribus addiſcere, ut eſt *Gloſſa*, verbo, *ſenex in cap. 1. 24. quæſt. 3. & Gloſſa*, verbo *diſcere in cap. de Conſtantinopolitana, 4. 22. diſt. & Gloſſa, Conſilia cap. 1. 84. diſt.* quia nulla ætas ſera eſt ad diſcendum, nam *Divus Auguſtinus* ſenex, & epiſcopus ad græcas litteras puero ſibi de guſtatas reverſus eſt; ut ipſe teſtatur in libris confeſsionum, lege de hac re *Mendoçam, tom. 2. indic. l. Reg. cap. 3. num. 18. ſect. 3.* ubi præclara ex eodem *Auguſtin. Hieronym. Nazianzeno, &c. Pompeius* item Iureconſultus, *in l. apud Iulianum, ff. fideicõmiſſarijs libertat.* dicit ſe jam annos octo, & ſeptuaginta natum, diſcendi tamen cupiditate teneri. Non debet ſenex dedignari ſequi ſententiam junioris per *textũ in l. Si ſervum ſtichum §. ſequitur, ff. de verborum obligationib.* vide copioſe *Tiraq. de iure primogenit. in præfatione n. 98. & 203.* qui utroque loco noſtrum textum citat.

Ibi, Inquirere. Debet igitur Epiſcopus inquirere, omneſque ſubditorum exceſſus corrigere, & ipſos viſitare, ac de eorũ crimimbus etiã extra viſitationem, tanquam ſedis Apoſtolicæ legatus, cognoſcere, & caſtigare, quibuſcũq; exceptionibus, conſuetudinibus, concordijs, conſanſanguinitate, familiaritate, & alijs non obſtantibus, ut ex *textu in cap. irrefragabili, 13. de officio ordinar. & Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. & 4. de reformation.* & alibi ſæpius. 2

Ibi, á parvulis. Collige adoleſcentiam eruditam, & honeſtam non eſſe contemnendam, ut ex hoc textu, quem dicit notabilem eſſe, *promptuarium iuris tomo 1.* verbo, *contemptibilis littera F.* Conducit maximé, quod tradit *Panormitan. in cap. ad noſtram. n. 4. de conſuetudine*, dum dicit, quod quandoque parum ſapientes habent in certa re, magis elevatum intellectum, & acutius ſciunt decidere unum caſum, quam ſapientes, ſicut narrat ibi de tatuo Pariſienſi, qui decidit quæſtionem inter tabernarium, & quendam pauperem à quo tabernarius volebat extorquere pecuniam, qui comederat panem ad odorem aſſati, nã ſolvit illi ex ſono vnius denarij Turonenſis, quam quæſtionem non potuiſſet Cato melius decidere ad ſatiſfaciendum animis imprudentium, dicit ibidem ipſe *Abbas* ubi *additio littera, F.* 3

Aliquando enim ſeniores à junioribus conſilio vincuntur, ſic Papinianus noſter vir prudentiſsimi, & acutiſsimi ingenij, *l. cum virum, l. cum acutiſsimi C. de fideicommiſsis*, mortuus eſt, annos, iuxta textum natus 37. ut refert *Socinus in repetitione l. Cũ auris col. 1. ff. De condit. & demonſtrationibus.* Sic Celſus Iureconſultus non infirmus ſæpius adoleſcens appellatur, quia ea ætate ius civile fuit interpretatus *l. Si ſervus, §. Sequitur ff. de verborum obligationib.* Sic Neruam decimo, & ſeptimo anno publice de iure reſpondiſſe tradit *Vlpianus in l. 1. §. Initium, ff. de poſtulando*, quo in loco *Angelus vol. 1.* affirmat Bartolumid quoque feciſſe, & Baldum eiuſdem Angeli fratrem in decimo quinto anno repetiviſſe *in l. centũ Capuæ. ff. de eo quod certo loco.* Vnde conſtat fabuloſum eſſe, quod vulgo dicitur ad legum ſtudium in quadrageſimo anno acceſsiſſe, eique dixiſſe Bartolum, *tardè reviſti Balde*, cum autem reſpondiſſe, *citius recedam* 4

Bartole, multa cumulat *Tiraq. de primogen. in præfatione, num.* 100. & ſequentibus.

DISTINCTIO. XXXIX.

SVMMARIVM.

1. *Peritia requiritur in Sacerdotibus.*

1 IN Principio diſtinctionis. Requirit Gratianus, tam ſacrarum, quam ſæcularium litterarum, & negotiorũ peritiam in ſacerdotibus, præſertim in Eccleſiæ prælatis, qui non ſolum ſpiritualia, ſed interdum etiam temporalia debent miniſtrare populo. At *in l. repetita C. de epiſcopis* abſurdum putatur, ſi ſe velint forenſium diſceptationum peritos oſtendere, proſequitur latè *Montoya de concordia Sacrarum lib. 1. controverſ.* 14. *in principio*, qui noſtram diſtinctionem refert, adde poſita *ad cap. 1. ſupra diſt.* 38.

CAP. Petrus. I.

SVMMARIVM.

1. *Eligendus non ſolũ debet habere ſcientiam, ſed experientiam.*
2. *Quæ ſimplicitas in textu reprobetur?*
3. *Debent prælati animarum ſaluti intendere.*

1 IN textu. Notat *Imola in cap. Grave, nu.* 4. *de prabendis*, ad hoc, quod eligendus ad beneficium, non ſolum debet habere ſcientiam, ſed etiam experiẽtiam factorum; latè *Menoch. de arbitr. caſu.* 427. *num.* 1. & ſequentibus, qui etiam noſtri textus meminit.

2 Ibi, Simplex eſt. Iſta ſimplicitas diſcretioni adverſatur, ut bene ponderat *Menoch. de arbitr. caſu.* 193. *n.* 8. ubi textum refert. Aliquando tamẽ ſimplicitas placet; *clementina* 2. *de panitent. & remiſſionibus, cap. Sancta* ubi, *Gloſſa* 1. 2. *q.* 7. & clarius probat *textus in* §. *Sed quia ſtipulationes Inſt. de fideicommiſſ. hæredit.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *ſimpliciter*, *lex. ult.* §. *Tales itaque C. de furtis*, ubi *Gloſſa*, verbo, *ſimpliciter*, de quo agunt latè *Menoch. d. caſu.* 193. *num.* 1. & ſequentibus, *Alciatus lib.* 1. *paradoxor. cap.* 6. Adde poſita *in cap. Sedulo numer.* 1. *ſupra diſtinctione.* 38.

Ibi, De ſalute animarum. Hanc de animarum ſalute ſolicitudinem præcipuum eſſe epiſcoporum, & omnium Eccleſiæ paſtorum munus, non ſolùm ex noſtro textu, ſed ex aliis locis colligitur. *Cap. Rationis diſt.* 100. ubi prælatus inducitur, *circa ſubiectorum actus* vigilantiſsimus. *cap. Clericum*, 11. *q.* 1. §. *Ex his omnibus*, dicitur epiſcopus *animarum procurator, & ſpiritualium diſtributor. Cap. oportet diſt.* 81. *cap. In ſcripturis* 8. *q.* 1. ubi dicitur, eam in paſtoribus Eccleſiæ debere eſſe animarum vigilantiam, & vigilem ſolicitudinem, ut ab illis ipſa quies multorum lucro aliquando ſit poſtponenda. Hinc *D. Auguſt. cap. Qui Epiſcopatum* 8. *q.* 1. *Epiſcopi*, inquit, *nomen eſt operis, non honoris: ille qui præficitur illis quibus præficitur ſuperintendit, curam illorum gerens.* Sint igitur Epiſcopi veluti morum præfecti, & ſubditorum oculatiſsimi correctores, qui illorum vitas inſpiciant, ut rectè, & honeſtè moderentur. Vide *Azor inſt. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *Reginal. lib.* 20. *ſect.* 3. & 4. & *lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 44. & ſequen.

DISTINCTIO. XXXX.

IN SVMMA.

1. *Quæ ſit dignitas Epiſcopalis?*
2. *Quibus virtutibus debent eſſe ornati Epiſcopi?*
3. *Quæ ſit dignitas ſacerdotalis?*

1 IN textu, ibi, Epiſcopum. Quæ dignitas Epiſcopalis notatur *in cap.* 1. & *cap. Venerabilis de prabendis*, verbo, *Epiſcopus*; culmen dignitatum appellatur, ut notat *Filinus in Rubrica numer.* 9. *de maiorit. & obedient. Abb. in cap. dilectus num.* 1. *de conceſſion. prabend.* & quod ſit dignitas dignitatum, notat *Barbat. in proœm. Clement. n.* 6. *fol. mihi* 4. quod ſit honorabilis, & excellentior, vide per *Zabarel. in capit. Epiſcopatum de privileg. & in cap. Innotuit de electione*, & quod epiſcopus dicatur illuſtris, tenet *Baldus in l. Nullus qui nexu* 60. *C. de decurionibus lib.* 10. & *Purpuratus in l.* 1. *ff. Officio eius cui mandata eſt iuriſd.* diſputat, an illuſtris, an ſpectabilis ſit; vide etiam *Bertachin. in tractat. de Epiſcopo in principio.* At quod Epiſcopus ſit fundamentum Eccleſiæ, *Barbat. citato loco*, ubi, *num.* 26. *folio mihi* 11. *in Gloſſa*, quod Papa vocat Epiſcopos fratres: & quos honores Reges debent illis præſtare, notat *Panormitanus in cap. Solita, num.* 7. *de maiorit. & obedient. Curſetus in tractat. de poteſtate*

Regia

Regia, q 57. & ſinaliter, vide *Gloſ. in præmio lib. 6. Decretalium*, verbo, *Epiſcopus*, ubi Summus Pontifex Epiſcopus appellatur, quia nullus ordo maior eſt Epiſcopali; vide etiam quæ notavi, *in tract. de confeſſar. ſolicitant. q. 12. nu. 1.* Adde poſita *ad cap. Eccleſiæ num. 4. ſupra. diſt. 35.*

2 In textu, ibi, Virtutes debent intelligi. Definitur virtus. *Quod ſit qualitas mentis, qua recte viviturr, qua nullus male vtitur.* Secundum *D. Thom. 1. 2. q. 55. art. 4. Navar. in cap. Ignar. verba, 13 q. 3. concluſ. 4. num. 17.* vel eo modo de quo *Ariſtot. Phiſic. 7. cap. 3. Quod ſit diſpoſitio perfecti ad optimum*; & ſuppoſito quod virtutum genus ſit duplex, alterum intellectus, alterum voluntatis, & quod harum, aliæ ſunt abſolutè virtutes, aliæ ex parte tantum, & quod abſolutè quædam ſunt morales, quædam theologicæ ſecundum ea quæ notat *Leſius de iuſt. & iure*, in explicatione quam facit ante introitum *lib. 1. n. 4.* & ſequentibus. Dicendum eſt, virtutes de quibus hîc Gratianus agit eſſe quatuor virtutes Cardinales morales, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, & Téperantiã, & his oportet Epiſcopũ eſſe ornatũ. cũ enim Epiſcopus â rebus ſæculi in altiorẽ ſublatus locũ conſpiciatur, in eum tanquam in ſpeculum reliqui, oculos conijciunt, ex eoque ſumunt, quod imitentur, ſecundum ea, quæ invenies, apud *D. D. Fr. Bartholomeum à Martyribus*, huius Eccleſiæ Bracharenſis lumen, & columen, ac inter Hiſpaniarum præſules, nõ dignitate tantum, ſed virtute, ac meritis verè Primatem, *in Stimulo paſtoris de officio paſtoral. 2. q. concionis, §. 1. Igitur loco cum* verſ. ſequentibus, oſtendit Epiſcopos obligari ad id ex ſtatu, nomine, & officio, quod habent; vide etiam eundem *Stimulum in collectan. ex Epiſtola D. Bernardi folio mihi. 26.* ubi notantur multa, quæ hîc poſſunt adaptari. De prædictis quatuor virtutibus Cardinalibus, & eorum annexis ad extremum videri poteſt *Leſius de iuſt. lib. 1. 2. 3. & 4.* qui melius omnibus agit de materia.

3 In Gloſſa, ibi, Sacerdotes eius. Circa dignitatem, & poteſtatem ſacerdotalem vide textum *in cap. 1. §. Vna* ubi, *Abb. num. 1. & 2. de ſumma Trinitate cap. Quis dubitet, cap. Duo quid 96. diſt. Præpoſit. in cap. Cum ad verum 96. diſtinct. Alexandr de Ales in 4. p. ſumma in tractat. de Euchariſtiæ dignitat. Bernard de Buſt. in 2. q. ſui roſar. ſermone 25. littera O. Ioan. Gerſon. lib. 4. de imitatione Chriſti cap. 5.* vide etiam, quæ notavi *in tractat. de confeſſar. ſolicitant. q. 12. num. 16.* & ibi *additio, nu. 31.* ubi dixi Angelos ſacerdoti ſacrificanti pro cumbere, & *in cap. Presbyter 8. nu. 1. ſupra diſt. 23.* & quæ poſita ſunt in ſumma *diſt. 43.*

CAP. Non nòs. I.

SVMMARIVM.

1 *An liceat, Magiſtratum adulterium commitentem occidere?*

2 *An poſsit Epiſcopus conſanguineis ſuis hæreditatem relinquere, ſeu an pertineat ad ſucceſſores in dignitate?*

3 *An unuſquiſque in dubio præſumi debeat bonus, & ſanctus?*

1 IN textu, ibi, Peccandi licẽtiã. Igitur ex officio ſuſcepto non peccandi licentiam, ſed neceſsitatem bene vivendi magiſtratus aſſequuntur, vt bene per noſtrum textum advertit *Boerius deciſione 317. num. 13.* ex hoc inferens poſt *Bartol.* poſſe patrem, Magiſtratum adulterium committentem cum ſua filia, occidere, quanvis merito non ſit permiſſum, quia eſt vilis perſona reſpectu iudicis.

2 In textu, ibi, Cum hæreditate miſit. Meminit huius quæſtionis *Præpoſitus hic num. 1.* de quo vide *Covar. 1. tom. cap. de teſtam. per totum, Tiraquel. de panis cap. Si num. 84.* qui noſtrum textum refert. *Pater Molin. de iuſt. 1. tom. diſp. 147. Spin. de teſtament. 14. p. Rubricæ* ubi latiſsime diſputat *Cevall. commun. contra communes, q. 388. Azor. 2. p. inſtitut. moral. lib. 7. cap. 9.* qui non ſolum loquuntur reſpectu Epiſcopi, ſed etiam reſpectu omnium clericorum, vide etiam quæ notavi infra *diſt. 41. in cap. Epiſcopus 7.* verbo, *quia modo, & diſt. 42. in ſumma*, verbo, *aliena rapere*: & an epiſcopi poſsint inter vivos donare, licét non poſsint per teſtamẽtũ relinquere, & an teneantur ad reſtitutionem, ſi donaverint, ſeu maioratum cõſtituerint, idem *Molina citato loco diſp. 148. Petrus Ledeſma in tract. de ſtatu epiſcopi, concluſ. 17.* cum ſequentibus, & an poſsint conſanguineis, ſeu cognatis concedere in emphyteuſim bona Eccleſiæ *Caldas de de poteſtate eligendi 3. p. cap. 13. n. 8. Flamin de reſignat. lib. 9. q. 17. num. 124. Surd. de alimentis titulo 8. privileg. 92. n. 2.* vide etiam de materia *Cened. ad Decretal. collectan. 12. num. 2. Gutier. lib. 2. practicat. quæſt. 114. & Cald.* ubi proximè *num. 13.* & in quibus Regnis ad Cameram Apoſtolicam pertineant hæreditates Eccleſiaſticorum? Vide cum *Molin. d. diſp. 147. numer. 12.* ubi *à num. 9.* declarat, quid veniat, ſub hoc nomine, *Spolia.*

In tex-

3 In textu,ibi, Quis enim ſanctum dubitet. An quis præſumatur ſanctus, vide *Abb.in cap fin. nu.6. de præſumpt.& Felin.nu.11.*& in *cap. Cum in iure*, ubi idem *Abb.num.2. de officio delegat.Alciat.*quem refert *additio ad Dinum in Regul. ſemel malus, nu.3. de regulis iuris in 6. Bartholom Socin. in ſuis fallent. regula 58. folio mihi 13. Bartol. in l. Si cui, §. eiſdem num. 8. ff. accuſationib.& inſ. Caſius, ff. ſenatoribus Cuedo ad Sextum collectan. 29. num. 1.* & notabis Pontifices maximos pati ſe appellari Beatiſſimos, & ſanctiſſimos, ut ex noſtro textu deducit *Navar.in cap. Inter verba concluſione 1. verſ.tertium*, optimè *Rebuf. in proœmio concordiarum*, verbo, *ſanctiſſimo*. Recurre ad *cap. In nomine Domini 1.num.5.diſt.*

CAP. Non eſt facile. II.

SVMMARIVM.

2 *An ſit neceſſarius habitus,& tonſura, ut quis gaudeat privilegio fori?*
2 *Quas pœnas incurrant, non portantes habitum,& tonſuram?*

1 IN textu,ibi,Sed qui exercent opera eorum. Hic excitat *Prepoſit.* quæſtionem de qua vide *Concilium Trident.ſeſſ.23.cap.6.Salzed.in praxi cap.65.n.9. Ceval.com opinion.q.563. Thom. Valaſc. Allegat.10.n.12. Fratrem Emmanuelē in ſumma 1.p. cap 155.Azeved. l.1.num.9.* verſ. *Tonſura, Farinac. in praxi criminal.q.8.num.7.*& quid ſit dicendum de novitijs, habet idem *Frater Emmanuel 3.tom. quæſt.regul.q.51. art.12.* & in hoc caſu, quando dubitatur, an deferat habitum, quis ſit iudex competens? *Salzedo citat.loco n.14. Barb. l. Titia, n.24.* cum ſequentibus, *ff. ſoluto matrim. Thomas Vallaſcus allegat.15. Ceval.q.897.n.579. Matta de iuriſdict.2.p.cap.31.nu.16. Pax in praxi tomo 2. præludio 2. num.9. Navar.in cap. Novit notabili 6.n.44. Zerola in praxi*, verbo, *clericus §.3.* verſ. *ſecundo*, latè *Farinac. tomo 1.q.8.nu. 33.* & ſequentibus, & an caſu quo perdat privilegiū canonis,propterea quod ſe immiſcuit criminibus enormibus,vel ſe geſsit pro laico habitum non deferens,perdat etiam privilegium fori? Vide *Abb. in cap. perpendimus. num 5.de ſententia excomunicat. & in cap.Contingit, n.3 eodem tit & in cap. Deus,qui num.4. de vita,& honeſt.clericorum, Alex. lib.1.conſ. 8.num.3.*

2 In textu. *Prepoſitus* citat *Hugon*, hic, & *Archid. in cap. Siquis. 3. q. 4.* tenētes,clericos beneficiatos amittere fructus præbendæ,ſi non deferunt habitum, & tonſuram, ſed hoc non probatur iure, ut videre eſt in *Clement. 2. de vita, & honeſtat. clericor.* & ibi ſcribentibus,per quem textū ita tenet *Prepoſit.* An verò incurrāt aliam pœnam,ſcilicet amiſſionem privilegij fori, vel canonis, vide DD. citatos in fine proximę quæſtionis, quibus adde *Navar.in manuali cap.27.n.81. Azor. inſt. moral. part. 2. lib.7. ſ. Decimum ſeptimum*, cum quo reſolve clericos tenentes beneficia, vel quaſcūque penſiones clericali titulo obtinentes,omni beneficio,& iure ad beneficium privari,& ſine vlla monitione,citatione,iudicis decreto, ipſo facto privatos declarari, niſi geſtēt habitum,& tonſuram clericalem. *Reginald. lib. 30. tract.3.num.50.*& ſequent.

CAP. Nos qui. III.

SVMMARIVM.

1 *An qui poteſtatē habent eligendi Epiſcopum, ſi eligant non habentem qualitates à iure præſcriptas,electio ſit nulla?*
2 *An teneantur eligere dignos tantum, an digniores,& quas pœnas incurrant ſi contra faciant?*
3 *Virtus,an nobilitet?*
4 *Patria,an nobilitet?*

1 IN textu. Quatenus textus ait. *Quod meres, non nobilitas debent facere Epiſcopos notos.* Noto, quod etiam quando eliguntur debent habere hanc qualitatem, & ſic poteſt hic excitari quæſtio, de qua vide *textum in cap.cum in cunctis*, ubi *Abb. de electione*, idem *Abb. in cap. Innotuit n. 20.eodē tit. Felin.in cap.ex tenore.n.4.de reſcript.* ubi inveniet qualitates,& requiſita,quæ debent habere eligendi in epiſcopos,quod etiam notat *Petrus Ledeſma in tractat.de ſtatu Epiſcopi concluſione. 11. folio mihi.20* & in caſu quo electio eſt nulla,an poſſit confirmari ex poſt facto,vide eundem *Abb. in c. Qualiter, n.3 & in d. cap.Innotuit, n.11.& in c. Quia ſicut,n.9 & in cap.Quia diligentia, n.4 de elect.* & quod nulla ratio nobilitatis ſit habenda in rebus ſpiritualibus oſtenditur ex multis, quæ congerit *Tiraq d.nobilitat.c.20.n.15 & 16.*ubi noſtrum textum refert,cum quo proſequere.

2 In textu. De quæſtione, an ſolum teneantur eligere dignos, vide *Concil. Trid.de reformat.ſeſſ.24.cap.4.* poſt principium, *Petr. Ledeſma in tractat.de ſtatu Epiſcop. concluſione 11.* verſ. *La vltima difficultad*, ubi

etiam agit, an ſummus Pontifex, teneatur eligere digniorem in Eccleſijs, quibus eligit Epiſcopos; & an in Hiſpania teneantur confirmare dignũ, aut digniorem? In pœnis enim duo caſus ſunt diſtinguendi; primus quando eligitur epiſcopus ſine qualitatibus â iure requiſitis, de quo *Abb. in cap. Dudum, n. 11. & in cap. Cum Vintonienſis, nu. 6. & 11. & in cap. Per inquiſitionem, num. 1. & 8. & in cap. Cum in iure, num. 7. de de electio.* Secundus caſus, quando eligitur cum qualitatibus, ſed relicto digniori, de quo vide *Ledeſmam, citato loco*, ubi cum *D. Thoma.* reſolvit, quod peccant mortaliter eligentes.

5 Ibi, Morum nobilitate. Ergo virtus nobilitatem confert, ut ex noſtro textu, colligit poſt multos *Tiraquel. de nobilit. cap. 4.* in principio. facit textus, *in cap. penult.* ibi, *Virtutum nobilitas, de prebendis*, unde merito dicitur, *nobilitas ſola eſt, animum quæ moribus ornat*, facit quod tradit *Baldus in l. Si qua C. de ſecundis nuptijs*, ubi per illum textum dicit nullam ſine honeſtate, nobilitatem eſſe.

4 Ibi, Vrbium claritate. Igitur patriæ claritas ſuos municipes nobilitat, quare *Lucas de Peña in l. Mulieres, col. 3.* verſ. 8. C. *de dignitatibus lib. 12.* dicit civem ex vrbe ſplendida oriundum eſſe nobilem, allegat, *l. Non tantum §. Clientibus* ibi, *propter inclitam nobilitatem civitatis, ff. de excuſatione tutorum*, multa congerit *Tiraq. de nobilitat. cap. 12. n. 3.* & ſeqq. qui noſtri textus meminit.

CAP. Non loca. IV.

SVMMARIVM.

1 *An apud Deum detur acceptio perſonarum?*
2 *Dignitas, an augeat delictum?*
3 *An omnes ordines conferant gratiam?*

1 IN textu, ibi, Sed ei nos merita iungunt, iunctis illis, ibi, Non loca. Igitur apud Deum non datur acceptio perſonarum, de quo vide *Luc. de Peña in l. 1. C. præpoſit. ſacror. cubicul. lib. 12.* verſ. *expræmiſſis, Leſium de iuſtit. & iure lib. 2. c. 32. dub. 1. n. 3.* & in dubijs ſequent. reſolvit in quibus locis habeatur acceptio perſonarũ, & an peccent mortaliter peccato acceptionis perſonarum, qui non eligunt digniſsimos, & quod quando nõ ſervatur æqualitas in perſonis inæqualibus, non datur talis acceptio perſonarũ, nec etiam in his, quæ cõferuntur ex gratia, aut voluntate, poteſt exemplificari cum *D. Thoma. 1. 2. q. 97. ar. 4. n. 10. & q. 98. ar. 4. n. 40. & q. 106. ar. 3. nu. 70.* vide etiam de materia, *Dinum in regula in iudicijs, n. 12. de regulis iuris in 6. Fratrem Emanuelem in ſumma 1. p. cap. 6. per totum.*

Ibi, Iungunt merita. Notat *Tiraq. de nobilitat. c.* 1 *20. n. 116.* & per illum docet delicta nonnunquam dignitate augeri. *l. Quædam delicta*, & ibi, *Bart. ff. de pœnis, l. 2. l. omne delictum §. Augetur, ff. de re militari, cap. Excommunicamus, §. Cæterum* verſ. *Si verò clericus.* & ibi, *Gloſſa*, verbo, *ex creatur, de hæreticis*, de quo vide poſita *in c. Homo, n. 1. infra hac eãdẽ diſt.* & ad *cap. Non cognatur, 3. n. 5. infra diſt. 41.*

In Gloſſa, ibi, Quia per ordines confertur gratia. An gratia conferatur per omnes ordines, an per aliquos, inveniuntur quatuor opiniones, prima dicentium, ordinẽ preſbyteratus, ſolum eſſe Sacramentum. Secunda ordinem Epiſcopi non eſſe Sacramentũ. Tertia ordinem preſbyteratus, & Diaconatus, ſolum eſſe Sacramentum. Quarta omnes ordinea maiores confere gratiam, non verò minores, de quibus omnibus vide *Ægidium de Sacramentis diſp. 20. de Sacram. ordinis dub. 6. n.* 40. ubi â *nu.* 43. tradit veram reſolutionem, vide etiam *Navar. in manuali, c. 22. n. 18.* Adde latius poſita *ad cap. Pſalmiſta 20. n. 7. ſupra diſt. 23.* 3

CAP. Homo chriſtianus. V.

SVMMARIVM.

1 *An gravius reputetur peccatum, & delictum commiſſum abeo qui eſt conſtitutus in dignitate?*
2 *Nobiles mitius debent puniri.*
3 *An peccatũ reputetur maius, propter circunſtantias, quæ ipſum aggravant?*
4 *Contemnere, quando quis dicatur?*

1 IN textu, ibi, Propter altitudinẽ dignitatis. Vide *Abb. in cap. Cum quidam de iure iurãdo*, & ibi, *Felin.* ubi ponit cõcluſionẽ, quod dignitas perſonę regulariter auget delictũ, de qua latiſsimè agit per ſex declarationes, quas ponit, vide etiam, *Navar. in manual. cap. 6. n. 11. & in 6. cõſideret, n. 49. de panit. diſt. 5. Cened ad Decretales collect. 64. Graeb. in conſilio de ſyndicatu nu. 122. inter quæſtion. Iulij Clari*, vide etiã, *D. Thom. 1. 2. q. 73. art. 10. Farinac. 3. tom. de panis temperad. q. 98. n. 119. Morlã in emporio iuris* in principio, *n. 49. Peres ad l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordinament.* Gloſſa, hijo dalgo, ubi ex ijs, quæ adnotat in fine poteſt ampliari concluſio, de qua Felinus

Felinus citatus, vt quanvis crimen cõmiſſum per nobilem non puniatur, eo modo, quo quãdo committitur per plebeium, limitetur, niſi ipſe nobilis cedat in derogationem ſui officij, & dignitatis, tunc enim augetur delictum, & ſic ampliatur concluſio Felini, & declaratio 2. & 3. limitatur, vide etiam *Anch. in clement. 2. num. 5. de vita, & honeſtate clericor. Mattam de iuriſdict. 3. p. cap. 4. num. 26.* ubi inquit, quod in pœnis plebei divites æquiparantur nobilibus, *Lucas de Penna in l. Si Apparitor. de cohortalibus lib. 12.* enumerat caſus 12. quibus peccatum aggravatur, latè *Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 116.* & ſequentibus, *& de pœnis temperand. cauſa 31. num. 17.* ubi textum refert. Addit poſita *ad cap. Non loca n. 2. ſupra hac eadem diſt. & ad cap. Non cogantur, 3. nu. 5. infra diſt. 42.*

2 Nobiles tamen, & in dignitate conſtituti mitius puniuntur, quàm ignobiles, & plebei, *l. ſacrilegij pœnam*, in principio, *& in §. 1. ff. ad l. Iuliam pecul. l. 2. ff. de termino mot.* ubi *Bartol.* dicit pœnam fuſtium, & verberum à nobilibus eſſe alienam, multa tam ex noſtris, quam ex bonis autoribus adducit, *Tiraq. de nobilitate c. 20. n. 108. & ſeqq. & de pœnis temperãd. cauſa. 31. n. 17.*

3 In textu, ibi, Propter magnitudinem peccati. Vltra *Turrecrem. & Præpoſit.* hîc, qui loquũtur de duabus cauſis ex quibus gravitas peccati augetur, quando ſcilicet gravitas oritur ex magnitudine ipſius, ſecundum genus ſuũ; & quando oritur ex parte cauſæ motiuæ. De circunſtantijs vide *Navar. in Manuali cap. 6. per totum. Victor. in ſumma ſacrament. de confeſſ. n. 176. folio mihi, 100. Ægid. de Coniuc. de Sacramen. diſp. 7. de integrit. confeſſ. dub. 3 & 4.* ubi latè, *Tolet. in ſumma lib. 3. c. 7. n. 7.* elegantèr *Sarmiento lib. 1. ſelectar. c. 7. n. ult.* qui noſtri textus meminit, docens circunſtantiam nobilitatis nõ eſſe exprimendam in diſpenſatione, nec in confeſsione, licèt contrariũ obſervet *Navar. in cap. conſideret de pœnitent. diſt. 5. num. 49. poſt D. Thomam 1. 2. q. 73. art. ult.*

4 In Gloſſa, verbo, Cadit ad medium, ibi, ſi ergo. Docet Gloſſa, quod contemptus aggravat peccatum, ut ex noſtra Gloſſa docet *Decius in cap. Cum non ab homine n. 7. de iudicijs*, & dicitur contemnere quando monitus ſæpe, non vult ab actu illicito deſiſtere.

CAP. Si Papa. VI.

SVMMARIVM.

1 *An poſsit Summus Pontifex ab aliquo iudicari?*
1 *Quis ſit iudex competens, caſu quo poſſit iudicari?*
3 *An caſu quo poſsit iudicari, ſufficiat, quod crimen ſit manifeſtum, an neceſſarium ſit, quod ſit notorium?*
4 *An poſsit Summus Pontifex deponere Reges, & Imperatores, & an ſit vniuerſalis iudex?*
5 *Pontifex an poſsit errare in diffiniendis rebus fidei, & n. 6 7. 8. & 9.*
10 *An ſi apponatur Pontifici, quod ſit hæreticus, & ille neget, poſsit admitti probatio opponentis; & à quo iudicetur?*
11 *Papa hæreticus, an ipſo facto cadat à Papatu?*
12 *Expoſitio Gloſſæ, & n. 13. 14. 15. & 16.*

IN textu, ibi, à nemine iudicandus. Ergo Pontifex à nemine poteſt iudicari. *Decius in cap. Significaſti num. 9. de elect. Felin. in cap. Nihil num. 4. verſ. Vigeſimo 30. de præſcrip. Bellarmin. de Romano Pontif. cap. 26.* in principio, *& lib. 2. de Concil. authoritate cap. 17.* ubi invenies, an quando Summus Pontifex eſt hæreticus, poſsit deponi, & iudicari. In qua quæſtione refert quinq; opiniones; vide etiam *Azor inſt. mor. par. 2. lib. 4. c. 7.* ubi concludit pontificem in hæreſim lapſum, eſſe quidem jure diuino privatum Pontificatu, ſed Eccleſiæ ſententia poſſe iudicari, & declarari eum ob crimen hæreſis Põtificia dignitate cecidiſſe. Pro qua ſententia citat *Palud. Turrecrem. Aug. Anconit. Iacobat. Alphonſ. de Caſtro*, & alios. Lege etiam *Anchar. conſ. 281. n. 4. Abb. in tract. de Concil. Baſilien. ſu. 18. Cenedo ad Decretum collect. 44. & n fin.* quot teſtes ſufficiant, ut probetur ſummum Põtificem eſſe hæreticũ, vide *Spinum de teſtam. Gloſſa. 12. rub. n. 3.* ubi *à n. 7.* reſolvit, quæ ſint requiſita, vel neceſſaria, ut quis dici poſsit hæreticus, & an Concilium generale poſsit corrigere, ſeu tollere conſtitutionẽ Papæ lẽ? *Barbat. Clementina ne Romani n. 31. de elect.* ubi per octoginta octo fundamẽta reſolvit Concil. nõ poſſe cognoſcere de ſũmo Pontif. niſi quãdo eſt hæreticus, nec poſſe ad aliud cõgregari. *Mart. de iuriſd. 2. p. c. 37. à n. 20.* cũ ſeqq. Et quod Concilium tẽpore ſchiſmatis, quando paſtor eſt dubius, vel nõ eſt, poſsit iudicare quis ſit verus Papa, vide cum eodẽ *Belarm. d. lib. 2. de Concilij authoritat. c. 19.* ad finem. verſ. *neq; ſequitur. Felin. d. c. Nihil, n. 4.* verſ. *& adde, de præſcriptionibus.* & an Sũmus Põtifex poſsit ſe ſubijcere Cõcilio, idẽ *Bellarm. d. num. 2. cap. 18.* & an Imperatori? *Felin. in repertorio*, verbo, *Papa an poſsit ſe ſubijcere*, & in

& in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ n.5 & ibi, *Decius 16. de conſtitut.* & an quando dantur requiſita de quibus in gloſſa verbo, *à fide devius* verſ. *Certe credo*, an poſsit Sũmus Pontifex iudicari, vide *Abb. in cap. Significaſti num. 4. de elect. & in cap. quoties n. 5. de Simonia Barbat. in d. Clement. ne Romani nu. 86.* ubi *numer. 88.* tenet, quod epiſcopus poteſt compelli cedere epiſcopatu ratione ſcandali, *Filinus in d. cap. Nihil, num. 4.* verſ. *vigeſimo tertio.*

2 In textu, ibi, Niſi deprehẽdatur. Vide *Bellarmin. de Romano Pontifice lib. 2. c. 30. prope finem*, ubi reſolvit quæſtionem, ſi Papa poſt mortem de hæreſi accuſetur, quis ſit iudex competens? *Dominic. in cap. in fidei favorem num. 5. de hæretic. lib. 6.* & ibi, *Arch. n. 2.* vide etiam *Mart. de iuriſdict. 2. p. cap. 37. nu. 30. Decianus tract. crimin. lib. 5. cap. 52. num. 17 Azor inſt. moral. pat. 2. lib. 4. cap. 7. §. Quares cuius auctoritate*, ubi cum *Archidiacono Ioan. Andr.* & alijs, reſolvit, Papam iam defunctum, ſi conſtiterit eum mortuum eſſe hæreticum, condemnari debere autoritate ſucceſſoris, non verò Concilij.

3 In textu, ibi, Manifeſtè deprehenditur. Differentia inter crimen manifeſtum, & notorium. *Bart. in l. ſcriptus num. 2. ff. Religioſis, & ſumpt. funer.* idem *Bart. in l. Si verò §. Qui pro rei veritate num. 4. ff. qui ſatiſdare cogant. Alexand. in l. Si conſtante num. 12. ff. ſolut. matrim. Abb. in cap. Cum non ab homine, num. 19. de iudicijs, Albert. de cathol. aſſert. quæſt. 23. num. 67. Clarus in §. fin. quæſt. 9. numer. 2.* & ibi additio. *Baiardi, Decian. d. lib. 5. cap. 53.* & quando aliquis deprehenditur in crimine, an ſit neceſsaria, & an reo competat defenſio, vide cum eodem *Claro, q. 8. n. 3.* & 4. vide etiam, quæ notavi, *in cap. clericus 3.* verbo, *deprehenditur, 46. diſt.*

4 In textu, ibi, Quia cunctos ipſe iudicaturus. An ſummus Pontifex ſit omnium iudex, & habeat ſummam poteſtatem in temporalibus? *Bellarm. in lib. 2. de Romano Pontifice cap. 26.* verſ. *Obſeruandum, & lib. 5. capit. 1.* & ſequentibus, *Marta de iuriſdictio. caſ. 56. & lib. 1. cap. 17. Molin de iuſtit. & iure 1. tomo tractat. 2. diſput. 29.* & an poſsit deponere imperatores, & Reges, *Præpoſit. hic numer. 17.* idem *Marta de iuriſdictio. 1. part. cap. 17. numer. 25. & cap. 18. Per totum Cenedo ad Decretal. collect. 167. numer. 1. Molin. citato loco, num. 29.* & caſu quo deponat Imperatorem, ſeu Regem, an poſsit id facere, ſine authoritate Concilij, vide hic *Præpoſit num. fin.* poſt Gloſſam verbo, *á fide devius*, in fine. *Decianum in tractat. criminalium, lib. 5. capit. 51. numer. 8.*

Ibi, à fide devius. Dubitatur per hunc textum, 5
an ſummus Pontifex poſsit eſſe hæreticus, aut errare in definiendis rebus fidei? De quo ſunt videndi *Albanus de poteſtate Papæ p. 1. ex num. 4. & ex num. 107. & 146*, late *Aragon. 2. 2. quæſt. 1. art. 4. 10.* verſ. *hoc ſuppoſito. Cordubenſis in quæſtionib. Theologicis lib. 4. q. 3. 4. 5. & 6. & in quæſt. 11. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num 12. Abb. in cap. Quoniam in fine, de Simonia, & in cap. Significaſti num. 3. de elect.* & *in cap. Cum veniſſent. num. 7. de iudicijs, Driedo de libertate chriſtiana lib. 1. cap. 18. Iacob. de Concil. lib. 6. cap. 1. Pigius lib. 4. de eccleſiaſt. hyerarchia capit. 8. Simanch. de cathol. cap. 12. ex num. 12. & cap. 45. ex nu. 20.* alios refert *Cenedo ad Decret. collect. 44. num. 1.* Vtra alios *Decianus tractat. criminal. lib. 3. cap. 38. nu. 9. & lib. 5. cap. 52. num. 2. & cap. 78. num. 1. Tuſch. tomo 2. concluſ. 552. num. 26. Bellarmin. tomo 1. de Romano Pontifice lib. 4. cap. 6.* & ſequentibus, Tu pro clariori doctrina, ſequentes ſtatue concluſiones.

Sit prima concluſio. Summus Pontifex definiens ea, quæ ad fidem pertinent, nullo modo errare poteſt. Probatur ex illo *Lucæ 22. num. 32. Simon ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.* Quo loco conceſſum fuit Petro privilegium ut ipſe tanquam Pontifex, nõ poſſet docere aliquid contra fidem, nec ut in ſede ſua, & ſucceſſoribus in officio inveniretur, qui contra veram fidem doceret, ita colligitur *ex cap. Maiores, in principio de Baptiſmo. Menoch. de arbitr. caſu. 458. n. 51. Cordub. in quæſtionib. Theologicis lib. 4. quæſt. 3. in principio, & §. 6. Principaliter, Canus de locis Theologicis lib. 5. cap. 5. q. 3. & lib. 6. cap. 8. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. nu. 12.* comprobat multis *Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 3.* verſ. *De altero, Suar. de fide diſp. 5. ſect. 8. á n. 9.* & ab omnibus viris chriſtianis firmiſsimè hucuſq; creditum eſt. 6

Secunda concluſio. Põtifex, aſſertivè demoribus diffiniendo, nec in rebus neceſſarijs ad ſalutẽ errare, aut deficere poteſt. *Cordub. in quæſt. Theologicis lib. 4. q. 3. §. Arguitur ergo ſic. Avinon in tract. de vnione ovilis ad paſtorẽ, c. 13. n. 18. & c. 20. n. 20. Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, c. 5.* Quia nõ poteſt fieri, ut pontifex erret præcipiendo aliquod vitium, ut ſimoniam, vel prohibẽdo virtutẽ, ut iuſtitiam; nec poteſt fieri, ut erret præcipiendo aliquid contra ſalutẽ, ut circunſionẽ, vel prohibendo aliquod neceſſarium, ut Baptiſmum; quia tunc Eccleſia nõ poteſt dici ſancta, ut in ſymbolo Apoſtolorum vocatur. Nam ſãcta dicitur potiſsimũ ob ſanctã profeſsionẽ, & legẽ, quã profitetur, quæ nihil docet falſum, nihil præcipit malum. Ita ſupra citati DD. 7

Tertia concluſio. Pontifex ſequendo hiſtorias, & hominum teſtimonia in iudicijs ferendis litigioſis, & in notitia facti, & geſtorum humanorum, & in alijs factis, & diſpoſitionibus, vel ſtatutis non continenti- 8

bus

bus regulam fidei,vel morum, omnibus fidelibus tenendam,iudicando, & diffiniendo errare poteſt,tradit *Canus de locis Theologicis lib.* 5. *cap.*5 *q.*5.conſonat *Soto in* 4. *diſt.* 3. *q.* 1. *art.*6. & poſt *Caietan.* & alios, tradit latè *Cordub. d.lib.*4. *q.*3.*ante finem* §. *Exemplum quarti.*

9 Quarta concluſio. Pontifex tanquam perſona particularis hæreticus eſſe poteſt, falſum aliquid contra fidem credendo;probat noſter textus in præſenti,ubi ſcribentes;& colligitur ex Clemente primo *Epiſtola* 1. ubi docuit hæreticum Papam eſſe deponendum. *Canus de locis lib.6.cap.*8. §. *Praterea,* poſt alios *Cordubenſ. in quæſtionibus Theologicis lib.*4.*q.*3.poſt principiũ. §. *Reſpondeo ad primum, & q.* 5. §. *Hanc opinionem & q.*11. in principio.*Decian.tract.crimin.lib.*5.*cap.* 52.*n.*1.etiam *Caiet.de authoritate Papæ tract.*1.*c.*17. *Covar.lib.*1.*variar.cap.*10.*nu.*11.verſ. 3. *Cardinalis Tuſch.tom.*2 *pract.concluſ* 522.*n.*26.dicit etiam cõmunem *Bellarm.lib.*4.*de Romano Pontif. c.*6. licèt ipſe Bellarmin. contrarium non ineleganter doceat,quod probat ab eventu, nam hactenus de nullo Pontificè probari poteſt,quod hæreticus fuerit;ergo ſignum eſt non poſſe hæreticum eſſe,quod nititur probare *cap.* 8. & ſequentibus.Quodpium,& probabilius dicit *Suarius de fide diſp.*10.*ſect.*6.*n.*1.*ad medium.*

10 Vnde *Præpoſitus hic n.*9.citans *Gofredum in cap, licet de elect.* & ibi, *Innocentius,* diſputant quæſtionem. An quãdo Pontifici opponitur,quod ſit hæreticus,& ille negat, poſsit admitti probatio opponentis, de quo *Caſtaldus de poteſtate Papæ n.*44.*Iacobac.de Concil.lib.*8.*art.*1. *folio* 514 latè *Decian.lib.*5.*cap.*52.*n.*10. Vtrum autem ſi contingat Papam errare in his,quæ ſunt fidei,poſſit deponi,& damnari per Concilium generale,vide *Innocent.in cap.ex parte,de verborum ſignificat,* Doctores *in cap.in fidei favorẽ, de hæretic. in* 6. latè *Caietan. tract.*1.*de authoritate Papæ, & Concil. cap.*18.*Cordub.d.lib.*4 *q.*11.*Decianus lib.*5.*c.*12. *n.* 2. Spectat congregare tale Concilium ad omnes Eccleſiæ Epiſcopos;nã cum illi ſint ordinarij paſtores,& columnæ Eccleſiæ,ad illos credẽdum huiuſmodi cauſam intereſſe:eritq;ſatis,ſi in ſingulis regionibus Concilia provincialia, vel nationalia cõvocentur ab Archiepiſcopis, vel Primatibus,& omnes in eádem ſententia conveniant;vide *Albanũ de Cardinalibus q.*35.optimè *Suarius de fide diſp.*10.*ſect.*6.*num.*7.*&* 8.

11 Vtrum autem Papa hæreticus,ſit ipſo facto privatus papatu, & deſinat eſſe caput Eccleſiæ? Vide *Aragon.* 2.2 *q.*1.*art.*10. *in tract.de Eccleſia pag.* 64. *Caſtro de iuſta hæretic.punit. lib.*2.*cap* 22. latius *cap.*23.verſ. *an Papa, vel quivis alius, Driedo de libertate chriſtian cap.* 14. *Turrecremat. in ſumma lib.*4.*tit.de Eccleſia* 2.*p.c.*20. *Peres lib.*8.*ordinam.tit.* 4.*l.*3.ex pagina 126. verſ. *quæritur, Caietan.* ubi proximè *c.*19.& ſequent.*Decian d lib.*5.*c.*52.*n.*3. quidam aiunt ab ipſo Deo immediatè deponi, ita *Simanch.de catholicis cap.* 21. *Salmeron tom.* 12. *tract.*38.fundamentum eſt,quia ſæpe indicatur, nullum fide carentẽ poſſe habere iuriſdictionem in Eccleſia,*cap. Novicianus,* 7.*q.*1.*cap. Didicimus* 24.*q.*1. *cap.Verbum de panit. d.*1. Sed cõmunis ſententia dicit, quod Papa hæreticus tunc deſinit eſſe Pontifex, cum primum per legitimam Eccleſiæ iuriſdictionẽ ſententia declaratoria criminis in eum profertur,de quo latè *Suar.in tract.de fide diſp.*10.*ſect.*6.*nu.*6.& vide ſupra *num.*1.

In Gloſſa,verbo,à fide devius verſ. ſed quare. 12 Docet Gloſſa, ſi Papa cõmittat crimen notorium,& ſcandaliſatur Eccleſia per factũ eius, quod poſsit accuſari de tali crimine,dicit ſingularem *Abb.in cap.Significaſti n.*4 *de electione,* & communiter Gloſſam approbari tradit *Barbat. in Clement.ne Romani de elect n* 86.ſequitur *Decius in d.cap. Significaſti n.*21. verſ *ult.* aſſerens, quod totus mundus illã ſequitur, & quod practicata fuit in Concilio Conſtantienſi;refert *Platina in vita Ioan.* 23. Contrariam tamen opinionem tenent omnes ferè Theologi , & Canoniſtæ, quos refert,& ſequitur *Turrecremat. in præſenti* ubi allegat pro utraque opinione plenius,quam alij, & *n.* 2.cum ſequentibus clarè oſtendit, hanc opinionẽ eſſe magis veram,& tenendam. Comprobat multis *Card.Tuſch.tom.* 2.*cõcluſ.*552.*à n.*30.Quẽ omnino videbis.*Cordub. d.lib.*4.*q.* 5 *opinione* 3.*&* §. *Hanc opinionem expreſſe,* ubi refert multos; eleganter *Suarius in tract. de fide diſp.*15.*ſect.*6.*n.*14.& ſequentibus.

Vnde ſequitur,quod verus Pontifex,niſi in perpetuã incidat amẽtiã, quanvis multis alijs criminibus, & calamitatibus impediatur, ne poſsit Eccleſiã cõmodè gubernare,nequit dignitate ſua privari,quia perpetua amẽtia æquivalet morti,quoad uſum rationis,& libertatis & ſic quoad capacitatẽ iuriſdictionis,& dignitatis.Nã ſi liceret caſus aliquos fingere,in quibus eſſet Papa deponẽdus,ut propter nimiam ſenectutẽ,aut captivitatẽ,daretur occaſio ſchiſmatũ,& ſæpe nimia iniuria,verus Põtif.in dubium vocaretur,ut tradit *Suarius de fide diſp.*10. *ſect.*6 *nu.*17. Porrò ſi ob perpetuam amentiam depoſitus ad ſe redeat,tamẽ depoſitus manet, quia negotiũ hoc nõ debet ex futuro contingenti depẽdere, ut advertit *Suar.* ubi proximè *num.*18. ad finem. 31

In eàdẽ Gloſſa,ibi, Si occulta eſt hæreſis. 14 Docet Gloſſa,Papam de hæreſi occulta accuſari poſſe, de quo vide *Decianũ tract.crim lib.*5.*cap.*52.*n.*9.qui Gloſſę meminit,& de Põtifice occulto hæretico vide *Suar. de fide diſp.*10.*n.*11.ad finem.Quid autẽ dicendũ ſit de Papa hæretico,ſed iã emunẽdato;

die non debere,posse deponi,cum iam hæreticus nõ sit, *cap. Dixit Apostolus 24.q. 3.*& post alios docet, *Suarius de fide disp. 16.sectio. 6.numer.11.in principio.*

15 In vers. Item. Igitur si Papa est hæreticus, potest ei fieri monitio, *quod si te non audierit,dic Ecclesiæ, Matth. 18.nu. 17.* de quo per *Ioan. Andream,& Hostiens. in cap.Proposuit de concess. prabenda,* proutillos refert *Decianus d.cap.12.n.12.*& post *Caietan.*docet *Suarius in tract. de fide disp.10.sect.6.num. 11.* post principium.

16 In fine Glossæ,ibi, Quod non posset. Non potest autem Papa legem condere,quod ipse non possit de hæresi accusari,vel alius quispiam Pontifex,ut voluit nostra Glossa,quam sequitur *Decianus d.cap.52. num.11.*dicit communiter approbatam *Tuschus tom.2.conclus.522.num.27.*

CAP. Ante omnia. VII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes dicuntur milites.*
2 *Dignitatem regendo consequuntur calamitates.*
3 *Virtus difficilior,est præclarior.*
4 *An possit aliquis cogi, ut Episcopatũ acceptet?*

1 IN textu, ibi, Militetur. Et ita clericus appellatur miles, & est maior quocunque militè sęculari,de quo latè,& eleginter *Peres ad l. 1. tit. 3. lib.1.Ordinament.* vers, *privilegiatus etiam,*ubi multa congerit adversus nostræ ætatis homines, qui clericos in servire vxoribus faciunt,non solum tanquam capellanos,sed tanquam famulos pedaneos,& quod magis est tanquam histriones, exclamat etiam *Cassan. in cathal.gloriæ mundi 4.p.considerat.2.* vers. *sed heu contra nobiles,qui clericos sibi in servire faciũt, tanquã suos receptores,pincernas,stabularios,& coquos.*

2 Ibi,Miserabili⁹. Igitur dignitatem regendo,consequitur labor,studium, cura, & calamitas, unde *Gregor. lib.4.cap.68.in registro,* dicit, *quomodo autem suscepto pastorali onere habere serenitatem cogitationum possitis,cum scriptum sit, Iob.26⁹ nu.5. Ecce Gigantes gemunt sub aquis.* Vide *Luc. de Penam in l. 1. C. de veteranis lib.12. Cassaneum in cathal.gloriæ mundi p. 1.considerat.69.* qui nostrum textum refert.

3 Ibi,Difficilius. Quò enim est virtus difficior, eò est præclarior,ut tradit *D.Thom.1.2.q.114.art. 4.Navar. in cap. consideret de panitent. dist.5.num.50.*vers. *infero,* qui nostri textus meminit.

In Glossa, verbo, Mihi. Docet Gloss. 4 aliquem posse cogi,ut fiat episcopus; Vide *Turrecrem.* hîc,& *Præposit,*qui citat *Abb. in cap.fin. de postulatione prælat. Innocent. Host. & Ioan. Andr.* cum alijs,vide etiam *Petrum Ledes. in summa 2. p.tract.de stat. Episcopi conclusione 4.*

CAP. Sicut. VIII.

SVMMARIVM.

1 *An mutuus consensus in contrahẽtibus sit necessarius, ut matrimonium sit verũ,& an requiratur etiã copula?*
2 *Qui veniant appellatione clericorum?*
3 *An sit necessarius baptismus ad hoc, vt ordinandus possit ordinari?*
4 *An si aliquis recipiat ordinem presbyteratus,non susceptis inferioribus, sit veré ordinatus?*

IN textu,ibi; Digna cõiunctio. 1 Est enim mutuus consensus necessarius ad matrimonium contrahendum, vide *Sanch.lib. 2.de Matrimon.disp.25.* cum sequentibus, ubi latè de materia consensus, quia in matrimonio est mutua traditio corporũ;sed quod est vnius non traditur alteri,absque proprio consensu; vide etiam eundem *disp.1.n.3.* & sequentibus, *disp.6.* ubi resolvit non esse de essentia matrimonij,quod interveniat copula.At de hoc cõmodius alibi dicendum.

Ibi, Clericatus. Quid veniat appellatione clericatus 2 docet *Abb.in cap.Cum tibi, n.4.de verborũ significat;* ubi resoluit,quod in materia stricta appellatione clericorum, non veniunt clerici constituti in dignitate,secus in favorabili; vide eundem *Abb.in Rubr.n.4.de vita,& honestat. clericorum,Felin,* qui plures refert *in cap. Non dubium n. 1. de sentent.excommunicat. & Præpositus in cap. Nullus 4.dist. n.1.*inquit,quod non veniunt Episcopi,*Barbat. in Clem.1.n.61. de elect.* tenet, quod in materia restringibili,appellatione clericorum veniunt canonici ad evitandum inconveniens,& adde posita ad *cap.Nulli 4.n.3.supra dist.38.*

In textu iuncta Glossa,verbo, 3 clericatus in fine, ibi, Dumtamen baptisatus. Debet præcedere baptismus,vt aliquis possit ordinari;videndi sunt de materia textus DD.

per

per textum, ibi, In cap. veniens de presbytero non baptiſat. Ægidius de Sacram. ordinis diſp. 20. dub. 10. n. 96. Tolet. in ſumma, lib. 6. cap. 3. nu. 2. & cap. 6. nu. 4. Petr. Ledeſm. in ſumma, tract. de Sacrament. ordinis, cap. 6. concluſ. 2. Cardoſ. in praxi advocatorum, de Sacrament. ordinis, nu. 8. fol. 355. D. Thom. in additionibus ad 3. part. quæſt. 36. art. 4.

4 In eâdem Gloſſa, in principio. Diſputat Gloſſa. An ſi laicus promoveretur in ſacerdotem, reciperet characterem? Vide titulum *de clerico perſaltum promoto. Petr. Ledeſm. in ſumma de Sacramento ordinis, cap. 6. concluſ. 4. Ægydium de Sacramento ordinis, diſput. 20. dub. 10. concluſ. 4. nu. 101. Salzedo in praxi, cap 24.* ubi latè de materia. *Tolet. in ſumma, lib. 6. cap. 8. nu. 7. D. Thom. in additionibus ad 3. part. quæſt. 36. art. 5. Ledeſma*, citato loco, *concluſione*. 8. ubi invenies, quid dicendum ſit in epiſcopatu, an ante eum ſit neceſſarius presbyteratus ordo.

CAP. Illud. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quod virtus nobilitati anteponitur.*
2 *Quod pro nobilibus ſemper præſumitur, in ijs, quæ pertinent ad nobilitatem.*

1 IN textu, ibi, Non nobilitate, ſed virtute. Igitur virtus nobilitate anteponitur; latiſſimè videri poteſt *Tiraquel. de nobilitate, cap. 12. num. 3. & cap. 7. nu. 9.* qui utroq; loco noſtrum textũ refert; *Caſſan. in cathalog. gloriæ mundi, 8. p. conſiderat. 28.* per totam, & ſeqq. & *conſiderat. 1.* & ſeqq. Poteſt videri, quid ſit nobilitas *Luc. de Peña in l. Mulieres, C. de dignitat. lib. 12.* in principio, notat novem cauſas, ex quibus ipſa nobilitas oritur, & in *l. 1. C. conditis in public. horreis, lib. 10.* reſolvit quis dicatur nobilis. De virtute quid ſit, de eius effectibus, & quemadmodum faciat homines conſequi gloriam, vide eundem *Caſſan. 1. p. conſiderat. 62.* & ſeqq. ubi diffuſè, & elegantiſſimè, & quod vera nobilitas eſt ſcientia, & propria virtus, cum plus nobiliter, quam ſanguis, & proſapia maiorum. *Coned. ad Decretal. collectan. 150. nu. 3.*

2 In Gloſſa, verbo, Non loci, in fine, ibi, Semper debet præſumi. Docet Gloſſa, ſemper pro nobilibus præſumi, *in ijs*, quæ pertinent ad nobilitatem; de quo vide *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 59. nu. 7.* & per totam præſumptionem, multa videri poſſunt, quæ faciunt ad hoc, & *lib. 5. præſumpt. 4. nu. 7. Romanus ſingulari 723. Palat. in repetit. rubrica, §. 9 nu. 7.* verſ. *In his*, qui noſtram Gloſſam ſingularem appellat; latiſſimè *Tiraquel. de nobilitat. cap. 20.* ubi ſigillatim deſcribit in quibus nobilitati defertur.

CAP. Quælibet. X.

SVMMARIVM.

1 *Non locus occultus ſalvat, ſed gratia Dei.*
1 *An ius varietur ex varietate locorum?*

IN textu. Collige ex *D. Gregor.* non loca occulta, ut Paradiſus, & Cœlum, ſed gratiam Dei ſalvare: Nam Loth in Sodoma fuit iuſtus *Geneſ. 19. nu. 17.* in monte peccavit, *Geneſ. 19. nu. 34.* ut notat *Petrus Alagon in compendio iuris Canonici. 2. p.* fol. mihi 30. poſt principium. 1

In Gloſſa, verbo, Cecidit in prima. Dixit Gloſſa ex varietate locorum nullum diſcrimen induci, de quo *Bart. in l. ult. nu. 6. & 7. C. de temporibus in integ. reſtit.* Aliquando tamen ex diverſitate locorũ inducitur diverſitas iuris, *l. Omnino, ff. de eo quod certo loco, l. 1. ff. officio proconſulis*, quod intellige, quando ex diverſitate locorum inducitur diverſitas rationis, *l. Prædia, ff. ad falcidiam*, alia iura citat *Bart. dict. nu. 7.* 2

CAP. Adam. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quod propter delictum privatur, quo privilegio nobilitatis.*

IN textu, ibi, Nobilitate privatus eſt. Collige Adamum, quia peccavit, amiſiſſe nobilitatem loci, *Geneſ. 3. nu. 23.* & ſic propter delictum privatur quis privilegio nobilitatis; vide *Lucam de Peña in l. 3.* per totam, *C. de veteranis, lib. 12.* ubi latiſſimè exemplificat, inferens, quod Baro, vel Comes privilegiatus, ut non poſſit convinci, niſi per certos teſtes, perdunt privilegium propter enorme delictum. 1

CAP. Multi. XII.

SVMMARIVM.

1 *Locus hominem non ſanctificat, ſed homo locum.*
2 *Sotus noſtrum textum interpretatur.*
3 *An iniuſtè detinens beneficium, ſi collationem eiuſdem impetret à Summo Pontifice, debeat facere mentionem de iniuſta detentione?*
4 *Non debet quis appetere prælationem.*
5 *An maior pars Doctorum ſequenda ſit in deciſionibus cauſarum, an minor, quæ melioribus rationibus fulcitur?*

1 IN textu, ibi, Non locus. Non enim locus hominem ſanctificat, ſed homo locum; ſic aliàs lupanaria non infamant caſtitatem, ſed caſtitas loci abolet infamiam; unde *Lucas de Peña in l. Cum neq;*, in fine, C. *de incolis, lib.* 10. dicit, quod ruſticus emens feudum nobile, non ex eo fit nobilis; proſequitur *Tiraquel. de nobilitat. cap.* 7. *nu.* 9. *Valenzuela conſ.* 1. *nu.* 1. & ſeqq. qui noſtri textus meminêre.

2 Ibi, Omnis ſanctus eſt ſacerdos. Non intelligas, quod qui non eſt ſanctus, non eſt ſacerdos, & quod omnis ſanctus etiam laicus ſit ſacerdos; reſpondetur enim alluſionem hîc fieri ad ethymologiam nominis ſacerdotis: eſt enim ſacerdos idem, quod ſacra dans; & ideo quicunq; ſanctus etiam laicus, quatenus ſua ſacramenta amicis communicat, dicitur generali nomine ſacerdos; iuxta illud *Apocalypſis*, 5. *nu.* 10. *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes.* Attamen ſacerdotes miniſtri Sacramentorum, qui non operantur ſua virtute, ſed Dei, abſq; ſanctitate poſſunt ſacerdotio fungi, impertientes gratiam de plenitudine Chriſti, ita poſt *D. Thom.* explicat noſtrũ textum *Sotus in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 4. §. *Vnum autem.*

3 Ibi, De ſacerdotio crimen acquirat. An iniuſtè detinens beneficium, debeat facere mentionem de iniuſta retentione. Notat *Felin. in cap. In noſtra, nu.* 34. verſ. *Sexto nota, de reſcriptis. Dominic. in cap. Eum qui,* §. *Inſuper, nu.* 10. *deprehendis, in* 6. *Gomes in regula de annal. poſſeſſor. q.* 23. verſ. *Contrariam,* & ad hoc, quod dicatur titulus coloratus, & poſſeſſio colorata. *Garcia de beneficijs. tom.* 1. 4. *p. cap.* 4. *n.* 4. *Mart. de iuriſdict.* 2. *p. cap.* 5. *nu.* 19.

4 Ibi, Deſideravit primatum. Reprobat textus, ſi quis appetat primatum, aut prælationem; cuius ratio eſt, quia qui appetit prælationem, aut eſt ſuperbus, aut iniuſtus, ſecundum affectum, qui adverſatur iuſtitiæ diſtributivę iniuſtitia enim contra diſtributivam eſt, quod aliquis velit ſibi plus de honore accipere, aut de poteſtate, aut de alijs bonis, niſi ſit moribus dignus; quod autem aliquis æſtimet ſe eſſe magis dignum prælatione omnibus illis, ſuper quos prælationem accipit, ſuperbiæ, & præſumptionis eſt; facit illud *Apoſtoli ad Hebr.* 5. *num.* 4. *Nemo ſibi aſſumit honorem.* Docet eleganter *D. Thom. Quodlibet.* 2. *art.* 11.

5 Gloſſa final. ibi, Et eſt hîc argumentum. An argumentũ, quod Gloſſa hîc facit ſit verum, vide *textum in l.* 1. §. *Sed neq; in multitudine, C. reteri iure enucleando, Abb. in cap. Vt debitus, num.* 29. *de appellat. Barbat. in Clement. Ne Romani, nu.* 2. & ſeqq. *de electione. Hieronym. Gralr. in conſilio de ſyndicatu, num.* 89. & 97. *Inter quæſtiones Iulij Clari,* idem *Abb. in cap.* 1. *nu.* 15 *de conſtitut. Tiraquel. ad leges connubial. l.* 11. *Gloſſa* 1. *nu.* 4. *q.* 11. *Maſcard.* qui plures refert, *de probat. concluſ.* 1243. *nu.* 3. *vol.* 3. *Navarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 286. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 24. *Ceval. commun. contra communes, in præfatione, nu.* 10. & ſeqq. Et quid quando agitur de cauſis in quibus iudices procedunt dando votum? Vide *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 6. *num.* 3. & 4. Et an in actibus ſpectantibus ad plures requiratur, & ſufficiat conſenſus minoris partis? *Filin. in cap. Cum Omnes, nu.* 15. *de conſtitut. Præpoſ. in cap. Nicæna, nu.* 3. 6. & 7. *diſt.* 31. & quid in electionibus, idem *Præpoſit. in cap. In canonicis, num.* 2. *diſtinct.* 19.

DISTINCTIO. XXXXI.

In principio diſtinctionis.

SVMMARIVM.

1 *Quod Sacerdotes inceſſu debent oſtendere maieſtatem.*
2 *Quod debent eſſe parci in cibo, & in potu.*
3 *Quod veſtibus decentibus uti debent.*
4 *Quid ſi dubitetur, an tales veſtes ſint decentes?*
1 *Veſtes nec debent eſſe fulgidæ, nec ſordidæ.*

IN

1 IN ſumma, ibi, inceſſu. Ex altitudine dignitatis, quam ſacerdotes habent, ſiquidem Angeli, & Dij appellantur, ut conſtat ex *textu in cap. Sacerdotibus*, 11. q. 1. *cap. Cum ex iniuncto*, circa medium, *de hæreticis*, tales ſe eſſe debent oſtendere in gravitate, & maieſtate, & hoc eſt, quod debet intelligi in illo verbo. Quod *debet eſſe ornatus inceſſu*; inceſſus namq; explicat maieſtatem, & gravitatem, de quo vide *Lacerdam in commentar. ad lib. 1. Æneid.* ſuper illo loco. *Aſt ego, quæ Divum incedo Regina, num.* 18. fol. mihi 12. & *eodem lib.* fol. mihi 97. *num.* 7. illo altero loco. *Et vera inceſſu patuit Dea.* Vbi inquit, quod incedere nobilium eſt; vide etiam *Georgium Fabric. in commentar. ad eundem locum, Æneid.* 1. folio mihi 475. Vbi inquit, ſpiritus namq; apparent, incedunt, non ambulant, incedere enim Deorum eſt; vide *Silium*, diſcrebentem virtutem illis verſibus.

Inceſſuq; viro proprior.

De quibus *Caſſan. in catal. gloriæ mundi*, 1. *part. conſider.* 61. & *D. Ambroſ. in ſuis epiſtolis, epiſt.* 6 Vbi, inquit, quod dignitas ſacerdotalis vendicat ſibi ſobriam à turbis gravitatem.

2 In textu, ibi, Quàm decibis intelligendum eſt. *D. Ioann. Chryſoſtom. in homil.* 15. *ad Timoth.* inquit, quod præſules eccleſiaſticos nihil præter victum, & veſtimentum habere oportet, ubi multa ad propoſitum. Vide etiam *Proſper. lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 17. *de abſtinent.* & *cap.* 22. *Stimul. Paſtor.* 2. *part. de moribus prælatorum*, fol. mihi 121. ubi verſ. *Tres peſtes*, inquit, *Quod honor, pecunia, & menſa deſtruunt Epiſcopi dignitatem. Poſidon. in vita D. Auguſt.* ita loquitur de eius parſimonia. *Menſa uſus eſt frugali, & parca, quæ quidem inter olera, & leguminа, etiam carnes aliquando propter hoſpites, vel quoſq; infirmiores continebat, &c.* Vide *Ioan. Gerſon. in* 2. *p. ſuorum operum, in opuſculo de temperantia, & modeſtia prælatorum*, ubi multa habentur ſcitu digniſſima. De intemperantia in potu *Abb. in cap. à crapula, nu.* 1. ubi *num.* 2. inquit, quod effectus ebrietatis eſt mentis exilium, & provocatio libidinis; vide etiam, quæ latè ſcripſimus in *cap. Luxuriosa.* 3. & *in cap. Venter*, 5. & *in cap. Vinolentum*, 6. ſupra *diſt.* 35. Vide etiam de parſimonia ea, quæ cumulat *Stimulus Paſtor. in concione, de officio paſtoral.* fol. mihi 85.

3 In textu, ibi, Habitu. De hoc extat *Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 22. prope finem, & *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. verbo, *deponit*, quod iura canonica ſerventur circa ornatum veſtium clericorum; de quo vide *Barbat. in Clement.* 1. *de election. nu.* 125. *Imol. in Clement.* 2. *nu.* 5. *de vita, & honeſt. clericor. Bucar. nu.* 1. & 2. dicens quod clericus debet uti veſtibus, quibus quisq; non apparet alius, quàm eſt; per *textum in cap. Fucare, de conſecrat. diſt. ult.* vel melius cum *Abb. in cap. Clerici, nu.* 18. *de vita, & honeſtate clericor. Salzedo in praxi, cap.* 79. ubi *additio littera A.* reſolventes, quod in hoc debet attendi conſuetudo, ſeu uſus uniuscuiusq; provinciæ, & ſecundum illum debent diffiniri, quæ ſint veſtes honeſtæ, quæ non, & ibidem loquitur *Salzedo*, de pœnis impoſitis utentibus veſtibus prohibitis, de quo etiam vide *textum in d. Clement.* 2. *de vita, & honeſtate clericor.* & multos. quos citat *Barboſ. in remiſſionib. ad Concil. Trident, de reformat. ſeſſ.* 14. *cap.* 6. Adde poſita ad *cap. Si quis virorum*, 15. *num.* 1. & 3. ſupra, *diſtinct.* 30.

Quid autem dicendum ſit, quando quis eſt captus in habitu decenti, dubitatur tamen, an talis habitus ſit clericalis? Vide *Mart. de iuriſdict.* 2. *part. cap.* 31. *nu.* 24. *Farinac. tom.* 1. *q.* 8. *à nu.* 33. *Grivellum deciſ. Senatus Dolani*, 30. *nu.* 3. & ſeqq. *Caballum deciſ. criminal. caſu* 224. *nu.* 30. & ſeqq. *Maſtrillo deciſ. Regni Sicilie* 133. *num.* 17. reſolventes hoc ad iudicem eccleſiaſticum p̃tinere: nam cum agatur dere eccleſiaſtica, non niſi per eccleſiaſticum iudicem cognoſci debet. 4

Ibi, Nec fulgidis, nec ſordidis veſtibus. Monet Gratianus, ut ſacerdos, nec fulgidis, nec ſordidis ſe ornet veſtibus. Vnde *D. Hieronym. ad Euſtoch. de virginitate ſervanda*, inquit. *Sit veſtis, nec ſatis mũda, nec ſordida*, & paulò infra. *Nec affectata ſordes, nec exquiſita munditia conveniunt chriſtiano.* Rurſusq; ad Heliodorum laudat Nepotianũ, quod nec munditijs, nec ſordidis notabilis eſſet. Et ad Nepotianum ipſum de vita clericorum. *Veſtes*, ait, *pullas æquè devita, ac candidas, ornatus, ut ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet.* Et ad *Marcellam de laudibus Aſellæ*, ad finem: *Neglecta mundities, & inculta veſtis, cultus ipſe ſine cultu.* Compertũ eſt enim cultum mediocrem ad dignitatem quandam, authoritatemq; comparandam, non parum momenti afferre, ut docet Pontifex in *cap. Vt Apoſtolice, de privilegijs. lib.* 6. & ex authoribus Æthnicis multa de more ſuo congerit. *Tiraq. in l.* 3. *connubial. Gloſſa* 1. *part.* 3. *nu.* 51. & ſeqq. ubi *nu.* 54. noſtri Gratiani in præſenti meminit. Adde poſita ad *cap. Si quis virorum*, 15. *nu.* 1. ſupra, *diſt.* 30. *Palat. in repetitione Rubrica*, §. 11. *num.* 10. latè, & eleganter *Auguſtin. Barboſ. in tractatu de poteſtate Epiſcopi, part.* 1. *tit.* 2. *Gloſſa* 7. quem omnino conſule. 5

CAP. Quisquis. I.

SVMMARIVM.

1 *Mos Regionis ſequendus eſt.*
2 *Quod excommunicatus poteſt cum alijs communicare, & toleratur propter contractum celebratum ante excommunicationem.*
3 *Quod in dubijs debet præſumi pro eo, quod minus nocet, & quod actus magis valeat, quàm pereat.*

1 IN textu, ibi, Cũ quibus vivit. Vnde *D. Hieronym. in epiſtola ad Heliodorum*, laudat Nepotianum, quod in cultu, provinciæ morem ſequeretur, nam in cultu, & moribus, cuiuscunq; regionis uſus debet maximè obſervari, ut ex noſtro textu latè comprobat *Tiraquel. in l. 3. connubial. part. 3. Gloſſa 1. nu.* 57. Quando forenſes, & peregrini teneantur ſervare leges locorum in quibus commorantur, vide poſita ad *cap. 2. nu. 2.* & ſeqq. ſupra, *diſt. 8.* & ad *cap. Illa autem*, 11. ſupra, *diſt. 12. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 18. nu. 4.* verſ. *Tertiò ex eodem*, ubi noſtri textus meminit.

2 In Gloſſa, verbo, Vivit, verſ. Et eſt argumentum. Gloſſa ſimilis in *cap. Si verè, de ſentent. excommunicat.* verbo, *excommunicatorum*, de hoc vide *Abb.* qui affirmativè reſolvit, in *cap. Si verè, nu. 2. de ſentent. excommunicat. Covar. in cap. Alma mater, 1. part. §. 1. nu. 8.* in fine, *Suar. de cenſur. diſp. 15. ſect. 8. nu. 6.* Et an ſi poſt excommunicationem contrahatur, contractus ſint validi? Vide eundem *Suar.* citato loco, *nu. 7. Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 11. num. 3.* ubi reſolvit excommunicatum ſi contrahit peccacare, contractum autem eſſe validum. *Ægydius de Sacrament. diſp. 14. dub. 12. nu. 118. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 36.* verſ. *Ad ſextum.*

3 In Gloſſa, verbo, Flagitia, ibi, In meliorem partem. Poteſt exemplificari cum *Bart. in l. Si librarius, n. 7. ff. regul. iuris. Iaſon. in l. 1. nu. 27. C. ſervis fugit. Felin. in cap. In præſentia, nu. 18.* & in *cap. Quoniam contra, nu. 31. de probation.* facit *text. in l. Merito, ff. pro ſocio*, & in *cap. 2. de reg. iuris. Oldrad. conſ. 53. nu. 8. Leſius de iuſt. lib. 2. cap. 29. dub. 4.* Vbi latè, an dubia in meliorem partem ſint interpretanda? Vide etiam *Alex. conſ. 127. nu. 13.* & *conſ. 128. nu. 4.* & *conſ. 129. nu. 2. lib. 4. Menoch. lib. 1. præſumpt. 13. nu. 5.* & *lib. 3. præſumpt. 52. num. 5.* & *lib. 6. præſumpt. 4.* ubi per quinq; ampliationes, & decem limitationes, oſtendit quando debet ſumi præſumptio, ut actus potius valeat, quàm pereat.

CAP. Delitiæ. II.

SVMMARIVM.

1 *Divus Thomas de materia noſtri textus agit.*
2 *Dictio*, absq; *quid importet?*
3 *Quid ſit ieiunium, & an qui cibis utitur magna aviditate, ieiunij ſervet?*

1 IN textu. De cuius materia vide *D. Thomam 2. 2. quæſt. 148. art. 4.*

2 In textu, ibi, Absq; Dictio adverbialis, de qua vide *Oldrad. conſ. 46. conſuevit. nu.* 10. *Tuſch. tom. 1. concluſ. 238. nu. 6.*

3 In textu, ibi, Impediunt profectum abſtinentiæ. Diffinito ieiunio, quod ſit abſtinentia ab his, quæ guſtu percipiuntur, ſecundum *Tolet. in ſumma, lib. 6. cap. 1. num. 1.* Dicendum eſt contra Præpoſitum hic, quod ieiunium obſervatur, quanvis quis magno deſiderio, & affectu cibum in magna quantitate comedat; nam de ſubſtantia ieiunij ſolum eſt, quod obſervetur abſtinentia ciborum certi generis, & abſtinentia plurium refectionum *Coned. ad Decretum collect. 53. num. 1.* certa refectionis hora, quibus requiſitis ſi ſatisfiat, datur verum ieiunium. *Leſ. de iuſt. & iure, lib. 4. cap. 2. dub. 2. nu. 8.* vide etiam *Covar. variat. reſolut. lib. 4. cap. 26. num. 11.* & ſeqq. *Frater Emmanuel. in ſumma, cap. 23.* in principio. *Tolet.* ubi ſupra, *cap. 2. nu. 6.* ubi reſolvit, quod ſi quis excedit modum in quantitate prandij, peccet contra ſobrietatem, non tamen ſolvit ieiunium.

CAP. Non cogantur. III.

SVMMARIVM.

1 *Divites non debent cogi pauperum cibis veſci.*
2 *Quis excuſetur à ieiunio? & nu. 3.*
4 *An ſit aliquãdo ſub præcepto dare eleemoſinam pauperibus?*

nobiles

5 *Nobiles in pœnis corporalibus, mitius puniuntur,*

6 *Quod pœnæ poſſunt commutari.*

1 IN textu. Collige divites non debere cogi pauperum cibis veſci, ſed poſſe uti cibis pretioſis, & dare pauperibus viles, quia non qualitas cibi, ſed ſumentis affectus conſideratur; de quo plura ex noſtro textu deducit *Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 26. nu.* 122. & ſeqq. optimè *Tiraquel. de nobilitate, cap.* 20. *nu.* 142.

2 In textu, ibi, Infirmitatis ſuæ. Cauſæ quæ poſſunt excuſare à ieiunio, ad tres reducuntur; impotentiæ, laboris, & pietatis, ut concludit *Leſius de iuſt. lib.* 4. *cap.* 2. *lib.* 6. *nu.* 39. vel ad quatuor cũ *Fratre Emmanuel. in ſumm. cap.* 24. *Tolet. in ſumma, lib.* 6. *cap.* 4. *Ledeſm. in ſumma, tractat. de abſtinentia, cap.* 2. *dub.* 3. verſ. *à eſta difficultad.* fol. mihi 654. In cauſa impotentiæ includuntur infirmi, de quibus in hoc textu, circa quos tria poſſunt conſiderari. Primum, quod ſit neceſſarium ad hoc, ut excuſentur à ieiunio. Secundum, an dato caſu, quod excuſentur à ieiunio, poſſint comedere carnem? Tertium, an caſu quo eis concedatur, quod poſſint comedere carnem, poſſint cœnare carnem? In primò caſu, dicendũ eſt, poſſe ſufficere medicorum iudicium iuxta ea, quæ *Leſius*, citato loco, *nu.* 40. vel melius cum *Tolet. in ſumma, lib.* 6. *cap.* 4. *nu.* 9. neceſſarium eſt, ut accedat ſuperioris, ſeu prælati declaratio, quando datur dubium, an cauſa excuſet, an non? In ſecundò, dicendum eſt, quod cum ieiunium contineat abſtinẽtiam à certis cibis, & à ſecunda refectione, non ideo eximitur ab abſtinentia à certis cibis, quanvis aliquis eximatur propter aliquam cauſam à ſecunda refectione, & ſic non poſſunt comedere carnem, niſi ij, quibus ſic conceſſum eſt propter aliquam infirmitatem, *Leſius*, citato loco, *nu.* 45. *Tolet. lib.* 6. *cap.* 3. *nu.* 4.

3 In tertiò caſu diſtinguendum eſt, aut licentia comedendi carnem, fuit alicui conceſſa propter debilitatem; aut propter nocumentũ, quod ſcilicet à piſcibus abhorreat, vel putetur nocere temperamento: ſi propter prædictum, non poteſt cœnare, ſecus ſi propter debilitatem. *Leſius*, proximè citatus, *in finalibus verbis. Frater Emmanuel in ſumma, cap.* 24. *nu.* 10. quanvis *Tolet.* citato loco, teneat contrarium, & in *cap.* 2. *nu.* 2. in fine. *Petrus Ledeſma in ſumma, in tractat. de abſtinentia, cap.* 2. *dub.* 1. fol. mihi 649. & *dub* 4. verſ. *La quarta difficultad.* fol. mihi 656. Dubitatio tota eſt in quarto caſu, ſi aliquis voluerit ſequi opinionem illorum, qui abſolutè tenent, quod quibus conceditur, quod poſſint comedere carnem, poſſint cœnare. (Quæ opinio eſt probabilis, propter authoritatem doctorum eam tenentium, *Tolet.* loco citato, *Caietan.* & *Navarr.* quos citat *Leſius d. nu.* 45. quinimò communis ex *Ledeſma*, proximè citato) quo caſu cum nullibi inveniam apud doctores caſum in ſpecie, auderem diſtinguere, eomodo, quo ſupra citati DD. in tertiò caſu, ſcilicet, quod ſi alicui conceditur licentia ad reficiendas vires fractas propter infirmitatem, vel aliam cauſam, poſſit carnem cœnare, ſi verò ſolum propterea, quod timet nocumentum ſtomachi ſi piſcibus veſcatur, ideoq; nõ poteſt uti piſcibus, nec alijs ſimilibus cibis, tunc cõtrarium dicerem. Videtur tamen, quod uſus contrarium tenuit, ut patet. Adverte inſuper, quod qui tenet licentiam comedendi carnem, poteſt aliquando ſuinam, ſeu porcinam comedere, affirmat *Frater Emmanuel in additionibus ad Bullam Cruciatæ, §. 6. nu.* 4. fol. mihi 453.

In textu, ibi, Dent pauperibus. 4 Supponendo, quod eleemoſyna, aut eſt corporalis, aut ſpiritualis, iuxta ea, quæ notavi in *tractat. de confeſſar. ſolicitant. quæſt.* 18. *nu.* 2. Dic quod in caſu extremæ neceſſitatis, non eſt dubium, quod ex ſuperfluo ſub peccato ſit unuſquiſq; obligatus eleemoſynam dare indigenti; de quo vide *Cened. ad Decretal. collectan.* 27. *nu.* 1. *Navarr. in Manual. cap.* 24. *nu.* 5. *Fratrem Emmanuel. in ſumma, cap.* 197. per totum. *Tolet. lib.* 8. *cap.* 34. *nu.* 1. & per totum *lib.* 1. *Petrum Ledeſm.* 2. *tom. in tract.* 4. *de miſericordia, cap.* 3. *concluſ.* 10. cum ſequentibus, & præcedentibus, ubi latè; & vide, quæ infra *diſtinct.* 42. *cap. Quieſcamus*, 2. verbo, *poſtulat.* & *diſtinct.* 45. *cap. Tria ſunt*, 12. & quomodo eccleſiaſtici teneantur eleemoſynam dare, docet *Frater Emmanuel.* ubi proximè, *cap.* 198. & an poſſint cogi dare eleemoſynam, *Leſius de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 12. *num.* 75. Quod verò etiam ſub mortali teneatur quis de ſuperfluis erogare eleemoſynam graviter egenti, ſentiunt communiter doctores, præſertim *D. Thom. in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. *art.* 1. *Quodlibeto* 3. *D. Antonin. Rich. Sylv. Armil. Tabiena.* & *Medin.* quos refer, & ſequitur *Tolet. in ſumma, lib.* 7. *cap.* 35. *nu.* 1.

In Gloſſa 1. Docet Gloſſa nobilium, & ignobiliũ pœnas non eſſe æquales, cum nobiles in pœnis corporalibus mitius puniantur. At in pecuniarijs, cæteris quidem paribus, magis debent puniri, *l. Properandum, §. Sin autem utriuſq;*, & ibi *Bart. C. de iudicijs, cap.* 1. *cap. Si quis vero auſu, titulo de pace iurament.* Eleganter *Tiraquel. de nobilitat. cap.* 20. *nu.* 125. qui noſtræ Gloſſæ meminit; & eſt ratio, quia licet pœna corporalis etiam minima, gravior ſit pœna pecuniaria, etiam maxima, non tamen procedit in ignobili, cui infa- 5

mia

mia quantuncũq; maxima, modica eſt, ut probat *l. 2. C. ut intra certum tempus*, ponderat *Tiraquel.* ubi proxime, *nnn. 127.* Adde poſita ad *cap. Non loca, 4. nn. 2.* & ad *cap. Homo, 5. num. 11.* & ſeqq. ſupra, *diſt. 40.*

6 In Gloſſa, verbo, Conſuetudinem, ibi, Argumentum eſt. Quod pœna poſſit commutari per iudices, & ſuperiores, vide *Abb. in cap. 1. nn. 6. de vota*, & in *cap. Licet. nn. 3.* & in *cap. Deus, nn. 4. de pœnitent. & remiſſion.* & in *cap. In Archiepiſcopatu, nn. 5. de raptoribus*, & in *cap. De cauſis, nn. 16. de officio delegat.* & in *cap. Reprehenſibilis, num. 8. de appellat.* Vide etiam *Turrecrem. in cap. Omnis, qui iudicat, diſt. 45.* qui dicit hoc procedere in his, quæ arbitrio iudicis relinquuntur; vide etiam *Gutierr. lib. 4. practicar. q. 46.* ubi *à nn. 12.* remiſſivè agit de cauſis, quæ poſſunt movere iudices ad tales commutationes. *Felin. in cap. Qualiter, & quando, §. Ad corrigendos, nn. 29. de accuſat.* reſolvit, an iudex poſſit alterare pœnam poſitam in ſententia; & *nn. 30.* An epiſcopus poſſit in ſententia ſibi reſervare poteſtatem minuendi pœnam ſuo arbitrio; & *nu. 37.* notat ſeptem cauſas ad commutandas pœnas. Primam propter magnitudinem delicti. Secundam propter cõſuetudinem. Tertiam quando proceditur ex præſumptione. Quartam, quando proceditur ſolum per famam. Quintam, propter paupertatem condemnati. Sextam, quando quis aliquem occidit defendendo ſe, ſed excedit modum. Septimam, ratione vitandi ſcandalum; vide etiam *Bart. in l. Quid ergo, §. Pœna gravior, nn. 1.* & ſeqq. *de ijs, qui notantur infamia. Farinac. 3. tom. q. 88.* & ſeqq. ubi latiſſime agit de pœnis temperandis; vide etiam *Luc. de Peña in l. 1. C. de ſenator. lib. 12.* verbo, *diſſulerit, col. 8.* ubi enumerat aliquos caſus, in quibus quis excuſatur à pœna mortis, quando impoſita eſt; *Felin. in cap. Quærenti, de offic. deleg. nu. 6. Iaſon. l. Deliberibus, nu. 15. ff. re iudicat.* & an pœnitentiam impoſitam à Romano Pontifice, poſſit Epiſcopus, vel parochus mutare ex cauſa, *Cened. ad Decretum, collect. 40. nu. 1.*

CAP. Quod dicit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit hora comedendi in diebus ieiunij, & an illam non ſervando, ſolvatur ieiunium?*

2 *Quod Epiſcopus, & eius viſitatores viſitando Eccleſias pauperes, debent ſe habere moderatè in expenſis, in illis faciendis.*

IN textu, ibi, Si id in tempore. 1
Quod de ſubſtantia ieiunij ſit hora comedendi, vide cum *Caietan. in ſumma*, verbo, *ieiunium*, in principio. *Leſium de inſtit. lib. 4. cap. 3. dub. 2. nu. 8. & 13. Tolet. in ſumma, lib. 6. cap. 2. nu. 5.* ubi reſolvit, quod communiter tolet comedi per unam, aut duas horas ante meridiem, & quod attendatur ſemper conſuetudo loci, & vide eundem ibidem ubi *additio*, verbo, *& prandium differunt*, quo loco reſolvit probabiliter, quod poteſt quis mutare horam prãdij ſumendo cœnaculum circa meridiem, & prandium ſub noctem, ſed contrarium verius reputat *Bertach. de Epiſcop. 1. p. lib. 4. §. De vita Epiſcopi, nn. 10.* & *§. De cauſa mater. Epiſcopi, nu. 74.* concludit, qua hora debeant comedere prælati extra dies ieiunij. 1

In Gloſſa ultima, ibi, Sic faciunt Epiſcopi. Debent igitur epiſcopi & eorum viſitatores, cũ Eccleſijs pauperibus mitius agere, de quo vide *Abb. in cap. Cum Apoſtolus, de cenſibus. Mariana Socin. in tractat. de viſitat. nn. 40.* & *nu. 38.* per totum. *Manth. Soar. in praxi viſitator. cap. 8.* ubi *à nu. 5.* cum ſequentibus, & præcedentibus de materia, 2

CAP. Parſimoniam. V.

SVMMARIVM.

1 *Temperantia ciborum, & veſtium laudatur.*

2 *Per verbum*, non recipitur, *quis cenſetur excluſus.*

3 *Quod congregationes factæ pro communi utilitate, & ad opus pium ſunt approbatæ à iure, & an poſſint fieri in Eccleſia?*

IN textu. Collige ex illo, temperantiam ciborum, & veſtium, non diſſolutionem laudari eorum. Vnde *Quintilianus in prologo. lib. 8. orat. inſtit. Cultus*, inquit, *conceſſus, atq; magnificus addit hominibus authoritatem. At muliebris, & luxurioſus non corpus exornat, ſed detegit mentem*; refert *Tiraquel. l. 3. connubial. Gloſſa 1. part. 3. nu. 52.* & *54.* ubi noſtri textus meminit. Adde poſita ad principium *diſtinct. 41. num. 3.* & *5.* 1

Ibi,

2 Ibi, Recipimus. Notat in præſenti *Domin.* in tertio notabili ad hoc, quod per hæc verba, *non recipio, vel non admitto*, quis cenſetur excluſus, de quo vide *Rochum de iure patronatus*, verbo, *honorificum*, q. 46. nu. 78. ubi firmat, quod ſi iudex dicat, *non admitto exceptiones*, videtur eas reijcere.

3 In textu, ibi, Congregationem in Eccleſia. Vide *Prepoſitum*, hîc, nu. 3. *Bart. in l. Sodales*, num. 6. & ſequentibus, C. *Colleg. illicit.* ubi reſolvens, an ſit neceſſaria licentia Summi Pontificis ad inſtituenda collegia, & prædictas congregationes, diſtinguit, quod quando inſtituuntur, ut perſonæ habitantes in eis efficiantur eccleſiaſticæ, eſt neceſſaria licentia Summi Pontificis, quando vero perſonæ remanent ſæculares, quanvis tale collegium, aut congregationes ſint factæ cauſa religionis, ſunt approbatæ de iure, & non eſt neceſſaria authoritas Summi Pontificis. Vide etiam *Felin. in cap. Accedentes, de præſcript.* ubi declarat, quæ ſint collegia licita, & quæ fraternitates, ſeu conſortia faciant collegia licita. *Decian. in tractat. criminu. lib. 7. cap* 20. nu. 1. & ſequentibus. *Paulus Fuſcus de viſitat. lib. 1. cap. 28. num. 7.* reſolvit, an poſſint congregationes fieri in Eccleſia, & *lib. 2. cap.* 14. per totum. *Navarr. de orat. cap. 5. nu.* 31. & ſeqq.

CAP. Sæpe. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quod vitia, aliquando ſimulantur ſub nomine, & apparentia virtutum.*

1 IN textu, ibi, Mentiuntur. Collige ex textu, quod ſub ſpecie boni, quandoq; committitur malum, ut ex noſtro textu proſequitur *Abb. in cap. Sicut, 2. de hæreti. Stimul. paſtor. ex paſtorali. D. Gregor.* verſ. *Valde attendere.* fol. mihi 8. *Leſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 18. dub. 17. nu.* 132. ubi invenies, an qui ſimulat ſanctitatem, vel paupertatem, & ea ratione eleemoſynam recipit, teneatur reſtituere? De quo vide *Leſium de iuſtit. lib. 2. cap. 18. nu.* 132. & 133. *Vaſquez. de eleemoſyna, cap. 3. dub. ultimo. Turrianum* 2. 2. *diſp.* 85. *d.* 2. *Lorcam*, ibi, *diſp.* 37. *nu.* 4. *Navarr. cap.* 17. *num.* 107. *Scotum in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. *art.* 3. *Adrian. in* 4. *tract. de reſtit. q.* 5. & alios apud *Leſium* citatum. Cum quibus ita reſpondeo. Si illa fictio fuit cauſa finalis principalis eleemoſynæ, ita ut illa nobilitas, vel ſanctitas, vel paupertas ficta, ſit principalis cauſa obtinendi eleemoſynam maiorem, quàm obtineret ni ſe talem fingeret, tenebitur fictus pauper ad reſtituendum illius eleemoſynæ excellum, quem reportavit ex fictione. Si tamen ſimulatio non fuit cauſa principalis, ſed ſolum impulſiva ad illam eleemoſynam dandam ob paupertatem, non quidem tenebitur ad reſtitutionem. Conſulatur *Frater Emmanuel in ſumma, tom. 1. cap.* 200. *nu.* 1. *Stimul. paſtoral. 2. part. de moribus prælator.* folio mihi 75. ubi de differentia inter illum, qui quærit veraciter ſanctitatem, & illum, qui quærit apparentiam.

CAP. Epiſcopus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi debent habere modicam ſupellectilem.*

2 *Vbi debent epiſcopi habere habitationem in ſuis Eccleſijs.*

3 *An epiſcopi poſſint hodie habere magnas poſſeſſiones? & num.* 4.

1 IN textu. Collige ex textu; epiſcopum debere pauperem ſupellectilem habere, menſamque, ac victum ſimplicem. Sic Beatus *Clemens lib. 2. cap. 28. de conſtitut. Apoſtol.* ait. *Quod epiſcopi debent eſſe non inanes ſumptus facientes, nec delicati, non ſumptuoſi, ſed expetentes neceſſaria ad reſervandam naturam.* pro ut illum refert *Navarr. de redditibus eccleſiaſticis, q.* 1. *monitu* 22. *nu.* 1. ubi, ait, noſtrum textum eſſe revocatum in *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap.* 1. *de reformat.*

2 In textu, ibi, Non longè ab Eccleſia. *Prepoſitus in cap. Neceſſaria*, 12. *q.* 1. *num.* 1. inquit, quod de honeſtate, & utilitate convenit, quod epiſcopi habeãt hoſpitium ſuum prope Eccleſiam, & ſic quod non ad illud tenentur, & in hoc textu *num.* 4. idem *Prepoſitus*, cum eodem textu concludit, non longe ab Eccleſia habere habitationem, idem eſſe, quod intra limites dignitatis Eccleſiæ eam habere, quod tenent *Innocent.* & *Archid.* quos citat.

3 In Gloſſa 1. ibi, Quia modo habent amplas poſſeſſiones. De duobus poteſt hîc dubitari: Primò, an

Epiſcopi habeant dominium in rebus temporalibus, hoc eſt acquiſitis à parentibus, vel maioribus ſuis, vel aliter hoc modo? Secundo. An habeant dominium in redditibus eccleſiaſticis applicatis menſæ epiſcopali? In primò caſu, non eſt dubium, quod poſſint habere proprium, & quod habeant dominium rerum temporalium. *Petr. Ledeſm. in ſumma, 2. part. in tractat. de ſtatu Epiſcopi, concluſ. 17.* fol. mihi 35. In ſecundò caſu, ultra ea, quæ notavi in *cap. 1.* verbo, *Cum hæreditate*, ſupra, *diſtinct. 40.* vide *Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 4. dub. 6.* per totum. *Petrus Ledeſm.* citato loco, *concluſ. 24. dub. 1.* ubi luſé ſe extendit; & in verſ. *Digo à lo tercero*, cũ præcedentibus, & ſequentibus, fol. mihi 42. reſolvit, quod habent dominium, cum declarationibus tamen de quibus ibi, & etiam concludit verſ. *A' la raſon de dudar*, cum ſequenti, fol. mihi 43.

4 Non eſt enim contra iuſtitiam, quod eccleſiaſtici poſſint donare propinquis, & amicis, & idem de epiſcopis, quanvis aliquando poſſint peccare, ſi ijs male utantur, & ita hic textus, & ſimiles loquuntur de conſilio, & non de præcepto, ex ijs, quæ *Prapoſitus*, hic, & in *cap. Dilectiſſimis, 12. quæſt. 1. num. 4.* ad medium, quinimò ut ipſe reſolvit in *cap. 1. nu. 2. eâdem cauſa, & quæſtione*, convenit, quod eccleſiaſtici habeant proprium, quatuor de cauſis. Prima ad ſuſtentationem vitæ. Secunda ad eleemoſynarum largitionem. Tertia ad declinandam ſimulationis, vel hypocriſis neceſſitatem. Quarta propter infirmitatem, eoquòd quanvis non habere proprium ſit perfectionis, non eſt neceſſitatis. Illud enim ſolum locum habuit in primo ſtatu primitivæ Eccleſiæ, à tempore verò Sylveſtri, qui fuit ſecundus ſtatus Eccleſiæ, contrarium eſt in uſu, & practicatur.

CAP. Clericos. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quod clerici in omnibus debent oſtendere ſtatum, quem profitentur.*
2 *Clerici non debent arma portare.*
2 *An clericus arma portans, poſſit per laicos capi, & armis ſpoliari?*

1 IN textu, ibi, Profeſſionẽ ſuam. Vltra ea, quæ notavi in ſumma huius diſtinctionis in textu ibi; *Habitu*; adde quæ *Speculator in tit. de advocatis, §. Sequitur, num. 2.* faciunt enim ad propoſitum, & vide *D. Bernard. ſup. Cantica, ſerm. 33.* exclamantem contra clericos, qui obligationi ſui ſtatus, non ſatisfaciunt, ubi hæc verba profert, *Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, qui honorem Domino non deferũt, inde is quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, in ſellis, in calcaribus; plus calcaria, quàm altaria fulgent: inde menſa ſplendida ſcyphis, & cibis, inde comeſſationes, & ebrietates, &c.* Vide etiam *D. Hieronym. ſuper epiſtolam ad Timoth.* & eundem *Bernard. lib. 3. conſiderat. ad Eugen.*

Quòd autem ſit contra profeſſionem cle- 2
ricorum, portare arma, notatur in ſumma, & in *cap. 1. 23. quæſt. 8. Abb. in cap. Clerici, num. 1. de vita, & honeſtat. clericorum. Mariha de iuriſdictione, 4. part, caſu 7. num. 1. Decian. tractat. criminal. lib. 8. cap. 3. num. 23.* Arma enim clericorum ſunt lacrymæ, & orationes *dict. cap. 1.* & in tantum eſt verum, quod eis prohibeatur portare arma: quod ſi ter admoniti non deſiſtant, amittunt privilegium fori; ita concludit *Molin. de iuſtit. tom. 4. diſput. 54. num. 4.* & caſus in quibus ea portare poſſint, vide cum *Socin. in ſuis fallentijs*, verbo, *arma, num. 48.* Et quod quando clerici portant arma prohibita, per principes ſæculares poſſint capi, & eorum iudicibus eccleſiaſticis conſignare, & arma auferre, & lucri facere ſine aliquo timore excommunicationis: quia talia edicta ligant clericos, tenet *Cabal. reſolut. criminal. caſu 9. num. 13. cent. 1.* & ſeqq. citans *Covarr. lib. 2. variar. cap. 20. num. 28.* & *practicat. quæſt. 37. nu. 7.* ubi agunt de pœnis, in quibus ſunt condemnandi, & per quos iudices; *Bovadilla in politica, tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 66.* & ſequentibus. *Peguera deciſ. 56. num. 11. & 17.* expreſſit *Ordinatio noſtra Luſitana, lib. 2. tit. 1. §. 26.* ubi diſponit clericum arma deferentem poſſe à iudice laico ſpoliari, puniri tamen non poſſe pœna pecuniaria, aut alia quacumq;

Sed *Patet Vaſquez 1. 2. tom. 2. diſp. 167. cap.* 3
4. nu. 31. fatetur hoc diſcrimen inter amiſſionem armorum, & pœnam pecuniariam non percipere, cum utraq; vera ſit pœna, & per Principes ſæculares non poſſit illa pœna clericis imponi. Vnde exiſtimat poſſe iudicem ſæcularem auferre arma clericis, qui contra legem civilem ea deferant, ita tamen ut illa reſtituant, & clericus pro crimine à ſuo iudice eccleſiaſtico puniatur: niſi etiam lex non tãtum prohiberet tali hora deferre arma, ſed tale genus armorum etiam domi retineri; tũc enim cum tale genus armorum tanquam Reipublicæ pernicioſum prohibitum eſſet, rectè poſſet iudex laicus clerico illud auferre. Imò,

quod

quod clericus arma prohibita portans, non poſſit per laicum illis ſpoliari, defendit *Marth. de iuriſdict. caſu 7. nu. 7.* & vide *Cened. ad Decretal. collectan. 7. nu. 1.* ubi invenies, quid veniat appellatione armorum. *Gutierr. lib. 4. practic. q. 26. Cabal.* citato loco, *caſu 73.* Et an milites Hieroſolomytani, & familiares epiſcoporum poſſint talia arma portare prohibita, *Cened.* citato loco.

DISTINCTIO. XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Quod omnis ſacerdos debet eſſe hoſpitalis.*

2 *An eccleſiaſtici teneantur in opera pia convertere omnia, quæ eis ſuperſunt, deductis neceſſarijs ad ſuſtentatio nem ſtatus?*

IN SVMMA.

IN textu, ibi, Hoſpitalem verò Sacerdotem. *Turrecremat.* hîc *nu. 5.* oſtendit ſeptem rationibus teneri unûquemq; eſſe hoſpitalem. Prima, quia *menſa hoſpitalis, res ſacra eſt*, inquit ille. Secunda, quia hoſpitalitas diſponit, & parat ad ſuſceptionem divinæ gratiæ. Tertia, quia bona temporalia multiplicat. Quarta, quia à malo temporali ſervat. Quinta, quia meretur Angelos recipere. Sexta, quia Deum meretur recipere. At *Paulus Puſius in tractat. de viſitatione, 2. p. cap. 13. nu. 1.* multa de hoſpitalitate congerit, ubi *nu. 4.* noſtri textus meminit, inquiès, quod clerici debent ſequi Chriſtum, exercendo opera hoſpitalitatis, qui fuit hoſpes activè, & paſſivè; & *nu. 5.* reſolvit, quod Epiſcopus poteſt excommunicare clericos non ſervantes hoſpitalitatem, & per totum caput latiſſimè agit de hoſpitibus, qui recipiendi ſunt in hoſpitalibus, & reſolvit multas alias quæſtiones ad hoſpitalitatem, & hoſpitalia pertinentes; vide etiam *Cened. ad Decretal. collectan. 118. nu. 1. & Menoch. de arbitrar. caſu 182. nu. 43. Spinum de teſtament. Gloſſa 6. principali, nu. 8. Laram in l. Si quis à liberis, §. Et ſi impubes, nu. 37.* ubi an poſſit quis compelli ad hoſpitalitatem.

2 Ibi, Alienam rapere convincitur. Sequitur ergo, quod eccleſiaſtici tenentur in opus pium convertere omnia, quæ eis ſuperſunt deductis neceſſarijs ad ſuſtentationem, aliàs faciunt contrà iuſtitiam. De hoc vide, quæ notavi in *cap. Epiſcopus, 7. in Gloſſa*, verbo, *quia modo*, ubi ex ijs, quæ reſolvimus ibi, *diſtinct. 41.* ſcilicet, quod eccleſiaſtici habent dominium fructuum, & redditũ eccleſiaſticorum, ſequitur, quod non tenentur de iuſtitia, nec etiam in caſu neceſſitatis, niſi tantum de charitate, & miſericordia; vide *Petrum Ledeſm. in 2. part. ſummæ, tractat. 4. de miſericordia, concluſ. 10. & 11. Covar. lib. 3. variar. cap. 14. nu. 5. Leſſium de iuſtit. lib. 2. cap. 4. dub. 6. nu. 48.* eundem *Ledeſm. in tractat. de ſtatu Epiſcopi, concluſ. 19.* verſ. *Lo tercero*, fol. mihi 73. *Tolet. in ſumma, lib. 8. cap. 37. nu. 2.* & *cap. 35. nu. 3.* vide etiam, quæ notavi in *cap. 1.* verbo, *cum hæreditate, diſt. 40.*

CAP. Si quis. I.

SVMMARIVM.

1 *An poſſint congregationes, & confraternitates facere ſtatuta, quod ſemel, vel bis in anno conveniant?*

2 *An poſſint ſtatuere, quod nullus recipiatur, niſi certum quid ſolvat?*

3 *In quo differat anathema ab excommunicatione?*

IN textu, ibi, Convocãt fratres. 1
Vltra ea, quæ notavi in *cap. Parſimoniam, 5.* verbo, *congregationem*, ſupra, *diſt. 41.* Dic cum *Præpoſito*, & *Turrecremat.* hîc, & *Bart. in l. final. nu. 20. ff. collegijs illicitis*; quod confraternitates poſſunt illa ſtatuta facere, quæ neceſſaria ſunt ad ſui conſervationem, & gubernationem, dummodò non ſint præiudicialia alicui. An res confraternitatum dicantur prophanæ, & non eccleſiaſticæ, & poſſint vendi ſine ſolemnitate bonorum, in quibus Eccleſia habet dominium, vide *Rebuffum in compendio alienat. rerum Eccleſ. nu. 58.*

An valeat ſtatutum, quod nullus recipiatur, niſi certum quid ſolvat? Dicendum eſt 2
tale ſtatutum eſſe reprobatum, tanquam ſimoniæ nutritium, ut concludit *Turrecrem.* hîc *nu. 2.* & *Præpoſit. nu. 4.* diſtinguit tamen ipſe Præpoſitus, quando ſtatutum imponit collectam in receptione alicuius ad confraternitatem, & quando imponit collectam poſt eius receptionem, ut primo caſu non valeat, valeat vero in ſecundo. Sed hoc non videtur verum ex ijs, quæ *Abb. in cap. Iacobus, nu. 3. de ſimonia, Felin. in*

cap. Cum M. nu. 21. de conſtitution. Idem *Prepoſit. in cap. Ex multis, 1. q. 3.* ubi *num. 3.* citans *Abb.* inquit, quod ſtante ſtatuto, quod noviter receptus in canonicum teneatur ſolvere, quid certum Eccleſiæ, quod ſi ille canonicus in ingreſſu illud offerat, ſine exactione non licitè recipitur, quia ex quo procedit taxatio per ſtatutum, non videtur ſponte oblatum, ſed invitatus à ſtatuto cum quo tranſit, & ita hæc ratio militat in noſtra quæſtione, & diſtinctio non poteſt habere locum.

3 In textu, ibi, Anathema ſit. Anathema vox eſt Hebraica, & propriè ſignificat quandam imprecationem, ſeu deteſtationem, vel maledictionem, ex qua maledictione fluxit in Eccleſia conſuetudo, quod quando aliquis excommunicatus, ita eſt contumax, quod non reſipiſcit, tunc aggravantur cenſuræ, quæ fiunt cum illis maledictionibus, & execrationibus, & talis reaggravatio dicitur anathema, non quod ſit diverſa, & diſtincta excõmunicatiõ ab excõmunicatione maiori, ſed ipſam excõmunicationem maiorem auget, illis maledictionibus, & ſolemnitatibus, quibus imponitur adverſus rebelles; differunt tamen in forma, quia prius imponitur excõmunicatio, deinde ſuccedit anathema. *Spino de teſtament. Gloſſa 11. rubrica, nu. 11. Coved. ad Decretum, collect. 24. nu. 4. Ægydius de Sacrament. diſp. 14. de excõmunicatione, dub. 2. nu. 4.* in fine. late *Suar. de cenſur. diſp. 8. ſect. 4. nu. 4.* & ſeqq. forma in anathemate eſt, quod duodecim ſacerdotes debẽt ipſum epiſcopũ circunſtare, & tenere candelas ardentes in manibus ſuis, & in fine anathematis debent eas proijcere in terram, pedibus conculcando, & tunc debet mitti per parochias epiſtola continens nomina excommunicatorum, & cauſam excõmunicationis. Et adverte cum *Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 5. nu. 2.* tale anathema non poſſe inferri niſi ab Epiſcopo, & propterea dicitur mucrõ epiſcopalis, *Abb. in cap. Cum non ab homine. nu. 23. de iudicijs.*

CAP. Quieſcamus. II.

SVMMARIVM.

1 *An dicens ſe ſacerdotem, teneatur id probare, & qualis probatio requiratur?*
2 *Pauper an poſſit compellere iudicem, ut faciat ſibi eleemoſynam?*
3 *An ſine diſtinctione debeat dari eleemoſyna omnibus pauperibus, & quomodo ſe debeat unuſquiſq; habere eã diſtribuendo? & nu. 4.*
5 *An quando ſumus in dubio quis ex duobus, vel tribus occidit hominem, reputentur omnes irregulares? & n. 6.*

IN textu. *Prepoſit.* hic *nu. 1.* tenet, quãdo quis ſe nominat, & dicit ſacerdotem, neceſſarium eſſe, ut probet ſe eſſe talem, & non ſtandum eſſe illius dicto, de hoc vide, quæ notat *Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. nu. 117. Maſcard. de probation. vol. 3. concluſ. 1254. nu. 1.* & qualis probatio requiratur, vide cum eodem *concluſ. 1145.* ubi reſolvit eſſe neceſſariam probationem per litteras teſtimoniales epiſcopi ipſius; ſed hoc cum ampliationibus, & limitationibus, de quibus ibi, & qualem pœnam incurrat, qui ſe gerit tanquam ſacerdos, ſeu clericus, cum non ſit clericus, vide *Cabal. reſolutionum criminal. caſu 176. nu. 3.* 1

Ibi, Pro nutrimento poſtulat. Per hunc textum tenet *Antonius Monach. deciſ. Bononienſ. 69. nu. 9.* Quod tempore ſterilitatis, poteſt pauper implorare officium iudicis ad compellendum divitem, ut faciat ſibi eleemoſynam, allegat *Rebuffum privilegio ſchol. 90. num. 10.* 2

In Gloſſa, verbo, poſtulat, ibi, Ergo indiſtinctè omnibus. Si eleemoſyna ita copioſa eſt, quod ſufficiat omnibus pauperibus, tunc non licet differentiam facere, ſed omnibus largienda eſt; quando verò eleemoſyna non poteſt omnibus ſubvenire, tunc in diſtributione poteſt quis inveſtigare, cui magis debeatur, & præferre unum alteri, ſed in hoc caſu præferendus eſt ſemper ille, quem debemus eligere ex maiori charitate. *Coved. ad Decretum, collect. 36. nu. 2. Tolet. in ſumma, lib. 8. cap. 36.* & *cap. 31. nu. 2.* ubi agit de conditionibus, quæ requiruntur in eis, quibus largienda eſt eleemoſyna, vide etiam *Navarr. in Manual. cap. 24. nu. 8.* ubi concludit, quam grata ſit Deo eleemoſyna, vide etiam, quæ notavi ſupra *diſt. 41. in cap. Non cogantur, 3.* verbo, *Dent pauperibus*, & infra, *diſt. 45. cap. Tria, 12.* 3

In eãdem Gloſſa, ibi, Parentes. Igitur potius conſanguineis eſt danda eleemoſyna, quàm extraneis, cum teneamur plus diligere conſanguineos, eisq; potius ſubvenire, quàm extraneis; ut docet *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9. Abb. in cap. 1. nu. 4. de cohabitat. clericor.* & in *cap. Vt ſuper, nu. 19. de rebus Eccleſiæ non alienand. Sylveſt.* verbo, *eleemoſyna, nu. 4. Afflictis deciſ. 299. nu. 10. Menoch. conſ. 321. nu. 3. Rojas de ſucceſſ. cap. 32. nu. 5. Mantica de coniectur. lib. 6. titulo 3. nu. 42.* 4

Paul.

Val. Faſc. de viſitatione, lib. 1. cap. 30. nu. 8. & 10. comprobat latè *Cened. in quæſtionib. practicis, q. 17. nu. 1.* qui noſtræ Gloſſæ meminit.

In Gloſſ. verbo, Sed quoniam, ibi, Qui ex duobus occiderit. 5

De hoc poteſt videri *Suar. de Religion. diſput. 45. ſect. 3. nu. 8. Cened. ad Decretum, collectan. 65. nu. 1. Pater Molin. de iuſtitia, tom. 4. tractat. 3. diſput. 33.* cum quibus reſolvo, omnes irregulares reputari in hoc dubio, quando tunc conſtat de facto, quanvis dubitetur de perſonâ interficiente, extra vero hunc caſum, an in dubio quis cenſendus ſit irregularis, vide *Sanches in ſumma, lib. 1. cap. 10. num. 37* & ſequentibus, ubi refert quinq; opiniones in hac quæſtione; ſed ego aſſentior opinioni dicentium, quod in dubio, ſive ſit iuris, ſive ſit facti, facta diligenti inquiſitione, & manente dubio, nemo cenſendus eſt irregularis, ut colligitur ex Gloſſa in præſenti, & ex rationibus, quas *Sanch.* præſtat prædicto loco, & *Suar. de cenſuris, diſput. 40. ſect. 6. num. 10. Aſſydius de Sacrament. diſput. 8. de irregularitate, dub. 2. nu. 16.* in fine, & ſequentibus. *Saa in aphoriſm.* verbo, *irregularitas, aphoriſm. 3. in prima impreſſione. Speculat. de diſpenſat. §. Iuxta, num. 31.* vide etiam, quæ *Sanch. lib. 2. de matrimonio, diſput. 41. nu. 32.* favent enim huic opinioni.

Sic aliàs, quando in rixa à pluribus commiſſa, reperitur quis unico tantum vulnere interfectus, ignoratur namq; quis ex rixantibus, illud intulerit, tunc enim propter hanc incertitudinem omnes abſolvuntur à pœna ordinariâ homicidij, & condemnantur aliqua pœna extraordinaria arbitrio iudicis. *Alberic. in l. Si in rixa, nu. 3. ff. ad legem Corneliam de ſicariis. Aunania in cap. Significaſti, in 2. nu. 24.* verſ. *Occurrit, de homicidio,* qui latè hanc opinionem comprobat, & ibidem *Bellamera num. 9. Felin. nu. 9.* dicit communem *Marſilius conſ. 24. nu. 4. & 9.* & *conſ. 36. nu. 43.* plures refert *Farinac. in praxi crimin. tom. 3. quæſt. 96. nu. 1.* qui noſtram Gloſſam recordatur. 6

CAP. Non oportet III.

SVMMARIVM.

1 *Agapem, & convivia, quæ pauperibus exhibentur, dilectio, & charitas appellantur.*

2 *An clerici poſſint renunciare privilegio? & num. 3.*

4 *Caſus in quibus iudex laicus poteſt cognoſcere de clericis.*

5 *Clerici, an poſſint prorogare iuriſdictionem clericorum?*

IN textu, ibi, Agapem. Vide *Alciatum lib. præmiſſorum 1.* in dictione, *Agapes. Covar. in cap. ult. num. 2. de teſtament.* ubi inquit, quod convivia chriſtianorum, quæ pauperibus exhibentur, *Agapem,* appellantur, quaſi *dilectio,* eo nempe, quod dilectionis, & charitatis cauſa fiant; qua dictione in hunc ſenſum utuntur *Tertullianus in Apologetico, cap. 39. D. Hieronym. tom. 1. epiſtolar. ad Euſtoch. de cuſtodia virginitatis.* Vnde contra charitatem faciunt, qui partes tollunt ex Agape, & domùm mittunt, ut inquit textus; ſic apud nos pleriſq; in locis viget mos, ut defunctorum hæredes ipſi plebi in funeribus, leve quoddam convivium exhibeant, quod vulgus, *charitatem,* appellat, advertit *Covar.* ubi proximè, quem latè videbis. 1

Ibi, Propter iniuriam ordini. 2

Quatenus textus loquitur de clerico faciente aliquid prohibitum ordini ſuo: poteſt ſumi argumentum, quod cum ex renunciatione privilegij fori ſequatur derogatio, & injuria honoris, & ſtatus eccleſiaſtici; clerici non poſſunt illud renunciare, de quo vide *Abb. in cap. Si diligenti, de foro competent. num. 1. Felin. nu. 17. Covar. in cap. Quanvis, 2. part.* in principio, *nu. 19. Barboſ. in l. Alia, 15. §. Eleganter, nu. 14. ff. ſolut. matrimon. Marth. de iuriſdict. 4. part. centur. 1. caſu 100. num. 1. & 5. & 2. part. cap. 6. num. 40.* cum ſequentibus. *Baiard. ad Iulium Clar. q. 36. nu. 10. Albertin. in cap. Quoniam, de hæreticis, lib. 6. q. 11. nu. 17. Caldas quæſtionum forenſ. quæſt. 15. nu. 19.* Et quod etiam cum iuramento non poſſint eccleſiaſtici tali privilegio renunciare, vide *Gutierr. de iuramento confirmat. 1. p. cap. 18. num. 50. Barboſ. in l. 1. p. 5. nu. 73. ff. ſolut. matrim.*

Clericus etiam primæ tonſuræ, non poteſt privilegio fori renunciare. *Ioan. Andr. in cap. Si diligenti, nu. 8. de foro compet.* & ibi *Butrius nu. 3.* quos ſequitur *Farinac. tom. 1. q. 8. nu. 14. Gomez tom. 3. cap. 10. nu. 3. Thom. Vallaſc. Allegat. 24. nu. 1.* qui alios refert, & *nu. 5. Alex. de Nevo in cap. 2. nu. 2. de foro compet. Decius conſ. 150. nu. 4.* Nec obſtat *Gloſſa in cap. Tua, de Apoſtatis,* in fine: nam debet intelligi, ut clericus in minoribus poſſit renunciare ordini clericali, dimittendo habitum, & tonſuram, vel exercendo negotia ſæcularia, & ita poteſt renunciare facto, non tamen verbo, ut ibi ſolvit *Ioann. Andr. Ananias nu. 13. Cœpola conſ. 11. nu. 16. Farinac. d. nu. 14.* ad quem ſenſum reducendus eſt *Riccius in præxi epiſcopali, deciſione 368.* 3

4 De caſibus autem, in quibus iudex laicus poteſt cognoſcere de clericis, vide *Gloſſã in cap. Principes*, 23. q. 5. *Marth. de iuriſdictione*, aliquos caſus refert. Primus eſt in clerico aſſaſſino. *Albertinus*, citatus, *num.* 90. duobus enim concurrentibus poteſt iudex ſæcularis de illo cognoſcere. Primò, ſi qualitas aſſaſſini ſit probata concludenter. Secundò, data declaratione iudicis eccleſiaſtici, quod delictum commiſſum fuit per aſſaſſinum, *Martha centur.* 2. *caſu* 129. *nu.* 9. & 16. Secundus caſus erit, quando clericus primæ tonſuræ non defert habitum, & ſe immiſcet enormitatibus, idem *Martha caſu* 130. *nu.* 9. Tertius ratione feudi, idem *Martha caſu* 102. *nu.* 16. & *caſu* 122. *nu.* 18. Quartus, quando pupillus clericus litigat de temporalibus coram iudice ſæculari; poterit enim ipſe iudex dare ei curatorem ad litem, idem *Martha caſu.* 38. *nu.* 2. Quintus caſus erit, quod iudex ſæcularis poterit cognoſcere per viam extraordinariæ cognitionis, idem *Marth.* loco proximè citato, *nu.* 6. de quo vide latè *Ceval. commun. quæſt.* 897. *à nu.* 102. ubi *num.* 157. Sextus caſus erit, quando iudex laicus prævenerit per capturã eccleſiaſticum; poterit enim tunc adhibere aliquam cauſæ cognitionem de clericatu ad ipſius inſtructionem, idem *Marth.* 2. *p. cap.* 31. *nu.* 7. faciunt quæ *Caldas forenſ. quæſtion. quæſt.* 25. *nu.* 19. cum quo poteris videre *q.* 51. alitũ caſum in quo iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de cauſa eccleſiaſtici, quando agitur de reconveniendo ipſum eccleſiaſticum in civilibus, non criminalibus, de hoc poteſt etiam videri *Abbas, Decius, & Felin. in cap. At ſi clerici, de iudic. Barb. in l. Si conſtante.* §. *final. num.* 28. cum ſequentibus, & præcedentibus, *ff. ſolut. matrimon.* ubi alium caſum ponit, quando eccleſiaſticus inſtituitur hæres à laico, & inſtantia fuit cæpta cum defuncto.

5 An autem eccleſiaſtici poſſint prorogare iuriſdictionem iudicum? vide *Abb. in cap. Significaſti, de foro competent. nu.* 1. ubi reſolvit, quod poteſt, novem requiſitis intervenientibus, ut colligitur *à num.* 6. & 17. Primò, quod eccleſiaſtici conſentiant. Secundò, quod non per errorem. Tertiò non per metũ. Quartò, quod ſit eccleſiaſtica perſona. Quintò, quod ſit alius iudex. Sextò, quod ſit ordinarius. Septimò, quod ſit de conſenſu epiſcopi. Octavò, quod re integra non pœniteat. Nonò, quod cauſa ſit talis, quæ talis iudicij prorogationem recipiat, vide etiam *Barboſ. l.* 1. *num.* 179. & 173. *à nu.* 3. *ff. de iudicijs*, ubi *à nu.* 212. ponit quatuor limitationes prædictæ regulæ, quòd iuriſdictio poteſt prorogari. Et an conſenſus partium, qui requiritur ad prorogationem, ſufficiat tacitus, an neceſſarius ſit expreſſus? *Barboſa*, citato loco, *nu.* 1. & an iudex prorogatus poſſit exequi ſententiam, quam dederit? Vide cum eodem *art.* 5. *nu.* 25.

CAP. Non oportet. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Baſilica?*
2 *Quod non licet convivia facere in Eccleſiâ, nec in ea dormire.*

IN textu, ibi, In Baſilicis. *Baſilius* 1
ſecundum, *Turrec.* hîc *nu.* 1. ſeu *baſileos*, ſecundum *Præpoſitum nu.* 2. latinè, Rex interpretatur, & ita *Baſilica* palatium Regis dicitur, & cum Eccleſia ſit domus, & palatium ſummi Regis æterni, ideo quælibet Eccleſia dicitur *Baſilica*; quanvis aliqui teneant, quod ſolum cathedrales Eccleſiæ dicantur baſilicæ, ſeu, quia Reges conſueverunt fundare, & dotare tales Eccleſias, ſeu quia, cum baſilica dicatur à, *baſeo*, quod idem eſt, quod fundo, baſilica dicatur. De baſilicis martyrum fit mentio in *Concilio Gangrenſi Canon.* 20. & in *Concilio Cabil. Canon. ultim.* & vide *Suar. tom.* 1. *de Sacrament. diſput.* 81. *ſect.* 1. §. *Dico ergò ſecundo*, in fine. *Durant. de ritibus Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 7. & *cap.* 26. *nu.* 8. Ad differentiam inter Baſilicam, & Oratorium, vide poſita ad *cap. ult. nu.* 1. infra, *hac eâdem diſtinctione.*

Ibi. Manducare, vel accubitus ſternere. 2
Non ſolum in hoc textu per Cõcilium Laodicenſe prohibentur hæc convivia in Eccleſia, ſed iam factum fuit à *D. Paulo* 1. *ad Corinth.* 11. *num.* 22. & per multa decreta eccleſiaſtica, ut conſtat ex *ſexta Synodo, Canon.* 74. & ex *Concil. Africano, cap.* 27. ex *Altiſiodorenſ. cap.* 2. ex *Carthaginenſ. cap.* 45. & aliis: nam contra reverentiam debitam loco ſacro eſt, quod ibi fiant convivia, & ibi hoſpitentur, aliqui dormiant, & faciant alias actiones humanas, quæ locum ſacrum minus decent, de hoc vide *Suar.* 1. *tom. de Sacram. diſp.* 81. *ſect.* 8. *art.* 3. verſ. *Secundò ex hoc principio*, ad medium, & quod de præcepto hoc non prohibeatur in hoc textu, ſed quod tantum contineat illud, quod ex decentia locus ex natura rei poſtulat, vide cum eodem *Suar. tom.* 1. *de Religione, lib.* 3. *de reverentia debita loco ſacro, cap.* 6. *num.* 7.

CAP.

CAP. Nulli. V.

SVMMARIVM.

1 *Quod in caſu neceſsitatis poſſunt epiſcopi, Eccleſiaſtici, & laici comedere in Eccleſia, nō verò extra caſum neceſsitatis.*
2 *An hoc omnibus ſit de præcepto?*
3 *An appellatione clericorum comprehendatur populus civitatis, vel loci & è converſo?*

1 IN textu, ibi: Neceſsitate illic reficiantur. *Præpoſit. & Turrecrem.* hic dubitant, an caſus neceſſitatis intelligatur ſolum de expreſſo in hoc textu, ſed concludunt, quod etiam de alia iuſta cauſa debet intelligi. *Suar. tom. 1. de religione lib. 3. cap. 6. num. 7.* de reverentia debita loco ſacro, inquit, quod conceſsio, quam textus facit, poteſt extendi ad omnem caſum, ubi prudentia dictaverit eſſe aliquam neceſsitatem ſed etiā in hoc caſu quādo permittitur, dicerem quod debet eſſe cum debitis, & honeſtis circunſtantijs, ut videtur ſentire multis in cōfirmationē adductis, & Sacræ Scripturæ, & Conciliorū, & doctorū teſtimonijs idē *Suar. de Sacram. 1. tom. diſp. 81. ſect. 8. art. 3.* verſ. ſupra citato. Excuſantur mulieres, quæ ob devotionem in Eccleſijs per aliquot dies cōmorantur, comedunt, & dormiunt.

2 Ibi, conviventur. Verbum hoc videtur importare præceptum circa eccleſiaſticos (in laicis enim, iam ſupra reſolvimus, nullum dari, poſitiuum ſcilicet) Sed *Suar. tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 6. de reverentia debita loco ſacro, num. 7.* reſolvit contra *Navar, quem citat*, quod in hoc, etiam reſpectu clericorum nulla eſt culpa ſpecialis contra ius poſitiuum, ſed ſolum contra rationem naturalem, quæ in hoc caſu dictat, ad reverentiā loci ſacri pertinere, quod id non fiat.

3 In textu, ibi, Populi. Quatenus textus ſeparat populum à clericis, & diverſo modo decidit reſpectu illorum, ſupponit quod non venit appellatione clericorum, ita concludit *Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 8. de conſtitutionib.* tenet *Archidiacon. in cap. Si ſententia n. 1. de ſentent. excomun. in 6.* dicens, quod cum populus, & clerus ſint diverſæ profeſsionis, in exquiſitione vnius, non comprehenditur alter; idem tenet *Dominic. in d. cap. Si ſentent.* in principio, *Felin*, tamen *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 69. de conſtitut.* refert *Cardinal. in Clement. in pleriſque de elect.* in principio tenentem contrarium, quos vide, & *Barbat. in proœmio Clement. num. 8. fol mihi. 9.*

CAP. Oratorium. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit oratorium?*
2 *Quod in Oratorijs, non eſt tractandum de rebus prophanis?*
3 *Quod cauſæ Eccleſiaſticæ, poſſunt in Eccleſia tractari.*

1 IN textu, ibi, Oratorium. Eſt locus cōſtitutus ad orandum, preceſque Deo offerēdas, & ex inde Oratoria ſunt dicta, vt operi nomen conveniat, *Paulus. Fuſcus in tract. de viſitat. lib 2. cap. 12. à principio*, ubi *à num. 2.* reſolvit quod Oratorium, aut eſt publicum, aut privatum (quod etiam ſentit *Socin. in tract. de viſitat. n. 13.*) & quod publicum ſine authoritate Epiſcopi conſecrari non poteſt, quia nemo ſine epiſcopo facit, ut oratorium ſit locus religioſus. *Abb. in cap. Officij de teſtament.* privatum autem poteſt ab vnoquoque ſine licentia epiſcopi conſtitui, *Gloſſa*, verbo, *Oratoria in cap. Authoritate, de privilegijs*, reſolvit, *num. 6.* cum quo *num. 5. & cum Abb. in capit. final de cenſibus*, poteſt videri, quod Oratorium publicum gaudet immunitate Eccleſiaſtica, probat eleganter conſobrinus meus Doctor. *Lodovicus Correa, in relectione ſua ad cap. Inter alia, de immunit. Eccleſiaſt. part. 2. q. 9. à num. 21.* non verò priuatum. Item ſi fuerit publicum gaudet ſolemnitate requiſita circa alienationem rerum Eccleſiæ, non autē priva tum. *Rebuf. in compend. alien. rerum, Eccleſ. nu. 57.* & venit etiā appellatione beneficij, ut inquit *Abb. in d. cap. fin. Dec. conſ. 148.* quos vide, idem *Abb. in d. cap. fin. nu. 4.* reſolvit, quod Oratorium privatum, ſi conſtituitur authoritate Pontificis, eſt publicum; vide etiam ea quæ *Garc. de benef. 5. par. cap. 1. numer. 62. per totum*, & præcipuè in fine.

Ibi, Quē quod divinis miſterijs 2
Vide *Paul. Fuſc. in tract. de viſitat. lib. 2. cap. 12. num. 1. in fin, & num. 7.* ubi reſolvit, quod ſi Oratoria non tractentur honeſtè, poteſt Epiſcopus ſub cenſuris ordinare, quod deſtruantur, ex *Abb.* quem citat *in cap. fin. num. 3. de cenſib.* quod verò textus habet, quod in Oratorio, nihil agatur

præter orationem, & psalmodiam, non est lex Ecclesiastica sed regula S. Benedicti, & S. Augustini; quæ dicit consilium continet, non præceptum, ut advertit *Sitar. tom. 1. de relig. lib. 3. de reverent. debita locis sacris cap. 6. n. 7.* in fine.

3 In Glossa, verbo, Quidquam aliud, ibi, Ecclesiasticæ causæ. *Domin. in cap. Decet nu. 16. de immunitat. Ecclesiast. lib. 6.* tenet quod Ecclesiasticæ, & spiritualia negotia possunt tractari in Ecclesia, ut est Synodum facere; tractare de libertate Ecclesiæ, de statu cleri, & reformatione morum in populo; sed hoc debet fieri non tumultuosè, ut ipse declarat, *n. 17.* quem etiam vide *num. 3. & 12. Archid. n 6. Præpos. in cap. Quæ fronte num. 4. de appellat.* inquit, quod omnia iudicia Ecclesiæ possunt fieri in Ecclesia, *Aretin. in §. Multis,* & ibi, *Plat. num. 9. Inst. libertin. Decius* verò *in d. cap. Quæ fronte num. 1.* contrarium tenet, quod nec causæ Ecclesiasticæ possunt tractari in Ecclesia, sed quod si tractentur processus valebit, quod in sæcularibus non est sic dicendum.

CAP. In Oratorio. VII.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter Basilicam, & Oratorium.*
2 *Ad quem pertineant oblationes facta in Oratorio privato?*

1 IN textu, ibi, Oratorio. Differentia inter oratorium, Basilicam ea est, quia basilica absque congrua dote construi nequit, *cap. nemo, de consecrat. dist. 1. cap. Pia mentit, 16. q. 7.* Non ita tamen Oratoria. *Innocent. in cap. ult. de censibus, Anchar. notabili, 2. in cap. authoritate de privilegijs lib. 6. Cardinal. cons 11. col. 2.* Ratio differentiæ est, quia basilicæ ad missarum celebrationē sunt institutæ: contra verò Oratoria solū ad orandum, ut probat noster textus. Adde alteram differentiam; nam basilicæ nequeunt in privatis domibus construi, *cap. nemo,* ibi, *Publicè atrium designet, de consecrat. dist. 1.* non ita Oratoria *capit. Unicuique. 33. capit, clericos 34. eadem dist.* Nam cum ad orandum sint instituta, non inconvenit, quod in privatis locis pro unius tantum, vel alterius familiæ utilitate construantur, *cap. Certam 7.* in fine, *cap. Siquis etiam 35. eadem dist.*

2 Ibi, Opera impensa. Dubitant DD. ad quem pertineant oblationes factæ in Oratorio privato? Dicendum est, quod oblationes, quas fideles faciunt ad altare, vel ad manum Sacerdotis, aut ubi aliquid voluntariè offertur divino cultui, deputandū in vsum ministrorum, vel alicuius pij loci exponendum, quanvis opinio aliquorum fuit, quod tales oblationes debebantur domino Oratorij, *per textum in l. In rem, §. Item ff. reivendicat.* Cōmunis tamen opinio est in cōtrarium, quod prædictæ oblationes s. cēræ imaginibus talis Oratorij, acquirantur soli Deo, & presbyter parochialis solum eas percipere debet, tanquàm sibi debitas; nam omnia, quæ templo, altari, seu imagini Sanctorum relinquuntur, Dei sunt, non verò Domini Oratorij, seu loci, vbi sūt dictæ imagines, quia talis Dominus est incapax horum iurium spiritualiū; vide *Abb. in cap. Quoniam, num. 2. de decimis, & in cap. Pastoralis, n. 2.* ubi *Butr. de his quæ sunt à prælat. Angel. cons. 224.* quem citat *Parochial. curator. cap. 3 folio mihi 25.* ubi loquitur de simplici Oratorio; *Marian. Socin. in tractat. de oblation. libel. 18. num. 1. fol. mihi 223. Marsicot. variar. resolut. lib. 2. cap. 42.* Videatur *textus in cap. ad audientia, 3. de Eccles. ædificand.*

DISTINCTIO. XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit, pudicitia, quam debent habere sacerdotes?*
2 *An impudicitia sit peccatum mortale?*
3 *Quod prælatus debet habere scientiam?*
4 *Qualis sit scientia, quam debet habere, & quomodo debet docere? & num. 5.*

1 IN textu, ibi, pudicus. Præpositus hic, & *Turrecrem. ex D. Augustin.* inquit, *quod pudicitia, est quædam virtus animæ ad castitatem specialiter pertinens,* & ex *D. Thom. 2. 2. q. 151.* Quod nomen, *pudicitia* à pudore sumitur, & in quo verecundia significatur, & ideo oportet, quod pudicitia propriè fiat circa illa de quibus magis homines verecundantur, & cum homo non solum verecundetur de cōmixtione venerea, ut sunt actus venerei, sed etiā de aliquibus eius signis, ideo pudicitia attenditur circa signa venereorum, ut sunt aspectus, oscula, & tactus. Vnde pudicitia non est propria virtus à castitate separata, sed respicit quandam castitatis

ſtitatis circunſtantiam: de hoc vide *textum in cap. Nec ſolo, & in cap. Qui viderit*, 32. *quæſt.* 5. *Calixtum lib.* 4. *antiquarum lection. cap.* 27. ubi inquit, pudicitiam, ita retinendam eſſe, quoniam ea amiſſa, omnis ruit virtus; vide etiam quæ notavi *in tractat. de confeſſar. ſollicit. quæſt.* 11. *num.* 16. ubi reſolvi, pudicitiã per oſcula, tactus, & amplexus, & ſigna venerea lædi, caſtitatem verò per copulam. De impudicitia poteſt dici, quod *ſit inordinatio, quæ in tactibus, & oſculis impuris ſita eſt*, ita *Leſſius de iuſt. & iure, lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 45. verſ. *inordinatio.*

2 In textu. Cum Gratianus hîc ait, quod ſacerdotes debent eſſe pudici, hoc eſt, quod evitent impudicitiam, non abs re erit agere. An impudicitia, hoc eſt, an tactus oſcula, & aſpectus ſint peccatũ mortale? Quãdo tales tactus, & oſcula, ſumimus ut in hoc textu, & reſpectu ad actus venereos, dicẽdum tunc mortale eſſe, nam quando alio modo prædicti tactus, & oſcula conſiderantur, poſſũt dari caſus in quibus non ſint peccatum mortale, vide *Leſſium de iuſt & iure lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 8. *per totum, & dub.* 6. verſ. *inordinatio*, cum quo ibidem vide, quod prædicti tactus, & prædicta impudicitia refertur ad illam ſpeciem, ad quam diſponit, ut ſi fiant cum alterius coniuge, refertur ad adulterium; ſi cum conſanguinea, ad inceſtum, quod notandum eſt, pertinet enim ad circũſtantiam peccati, quæ ſi ipſum aggravat, aut mutat in aliam ſpeciem, an eam teneamur confiteri, vide cum *Navar. in Manual. cap.* 6. *per totum*, *Ægid. Connick de ſacram. diſp.* 7. *de integrit. confeſſ. dubit.* 3. & 4 *per totum*, *Tolet. in ſumma lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 7.

3 In textu, ibi, Gratiã docendi. Epiſcopus, & prælatus, debet eſſe talis, & habere talem ſcientiã, quod poſsit docere, ideſt, conſentientes doctrinæ exhortari, contradicentes verò arguendo convincere, ut ait *Præpoſit. hîc, num.* 1. & *Turrecremat. nu.* 2. Cum enim ipſe epiſcopus ſit paſtor, non debet ſe oſtendere mercenarium, qui lupum venientem vidẽs aufugit, ſed cùm ſit canis latratu prædicationis, debet lupos à gregibus arcere: cũ ſit Propheta, populis exponere debet myſteria Scripturæ; cum ſit Angelus debet denunciare populo eloquia Dei, cum ſit veritas ſacerdotis veteris teſtamenti, debet habere in veſtibus tintinabula, ut viam vitæ ipſa opera clament cum ſonitu linguæ; cum loca Apoſtolorum obtineat, debet ſpiritum Sanctum accepiſſe in igne, & linguis. Cũ præco ſit inceſſanter clamare debet. Et quod debeat habere ſcientiã, ſignificant etiam inſignia, quibus ipſi epiſcopi utuntur, mitra, ſcilicet, & baculus, de mitra, vide poſita *ad cap. Epiſcopus*, 7. *n.* 7. *diſtinct.* 23. in baculo, qui etiam virga dicitur, ſignificatur, quæ ipſi debẽt habere. Primò, virgam diſciplinæ, per quam, audaciam, & improborũ hominum inſolentiam compeſcãt. Secundò virgam poteſtatis, per quam iuſtè præſint. Tertiò virgam cuſtodiæ, per quam iuſtitiam, liberalitatẽ, pacẽ, & legũ diſciplinã cuſtodiãt, ac tueantur. Quartò virgã miſerationis, per quam tenuioribus, & iniuria laborantibus, piè, miſericorditerq; ſubveniant. Quintò virgam debellationis, per quam victoriam conſequãtur. Sextò virgam cognitionis, & ſcientiæ, per quam inſtruant; quæ omnia ita explicat *Caſſan. in cathalog. glor. mundi* 1. *p. conſid.* 5. & 6. ubi in verſ. *quæreret forſan aliquis*, poteſt videri, cur Summus Pontifex non utitur baculo, ſeu virga paſtorali, cum alij inferiores Pontifices ea utantur; vide etiam quæ tradit *Felin. in rubric. de conſtitut.* verſ. *benefacit.*

4 In textu, ibi, In ipſa autem doctrina. *Turrecrem. hîc, num.* 4. & *Præpoſ. nu.* 2. tenent, quod epiſcopus debet docere. Primò utendo diſciplina correctionis, oſtendendo, quod ea uſus fuerit, ardentem charitatem, vitam lucentem, & quod epiſcopis ſit multum neceſſaria, vide *Stimul. paſtoral. in concion. de officio paſtorali*, 2. *p.* verſ. *primò igitur loco*, & *D. Bernard. in ſuis Epiſtol. Epiſtol.* 2. *ad Eugen.* ubi inquit. *Bona mater charitas eſt in paſtore; cum arguit, mitis eſt: piè ſolet ſævire: ſine dolo mulcere: patienter iraſci: humiliter, &c.* Vide etiã in *Epiſt.* 24. *ad Magnum Gilbert. Epiſcopum*: & *Epiſtol.* 80. & quod etiam ultra charitatem, debeant habere vitam lucentem, vide *Stimul. paſtoral.* 2 *p. de moribus prælatorum, fol. mihi.* 75. ubi ex *D. Greg.* inquit, *Recordare, quod ſanctus monachus eſt velut lucerna ſub modio: idem autem Epiſcopus factus, ponitur ſuper cãdelabrum excelſum, ut clariſſimorum operum ubique radios emittat, etiamſi (quemadmodum de lucerna eſt in proverbio) conſumantur; Væ autem ei, qui in altum conſtitutus radios non emittit, ſed fumigat ſepiditate ſua, ſocordia, tenacitate, faſtu, dilitijs.* Vide de hoc *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 1.

5 Debent etiam Epiſcopi, ſecundum eundem *Præpoſit. & Turrec.* docere prædicando, de quo *D. Chriſoſtom.* 1. *ad Thimoth. homil.* 15. ubi inquit, *ut quid dicit Apoſtolus, oportet Epiſcopum eſſe doctorem; niſi ut doceat, nec ſatis eſt, quod doceat exemplo vitæ, imò oportet eum laborare verbo, & doctrina profectò ſi præſul non polliat gratia doctrinæ, plurima Eccleſiaſtica diſcipline exempla peribunt, quomodo enim lucerna ſine luce, &c.* Vide etiam *D. Auguſtin. homil.* 7. *ſuper Eſay.* 58 *cap. num.* 1. in illa verba, *clama ne ceſſes*, inquit ille; *in grandi periculo ſunt Epiſcopi & alij Rectores Eccleſiaſtici ob multa, ſpecialiter, quando præcipit illis Dominus, quòd libere arguant vitia, dicens clama ne ceſſes, & Apoſtol. Ad Tit. cap.* 1. *num.* 9. *dicens, quòd Epiſcopus debet eſſe potens in doctrina ſana, ad redarguendum contradicentes, &c.* Et in ipſa prædica-

dicatione debēt epiſcopi, quatuor conſiderare, Primum, tempus, ut non ſemper loquantur, ſed temporibus opportunis. Secūdum, locum, quia in Eccleſia prædicatio fieri debet, vel in alio loco publico, & honeſto: non autem in privatis domibus, ne ex hoc naſcatur ſuſpicio hæreſis. Tertium, qualitatem audientium. Quartum, modum, & qualitatem dicendorum, ſapientibus enim, & dignis poteſt prædicator alta, & profunda prædicare; ſimplicibus verò, & nō capacibus, pauca, plana, & vtilia; de quibus. *Præpoſit. hic, num. 3. Turrec. 4.* Adde poſita *ad cap. 2. num. 1. diſt. 23. & ad cap. 1. num. 2. diſt. 38. & ad cap. Omnes, 6. n. 2. eādem diſt.*

CAP. Si Rector. I.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non debet negligens eſſe, in obviando delictis ſubditorum.*
2 *An illud quod incaute, & indiſcrete fit, poſsit revocari?*
3 *Silentium aliquando eſt fugiendum.*
4 *An ad matrimonium requiratur conſenſus expreſsus, an ſufficiat, quòd ſignis exprimatur?*
5 *An ordo ſcripturæ debeat attendi, & ſervari in diſpoſitionibus?*
6 *An, clauſula in principio diſpoſitionis poſita, trahatur ad alia capitula, & comprehendat totam diſpotionem?*

1 In textu in principio, ibi, Proferenda reticeſcat. Vide *Abb. in cap. ea quæ, num. 1. de officio. Arch.* ubi tenet, quod negligentia in prælato, eſt reatus, & delictum, *Felin. in cap. 1. n. 6. de offic. delegat.* inquit, quod negligentia, & diſsimulatio in prælato, eſt peccatū mortale; *Alex. conſ. 75. n. 2. vol. 3.* idem *Felin. in c. 1. n. 2. de treuga, & pace*, ubi latè de materia. & an propter negligentiam, poſsint prælati deponi, vide cum eodem *Felin.* citatis locis, ubi citat *Dominic. in cap. Grandi, de ſuppl. negligent. prælat. in 6.* diſtinguentem inter prælatum ſæcularem, & regularem, quod regularis poſsit deponi propter ſolam negligentiam, non verò ſecularis, niſi ipſa negligentia ſit annexa delicto. Vide etiam *Præpoſit. in cap. Sed illud, 45. diſt.* ubi dicit, quod remiſsio in prælato, eſt ut ſomnolentia in rectore, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clavo, & multa alia cumulat: & pro hac in prælatis erga ſubditorum crimina correctione, obiter, abſerva cum *Ioanne Sancio in ſuis ſelectis, & practicis diſputationibus diſp. 6. n. 9.* prælatum qui per correctionem non obviat ſubditorū delictis, peccare non ſolum contra miſericordiam, ſed etiam contra iuſtitiam; propterea quæ prælati circunſtantiam eſſe in cōfeſsione aperiendam, ut apud eundem *Sanctium* credit *Suar. Bañes, Torres, Villalobos, & Ægidius* ibi citati.

In textu in principio, ibi, Sicut incauta loquutio in errorē pertrahit. 2 Ex his verbis infert *Præpoſit. hic, nu. 2.* quod qui incautè reſpondet, poteſt revocare tanquam erroneam prædictam reſponſionem: & citat *c. Ex litteris, de divort.* & *cap. Dudum de converſ. coniugat*, vide *Abb. in d. cap. Ex litteris, num. 10. & in d. cap. Dudum, num. 8.* ubi tractat, an confeſsio facta calore iracundiæ valeat. *Felin. in cap. Matheus de ſimon. num. 2.* ubi inquit, quod voluntas turbata in peccato, non excuſat â delicto, & in *d. cap. Ex litteris, num. 1.* concludit, quod cum calor iracundiæ eſt tantus, quod quis deliberatè non facit actum, tunc cum voluntas ſit indiſcreta, actus nō eſt obligationis; vide etiam *Decium in cap. At ſi clerici, n. 18. de Iudic. Abb. in cap. 1. n. 2. de ijs, qui filios occiderunt*, & vide quæ infra ſcribimus in *c. diſtēſatio, hac eadem diſt.*

Ibi, Indiſcretum ſilentium. 3 Ergo negligentia iudicis, & rectoris, eſt aliquando peccatum mortale, quia ſuperiores adverſus vitia non latrantes *Iſaiæ, cap. 50. n. 10.* increpat, appellando eos *canes mutos non volentes latrare*, ut in præſenti exponit pontifex Greg. quem latè explicant. *Navar. in cap. Inter verba prælud. 2. num. 3. & 4. Mandoſ. in regula 20. de idiomate* in principio, *num. 2. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 1. cap. 3. n. 12. & cap. 18. n. 7. Fariuac. in praxi crimin. tom. 1. q. 8. num. 31. Nau. in manual. cap. 5. nu. 2.* Adde *cap. ſin. num. 1. hac eadem diſt.*

In Gloſſa, verbo opera, ibi, Argumentum eſt. 4 De materia vide *Cened. ad Decretal. collect. 21. Tiraq. de iure mariti, Gloſſa 7. nu. 18.* & reſolue quod apud DD. inveniuntur quatuor opiniones circa hanc quæſtionem. Prima quod in ijs, qui loqui poſſunt, ita neceſſaria ſunt verba, quod ſi matrimonium ſolùm ſignis celebretur, ſit nullum *Gloſſæ in cap. tua nos*, verbo, *nec forma, deſponſatb. Bart. in l. nuptias, nu. 1. ff. regul. iuris, Bald. in l. ad recognoſcendos, numer. 1. C. de ingen. & manumiſſ. Innocent. in cap. tua deſponſ.* & multi alij, quos refert *Sanch. de matrimon. lib. 2. diſp. 31. nu 2.* Secunda opinio eſt, quod verba non deſiderantur præcedente tractatu de matrimonio contrahēdo,

Ioan.

Ioan. Andr. in d. cap. Tua, num. 6. Tertia opinio eſt, quod altero proferente verba, ſufficiunt alterius ſigna. *Iaſon in l. Si ſtipuler §. In locando nu. 1. ff. verborum obligat.* Quarta, ſatis eſt, quod conſenſus exprimatur per ſigna, ut matrimonium valeat, & hoc reſpectu omnium; hanc opinionem tenet *D. Thom. in 4. diſt. 27. q. 1. art. 2. q. 2. ad 2. & 3. Victor. in ſumma de Matrimon. num. 250. Henr. lib. 11. de matrimon. cap. 2. num. 60. Suar. 1. tom. de Sacrament. q. 60. art. 8. diſp. 2. ſect. 1. & 2. Abb. in cap. Si inter, nu. 6. deſponſ. Navar. in ſumma cap. 22. num 20. Maſcard. de probat. concluſ. 1024. nu. 2.* quos, & multos alios, refert, ſequitur, *Sanch. cit. loco, nu. 5.* cum quo *num. 9.* poteſt videri, quod verba in matrimonio, non ſunt de neceſsitate præcepti Eccleſiæ, & diſp. præcedenti, quod nõ ſufficit internus conſenſus, ut valeat matrimonium, niſi per verba, aut ſigna declaretur, & quæ verba, & ſigna ſint neceſſaria, vide cum eodem *lib. 1. diſput. 18. & 22.* & qualis debeat eſſe hic conſenſus *Ledeſm. in ſumma 1. tom. de matrimon. cap. 8.*

5 In Gloſſa, verbo, Præmiſit, ibi, Ab ordine. *Bart. in l. 2. §. Prius, num. 7.* quem etiam vide *à n. 2.* tenet, quod ubi mens diſponentis non eſt dubia, ſed certa, non eſt curandum de ordine ſcripturæ; quando verò ſumus in dubio, tunc ordinem ſcripturæ debere attendi; idem tenet *Aretin. in §. ante baredis Inſtit. delegat.* & ibi *Ioan. de Plat. n. 87. Bald. in l. adverſus C. de furtis & in l. 2. C. impuberum. Felin in cap. Cum dilecta n. 4. de reſcriptis.* latè exemplificat hanc quæſtionem, ubi regulam affirmativam conſtituit, quam *à numer. 5.* limitat, quinque modis. Primò quando mens diſponentis eſt certa. Secundò quando ordo eſt poſitus exempli cauſa. Tertiò ubi contractus accipit firmitatem in omnibus partibus, tunc enim non attenditur primum pactum, ſed omnia. Quartò niſi fiat nominatio aliquorum in actu denotante eorum vitia, quia primò nominatur minus dignus, & non arguitur ab ordine nominando primò loco, dignior. Quinto niſi eſſemus certi, quod diſpoſitio nõ dat ordinem, quem vide ubi multa de materia; vide etiam *Abb. conſ 85 num 5. lib. 1. Menoch. præſumpt. lib. 1. q. 28 n. 2.* idem *Felin. in rubrica de maiorit. & obedient.* cõcludit, quod etiam ordo ſcripturę operatur, quod in præcedentijs habeat locum, qui primò nominatus eſt.

6 In eadem Gloſſa, ibi, & Si præcedens. Vide *Bart. in l. talis ſcriptura §. Hanc autem* ubi de materia *deleg. 1. Præpoſit in cap. ſecundo requiris. num. 7.* in fin. ubi ponit concluſionem, quod clauſula in fine, principio, vel medio appoſita, trahitur ad alia capitula, & omnem diſpoſitionem comprehendit, quam concluſionem à numeris ſequentib. limitat, quatuor modis. Primò in materia odioſa. Secundò quando clauſula apponitur in medio unius capituli, & diſpoſitio continet plura. Tertiò quando ſunt plura capitula, ſed ſingula perſe determinata. Quartò ubi reſultat abſurdum. *Felin.* verò *in cap. cauſam quæ de reſcriptis, n. 4.* eam limitat octo modis, quanvis faciat regulam in clauſula poſita in fine diſpoſitionis. Prima limitatio eſt, niſi pæna ſit appoſita in principio in vna parte prohibita, quia in alijs poſtea prohibitis non cenſetur repetita. Secunda niſi aliqua ratione clauſula non poſſet referri ad omnia, quia tũc refertur tantum ad proxima. Tertia dummodo clauſula in fine poſita, eſſet per ſe principalis poſita. Quarta limitatio eſt, quod referatur ad omnia principaliter appoſita, non autem ad appoſita incidenter, aut cauſa demonſtrationis. Quinta ſi ſequeretur abſurdum, referendo clauſulã ad ſuperiora. Sexta niſi eſſemus in materia, in qua debet fieri interpretatio latiſsima: quia tunc nunquam ea, quæ ſequuntur, debent referri ad omnia præcedentia, quando per talem rationem reſtringeretur diſpoſitio, quæ de ſui natura eſt amplianda. Septima quia licet plura in ea oratione prohibita, habentia unã qualitatem, cẽſeantur omnia reſtringi ab illa qualitate, quæ regitur ab eodem verbo, hoc non habet locum, ubi mens verificaretur in omni caſu, etiam qualitate non repetita, quia tunc qualitas non cenſetur in omnibus repetita. Octava niſi in uno capite aliquid ſubaudiatur, quia talis ſubauditio non cenſetur repetita in alijs capitulis; vide etiam *Iaſon. in l. Si idem cum eodem, §. Si una actio, num. 4. ff. iuriſdict. omn. iudic. Rip in l. 1 num 42 ff. legat. 1. Abb. conſ. 78. lib. 2. nu. 2. Aſflict. deciſ. 268 num. 12.* & ibi *additio nu. 1. Vallaſc. conſult. 133. num. 3.*

CAP. In mandatis. II.

SVMMARIVM.

1 *Quando liceat de fide diſputare? & nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *De pæna diſputantis de fide in caſu prohibito.*
7 *Licitum eſt reo iniuſtè convento, actorem eludere.*

IN textu, ibi, Nõ me oportet aliquid divinæ ſciẽtiæ proloqui. 1
Dubitant. DD. per hunc textum, an & quãdo liceat

liceat diſputare, textus civilis *in cap.2. §. 1. De hæret.lib.6.* Pro intellectu,& varijs dubijs,& ut doctorum controverſiæ componantur,ſequẽtes ſtatuo concluſiones. Sit 1. concluſio, Diſputatio de fide dubitativa,quæ procedit ex animo illam improbandi, eſt omnino illicita, & hæretica,ſi adſit pertinacia; obſervat *Gloſſa in cap.Nos, & in cap.ſatis,96.diſt. Gloſſa ult.in cap.cum quibus,* 24.q.3. *D.Thomas* 2.2.q.12.*art.*12. *in corpore D.Antonin.in ſum.* 2.*part.tit* 12. *cap.*2. §. 2. In qua ſpecie procedit textus *in l. nemo C.de ſumma Trinitate,* iuxta verba, & rationem illius, ut bene intellexit, *D. Thom.* ubi ſupra *ad ſecundum.Villadiego de hæretic.q* 21.*nu.*1. *Afflict. lib.conſtitut.rubr.* 4.*num.* 1. quidquid aliter accipiant Doctores, *& Conradus Brun. de hæretic.lib.6.cap.* 8. *Caſtro lib.* 1.*de iuſta hæreticor.punit. cap.* 19. verſ. *hanc verum Suar.de fide diſp.*20.*ſect.*1. *num.*2.

2 Secunda concluſio. Diſputatio de fide materialis, ſeu ficta, qualis eſt inter catholicos, animo quidem concordes, & diſputantes cauſa exercitij, ad intelligentiam,& veritatẽ magis indagandam,ac errores confutandos,licita eſt, ſervatis debitis circunſtantijs, ut patet ex *textu ind.cap ſatis,* & ibi *Gloſſa ult. in cap.Quis neſciat 9 diſtinct.Gloſſa in d.cap.Nos,* obſervant Thomas,& omnes ſupra citati, *Simanch de catholic. cap.*10.*num.*9.& quotidie fit inſcholis,& intendit textus per argumentum à contrario *in d. cap. Cum quibus in fin.* Dixi *ſervatis debitis circunſtantijs,* quia oportet maximè ad id attendere, tam reſpectu audientium, né decipiantur, vel ſcandaliſentur;quàm diſputãtium, ne ſint indocti; quàm etiam loci,& temporis,aliter fieri non poteſt huiuſmodi diſputatio: conducit illud *Ciceronis* 2. *de natura rerum, mala* inquit, *& impia eſt conſuetudo,contra Deos diſputare;ſine ex animo fiat,ſiue ſimulatè,*& ex *Gregor. Nazianz.* refert *Alcaſar.d. l.nemo, num.*2. lege *Suar. de fide diſp.* 20. *ſect.*1.*n.*1. *Sanch.in Summa lib.*2.*cap.*6.

3 Tertia concluſio. Diſputatio vera, ſeu formalis, quæ habetur cum hæreticis,ubi diſputantes,non tantum verbis,& argumentis, ſed animorum, & ſententiarum diverſitate diſidentes,pugnant,aliquando prohibita eſt, quãdo ſcilicet eſt periculoſa; licita verò laudabilis,ubi ſervatis circunſtanſtantijs,nullum imminet periculum, vel ſaltem maior ſperatur utilitas, quàm ſit periculum, quod timetur. Prius membrum probat textus noſter ſic intelligendus;textus *in cap.*2.§. 1. *de hæretic. lib.* 6. *D.Thom.* & ſupra citati Doctores,ut per *Caſtrẽ, & Simanch.de catholic. cap.* 20. *numer.* 6. *Suar.* ubi proximè, *Sanch.* citatum, *numer.* 2. Cum *Valent.* 2.2. *diſp.*1.*quæſt.*10.*punct.*4. *concluſ.* 1. Qui id ex multorum ſententia comprobat: facit illud *D. Pauli* 2. *ad Timoth.*2. *num.* 14. *Noli verbis contendere, ad nihil enim prodeſt, niſi ad ſubverſionem audientium.* Contingit aliquando,veritatem catholicã quæ ſimplex eſt, & ſemper prævalet, periclitari,& opprimi ſophiſmatibus argumẽtis,ut inquit *Hieronym. in cap. tranſferunt* 24. *q.* 3. Poſterius mẽbrum patet, ſiquidem ſæpe huiuſmodi diſputationes ex circunſtantijs nẽ dũ licitæ, ſed & neceſſariæ ſunt : ut quando, vel hæretici ſunt in carcere,& nullum apparet audientium periculum,vel quia inſpecta illorum conditione,& errorum qualitate, magna ſperatur utilitas, nullum verò, vel perexiguum timeri poteſt periculum, imò maximum continget,niſi habeatur diſputatio,ne fortè hæretici auditores affecti contendant, & ſuis ſuadeant, catholicos de cauſa fidei diffidẽtes certamen recuſaſſe, ut accidit D. Bernardo referente *Caſtro de iuſta hæret. punit. d. cap.*19. *ad fin.* Sic Paulus cum Græcis,& alijs diſputaſſe legitur, *Actorum cap.*9. *numer.* 29. ubi multa *Lorinus,* agnoſcit *Gloſſa* 1.*in cap.Nos 96. diſt.Simanch.de catholic d.cap.* 20.*num.* 7. *&* 8. probat multis *Suar. de fide* dicta *diſp.*20.*ſect.*1.*num.*5.

Quarta concluſio. Circa diſputationem dubitativam,& eam, quæ materialis,ſeu ficta dicitur,nulla eſt differentia inter laicos,& clericos;ſicut enim illa dubitativa neutri licet, *d.l. nemo* cum ſupra dictis:ſic hæc materialis vtrobique conceditur,iuxta dictam concluſionẽ,ut paſsim videmus, laicos Theologiæ, aut noſtri iuris peritos in ſcholis diſputantes, *Caietan.*2.2. *q.*10.*d. art.* 7. *Caſtro d. cap.* 19. *ad medium, Sanch. diſt.lib.*2.*cap.* 6. *num.* 9. quidquid aliud intendant, idem *Caietan.* verbo, *diſputare, & Syln. d. loco num.* 1. *per textum in d.cap.*2. §.1.Quem malè intelligunt. 4

Quinta concluſio. Maxima adeſt differẽtia inter laicos, quoad diſputationem veram, ſeu formalem, quæ cum hæreticis habetur; hæc enim licét clericis licitè concedatur,iuxta moderationem,de qua in concluſione 3. laicis tamen ſimpliciter, & abſolutè interdicitur per hunc textum,quem ſic intelligunt *Caiet.d.art.* 7. *Caſtro d loco,* quidquid Gloſſa,& alij Doctores *in d. cap.*2.§.1. & in *d.l.nemo,* aliter,& generalius accipiant, quod etiam procedit in laico doctiſsimo, & moribus probatiſsimo, iuxta Gloſſam ibi, & ſatis probant *Caietan. Angel. & Syln.* verbo, *diſputatio, Caſtro lib.* 1. *de iuſta hæret. punit.d.cap.*19. *Albertinus de agnoſcendis, q.*13.*nu.*12. *Azor. tomo* 1. *inſtitut. moral. cap.*26. *q.*1. *Suar. dict. diſp.*20.*ſect.*1.*num.*11. *Sanch. dict.lib.*2 *cap.*6.*num.*5. quidquid *Caietan d.art.* 7. & ibi *Bañes, Petr. Ledeſm. in ſumma tom.*2.*tract.* 1.*cap.*5.*concluſ.*13.contrarium doceant. Nomine autem laicorũ non comprehenduntur inſigniti prima tonſura quia non ſunt laici, ut bene ait *Azor.* ubi proximè. *Sanch.in dict.cap.*6.*num* 6.cum alijs, quos refert. Quod tamen limitabis in caſu magnæ neceſsitatis, vel vtilitatis. *Aragon.*2.2.*quæſt.*10. *art.* 7. *notabili* 2. *Valent. ibidem puncto* 4.*numer.* 5.

Suar,

Suar. ubi proximè, *num.* 51. *Sanch.* ubi proximé *num.* 7.

6 De pœna diſputantis de fide in caſu prohibito, an ſit arbitraria iuxta qualitatem perſonæ, loci, & temporis, & an tales ſint hæretici, vel incurrant ipſo facto in excõmunicationẽ, vide *Decian. in tract crimin. lib.* 5. *cap.* 42. *n.* 5. *Sanch. in Decalog lib.* 2. *cap* 6. *nu.* 10. latiſſimè *Farinac. in tract. de hæreſi quæſt.* 178 *nu.* 116. & ſequentibus, *Coned. collect. an. ad ſextum* 10. *n* 2. *Peña ad Directorium* 1. *p. q.* 10. *commentar.* 25. cum quibus proteque re, & alia dubia occurrentia reſolve *Suar. & Sanch.* locis proximè allegatis.

7 In textu, ibi, Eludere. *Præpoſit. n.* 2. docet, licitum eſſe reo iniuſtè convento, actorem eludere per *textum in cap. dominus noſter* 23. *q.* 2. & per *Gloſſam*, verbo, *malignam in cap. capientes §. 1. de elect. lib.* 6. & vide *Bart. in l.* 1. §. *Non fuit nu.* 3 *ff. dolo*, *Abb. & Felin in cap. aſſerte num.* 1. *de præſumpt.* & quæ notat idem *Abb. in cap.* 1. *num.* 7. *de his quæ vi.*

CAP. Scimus. III.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis tenetur ad aliquid, non tenetur, niſi in quantum poteſt.*
2 *Prælati, & prædicatores non debẽt ceſſare ab officio prædicandi, propter perſequutionem.*
3 *Hæretici incorrigibiles debent tradi curiæ ſæculari.*
4 *Forma degradationis.*

1 IN textu, ibi, Quantum vires ſuppetunt. Igitur non tenetur quis facere, niſi quantum poteſt, vt ex textu notat *Præpoſit hic* in principio de quo vide *Bald. in l* 1. *C. ſervis fugit*; quem citat *Felin in cap.* 1. *n.* 5. in finalibus verbis *de officio delegati.* Vide etiam Doctores canoniſtas ad illam regulam iuris in 6. *Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.* Vbi præter impoſsibile *iuris, & facti*, datur aliud impoſsibile *naturæ*, quando ſcilicet iubetur aliquid excedens vires naturales, & humanam potentiam, quod proinde quis non tenetur facere.

2 In textu, ibi, Perſequutionem patiuntur. Vide *Turrecrem.* hic citantem textum *in cap. nolite*, 11. *q.* 3. ubi etiam vide *Præpoſit. num.* 2. & ea quæ *Abb. in cap. Quoniam, nu.* 1. *ne prælati vices ſuas*, quæ faciunt ad propoſitũ, *Stimul. paſtoral.* 2. *p. ac moribus prælat. c.* 8. verſ. *quomodò mente*, & in concionibus *de officio paſtoral.* §. 4. fol. mihi 20. ubi poſt alia requiſita, quæ conſiderat in prælato, ait, quod debet habere fortitudinem, quia inquit ille, *ſæpe cum hæreticis, & hæreticorum fautoribus, & cum principibus viris decertandum eſt, & ſicut ipſe princeps paſtor Chriſtus, in petram offenſionis*, 1. *Petr.* 1. *c.* 2. *n.* 8. *& in ſignum poſitus fuit: adverſus quem inſurgeret mundus Luc.* 2. *n.* 35. *& contra quem fremerent gentes, & principes convenirent in vnum Pſ* 2. *n.* 1. *ita quiſquis locum eius tenet, & ſpiritum eius hauſit, & munus exequitur, ſimile certamen ſe ſciat eſſe ſubiturum.* Addit etiam quod talis debet eſſe *epiſcopus*, *quòd verè in illum caſat quod de Iſraele olim dictum eſt. Geneſ. c.* 16. *n.* 12. *Manus eius contra omnes, & manus cunctã contra eum.* Et paulo poſt ex *D Cypriano in epiſtola quadam ad Cornelium Papam* multa refert.

In gloſſa, verbo, recedere, ibi, hodie autem. Supponendum cum *Coned. ad Decretal. collect.* 103. *nn.* 1. *D. Thom.* 2. 2 *q.* 11. *art.* 2. *Sylu.* verbo, *hæreticus*, *Navar. in cap novit de iudic. notabil.* 3. *n* 41. *& in manual. cap.* 11. *n* 17. *Simanch de cathol. cap.* 31. *n.* 1. quos refert *Spino de teſtament. Gloſſa* 12. *rubrice n* 6. *Sanch. in ſumma lib.* 2. *cap.* 7. a principio, quod hæreticus dicitur ille, qui baptiſatus errans in intellectu in his, quæ ſunt fidei chriſtianæ manifeſta, vel fidei deliberate non credens, pertinaciter, & voluntarie errori adhæret. Dicendum eſt, quod quãdo talis eſt incorrigibilis traditur curiæ ſeculari ut puniatur, de hoc eſt *Gloſſa celebris*, verbo, *poſtmodum in cap. cum non ab homine, de iudic*, vide etiam *Abb. in cap ex. cõmunicat. nu.* 10. *de hæret & in cap. ad abolendam. nu.* 1 *eodem tit.* quod intelligendum eſt cũ *Salz. in praxi cap.* 17 & ibi *Additio littera. D Abb. in c. ad abolendam nu.* 5. *illo tit. de hæret.* ubi tenent quod primò debet procedere degradatio, poſtea verò fieri traditionẽ curiæ ſæculari. 3

De forma degradationis, vide textũ *in c. degradatio*, & ibi *Archid & Domin. n.* 1 *de panis in* 6. *& in cap.* 1 *de hæret. eodem lib. Albertin. in cap. Quantã quæſt.* 14. ubi latè *de hæret. in* 6. *Coned. ad Decretal. collect* 65. *n.* 3 *Salz. in praxi cap* 3. *n.* 7 *Bertachin. in tract. de epiſ. opo*, 8. *p. lib.* 4. *de degradatione* fol mihi 129. & quod traditio ſit vltimum ſupplicium, & quod requiratur incorrigibilitas, ut poſsit habere locum, vide quæ notavi in *tract de confeſſar. ſollicit q.* 2. *n.* 34 *&* 38. Et caſus quibus Eccleſiaſtici traduntur curiæ ſæculari, vide cum *d Gloſſa*, verbo, *poſtmodum*, & cum *Roias de hæret.* 2. *p. n.* 590. *& 2. p. aſſert.* 14. *n.* 183. *& aſſert.* 21. *n.* 235. & quando traditio fit, an iudex ſæcularis teneatur ſtare proceſſui facto per eccleſiaſticõ vide *Abb. in capit. ea quæ numer.* 14. *de ſtatu mo nachor.* 4

CAP. Epheſijs. IV.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Trident. noſtrum textum innovavit.*
2 *Quando Epiſcopus habet impedimentũ ad regimen Eccleſiæ, debet ei coadiutor dari.*
3 *Epiſcopus, & Doctor debent publicè veritatem docere, & nequitiam increpare.*
4 *Argumentũ à contrario ſenſu valet in iure? & num. 5.*
6 *Irregularitas, an incurratur per mortẽ ſpiritualem?*

1 IN textu, ibi, Paulus dicit. Innovavit *Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de reformat. ante medium. & ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.* in principio.

Ibi, Annuntiarem omne cõſilium vobis. Sed quando, epiſcopus per ſe non poteſt, an debeat ei dari coadiutor, vide textum *in cap. de rectoribus*, & ibi *Abb. n. 2. de clerico ægrotant.*, & *in cap. conſultationibus, eodem titulo*, ubi inquit, quod coadiutor eſt ille, qui datur iure, vel iudicis authoritate ad coadiuvandum officium præſidentis, & quod quando datur Epiſcopo ad temporalia, ſufficiat ætas 25. annorum, ſi ad ſpiritualia, quod neceſſarij ſunt 30. anni, *Goncal.* tamen *de menſibus Gloſſa 9. §. 9. num. 6.* tenet. quod in coadiutore epiſcopi requiruntur 30. anni, non adhibita prędicta diſtinctione, & quis poſsit epiſcopo dari in coadiutorem, vide cum eodẽ *Abb. in d. c. de rectorib. n. 2.* ubi & in *d. cap. conſultationibus*, multa de materia; vide etiã *Oldrad. conſ. 44. per totum*, & cum *Specul. in tit. de feudis, §. Quoniam ſuper homagis, n. 74.* ex quibus cauſis poſsit dari coadiutor, & cum *Goncal. d. §. 9. à n. 19.* ubi aliquos refert. Prima infirmitas animi, vel corporis. Secunda ſenectus. Tertia quando linguæ officium amiſit. Quarta quãdo eſt negligens, & remiſſus. Quinta quando populus, quem curat eſt numeroſus. Sexta quando eſt ſuſpectus de dilapidatione bonorũ Eccleſiæ. Septima quãdo ab hoſtibus eſt captus. Octaua ſi ſit inhabilis, vel illiteratus, vide etiã *Flamin. de reſignat. lib. 7. c. 20. per totum, Garc. de benef 4. p. c. 5. à num. 3.* ubi multos refert. De impedimento rectorum inferiorum ab Epiſcopo, vide *Abb. in cap. quoniam, num. 1. nẽ prælati vices ſuas.*

In textu, ibi, Increpare delinquentes noluerit. 3 Debet igitur delinquentes increpare, & doctor publicus, ſeu concionator, tenetur publicè veritatẽ docere, licet fructus alicuius privati non ſperetur. De quo vltra ea quæ notavi *in cap. ſcimus*, ſupra eadem *n. 2.* quæ hic poſſunt adaptari, vide *Abb. in cap. quoniam 3.* in principio *nẽ prælati vices ſuas* ubi hæc verba profert. *Nota primo, quod ſacerdos in regimine Eccleſiæ, debet habere conſiderationem ad præmium æternæ retributionis, non autem ad lucra temporalia.* Vide etiã *Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 38. nu. 19.* qui noſtri textus meminit.

In textu, ibi, Tacendo. 3 Igitur argumentum à contrario ſenſu valet, de quo eſt textus *in l. ex eo, l. qui teſtamento, §. Mulier ff. de teſtam. l. conventicula* ubi, *Bald. C. epiſcop. & cleric. l. nemo C. iuriſd. omn. iudic. cap. Cum Apoſtolica*, ubi *Abb. n. 8. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſ. capit.* latè *Alex. in l. quæcunq; n. 9. ff. officio eius cui mãdat.* & ibi additio *Felin. in c. Significaſti, num. 9. de foro compet.*, quem vide, ubi ponit regulam affirmativam: quod argumentũ á contrario ſenſu fortiſsimũ eſt in iure, & valet, per quam diſcurrit per quatuor ampliationes. Prima igitur ampliatio eſt, quod procedat etiam in verbis contrahentium. Secunda in reſcriptis. Tertia in ultima voluntate. Quarta in ſententijs; & quod procedat etiam in feudis, *Iaſon in l. de quibus, 15. ff de legib.* & de materia latè *in l. quæcunq; n. 36. ff. officio eius cui mandat. Bart. in l. omnes populi, n. 61. ff. iuſtit & iure, & in l. 1. n. 4. ff. de Agrico. & cenſ. lib. 11. & in l. 1. nu. 4. ff. condition. & demonſtrat. Alex. conſ. 150. num. 26. vol. 5. & conſ. 105. num. 8. vol. 3. & conſ. 10. num. 4. vol. 7. Socinus in ſuis fallentijs num. 46. Barbat. in Clement. 1. de electione num. 124. Gozadin. conſ. 37. num. 14. & conſ. 46. num. 6. & conſ. 81. num. 6.*

Prima limitatio ad prædictam regulam eſt, 4 ubi reſultat intellectus contra alias leges, quæ limitatio intelligenda non eſt, quando lex nova nihil operaretur, niſi eã inducendo in contrarium, & quando lex antiqua corrigeretur in genere, non in ſpecie. Secunda limitatio eſt, ubi fuerit appoſita dictio, *præſertim, maximè*, & ſimiles, quia illæ inducunt maiorem rationẽ in caſu contrario, & ſic non procedit argumẽtum. Tertia in verbis narrativis. Quarta in verbis cauſæ impulſivæ. Quinta in verbis cauſæ finalis, & modalis. Sexta in ſtatutis, quæ ſũpto tali argumento correxerint ius commune, quam vltimã limitationem reſtringit duobus modis, quos vide *á nn. 13.* in fine, & ſequentibus, vide etiam *Toletum in ſumma lib. 1. cap. 81. numer. 4.* Adde poſita *ad cap. 1. numer. 7.* ſupra *diſt. 9.*

In tex-

6 In textu, ibi, Occidit. *Præpoſit hic notabil.* 4. concludit, ex eo, quod textus inquit, quod prælatus occidit ſubditos, non corrigendo eos, ſumitur argumentum, quod propter mortem ſpiritualem non incurritur irregularitas, ſicut propter corporalem: *quia hoc planum eſt*, inquit ille, *in hoc nihil eſt, quod dicamus, quia* ut ipſe dicit, *planum eſt*, & tenet *Tolet. in ſumma lib. 1. c. 17. nu. 1.* de irregularitate; quæ contrahitur propter mortem corporalem, videbis poſita ad *cap. de his infra. 50. diſt.*

7 In Gloſſa verbo, annuntiatē, ibi, argumentum. Cōtrovertit Gloſſ. an ſit imputandum alicui illud ad quod tenetur, quando per illum non ſtat quominus fiat. De materia *Bart. in l. 1. C. inſtitution. & ſubſtitut. per totam, & in l. ſi uno, §. Nem cum quidam, ff locati, & in l. 1. §. Dinus in 2. ff. varijs, & extraordinar. cognit. Decius conſ. 70. n. 1.* in fine, *& n. 2. Dinus in regula imputari, 41. & in reg. cū ſtat. 66. de regulis iuris in 6 Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 17. Gutier. in l. nemo poteſt, num. 22. ff. legat. 1.*

CAP. Diſpenſatio. V.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores non debent tacere.*
2 *Subditi tenentur obedire prælatis? & num. 3.*
4 *Reſponſio præcipitata poteſt revocari.*

1 IBI, Væ ſi tacueris. Caveant igitur prædicatores, ne taceant, tempus eſt loquendi *Eccl. 3. n. 7. 1. Corinth. cap. 9. nu. 16. Væ enim mihi, ſi non Evangelizavero, Iſay. cap. 6. n. 5. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum. & Ierem. c. 48. n. 10. Maledictus, qui opus Domini facit negligenter*, & ſic Paulus Apoſtolus formidabat, quanto magis alius exiguus, proſequitur latè *Paul. Fuſi. de viſit. lib. 1. cap. 18 n. 7.* qui textus meminit, adde poſita *ad cap. 1. n. 3 ſupra hac eâdem diſt.*

2 Ibi, Debeant parere. De excellentia virtutis obedientiæ, vide *D. Thom. 2. 2. q. 86. art. ult.* quem citat *Felin. in cap. Illud, in fine de maioris. & obedien.* & quod obedientia, alia ſit generalis, alia ſpecialis, vide per ea, quæ notavi *in tract. de confeſſ. ſolicitant. q. 20. num. 7.* & quod ſubditi tenentur obedire ſuis ſuperioribus, *in cap. omnis anima, de cenſibus, l. 2. ff. de inſtit. & iure, l. non poteſt ff. de regulis iuris. D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 1. Dinus in regula quod quis, num. 5. de regul. iuris in 6. Abb. in cap. Cum non liceat, n. 5. de præſcript. Navar. in manual cap. 23. num. 36. & cap. 14. n. 2. & 12.* ſed hoc intelligitur, duobus concurrentibus. Primò quod præceptum ſit de his, in quibus ſuperior habet ſuam ſuperioritatem, & ſubditus ei ſubeſt, verbi gratia iudex iuxta ſuam iuriſdictionem, pater, dominus, maritus, in ijs, quæ ſpectant ad patriam, dominicam, ſex uxoriam poteſtatem, *D. Thom. d. q. 104. art. 5. Navar. d. cap. num. 36.* & ſequentibus. Secundò quod præcipitur, ſit licitū: de quo vide *Abb. in cap. litteras, nu. 25. de reſtitut. ſpoliat. & int. ad autes num. 1.* in fin. *de temporib. ordinat. Din. in d. 5.* aut iudex teneatur obedire, & exequi mandatum ſuperioris, ſi ei videatur iniuſtum? *Coned. ad Decretal. collectan. 3.*

At caſus, in quibus ſubditus, nō poteſt obedire prælato, vide cum *Abb. in d. cap. cum nō liceat, n. 3. de præſcript. & in cap. ad aures* & quando quis facit actum obedientiæ, an præſumatur, quod obedivit ex timore, an animo obediendi? Vide *Abb. in cap. olim, n. 9. de reſtitut. ſpoliat.* Et an ſi ſubditus obediendo ſuperiori damnū dat, teneatur ad pœnam, vel damnum; vide *l. ad ea. 200. ff. regul. iuris, Bart. in l. inſta, n. 4 ff. acquirend poſſeſſ. Clar. §. fin q. 60. n. 15.* & ibi *additio, Covar. lib. reſolut. c. 1. n. 2.* verſ. 5. *Gomes 3. tomo cap. 3. num. 42.* Et an actus factus â ſubdito de mandato ſuperioris ſit validus, & ſecurus, reſolvè affirmativè per *textum in l. qui in alienā ff acquirend. hæredit. l. ſi pater, ff. ritu nupt. D Thom.* citato loco *art. 2. ad Tertium Bart. in l qui carcerem, num. 1. ff. quod metus cauſa, Gom. tom. 2. cap. 3 n. 27.* verſ. *decimo infertur, Gamma deciſ 262.* limitando tamen cum *Decio in cap fin. n. 2. de appellat. Covar. de ſponſal. 2. p cap. 3. §. 6.* 3

In §. Pariter, ibi, irrevocabile verbum. Vide quæ notavi *in cap. 1. n. 2. hac eādem diſt.* quibus adde *Felin. ad proœmium Decretalium, num. 1. & 2.* ubi inquit ex Dominico, quod incauta loquutio dicitur, quæ fit ſine aliqua deliberatione præcedente: unde infert, quod antequām quis loquatur, debet cogitare, & præmeditari quod loquitur, citat *textum in cap. Sciendum*, ubi vide poſita *29. diſt. cap. inter hircum de panit. diſt. 3.* vide etiam *textum in cap. ponderet 50. diſt.* Atque ſi ex abrupto, & abſque deliberatione, aliquis in iudicio confiteatur, poſſit illa confeſsio revocari, tanquam erronea, & hoc etiam ex intervallo, nō aliter doctus de errore? Vide latè eundem *Felin*; multa tradit *Decianus reſponſo. 8. num. 105. & 106. vol. 1.* 4

DISTINCTIO. XXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit gula, & an ſit peccatũ mortale?*
2 *An clericus teneatur reſtituere fructus beneficij, quos convertit in malos uſus?*
3 *An clericus non recitans horas canonicas, teneatur reſtituere fructus, & quomodo?*
4 *An cõmendatarij teneantur ad reſtitutionem fructuum, ſi illis male utãtur? & num. 5.*
6 *An ſuperior faciens actum cum inhabili ſcienter, ſuper cuius inhabilitate poteſt diſpenſare, diſpenſare videatur?*

1 IN textu, ibi, Gulæ intemperantiam. Gula eſt appetitus inordinatus cibi, & potus. *D. Thom. 2.2.q.148.art. 1.* & ſequentibus *Tolet. in ſumma lib.8.cap.59.* in principio, *Navar. in man.cap.23.n. 119. Frater Emman. Rodrig. in ſum. cap.128. Leſius de iuſt.lib.4. cap. 3. dub.1. Petr.Ledeſm.2.tom.in tractat. de abſtinentia cap.3.* Hæc cõmittitur quinq; modis. Primò circa ſubtilantiam cibi, & potus, cum præter modum ſint pretiola, & lauta. Secundò circa quantitatem, cũ quis veſcitur, vel bibit ſupra id, quo indiget. Tertiò circa quantitatem, cum cibos delicatos nimis, & exquiſitos quærit. Quartò circa delectationem guſtus, cum nimis ſibi complacet in guſtus delectatione. Quintò circa tempus, cum indebito tempore ſumuntur cibi, & potus *Tolet. & Navar.* ubi proximè, *Leſius num.2. D. Thom.d.q. 148.n.4.* & quod in ſex caſibus gula ſit peccatũ mortale, *Tolet.* citato loco *cap.40.* Seu cũ *Leſio* proximè citato *num.7.* quod in ſeptem caſibus datur tale peccatum. Primus eſt, quando quis propter gulæ voluptates furatur, vel iniquos contractus facit. Secundus quando omittit id ad quod ex præcepto divino tenebatur, ut ſi non ſolvat creditoribus. Tertius quando violat ieiunia Eccleſiæ, veſcendò carnibus, vel ſæpius comedendo. Quartus quando ex gula gravem noxam infert valetudini, id advertẽs vel ſuſpicans eventurum. Quintus ſi cum ſcãdalo proximi. Sextus quando probabiliter timetur aliquod peccatum mortale, ex quantitate, vel qualitate cibi ſumpti committendum; ut ſi experientia noſces te inde ad turpia ſolere concitari, & conſentire; ſi tamen omnino putares te ſatis firmum ad reſiſtendum, & ſolius gulę affectu veſcereris, non erit peccatum mortale. Septimus ſi quis veſceretur carnibus humanis, *Leſium*, eundem vide *dub.2.n.10.* ubi reſolvit in caſu neceſsitatis poſſe id fieri quod etiam tenent *Caiet.2.2.q.48.art.2.in ſolutionem ad 2. Abulenſ. 4.Reg.c.6.q.32. Navar.in ſum.c.23.n.123. Sà.* verbo, *Comedere, n.1. Tolet. poſt 7.lib. tract. de ſeptem peccat.mortalib. c.60.n.3. Sanch. lib.1. decal. cap.18. nu.*12, ſed contraria opinio negativa, eſt etiam probabilis, ex eodem *Leſio*, ubi proxime, *Sanch.* ubi proxime, & illam tanquã probabilem tuentur *Vict.relect.de temper. nu.8. Azor. tom.1.lib.7.cap.35.q.4. Valent.22.diſp. 9. q.3. puncto 1.col.3.*

In textu, ibi, Non luxuriari. 2

Et ſi luxurietur; an teneatur reſtituere? Reſolve, quod non. *Pater. Molin.1. tom. de iuſtit. & iure diſp.144.n.19. Leſius de iuſt.lib.2.cap.3.dub.6.n.43. Spino de teſtam.Gloſſa.14. rubr.num.18.* & adde his ea quæ notavi ſupra *diſt.40. & in cap. 1.* verbo, *cum hereditate miſit, & diſt.41.cap. Epiſcopus*, verbo, *quia modo, & diſt.42. in ſumma*, verbo, *aliena rapere.* & an quando clericus dederit concubinæ ob bené merita valida ſit donatio, *Decian.vol.3.reſponſ. 17 n.24. citans Anch. & Afflict. dec. if. 102. Ceval. q 273.num. 6.* affirmative reſolvit, an ſuppoſito quod donatio ſit valida, & non teneatur reſtituere ipſe clericus, an tali caſu fiſcus poſsit illam auferre concubinę; vide *Peres l.1.tit.3.lib.1. ordinam. Roland.conſ.98.n.1. Gutier.de iuram.cõfirm. 1.p.cap.6.n.5. Gomes l.53. Tauri.num.68.* quos citat *Spin.* citato loco *num.9.*

In textu, ibi, De altari vivere. 3

Et ſic tenentur etiam altari ſervire; unde clerici beneficiati, tenentur reſtituere fructus, nõ recitando officium diuinum, ut tenet *Navar. in man.cap.25.n.122. Frater Emmanuel.in ſum. 1. tomo tract.at.de religione cap.4.concluſ.20.dub.5.* fol. mihi 496. *Sulz. in praxi cap.57.n.1.* cum quibus omnibus videri poteſt, quibus caſibus peccat, qui non recitat officium divinum, & qui teneãtur illud recitare, & quibus cauſis excuſentur; & qualis attentio requiratur in illis. *Leſius de iuſt. lib.2.cap.37.dub.11. & dub.12.num.77.* An ſit peccatum mortiferum loco officij de feria, dicere de Sanctiſsima Trinitate, vel de Deipara Virgine. *Leſius* citato loco, *num.77.* ubi concludit illam officij mutationem etiam dedita opera factam non eſſe peccatum mort. idem tenet *Azor lib.10. inſt. moral. cap. 10. dubit. 2. cum Caiet. Sylveſt. Armilla, Soto, Bartolom. Medina, Anglet. Vega, Zerola*, quos citat. *Garcia de benefic. tractat. de obligatione recitandi, 3. p. capit. 1. num.145.* Ipſe tamen *Gracia num.150.* affirmat per talem mutationem cõmitti peccatũ mort. & teneri

tranſgreſſorem ad reſtitutionem fructuũ beneficij. *Suar. de horis canonicis lib. 4. cap. 23. à n. 12.* aſſerit ex genere ſuo eſſe peccatum mort. ob parvitatem verò materiæ poſſe eſſe veniale, An coadiutores perpetui cum futura ſucceſſione, virtute talis coadiutoriæ, teneantur recitare horas canonicas, reſolve negative cum *Garcia de benef. 1. tom. 3. p. cap. 1. nu. 109.* ubi citat *Medin.* pro hac opinione.

4 In textu, ibi, Non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis. Quid de cõmentarijs? Die quod commentarij attento iure, & conſuetudine, dupliciter conſiderari poſſunt. Primò quatenus illis Eccleſiæ commendantur tanquàm cuſtodibus illius, faciẽdo eos depoſitarios illorum fructuum iuxta, *textum in cap. nemo*, ubi *Gloſſa*, verbo, *commendare, de electione lib. 6. Prapoſit. hic num. 5. Frater Emmanuel in ſumma 3. tom. cap. 31.* Secundò poſſunt conſiderari, quatenus ſunt milites, ſcilicet Sancti Ioannis. S. Iacobi Calatravæ, Chriſti, & ſimiles, de quibus per *Caſſin. in cathalag. gloria mundi p. 9. conſiderat. 7.* cum ſequentibus, *& præcedentibus. Cened. ad Decretal. collect. 29 n. 4.* quibus in aliquibus Eccleſijs applicantur, illorũ fructus, & redditus, de quibus ſuſtentãtur in præmium defenſionis Eccleſiæ, cui ſunt adſtricti, & obligati, per profeſsionem, quam faciunt, & ita ſunt religioſi profeſsi certo modo quanvis non perfectè, & integrè, *Pater Molin. de iuſt. & iure tom. 1. diſp. 141. nu. 7.* & de his *Frater Emman. citato loco cap. 39.* In caſu dicendum eſt, quod cum hodie Summus Pontifex prædictis commentarijs, prædictas commendas concedat, ut decentius ſe ſuſtentare poſsint, & ſic abolevit antiquum tempus, quo tantum in cuſtodia cõcedebantur, non teneantur reſtituere fructus quanvis eis abutantur, ſiquidẽ poſſunt de illis diſponere, tanquã veré Dñi. *Prapoſit. hic n. 5.*

5 Sed hoc intelligitur deductis prius expenſis neceſſarijs cultui divino, tales namq; cõmendatarij non poſſunt immutare ſtatũ Eccleſiæ, & ſic debent ei facere ſervire per numerum clericorum conſuetum, & hoſpitalitatẽ, more ſolito ibi teneri, & conſimilia onera ſuſtentare, ut reſolvit *Abb. in cap. de Monachis, nu. 3. de prabendis, & dignitat. & in cap. querellam num. 1. de elect.* & quod non teneantur reſtituere fructus, videtur etiã ſentire *Frater Emman.* citat. loco *c. 31.* & idem colligitur ex *Concilio Trident. de reform. ſeſs. 24. cap. 17.* ex æquiparatione quam facit cõmendarum alijs beneficijs; de his commẽdatarijs vide *Garc. de benef. 1. tom p. 4. n. 6.* ubi *à n. 9.* invenies, an Epiſcopus poſsit commendare, *& p. 9. tom. 2. cap. 2. num. 19.* & ſequentibus, quod æconomi, ſeu Vicarij, qui Eccleſiæ deputãtur, dum de rectore illi providetur, poſſunt dici lato modo commendatarij. In ſecundo caſu à fortiori, dicendum eſt, tales commendatarios non teneri ad reſtitutionem fructuum, habẽt enim verum dominium illorum, & ſic poſſũt de illis diſponere. *Pater Molina* ubi proximé, *num. 6. Frater Emman.* citato loco *cap. 30.* in illis enim habent locum omnia, quæ diximus de verè beneficiatis reſpectu reſtitutionis fructuum, dantur enim eædem rationes.

In Gloſſa, verbo, utrunq; ibi, 6
& eſt hîc argumentum. Quod Summus Pontifex cenſeatur tacite diſpenſare, ſi facit actum ſcientẽr cum inhabili, ad cuius validitatẽ eſt neceſſaria diſpenſatio, tenet *Gloſſa* verbo, *opponere in cap. Cum Eccleſiaſtica de except. Bart. in l. quidam, num. 2. ff. reiudic. Bald. in l. imperialis, §. 1. C. denupt. Abb. in cap. Si quando num. 3. de reſcript.* ubi *Felin. num. 6. Decius 5. Gygas de penſionib. q. 16. n. 12.* & ſequentibus, vide tamen *Oldrad. conſ 325. per totum, & conſ. 332. nu. 1. Goncal. de menſib. Gloſſa 15. nu. 33. Gom. in regul. de non tollend. iure quæſit. q. 18.* verſ. *tamen iſtis non obſtantibus*, ubi inquit, quod ad hoc ut Papa videatur per actum, quem facit, diſpenſare, ſex requiſita ſunt neceſſaria. Primum quod Papa ſciat factũ, & ex illo iuris diſpoſitionem. Secundum, quod pariter ſciat eſſe opus in illo facto diſpenſatione. Tertium quod ex certa ſcientia affirmativum actum faciat, & illum exprimat. Quartum quod de cauſa motiva diſpenſationis cognoſcat. Quintum quod ex eius actu tertius non lædatur. Sextum quod ſi lædatur debeat regulæ derogari. Vide etiam textum *in Clementin. unica de ſenten. excomunicat. Iaſon in l. Barbarius ff. officio prætor. num. 13.*

CAP. Comeſſationes. I.

SVMMARIVM.

3 *Quomodo ſe debet habere prælatus, qui vult in Eccleſia ſua aliquem abuſũ extirpare?*
2 *Quid faciendum ſit, quando capitulum, ſeu Vniverſitates citari debent? & num 3.*
4 *Multi, quot dicantur?*
5 *Pœna minui debet, quando multitudo delinquit.*

IN textu ibi, Sic enim agendũ 1
eſt cũ multitudine peccãtiũ. *Prapoſit. in cap. omnia, num. 1. in fine, diſt. 3.*

inquit, quod Prælatus ad extirpandas pravas consuetudines expectare debet temporis opportunitatem, inter cæteras enim circunstantias actuum humanorum, una est tempus, & adhuc eo casu utendum est magna cautela, ubi enim agitur de corrigẽda multitudine facilè susciatur scandalum, nisi prudenter res agatur. *& in cap. ult. num. 6. dist.* 11. dicit, quod cũ novitates discordias pariant, iuxta textum in *cap. Cum consuetudinis, de consuetudine*, quod in tali casu, ut hoc nõ fiat, cum scandalo, cautela est, quod prælatus consulat Papam, & cum eius authoritate procedat ad extirpationem malorum usuum, res enim tutius, & cautius propter authoritatem Papæ, & Sedis Apostolicæ, tunc fiet. Rursus si quid à populo impetrari desideratur, prius in illam sententiam nobiles adducendi sunt, nam facilius cæteri illorum authoritate trahuntur, ut ex nostro textu comprobat *Tiraquelus de nobilitat. capit. 73. numer. 133.*

2 **In textu, ibi, Scripturis comminando.** In hac quæstione potest tractari de citatione, quæ fit per edictum, & de citatione, quæ fit per nuncium. In primò casu dic, quod sufficit proponere citationem in loco publico, & solito edictorũ, aut similium citationum, ita tenet *Bart. in Extravagant. ad reprimendum*, verbo, *citatum, folio mihi 82.* vers. *num. 1. Marian. Socin. in tract. de citation. art. 20. quæst. 20. num. 52.* in principio. In secundò verò casu, qui est proprius de quo agimus, vide *Imol. in Clementina causam de electione nu. 41. Glossa*, verbo, *factam in cap. si capitulo de conces. præbenda lib. 6.* quam multum commendat *Abb. in cap. Bona, num. 19. de elect.*, ubi concludit, quod nuncij requirunt præsidentem, qui debet convocare capitulum, seu vniversitatem, ut eam cõvocet, iuxta morem solitum. Quod si se includeret, ne fiat cõgregatio, perinde est, ac si facta sit, ad instar eius, qui latitat, vel impedit, quominus citari possit; & quod poterit compelli ipse præses, & quod quãdo aliqui de communitate veniunt, aliqui non, quod sufficit præsentari Decano, vel rectori, vel ei, qui maior est ibi, & illis, qui cum eo sunt. At verò *cap. bona*, supra citatum in vers. *cum etiam si quilibet*, tenet quod singuli de capitulo sunt citandi. *Bart.* verò *in d. Extravagant. ad reprimendum* addit prædictæ Glossæ *in cap. si capitulo*, quod sufficit citare præsidentem vel caput, qui ipsi capitulo, vel communitati præsidet, vel quod fiat per præconem, clamante nuncio, alta voce per populum, castrum, seu civitatem, quod ex parte talis iudicis citat talem communitatem, seu universitatem: De materia vide *Abb. citato loco, Luc. de Peñ. in l. fin.* vers. *ut autem propo finem. C. re militar. lib. 12. fol. mihi. 279. Marant. de ordine iudic. 6. part. membr. 1. de citat. num. 94.*

Nihilominus, salva omnium pace, *Socin. in d. tract. de citat. d. num. 52.* vers. *tu verò distingue*, 3
considerate, & melius loquitur. Resolvit igitur, quod quando citatio fit per nuncium, si universitas habet syndicum habentem legitimum mandatum ad id de quo quæritur, sufficit eum citare, & si non habet syndicum, & est congregata in loco solitæ congregationis, ibi debet citari; quod potest fieri etiam si omnes ibi non sint, si tamen sint maiores cum alijs, & si non reperitur congregata, tunc nũcius debet petere, ut congregetur more solito, & si ille ad quem pertinet congregare latitat, vel non vult, ut congregetur, seu non potest congregari, tunc debet fieri citatio in illo loco, seu ante illum citando rectores, vel maiores ipsius communitatis, & quod si possit reperiri præses, vel maior sufficit eos citare, quanvis non sint in loco solito, vel etiam singulos de Vniversitate, sed non debent citari, tanquam privati, sed sub nomine Vniversitatis, cum quo alia multa de materia potes videre, & vide *Barb. in Clement. causam, num. 37. de electione.*

In textu, ibi, Multitudine. 4
Vide *Aretin. in tractat. malefic. in rubrica pluribus*, & pluribus, *folio mihi. 72.* vers. *num. 2. & in §. Servorum, numer. 1. Institut. iure personarum, Bart. in leg. 1. §. Hoc rescriptum* in principio, *ff. ad Silan. Alexand. in l. Imperator, numer. 10. ff ad Trebel. Iason. in l. licet, num. 19. ff. legat. 1. Luc. de Peu. in l. nominationum*, verbo, *ne pancorum, de decurionibus lib. 10.* qui omnes tenent, quod duo, vel tres dicuntur multi; nihilominus, *Abb. in capit. Latores, num. 5. de clerico excommunicationis ministr.* inquit, quod quando statutum facit mentionem de multis; tunc secundum subiectam materiam iudicandum est, quot sint multi, & hoc arbitrio iudicis relinquendum erit; idem tenet *Felin. in cap. Dilectus in 2 numer. 3. de simonia, Iason in l. licèt Imperator*, ubi *numer. 21.* dicit, quod quanuis duo, vel tres dicantur multi, non tamen faciunt multitudinem, nec etiam octo, & quod arbitrio iudicis relinquẽdum est.

In Glossa fin. ibi, & habes hîc. 5
Glossa hîc ponit duas limitationes ad regulã, quod cum multitudine, semper in pœnis mitius agendum est. Alteras vide hîc cum *Præpositi. num fin. Turecremat. c. ut constitueretur, nu. 1. dist. 50. Abb. in cap. Latores, nu. 3. de clerico excommunic. Felin. in cap. Dilectus, in 2. nu. 3. de simonia*, ubi prædictæ regulæ congerit septem fallentias. Primã, nisi multitudo defenderet delictum. Secundã, nisi delictũ esset maximum.

Tertiam

Tertiã, niſi eſſet multitudo religioſorũ. Quartã, niſi loquantur in pœna æterna. Quintã, niſi eſſet delictum non commiſſum, ſed committendum. Sextam, niſi ceſſaret ſcandalum. Septimam, niſi in multitudine eſſent aliqui principaliores; tunc enim in his caſibus, illis non parcitur; optimè *Tiraquel. de pœn. temperandis, cauſa* 47. *nu.* 1. *&* 10. qui utroq; loco noſtrum textum refert *Paulus Fuſc. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 53.

CAP. Non oportet. II.

SVMMARIVM.

1 *Quas pœnas incurrat clericus tabernas ingrediens?*
2 *Verbum*, oportet, *quid importet?*

1 IN textu, ibi, Tabernas intrare. *Bertach. in tractat. de epiſcop. part.* 8. *lib.* 4. *de cauſa materiali degradat. vel depoſitionis. n.* 14. inquit, quod epiſcopus, vel clericus tabernas frequentans debet deponi; quod limitari debet, quando peregrinationis cauſa fit, ut in *cap.* ſequenti. *Salzed.* tamen in *praxi, cap.* 81. *num.* 3. eum reprehendit dicens, iure non probari, & quod pœna relinquitur arbitrio ſuperioris, ut conſideratis frequentatione actuum, perſonæ qualitate, & videntium ſcandalo, eos poſſit punire, ut illis viſum fuerit, ſequitur *Gutierr. lib.* 2. *Canon. cap.* 4. *nu.* 67. qui noſtri textus meminit, & *nu.* 69. Adde poſita ad *cap. Ante omnia.* 9. *nu.* 3. ſupra, *diſt.* 35.

2 In textu, ibi, Non oportet. Quod hæc dictio importet neceſſitatem, tenet *Bart. in l.* 1. in principio, *ff. iuſt. & iure. Decius in cap. Intelleximus, num.* 7. *de iudic.* Vide *Gloſſam in cap.* 1. 25. *q.* 1. & *cap. Vt qui duas*, 25. *de electione. lib.* 6. & *Gloſſam*, verbo, *oportet. in cap.* 1. *de præſcript. eodem lib.* 6. *Gloſſa*, verbo, *oportet. in cap. Cũ ab uno, de re iud. lib.* 6. Sed an verbum neceſſitatis importet ſemper neceſſitatem, an etiam honeſtatem? Vide *Ioſon. in l.* 1. *nu.* 3. *ff. iuriſdict. omnium iudic. Abb. in cap.* 1. *nu.* 7. *de deſponſat. impuber. Felin. in cap. Nam concupiſcentiam, de conſtit.* ubi tenet, quod verbum neceſſitatis, importat etiam honeſtatem, quando ſubiecta materia id ſuadet, per *Gloſſam*, quam citat in *Clement. attendentes, de ſtatu monachor.*

CAP. Nulli. III.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit clericus habere tabernam?*
2 *Officium tabernarij nobilitati derogat.*
3 *An conceſſo, quod eſt maius, concedatur quod eſt minus? Et an prohibito, quod eſt minus, prohibeatur, quod eſt maius?*

1 IN textu, ibi, Tabernã habere. *Gloſſa in cap.* 1. verbo, *ignominioſas, de vita, & honeſt. clericor. lib.* 6. tenet, quod clericus non poteſt tenere tabernam; de quo *Gutierr. lib.* 2. *Canonic. cap.* 4. *nu.* 68. qui textum refert. Sed *Dominic.* ibi, *num.* 9. diſtinguit duos caſus. Primum, quando tabernam habet, ut in ea perſonaliter adminiſtret. Secundum, quando eam alijs locet ad adminiſtrandum. In primo caſu etiam diſtinguendum eſt: quod aut in perſona adminiſtrat dictam tabernam, ſeu ergaſterium (quod eſt ſtatio, ſivè apotheca, ubi ſunt, & exponuntur res venales ſecũdum *Præpoſit.* hîc, *nu.* 3.) in artificijs, ſeu negotijs inhoneſtis, & tunc non poteſt; ſeu in artificijs, vel negotijs clerico permiſſis, & tunc ei non prohibetur: *Gloſſa in cap. Negotiationem, diſt.* 58. & quis dicatur negotiator inhoneſtus, vide cum textu in *cap. Eijciens; diſt.* 88. In ſecundò caſu, quando clericus habet tabernam non ad adminiſtrandũ eam in perſona, ſed ut eam alijs locet, hoc non eſt ei prohibitum; & in caſu quo ei prohiberetur, ſi monitus non deſiſtat, quod perdit privilegium clericale; vide cum *Anchar. in Clement. diœceſanis, nu.* 10. *de vita, & honeſtat. clericor.* & ibi *Imol. nu.* 14. *& nu.* 6. *Cened. ad Decretum, collectan.* 37. *nu.* 20. *Decian. tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 136. quinimò *Bertachin. in tractat. epiſcop.* 8. *part. lib.* 4. *in cauſa material. degradat. nu.* 14. inquit, quod debet deponi, vide tamen *Salzed. in praxi, cap.* 81. *nu.* 3. in fin.

Merito enim prohibetur clericis tabernas 2
habere: quia tabernarij, popinarij, ſeu caupones, inter viliſſimos homines numerantur, teſte *Tullio in oratione pro Lucio Flaco* 14. *Opifices*, inquit, *& tabernarios, atq; omnem illam facem civitatũ, quid eſt negotij concitare?* Textus optimus in *l. Humilem, C. de incaſtis nupt. l.* 1. *C. de natal. liber.* Videmus plerumq; tabernarios, & ipſorum famulos adeò incontinentes, ut non admodum differant ab ijs, quæ in lupanaribus habitant, ut inſinuat *textus in l. ult. C. ſi mancip. ita necne, ve proſ.* & in *l. Athletas, §. Ait prætor, ff. de bit. qui notant*

notantur infam, proſequitur *Tiraq. de nobilit. cap.* 34. *nu.* 44. qui noſtri textus recordatur.

3 In textu, ibi, Quanto magis alijs. Reſolve cum *Præpoſit.* hîc *nu.* 2. quod quando minus continetur, in eo quod eſt maius, tanquam pars ipſius, vera eſt regula; quod conceſſo, quod eſt maius, cenſeatur conceſſum, quod eſt minus, ex textu in *cap. Plus, de regulis iuris, in 6.* Si verò minus non continetur in eo, quod eſt maius, tunc diſtinguendum eſt, quod aut conceſſio illius, quod eſt maius, procedit à diſpoſitione iuris cõmunis, aut à iuris ſpecialis diſpoſitione. Primò caſu, conceſſo, quod eſt maius, etiam cenſetur conceſſum, quod eſt minus, *dict. cap. Plus*, & *cap. In toto, de regul. iuris, in 6.* In ſecundò verò caſu, regulariter conceſſo, quod eſt maius, non conceditur, quod eſt minus, per textum in *cap. Cui de non, de præbendis, in 6.* fallit tamen hoc in connexis connexione neceſſaria, argumento textus in *cap. Tranſlato, de conſtitution.* & fallit in acceſſorijs ſeparatis, ſi conceſſio ſit favorabilis, *l. Si quando, C. iure fiſci. lib.* 10. de materia vide *Dynum in d. regula cum plus*, & in *regula, in toto*, & in *regula, cui licet, de regul. iuris, in 6. Abb. in cap. Cum in cunctis, nu.* 5. *de electione*, & in *cap. Per venerabilem, nu.* 6. *qui filij ſint legitimi. Iaſon. in l. Qua delegato, nu.* 4. *ff. legatis*, 1. Et an prohibito, quod eſt minus cenſeatur prohibitum, quod eſt maius? *Præpoſit.* hîc affirmativè reſolvit, vide etiam *Iaſon. in l. Si quando*, §. *Generaliter, C. inoffitioſo teſtam. Turrecremat.* hîc *nu.* 3. qui citat textum in *cap. Miramur*, 24. *q.* 1. *cap. Digeſta, diſt.* 74.

CAP. Clerici. IV.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinis ratione peregrinationis multa conceduntur. & nu.* 2.
3 *Peregrinationes ſunt licitæ, & religioſæ.*

1 IN textu, ibi, Niſi peregrinationis. Nota ſecundum *Præpoſit. in cap. Peregrina*, in principio, 3. *q.* 6. quod peregrinus dicitur ille, qui non eſt de provincia, vel ſecundum *Luc. de Pen. in l. Cum ſcimus, C. agricol. & cenſitis, lib.* 10. verbo, *peregrinari*, fol. mihi 167. quod dicitur ille, qui eſt aliunde hoſpes, vel cum *Bart. in l. Divus, nu.* 10. *ff. de incolis, lib.* 10. quod dicitur, qui non eſt in loco ſuæ habitationis, vel qui extra patriam ſuam diſcedit, ut docet *Auth. ut differentes indicet*, ubi idem *Bart. num.* 1. Quòd hi per civitates, quas tranſeunt non poſſint conveniri, vel cauſa repræſaliarum capi, quando vadunt ad indulgentiam Romanam, vide cum *Bart. in l. Conſenſiſſe*, §. *Legatis, num.* 3. *ff. iudic. Abb. in cap. fin. de foro compet. nu.* 47. Et quod non poſſint excommunicari, nec contra eos procedi, idem *Abb. in cap. fin. nu.* 7. *de cleric. peregrin.* Et quod poſſunt ſepeliri in loco ubi decedunt: & quod non teneantur in Eccleſia cathedrali, idem *Abb. in cap.* 1. *nu.* 4. *de ſepultur.* Et quod quilibet ſacerdos in propria parochia poſſit licitè illis miniſtrare Sacramenta confluentibus in ſuam parochiam, tenet idem *Abb. in cap.* 1. *de celebrat. miſſar.* & in *cap. Quod autem, nu.* 7. *de penitent.* tenet, quod viſitantes loca ſancta, & pia percipiunt indulgentias ſuperioris alieni, ſi ad id habent licentiam à proprio ſuperiore.

2 Inſuper *Imol. in Clementin.* 1. *de ſtatu monachor.* reſolvit, quod peregrini intrantes navem, vel tabernam, & non invenientes res ſuas, ſi dicant ſe eas ibi amiſiſſe, quod ſtabitur eorum iuramẽto. *Præpoſit.* in hoc textu affirmat, quod in qualibet Eccleſia poſſunt accipere baptiſma, per *textũ in cap. Numeroſos*, 10. *q.* 3. & quod poſſunt mutare habitum, per *textum in cap. Epiſcopi*, 21. *q.* 4. Et quod poſſunt communicare excommunicatis in cibo, per *textum in cap. Quoniam multos*, 11. *q.* 3. Et quod illis licet intrare tabernam ad emendum ibi neceſſaria, non verò ad bibendum, & comedendum. De his vide aliqua notabilia cum *Luc. de Pen. in l. Quisquis*, 4. *C. omni egro deſert. lib.* 10. ubi inquit, quod officium peregrinorum, eſt nihil præter negotium ſuum agere; nihil de alio inquirere, minimèq; eſſe in aliena Republica curioſos; vide etiam *Bart. in Auth. de qualitat. dot.* §. *Illud quoq;*, in fin. & in *Auth. ut omnes obed. iudic. nu.* 9. ubi de peregrinatione ait, quod facit homines mendicos, & pauperes, & quod peregrinatio eos deducit ad mortem.

3 At non defuerunt hæretici, qui affirmarunt, peregrinationes ad loca ſanctorum inanes eſſe. Sic Vviclephiſtæ teſte *Thoma Vvaldenſ. tom.* 3. *tit.* 15. idololatria damnat illos, qui ad loca ſancta peregrinabantur. Sic impius *Calvinus lib.* 4. *inſtitutionum, cap.* 12. §. 7. peregrinationes votivas ad loca Sanctorum non ſolum inanes, ſed etiam plenas manifeſta impietate, dicit eſſe. Sic Magdeburgenſes tempore Conſtantini cæpiſſe volunt abuſum peregrinationum, & ſtatim refutatum fuiſſe à Gregorio Nyceno. Sed contrarium tenendum eſt: ſunt enim peregrinationes ad loca ſancta piæ, & religioſæ, ut rectè docet *Concil Trident. ſeſſ.* 25. & ex Sanctis Patribus *Euſeb. lib.* 9. *cap.* 9. *Chryſoſtom. homil.* 6. *ad populum, Hieronym. epiſt.* 17. *ad Marcellam. Auguſt. epiſt.* 137. *ad clerum, & populũ. Hypponenſ.*

Ripponenſ. Paulin. epiſt. 2. ad Severum. Beda lib. 5. hiſtoriæ, cap. 7. & alijs latè comprobat *Bellarmin. lib. 3. de cultu ſanctorum, cap. 8.* Vnde Niculaus I. ad Michaelem ſcribit, multa millia hominum ex omnibus terræ finibus confluere ſolita ad limina Apoſtolorũ, religionis cauſa viſitanda.

CAP. Multis. V.

SVMMARIVM.

1 *Quòd prælati non debent ſe occupare convivijs.*
2 *Quod teſtes, ſine partis citatione non probant.*
3 *Quod ut valeat teſtimonium requiritur iuramentum. & nu. 4. & 5.*

1 IN textu, ibi, Solis te convivijs occupatum. Vide *Bertach. in tract. de epiſcopis, 1. p. lib. 4. §. de vita epiſcopi, nu. 10.* & *1. p. lib. 2. tit. de cauſa mater. epiſcop. nu. 74.* ubi, inquit, quod epiſcopus non debet invigilare convivijs per hunc textum, quinimò nec conſentire, quod in illis interveniant fabulæ otioſæ, nec cantilenæ; decãtationes, nec plauſus, nec riſus fieri, nec ioculatores, ubi *nu. 9.* dicit, quod ſi hæc fiant debet à menſa recedere, *Abb. in cap. Cum decorem, nu. 1. de vit. & honeſt.* Eſt hac in re egregium factum *D. Auguſtini*, qui (ut auctor eſt *Surius in eius vita*) cum hoſpites convivio recreabat, *In menſa magis lectionem, vel diſputationem, quam epulationem potationemq́, diligebat; & ideo omnem convivam à ſuperfluis, & noxijs fabulis, & detractionibus abſtinere debere admonebat.* Quapropter in eminentiori triclinij loco, & in omnium diſcumbentium conſpectu, hæc erant ſcripta carmina.

Quisquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

Ab hoc, epiſcopo diſcant alij Eccleſiæ paſtores inter cõvivia rectè, & honeſtè confabulari.

2 In textu, ibi, Quæ audita non crederem. Hic notat *Præpoſit.* quod ad receptionem teſtium neceſſaria eſt citatio, de quo vide *textum in cap. 2. de teſtibus, l. Si quando, C. eodem tit. Ordinatio Luſitana lib. 3. tit. 1. §. 13. & tit. 47. §. 1.* De materia *Abb. in d. cap. 2. nu. 1. & 7. Annan. nu. 2. Decius nu. 17. Felin. nu. 3.* ubi per quinq; ampliationes, & 14. limitationes exornat prædictam regulam; *Maſcard. volum. 1. quæſt. 5. num. 36.* ubi latiſſimè etiam per multas ampliationes, & limitationes: & an quando teſtis non citatus deponit, valeat eius dictum, vide *Felin. in d. cap. 2. nu. 23.* ubi diſtinguit quatuor caſus. Primus, quando teſtis non vocatus, proprio motu ſe offert. Secundus, quando pars ipſum producit non citatum. Tertius, quando iudex ipſum citat ex officio. Quartus, quando non apparet, quis ex iſtis caſibus intervenit; ſed ſimpliciter apparet teſtem depoſuiſſe. In primò caſu reſolvit, quod prædictus teſtis debet repelli tanquam ſuſpectus, niſi fuerit in materia evitandi peccatum, quia tunc ipſi creditur. In ſecundò caſu, quod plenè probat teſtis. In tertiò tenet, quod in caſibus, in quibus in civili poteſt iudex ex officio ſupplere, valeat examinatio, nõ verò, quando iudex in cauſa civili non poteſt inquirere de facto, ex mero officio inquirendo, poteſt recipere teſtes: ſi verò proceſſus eſt accuſationis, tùnc ſi teſtes non ſunt aperti, non poteſt, ſed ante poteſt. In quartò caſu, in dubio præſumitur, quod teſtis fuit rogatus à parte, & eius dictum ſuſtinetur.

In textu, ibi, In teſtimonium. 3 Quòd iuramentum in teſtimonio ferendo ſit neceſſarium, probat *textus in cap. Tuis, de teſtibus, cap. Nuper, eodem tit. l. Teſtium, l. Iuriſiurandi, C. eodem. Abb. Anchar.* & *Felin. in d. cap. Tuis. Iaſon. in repetitione. l. Admonendi, nu. 219. ff. iureiurand. Covar. 2. variat. cap. 13. nu. 2. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1362.* ubi concluſionem ampliat tribus modis, & limitat quatuor. Primò ampliat etiam in cauſis ſummarijs. Secundò etiã caſu, quod mille teſtes deponant, quia etiam tunc non ſuppletur defectus iuramenti. Tertiò ampliat etiam ſi priùs deponat, & poſtea iuret, tenetur enim prius iurare. Primò limitat, quando iudex procedit ſolum ad ſuam informationem. Secundò, quando teſtes examinantur ſuper notorio, & conſuetudine populi. Tertiò, quod facit aliqualem probationem, quanvis non ſemiplenam, ita ut ſi ex parte unius, unus teſtis non iuratus ultra numerum adverſarij detur, illius teſtes proferendi ſunt. Quartò limitat, quando fides teſtis non iurati eſſet à parte approbata, vel remiſſum iuramẽtum ab ea, in his enim caſibus valent depoſitiones ſine iuramento.

4 An, ſi prædictum iuramentum deferatur, non tactis evangelijs, ſed reliquijs Sanctorum, Cruce, vel ſuper animam ſuam valeat? Reſolve affirmativè cum *Felin. d. cap. Tuis, num. 5.* ubi citat *textum in cap. Præbyter*, in verſ. *Evangelio, 2. q. 5.* imõ *textu in cap. Qua de cauſa*, verbo, *Ante corpus Sanctis eãdem cauſa*, & *quæſt. textus in l. Generaliter, §. penult. C. rebus credit.* & ibi *Gloſſa 1.* verbo, *ſuper altari, cap. 1. de nova forma fidelitat.* Vide *Cened. ad Detretal. Colleã. 108. n. 6.*

Comit.

Covar. cap. Quamvis pactum, p. 1. §. 1. nu. 1. Luc. de Pen. l. Si qua, 3. devendend. rebus civitat. lib. 11. ubi latè, verbo, *ſcripturas.* Et an in dubio iuramentum præſumatur? Reſolve cum eodem *Felin.* citato loco, *nu. 6.* Quod præſumitur, niſi appareat per *textũ in l. fin. ff. publican. Maſcard. vol. 3. concluſ. 1321. nu. 15.* de quo vide *Iaſon. in l. Admonendi, nu. 219. ff. iureiurand.* Et an prædictum iuramentum poſſit tolli à ſuperiore? *Iaſon.* citato loco, *nu. 225. Maſcard. vol. 1. quæſt. 5. nu. 81.* ubi alios refert.

5 Pari modo, poteſt dari iuramentum abſq; tactu rei ſacræ, cũ nihil aliud ſit iurare, quàm Deum in teſtem vocare, & poteſt, quis abſq; illo tactu divinum implorare teſtimoniũ, nempè verbo, vel ſolo conſenſu, ut probat *Gloſſa in Clement. 1. §. Porrò,* verbo, *tacto, de hæretic.* recepta ex *Alciat. in rubrica de iureiurand. num. 29.* & à multis commendata, ut per *Covar. in cap. Quamvis, 1. p. §. 1. num. 2.* verbo, *hæc ſanè.* Nec obſtat, ſi obijcias, dabiles eſſe, quam plures caſus, quibus iuramentum abſq; tactu ſacrorum non admittitur, quorum meminit *Gloſſa,* ſupra citata. Reſpondetur namq; iuramentum in illis caſibus improbari quoad certos iuris effectus, ſed nihilominus iuramentum etiam in illis caſibus verum eſſe iuramentum. Ratio autem, quare in certis caſibus exigatur tactus ſacrorum, ea eſt, ut iuramentum cum maiori præſtetur deliberatione, & reverentia: hæc namq; duo ad bene iurandum admodum conferunt. His adde, quod regulariter in caſibus, quibus tactus ſacrorum exigitur, excepti cenſentur epiſcopi, *cap. Teſtimonium, §. Epiſcopus, 11. q. 1. cap. ult. de iurament. calumn. Covar.* ubi proximè, *num. 3.*

CAP. Convivia. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quod epiſcopi poſſũt intereſſe convivijs, quando fiunt intentione charitatis impendendæ.*

2 *Dictio,* Ex, *quid ſignificet? & nu. 3.*

1 IN textu, ibi, Impendendæ charitatis. Ea quæ in præcedenti textu deciſa ſunt, quod epiſcopi non debent invigilare convivijs: limitantur hîc, ſcilicet, quod poſſunt ſe occupare in illis, quandò fiunt intentione charitatis, ſed tunc debent concurrere quatuor, ut talia dicantur convivia, ut textus docet in præſenti. De menſa epiſcopi vide multa cum *Stimul. paſtor. cap. 12. de moribus prælatorum,* ubi referuntur verba noſtri textus, & quia ille epiſcopus ad quem Gregorius ſcripſerat, dixerat, gaudere ſe, quia redemptor nomen voracis audierat; ad hoc reſpondit *Gregorius. Si de vobis rectè, ſeu verè dicitur, quod de Domino falſò dicebatur, abſolvere vos non poteſt, par nomen, quorum diſpar eſt cauſa: & quia etiam ille ſe excuſabat, quod Abraham in convivio excepiſſet Angelos reſpondit: Neq; nos vos de cũvivio reprehendimus, ſi cognoverimus, vos Angelos in hoſpitium recepiſſe. Infelix illa hora infelix illa menſa, infauſta illa bucella ô epiſcope quando, quaſi ſedens ad lætam menſam incipiat gaudere, & obliviſci dolorum ſuorum, & graviſſimorum periculorum, atq; onerum ſuos humeros opprimentium. Quando eras in felice ſtatu privatæ vitæ, non experiebaris, quod erat illud, antequam comedam ſuſpiro, modo oportet teſuſpirare ingiter, & antequam comedas, & dum comedis, & poſtquam comederis, in his gemitibus, ac tremoribus ſalus tua ſita eſt, &c.*

2 In textu, ibi, Ex. quæ dictio de ſua ſignificatione denotat cauſam proximam, & immediatam, eſtq; relativa præcedentium, *l. Eo tempore,* in fin. *ff. de peculio,* & ibi *Bart. l. Qui liberis, §. Hæc verba,* & ibi *Aretin. ff. de vulgari, l. fin.* & ibi *Gloſſa* verbo, *ex parte, ff. edendo, Ozaſcus deciſ. 80. nu. 5. Tiraquel. in tractat. ceſſant. cauſa, limitat. 20. nu. 29. Rebuff. in l. unica,* verbo, *prout,* 150. C. *de ſententijs, Medices in tract. de legibus. 1. p. q. 17. num. 3.* plures ſequitur *Cened. ſingular. 30. nu. 1. Tuſch. 2. tom. concluſ. 276. nu. 4. & 5.* Licet aliquando denotet etiam cauſam remotam, ut in *l. 1.* & ibi notat *Bart. nu. 1. ff. de incendio, ruina, naufragio,* & in *l. Certi conditio,* & ibi *Iaſon. nu. 15. ff. de rebus credit.* & in *l. Prætor ait, §. Quod de fructibus,* & ibi *Bart. num. 2. ff. de bon. authorit. indic. poſſidend.* alios refert *Cened. nu. 2. Tuſch. nu. 16.*

3 Vnde ſtatutum, quod maritus lucretur dotem mortua uxore, ſi non extant filij ex eis, non impedit maritum lucrari, licet extent nepotes, quia etſi nepotes in favorabilibus veniant appellatione filiorum, ſecus eſt, quando filiorũ qualitas non convenit nepotibus, prout dictio, *ex eis,* quæ denotat cauſam immediatam, non convenientem nepotibus, ſed tantum filijs; *Bart. conſ. 132.* licet in quæſtiones, *lib. 1.* Sic ſtatutum diſponens, quod pax non proſit, ſi expercuſſione emanaverit ſanguis, ſi quis cecidit in terram, & colliſo lapide, fecit ſibi vulnus, non dicitur ex percuſſione, ſanguinem emanare, quia dictio, *ex,* denotat cauſam immediatam *Alexand. conſ. 144. nu. 12. lib. 6. Tuſch.* ubi proximè, *nu. 9. & 10.*

CAP.

CAP. Nullus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quod celebrare exequias mortuorum bibendo, & comedendo inhoneſtè prohibitum eſt.*

1 IN textu, ibi, Inebriare ullatenus præſumat. Aliud veteres antiquitus exequiæ mortuorũ, pia devotione celebrabantur, poſt obitum ipſorum, tribus, vel ſeptem triginta, aut quadraginta diebus; *textus in cap. Quia alij*, 13. q. 2. ſed cum in *dict. textu*, non integrè, nec ſine vitio legerẽtur eius verba, *Covar. in cap. ult. nu. 1. de teſtam.* ſic refert textum. Quia alij, tertium diem, alij trigeſimum, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſervare conſueverunt, quid doceat lectio, conſideremus. Defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, ut ſepelirent eum; & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & completi ſunt quadraginta dies: ſic enim denumerabantur dies ſepulturæ: & luxit eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. In his igitur exequijs non prohibentur convivia, quæ intuitu pietatis fiunt, niſi inhoneſta, & laiciva, & in quibus clerici inebriari poſſunt; vide *Covar.* citato loco, *nu.* 2. & ea, quæ notavi ſupra in *ſumma, nu.* 2. *diſt.* 4. & in *cap. Non oportet, nu.* 2. *diſt.* 42. vide etiam *Ioann. Garciam de expenſ. cap.* 8. *nu.* 12. quem citat *Cened. ad Decretum, collectan.* 46. *nu.* 5. ubi agit de convivijs funerum.

CAP. Qando. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quod in Eccleſia non debent fieri convivia.*

2 *Quod inconvivijs etiam præferentia obſervetur. & num.* 3.

1 IN textu. Collige non poſſe fieri convivia, & ſympoſia confraternitatum, & populorum in Eccleſijs; de hoc notavi ſupra *cap. Non oportet*, 4. *nu.* 2. *diſt.* 42. Quibus adde ea, quæ *Navarr. de oration. cap.* 5. *nu.* 3. reſolvens, quod ob multam pluviam, aut ſolis æſtum, aut quando alius locus opportunus non invenitur, poſſunt fieri convivia in Eccleſia, & non erit peccatũ.

In textu, ibi, Alter alteri honorem præbentes. *Lucas de Pen. in l.* 1, *C. præpoſit. ſacr. cubicular. lib.*12. inquit, quod licet apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio approbetur, in creaturis tamen attenditur gradus, & ordo; & quemadmodum gradus ſunt diverſi, & diſtincti, ita minores maioribus debent reverentiam exhibere, & ita quando cõtingat, quod concurrant plures diverſi gradus, & ordinis, neceſſarium eſt ſcire quinam præferendi ſunt, iuxta ea, quæ *Caſſan. in cathal. glor. mundi*, 4. *part. conſider.* 2. Si igitur omnes, qui concurrunt ſunt eccleſiaſtici, primum locum obtinet Summus Pontifex. Secundum Cardinalis Hoſtienſ. Tertium, Patriarchæ ſcilicet, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolytanus. Quartum, Cardinales numerarij, ſed Cardinales epiſcopi ſemper præferentur non epiſcopis, niſi ſint ſuper numerarij creati à Summo Pontifice ultra numerum 236. hi enim debent ſedere in ultimò loco poſt omnes, numerarios, tales namq; ſunt expectantes decentiam locorum, & Cardinales presbyteri ſemper præferendi ſunt Cardinalibus non presbyteris, hoc eſt Diaconis: ea ratione, quia licet ſint pares officio, ſunt tamen maiores ordine. Quintum locum habent Primates, ſeu Patriarchę alij ultra nominatos: hi namq; præcedent Archiepiſcopos. Sextũ Archiepiſcopi, præcedent namq; epiſcopum in lõco, ubi ambo habent adminiſtrationem. Septimum, epiſcopi, & præcedent omnes, & quoſcunq; ſuæ diœceſis; & quando multi epiſcopi concurrant, debent in ſeſſionibus, & ſubſcriptionibus in Concilijs tenere illum ordinem, quem habent tempore ordinationis eorum. At epiſcopus Doctor præfertur epiſcopo non Doctori. 2

Tenent octavum locum Prothonotarij participantes, qui hodie ſunt ſecretarij Sũmi Pontificis, & expediunt Bullas Eccleſiarum, & monaſteriorum. Nonum, Corrector litterarum Apoſtolicarum. Decimum locum obtinebit, & cæteris præferuntur quatuor Abbates Generales Sancti Benedicti Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, cum dicantur Reverendi Patres in Chriſto: alij verò Abbates, Reverendi Patres tantum. Vndecimum locum habent Abbates regulares, & præferũtur cæteris clericis etiam conſtitutis in dignitate ſæculari interiori ab epiſcopo, niſi canonici collegialiter procedãt, quia tunc cum repræſentent Eccleſiam Cathedralem, præferũtur Abbatibus. Decimum ſecundum, Præpoſitus, qui eſt loco Abbatis. Decimum tertium, 3

Abbas, qui depoſuit dignitatem Abbatiatus, non quando ſua culpa fuit depoſitus. Decimũ quartum locum habet Prior Eccleſiæ regularis, debet enim præferri eomodo, quo diximus de Abbatibus. Decimum quintum habet Decanus in Eccleſia Cathedrali. Decimum ſextum omnes dignitates, & præferuntur canonicis. Decimum ſeptimum locum obtinent canonici, & præferuntur cæteris clericis, & quando dantur plures eiuſdem dignitatis, & nominis præferuntur, qui in maiori loco habent dignitatem, & nomen, ut canonici Eccleſiæ Cathedralis canonicis Eccleſiæ collegiatæ, & inter promotos æqualiter in uno loco, præferuntur, qui merito vitæ, nobilitate, aut ſcientia alios antecellunt: & ita canonicus Doctor præfertur aliis canonicis: & quando in uno, eodemq; loco multi habẽt eandem dignitatem, præfertur, qui à maiori recipit dignitatem, ut in canonico à Summo Pontifice, qui præfertur canonico ab inferiori creato. Decimumoctavum locum obtinent officiales principales epiſcopi, & debent præcedere alios ſæculares clericos. Decimumnonum, clerici ſæculares, præcedere enim debẽt regulares, de quibus vide *Caſſan. dict. 4. part.* per totam, ubi à *conſiderat.* 52. videri poteſt de præferentia unius religionis ad aliam, & *conſiderat.* 44. quod quando minor ordine, & maior adminiſtratione concurrit cum maiori ordine, debet ipſi maiori præferri in loco adminiſtrationis, & *conſiderat.* 45. quod exiſtens in maiori dignitate, quam ſi locus ubi eſt, non præcedet omnes de illo loco: unde epiſcopus exiſtens in capitulo ut canonicus, non præcedẽt capitulum, ſed habebit ſecundum locum.

CAP. Quando. IX.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, ſed, *quid ſignificet?*
2 *Dictio*, quaſi, *quaſi ſignificationem habeat?*
3 *An poſſint clerici bibendo trinam vicem excedere?*

1 IN textu poſt principium, ibi, Sed. Quæ dictio eſt adverſativa, & adverſatur præcedentibus in iure, & in facto, *Gloſſa* 1. *in l. Sed etſi lege*, & ibi *Bart. nu.* 1. *Caſtrenſ. nu.* 2. *ff petitione hæreditatis, Gloſſa in l. Patris. & filij*, & ibi *Alex & Iaſon. nu.* 6. *de vulgari, Bart. in l. Qui quartam, num.* 4. *ff. legat.* 1. & in *l. Prætoria*, §. *Sed et ſi unus, nu.* 4. *ff. de prætor. ſtipulat. Boer. deciſ.* 155. *nu.* 20. *ſingular.* 35. *num.* 1. Aliquando tamen ponitur cum copula, & denotat diverſum ius, *Iaſon. in l. Nam, poſtea quàm*, §. *Sed etſi quis, nu.* 9. *ff. de hæreditat. &* in *l.* 2. *nu.* 11. ad finem, *ff. negotiis eum qui, Cened.* citatus. Aliquando etiam non adverſatur, ut in *l.* 2. in principio, verſ. *Sed ſervius, ff. ad legem Rodiam de iact.* & in *l. Quæſe debere, ff de condit. cauſa data*, poſt alios *Cened.* ubi proximè, *num.* 3. cum quo proſequere, & numeris ſequentibus.

In textu, ibi, Quaſi. 2 Propria natura huius dictionis eſt denotare diminutionem; *Gloſſa*, in verbo, *quaſi, de officio delegati. Felin. in cap. Gratum, nu.* 12. *eodem tit.* & ibi *Decius*, & *Abb. nu.* 9. *Bart. in l. Si ante nuptias, nu.* 1. & ibi *Iaſon. nu.* 1. *ff ſolut. matrim.* idem *Bart. in l. Hoc colore. num.* 1. & ibi *Paul. nu.* 4. *ff. inofficioſ. teſtament. Cened ſingular.* 84. *nu.* 1. *Tuſch. tom.* 2. *concluſ.* 350. *num.* 3. Veritatem quandoq; ſignificat, *Felin. d. nu.* 12. *Bart.* & *Iaſon. d. nu.* 1. *Boer. deciſ.* 44. *nu.* 29. *Menoch. caſu* 362. *nu.* 28. *Cened. nu.* 2. *Tuſch. nu.* 5. *&* 6. Et de varia natura huius dictionis, vide omninò *Felin. d. cap.* 12. *Alexand. conſ.* 15. *nu.* 10. *vol.* 1. *Cened.* & *Tuſch.* ſupra citatis locis.

In textu, ibi, Vltra tertiam vicem. 3 Cum textus hic non loquatur de materia gravi, nec præceptivè, non obligat ad mortale, iuxta ea, quæ notat *Abb. in cap. Crapula, nu.* 2. *de vita, & honeſtat. clericorum*, ubi reſolvit, quod clericus trina vice vini debet eſſe contentus, idem quod intelligitur quando appetitus naturalis ultrà non exigit, tradit poſt eundem *Abb. Gutierr. lib.* 2. *canon. cap.* 4. *nu.* 53. qui noſtri textus meminit. Sed pro hac ſacerdotum ſobrietate, & in bibendo moderatione, illud tanquam veſtigio adverte: Deum prohibuiſſe *Levit.* 10. *nu.* 9. ne ſacerdotes tabernaculum ingreſſuri vinum biberent, ut vel hoc præcepto illorum temperantiam ſignificaret. *Vinum, & omne quod inebriare poteſt non bibetis: ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum.* Cuius legis, vini potum interdicentis, eam rationem reddit *Caietanus*, illo loco, ut in ſacerdote ad ſuum officium exercendum bona daretur diſpoſitio.

CAP. Non oportet. X.

SVMMARIVM.

1 *Quid dicatur ſymbolum, & comeſſatio, quæ prohibentur in hoc textu.*
2 *Quod laici ſint ſubiecti canonibus in materia nutritiva peccati, & n.* 3. 4. *&* 5.

IN

1 IN textu, ibi, Symbolis. Symbolum ſecundum *Prapoſit.* hîc, & *Turrecrem. nu.* 1. dicitur, quod ex pluribus aggregatur, & dicitur à *Sin*, quod eſt ſimul, & *bolum*, quod eſt morſellus, quaſi ſingulorũ bolus, ſcilicet quãdo quilibet morſellũ ſuum, ideſt partem ſuam ponit ad cõmunem comeſſationem faciendã. Tu vide poſita ad *cap.* 1. *num.* 2. ſupra. *diſt.* 15. *Comeſſalia*, ſecundum eoſdem dicitur à comedendo, vel à cõmittendo, quia plures ibi ſimul mittant. Et ita convivia, quæ hîc prohibẽtur, ſecundum *Prapoſit.* ſunt illa, in quibus partem ſuam quilibet confert, ſed in hac prohibitione, non intelliguntur illa, quæ peregrini ſimul euntes, vel ſcholares ſimul eodem hoſpitio cõmorantes faciunt, quæ enim ad quotidianũ victum fiunt, non prohibentur, ut tenet *Turrecrem.* hîc in fine; de his convivijs, vide *Bertach. in tract. de epiſcop. 1. p. lib. 2. §. De cauſa mater. epiſcop. nu.* 74. in fin. qui textus meminit.

2 In textu, ibi, Aut etiam laicos. Vide *Gloſſam magiſtralem. in regul. poſſeſſor. de regul. iuris, in 6. Abb. in cap.* 1. *nu.* 5. *de novi oper. nunt. Felin. in cap. In cauſis, nu.* 1. in fin. *de teſtib. Aſſict. deciſ.* 263. *nu.* 2. *& deciſ.* 322. *nu.* 4. *Marant. de ordin. iudic. 3. p. nu.* 73. *Marth. de iuriſdict. 4. p. centur.* 1. *caſu* 50. *nu.* 5. *& caſu* 156. *nu.* 1. *Speculat. de diſput. & allegat. §. Porro, num.* 4. in fine, cum quibus affirmativè tene, quod laici in materia peccati ſubſunt legibus canonicis. Et an extra hunc caſum etiam obligentur, & iudices ſæculares eas teneantur ſervare, & ſecundum eas iudicare? Et è converſo, an eccleſiaſtici iudices teneantur ſervare leges civiles, ultrà DD. qui propter latitudinem de materia confuſé loquuntur, tu diſtingue duos caſus. Primus, quãdo agitur de iudicio ſæculari. Secundus, quando agitur de iudicio eccleſiaſtico. In primò caſu, ſic firma regulam. Leges civiles debent ſervari in foro ſæculari, & ſecũdum eas iudices laici tenentur iudicare, *textus, in cap. Non ſine, de arbitr. cap. Cum eſſes, de teſtam.* & quæ ibi notantur. *Abb.* poſt *Butr. in cap. Clericis, de iudic.* & alij, quos citat *Decius in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num.* 28. *de conſtit.* Amplia hoc etiam procedere circa ordinẽm procedendi, tenentur etiam in hoc iudices ſervare leges civiles, ut per *Decium*, citato loco, *nu.* 42. *Iaſon. in l.* 1. *nu.* 20. *C. ſumma Trinit.*

3 Limita primò, prædictam regulam in materia concernentè peccatum; tunc enim leges canonicæ attendendæ ſunt, & ſecundum eas iudicari debet, ex Doctoribus proximè citatis, in principio. Limita ſecundò, quando de iure civili datur dubium, & ius canonicum tollit dubitationem, & ſuper ea diſponit *Gloſſa*, verbo, *certis cauſis, in cap. Per venerabilem, qui filij ſint ſint legitimi, & in cap. Licet ex ſuſcepto. de foro competent. Abb.* ibi, *nu.* 10. *Decian. tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 16. quos caſus dubios vide cum *Felin. in d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 49. ubi inquit, quod quando datur caſus, qui non eſt deciſus de iure civili, & inter Legiſtas ſunt opiniones, ſtabitur iuri canonico decidenti in illis caſibus contra opiniones Legiſtarũ. *Abb. d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 49. Limita tertiò, prædictam regulam, quando agitur de favore animæ, ſcilicet de relictis ad pias cauſas, *Bart. in l.* 1. *lectur.* 1. *nu.* 63. *C. ſacroſ. Eccleſ. Alexand. in l. Captatorias, nu.* 3. & ibi *Iaſon. nu.* 12. *C. de teſtam. militar. Anchar. conſ.* 25. *nu.* 1. *Felin. d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 59. ubi de miſerabilibus perſonis, & in *cap In cauſis, nu.* 1. *de teſtibus, Ægydius in repetit. legis* 1. *C. ſacroſ. Eccleſ.* 3. *p. in initio, nu.* 2. & ſeqq. Limita quartò in his, quæ damnum, & libertatem Eccleſiæ concernunt, tales enim leges ſunt invalidæ, & ſtandum eſt iuri canonico, *Iaſon. in l. Generaliter, §. Cum autem, nu.* 2. verſ. *Item pro iſta,* 2. *opinione contra Bald. C. inſtitut. & ſubſtitut. Abb. in cap.* 1. *nu.* 4. *de novi oper. nunt.* & in *cap. Nuper, nu.* 2. *de teſtib. Felin. in cap. Super eo, nu.* 3. *eodem tit. Anchar. conſ.* 13. *& præcedentibus. Decianus*, citato loco, *nu.* 12. Et quæ leges dicãtur contra libertatem Eccleſiæ, vide cum *Decian. in d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num.* 2. *&* 45. & ibi *Abb. nu.* 32. & in *cap.* 1. *nu.* 4. *de novi oper. nunt. Felin. in d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 69. Et an ſit contra libertatem, ſeu in damnum Eccleſiæ, & non valeat ſtatutum, ſeu lex diſponens, quod clerici non habeant officia ſæcularia, vide *Cabal. crimin reſolut. caſu* 64. *nu.* 10.

4 Limita quinto, quando ſumus in dubio, tunc enim potius attendendum eſt ius canonicum, quam civile. *Abb. in d. cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num.* 17. *& in d. cap.* 1. *nu.* 6. *de novi oper. nunt. Decian.* citato loco, *nu.* 12. Et ita quando inter Doctores opiniones ſunt diverſæ, quod Legiſtæ ſequuntur unam, Canoniſtæ aliam, ſequenda eſt Canoniſtarum, ſi magis favet Eccleſiæ. *Iaſon. d. §. Cum autem, nu.* 2. verſ. *Et poteſt corroborare, quia in dubijs opinionibus.* Limita ſextò, quando per ius civile in aliquo caſu non eſt proviſum, & proviſum eſt prius canonicum. *Abb. in d. cap.* 1. *nu.* 6. *Cened. ad Decret. collectan.* 70. *nu.* 4. Limita ſeptimò, in cauſa feudali, in illa enim in ſubſidium ſtabitur iuri canonico, propter iuramentum, *Decius*, qui plures refert, in *d. cap. Eccleſiæ, nu.* 31. Limita octavò in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, in his enim etiam ſervandum eſt ius canonicum, *Dec.* ubi proximè, *nu.* 29. *Felin. in cap. In cauſis, in* 2. & in *cap. Fraternitatis*, & in *cap. Teſtimonium, de teſtib. Alexand. conſ* 92. *& conſ.* 167. in fin. *vol.* 4. *Abb. in cap. Clericis, col.* 1. *de iudic. & conſ.* 94. *dubit.* 4. *vol.* 2. quos citat *Decian.* citato loco, *nu.* 25. Limita nonò, in filijs ſpurijs,

quibus alimenta debentur, iuxta *textum in cap. Cum haret.* in fin. *de eo, qui dixit matrimonium*; talis namq; æquitas etiam debet ſervari in foro ſæculari, *Dec.* qui multos citat in *d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu.* 30. vide *Gened. ad Decretal. collectan. 2. nu.* 1. ubi invenies, quando clerici ligantur ſtatutis laicorum.

5 In ſecundò caſu, quando agitur de eccleſiaſtico iudicio, conſtitue ſic regulam. In foro eccleſiaſtico, cauſæ decidendæ ſunt, ſecundum ius canonicum. *Abb. in d. cap.* 1. *nn.* 7. & in *d. cap. Eccleſia, nu.* 14. & ibi *Felin. nu.* 43. *Dec. in cap.* 1. *lectur.* 2. *nu.* 3. *de conſtit. Marant. de ordine iudic.* 3. *p. nu.* 73. *Marth. d. caſu* 50. *nu.* 2. Limita primò, præcedentem regulam, quando defuit ius canonicum, tunc enim eccleſiaſticus iudex potius debet ſequi ius civile, quàm conſuetudinem ſpecialem locorum. *Gloſſa*, verbo, *cum defuit*, circa finem, *in cap. Conſuetudo, diſt.* 1. *Abb. in d. cap.* 1. *nu.* 3. *de novi oper. nunt. Decian.* citato loco, *nu.* 28. Limita ſecundò, quando ius canonicum innititur rigori, & ius civile æquitati, tunc enim ſervabitur ius civile, & ſecundum illud iudices eccleſiaſtici iudicabunt, *Archid. in cap. Quod à patribus, diſt.* 75. citatus à *Decian. d. cap.* 18. *lib.* 2. *criminal. nu.* 17. Limita tertiò, ubi lex civilis eſt favorabilis, & æqua, & non eſt expreſſè reprobata à iure canonico. *Felin. d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nn.* 53. & ibi *Decius nu.* 27. ubi reſolvit, quæ ſit lex favorabilis: ſublimitabis tamen hanc limitationem cum *Decian.* citato loco, *nu.* 18. circa medium, *& nu.* 19. *&* 20. Limita quartò, quando leges civiles ſunt approbatæ à iure canonico, *Gloſſa in cap. In primis*, verbo, *capitali*, in fin. & ibi *Præpoſit. hn.* 30. 2. *q.* 1. *Iaſon. in l.* 1. *nu.* 43. C. *ſumma Trinit.* quem vide, & *Felin. in cap.* 2. *nu.* 47. *de reſcript. Decian.* ubi proximè, *nu.* 22. ubi inquit, quod leges approbatæ, & canonizatæ à iure canonico dicuntur illæ, quæ in canonibus, & conſtitutionibus Pontificũ ſunt inſertæ, non verò, quæ p Gratianũ in corpore Decreti ſunt tranſcriptæ, vide tamen *Felin. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu.* 38.

CAP. Pro reverentia. XI.

SVMMARIVM.

1 *An lectio Scripturæ ſacræ, debeat legi in omni menſa, in qua ſacerdotes comedunt? & an hoc ſit de præcepto?*

1 *An in actibus Vniverſitatis ſit neceſſariũ exprimere nomina ſingulorũ, an ſufficiat dicere hoc fecit Vniverſitas?*

1 IN textu, ibi, Sacerdotali cõvivio. *Turrec.* hîc inquit, quod text. intelligitur ſolũ de convivijs ſacerdotalibus, ubi eſt collegium, non ſolũ regulare, ſed quodcũq; aliud clericorũ; idem tenet *Præpoſit.* quãvis aliqui tenuerũt, quod textus hic ſolũ loquebatur de regularibus. Quòd textus non ſit de præcepto, colligitur ex verbis illius ibi *pro reverẽtia Dei*, & ibi *imaniſceatur*, iunctis quæ ſupra dixi in *cap. Quando*, verbo, *ex eodẽ, hac diſt.* De hac lectione ſacræ Scripturæ meminit *Bertach. de epiſcop.* 1. *p. lib.* 4. *de vita epiſcop. nu.* 1. & 1. *p. lib.* 2. §. *de cauſis mater. epiſcop. nu.* 74. poſt princip. de utilitate huius lectionis, inquit *Matth.* 4. *nu.* 4. relatus à *Turrecrem. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* & *Auguſtin.* præcipiens in regula hoc idem, aſſignans rationem inquit, *Nè ſolæ fauces ſumant cibum, ſed aures eſuriant verbum Dei.* Vide latè *Paulum Fuſch. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 25. *nn.* 55. qui noſtri textus meminit.

2 In textu, ibi, Vniverſa Synodus. Ego diſtinguerem hic duos caſus. Primus in actu in quo ipſa Vniverſitas, ſeu communitas conſtituit Syndicum, ſeu procuratorem. Secũdus in cæteris alijs actibus. In primò caſu, aut procurator conſtituitur ad vendẽdas res ipſius cõmunitatis, aut ad alia negotia, non ita præiudicialia. In primò membro reſolve, quod debẽt exprimi nomina ſingulorũ, p *textũ in l. fin. C. vendit. rerum civitat. lib.* 11. *cap.* 1. *de his, quæ fiũt à pralat. ſine conſenſ. capit.* In ſecundò membro, non erit neceſſariũ exprimere propria nomina ſingulorum, ſi Vniverſitas, ſeu cõmunitas ſit magna, argumento *text. in cap. fin. de procurat.* Si autem fuerint parva, debent exprimi nomina, p *textum in cap. Quanto, de his, quæ fiunt à prælat.* In ſecundò caſu dicerem, quod non erit neceſſarium, quòd nomina propria exprimantur, p *textum in cap. Licet*, & ibi *Gloſſa*, verbo, *cõmune, de probat.* §. *Nominatim*, ubi *Aretin. nu.* 2. *Inſtit. ex hæredat. liberor.* & quæ *Abb. in cap. In Lateranenſi, nu.* 7. *de prabend.* De materia vide *Speculat. de Syndico*, §. 1. *nu.* 16. *Bart. in l.* 1. *nu.* 5. *de albo ſcribend. Alex. conſ.* 1. *nu.* 6. *vol.* 4. *Abb. in cap. Quanto, nu* 7. *de his, quæ fiunt à prælat.* qui citat *Baldum in l.* 1. *ff. Magiſtratibus.*

CAP. Non liceat. XII.

SVMMARIVM.

1 *Non omne quod licet eſt honeſtum.*

2 *An peccent eccleſiaſtici, non benedicentes Menſam?*

3 *An nomine laicorum, veniant illi, qui ſunt aſtricti alicui religioni?*

4 *Poſt cibos gratias Deo referre debemus?*

1 IN textu, ibi, Liceat. Notabis tamen, non omne quod licet, honeſtum eſſe, ut dicit *Iuriſconſultus Paulus in l. Non omne*, 187. *ff. de regulis iuris*, de quo vide *Dec. in l. Semper, in coniunctionibus*, 158. *num.* 9. & 10. *eodem tit.*

2 In textu, ibi, Hymno dicto. Vide *Navarr. de orat. & hor. canonic. cap.* 18. *nu.* 42. ubi tenet, quod quanvis aliqui dicant, teneri ſacerdotes benedicere menſam ſub reatu peccati mortalis, ut *Præpoſit.* hîc *nu.* 2. Nihilominus communis ſententia, quam ipſe ſequitur, eſt quod non peccant, niſi venialiter tantùm; quibus conducunt ea, quæ ſupra notavi in *cap. Quando*, verbo, *ex eodem*, faciendo differentiam inter materiam levem, & gravem.

3 In textu, ibi, Sed nec religioſos laicos. Vide *Dominicum in cap. Ex eo, §. In Eccleſijs, nu.* 1. *de elect. lib.* 6. & ibi *Archid. nu.* 4. *Feder. de Sen. conſ.* 213. *Ad ultimum quod dico, nu.* 2. *Abb. in cap. Cauſam, num.* 2. & 5. *de præſcript. Præpoſit.* hîc, in principio, & in *cap. Mulier, nu.* 8. *diſt.* 23. Ex quibus collige regulariter nomine laicorum non venire illos, qui alicui religioni ſunt aſtricti.

4 In textu, Poſt cibos gratias auctori Deo referre. Vt multorum hominum edacitati, gulęq; inexplebili ſalutaria frena injiciantur, conſultò præcipit noſter textus, ut cibos præcedat benedictio, & gratiarum actio ſubſequatur. De benedictione non nihil diximus *numer.* 2. ad illa verba textus, *Hymno dicto*; nunc aliquid de gratiarum actione prælibemus. Et quidem primò loco accedat locupletiſſimum, *Senecæ*, teſtimonium, qui *lib.* 2. *de beneficijs, cap.* 17. & *cap.* 32. ita inquit. *Qui accepit beneficium, nondum conſummavit officium ſuum, reſtat enim pars reddendi; ſicut in luſu eſt aliquid, pilam ſcitè, ac diligenter excipere; non dicitur bonus luſor niſi qui aptè, & expeditè remiſit, quam acceperat.* Elegans ſanè ſimilitudo ex pilæ ludo deducta, in quo egregiè luſoris eſt acceptam pilam remittere, ac torquére. Qui ergo Deum rerum omnium auctorem agnoſcit, à quo, tanquam à fonte ciborũ omnium, quibus veſcimur, affluentia dimanavit; erit ſanè ingratitudinis nota longè inurendus, ſi poſt ſumptas dapes, famemq; expletam, ſe Deo gratum non exhibeat. *Sebaſtianus Barradas lib.* 3. *ſui Itinerarij, cap.* 19. *num.* 7. ad finem. *Cum*, inquit, *cibos colligimus ex agris, vinum, oleum, frumentum, cumq; illos edimus: cum gratiarum actione, Deiq; laudibus, & adoratione colligendi ſunt, & comedendi, ne largitori ingrati ſimus.* Hinc fit ut olim Hebręi in maioribus Dei beneficijs ſe gratiores exhibuerint, idcoq; vates Regius David quoſdam Pſalmos *pro torcularibus*, inſcripſit, quoties enim populus ille ſua torcularia vino redundantia aſpiciebat, Pſalmis, & Canticis Deum gratulabundus venerabatur. *Theophylact. Ioann.* 5. *Tunc*, inquit, *torcularia ſua implebant Iſraelitæ, & vuas premebant, & propterea agebant gratias, Pſalmisq; utebantur.* Facit pro hac ſententia *cap. Reverentiamini*, 16. *quæſt.* 1. ubi dicitur, gratias Deo per omnibus exhibendas.

DISTINCTIO. XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *An in caſibus, in quibus clerici poſſũt torqueri, poſſint torqueri per laicos? & num.* 2.

3 *An poſſint clerici verberari per laicos, de mandato ſui ſuperioris? & nu.* 4.

5 *An prælatus, vel alij de eius mandato facientes clerico violentiam, qui paratus erat corrigi, incurrat excommunicationem?*

1 IN ſumma, ibi, Vt percutiat. Ad reſolutionem huius quęſtionis; ſic ſtatue concluſionem. Clerici poſſunt de iure torqueri ſi ſunt de crimine diffamati, vel ſuſpecti. *Abb. in cap. Cum incontemplatione, nu.* 6. *de regul. iuris. Felin. in cap. Vniverſitatis. num.* 2. *de ſentent. excommunicat. & in cap. Olim, num.* 2. verſ. *Tertius caſus, de reſcript. Decius in cap. Ai ſi clerici, nu.* 19. *de iudic. Iul. Clar. §. fin. q.* 54. *nu.* 24. *Salzed. in praxi, cap.* 128. *nu.* 1. & *ibi Additio, littera A. Decian vol.* 3. *reſponſ.* 63. *num.* 38. *Ceval commun. q.* 619. *nu.* 2. Ampliatur primò, hæc concluſio, ut non ſolum procedat in cauſa criminali, ſed etiam in cauſa civili, habente delictum annexum. *Abb. in cap.* 1. *nu.* 6. *de depoſito, Luc. de Pena in l.* 1. *C. numerar. lib.* 12. verſ. *Quod ſi quis*, in fine. *Salzed. nu.* 1. *Baiard. in additionibus ad Iulium Clar. d. quæſt.* 64. *nu.* 6. Ampliatur ſecũdò, ut procedat non ſolum in clerico in minoribus, ſed etiam in presbytero. *Abb. in d. cap. in contemplatione, num.* 6. *Salzed. d. nu.* 1. Ampliatur tertiò, ut procedat ſine eo, quod degradatio præcedat ipſam torturam; id enim abſurdum erat, ex ijs, quæ *Salzed.* ubi proximè, *nu* 4. ubi contra *Alexand. Roman. Roſel.* & alios, hoc tenet.

2 Limitatur primò prædicta concluſio, ut non procedat ad hoc ut clerici puniantur, ita ſeverè, & crudeliter, quemadmodũ ſolet fieri cum

cum laicis. *Abb. d. nu. 6,* & *Salzed.* citato, *nu. 6. & ibi Additio, littera D.* ubi inquit, *Quod hoc non habet contradictorem.* Limitatur ſecundò, ut non poſſint clerici torqueri per laicos etiam demãdato ſui ſuperioris contra ea, quæ *Ægydius Coninck. de Sacrament. diſp.14. dub. 15. nu. 191.* verſ. *Difficultas. Abb. in cap.Vt fama, nu.8. de ſentent. excommunicat. Decius in cap. Dilectis, nu.1. de appellat. Felin. in cap. Vniverſitati, nu.2. de ſentent. excõmun.* ubi inquit, *quod ſuperior mandans excommunicationem incurrit. Salzed.* ubi proximè, *num. 7. & ibi additio*, quæ limitatio ſublimitatur in clerico aſſaſſino, & quando clerici non reperiuntur, qui clericos poſſint torquere, & ſciant, tunc enim poterint laici eos torquere ex *Navarr. conſ. 42. de ſentent. excommunicat. Aufrer. in repetit. Clement.1. de officio Ordin. regula 3. fallent. 2.* & ex *alijs*, quos refert *Salzed.* citatus, *Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. nu. 44.* & ad hos terminos reducendus eſt *Iul. Clar. d. q. 64. nu. 25.* Limitatur tertiò, niſi ipſi clerici habeant dignitatem aliquam, tunc enim non poterunt torqueri, ex ijs, quæ tradit citato loco *Iul.Clar. nu.17.* Sublimita tamen hanc limitationem, ut torqueantur in criminibus exceptis,ſine eo quod habeant dignitatem, ſeu prærogativam. *Angel in tractat. de malefic. tit. quod fama publica, num. 102. Gandin. tit. de quæſtionib. & torment. num. 9. Vital. tit. ad legem Iuliam maieſtat, nu. 3. Baiard. in addition. ad Iulium Clarum,* citato loco, *num. 61. Decian. dict. tractat. criminal. lib. 7. cap. 37. nu. 3.*

3 In Gloſſa, in verſ.Non tamen per laicum. Suppoſito, quod clericus licitè poſſit cauſa correctionis verberari,iuxta *Gloſſã in præſenti, textus in cap.Cũ beatus, 1. hac eâdem diſt. cap. 1. de calumniatoribus, Abb. in cap. Vniverſitati, nu. 4. de ſentent. excommunicat.* & ibi *Felin. nu. 4. & 1.* in fine. Reſolve, quod ultra id quod epiſcopus non poteſt proprijs manibus verberare clericum etiam cauſa correctionis, *Decian. in tract. crimin. lib.6. cap. 18. nu. 3. Suar. de cenſur. diſp. 22. nu. 35. & ſect.1. nu.42.* nec etiam dare licentiam, ut laicus eum poſſit verberare, niſi ſit traditus curiæ ſæculari. *Præpoſit.* hîc *nu. 1. Abb. in cap. Vt fama, nu. fin. de ſentent. excõmunicat.* & ibi *Felin.* idem *Abb. in d. cap. Vniverſitati, num. 2.* quinimò in hoc caſu tàm laicus, quàm ſuperior mandans ſunt excõmunicati, ut per *Abb. d. nu.2.* & vide quæ infrà *cap. Epiſcopũ, hac diſt.* & in *cap.Neminem, nu.3. Ægyd. Coninck. de Sacram. diſp.14. dub. 15. nu.190.* verſ. *Tertiò prælatus;* & tenentur recipere abſolutionem à Summo Pontifice. *Felin. in d. cap. Vniverſitati, nu. 3.* ubi inquit, quod prælatus, ſi immoderatè caſtigat ſubditos, ita ut ex eo ſequatur mors, quod non evitat pœnam irregularitatis, citans *Butrium, Abb. Ioan. Andr. Anchar.* & *Dominic.* hoc tenentes. Imò epiſcopus, vel alius prælatus, qui ſimul cum eccleſiaſtica poteſtate, habet etiam laicam, non poteſt per ſe iubere occidere aliquem vel mutilare, *cap. ult. ne clerici, vel monachi, in 6.* eleganter *Navarr. in cap. Novit, notabil. 6. nu.25. & 26.* qui noſtri textus meminit.

An autem familia armata regum,& poteſtatum, de mandato ſuperioris poſſit capere clericum, ſine eo quod incurrat excõmunicationem? Reſolve cum *Suar. d. diſp.22. ſect.1. nu.43.* in fine, affirmativè, & cum *Abb. in d. cap.Vt fama, nu. 5.* & ibi *Felin. nu.1.* verſ.*penult.* duobus, vel tribus requiſitis concurrentibus. Primum, quod clericus ſit ſubditus prælati mãdãtis. Secundũ, quod ad ipſum mandantem pertineat correctio. Tertium,quod offenſio facta in clericũ ſit iuſta, ut *Felin. d. nu.1.* ubi tangit quæſtionem. An ſi in hoc caſu unus ex familia clericum interficiat, evitet pœnam excõmunicationis? Refert *Bald. Anan. & Abb.* dicentes,quod non, ſed ipſe dubitat,quia inquit, *non videtur illi data tanta poteſtas,* & ego illi aſſentior. An quãdo familia Principis non habet mandatum ſuperioris,poſſit clericum capere in flagranti delicto,& in caſu, quo eſt ſuſpectus de fuga? Vide *Præpoſit. in cap. Si quis diaconus, nu. 5. diſt. 50. Abb. in d. cap. Vt fama, nu. 6. & in cap.Cum non ab homine, nu. 14.* & ſeqq. *de iud.* & ibi *Felin. nu.2. Marth. de iuriſdict. 4. part. caſu 42.* per totum, ubi tenet nullo modo poſſe capi per miniſtros laicos, quinimò ſi id faciant,incurrere excõmunicationem Bullæ Cœnæ: vide etiam *Souzam in Bulla Cœna, cap. 16. diſp. 82. num. 8. & cap. 20. diſp. 97. num. 3.* Contraria tamen opinio mihi videtur verior ex ijs, quæ *Salzed. in praxi, cap. 125. nu. 3.* & ibi *Additio littera E.* & *C. Ceval. cõmun. q. 267. nu. 6. Iul. Clar. q. 28. nu. 6.* & vide etiam ea, quæ notavi in ſumma, *diſt.41.* verbo, *habitu. Ægyd. Coninck. de Sacrament. diſp. 14. dub. 15. nu. 191.* & quod clericus non poſſit detineri per laicos in carcere, etiam in hoc caſu ſine licentia ſuperioris, *Decian in tract. crimin. lib. 6. cap. 19. nu. 8.* Licet enim tunc non dicatur inferri manus violentas clerico, dicitur tamen inferri temerarias, & inferens, ſeu detinens, punitur de ſacrilegio, vide etiam *Dominic. in cap. Si clericos, nu. 4.* verſ. *Nota quod exinfectione. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. nu. 4.* ubi, *temerariam perſecutionem nominat violentam.*

4

In Gloſſa, verbo, Item diſtinguẽdo,ibi,Quæ corrigendæ ſunt. 5

Præpoſit. hîc *nu. 3.* cum *Arch.* quærit. An ſi prælatus, vel alius de eius mandato capiat clericũ violentiam inferendo, qui erat paratus corrigi, & volebat obedire incurrat excõmunicationem? Tu in propoſito, tres caſus diſtingue. Primum, quando clericus eſt incorrigibilis,& talem

talem eſſe conſtat. Secundum, quando eſt corrigibilis, & paratus eſt corrigi, & obedire. Tertium, quando eſt dubiũ, an ſit paratus obedire, vel non? In primò caſu non eſt dubiũ, quod poſſit capi demandato ſuperioris, etiam illi inferendo manus violentas, ſine eo quod excõmunicationem incurrat, qui illum capit, *Abb. cap. Vt fama, nu. 1. de ſentent. excõmunic.* & ibi *Felin.* in princip. idem *Felin. in cap. Cum non ab homine, nu. 2. de iudic. Dominic. in cap. Si Clericos, nu. 5.* verſ. *Et ibi diſtinxit, de ſentent. excõmunicat. in 6.* In ſecundò caſu, non poteſt capi, nec ei poteſt fieri violentia, aliàs incurritur excõmunicatio. *Dominic.* citato loco, & ibi *Arib. nu. 1. Felin in d. cap. Cum non ab homine, nu 2. & ibi additio.* In tertiò caſu, diſtinguendũ eſt etiam, prælato, vel iudici conſtat de delicto, vel non conſtat; ſi conſtat etiam per præſumptiones, poteſt clericus capi, & ei fieri violẽtia. *Prapoſit.* hîc *nu. 3.* prope fin. *Dominic. d. cap. Si clericos, nu. 5. Felin. d. cap. Cum non ab homine, nu. 2.* ubi citat *textum in cap. 1. de depoſit. textus in cap. Super eo, de crimine falſi. Clement. 1. de hæret.* quos etiam citat *Dominic.* faciunt etiam, quæ *Abb. in cap. Super his, nu. 1. de pœnis*: ſi verò iudici non conſtat, vel prælato, nec per probationes, nec per præſumptiones, tunc non poteſt capi clericus, & ſi ei violentia inferatur, incurritur excõmunicatio, *Dominic.* citato loco, & *Prapoſit.* hîc *nu. 3.* ad med. *Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. nu. 41.* ubi aliqua vide, quæ hanc quæſtionem ſatis dilucidant.

CAP. Quid autem. I.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ſe debeat habere prælatus circa correctionem ſubditorum. & n. 2.*
3 *An poſſit aliquis cogi ad fidem?*

1 IN textu, ibi, Qui verberibus timeri volunt. Advertendum eſt, quod correctio eſt duplex, una fraterna, quæ eſt actus charitatis, & ordinatur ſpecialiter ad emendationem fratris delinquentis, per ſimplicem admonitionem, ad quam omnes ex charitate tenentur, *iuxta textũ in cap. Si peccaverit, 2. q. 1.* & ibi *Prapoſit. nu. 13. & 14.* non tamen tenentur ex neceſſitate, niſi ut ad alia opera pia; vide *Caſan. conſ. 1. nn. 14. 4. Ad ſecundum. D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 1.* & ſeqq. *Abb. in cap. Novit, nu. 32.* & ſeqq. *de iudiciis*, & quæ *Molin. de iuſtit. tom. 6. tract. 4. diſp. 1. nu. 1. Navarr. in Manual. cap. 24 nu. 12.* & de hac correctione, vide quæ notavi in *tractat. de confeſſar. ſolicitant. cap. 18.* per totum, de qua non loquitur textus noſter. Altera eſt correctio iudicialis, quæ eſt actus iuſtitiæ, per quam intenditur bonum commune, quod non ſolum procuratur per admonitionem fratris, ſed etiã per punitionem, ut alij à peccato timentes deſiſtant, de qua loquitur noſter textus, & *Prapoſit.* hîc *nu. 1. Turrecremat. 2.* qui dicunt prælatos debere circa correctionem eſſe benevolos, per *textum in cap. Licet, hac eádem diſt.* in iudicio iuſtos, *cap. Iudicat, 3. q. 7.* in animadverſione miſericordes, *cap. Diſciplina, 1 hac diſt.* & non debent deſævire, niſi ex cauſa, adverſus illos, quos putant malos, *l. Obſervandum, ff. officio præſidis*: ſi enim corrigibiles ſunt, valet multum, quod ſint miſericordes; ſi verò incorrigibiles, ſeveri, *cap. Quanto, 2. q. 7. cap. 1. de poſtulat. prælat.*

Vnde *Socin. in tractat. de viſitat. nu. 29.* inquit, quod *correctio debet fieri ſemper cum miſericordia,* & *in cap. Ad audientiam. nu. 1. de homicidio,* quod *debet eſſe lenis, & moderata,* & *Stimul. Paſtor. in concione de officio paſtorali, §. 9.* fol. mihi 38. verſ. *Inquit, ex D. Ambroſio,* ſeu *Chryſoſtomo,* loquens de hac correctione. *Iuſtitia ſine miſericordia, non eſt iuſtitia, ſed crudelitas: miſericordia verò ſine iuſtitia, non eſt miſericordia, ſed fatuitas: alterum ergo alteri miſcendum eſt, & faciendum quoddam exurroq; temperamentum, & ut iuſtitia ſit clemens, & miſericordia non remiſſa.* Quem vide ubi plura ad propoſitum, vide etiam, quæ infra notavi in *cap. Licet, 6.* & in *cap. Omnis, 10.* & in *cap. Sunt namq;, 14.* Et an à correctione, ſi excedatur modus poſſit appellari? *Abb. in cap. Ad noſtram,* in principio, *de appellat.* & latius *Decius,* ibi, *nu. 1.* & quando modus excedit, an caſtigans teneatur, tãquàm doloſus? *Alexand. conſ. 45. num. 3. & 4. vol. 3.* vide etiam *Azor. inſtitut. moral. 2. part. lib. 12. cap. 15.* ubi an præceptum correctionis obliget omnes, & cum vitæ periculo? & an poſſit differri?

In Gloſſa, verbo, Fidem. Duas ſtatue 3 in propoſito concluſiones. Prima, Gentiles, & Iudæi, qui nunquam fidem ſuſceperunt, non poſſunt cogi ad fidem, *Prapoſit.* & *Turrec.* hîc, & in *cap. de Iudæis,* in princip. *infra eodem,* ubi, *nu. 1.* ad med. inquit *Turrecrem. ex D. Auguſt. Quod omnia poteſt homo volens, credere autem non niſi volens,* & ex *Raymund. Quod Iudæi debent potius adduci ad fidem authoritatibus, rationibus & blandimentis, quàm aſperitatibus compelli. Abb. in cap. Quod ſuper, nu. 15. de voto, & in cap. Sicut, nu. 3. de Iudæis, & in cap. Quidam, nu. 1. de apoſtatis, & in cap. Maioret. 4. Item quæritur, nu. 3. de baptiſmo. Sot. in 4. diſt. 5. q. unica, art. 10.* verſ. *Tertia concluſio,* latè *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8.* lege latè *Suar.* de hac quæſtione, *tract. de fide, diſp 18. ſect. 4. & 5.* Secũda concluſio eſt, quod infideles, qui quãdoq; ſuſceperunt fidem, et eam profeſſi ſunt, ſicut

hæretici, & apoſtatæ, tales corporaliter ſunt cogendi, ut impleant, quod promiſerunt. *Textus in cap. Schiſmatici*, & in *cap. Iam verò, 23. quæſt. 6. Turrecremat. in præſenti, nu. 2.* in fine, & *Præpoſit. nu. 1.* idem *Turrecremat. in d. cap. de Iudeis*, infra, *hac eadem diſt. nu. 1.* & ibi *Præpoſit. D. Thom.* ubi proximè, *in reſponſo ad ſecundum*, & an quando infidelibus fides ſufficienter eſt propoſita, teneantur ſub præcepto credere? Vide *Sanch. in ſumma, lib. 2. cap. 1. nu. 2. & 5.*

CAP. Neminem. II.

SVMMARIVM.

1 *Quando celebratum fuit Romanum Cõcilium?*
2 *Quis dicatur incorrigibilis.*
3 *An incorrigibilitas ſit cauſa propter quam clerici poſſint verberari?*
4 *Quod privatio de qua in hoc textu, non eſt vera excommunicatio.*

1 IN ſuperſcriptione textus, ibi, In Concilio Romano. Conciliũ Romanũ de quo in præſenti, congregatum fuit tempore Sylveſtri Papæ, qui Eccleſiam gubernavit temporibus Conſtantini, anno Domini 315. de quo *Carranza in ſumma*, fol. mihi 27. In hoc Concilio 275. epiſcopi intervenerunt, in eo damnatus fuit Calixtus, Arrius, Photinus, & Sabellius, & aliqui canones ordinati ſunt, de quibus *Carranza d. loco*, fol. mihi 31. verſ. *Hoc Concilium*, ſubſcripſere 284. epiſcopi, & 45. diaconi, & Conſtantinus Auguſtus, & eius mater Helena, fuſè *Baron. tom. 3. anno Chriſti* 315. §. *Ex his autem*, ſed meo iudicio fallitur *Carranza*; nam Concilium Romanum in quo Calixtus, & alij fuerunt damnati, fuit collectum tertiò Kalendas Ianuarij, Criſpo, & Conſtantino conſulibus, anno Chriſti 324. ut colligitur ex eodem *Baron. tom. 3. anno Chriſti* 324. §. *Hoc eodem anno*, & ſeqq. quem latè videbis.

2 In textu, ibi, Sed ſi ita cauſa exigit. Incorrigibilis, duobus modis ſummi poteſt, propriè, & impropriè, iuxta ea, quæ notavi in *tract. de confeſſar. ſollicit. cap. 24. nu. 28.* Incorrigibilis propriè dicitur ille, qui non tantum ſemel, ſed ſæpius monitus legitimè, adhuc criminiadhæret, & Eccleſiæ pœnas ita contemnit, & adeò obduratus eſt corde, ut nulla ſpes ſit correctionis. *Decius in cap. Cum non ab homine, num. 17.* in fin. *de iudic. Covar. pract. cap. 23. num. 2. Clarus in §. fin. q. 36. nu. 34.* vide tamen *Eglin. in d. cap. Cum non ab homine, nu. 12.* in fin. Impropriè, & largo modo incorrigibilis dicitur, qui in crimine perſeverat, & ter monitus non deſiſtit, & qui pœnitentiam ſibi iniunctam non facit, *Decius dict. nu. 17.* dicitur etiam impropriè incorrigibilis, qui propter delictũ habens annexam pœnam mortis bis remiſſus fuit à Curia eccleſiaſtica ad ſæcularem, & ſe non emendavit *Iulius Clar.* proximè citatus. Eſt etiam incorrigibilis hoc modo, ille qui ſemel legitimè admonitus verbis, ſe non emendat. *Abb. & Anton. in dict. cap. Cum non ab homine*, & vide quos refero in *annotat. ad cap. 14. nu. 28. in tractat. de confeſſ. fol.* De hac igitur incorrigibilitate agit noſter textus.

In ſumma huius diſtinctionis ſupponimus 3
poſſe clericos verberari, non tamen per laicũ, ubi vide quæ notavi, & vide *Gloſſam in cap. Cum voluntate*, verbo, *de familia, de ſentent. excõmunicat.* ubi ponuntur ſex caſus, quibus cauſa correctionis, licet clericos verberare, & percutere, quin incurratur excõmunicatio. Adde etiam nunc cum *Præpoſit.* hîc *nu. 2.* & 3. & cum *Turrecremat. num. 1.* quod propter delicta poſſunt verberari clerici, ſi incorrigibiles ſint, quibus adiunge *Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. nu. 41.* ubi concludit, quod ad verberandum clericum debent concurrere certæ circunſtantiæ neceſſariæ naturali, vel poſitivo iure. Prima, quod ſuperior talem actionem exerceat circa ſuum ſubditum. Secunda, ut ſubſit cauſa proportionata, quia ſine illa non habet locum ratio correctionis, aut vindicativæ iuſtitiæ. Tertia, quod talis caſtigatio, vel punitio fiat ſervato debito ordine iuris, aliàs non evitabitur cenſura, quod etiam ſentit *Præpoſit. d. nu. 3.* ubi inquit, quod *ſuperior non poteſt verbare clericum ex malitia, vel odio, quod habet contra eum, vel ut timeatur.* Et ſi prædictæ circunſtantiæ non ſerventur, quas pœnas incurrat dictus ſuperior, vide infra *cap. Epiſcopum, 7.*

In textu, ibi, Triduo privetur. 4
Turrecrem. hîc *nu. 1. in finalibus verbis*, tenet, quod pœna hîc impoſita clericis ſuſpenſionis à cõmunione fratrum per tres dies, eſt excommunicatio, & idem ſentit *Præpoſit. num. 2.* in fine. Reſolve tamen cum *Suar. de cenſur. diſput. 24. ſect. 1. fin. 5.* quod pœna de qua in *hoc textu*, & in *cap. Placuit, diſt. 18.* & in *cap. 1. diſt. 34.* & *cap. Epiſcopi, 11. q. 3.* non eſſe propriè cenſuram, nam in illis ſolum datur ſeparatio à conſortio fratrum, non ab uſu ſacramentorum, & præſcribitur terminus trium dierum, at excommunicatio non habet diffinitũ tempus, quem vide ibi *nu. 7.* & ſeqq.

CAP.

CAP. Qui ſyncera. III.

SVMMARIVM.

1 *An filij infidelium debeant baptizari invitis parentibus? & num. 2. & 3.*

4 *An infidedes poſsint muneribus ad fidem invitari?*

5 *An Iudai tolerandi ſint in ſuis ritibus, & feſtivitatibus?*

6 *Qua ſint feſtivitates, & ritus Iudæorum? & num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*

14 *An per ea, quæ quis in ſuis libris ſcribit, convincatur de eo, quod in eis reperitur? & n. 15. & 16.*

1 IN textu, ibi, Extraneos chriſtiana religione. Vide infra quæ notavi *in cap. de Iudeis*, verbo, *ergo non vi*, & ultra ea in propoſito ſequẽtes firma concluſiones. Prima ſit, adulti infideles, non poſſunt inviti compelli ad baptiſmum, *Durand. in 4. diſt. 4. q. 6. num. 8. Soto in 4. diſt. 5. q. vnica artic. 10.* verſ. *hæc autem quæſtio. Præpoſit. hic num. 1.* Secunda concluſio ſit, parvuli infidelium, non poſſunt cogi ad baptiſmum: cum enim iure divino prohibeamur tollere rẽ proximi ejam, vel per violentiam contra eius voluntatem, non licet chriſtianis res, & bona infidelium, & multo minus filios, ad quemcũque uſum, ſeu factum, illorũ auferre, *Durand.* ubi proximé *num 9.* idem ſentit *Præpoſit. hic per totum. numer. 1.* quanvis non ita clarè loquatur, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 12.* quem ſequuntur omnes ibidem, alios refert *Suar. tom. 1. de ſacram. diſp. 25. ſect. 3.* verſ. *nihil ominus*, qui noſtri textus meminit. Intellige tamen eo modo quo *Sot.* citato loco *prope fin.* Contra hanc autem ſentẽtiam non deſunt argumenta, ut ſcilicet ſi ipſi filij in fidelium longe diſtent à parentibus, ita ut nulla ſit ſpes, nec obligatio reſtituendi filios, vel quia tam longé diſtant, ut moraliter non poſsint reſtitui, cum tunc patris arbitrio non regantur, poſſunt ab Eccleſia baptiſari, vide quæ notavi infra in *c. de Iudæis*, verbo, *ergo nonvi.* Eleganter *Suarius d. ſect. 3.* verſ. *ſecundo infertur, Vaſquez. de baptiſmo diſput. 155. capit. 3. num 39.*

2 Tertia concluſio. Filij infidelium, qui cum fidelibus converſantur, & cõmorantur in eadem terrà, non ut ſervi, ſed ut mercatores, vel ſubditi, non poſſunt invitis parentibus baptiſari, quia nec ulla poteſtas publica, nec privata perſona poteſt eis licitè, eorum bona auferre, & multo minus filios, qui ſunt patribus chariores, *Durand.* ubi proximé *numer. 10. Vaſquez. tom. 2. de ſacrament. baptiſmi diſp. 155. cap. 2. Suar.* ubi proximè, & *ſect. 4.* verſ. *dico ergo.* Quod limitabis niſi parvulus ſit in extremo mortis periculo, tunc enim baptizari poterit, præſertim ſecretò, & occultè, quia iam videtur parens moraliter amiſiſſe ius in filiũ, quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, poſt alios docet *Suar. d. ſect. 3.* verſ. *ex his autem, Vaſq. diſp. 155. cap. 3. num. 22. & cap. 4. num. 49.* & ſequentibus.

Quarta Cõcluſ. Si infideles ſunt ſervi Principis chriſtiani, vel alterius particularis, tunc 3
eius filij licitè poſſunt baptiſari invitis parentibus. *Durand.* citat. loco *nu. 11. vide etiã Gloſſam in cap. Iudæorum 28. q. 1. & Abb. in cap. Quidam nu. 1. de apoſtat. & in cap. Sicut nu. 1. de Iudæis. Vide etiam de materia Turrecrem. in cap. De Iudeis num. 4. infra hãc diſt. & Afflict. deciſ. 151.* & ibi *additio, latè Suar. d. ſect. 4.* verſ. *dico ſecundò. Vaſquez. d. diſp. 155. cap. 4. num. 46.* Et quod domini teneantur ſua mancipia baptizare, & chriſtianè educare. *Ægid. Coninck. quæſt. 68. num. 87. optimè Suar. d. diſp. 25. ſect. 6.*

Quinta. concluſio. Cum dicitur filios in fidelium, invitis parentibus, non poſſe baptiſari, 4
ita intelligendum eſt, ut cõſenſus alterius parentis, etiam matris ſufficiat, ut colligitur *ex c. 2. de converſ. in fidel. & ex cap. indeo 28. q. 1.* ubi dicitur, *filios natos tam ex patre fideli, & matre infideli, imitari debere in Religione parentem fidelem, atque ita poſſe baptiſari*, tradunt latè *Vaſq. de baptiſmo d. diſp. 155. cap. 3. num. 33. Suar. tom. 1. de ſacrament. diſp. 25. ſect. 3.* verſ. *duo ſuper ſunt.* Idem merito affirmans etiam ſi neuter parens fidelis ſit, unus tamen permittat filium baptizari. Vltima concluſio. Si quis invitis parentibus infidelibus contra ius, eorum filios baptiſet, huiuſmodi baptiſmus verus, & ratus eſt, ut tenet *Anton. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 9 & p. 2. tit. 12. cap. 2. ad finem, Sylveſt.* verbo, *baptiſmus*, 4 q. 7. *Caiet. 2. 2. q. 10. art. 12. §. ad cuius euidentiam*, latiſſimè *Vaſq. d. diſp. 155. cap 6. n. 64.* & ſequentibus, quidquid *Durand. in 4. diſt. 6. q 7.* & ibi *Paludan. diſt. 4. num. 28. & 29. Marſil. quæſt. 4. artic. 4. dub. 3.* contradicant.

In textu, ibi, Blandimentis. 5
Quid ſi invitentur muneribus, cõmittetur ne ſimonia? Reſolve negativè, quia ſcilicet poſſunt ad fidem, & baptiſmum muneribus invitari, *præpoſit. hic num. 3. & in cap. quam pio, 1. q. 2. num. 1. Abb. in cap. cum in Eccleſia, num. 7. de ſimonia, Molin. lib. 1. de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 93. n. 5.* verſ.

huius feſtivitatis Paſchalis fuit in commemorationem beneficij, quo Deus eos de Ægypto eduxit, quãdo enim fuerunt liberati in Ægypto præcepit eis Deus, ut ſanguine agni linerent ſuperliminaria domorum, quaſi proteſtantes ſe recedere à ritibus Ægyptiorum, qui arietẽ colebant; vnde & liberati ſunt ſanguinis agni aſperſione, vel linitione in poſtibus domorum à periculo exterminij, quod imminebat Ægyptijs. Significabatur autẽ per immolationẽ agni paſchalis, immolatio Chriſti.

9 Quarta feſtivitas erat Pentecoſtes, quæ celebrabatur quinquagesimo die poſt Paſcha, & ſic poſt ſeptimam hebdomadam celebrabatur in memoriam datæ legis, quæ data eſt quinquagesimo die à Phaſe, id eſt ab exitu de Ægypto. Dicebatur etiam hæc feſtivitas hebdomadarum, quia ſupputatis ſeptem hebdomadis à prima die azymorum, fiebat. Dicebatur etiam feſtivitas, quia tũc offerebantur duo panes primitiarum, ſive de novis frugibus, item cum panibus ſeptem agni, vitulus unus, & aries unus in holocauſtum, hircus autem pro peccato, & duo agni in hoſtiam pacificorum. *Levit.25.& n.15.* hæc feſtivitas erat ſeptem dierum, ſicut azymorum, & offerebãtur eędẽ hoſtiæ, quæ in Neomenia; ſicut in ſolemnitate Paſchali offerebantur primitiva in ſpicis.

10 Quinta feſtivitas erat tubarum ſive clangoris, quæ eſt in prima die ſeptembris, itemque eadem die eſt feſtum Neomeniæ, id eſt nouilunij, quod eſt in prima die lunæ cuiuslibet menſis, ſic eſt duplex feſtum. Dicebatur etiam feſtum ſeptimarium, vel ſabbathum mẽſium, quia hic mẽſis ferè totus ſolemnis, & feſtiuus erat. Ea die præter iuge ſacrificium, & hoſtias Neomeniæ, offerebatur in holocauſtum, unus vitulus, unus aries, ſeptem agni anniculi, *Numer.29 nu.1.* Hæc dies ſolebat etiam dici feſtum Cereorum, quia tunc accedebant cereos; ſed à modernis Iudæis translati ſunt cerei ad decimam diem eiuſdem menſis, quæ eſt pro mortuis. in hoc feſto opus ſervile non faciebãt Iudęi. Hæc feſtivitas fiebat duplici de cauſa. Prima in memoriam liberationis Iſac à morte, pro quo immolatus fuit aries, *Gen. 22. num. 11.* & ideò illa die Iudæi clangebant in cornibus pecorum, quia ille aries inter vepres hærebat cornibus. Secunda ratio erat, quia ille clangor erat quaſi quædam denuntiatio ſolẽnitatum ſequentiũ, ut homines ſe præpararẽt ad illam. Lege *Cornel.ad cap.23.Levit.num.24.* ubi de hac re ſatis ſuperque.

11 Sexta feſtivitas dicebatur feſtum expiationis, & celebrabatur decimo die lunæ menſis ſeptimi, & hæc dies celeberrima, & vocabatur ſancta, & in ea non faciebant Iudæi opus ſervile: *Levit.23. num. 31.* celebrabatur hæc feſtivitas in memoriam illius beneficij, quo Dominus condonavit Iudęis peccatum de fabricatione vituli, quia illa die deſcendit Moyſes de monte portans ſecundas tabulas, in ſignum propitiationis divinæ, & ſic retulit placatum Dominum filijs Iſrael ſuper offenſa vituli, cõflatilis. Ea ieiunabant homines, iumenta, & pueri ſeptenes, uſque ad veſperam pro memoria mortuorum; & inde dies afflictionis dicebatur. *Levit.23.num.27.* & dies expiationis: *Levit.16.num. 29. & 30.* quia tunc expiabatur tabernaculum, & altare, ſanguine vitulæ ruffæ, et fiebat cinis ad expiationem immundorum: Oblatio illius diei erat vitulus unus, aries unus, agni anniculi ſeptem *Numer.29.numer.7.* hircus unus pro peccato cum libamentis ſuis. per hoc feſtum ſignificabatur emundatio à peccatis populi Chriſtiani. Alias allegorias vide apud *Cornel. Levit.16.num.29.*

Septima feſtivitas erat tabernaculorũ. & ce 12
lebrabatur decima quinta die lunæ mẽſis ſeptimi, in memoriam illius beneficij quo Dominus filios Iſrael quadraginta annis aluit in deſerto in tabernaculis habitando: & incipiebat hæc feſtivitas à decima quinta die lunæ menſis ſeptimi, & durabat, per ſeptem dies. Prima die, & die octaua ceſſabatur ab omni opere ſervili *Levit.23.num 35 & 36.* in illa die prima ſumebant fructus arboris pulcherrimæ (quæ qualis fuerit nõ ſatis conſtat; *Chaldæus* legit, ramos Cetri, *S.Hieronym. in cap. 14. Zachar.* dicit fuiſſe cedrum, puto *S. Hieronymum*, cedromela voluiſſe intelligere, ſic enim appellari citrea mala tradit *Dioſcorid.* citatus *à Cornelio Levit 23. num.40.*) ſpatulaſque palmarum, & ramos lignorum denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino. *Levit.23. num.40.* ad ſignificandum quod Dominus in terra deſerta ſuſtentaverit eos diù abque defectu notabili. Per hoc feſtum ſignificatur peregrinatio bonorum in hoc mundo. Lege *Cornel. proxime relatum.*

Octava feſtivitas dicebatur cætus, ſivè col- 13
lectæ, & fiebat octava die à quinta decima die Lunę dicti menſis, et ſic octava die à feſto tabernaculorum: Et erat dies ſolemnis; hoc feſtum celeberrimum, et ſanctiſſimum dicebatur, et nullum opus ſervile fiebat in octava die, et prima: colligebatur in illo pecunia pro ſacrificijs per annum faciendis, et alijs neceſſitatibus Tabernaculi, quæ debebant fieri de communibus ſumptibus: et ab hac pecunia collecta, inditum feſto nomen contendunt *Abul. Lyra, Caiet, Oleaſt. Levit. 23. num.36.* Verius tamẽ eſt cętũ dici à collectione populi, ut nerveſe probat *Cornelius ad dictum cap. Levit.23. nu. 36.* quem vide. Per hoc feſtum ſignificabatur congregatio fidelium in Regno cęlorũ. Alias feſtivitates addiderunt Iudæi propter varios eventus, ut *Encenia*, quæ eſt feſtivitas dedicationis.

tionis. *Phurim*, quę eſt feſtivitas Reginę Eſther, De quibus, & alijs multis ieiunijs, & ceremonijs, vide omnium latiſsimè *Albertin de hæret. lib. 6. q. 12.* per totum, *Ioſeph. de antiquit. Iudæor. lib. 12. cap. 10. Nicol. de Lyr. in Levit. cap. 12. Turrecremat. in cap. 1. de conſecrat. diſt. 3. Valcot. in ſuis quæſtionib. contra Iudæos*, & alios quos citat *Rojas de hæret. n. 23. Fratrem Balthaſ. Paez. ad Cant. filiorũ Iſrael poſt tranſitum maris rubri. Exod. 15 n. 1.*

14 In textu, ibi, Ex eorum codicibus oſtendentes. Vide *Bart. in l. quædam, §. Numularios num. 2.* & ibi *Alexand. ff. de edend. idem Bart. in l. Neſennius, num. 4. ff. negot. geſtis. & in l. nuda, num. 7. ff. donat. & in l. creditor, §. Valerianus, num. 1. ff. ſolut. & in l. admonendi, numer. 26. ff. de iure iurand. Speculat. in tit. de inſtrument. edit. §. Nunc dicendũ num. 4.* & ſequentibus, *Abb. in cap. 2. numer. 9. &* ſequentibus, *de fide inſtrument.* & ibi *Felin. num. 21.* & ſequentibus, *Anchar. in Clem. 1. §. Cæterũ, num. 5. de uſuris*, & ibi *Imola, num. 14. Iaſon in repetit. d. l. admonendi, num. 110.* & ſequentibus, ubi latiſsimè cum quo in propoſito tres caſus diſtingue. Primus ſit quando liber rationũ probat aliquid contra ſcribentem. Secundus quãdo pro ipſo ſcribente. Tertius quando pro tertio contra alium tertium, In primo caſu, ſit concluſio. Liber rationum planè probat contrà ſcribentem, & de hoc nullus dubitat, ſecundum *Iaſon. in d. l. admonendi, nu 111.* per textum *in l. quædam, §. Numularios*, iuncta *Gloſa ff. de edendo.* Ampliatur primo prædicta concluſio, ut non procedat ſolum, quãdo liber eſt ſcriptus propria manu ſcribentis, ſed etiam quando ſcribit manu alterius ſuas rationes. Secundo ampliatur ut procedat etiam quando in illo libro non interveniant ſolemnitates, & ita ſine die, & Conſule. Limitatur primo prędicta concluſio, ut non procedat quandó cauſa debiti non continetur in d. libro, nam neceſſaria eſt cauſa ut probet. Secunda limitatio erit, ut non procedat quandò ſcribitur in aliquo memoriali, vel ſchedula, quæ reperitur in libro rationum, non enim probat, quia requiritur quód ſit liber rationum in quo continuè ſcribuntur data, & recepta. Tertio limitatur dicta concluſio, niſi pars à principio contradixerit; ſi enim poſtea prædicto libro voluerit ſtare in ſuum favorem contrâ ſcribentem, nõ poterit, nec erit audiendus.

15 In ſecũdo caſu, ſit concluſio. Liber rationũ non probat pro ſcribente. Limitatur primo in his, quæ dependent ab eius mera voluntate, tunc enim probat, & fidem facit. Secundó limitatur in libro rationũ defuncti, facit enim pro hærede aliquam præſumptionem: ſed hoc intellige in libro rationum defuncti habente formam debitæ rationis, ſi continet data, & recepta, Tertiò limitatur, quandò adeſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod libris mercatorum plena fides detur proſcribente; quæ limitatio; iterum ſublimitatur. Primò, quod debet intelligi ſi ita iudici videbitur, conſiderata qualitate mercatoris, & quantitate, & præiudicio cauſæ. Secundò ſublimitatur, niſi mercator ſit infamis, vel ſuſpectæ vitæ. Tertió ſublimitatur & intelligitur ſolum in pertinentibus ad artem, ſeu negotiationem illius mercatoris, non verò in alijs: in his enim caſibus etiam ſtante ſtatuto, & conſuetudine, adhuc ſtabimus prædictæ concluſioni. Quartò limitatur prędicta concluſio, niſi ex quantitate, & qualitate rei iuncta veriſimilitudine aliud inducatur. Limitatur quinto quandô in libro multæ partitæ ibi ſcriptę verificantur, ſic probantur verè per ſcripturas publicas, vel libros aliorum mercatorum, & ſic in nullo redarguitur demendacio; tunc enim cum in aliquibus ratio libri ſit vera; præſumitur in omnibus vera. Limitatur ſexto quandò in libro rationum aliqua ſunt proſcribente connexa his, quæ contrá eum ſunt, & ita quod non poſsint commodé ſeparari: nam tunc ſi adverſarius vult dicto libro ſtare contrá ſcribentem, ſtabitur etiã pro ſcribente, ratione connexitatis.

In tertio caſu, tres ſtatue concluſiones. Primam, ſi liber rationũ eſt confectus ratione of- 16
ficij de publico iniuncti. v.g. quando publicus officialis, gabellarius, vel theſaurarius publicus ſcribit in libro communi, vel officij, aliquid, quod pertinet ad tertios; tunc ille liber plenam fidem facit. Secunda concluſio ſit. Quando liber rationis non eſt officialis publici, ſed publici campſoris, vel mercatoris, non facit plenam, ſed ſemiplenam probationem: ij enim ſucceſſerunt in locum argentariorum, & numulariorum qui olim publicè eligebantur, & ad quorum fidem publicé recurrebatur. Tertia cõcluſio. Cæteri libri aliorum, fidem non faciunt, de quibus vide *Doctores*, ſupra citatos, in principio.

CAP. Licet. IV.

SVMMARIVM.

1 *Baronius Cardinalis noſtri textus meminit.*

2 *An ſemper debeamus evitare ſcandalum? & num. 3. 4. 5. & 6.*

In tex-

1 IN textu. Vide circa *Baronium tom. 9. Annalium anno Chriſti 839. n. 4.* & 5. qui refert integram Epiſtolam *Gregorij Pontif.* 4. ex qua textus fuit tranſcriptus, de qua multa hîc deſunt, namq; poſt verba in fine textus poſita *ſibi non vult fieri*, ſtatim hæc ſequuntur. *Reminiſcens præceptum Domini ſalvatoris quo ait; nolite iudicare, & non iudicabimini. Matth. 7. num. 1. nihil ergo per noſtram facilitatem tribunalis excelſi iudicij derogare debemus, cum illa ſint rata, quæ pia, quæ vera, quæ iuſta ſunt, & aliter neceſſitatis, aliter tractanda eſt ratio voluntatis. Nullum enim intemeratum reliquit inimicus; idcirco ſuccurrendum eſt irretitis, conterendus eſt ergo venantis laqueus, ut fugatis lamentationibus tâm in iſto moderamine, quàm compũctione pietatis, Apoſtolica authoritate ſol iuſtitiæ in oculis ſpendeat corruentium, nec pigeat forſitan, aut pudeat noſtris obedire mandatis, aut Apoſtolica ſedis obſervare præcepta, quia humilibus dat gratiam non ſuperbis. Iacob. 4. nu. 6.*

2 In textu, ibi, Materia ſcandalorum. Suppoſito quod ſcandalum ſit *dictum, vel factum minus rectum prabens alteri occaſionem ruinæ*, id eſt, *peccati*, *ſecundum Covarru. in in reg. peccatum 1. parte numer. 5.* verſ. *Verum ad intellectum. Albertin. in tractatu de ſecreto numer. 236. & Sanch. lib. 1. decal. cap. 6. num. 1.* & ſuppoſito quòd hoc ſcandalum au eſt *datum* ſeu *actiuum* quando ſcilicet aliquis propter aliquod malefactum ſcandalizat proximum, de quo *Matth. capit. 18. numer. 7. Va homini illi per quem ſcandalum venit*; aut eſt *acceptum*, ſeu *paſſiuum*, quando aliquis ſine ratione ſcandalizatur, & ei non datur aliqua occaſio ſcandali. Conſtitue duos caſus, primum, quando agitur de ſcandalo actiuo, ſecundum, quando agitur de ſcandalo paſſiuo. In primo caſu duas concluſiones conſtitue; primam, Peccatum ſcandali actiui, datur quoties quis fratrem inducit ad conſenſum fornicationis, adulterij, & ſimilis peccati, ſeu criminis, vt conſentiens malum culpæ incurrat: ratio huius concluſionis eſt, quia cum tale opus directè tendat adverſus correctionem fraternam, cum ex eo animæ læſio contingat, ideo hoc eſt ſpeciale peccatum ſcandali, & per tale opus in illud incurritur. Probat eleganter *Vaſquez. 1. 2. q. 73. art. 8. diſp. 102. Sanch. tom. 1. decal. lib. 1. cap. 6. num. 3.*

3 Intellige 1. prædictã concluſionem cum talis inductio, ſeu actus ex intentione operantis dirigitur ad labefactandum proximum, non verò quando ex opere alia intentione perpetrato, contingit, tunc enim non conſtituitur ſpeciale peccatum ſcandali, quamvis detur circunſtantia generalis ſcandali neceſſario in confeccione aperienda, ex eo quód quis proximo dedit occaſionem peccati. *Covarru.* citato loco verſ. *Quinto apparet*, & alij quos refert, & ſequitur *Sanch.* ubi proximè *à numer. 4. uſque ad 6.* & quando ſcandalum ſit peccatum ſpeciale, quando non, & quæ regula adhibenda ſit, vt tale diſcernatur, & ſit confitendum videbitis *Azor 2. part inſtitut. moral. lib. 12. cap. 16, Sanch.* ubi proximè. Secundo intellige prædictam concluſionem, quód prædictum ſcandalum actiuum datur etiam ſine peccato eius, qui ſcandalizatur, ſi enim aliquis inducit aliquem verbo, vel facto ad peccandum, & ille non conſentiat, tali caſu etiam datur ſcandalum actiuum, *D. Thom.* ab omnibus receptus 2. 2. *q. 43. numer. 2. Sanch. tom. 1. decal. lib. 1. cap. 6. num. 1. Arbertin. d.* loco *num.* 238. Secunda concluſio ſit, omnis actus ex quo poteſt provenire ſcandalum actiuum ſemper ab omnibus vitandum eſt. Probatur ratione, quia cum talis actus habeat ſpeciem mali, & ſit peccatum ſemper ab eo, qui ſcandalizat propter proximi charitatem ne pedẽ ad id impingat, & labatur, fugiendum eſt. *Covar.* citato loco in principio. *Albertin. num. 237.*

In ſecundo caſu ſupponendum eſt quôd 4
ſcandalum *acceptum, & paſſiuum* proveniens ex malitia accipientis nullo modo tenemur vitare. *Covar.* ubi proximè, *num. 7. poſt med. & num. 8. Albertin. d. tract. de ſecreto, numer. 239.* quando tale ſcandalum ex ignorantia, ſeu infirmitate accipientis procedit, ſed de hac materia tres ſtatuę concluſiones. Prima concluſio ſit, ſcãdalum proveniens ex ignorantia non tenemur, nec poſſumus vitare, quando actus ſint tales quorum oppoſitum nullo modo fieri poteſt, quales ſunt qui ex præceptis negativis proveniunt, vt eſt homicidium, furtum, &c. de quibus, vide *Abb. in capit. Qui ſcandalizaverit, num. 1. & in cap. Niſi num. 12.* ubi *Additio. de renuntiat. D. Thomas 2. 2. q. 44. art. 1.* Lege pro hac, & ſequentibus concluſionibus. *Sayrum in clavi, lib. 7. cap. 6.* per totum.

Secunda concluſio. Quamvis non teneamur vitare ſcandalum proveniens ex actibus 5
ad quos tenemur ratione affirmativi præcepti, poſſumus tamẽ vitare illud ſecundũ *Covar.* citato loco *num. 6.* verſ. tertió Ratio eſt, quia cum tale præceptum non ſemper, & ad ſemper obliget, ſed pro loco, & tempore, & ſic 6
propter aliquem circunſtantiam conſiderabilem ceſſet eius obligatio, vel ſaltem differri poſſit, ita ratione ſcandali ceſſabit obligatio, & non tenebimur prædictum præceptum obſervare. Exemplifica primò prædictam concluſionem, quod ſi executione mandati Principis, vel ſuperioris oriatur ſcandalum, ſuper ſedendum eſt tali mandato *Abb. in cap. ſi quando num. 2. de reſcript.* Exemplifica 2. in caſu de quo *Felin. in d. cap. ſi quando. num. 3.* ubi ex eo quòd populus ſcandalizabatur, quia ſummus Pontifex

fex iubebat Romanum de capitari, fuit liberatus hac ratione. Exemplifica 3. prædictam concluſionem cum eodem *Felin. in cap. nihil, n. 2. de præſcript.* ubi ponit 33. caſus, quibus contra regulas iuris multa ſpecialia conceduntur, ad evitandum ſcandalum.

6 Tertia concluſio ſit, quando actus in nulla obligatione ſunt poſiti, ita ut poſsit oppoſitum licitè fieri, non ſolum poſſumus, ſed etiam tenemur vitare ſcandalum, quod ab illis provenit, ut etiam in actibus indifferentibus, *textus in cap. 2. Novi oper. nuntiat.* ibi. *Ab his tamen, quæ ſine peccato mortali, &c.* & ibi. *Abb. num. 7.* Exemplifica 1. concluſionem in contractu matrimonij, qui eſt liber, nam ſi ſcandalum timetur inter aliquas parentelas ſi contrahatur, debet tale matrimonium interdici *Abb. in cap. niſi in* verſ. *pro gravi*, ſeu *in cap. Cum in tua, num. 4. de ſponſalibus.* Secundò exemplifica cum eodem *Abb. in cap. niſi, in* verſ. *pro gravi, num. 13. de renuntiat.* & an ex eo quod quis potuit obviare ſcandalo, & non obviavit, præſumatur eſſe in dolo, negativè reſolve cum *Abb. in cap. Quanto, nu. 3. de ſententia excommun.* & quod iudex poteſt, ratione ſcandali ſe intromittere ubi non habet juriſdictionem, *Abb. in cap. Conſtitutus, num. 9. de appellat.* vide *cap. De his verò. 34. numer. 2. diſt. 50.*

CAP. De Iudæis. V.

SVMMARIVM.

1 *Divus Thomas noſtri textus meminit.*
2 *Blanditijs allicere ad fidem licitum eſt.*
3 *An invitus teneatur ſervare contractū? & n. 4. & 5.*
6 *Quid importent verba ſecundum proprij arbitrij voluntatem.*

1 VIde *Sot. in 4. diſt. 5. q. vnic. col. 6. art. 10. D. Thom. 2 2. q. 10. art. 8.* ubi in 2. argumento hunc textum citat, & vide elegantem epiſtolam ſancti Gregorij Pontificis, quam refert *Baronius tom 8. annalium anno Chriſti 591. num. 34.* ubi ſanctus Pōtifex licēt convertendi Iudæos intentionem laude dignam cenſeat, tamen iubet ne iudæi inviti cogantur ad fidem, cuius verba ſunt. *Plurimi ſiquidem Iudaicæ religionis viri in hac provincia commorantes, ac ſubindè in Maſſilia partes pro diverſis negotijs ambulantes, ad noſtram perduxere notitiam, multos conſilientium in illis partibus Iudæorum, vi magis ad fontem baptiſmatis, quam prædicatione perductos. Nam intentionem quidem huiuſcemodi, & laude dignam cenſeo, & de Domini noſtri dilectione deſcendere profitcor: ſed hanc eandem intentionē niſi competens ſcriptura ſacra comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus ex inde nō proveniat, aut iuxta aliquid, animarum quas eripi volumus (quod abſit) diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuavitate, ſed neceſsitate, pervenerit; ad priſtinam ſuperſtitionem remeans inde deterius moritur, vnde renatus eſſe videbatur, fraternitas ergo veſtra huiuſmodi homines frequenti prædicatione provocet, quatenus mutare veterem vitam magis de doctoris ſuavitate deſiderent. Sic enim, & intentio veſtra recte perficitur, & converſi animus ad priorem denuò vomitum non mutatur. Adhibendus ergo illis eſt ſermo, qui & errorum in ipſis ſpinas vrere debeat, & prædicando, quod in his tenebreſcit, illuminet; ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra capiat; & eos, quantum Deus donaverit ad nova regenerationem vita perducat;* vide codē *tom. anno Chriſti. 598. num. 15.*

Blanditijs tamen, & muneribus Iudæos allicere, ut fidem catholicam ſuſcipiant, licitum eſt, ut conſtat ex eiuſdem Gregorij, facto relato *d. tom 8. anno Chriſti, 694. nu. 8.* ubi Pontifex ſcribens *ad Cyprianum diaconum* hæc ait. *Pervenit ergo ad me eſſe Iudæos inpoſeſſionibus noſtris, qui converti ad Deum nullatenus volunt; ſed videtur mihi, ut per omnes poſſeſſiones, in quibus ipſi Hebræi eſſe noſcuntur, epiſtolas tranſmittere debeas, eis ex me ſpecialiter promittens, quòd quicumque ad verum Dominum Deū noſtrum Ieſum ex eis converſus fuerit, onus penſionis eius ex aliqua parte minuetur; quod itaquoque fieri volo, vt ſi quis ex eis converſus fuerit; ſi ſolidi penſionem debet prædictus ei relaxari debeas; ſi tres vel quatuor, vnus ſolidus relaxetur, ſi quid amplius, iam iuxta eundē modum debet relaxatio fieri, vel certè iuxta quod dilectio tua prævidet; vt & ei, qui convertitur, onus releveturs & eccleſiaſtica vtilitas non gravi diſpendio prematur: Nec hoc inutiliter facimus, ſi pro levandis penſionum oneribus, eos ad Chriſti grātiam perducamus: quia & ſi ipſi minus fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis nati fuerint iam fidelius baptizentur. Aut ipſos ergo, aut eorum filios lucramur, & ideo non eſt grave, quicquid de penſione pro Chriſto dimittimus.* Lege *Snar. de fide diſp. 18. ſect. 3. num. 8.* Adde poſita *ad cap. Qui ſincera, n. 4. ſupra hac eadem diſt.* 2

In textu, ibi, Ergo non vi, ſed libere, &c. Vide *Præpoſit. hic num. 5. Turrecrem n. 2.* citantem *D. Thom. Alex. de Aleſ. & D. Bonavent. in 4. diſt. 6. Abb. in 1. Maiores, §. Item quæritur, numer. 3. de baptiſmo. Azored. lib. 8. nouæ recop. lib. 8. tit. 2. l. 5.* cum ſequentibus. Reſolvē quòd quando aliquis vi præciſa compellitur ad baptiſmum, character non imprimitur, quando verò compellitur per vim conditionalem, ſeu compulſivam, tunc imprimitur, cha- 3

character, & ſit validum Sacramentum, & baptizatus tenetur obſervare baptiſmum: ratio eſt quia quando quis compellitur vi præciſa nullo modo conſentit, nec datur voluntas ad baptiſmum, quando verò compellitur per vim conditionalem, tunc datur voluntas, quãvis ſit coacta, *textus in cap. meritò* 15. *quæſtione* 1. Quæ autem ſit vis præciſa, quæ conditionalis dic cum *Abb. d. num.* 3. *& in cap. ad audientiam num.* 2. *de his, quæ vi, & in cap. Sacris num.* 1. *eodem tit. Covar. in cap. Alma mater,* 1. *part.* §. 3. *num. fin.* quòd vis præciſa eſt, quando in nobis non datur poteſtas reſiſtendi; vtrùm agamus, vel non agamus, etiamſi velimus mortem pati, potiuſquam agere, & ita in nobis nulla eſt voluntas. v. g. quando aliquis ligatis manibus, vel pedibus compellitur ad aliquid. Vis autem conditionalis, ſeu compulſiva eſt, quando vis eſt particeps noſtræ voluntatis, & voluntatem quamvis coactam nobis relinquit, v. g. quando infertur, alicui vis, ut niſi certum quid faciat mori debeat, cum enim hoc caſu ipſe eligat potius tale quid facere, quàm mortem pati, datur voluntas.

4 In cæteris autem actibus an hæc diſtinctio debeat fieri, ut actus valeat, vel non, vide de materia *Abb. in cap. Abbas, num.* 5. & ſequentibus *de his, quæ vi, & in cap. Cum locum, num.* 2. *de ſponſal. Domin. in cap.* 1. *num.* 3. *de his quæ vi, lib.* 6. & ibi *Archidiac. num.* 6. *Fortun. de vlt. fine vbi latiſſimè.* 21. *num.* 276. *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 50. *Covar. in Regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 6. *numer.* 6. *Valaſc. de iure emphyt. quæſtione* 5. *numer.* 9. *Idem. Covar. de ſponſal* 2. *part. cap.* 3. §. 4. & ſequentibus, cum quibus, ſeu aliquibus eorũ reſolve, quòd aut agimus de contractu ſtricti iuris, aut de cõtractu bonæ fidei. In primo caſu ſi metus, ſeu vis conditionalis (quod idem eſt ſecundum *Fortun.* citato loco, *num.* 316. in fine) dederit cauſam tali contractui, contractus mero iure valebit, ſed reſcindetur per exceptionẽ metus. In ſecundo verò caſu talis cõtractus erit ipſo iure nullus; ratio eſt, quia cũ in contractibus bonæ fidei nõ ſolum requiratur conſenſus, ſed quòd talis conſenſus ſit liber omninò, meritò ſi per vim factus fuerit contractus, eſt nullus, cum prædictus conſenſus omninò liber in tali caſu deficiat.

5 Exemplifica primò hanc reſolutionem in contractibus bonæ fidei, primò in cauſa matrimoniali, quæ eſt certa ſpecies ſocietatis, & ita contractus bonæ fidei, quinimo in matrimonio requiritur conſenſus magis conformis bonitati, & iuri naturali, quàm in cæteris actibus bonæ fidei, in quibus vis, & metus ideo annullat actum, quia deficit conſenſus, qualis inter bonos viros requiritur, vt diximus. Exẽplifica ſecundò in promiſsione dotis, quæ cõſtat ex bono, & æquo *l. has obligationes ff. cap. min. l.* 1. §. *ſed & ſi, Cod. rei vxor. act.* Tertiò exemplifica in voto, cum enim ad eius bonitatem requiratur quòd ſit voluntarium, ſi metu fiat non eſt bonum, cum deficiat voluntas, & ſi non eſt bonum, non poteſt eſſe iuſtum, ius enim æquum, & bonum eſt. *Fortun.* citato loco, *num.* 302. Quartò exemplifica in prorogatione iuriſdictionis. Quintò in electione facienda. Sextò in authoritate tutoris. Septimò quando teſtes ſunt rogati ad teſtificandum. Octavò in ſententia. Nonò in remiſsione iniuriæ. Decimò in actione conſtituti. Vndecimò in contractu pignoris, quæ, & alia vide cum *Fortunio à numer.* 294. *ubi à numer.* 336. reddit rationem quare iuramentum metu extortum valeat, dicens quòd in iuramento duplex eſt obligatio, vna ex promiſsione expreſſa facta parti, altera ex promiſsione tacita facta Deo; reſpectu igitur promiſsionis partis nulla datur obligatio, ſi metus interveniat; reſpectu verò promiſsionis factæ Deo, cui ſe obligavit, cum adhibendo veritatis teſtem, & aſſertorem, cum Deus illi vim non intulerit meritò datur obligatio, & requiritur abſolutio ut illa ceſſet. 6

Intellige tamen omnia ſupradicta in 2. caſu, ſi læſus noluerit quòd actus valeat, ſi enim voluerit quòd valeat ſuſtinebitur. *Pinel. in l.* 1. 3. *part. num.* 32. *Cod. de bon. matern. Covar. practicar. cap.* 28. *numer.* 10. verſ. *quod ſi verum,* & vltra *Gloſam in l.* 1. §. *Quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non detur,* dic quòd quatuor conditiones requiruntur, ut actus vi, metu, aut dolo factus annulletur. Prima quòd metus ſit inductus ab aliqua perſona extrinſecus *l. metum* 9. ibi *Ab aliquo, ff. quod metus cauſa.* Secunda quòd ſit metus cadens in conſtantem virum *l.* 3. *eodem tit. Covar. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 3. §. 4. *numer.* 17. Tertia quòd ſit factus ad finem extorquendi id, quod intendimus revocare *l. metum* §. *animadvertendum,* verſ. *ſed licet ff. illo tit. l. qui in carcerem* ibi. *Vt aliquid ab eo extorqueret, ff.* eodem. Quarta quòd metus debeat eſſe præſens. *l. metum in principio, ff. eodem Bart. in leg. noviſſime, in* 2. *lectura, n.* 3. *ff. quod falſ. tut.*

7 In textu, ibi, Proprij arbitrij voluntate. *Præpoſit. hic, numer.* 2. inquit quòd prædicta verba poſſunt importare voluntatem contrariam legi, & ſic corruptam, & poſſunt etiam denotare voluntatem cum iure, vide *textum. in l. Virum* §. 1. *ff. de rebus dub. l.* 1. *in principio, ff. legat.* 2. *l.* 3. *ff. ann. legat.* ubi aliquando liberum arbitrium ſumitur pro libera voluntate, aliquando pro arbitrio boni viri; vide etiam *Iaſon. in*

CAP. Cum Beatus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid importet verbum*, voluerit?
2 *Quot modis ſumatur exilium?*
3 *An pater verberans filium in ſacris conſtitutum incurrat excommunicationem?*
4 *Maritus an poſsit verbare vxorem?*
5 *Epiſcopi debent honore clericos?*

1 IN textu, ibi, Pro ut voluerit. Verbum hoc *voluerit*, importat liberam, & abſolutam voluntatem, ita ut quis poſsit voluntatem ſuam facere etiam inique, & contra regulas iuris, quando ſub hoc verbo ei aliquod committitur; hoc tamen intellige, dum ab ſit dolus malus, *Iaſ. in l. Si ſic legatum numer.* 27. *ff. legat.* 1. qui citat. *Bart. Bald. Abb. Imol. & Butrium.* in multis locis, Limita tamen hoc tribus modis. Primò quando quis ſe committit in voluntatem ſui adverſarij, tunc enim quanvis verbo *voluerit* vtatur, intelligitur de arbitrio bono viri. Secundò limita quando dicitur pro ſuæ voluntatis arbitrio. Tertiò in poteſtate data exactori fiſcali, ut poſsit compellere omnes debitores fiſcales omni coertione, de qua ſibi videbitur, tunc tenebitur obſervare legem municipalem; vide etiam eundem *Iaſ. in d. l. ſi ſic*, ubi *inquit quod verbum placuerit*, importat arbitrium boni viri, & non liberam, & abſolutam voluntatem, & ita ut noſter textus non contrarietur, ibi ut voluerit, & placuerit: vide an tentari poſsit quod quando in aliqno actu inveniatur aliquod verbum importans abſolutam voluntatem cum alio importante arbitrium boni viri, tunc ſecundum ſubiectã materiam iudicandum eſt, quid prædicta verba importent; in hoc enim textu ſubiecta materia ſuadet quòd verbũ, *placuerit*, ſit idem quod *voluerit*, quia tamen loquitur cum prælatis, qui in corrigendis ſubditis exceſſum committũt, & ita qui iniquè, & contra ius faciunt, & ita liberé, non verò ſecundum quod æquum eſt, & ſecundum arbitrium boni viri, ut prædictũ verbum, *placuerit* ſonat, ſecundum doctrinam, *Iaſon*, citato loco.

2 In textu, ibi, Ex ilij ſententiã. Triplex invenitur exilij ſignificatio in Canonibus. Primà quando alicui certus locus præſcribitur, & conceditur, & alia negantur, *cap. placuit, diſtinct.* 18. exul namque videtur, cui non eſt licitum alijs locis, niſi tantum ſuæ eccleſiæ communicare. Secunda quando certus locus interdicitur alicui, & cætera conceduntur. *cap. in primis* 2. *quæſtione* 1. verſ. *de Epiſcopi*, in fine. Tertia quando omnia loca alicui negantur, vel ad tempus, vel perpetuò, *cap. Si quis ſacerdos*, 30. *quæſtione* 1. *cap. Sacerdos, de pœnit. diſtin.* 6. *Turrecrem. hic. num* 4. *& Præpoſ. Bernard. in pract. canonica cap.* 134. qui textus meminit.

3 In Gloſſa, verbo Gravioribus, ibi, Vnde ſi pater verberat filiũ. *Præpoſit. hic, numer.* 5. citans *Hoſtien. & Archid.* tenet patrem verberantem filium in ſacris conſtitutum incurrere excommunicationem, idem tenet *Abb. cap. Cum voluntate. num final*, per *Gloſſam*, ibi, *de ſententiâ excomunicatiõ.* dicens quod quanvis prædicta manus non ſit iniurioſa, eſt, temeraria, idem tenet ibi. *Felin. numer.* 1. verſ. *vltimo nota, Tolet. in ſumma. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 5. *Suar. de cenſ. lib.* 3. *cap.* 18 *num.* 13. *Molin. tractat.* 3. *diſputatione* 56. *num.* 6. Nihilominus contrarium videtur verius quod pater non incurrat excommunicationem per textũ *in cap. Ex tenore de ſententia excommunicat.* iunctus ijs, quæ *Navarr. in Manual. cap.* 27. *numer.* 28. verſ. *Stricto iure idem poteſt dici. Avila de cenſur.* 2. *parte cap.* 5. *d.* 3. *dubit.* 13. citans *Tabienã Sylveſt. excomunicatio.* 6. *numer.* 6. *Suar. de cenſur. diſputatione* 22. *ſectione* 1. *num.* 49. *Ægidius de Sacrament. diſputatione* 14. *dubit.* 15. *num.* 192. verſ. *Addunt.* Intellige tamen prædictam reſolutionem cum eodem *Suar.* de percuſsione levi, & moderata, & ita *Præpoſ. & ceteri* DD. citati poſsunt intelligi de rigoroſa, & gravi, percuſsione, atq; hoc modo duas has opiniones in concordiam reduces.

4 In eadem Gloſſa, ibi, Maritus. Docet *Gloſſa*, quòd maritus poteſt ex cauſa vxorem moderatè caſtigare, idem voluit *Gloſſa, in l. & ſi quemcumq;* §. *vlt. in fine ff. ad l. Aquil. & in Authent. ut liceat matri, & aviæ*, §. *Quidem verò quoſdam mulieres, verbo ſufficere, Gloſſa. vlt. in cap. Quemadmodum de iure iur.* ubi DD. *Bald. in l. filius, C. de patria poteſtate, Alex. in l. Miles.* §. *qui indicanti, ff. de reind. dec. in l. fœmina*, verſ. *Trigeſimo ſexto, de regul. iuris*, plures refert *Tiraquel. in l.* 1. *Conubiali. Gloſſa*, 1. *num.* 22. ubi noſtram *Gloſſam* citat.

5 In Gloſſa, verbo, Subtrahant. Collige qnod Epiſcopi debent honorare clericos, quaſi clericos, vt ipſis Epiſcopis

quasi Episcopis & clericis honor deferatur, ut in simili dicit *Divus Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum*, & refertur, *in capit. Esto, subiectus*, 95. *distinctione* ubi *Glossa verbo deferatur*; facit *textus in capit. Significasti in fin. de electione, & in capit. ad decorem, de institutionibus textus in l. Si non facio quod debeo, si tamen tu non facis quod debes, non obtineo*, multa congerit *Tiraquel. in l.* 13. *connub. numer.* 24. qui nostræ Glossæ meminit.

CAP. Disciplina. IX.

SVMMARIVM.

1 *Miscenda est lenitas cum severitate.*
2 *An incurrat excõmunicationem qui clericum detinet, verbis, cõtra eius voluntatem?*
3 *Vtrum concessa licentia eundi, censeatur concessa redeundi?*
4 *Quot dicantur pauci?*
5 *An æquitas sit præferenda rigori? & num.* 6.
7 *Quid importet in dispositione pronomẽ* Meum? *& num.* 8.
9 *Quando fuit captivitas Babylonica, & quæ de causa? & num.* 10.
11 *An advocatus possit advocare pro utraq; parte?*
12 *Quid significet quod Episcopus assumat mythram, & baculum, quando prædicat, & eam deponat cum offert in altari?*

1 IN textu. Collige ex textu miscendam esse lenitatem cum severitate, faciendumq; esse ex vtroq; temperamentum; ut neque multa asperitate exulcerentur, quos corripimus, neque nimia benignitate solvantur, tradit *Tiraquel. in l. 9. connubial. Glossa* 1. *numer.* 234. *Navar. in. cap. inter verba conclus.* 6. *numer.* 131. *Paulus Fusch. de visitat. lib.* 4. *numer.* 14. ad fin. qui omnes nostri textus meminere.

2 In vers. Certè ibi, Demitte me. *Præpos. hic num.* 3. tenet quod si aliquis detinet verbis clericum contra eius voluntatem, incurrit excommunicationem. Ego tamen distinguerem duos casus. Primum quando clericus verbis tantum detinetur, v.g. quando aliquis dicendo verba contumelios a, ipsis verbis ei metum infert, ut eum detineat. Secundum quando ipsa verba comitatur aliqua actio violenta eius personæ v.g. quando quis vltra verba contumelios a detinet clericum obsidendo eum in domo, vel in castro, non permittendo exitum, vel quando eum detinet, ut vestibus spoliet, sine alio corporis nocumento. *In* primo casu, non incurritur excommunicatio. *Suar. de censur. disputatione* 22. *sect.* 1. *num.* 23. *& num.* 30. *&* 31. *Toletan. in sum. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 5. *Ægyd. Conink. de sacram. disputatione* 14. *dubitat.* 15. *num.* 165. vers. *Tunc non sufficit.* In secundo casu incurritur excommunicatio. *Suar.* citato loco *numer.* 30. ad finem. & 31. ad medium. *Navar. in Manual. cap.* 27. *num.* 77. quatenus inquit incurrere excõmunicationem, qui vi includunt clericos aliquo loco vnde egredi sine pudore non possint, & ita requiritur vis, quæ verbis solis non fit. *Ægyd.* citat loco vers. *Idem dicendum.*

In textu, ibi, Ite, & redite. 3 An concessa licentia eundi, concedatur redeũdi? affirmativè resolve cum *Præpos. hic num.* 4. *&* vide *Bart. in l. vtimur, num* 1. *ff. sepulchr. viol. Deci. cons.* 51. *num.* 3. *Abb. in cap. Ego enim, num.* 5. ad finem, & ibi *additio de iure iurand. & in cap. Innovamus, de treuga, & pace*, ubi latè resolvit quòd data securitate pro eundo ad locum non tutum, videtur data pro redeundo, & ampliat quod si non possit venire securus nisi in equo, quod datur pro equo, vide etiam *Bart. in l.* 1. *num.* 5. *ff. ad l. Iul. Maiest. & in l.* 1. *num.* 8. *C. Navicular. lib.* 11. ubi tangit quæstionem an data securitate eundi intelligatur pro vna, an pluribus vicibus.

In textu, ibi, Morte paucorum. 4 *Bart. in l. scire oportet, num.* 1. *ff. excusat. tut.* inquit, quod octo dicuntur pauci *Luc. de Peña in l. Nominationum*, verbo, *ne paucorum. C. de decurion. lib.* 10. tenet quod duo, tres, octo, & plures dicuntur pauci. *Abb. in cap. Multa, num.* 1. *ne clerici, vel Monachi* dicit quòd 14. dicuntur pauci, *Idem Turrecrem. hic num.* 1. ad finem. *Præpos. num.* 5. resolve tamen cum eodem. *Abb. & Luc. de Peña* citatis locis quòd secundum subiectam materiam iudicandum est qui sint pauci, per *Glossam in capit. Latores*, verbo, *multitudinem*, in fine, *de cleric. excommun. minist.*

In Glossa, verbo, Miscẽda, ibi, Iudex potius sequatur æquitatẽ, 5 Suppositio quòd rigor sit excessus, & austeritas iuris scripta aliquando ad terrorem, & quòd æquitas sit iustitia dulcedine misericor-

ſericordiæ temperata, vel motus rationabilis regens miſericordiam, & rigorem, ſecundum *Turrecremat. in capit. Vt conſtitueretur, numer. 5. & 6. diſtin. 50. Specul. de diſpenſat. §. Diſpenſatio eſt provida, num. 3. Abb in cap. Si clericus nu. 4. de foro compet. & in cap. 2. de re iud. num. 1.* Diſtingue ſex caſus in propoſito. Primus eſt quãdo rigor, & æquitas, reperiuntur deſcripta in diverſis caſibus. Secundus quando non reperiuntur deſcripta. Tertius quando alterum eſt ſcriptum, altẽrum non. Quartus quando alterum eſt deſcriptum in genere, alterum in ſpecie. Quintus quando utrunque eſt deſcriptum in ſpecie. Sextus quando neutrum eſt deſcriptum in ſpecie. In primò caſu rigor ſervabitur in ſuo vigore, & æquitas in ſuo iuxta *textũ in cap. Cum Apoſtolica de his quæ fiunt á Prælato. Præpoſ. hîc num. 8.* citans *Dominic.*

6 In ſecundò caſu, ſemper æquitas ſervabitur per *textum in cap. fin. De tranſact. l. placuit, num. 2. Cod. indic. Bart. d. l. 1. n. 5. C. de legibus.* In tertiò caſu dicendum eſt præferri ſemper illud, quod invenitur ſcriptum, *Felin. c. 1.* & ibi. *Dominic. n. 2. de rerum permutat. lib. 6. Abb. d. num. 9. Præpoſ. nu. 8. Felin. in cap. iurgantium nu. 1. de re iud. Bart. d. l. 1. de legibus Iaſon d. num. 2.* Limita tamen hunc caſum, niſi pro æquitate non ſcripta concurrat præſumptio contra rigorem ſcriptum. *Felin. d. numer. 1.* In quartó caſu qui exemplificatur per *Præpoſit. d. numer. 8.* quando contra generalem æquitatem, quæ vult quòd nemo locupletetur cum iactura aliena iuxta, *l. Si me, & Titium, ff. ſi certum petatur. cap. ſuam. de pœn.* inducitur præſcriptio: tunc præfertur rigor inducens in ſpecie præſumptionem contra generalem æquitatem *Abb. d. numer. 6.* verſ. *tertiò caſu.* In quinto caſu, & ſexto ſẽper æquitas præferenda eſt, *Præpoſit.* citato loco *per textum* quem citat *in cap. 2. de tranſact. l. placuit. Cod. de indic.* vide *Abb. ind cap. fin. num. 9. in fine Felin. in d cap. iurgantium, numer. 1. in fin.* verſ. *Dic contra.*

7 In Gloſſa, verbo Meus non eſt, ibi, Cum iudicatur rem meã. Pronomen, *meum*, eſt ambiguum, aliquando enim accipitur pro eo, quod in ſolidum meum eſt, aliquando veró pro eo, quod pro parte præcipue pro indiviſo meum eſt, *textus. in l. pupillus §. fin. ff. verborum ſignific. l. illud ff. vit. nuptiar.* optimus textus in ſpecie *in l. 2. ff. condit. inſtit.* & in dubio eum cenſum recipimus ex eo pronomine quod validitati actus magis favet iuxta *textum. in l. in contrahenda, in fine ff. de regul. iuris*, quapropter conſtitue concluſionem. Quando aliquis diſponit de re ſua vtendo pronomine *meo*, & illa eſt communis, intelligitur de illa, quæ ad ſuam partem pertinet *l. Si quis ſuos 74. l. Iulianus 76. §. Servos, ff. de legat. 3.*

Limita primò niſi dicat lego rem meam totam, tunc enim cum vna pars non eſt mea, ſeu ſua, ſed ſocij, non poteſt dici tota mea, vel ſua, & tunc non poteſt diſponere de ea alia *l. nemo, ff. pro ſocio.* Limita ſecundò niſi res ſit communis in vniverſum, vt ſunt res vniverſitatis tunc enim non procedit concluſio. Limita tertiô quando dantur coniecturæ, ex quibus apparet diſponentem non ſenſiſſe de re communi, tunc enim legata re mea, non veniet res communis. Limita quarto in caſtro communi, non poteſt enim quis ſuam partem legare, ſeu de illa diſponere. Limita quinto in actione de dote, quæ licèt ſit cõmunis patris, & filiæ, non dicitur proprié vnius, nec alterius, etiam quoad agendum. Alia de hac materia vide *in Gloſſa*, verbo, *cum alij, in cap. Cum in illis*, & ibi, *Domin. num. 6. de prabend. in 6. Bart. in l. ſervi elect. §. Labeo, §. Cum fundus, ff de legat. 1.* & ibi *Iaſ. num. 10.* & ſequentibus, *Idem Iaſon in l. Gallus, §. Nunc videndum. num. 11 ff. de liber. & poſthum. Alexand. d. §. Labeo, num. 1.* ubi reſoluit quando ſtatutum punit graviori pœna me offendentem ad domum meam, an habeat locum in offendentem ad domum communem, & affirmativè concludit, quando offenſor non erat, qui habebat partem in re communi; vide etiam *Felin. in cap. Inter dilectos num. 17. de fide inſtrum.* ubi reſolvit an illud quod ex vna cauſa eſt meum, poſsit eſſe ex pluribus.

In Gloſſa, verbo, Obtinuit, ibi, Babylonica captivitate. 9 Præmitte primo cum *textu in cap. Vnic. 35. quæſt. 4. Gloſſa*, verbo, *perfectus, in prooemio decretal. lib. 6.* quód quemadmodum in homine conſiderantur ſex ætates per quas eius ſtatus finitur. Prima infantiæ, vſque ad ſeptimum annum. Secunda pueritiæ, vſque ad duodecimum, vel quatuordecimum. Tertia adoleſcentiæ vſque ad vigeſimum quintum. Quarta iuventutis, vel virilis ætatis, uſque ad quinquageſimum. Quinta ſenectutis, uſque ad ſeptuageſimum. Sexta ſenij, quod dicitur aliarum iã ætatũ terminus: Ita in mundo conſiderantur aliæ ſex ætates. Prima fuit ab Adamo uſque ad Noé. Secunda à Noè uſq; ad Abrahã. Tertia ab Abrahã uſq; ad David. Quarta â David uſque ad tranſmigrationem Babylonis ſeu propriè loquendo uſque ad captivitatem Babyloniçam. Quinta à captivitate Babylonis uſque ad adventum Chriſti. Sexta ab adventu Chriſti uſque ad finem ſæculi. Secundo præmitte quod à prima ætate, uſque ad ſecundam. fluxerunt anni. 1656. á ſecunda ætate uſque ad tertiam. 292.

ſeu 942. & ſecundum alios 1062. à tertia vſq; ad quartam 942. à quarta ætate vſque ad quintam 485. â quinta autem vſque ad ſextam 589. de quibus vide *D. Auguſtin. de civitate Dei. lib.* 15. 16. 18. *D. Iſidor. lib.* 3. *Ethymolog. Bedam, Euſeb. Phil. de tempor. Ioann. diogen. de ſcriptor. eccleſiaſt.*

40 His præmiſsis dic, quod captivitas Babylonica, quæ duravit ſeptuaginta annis, cuius numeri rationem *Theodoretus q.* 37. *in Leviticum*, ex cogitavit, quia populus violavit legem ſabbatiſmiterræ, de qua *Deut.* 31. *num.*10. incipiendo à regno Saulis, â quo uſque ad illud tempus numerat annos. 390. quorum ſeptimą pars efficit 70. colligit id *ex Levit.* 26. *num.* 35. Addi etiam poſſet teſtimonium 2. *Paralip. cap. ultim. numer.* 21. fuit hæc captivitas longe poſt quartam ætatem, ſeu generationem mundi annis 485. Cauſam huius captivitatis refert *Gloſa* in adorationem, & peccatū vituli; Deus enim remisit Hebræis ad tempus peccatum illud, non omnino pœnam, quia Moyſes ſolū obtinuit â Deo quód dictum populum non omnino deleret, ſicut Dominus dixerat Exod. 32. *n.*10. *Dimitte me vt iraſcatur cōtra eos furor meus, & deleam eos.* & ita ſolum placatus eſt Dominus, inquit tamen; *Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum. num.* 34. Vide *Turrecrem. hic nu.* 1. *citatus Nicol de Lira, & prapoſit. numer.* 9. & 10. quanvis repugnet, & quidem probabiliter, *Abul. in cap.* 32. *Exod. q.* 46. *Lorinus in Pſ.* 136. *num.* 1. ubi ait cauſam huius captivitatis præcipuam eſſe idololatriam cæptam ſub Iereboam, & Roboam, deinde ut Scirent Hebræi in captivitatem ducti, diſtantiam ſervitutis veri Dei, & ſervitutis regni terrarum. 2. *Paralipom.* 12. *nu.* 9. *Ierem.* 25. per totum Contra *Gloſſam* ſtat etiam *Cornel. ad cap.* 32. *num.*10. *Exod.* De initio, & fine captivitatis Babylonicæ diſputant interpretes ad *cap.* 29. *Ieremiæ, ad cap.* 9. *Danielis, ad c.* 2. *Zachariæ*, & diſtingunt captivitatis tria tempora, primum quando Ioachim, & Daniel, Socijque, cum parte vxorum translati ſunt, anno Ioachim tertio, vel quarto, Nabuchodonoſoris 1. *Daniel.* 1. 1. & 2. *Paralip.* 36. 6. Secundum, quando Zacharias, & mater illius, ac principes, & Ezechiel cum theſauris vaſiſque templi, cōmigrarunt. 4. *Reg.* 24. 10. & ſequentibus, 2. *Paralipom.* 36. 10. Tertium, cum Hieruſalem vaſtata eſt, civeſq; aut occiſi, aut in duriſsimam ſervitutem abacti, cum Sedecia rege 4. *Reg.* 25. 2. *Ierem.* 39. 1. & 52. 4. Lege *Chriſtophorum a Caſtro Societ. Ieſu in cap.* 29. *Ierem.* ubi propabiliter incipit á primo tempore. Videndus etiam *Maldonat. ad c.* 1. *n.* 11. *Matthæi.* Quatenus verò *Gloſſa*, ait quòd etiã captiuitas Romana fuit propter peccatum vituli, falſa eſt, quia captivitas Romana fuit tempore Veſpeſiani, & Titi â Nativitate Domini ânno 73. & ab eius paſsione 40. circiter, & fuit in pœnam quód ipſi Iudæi eius adventum non cognoverunt, ut conſtat *Lu. cap.* 19. *num.* 41. ubi Salvator *videns civitatem flevit ſuper illam*, & ſubdens dixit. *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabũt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios qui in te ſunt*: deinde addit cauſam. *Eoquòd non cognoveris tempus viſitationis tuæ*: ſcilicet Chriſtum tibi prædicantem; vide *Turrecrem, hic, & Molin. de inſtitia, & iure, vol.* 3. *tom.* 6. *tract.* 5. *diſput.* 54. *per totam. Cornel. Tacit. lib.* 21. *Ioſeph. lib.* 11. *cap.* 2. *Eutrop. lib.* 6. *cap.* 6. qui loquũtur de deſtructione Hyeruſalē per Romanos.

In Gloſſa, verbo allegavit, ibi, 11
Vtriuſque partis. De materia vide *Iaſ. in l. non dubium, nu.* 53. *ad fin. C. de legibus, Bart. in l.* 1. *ff. Prævaricator. Prapoſit. hic, num.* 11. *Specul. in tit. de advocat.* §. 1. verſ. *Etiam quid eſt prævaricator.* & ibi *additio. nu.* 13. & 16. & *in* §. *Nunc tractemus*, verſ. *Sed nunquid priuſquam, num.* 11. *Gutier. practicar. lib.* 1. *q.* 30. Ex quibus ſit prima concluſio. Nemo poteſt eſſe advocatus ſimul ambarum partium cauſam proſequendo pro vtraque: *Specul. & prapoſ.* citatis locis, neque etiam patrocinari uni ex partibus, & alteri conſulere, ita *Cabedo p.* 1. *deciſ.* 214. *num.*15. *Burgos de Paz. ad l.* 1. *Tauri, n.*64. *Avendaño, de exequend. mand. p.* 1. *cap.* 2. *numer.* 24. *Gutier. pract. lib.* 1. *cap.* 30. *num. ultim.* Secunda cōcluſio. Qui fuit advocatus in parte unius cauſæ, eam tractando, & poſtea in altera parte ipſius vult eſſe advocatus alterius, non poterit id facere. *l.* 1. *C. advocat. diverſ. iud. l. Athletas* §. *pen. ff. ijs. qui notantur infam.* Limitatur tamen favore pupillorum *l. fin. ff. poſtuland.* Tertia cōcluſio ſit. Si aliquis fuit requiſitus pro advocato vnius cauſæ, & eam non tractavit, poterit eſſe advocatus contrariæ partis in illa eādem cauſa, ſive pars, qui eum requiſivit, ei aliqua ſecreta cauſæ revelaverit, ſive non *cap. Legimus, & cap. Diaconi* 93. *diſt.* quos citat. *ſpecul. d. num.* 11. Quod amplia etiam ſi pro alia parte conſiliū aliquando dederit. Quarta concluſio. Advocatus unius partis in cauſa principali, poteſt eſſe advocatus alterius partis in cauſa appellationis, *l.* 2. *Cod. advoc. fiſc.* quem citat *ſpeculat.* dicit tamen quod eſt honeſtum abſtinere á tali advocatione, quia appellationis cauſa eſt eadē cum principali, & quas pœnas incurrant contrarium facientes? Vide *l.* 1. & ibi *DD. ff. prævaricatoribus, & d. l.* 1. *C. de advocat. diverſ. iud.* ſunt enim obnoxij crimini prævaricationis, *ſpecul. & Prapoſit.* ſudra citati. Lege quę de advocato ſcribunt *Sanch. tom.* 1. *decal. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 19. 20. 21. 22. 23. 24. 49. *uſque ad* 54. *Sayrus in clavi. lib.* 1. *cap.* 11. *á num.* 17. *Barboſa* cum multis. *ad lib.* 1. *tit.* 48. *ordinat. Inſit. Leſsius de Inſt. lib.* 2. *cap.* 31. *á dub.* 8.

In Glo-

12 In Gloſſa final. ibi, Ex hoc loco ſumittur, &c. De mythra, & baculo aliqua diximus in *ſumma, diſt.* 43. verbo, *gratiam docendi*: nunc adde rationē obquam epiſcopus baculū, & mythram deponit quando offert in altari nimirum, quia tunc cauſam populi apud Deum precibus agit, & allegat, & ideo ut humilitatem oſtendat in conſpectu Dei omnipotentis deponit indicia, & inſignia altitudinis, & terroris baculum ſcilicet, & mythram, *cap. Nullus, in 2. de conſecrat. diſt.* 1. Quando verò prædicat, cùm cauſam Dei agat, & alleget, minis id facit, & ideo baculum, & mythram aſſumit, quemadmodum in hoc textu videmus de Moyſe, qui quando Dei cauſam apud populum allegavit, gladijs uſus eſt; quando verò apud Deum cauſam populi, precibus, & humilitate rem totam confecit. Vide *Turrecrem.* hic, *nu.* 2. & *Præpoſ. nu.* 11. in fine. *Pactanum de probat. nu.* 64. ubi diſputat, an mythra ſit inſigne officij, & iuriſdictionis, an verò ſimplicis honoris?

CAP. Omnis. X.

SVMMARIVM.

2 *An iudex iudicans contra iuſtitiam, teneatur parti reſarcire damnum? & num.* 2. *&* 3.
4 *Quid ſit miſericordia?*
5 *Quemadmodum, & quibus caſibus iudex uti debeat miſericordia?*

1 IN textu, ibi, Non de iuſtitiæ tramite cadat. Quid ſi cadat? tenebitur ne ad compenſationem damni? In propoſito duas concluſiones conſtitue cum *Barboſ. l. Si filius familias, nu.* 25. *ff. iudi.*. Prima ſit, quando iudex iudicat iniuſtè per imperitiam, non tenetur niſi pro quātitate bonorum, quæ habebat tempore, quo condemnatus fuit, qui læſionem accepit. *l. fin. ff. var. & extraordinar. cognit. principio inſt. obligat. quæ ex quaſi delicto*, vide de materia *Bart. in ſuis quæſtionibus, quæſt.* 9. Ampliatur primò, talis cōcluſio, ut procedat etiam in filio familias iudice, quod quanvis invito patre non poſſit fieri executio in peculio, tamen ſi pater ſciens filiū commiſiſſe quaſi delictum, illi non adimit peculium, & patitur cum eo litem contellari, tunc invito patre fiet executio in peculio, etiā ſi moriatur filius ante condemnationem factam. Secundò ampliatur, ut licet pars iniuſtè condemnata non appellaverit à ſententia, vel etiam appellaverit, & deſerta ſit appellatio, vel expreſſe renuntiaverit appellationi, adhuc in ſyndicatu poterit convenire iudicem, ut ſibi reſarciat litis æſtimationem. Tertiò ampliatur, etiam ſi tempore ſyndicatus pendeat appellatio interpoſita à ſententia, tanquam iniuſtè lata, nam ad hoc poterit iudex in ſyndicatu cōveniri, non quidem ut ſolvat, ſed ut teneatur præſtare cautionem de ſolvendo litis æſtimationem, ſi ſententia iudicabitur iniuſta.

Concluſionem ſic ampliatam limita primo, ſi ſententia iniuſtè lata contineat errorem iuris expreſſum, cum enim ſit nulla, *l.* 2. *C. quando provocare non eſt neceſſe*, non tenebitur iudex in ſyndicatu, quod intelligitur reſpectu æſtimationis litis, nam expenſas litis in ea factas, & damna, tenebitur compenſare. Limita ſecundo, quòd in dubio debet concēnari, quia ſaltem per imperitiam videtur male iudicaſſe, ſed hoc intelligitur niſi concurrat tam iuſta cauſa, ut propter eam debeat iudex excuſari à condemnatione litis, vel quia erravit in quæſtione ſummè difficili, vel in qua variæ ſunt doctorum opiniones. Limita tertio, quòd quanvis prædicta concluſio de iure procedat; de cōſuetudine iudices non ſyndicantur niſi de furtis, pecunia accepta, & male ablatis, non verò de ſententijs iniquis, & per imperitiam malè latis. *Bald. in l. Obſervare, §. Proficiſci, q.* 15. *&* 18. *ff. officio proconſulis. Alleod. de ſyndicatu, nu.* 136. *Bertaz. crim. conſ.* 71. *num.* 7. 8. *&* 81. *Gramat. crim. conſ* 54. quos, & alios citat *Hieronym. Giach. in conſil. ſyndicat. num.* 46. *poſt quæſtiones Iul. Clar.* & reddit rationem, quia aliàs frangeretur nervus iuſtitiæ, authoritasq; iudicum deprimeretur, & in officio ſucceſſores lento gradu procederent.

2

Secunda concluſio eſt. Iudex male iudicās per dolum, vel gratiam, tenetur litis æſtimationem inſolidum ſolvere, *textus in d. l. Si filius*, & ibi *Barb. à nu.* 59 & ſeqq. quem vide, de materia *Abb. in cap. Paſtoralis, §. Quia, nu.* 5. *de officio delegat. Specul. de diſput. & allegat. §. fin. num.* 11. in fine. *Felin. in cap. Cum contingat, nu.* 3. *de reſcript.* & in *cap. Excommunicamus, in* 1. *nu.* 5 *de hæretic.* qui in *cap. Legebatur, num.* 3. *de maiorit. & obedient.* reſolvit, an poſſit iudex conveniri durante eius officio? Vide etiam *Bart. & ibi addition. in l. fin ff. variar. & extraordinar. cognit*, ubi, an prædictæ concluſiones procedant in iudice delegato, arbitro, compromiſſario, & arbitrāte? Vide etiam *Iaſon. in l. Si ſe, §. Condemnatum, nu.* 3. *ff re iudic.* & in *l. Non dubium, nu.* 21. *C. legibus*, & in *l. Pollā, num.* 1. *C. his quibus, ut indigni*, & in *l. Properant, §. Sive autem, nu.* 36. ubi quæſtionem reſolvit, vide etiam eundem *Alex. in l. Edi, §. Cum autem, nu.* 9. *ff edend.* & in *l. Si quis,*

5

nu. 5. C. de pact. & in *l. Cum prolatis, nu. 21. ff. de iudic. Gom. tom. 3. cap. 6. num. 7. col. 3. Hyppol. singular. 360.* An quando iudex fecit litem suam male iudicando, & solvit parti interesse habeat regressum contra aliam partem, quæ iniustè decinuit sententiam? Et concludit negativè *Alex. in l. Si quis dolo, nu. 2. ff. de re iud.* & in *l. Si per alium, §. Hoc, nu. 2. ff. nequis.*

4 In textu, ibi, Et misericordiam portat. Misericordia secundum *D. Thom. 2. 2. q. 30. art. 1. 2. & 3.* est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, seu secundum *Tolet. in summa, lib. 8. cap. 27. nu. 1.* est displicentia mali alieni, ad ipsi subveniendum inclinãs, & quod hæc noscatur à charitate, & multa de illa, vide cum *Ledesma in summa, 2. p. tractat. de misericordia,* fol. mihi 92. *Navarr. in Manual. cap. 24. nu. 1.* & seqq.

5 In Glossa, verbo, Portat, ibi, Vel dic, &c. Supra in *cap. Licet, hac dist.* diximus, quòd iustitia ministranda sit cum misericordia, nunc verò quomodo, & quibus casibus ministranda est? De quo vide *Gemin. 3. tom. cap. 6. nu. 7.* propè fin. ubi inquit, quód iudices in arbitrandis delictis perpenso iudicio, debent attendere gravitatem, seu levitatem criminis, ita ut in levioribus sint proniores ad lenitatem, in gravioribus verò severitatem legum cum temperamẽto benignitatis sequantur, citat *textũ in l. Respiciendum, ff de pœnis, l. Pedius, §. 1. in fine, ff. incend. ruin. textum in cap. Vera, hac dist.* & multa circa hoc dicit notabilia, quem vide.

CAP. Et qui emendat. XI.

SVMMARIVM.

1 *An quis possit esse iudex in causa propria? nu. 2. & 3.*
4 *An habens iurisdictionem super aliquem possit per se eum punire?*
5 *An beneficium possit conferri in invitum?*
6 *Quòd qui delictũ accusat eleemosinam dicitur facere.*
7 *Non tenetur quis dimittere satisfactionem.*

1 IN textu, ibi, Corripit, iuncta Glossa. Vide in proposito *Bart. Iason.* & *Alex. in l. Qui iurisdictioni, ff de iurisdictione omnium iudic.* idem *Bart. in l.* proximè, *nu. 1. ff. ijs, quæ in testamento delentur, Oldrad. cons. 124. nu. 3. & cons. 3.* à principio. *Alex. cons. 1. nu. 4. vol. 5. Specul. de compet.* & in *cap. Cum venissent, nu. 5.* & seqq. *de iudic. Domin. in cap. 1. nu. 4. de pœn. lib. 6. Felin. in cap. Causam, quæ nu. 3. de offic. deleg. Dec. in d. cap. Cum venissent, nu. 5.* cum quo duos casus distingue. Primum, in Sũmo Pontifice, & Imperatore. Secundum, in alijs inferioribus. In primo casu sit conclusio. Papa, & Imperator potest esse iudex in causa propria, sive patrimonij, sive delicti. *Oldrad. d. num. 3.* Limita primo, hanc conclusionem, nisi velit alteri causam delegare. Secundo limita in crimine hæresis, in illo enim non est iudex, sed ab alio debet iudicari. Tertio limitant aliqui in delicto scandaloso, in quo Papa esset incorrigibilis, quia tunc accusari potest. Quarto limita, quando duo contendunt de Papatu, quia tunc debet congregari Concilium, de quo notavi aliqua in *cap. Si Papa, num. 10.* & sequentibus, supra, *distinct. 40.*

2 In secundo casu sit prima conclusio. Inferior Papa, & Imperatore, seu Rege, non recognoscente superiorem, non potest iudicare in causa propria. Amplia, ut nec esse arbiter. *Iason. in d. l. Iurisdictioni, nu. 1.* Limitatur tamen primo hæc conclusio, ut non procedat in facto notorio, quia tũc poterit cognoscere, est enim potius executor, quam iudex. Sublimita tamen primo hanc limitationem, si arbitrio iudicis pœna imponatur, tunc enim etiam in notorio non poterit cognoscere, nisi quando certa pœna statuta fuerit. Sublimita secundo in iudice delegato, qui etiam de notorio cognoscere non poterit. Sublimita tertio, in notorio facti transeuntis, cum enim in eo probationes requirantur, & iudex possit gravare, non cognoscit. Limitatur secunda conclusio in causa Ecclesiæ, in qua prælatus potest iudicare. Sublimita tamen primò hanc secundam limitationem, nisi agatur de bonis mensæ prælati, tunc enim non poterit cognoscere. Sublimita secũdo, quod quando iudicare possit, poterit tamen recusari. *Abb.* & *Felin.* supra citati. Limitatur tertio prædicta conclusio, quod quando non possit iudicare in causa propria, possit tamen punire iniuriam impedientium uti sua iurisdictione. *Dominic. in dict. cap. 1.* & ibi *Archidiac. num. 2.*

3 Secunda conclusio sit. Nemo potest esse iudex in causa sui familiaris. Limitatur primò in iurisdictione voluntaria. Secundò in causis brevissimis. Tertiò, ubi lis peritura esset. Quartò, ubi filius non ageret coram patre, sed conveniretur. Quintò limitatur, ubi iudex esset dominus actoris, & rei. Sextò, nisi iudex esset talis qualitatis, quod omnem suspicionem purgaret, ut si esset monachus Cistercienſis. Septimò limitatur, ubi non opponitur, quòd

non

non poſſit eſſe iudex. Octavo, in illo qui fuit dominus olim, ſed non eſt hodie. *Felin.* citato loco. *Alex. in d. l. Qui iuriſdictioni,* & ibi *Iaſ.* qui alias addit limitationes.

4 In textu. *Præpoſ.* hîc tangit quæſtionem, an habens iuriſdictionem ſuper aliquem, poſſit per ſe illum punire. Et reſolvit affirmativè, quando habens iuriſdictionem extraiudicialiter punit, citat *Ioann. Andr. in cap. Dilecto, de ſentent. excommunicat. Innoc. in cap. Venerabili, de cenſibus. Hug.* hîc *Anchatran. in reg. ea, quæ, de regul. iur.* & de materia vide *Cald. de emptione, cap.* 25. *nu.* 38. *&* 55.

5 In textu, ibi, Præſtantur invitis. In hac quæſtione duos caſus conſidera. Primus eſt, quando beneficium continet commodum, & utilitatem alterius tertij, qui non contradicit. In primo caſu, beneficium confertur in invitum. *Præpoſit.* hîc *num.* 2. *Turrecremat.* 4. *Bart. in l. Solvendo, num* 1. *ff. de negotijs geſt. Plat. in principio inſt. quibus mod. tollitur obligatio, num.* 4. & ibi *Aretin. n.* 3. Exemplifica primo hunc caſum, per titulum, *de muneribus, & honoribus,* ubi ob favorem Reipub. conferuntur honores in invitum. Secundo exemplifica, per *textum in l.* 1. §. *Divus ff de quæſtion.* ubi Dominus poteſt ſervũ confitentem defendere, quia inibi datur eiuſdem Domini utilitas. Tertio exemplifica in terminis, *textus in l. Solvere, ff. ſolut.* ubi invito debitore poteſt ſolvi creditori. Quarto exemplifica per *textum in l. Non tantum, ff de appellat.* ubi licet appellare pro invito feſtinante perire, quando datur utilitas rei. Exemplifica quinto, per *textum in l. fin. Cod. teſtam. manumiſſ.* ubi datur libertas invito etiam favore Reipub. *Plat.* citato loco. Septimo exemplifica cum *Felin. in cap. Apoſtolica, num.* 1. in fin. *de except.* ubi invitus poteſt abſolvi, redundat enim in favorem animæ; vide *Tuſchum de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 12. in fine, ubi inquit, quòd multa bona præſtantur invitis, quando eorum conſulitur ſaluti, & utilitati, non verò voluptati. In ſecũdo caſu dicendum eſt, beneficium non poſſe cõferri in invitum DD. ſupra citatis locis. Limita tamen, quando directè confert, *textus in l. Servus,* ubi *Bart. ff. verbor. obligat. l Etiam invitis, ff. de acq. rerum dominio,* ubi per ſervos invitis Dominis acquiritur, quia id non eſt directè. *Præpoſit.* hîc, in fine, & an quando quis ſolvit pro invito, poſſit ab eo repetere per actionem negotiorum geſtorum, quod ſolvit? Reſolve negativè cum *Bart. in d. l. Solvendo, nu.* 2. & *Plat. d. nu.* 4. vide latè *Tiraq. de nobilitate, cap.* 6. *nu.* 37. & ſeqq. qui noſtri textus meminit.

6 In textu, ibi, Aliqua emendatoria pœna plectit. Hinc aliqui ſumũt argumẽtum, quòd etiam eleemoſinam dicitur facere, qui vindictam petit, & ita accuſat delinquentem, ut caſtigetur; quinimò, inquit *Decian. crimin. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 15. quòd maximam laudem, & præmium conſequi debent accuſatores in Repub. cuſtodiam enim gerunt publicæ ſalutis, ut inquit *textus in l.* 1. §. *Sanè, Cod. famoſ. libell.* & certum eſt maximè expedire Reipub. quod tales accuſatores extent, ut illorum metu contineatur improborum audacia. Verumtamen, inquit ille, quod tunc erit hoc utile, quando qui accuſant ſunt probatæ vitæ, & exiſtimationis, nec ullo moventur quæſtu, ſed ſolum publico bono, & vitioſorum odio, pacisq; ac publicæ quietis amore; hi enim ſi qui reperiantur, non modò excuſandi ſunt, ſed et ſumma laude digni cenſendi, ut inquit *textus in l. Cum qui,* in principio, *ff. iniur.* qui nocentem infamat non punitur iniuriarum; peccata enim nocentum nota eſſe, & opportet, & expedit. Agit multa de hac materia *Paul. Fuſch. de viſitat. lib.* 1. *cap.* 31. *nu.* 5. qui noſtrum textum citat. 3

In Gloſſa, verbo, Demittere. Docet Gloſſa, quemlibet teneri demittere rãcorem, & odium ex iniuria conceptum, ſed non obligari ad remittendam iniuriæ illatæ ſatisfactionem, *Gloſſa ſimilis in cap Quia præſulatus,* 5. verbo, *rancori,* 1. *q.* 4. & in *cap.* 1. *de maledicis,* quas ſequitur *Bartol. in l. Si tibi,* §. 1. *nu.* 3. *ff. de iniurijs,* dicit communem ſententiam *Iaſ.* ibidem, *nu.* 2. licet contrariam doceat *Gloſſa in* §. *fin. inſt. de iniurijs.* Ex qua doctrina. etiam colliges, quemlibet hominem habere ius ad reſarciendam iniuriam ſibi irrogatam; cuilibet enim fas eſt ius ſuum illæſum ſervare. Deinde cum iniuria ſit honoris deſtructiva, qui omni bono temporali eſt præferendus, ex *l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Avendaño in tract. de iniuria. nu.* 20. cumq; honor, & vita æquiparentur. *l Iuſta cauſa, ff. de manumiſſ. vindict. leg.* 2. *tit.* 24. *part.* 4. *Bald. in l.* 1. *Cod. de confeſſ.* cumq; nihil magis, quàm bonum nomen ſit curandum; erit ſanè fas, & æquum iniuriæ ſatisfactionem debito modo exigere. Vide *Azor. inſt. moral. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 3. §. *Quid ſi ſtatim.* & §. *Dubie verò,* ubi affirmat neminem compelli ad remittendam iniuriam ſibi illatam, vel aliquo præcepto ad id teneri, niſi is qui offendit, idoneè, & debitè ſatisfecerit; ut colligitur ex *cap. Siquis conſtitutus, diſt.* 9. & *Gloſſa in c. Ad Apoſtolica, de ſententia, & re iudicata, in* 6. & *cap. Innotuit, de maled.* iure enim peti poteſt æſtimatio iniuriæ, qua quis eſt affectus, etiam ultra id quod ſua intereſt. *cap. Quoniam, de immunitat. Eccleſ. in* 6. 7

CAP.

CAP. Tria genera. XII.

SVMMARIVM.

1 *Albinus Alcuinus quis fuit?*
2 *Quot ſunt genera eleemoſinarum? & num.* 3.

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Albinus. Hoc eſt Albinus, ſeu Alcuinus Flaccus, natione Anglus Bedæ diſcipulus: in Gallias á Carolo Rege Francorũ evocatus; multa ſcripſit, quæ extant in Codice impreſſo Coloniæ *anno.* 1566. & in Bibliotecha ſanctorum Patrum. *tom.* 3. *edit.* 2. Fuit Albinus liberalium artium armarium vocatus; vide *Belarm. de ſcriptoribus eccleſiaſtic. fol.*148. late *Baron. tom.* 9. *Annalium anno* Chriſti. 778. Obijt anno Chriſti 795. ut docet idem *Baron. d. anno in fine.*

2 In textu, ibi, Tria ſunt genera. Hîc tria tantum genera eleemoſinarum numerantur, nõ ſolum quia tria tantum ſint, ſed quia ad hæc poſſunt omnia alia reduci, ut tenet *Turrecrem. hîc num.*1. in fin. In primó etiam gænere, quod eſt ſubvenire indigenti, comprehenduntur omnes ſeptem eleemoſynę corporales, ut etiam inquit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 32. *art.*2. Eleemoſinæ corporales ordinantur ad tollendos defectus proximorum, ex parte corporis; ſicut ſpirituales ad tolendos defectus ex parte animæ. Defectus autem corporis eſt in duplici differentia. Primò in vita. Secundo poſt mortem. Quando eſt in vita, etiam diſtinguitur quòd aut eſt communis defectus reſpectu eorum, quibus omnes ingdient; aut eſt ſpecialis, propter aliquod accidens ſuperveniens; quando eſt communis, aut eſt interior, aut exterior; interior etiam eſt duplex, vnus quidẽ cui ſubvenitur per alimentum ſiccum, ſcilicet *fames*, & ſecundum hoc ponitur *paſcere eſurientem*; alius eſt cui ſubvenitur per alimentum humidum, ſcilicet, *ſitis*, & hoc dicitur *potare ſitientem*; defectus autem communis reſpectu exterioris auxilij, eſt etiam duplex, unus ratione tegumenti, & quantum ad hoc ponitur veſtire nudum; alius repectu habitaculi, & quantum ad hoc eſt ſuſcipere hoſpitem.

3 Eodem modo quando defectus eſt ſpecialis, aut eſt ex cauſa intrinſeca, aut extrinſeca; ex cauſa intrinſeca eſt infirmitas; & quantũ ad hoc, ponitur viſitare infirmos, ex cauſa extrinſeca ponitur redemptio captivorum; poſt mortem autem exhibetur mortuis ſepultura. Sic ſimiliter in ſecundô genere eleemoſinæ, quôd eſt remittere offenſam, & in tertiô quòd eſt corrigere peccantem: poſſunt alia genera ſpecialia comprehendi; nã hæc duo ſunt principalia, quæ ordinandur contra defectus culpæ; culpa enim aut eſt in nos commiſſa, aut eſt proximi in ſepeccantis; quando eſt in nos commiſſa adhibemus remedium primi generis, remittendo offenſam, quando eſt proximi in ſe peccantis, addibemus remedium per correctionẽ. *Turrecrem.* citato loco, & *D. Thom.* quem magis ad longum videre potes, & vide quæ notaſti *in cap. Non coganiur*, verbo, *dent pauperibus diſtinctione* 41. & *cap. Quieſcamus* 2. verbo, *Poſtulat. diſtinctione* 41. & *cap. ſequen. infra eodem*, & *ſarmiento de tedditibus* 4. *part. cap.* 5. à principio.

CAP. Quæ ſunt. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Quòd eleemoſyna non data bono zelo non prodeſt.*
2 *Quòd eleemoſyna ſpiritualis excedit temporalem?*
3 *Vtrũ qui eſt in extrema neceſsitrte poſſit recipere eleemoſynam ab excommunicato.*

1 IN textu, ibi, Si non benigno. Igitur eleemoſyna non data bono zelo, non prodeſt; ita tenet *Prapoſit. hic, num.* 3. *Turrecrẽm.* in fine. *Abb. in cap. ſcripta num.* 4. *de colluſ. de tegend.* & quando datur bono zelo, ſed ab illo qui eſt excommunicatus, ſeu in peccata mortali, an proſit? Dic quód ad meritum vitæ æternæ non, ſed ad alia ſic; vt ſcilicet Deus illuſtret corda illorum, qui eam præſtant *Abb. in Rubr. de teſtam. num.* 11. & melius *in cap. Quod quidam nu.* 2. & 3. *de pœnit. & remiſſion. Felin. in cap. firmiſsimè, num.* 3. *de hæret. Ledeſ.* qui idem videtur ſentire *in ſum.* 2. *tom. tract.* 4. *de miſericordia, cap.* 3. *concluſione.* 8. *Tollet. in ſumma lib.* 8. *cap.* 41. *numer.* 3. Per eleemoſynam ergo diſponitur. Peccator ad gratiam conſequendam, ut docté probat *Ioannes Sancius diſputat.* 22. *num.* 35. ex illo loco. *Eccleſiaſt.* 29. *numer.* 15. *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Da hoc puncto eleganter, & copioſe *Ioanes Azor inſt. inſt. moral. par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 13. §. *Quartò quæritur.* Neq; illud omittam quod ex *Bañez, & Aragonio* egregie notatum adducit

adducit *Reginal.lib.4.num.* 327. viros miſericordes etiam in peccato exiſtentes, ſi non ex malitia, ſed ex humana fragilitate peccare ſoleant. ante mortem accipere à Deo veram pœnitentiam ſicque evadere damnationem æternam.

2 In textu, ibi, Cordis multo maior eſt. Quod eleemoſyna ſpiritualis ſit potior, quam corporalis, vide *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 3. Præpoſit. hic, num.2. Turrecrem.* 1. qui triplicem aſſignat rationem, vltra eas, quas textus refert, & Domin. quinque. Prima quia id, quod exhibetur eſt nobilius, ſcilicet donum ſpirituale, quod corporali præeminet. Secunda, ratione eius, cui ſubvenitur, quia ſpiritus nobilior eſt corpore; vnde ſicut homo magis debet ſibi providere quã tum ad ſpiritum, quàm quantum ad corpus, ita & proximis, quos debet diligere ſicut ſe ipſum. Tertia quantum ad ipſos actus, quibus ſubvenitur proximo, quia ſpirituales actus ſũt nobiliores corporalibus, qui ſunt quodammodo ſerviles. Quarta quia hæc nunquam deficit, ſive enim homo ſit dives, ſeu pauper, ſemper poteſt facere hanc eleemoſynam ſpiritualem. Quinta quia iſta ſpiritualis eleemoſyna valet ad ſalutem ſine corporali, corporalis verò nũquam ſine ſpirituali, *cap. fin. de pœnit. diſt. 3.* Hoc tamen intellige regulariter, nam aliquando poteſt dari caſus, quo eleemoſyna corporis præferatur ſpirituali, ſcilicet paſcere fame eſurientem debet præferi doctrinæ, qua peccator indiget, quãdo ipſe eſt in tali neceſsitate, quòd fame poſsit perire. *D. Thom.* ubi ſupra quem vide, & *Navar in Manual. cap.24.num.3.* qui noſtrum textum citat, *& num.* Adde *Reginaldum*, qui de eleemoſyna Spirituali fuſè diſputat. *lib. 4. à num.* 328. & ſequent.

3 In textu, ibi. Indigenti. An indigens poſsit recipere eleemoſynam ab excommunicato. reſolve cum *Felin. in cap. Cum voluntate in principio de ſententia excommunicatio.* quod extra caſum neceſsitatis non debet recipi eleemoſyna ab excommunitato, nec de detentore alienarum rerum, ſeu publico peccatore; idem tenet ibi, *Abb. numer. 5. & in cap. Ex tranſmiſſa, num 3. de decim.* Ratio eſt ſecundum illos, ne recipiens eleemoſynã videatur fovere dãtem in delicto ſuo: Idem *Abb. in cap. ſuper eo, num.10. de immunit eccleſ.*

CAP. Sunt namque. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Quòd ut correctio ſit recta quatuor requirantur.*
2 *Qui veniant appellarione Rectorum.*
3 Quatenus *dictio quid ſignificet?*

IN textu. Vide quæ notavi *in cap. 1. nu. 1. & 2.* ſupra hac *eàdem diſt.* & adde quòd quatuor requiruntur in correctione vt ſit recta. Primum quod debet procedere ex amore, ideo enim inquit *Ioann. Apocalip. 3. 19. Ego quos amo arguo, caſtigo,* & Iſai. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, quod interpretatur incendium*, id eſt quod virga correctionis debet egredi de incendio amoris. Secundum quòd debet fieri cum compaſsione. Vnde *D. Auguſtin.* inquit quod in peccatore duo ſunt, *homo, & peccator; quia peccator, corripe, quia homo miſerere*, refertur *in c. duo. 23. q 4.* & D. Greg. *Omnipotẽs Deus ideo permiſit quod Princeps Apoſtolorũ caderet, vt in culpa ſuâ diſceret qualiter alijs miſereri deberet. Turrecrem. hic, n.* 3. Tertium quód debet fieri manſuetudine. Vnde in *Pſalm 89. n.10. Superveniet manſuetudo, & corripiemur.* & Senec. *Sicut vitia animi, ita & vitia corporis leniter tractanda ſunt.* Quartum eſt quòd modeſtia interveniat: *ſervum enim Dei oportet eſſe ſapientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. Turrecrem. d. num. 3. & 4.* quem vide. 1

In textu, ibi, Rectoribus. *Præpoſ. hic, n.1.* inquit comprehendi ſub nomine Rectorum omnes illos, qui habent vigorem ſuper alios, & ſic quod comprehenduntur Epiſcopi, & Papa, vide etiam *Domin. in cap.2. nn.1. de appellat. in.6. & in cap. ubi periculum §. Cæterum numer. 2. de elect. eodem. lib. & in cap. præſenti, num.2. de offi. cio ordinarij*, ubi tenet quod ſub hoc nomine Rectoris comprehenduntur etiam habentes dignitatem, perſonatum, ſiuè prioratum, & vide *Bart. in l. 1. C. de excuſat. mun. lib.11.* latè *Tuſc. tom.6. litera R. concluſ. 62.* 2

Ibi, Quatenus. Quę dictio tribus modis exponitur, nempe *cauſaliter, temporaliter, & quantitative*, ut per *Roin. conſ.61.nu. 43. vol* 5. ſed interdum accipitur pro *Quouſque. Iaſ. in l. 3. §. Nerva, num.1.* & ibi *Aret. ff. de acq. poſſeſſ.* ubi plures ſignificationes affert huius dictionis, alias refert. *Cened. ſingulari, 86.* 3

CA. Vera. XV.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit iuſtitia?*
2 *Falſus Iudex non eſt Iudex?*

In tex-

1 IN textu, ibi, Iuſtitia. Iuſtitia ſumitur duobus modis. Primò pro complexione omnium virtutum. Secundò pro virtute particulari, qua voluntas inclinatur ad reddendũ ius ſuum cuique ad æqualitatem,& multa alia de iuſtitia, vide apud *D. Thom. 2. 2. q 58. Leſſium de iuſtitia lib. 2. cap. 1. Molin. etiam 1. tom. de iuſtit. diſp. 1. tract. 1.*

2 In Gloſſa, verbo, Falſa. Docet Gloſſa falſam iuſtitiam non eſſe iuſtitiam, neq; falſũ iudicem eſſe iudicem, nec falſum tutorẽ, eſſe tutorem *l. Paulus, ff de verborum ſignificat.* ex qua etiam probatur falſum teſtamentum non eſſe teſtamentum *l. 2. §. 1. ff. quemadmodum teſtam. aper.* dicit etiam Gloſſa, quòd falſus denarius, non eſt denarius *Gloſſa ſimilis in l omnes*, per illũ textum loquentẽ de falſa fide, *Cod. de hæreticis*, quem ſequitur. *Ioannes de Platea in l. cifra mediũ C. de vet. numis lib. 11.* & eam valde elegantem dicit *Alex. conſ. 104. ſtatutum loquens col. 2. verſ. Pro hac lib. 1.* & ſingularem appellat *Barbat. conſ. 43. præclarè ſcribitur, num. 16. lib. 1.* alia congerit *Tiraq. de retract. Lignagier §. 1. Gloſſa 20. num. 11. Palat. in repetit. Rubr. §. 70. num. 31.* qui uterq; noſtræ Gloſſę, meminere.

CAP. Recedite. XVI.

SVMMARIVM.

1 *An peccatores notorij debeant excludi à communione hominum?*
2 *Prælatus ſingulos iuuare debet?*

1 IN textu, ibi, Nolite in aliquo nobis communicare. *Præpoſit.* hic tenet quòd non: ſed an idem ſit in excommunicato notorio, vide *Navarr. in Manual. cap. 27. num. 35. Victor.* verbo, *excommunicatio num. 9. ad medium*, ubi *num. 13.* reſolvit an ipſemet excommunicatus teneatur vitare fideles. *Suar. de cenſuris diſp. 9. ſect. 2. num 3.* & ſequentibus, *Fr. Emman. in ſum. 1. part. cap. 82. num. 6. Gutier. lib. 1. Canon. c. 1. per totum præcipuè à num. 14.* cum ſequentibus, *Ægydius Coninck de Sacram diſp. 14. dubio 2. num. 8.* cum quibus reſolve quòd poſt Concil. Conſtantienſe quod hodie obſervatur, & eccleſiæ vſu,& conſuetudine approbatum, & receptũ eſt, nullum excommunicatum poſſumus evitare, quamvis notoriè conſtet eſſe talem, niſi in duobus caſibus; primus eſt quando talis excommunicatus fuerit declaratus, & denuntiatus. Secundus quando fuerit notoriè clerici percuſſor, ita ut nulla tergiverſatione poſsit celari, aut alio ſuffragio excuſari.

In Gloſſa verbo. Levamentũ. 2
Debet igitur Prælatus ſingulos iuvare, largãq; habere manum, vt patientibus neceſsitatem ſuccurrat: induitur enim dalmatica latas manicas habente, quia oportet illum eſſe benignum,& liberalem. Beneficentiæ laus in Prælato præcipuè fulgere debet, cum nihil ſit, quod æque amabilem illum populo reddat; quam ſtudium ſubveniendi, beneq; de alijs merendi; Vulgus ſiquidẽ vix putat alios eſſe bonos, quàm beneficos, proſequitur elegãter *Auguſtin. Barb. Luſitanus tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, tom. 1. tit. 2. Gloſſa 2. numer. 11. 20.* & ſequentibus.

CAP. Sed illud. XVII.

SVMMARIVM.

1 *An appellatione populi comprehendãtur ſenatores?*
2 *An appellatione Capituli veniat Prælatus?*
3 *An index eccleſiaſticus poſsit punire ſeculares, propter crimina ab eis cõmiſſa? & num. 4.*
5 *Ex vno peccatore polluuntur alij.*
6 *An quando allegatur lex, ſit neceſſarium allegare cottam illius? & nu. 7. & 8.*

IN textu, ibi, Omnẽ populũ. 1
An appellatione populi comprehendantur ſenatores? affirmativè tenet *Præpoſ. hic num. 3.* qui citat *Archid.* vide etiam *Aretin. in §. plebiſcitum num. 1. inſt. iur. natur. gent.* ubi inquit, quòd appellatione populi comprehenduntur omnes nobiles. *Bart. in Authent. de defenſor. ciuit. §. audient. num. 8. col. 3.*

In textu, ibi. Ex his quæ *Archid. hic*, citatus per *Præpoſit.* hæc 2
quæſtio annectitur præcedenti; inquit enim quòd ſicut appellatione populi veniunt ſenatores, ſic appellatione Capituli Prælatus: de quo vide *Imol. in Clem. Vt ij, qui num. 30. de ætate, & qualitate. Abb. in cap. poſt electionem, num. 8. de conceſſ. præbend. Felin. in proœmio. Decretal. n. 13.* cum quo firma cõcluſionem. Prælatus nõ venit appellatione Capituli, quando agitur de materia ſtricta, & odioſa. Limita tamen primò concluſionẽ, niſi ſermo fuerit in materia commu-

communi collegio, & capiti, per *textum in cap. ea noſcitur, de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Secundò limita, quando propter carentiam Prælati, ſcribitur capitulo, tunc enim creato prælato incumbit ei, mandati expeditio per *Gloſſam, in cap. Eam te: de reſcriptis.* Tertiò. Limita in prælato cuius prælatura non eſt diſtincta â iure capitulari, ut *Deci. Felin. & Abbas*, citatis locis, quos vide tenentes hanc ultimam limitationem eſſe de conſuetudine, non de iure; quia prælati inferiores ab Epiſcopo non habent vocem in Capitulo de iure communi; & ſic quando Summus Pontifex loquitur de Capitulo, non videtur loqui de iſtis prælatis; loquitur enim de iure communi.

3 In textu, ibi, Qui populo præſunt erga delinquentes, &c. *Præpoſit.* hic in principio notat, quòd Prælatus poteſt punire quemlibet de populo, & ita laicos propter crimina per eos commiſſa, ſed hoc ita ſumptum abſolute forſan non eſt verum, quapropter in propoſito quatuor caſus diſtingue. Primus quando agitur de delicto meré eccleſiaſtico. Secundus quando agitur de crimine eccleſiaſtico, ſed non meré. Tertius quando delictum eſt mixtum. Quartus quando delictum eſt meré ſæculare. In primo caſu reſolve, quòd ſolus eccleſiaſticus iudex poteſt cognoſcere, ut eſt in hæreſi, & uſura quando dubitatur de eius ſubſtantia, & ita quæſtio eſt iuris, non facti, tunc enim iudex laicus nullo modo cognoſcere poteſt. *Abbas in cap. Cum ſit, numer.* 31. & ibi *Felin. num.* 1. *de foro compet. Marianus Socin. numer.* 26. *Navarr. in capit. Novit. not.* 6. *numer.* 42. *de iudic. Belleg. in ſpecul. Princip. Rubrica* 11. §. *De vſurarij, numer.* 17. quos refert, *Barboſa in l. Titia, numer.* 50. & ſequentibus, & vide *numer.* 55. In Secundò caſu tam eccleſiaſticus, quàm ſæcularis cognoſcere poteſt, datur enim locus prævention, ut eſt in ſacrilegio, & ſimilibus, qui ſunt caſus mixti fori *Barboſa* ubi proximè *numer.* 51. & vide *Martam de iuriſdictione*, 2. *part. cap.* 1. cum ſequentibus, ubi notat, & reſolvit latè, qui ſint caſus mixti fori.

4 In tertio caſu laici puniuntur per iudices laicos, clerici per eccleſiaſticos, ut in crimine furti, homicidij, adulterij, & ſimilibus, *Gloſſa in cap. Nos inter, de purgat. Canon.* & ibi *Abb. num.* 2. & *in dicto cap. Cum ſit, num. final*, & ibi *Felin. num.* 16. quos citat *Barboſa dicto num.* 50. cum quo vide, differentiam inter caſus mixtos, & caſus mixti fori; mixti fori ſunt illi, de quibus tàm iudices laici, quàm eccleſiaſtici poſſunt cognoſcere, & datur locus prævention; mixti verò tantum ſunt de quibus iudices ſeculares inter laicos, & eccleſiaſtici inter clericos cognoſcunt. In quarto caſu ſolus ſæcularis ſe impedit directé, ſed eccleſiaſticus quandoque indirectè; argument. *textus in cap. ex tenore, de foro compet. Socin.* citato loco prope finem. Prædicta intellige quando agitur de cauſa criminali, in cauſis enim civilibus quãdo iudex eccleſiaſticus poſsit cognoſcere inter laicos, vide eundem *Socin. in cap. licet ex ſuſcepto á numer.* 9. ubi enumerat 43. caſus, *Marta ſupra dicto caſu* 118. *numer.* 119. ubi duos refert. Primum quando clericus, & laici ſunt rei debendi. Secundum quando ſunt ſocij criminis.

Ibi, Polluitur. Igitur ex uno peccatore polluitur populus, ſicut ex ove morbida univerſus grex inficitur, *textus ſimilis in cap. ſæpe*, 28. *quæſtione* 1. *cap. ultim. de ſtatu Monachorum*; nam conſuetudo improborum multum habet virium ad corrumpendos bonos mores, ſicut familiaritas proborum ad eoſdem corrigendos, *l. ædiles l.* 1. §. *Pedius, ff. de ædilitio edicto*; proſequitur latè *Tiraquel. in l.* 16. *connub. numer.* 25. qui noſtri textus meminit: iuvat illud *Proverbiorum cap.* 22. *num.* 24. *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambula cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius.* Adde *Azeved. lib.* 8. *recopil. tit. ul.* 2. *l.* 2. *num.* 34. 5

In Gloſſa, final, ibi, Hinc eſt etiam, &c. Reſolvendo cum Gloſſa, cum qua tranſit *Præpoſit. hic, num. fin.* quòd ſecundum ius Canonicum poſſumus uti iure, cuius non habemus authorem, ſine eo quod incurramus pœnam falſi, quemadmodum attento iure civili. In quæſtione an ſit neceſſarium allegare quotam textus, vide *Gloſſa* 3. *in cap. Vt evidenter* 1. *quæſtione* 1. *Specul. de diſput. & allegat.* §. *Porrò Guillelm. in Clement. Conſtitutionem*, & ibi *Calderin.* quos citat *Præpoſ. in præſenti.* cum quo, & ex ijs, quæ reſolvit, tres caſus diſtingue. Primus quando profertur textus canonis, vel legis ab aliquo, qui legem condit. Secundus quando iudex profert ſententiam. Tertius quando advocati vtuntur allegationibus. In primo caſu non eſt neceſſe allegare quotam legis *textus in cap. Omnibus*, 2. *quæſtione* 5. verſ. *ſtatutum*, quia ut inquit *Præpoſi. hic in* §. *hinc inde*, verba prolata á condente legem, faciunt ius; unde infert quòd Doctor ponendo caſum in Decretali, in qua allegat aliquod ius non debet exprimere quotam illius, quia ipſe ſubrogatur loco ius condentis, & ſumit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, 6

7 In ſecundo caſu non tenetur iudex allegare quoram legis,ſeu Canonis,in quo fundatur, ſeu per quem movetur, quia non arctatur ad exprimendam cauſam, quare profert ſententiam *cap. ſicut de re iudic.* In tertiò caſu diſtingue quinque membra. Primum quando allegatur coram Papa, ſeu Principe. Secundum quando coram inferiore. Tertium quando per vnum advocatum ad alium. Quartum quando aliquis allegat arguendo. Quintum quando Doctor legit,& docet. In primo mẽbro non debet allegari quota, niſi lex ſit ſingularis, vel Canon;devians à communibus regulis iuris, quia quamvis Princeps habeat omnia iura in pectore, iuxta *textum in cap. ſæpè de appellat.* non tamen habet actu; ut notatur *in cap. 1. de conſtitut. in 6.* & vide ibi *Domin. num. 23.* & *Archidiac. num. 4. in fine, & num. 5.* In Secundo membro, ſi ius eſt omnino notorium, & divulgatum, ſicut eſt, *l. ſi quis in tantam C. vnde vi, & cap. Si quis ſuadente 17. quæſtione 4.* non eſt neceſſaria allegatio; ſi verò non eſt divulgatum, debet allegari quota *cap. Paſtoralis de fide inſtrum.* vide *Maſcard. Concluſione 1275. Felin. in cap. 1. numer. 12. de reiud. Laſ. in l. cum prolatis, numer. 6.* & ibi *DD. ff. reiud.* In tertio membro non eſt neceſſaria allegatio, ſecundum *Specul de diſput. & allegat. §. Porrò, numer. 3.* quinimò nec tenetur advocatus dicere nomen legis, ſeu ubi eſt titulus, ſed conſilium eſt ſecundum cum, quod ſi habet legem determinantem cauſam ſuam, illam ſubticeat, & proferat tantum auribus iudicis, ne per hoc inſtruat adverſarium ſuũ in reſponſionibus.

8 In quarto membro quando arguitur magiſtro, ſeu habenti locum magiſtri, non eſt allegatio quotæ neceſſaria, quia tacitè ſe aſſerit peritum, *l. 2. ff. quodquiſque iur.* & quia turpe eſt patritio cõſulto iura in quibus verſatur ignorare *l. 2. ff. origin. iur.* In quinto membro debet Doctor legendo allegare legem completè, ut inſtruat audientes, & eis ad memoriam revocet iura, vide *Præpoſit.* hîc citato loco, ubi in fine inquit,quod non ſufficit allegare librum. v. g. Codicem, vel Decretum,ſed quod debet allegans ita arctare allegationes, quod certificet illum cui legit,quia iſte eſt finis legis, ut declaret illam. Vnde ſi redderetur certus finis legis per librum, ſufficit eum allegare; ſi per titulũ idem;ſi non per titulum debet allegare legem,vel capitulum; ſi verò capitula, ſive leges ſunt æquivocæ, quia duo, vel tres eodem modo incipiunt, debet dare ſignũ per quod evitetur æquivocatio. Quas pœnas incurrat allegans leges falſas, vide *Bart. in l. ſiu. ff ad l. Cornel. de falſ.* ubi,*n. 3.* An leges correctæ,& ablatæ poſsint allegari? *Specul. de diſp. & allegat. §. Satis, n. 8.* & quòd ſufficit allegare vnam legẽ de pluribus,idem *Bart. in l. ſcire §. Oportet, n. 8. ff. excuſat. tutor. Laſ. in l. illam, n. 11. C. de collat.*

CAP. Sane fin.

SVMMARIVM.

1 *Quod etiam datur percuſſor ſpiritualis, quemadmodum corporalis.*
2 *Dictio* Rectè *quid ſignificet?*

IN textu, ibi, Percuſſor. De hoc diximus 1
in cap. Epheſijs 4. diſt. 43. ubi vide *num. 6. & Turrec. hîc, & Præpoſ.* dicentes,percuſſores, & homicidas ſpirituales dici illos, qui ſermone inutili amicos infirmos percutiunt, & ita qui mala,& prava ipſis ſuadent,ſeu ad ea provocant. Adde *Gregor. Lopez, p. 1. tit. 5. l. 55. Gloſſa* 1. qui dicit illam legem ex noſtro textu fuiſſe deſumptam.

Ibi, Rectè. Quæ dictio importat iuſtè,& æquè factum; *Gloſſa, & Bart. in l. non putauit, §. non quævis, ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. Gloſſa in l. 2. ff. de inofficioſo teſtament. Iaſon in l. iuſtè poſſidet, num. 4.* & ibi *Alex. ff. de acq. poſſeſſione;* ipſi *in l. 3. nu. 3. ff. de liber. & poſth. Alciatus in l. lecta,* & ibi *Deci. num. 21. & 22. ff. Si certum petatur, Abb. in cap. 1. §. Vna verò, num. 1. de ſumma Trinitate. Zabarel. in Clem. 2, nu. 1. de teſtib.* quos latè citat *Tiraq. in l. Si vnquam, in principio, C. de revocand. donat.* Differt autem *rectè à ritè,* quia *rectè* ſignificat iuſtè factum, *ritè* verò ordine debito factum, iuxta ſupra citatos Doctores, *textus in l. generaliter. §. Sin autem non C. de rebus cred,* ibi *non ritè illatum, rectè autem accuſatum,* ſed quòd iſta differentia non ſit verà, contendunt alij de quibus, per *Cened. ſingul. 98.* 2

DISTINCTIO. XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *An ſit validum argumentum de maiori ad minus?*
2 *In quo conſiſtat litigium, & vnde proveniat?*
3 *Quòd Prælatus litigioſus comparatur ruſtico.*
4 *Cauſa quare litigioſus non debet ordinari.*

In text

1 IN textu. *Turrecrem. Prapoſit. & Domin.* hîc inquiunt, quód Gratianus per totam hanc diſtinctionem, intendit arguere de maiori ad minus; & ita quod ſi illa quibus hîc repellunt ordinatum, á fortiori repellēt ordinandum. De hoc an argumentum ſit validum de maiori ad minus, vide *Iaſ. in l. qua de legato, num. 4. ff. leg. 1. & l. Si quando, §. & generaliter, num. 11. C. de inofficioſo teſtam. Alexand. in l. Marcellus, num. 11. ff. ad Trebel. Abb. in cap. pervenit, numer. 6. qui filij ſint legitimi, & in cap. Cum in cunctis, num 5. de elect. idem Abb. in cap. licèt, num. 4. & in cap. Inter corporalia, numer. 3. de translat. Epiſcop.* cum quibus reſolve, quòd argumentum de maiori ad minus eſt validum in iure, quando negativè concipitur; non verò quandò affirmativé; per *textum in d. cap. cum in cunctis*, ubi *Gloſſa* verbo, *multo fortiùs*. Si tamen contrarium ſequi velis cum *Caſſan. conſ. 1. nu. 108.* quòd etiam procedat affirmativè: limitabis, quód non procedat in exorbitantibus, nec quando cauſa fundatur in maiori vtilitate, quę invenitur in maiori, non verò in minori, iuxta ea, quæ *Abb. d. cap. licét, num. 4.*

2 In textu, ibi, Litigioſum. Litigium ſecundum *D. Thom. 2. 2 queſtione 116.* quem citat *Turrecrem. hîc, num. 116.* conſiſtit propriè in verbis; cum ſcilicet unus verbis alterius contradicit, quæ contradictio poteſt contingere duobus modis. Primó quando oritur propter iniuriam dicentis, cui contradicens recuſat conſentire propter defectū amoris animos vincentis, & hoc videtur pertinere ad diſcordiam contrariam charitati. Secūdò quando oritur ratione perſonæ, quam aliquis contriſtare nō veretur, & ſic fit litigium, quod affabilitati opponitur, ad quàm pertinet delectabiliter alijs convivere: vnde *Philoſop. 4. Ethicor.* dicit quód *illi, qui ad omnia contrariantur, cauſa cuiuſquam eſt contriſtara, nec quodcunque curantes diſcoli, & litigioſi vocantur.* Provenit hoc litigium ſecundum eundem *Turrecremat.* ex multis. Primò ex ſuperbia, ſuperbi enim ſunt ſicut leones, qui ſimul non poſſunt commorari, vnde Proverbior. *13. numer. 10. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.* & maximè quidem arrogantes, qui pertinaciter volunt defendere opiniones ſuas, & ſic litigant, etiamſi ſint ineptæ, & ideo inquit *Apoſtolus, 2. ad Timoth. 2. num. 23. Stultas, & ſine diſciplina quæſtiones devita, ſciens quod generant lites.* Secundó provenit litigium aliquando ex iracundia, ſicut fit inter iracūdos, qui ſemper volunt rixari, ſicut ſunt multi veluti canes, qui cōtinuè latrant, & neſciunt quarè. Tertió naſcitur quando ex avaritia, ſicut fit inter cupidos, qui ex cupiditate adinvicem litigant, veluti duo canes pro uno oſſe, propter quód inquit Senec. *Convenientiſsimè viverent homines, ſi tollerentur iſta pronomina meum, & tuum.* Vnde ſcribitur. *Iacob. 4. v. 2. Non hinc? ne ex concupiſcentijs veſtris litigatis.* Quartò oritur quandoque ex impatientia, ſicut contingit inter impatiētes, qui ſicut equus recalcitrans nollunt aliquid ſuſtinere patienter; ita ſunt aliqui, quos diſciplinare eſt impoſsibile, ut inquit *Philoſop. 5. politic.* & ideo *Eccleſiaſt. 8. numer. 1.* dicitur. *Non litiges cum homine linguato, & non inſtruas in ignem linguam eius.* An adulatio ſit maius peccatum, quàm litigium, vide *D. Thom. 2. 2. queſtione 116. art. 2.* cum quo hāc habe reſolutionem. litigium per ſe, & ſecūdum ſuam ſpeciem eſt gravius peccatum, quàm adulatio; aliquando tamen contingit, ut ſpectato exteriori motivo, adulatio gravius ſit peccatum, ſi nempe aliquis aduletur intendens, per deceptionem, indebitum honorem, vel lucrum acquirere.

3 In textu, ibi, Arrogantia ruſticorum. Quatuòr rationes aſsignat hîc. *Turrecremat. num. 5.* quare Prælatus ruſtico comparatur, quando eſt litigioſus. Prima quia ruſtici ſæpè verſantur in litigijs, & præcipuè ſi ſunt promoti ad magna, & ita *Claudian.* inquit.

Aſperiùs nihil eſt humili, cum ſurgit ad alta:

Secunda ratio eſt, quia litigioſus plus vacat exteriori occupationi, quàm doctrinæ, & lectioni; Vnde meritó inter ruſticos computatur. Tertia quia litigioſo obducitur intellectus, & minoratur intelligentia, ut in ruſticis, ita ut homo cum in honore ſit, non intelligat. *Pſalm. 48. num. 21.* litigio perturbante, iuxta *Proverb. 18. num. 6. Labia ſtulti miſcent ſe rixis.* & Senec. *Quòd litigare eſt muliebre.* Quarta ratio eſt, quia ſicut ruſtici ſunt duri; ita ex litigio oritur duris ſæva, & indomabilis duritiei & crudelis, quæ non flectitur ad pacem litigioſus, vnde *Pſalm. 119. numer. 7. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.*

4 In Gloſſa, verbo, Sequitur, verſ. Talis autem. Vltra tres cauſas quas hîc aſsignat Gloſſa, cum qua pertranſit. *Prapoſit. & Domin.* quatuor, vel quinque poſſunt numerari cum *Turrecremat. numer. 4.* Prima eſt illa, quam refert ex *Diro Ambroſio in paſtorali*, ſic dicente. *Non linguam ad vitium relaxet Epiſcopus, ne per eandem linguam, per quam laudes refert Deo, & divina libat ſacrificia, labium venena profe rat, quia non debet de ore Epiſcopi benedictio, & maledictio ſimul egredi.* Secunda quia oportet

Epiſcopum mitem, & humilem eſſe iuxta ea, quæ *Matth. in cap.* 11. *num.* 29. de ſe ipſo ſalvator. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Litigioſi autem non ſunt mites, ſed alti, & ſuperbi, vnde non ſunt apti ad ſervitium Dei. Tertia eſt, ut inquit *Apoſtol. 2. ad Thimoth. 2. numer. 24. Oportet ſeruum Dei non litigare, ſed manſuetum eſſe, ad omnes patientem, cum modeſtia corripientem.* Quarta quia ut dicit Divus Auguſtinus *Nihil eſt ſimilius actibus Dæmonum, quàm litigare.* Vnde ſervos Diaboli, non Dei ſe oſtendunt, qui litigant. Quinta cauſa eſt, quia litigare eſt officium contemptibilis perſonæ, §. *Ex his* 11. *quæſtione* 1. & adverte hîc cum *Turrecremata in principio textus*, quòd prohibitus ordinari ex eo, quia eſt litigioſus, intelligitur de eo, qui ſolet hoc facere, & ita quando frequentia, conſuetudo, ſeu facilitas datur in eo. Vide optimè. *Auguſtinum Barboſam Luſitanum de officio, & poteſtate Epiſcopi, parte prima titulo ſecundo Gloſſa.* 14.

CAP. Hoc habet. I.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur in Prælato.*
2 *Stultitia probatur per verba proferentis.*

1 IN textu. Poſt *Dominicum hîc cum Præpoſito, & Turrecremata* nota quòd Prælatus debet in correctione ſubditorum uti blandis verbis, & quód debet eſſe humilis, & non ſuperbus in docendo, & ſecundum *Turrecrematam num.* 2. quòd debet obſervare præcepta Philoſophi dicentis: *Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in adverſis firmus, in proſperis cautus, omnibus prodeſſe velle, & nulli nocere.* Supponit quòd etiam non debet eſſe temerarius, & novem modis conſiderat, quem poſſe dici temerarium; de quibus ibidem. Addo elleganter *Paulum Fuſchum de viſitatione lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 5. qui noſtri textus meminit, & eius materiam proſequitur.

2 In Gloſſa 1. Collige ex Gloſſa, Stultitiam probari, per verba proferentis, *Gloſſa ſimilis in cap. Gonſald.* verbo *Refutati ad medium* 17. *quæſtione* 2. pro quibus eſt *textus in cap. Cum dilectus de ſucceſſionibus ab inteſtato, Gloſſa in l. Si cum dotem, §. Si maritus, ff. ſoluto matrimonio*, quam appellat bonam. *Rodericus Suares allegat.* 1. *numer.* 4. qui ſimiliter noſtram Gloſſam refert, & eam exemplificat. 3

CAP. Sunt nonnulli. II.

SVMMARIVM.

1 *Adulatio an ſit peccatum mortale, an veniale.*
2 *Dubia in meliorem partem interpretantur.*

1 IN textu, ibi. Mala laudibus efferunt. Suppoſito quòd adulatio ſit peccatum, ex ſermone vanæ laudis alicui exhibito intentione placendi, ſecundum *Alexand. de Ales*, quem *Turrecremata* hîc refert, *numer.* 3. & ſuppoſito, quòd ſermo vanæ laudis dupliciter conſideratur. Primò quando laudatur id, quód non debet laudari, vel pluſquam laudandum eſt, quæ vanitas eſt ex parte materiæ. Secundò cum non fit eo fine, quo fieri debet, id eſt propter Deum, & hoc modo fieri poteſt cauſa complacendi homini; qui laudatur. Et ſupponendo tertiò cum eodem *Turrecremata in cap. ſeq.* quód tres ſunt ſpecies adulationis. Prima cum quis laudat, ſive approbat malum, quod quis habet. Secunda cum quis attribuit alicui laudando bonum, quód non habet. Tertia cum quis extollit bonum in aliquo plus quàm ſit. Reſolvè quòd adulatio per ſe eſt ſolùm peccatum veniale; eſt enim tantùm exceſſus in ſtudio placendi, & oblectandi, poteſt tamen eſſe peccatum mortale tripliciter, ſecundum *Præpoſitum hîc, num.* 2, *Turrecremata* 4. *Leſſium de iuſt. lib.* 2. *capit.* 47. *dub.* 7. *num.* 52. Primò ratione materiæ; ſi laudatur alienum peccatum, præſertim mortiferum, iuxta illud *Pſalm.* 10. *numer.* 3. *Laudatur peccator in deſideriis animæ, & iniquus benedicitur.* & Eſai. 5. *numer.* 20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Vt cum quis laudatur à conſtantia in hæreſi, & à rebellione, vel ſimili. Secundò ratione finis, veluti ſi aduleris vt noceas, vel ad libidinem pertrahas. Tertiò ratione effectus, vt cum per adulationem præbetur occaſio alicuius gravis peccati, etiam præter intentionem.

In Gloſſa vltima. Dbeet Gloſſa 2 quód dubia in meliorem partem interpretentur, *capit. Eſtote miſericor-*

miſericordes, de regulis iuris, cap. Cum dilecti, ubi *Gloſſa,* verbo, *valeant, de accuſationibus l. proximè, ff. de his, quæ in teſtamento* latè *Sottus lib. 3. de iuſtitia, quæſtione 4. articulo 4 Felinus in capit. auditis, numer. 32. de præſcriptionibus Alciatus de præſumpt. reg. 3. à principio Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu. 89. num. 22.* Tu dic dupliter nos poſſe de dubijs opinari; nempe definitivè, vel ſuppoſitivé, opinamur definitivè, quando factum dubium in hanc, vel illam partem definiendo, trahimus: opinamur ſuppoſitivè, quando ſupponimus potuiſſe rem ita ſe habere. In vtroque modo dubitandi notanda eſt differentia; nam priori modo nemini licet in deteriorem partem factum dubium interpretari; iuxta ſupradicta: Non ita poſteriori modo, quin potius actus eſt prudentiæ, ſi facta dubia ſuppoſitivè in deteriorem partem interpretemur, ut nobis, vel proximo conſulamus; ita eleganter inter vtramque præſumptionem diſtinguit. *D. Thom.* ubi *Caiet. explicat. 2. 2. quæſt. 60. art. 4. ad 3.*

CAP. Clericus qui. III.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur proditor?*
2 *An ex ſola deprehenſione in delicto probetur delictum? & numer. 3. & 4.*
3 *Verbum,* degradatur *quomodo intelligatur.*

1 IN textu, ibi, Proditionibus. Gloſſa hîc ponit ſex modos proditionis, vltra quos vide *Bald. in Authent. item nulla Cod. de Epiſcop. & cleric. Angel. in l. 1. in principio, ff. de his quibus vt indignis, & in l. fin. Cod. de ſumma. Trinit. Cardinal. in Clement. 1. §. Quia, de ſtatu monach.* quos citat *Felin. in cap. 1. de homicidio,* cũ quo dic, quòd primò proditor dicitur ille, qui vnum habet in verbis, aliud in corde, per *textum in l. 1. ff. pact. dotal.* Secundò qui ſocium in via percutit, per *tex. in l. fin. C. de lat. lib. 10.* Tertiò qui aliquem veneno occidit *l. 1. Cod. de malefic.* Quartò qui movet bellum ſine diffidatione, ſecundum ea, quæ *Ioann. Andr. in cap. 1. de homicidio, in 6.* Quintò qui offendit ſedentem in menſa, *Bart. in l. reſpiciendum, §. Delinquunt, ff. pœnis.* Sextò qui permittit tranſire gentem inimicam, & non revelat; per *text.* ubi *Gloſſa, in l. Si quis á barbaris. Cod. de re militari. lib. 12.* Septimò qui offendit occultè convivantem ſecum, *Bald. in cap. 1. numer. 26. Quibus modis feudum amittatur;* vide etiam *Luc. de Pena, in l. ſervum poſt principium. Cod. de delator. lib. 10.* ubi enumerat pluſquam 24. modos, quibus quis poteſt dici proditor, & ad finem textus de proditoribus nonnulla refert, quæ commendat *Gom. 3. tom. capit. 3. numer. 5.* cum quo reſolvè, quòd pœna ſolùm aggravatur in crimine quod Luſitani appellant us *aleivoſia,* quãdo quis occidit aliũ proditoriè cum eſſet eius amicus, *& numer. 6.* reſolvit, quid ſit dicendum de ſocio, qui tantùm defendit, & aſſiſtit, ut ſecurius, & facilius principalis delictum committat.

2 In textu, ibi, Deprehenditur. Cum in hoc textu agatur de clericis, in delicto deprehenſis, duo membra diſtinguenda ſunt. Primum, an deprehenſio ſola probet delictum, tàm reſpectu clericorum quando per officiales fit deprehenſio; quàm reſpectu laicorum, quando per laicos? Secundum, an deprehenſio clerici facta per laicum probationem inducat? In primo membro quatuor caſus diſtingue. Primus ſit quando deprehenſio fit paucis aſtantibus, poſt conſumationem delicti, quod de facili non publicum efficitur, ſicut eſt commiſsio adulterij. Secundus caſus eſt, quando deprehenſio fuit facta á paucis in actu delicti, ſive in actu proprinquo delicto, & hoc fit in delicto de facili, non publico. Tertius quando fit pluribus aſtantibus, ſed hoc poſt delictum conſumatum, ita quòd illi plures non poſsint eſſe teſtes delicti, ſed deprehenſi poſt delictum. Quartus caſus eſt, quando ipſa deprehenſio fit in ipſa perpetratione delicti, aſtante populo, vel maiori parte, ita quòd immediatè delictũ aprehendant, & hoc poteſt eſſe notorium, quia univerſus populus, & tota vicinia teſtis eſſe poteſt, ut eſt *textus in cap. Cum dilectus de purgat. Canon.*

In primo caſu, ex tali deprehenſione non inducitur niſi tantùm indicium, ſecundum Gloſſam, quæ ſic debet intelligi *in l. capite, ff. ad l. Iul. de adulter.* In ſecundo caſu dicendum eſt, quòd inducitur manifeſtum, id eſt probabile. In tertio talis deprehenſio inducit infamiam; Gloſſa ſic debet intelligi *in cap. Cum non ab homine, de iudic.* quatenus textus deprehenſionem, & convictionem copulativè requirit. *Præpoſitus in cap. Si quis diaconus 50. diſtinctione.* In quarto caſu talis deprehenſio probationem inducit, ſic procedit *Gloſſa in capit. tua de pœnitentia, & in dicto capit. Cum non ab homine. capit. Si quis diaconus 50. diſtinctione.* Nota tamen quòd hoc debet intelligi, quando de hoc notorio iudici conſtat, vt iudici, aliàs ſi iudici, vt

iudici, non conſtat, requiritur quòd de tali notorio deprehenſionis fieret fides iudici, aliàs non poteſt quis ex tali deprehenſione damnari, quod verum eſt ſumendo deprehenſionem pro illo actu, qui recipitur à populo ſenſu corporali; ſed ſi deprehenſio ſumatur pro actu iudiciali; ut quia capitur pro ſententia, vel confeſsione, cum ex illa notorium iuris inducatur, iſta ſola deprehenſio inducet probationem delicti. *Præpoſit. in d. cap. Si quis diaconus, num. 3. Abb. in d. cap. cum non ab homine nn. 29.* vide etiam *Bart. in l. quiſque num. 2. C. delator. lib. 10. Luc. de Pen. in l. 1. in principio. Cod. petit. bon. ſublat. lib. 10.*

4 In ſecundo membro dicendum eſt eodem modo, quo ſupra, & ita in omnibus caſibus, in quibus diximus non induci notorium, quando laicus capitur à laicis, & clericus à clericis multo fortius non inducetur quando clericus capitur á laicis, facit tamen prædicta deprehenſio indiciũ, & infamiã. In illis verò in quibus inducitur notorium, dicendum eſt etiam quòd nulla datur differentia, an deprehenſio ſit facta à laicis, an à clericis; ſi enim clericus deprehenditur in flagrãti crimine, ſeu in actu propinquo, ſemper inducitur notorium, licèt etiam regulariter laici contra clericum non teſtificent, quando agitur criminaliter, tamen quando crimen eſt notorium, bene teſtificant *Abb. in d. cap. Cum non ab homine, nu. 29.* quamvis ibi *Felin. num. 5.* in fin. *& Præpoſit. in hoc textu, n. 4.* contrarium teneant. & quòd quando quid dicatur notorium, relinquatur arbitrio iudicis, vide *Farinac. de delict. q. 21. n 48.*

5 In textu, ibi, Ab officio degradetur. Vox hæc *degradatio* attento tempore textus, idem eſt quòd depoſitio, ſeu ſuſpenſio, hæc enim omnia ſignificat, ut tradit, *Suarez de cenſur. diſp. 40. ſect. 8. nu. 5.* quem vide, qui noſtrum textum exponit, & meritò reprehendit *Maiolum* exiſtimantem quòd textus debebat intelligi de irregularitate.

CAP. Accuſatores. IV.

SVMMARIVM.

1 *An clericus accuſare poſsit? num. 2. 3. & 4.*

5 *An qui ſemel fuit excommunicatus admittatur poſtea ad actus legitimos? & num. 6.*

1 IN textu, ibi, Accuſatores. Duo caſus ſunt diſtinguendi in propoſito. Primus quando agitur de publica vindicta, ſecundus quãdo agitur de privatæ iuiurię, ſeu eccleſiæ ſuæ proſecutione. In primo caſu dicendum eſt ſine diſtinctione clericum nullo modo poſſe accuſare. *Abb. in cap. Cum P. Mancinella num 8. &* ibi *Felin. num. 1. de accuſat. Farinac. 1. p. quæſt. 12. nu. 12.* ratio vltra alias, quas præſtat. *Turrecrem. in cap. Si quis Epiſcopus 2. q. 7.* eſt, quia vix ſine culpa expediri poteſt talis accuſatio, & quando quis dicatur proſequi ſuorum iniuriam, vide cum *Molina de iuſtitia, & iure tom. 4. tract. 3. q. 44. num. 11.* In ſecundo caſu dicẽdum eſt, quòd aut agitur de delicto pro quo non venit imponenda pœna ſanguinis, aut de delicto, pro quo venit imponenda. In primo membro dic quòd bene poteſt clericus laicum accuſare, *cap. prælatis de homicid. lib. 6. Decian. lib. 3. criminal. cap. 10. num. 2.* In ſecundo membro contrarium dicendum eſt, quinimò ſi clericus accuſet, efficitur irregularis *Farinac. d. num. 12.*

Limita tamen hoc. Primò ſi clericus clericum accuſet, poteſt enim clericus clericum accuſare regulariter, *cap. ex parte, cap. licèt, cap. veniens. de accuſat. Bonifac. Vital. in tract. de malefic. tit. de his, qui accuſare non poſſunt.* verſ. *Item clericus, num. 2. Specul. in tit. de accuſat. §. Videndum, n. 2.* Ratio eſt quia tunc quamvis delictum ſit tale, pro quo pœna ſanguinis veniat imponẽda, nunquam in propoſito poteſt dari talis intentio; hæc limitatio ſublimitatur primò in omnibus caſibus, in quibus quis de iure civili ab accuſatione repelleretur, tunc enim clericus non poterit clericum accuſare *cap. de accuſat. 3. q. 5. Abb. in d. cap. cum P. nu. 11. de accuſat.* Secundo ſublimitatur niſi minor clericus velit maiorem accuſare, hoc etiam facere non poterit, *cap. Clericus, cap. Maiorum 2. quæſt. 7.* intelligendo tamen hoc cum *Præpoſit. d. cap. Clericus, numer. 3. Turrecrem. 1. Decianus d. lib. 3. capit. 10. num. 19.* 2 3

Limita ſecundò prædictum ſecundum mẽbrũ diſtinctionis, ſeu noſtræ cõcluſionis, quòd clericus poterit laicum accuſare quando civiliter proſequitur ſuum intereſſe, licèt iudici videretur imponere pœnam ſanguinis. *Decian. d. cap. 10. nu. 5.* Limita tertiò quòd per viam exceptionis crimen opponere poteſt; etiamſi pro eo pœna ſanguinis veniret imponenda, *cap. ſuper his,* ubi *Abb. num. 4. Felin 2. de accuſat. Baiard. ad Iul. Clar. quæſt. 14. nu. 18.* Ratio eſt ſecundum *Abb.* quia tunc quamvis opponatur de crimine, cauſa non eſt criminalis. Porrò qui veniant appellaat clericorum, vide cum *Decian. d. cap. 10. numer. 22.* ubi cum *Gramat. vol. 33. numer. 3.* reſolvit appellatione clericorum venire clericos in minoribus conſtitutos, quando agitur de materia favorabili.

Limita

4 Limita quartò quòd quamvis clericus non poſsit laicum accuſare, quando agitur de delicto, pro quo venit imponenda pœna ſanguinis, hoc non procedit, ſi ipſe clericus proteſtetur quòd ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis iudex non procedat, tunc enim non efficitur irregularis, & poteſt accuſare, quamvis non obſtante proteſtatione poſsit competentem, & ordinariam pœnam ſanguinis iudex ponere; *textus in cap. Sacerdotem 2. q. 7. Præpoſ. in cap. experientia num. 4. 11. q. 1. & in cap. ſicut, & in cap. laicos, 2. q. 7. Abb. in d. cap. cum P. num. 10.* & ibi *Felin. num. 1. & in cap. poſtulaſti de homicid. Domin. in cap. prælatis num. 25.* & ibi *Archidiac. de homicid. in 6. Decian. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Iul. Clar. q. 14. n. 3.* vide etiam *Marian. Socin. in cap. ad audientiam, n. 55. de homicid.* ubi apponit cautellam, ut clericus evitet prædictam pœnam irregularitatis; ſcilicèt, ut non dicat *accuſo*, ſed *conqueror*, tunc enim ſi iudex condemnet ad mortem, non efficitur accuſans irregularis; *& nu. 54.* concludit, quòd quamvis clericus ſciat non poſſe conſequi debitum ſuum ſine ſanguinis effuſione, quòd ſi proteſtetur, ſufficit ut prædictam pœnã irregularitatis evitet.

5 In textu, ibi, & ſi emẽdaverint vitium. Dicit *Gloſa*, in præſenti quòd noſter textus facit pro opinione *Hugon.* dicentis quòd qui ſemel fuit excommunicatus, amplius non admittatur ad actus legitimos. Contrarium docet *Archidiac. Præpoſ. num. 2. Turrecrem. num. 1.* Ratio eſt ſecundum illios, quia hic textus non refert ſe ad excommunicationem, quæ eſt pœna medicinalis, ſed ad vitium, quod eſt crimen, ſupponendo igitur quòd actus legitimi ſun illi, qui ſecundum leges fiunt, vel ab eis inventi, vel approbati ſũt *l. legitimam*, iuncta *Gloſa*, ibi *ff. de pactis Din. in reg. actus legitimi, in principio de regul. iur. in 6. Alex. conſ. 75. num. 4. & 7. lib. 1. Covar. de ſponſal. 2. par. c. 3, nu. 3.* Dic poſtea, quæ *Præpoſ in cap. 1. 4 quæſt. 1. num. 1. Innocent. in cap. teſtimonium de teſtibus*, & ibi *Abb. num. 10. Felin nu. 24.* Quod in illa quæſtione. An qui ſemel fuit excõmunicatus poſt abſolutionem admittatur ad actus legitimos, vt eſt accuſatio, atteſtatio, & ſimiles alij? Tres inveniuntur opiniones de quibus *Turrecrem. in d. cap. 1. num. 1.* Prima opinio eſt quòd talis ſemel excommunicatus pro crimine, & contumacia ſimul, vel prò crimine tantum, non poterit de cætero accuſare.

6 Secunda opinio eſt, quòd ſi fuerit excõmunicatus pro crimine, & contumacia ſimul, poterit repelli, etiam poſt abſolutionẽ, exceptis caſibus, in quibus omnes admittũtur; niſi reſtituatur in integrum; ſi verò fuerit excommunicatus pro contumacia tantum, quia forte nolebat facere quod ei præcipiebatur, poſt abſolutionem bene poterit accuſare. Tertia opinio eſt, quòd ſi crimen pro quo quis excommunicatus eſt, infamat, tunc non poterit etiam poſt abſolutionem accuſare, & ita facere actus legitimos; ſecus ſi crimen nõ infamat; quæ opinio verior eſt, & quam ſequuntur, ipſi *Turrecremata & Præpoſitus*, citatis locis. Quamvis ipſe *Præpoſitus* non ita clarè loquatur, tamen ſi bene perpendatur idem ſentit, apud quem vide *numer. 1. in fine*, quando dubitatur de cauſa propter quam quis excommunicatus fuit, an propter delictum, an propter contumaciam, quòd in dubio non repellitur excõmunicatus iam abſolutus, debet enim intelligi quòd fuit excommunicatus propter contumaciam, quia excommunicatio regulariter nõ profertur niſi propter contumaciam, & non ſufficit probare excommunicationem, niſi probetur cauſa, maximé in pœnis, quæ in mitiorem partem capiendæ ſunt; *cap. eſtote, de reg. iur. cap. in pœnis, eodem tit. in 6.*

CAP. Clericus maledicus. V.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur maledicus, quibus pœnis puniatur? & an liceat maledicere aliquo caſu? & n. 2.*

3 *An quando crimen eſt notorium, cogatur quis facere pœnitentiam de illo?*

4 *An poſsit Epiſcopus reſtituere degradatum? & num. 5.*

1 IN textu, ibi, Maledicus. Maledictio propriè eſt alicuius mali futuri precatio, & ſic differt à contumelia, & vituperatione, ſecundum ea, quæ *Luc. de Pena, in l. omnes* verſ. *& nota blaſphemia ad med. C. delator. lib. 10.* de quo nomine vide *Caſſan. conſ. 1. §. ad quintum num. 5.* Vnde propriè maledicus dicitur ille, qui male imprecatur, ſed in hoc textu etiam dicitur, qui mala alicui in facie dicit, vel qui contumelias de illo profert, quamvis non in præſentia; ut intelligit hîc *Turrecrem. ex D. Thom.* quem citat. Adverte etiam ſecundum *Luc. de Pena* citato loco, quòd maledictio aut fit bono animo, aut malo animo, ſi malo animo fit, & maledicus eſt clericus, cogitur ad veniam poſtulandam, vt in hoc textu, & ſi noluerit eſt degradandus; ſi verò laicus maledicit, extraordinariè punietur *l. Sanctio, ff. de pœn.* ſi autem bo-

no animo fit, Verbi gratia cauſa correctionis; non eſt pœnalis, ſed meritoria, iuxta *cap. corripiantur.* 24. *quæſt.* 3. quem citat *Luc. de Pena* citato loco, cum quo multa poteris videre de maledictione. *Sotus de iuſt. & iure lib.* 5. *quæſtione* 12. *art.* 1. *Menoch. de arbitrar. caſu.* 377. *Peres lib.* 8. *ordinam. tit.* 3. *l.* 34. *ex fol.* 75. *in fin.* verſ. *Vtrùm autem liceat aliquem maledicere.*

2 ... *Hoſtiens. in ſum. in tit. de maledicis* facit diviſionem maledicorum hoc modo. Maledici ſunt aliquando Deo, aliquando Principi eccleſiaſtico, aliquando ſæculari, aliquando alij domino, qui poteſtatem habet in maledicentem, aliquando alij ſuperiori ætate, nobilitate, moribus, ſcientia, divitijs, & huiuſmodi; aliquãdo æquali, vel inferiori; vide etiam *Salzed. in praxi cap.* 66. verbo, *Maledici*, & ibi *additio*, cum multis, quos citat *Cened.* 2. *p. collect.* 146. *à principio, & num.* 2. an liceat maledicere creaturas irrationales, & eas excommunicare, & anathematizare, in quo reſolve cum *Navarr. in Manual. c.* 12. *num.* 8. *Caſſan. d. conſ.* 1. *num.* 54. quòd qui maledicit creaturę irrationali in quantum eſt creatura Dei; idem facit quod maledicere Deum, & ita eſt blasfemia; ſi tamen ſimpliciter maledicit, nõ eo animo, ſolùm erit verbum iocoſum, & veniale, & ita venialiter tantum peccat. Anathematizare, vel excommunicare animalia irrationalia, veluti locuſtas, muſcas, & ſimilia illicitum eſt, nec fieri poteſt, vt oſtẽdit ad extenſum elegantiſsimè *Bart. Caſſan. d. conſ.* 1. 4. *ad quintum* ubi *à num.* 3. cum ſequentibus, vide *Spin. Gloſſa* 11. *Rubricæ num.* 55. & multos alios, quos refert *Cened.* citato loco *Tolet. in ſumma lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.

3 In textu, ibi, Cogatur ad poſtulandam veniam. Nota quòd pœnitentia, quædã eſt

1 publica, non ſolemnis, quędam publica ſolemnis; ſolemnis eſt illa, quæ non poteſt imponi niſi in principio Quadrageſimæ; cum circũſtantijs de quibus *in c.* 50. *diſtin.* ubi *Domin. & Turrecrem. num.* 1. *Præpoſ.* 4. & hæc non imponitur niſi pro delicto enormi, & ſcandalizanti totam vrbem *Abb. in c.* 1. *de pœnitent. & remiſſion.* Publica non ſolemnis eſt, quæ imponitur, ſive delictum ſit grave, ſive leve; publicam ſolemnem nunquam iudex clerico debet imponere, *textus in cap. presbyter*, ubi *Gloſſa*, 28. *diſt.* cum qua tranſit; *Præpoſit. num.* 3. *Abb.* citato loco, *& in cap. quæſitum num.* 4. *eodem tit. de pœnitent.* ſuppoſito hoc dic; quód clericus poteſt cogi facere pœnitentiam publicam non ſolemnẽ de delicto, quando delictum eſt notorium *Præpoſitus hic numer.* 1. *Dominic. in principio. Abbas d. cap.* 1. *in principio.* optimé *Perez ad lib. Ordinam. tit.* 3. *l.* 1. verſ. *præterea etiam hoc eſt.*

4 In textu, ibi, Revocetur. Supponendo quòd ſuſpenſus, depoſitus, & degradatus differunt inter ſe; nam ſuſpenſus dicitur is, qui ad tempus vel ſuſpenditur ab officio, vel à beneficio, vel ab vtroque ſimul; depoſitus veró dicitur, in quem in perpetuum ſolo verbo, ob crimen aliquod, ſententia depoſitionis profertur. Degradatus, cui poſt ſententiam depoſitionis inſignia, quæ recepit cũ ordinatus fuit, ſolemniter detrahuntur, quę degradatio vocatur ſolemnis depoſitio. *Speculat. tit. de accuſat.* §. *ſecundò loco, n.* 3. *Turrecrem. in cap. contumaces, n.* 2. *deciſ.* 50. & ibi *Domin. in fin. & Præpoſ. nu.* 4. vide etiam *Abb. in cap. atſi clerici, n.* 7. & ibi *Decius num.* 51. *de iudic.* & quæ latè diximus *in tractat. de ſolicitantibus quæſt.* 24. *n.* 7. *&* 8. Tres caſus diſtingue. Primus eſt quando clericus eſt ſuſpenſus; ſecundus, quando eſt depoſitus; tertius quando eſt degradatus, vel ſolẽniter depoſitus. In primo caſu dic Epiſcopum poſſe eum reſtituere. In ſecnndo caſu, ſive pro crimine, ſive pro contumacia deponatur, idem dicendum eſt, niſi velis limitare cum *Turrecrem.* quando crimen maius eſt adulterio; inquit enim quód tunc non poterit Epiſcopus diſpenſare, ut eum reſtituat.

5 In tertio caſu, aut reſtitutio petitur de gratia, aut de iure; ſi de gratia, ſolus Papa diſpenſare poteſt; ſi de iure, dicens ſententiam latam fuiſſe per falſos teſtes, vel eum eſſe abſentem ex cauſa probabili, vel non citatum, vel non conuictum, ſeu ſententiam fuiſſe nullam, tunc etiam Epiſcopus poterit reſtituere. *Præpoſitus d. num.* 4. *Turrecrem.* 2. *Domin. in fin. Abb. in cap ſuper eo, nu.* 3. *de raptor. Felin. cap. atſi clerici. nu.* 12. § *de adult. de iudic.* Quod intellige ſi ſententia fuerit inferioris, non ſi fuerit Papæ *Præpoſit. d. cap. contumaces nu.* 4. *in fine.* Quæ autem crimina ſunt digna ſuſpenſione, quæ depoſitione, quæ degradatione? vide cum *Abb. d. cap. atſi clerici, num* 33. *Felin.* 14. *in fin. Dec.* 35. & quomodo fiat ſolemnis depoſitio. *Speculat.* citato loco. *Sarmiento lib.* 1. *ſelect. cap.* 14. *num.* 9. *Suarius de cenſur. diſp.* 30. *ſect.* 1. *n.* 18. *Menoch. de arbitrar. caſu.* 415. *textu in cap.* 2. *de pœnis lib.* 6. *& in cap.* 1. *de hæreticis, eodem lib.* & quæ ſcripſimus *in tractatu de ſolicitantibus d. q.* 24. *n.* 23. *&* 34.

CAP. Clericum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur ſcurrilis, & ioculator, & quibus pœnis puniatur?*

In tex-

1 IN textu, ibi, Scurrilem. Scurtilis ſecũ dum *Præpoſ. hic Turrecrem. & Domin.* eſt ille, qui quotidie loquitur verba ſcurrilia, & ſcurræ dicuntur à ſequendo curiam, & ibi viruũt, ſicut ſunt laciatores, & ioculatores, qui in curia riſum movent, & ita in propoſito omnes illi, qui in publicum faciũt proprij corporis ſpectaculum, ſeu artem ignominioſam exercent, comprehendũtur; hi ſi per annum illam artem exercuerint, ipſo iure carẽt omni privilegio clericali; ſi autem breviori tẽpore, & tertio moniti non reſipuerint, carent etiã omni privililegio clericali, & deponũtur ſecundũ, *Turrec. hic. n.* 2. ubi reſolvit per *textum in c. 1. 4. q. 1.* quòd etiã laicus talẽ artẽ exerens, nõ debet promoveri, quem vide, & *Domin. in c. 1. num. 2. de vita, & honeſtate clericorum lib. 6.* & ibi *Archidiac. num. 3. Salzed. in praxi. cap. 72. fol. magno, & cap. 68. fol. parvo*, verbo. *ioculatores*, ubi *num. 1. in fine.* noſtri textus meminit.

CAP. Clericus invidens VII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit invidia, & quando ſit peccatũ mortale?*
2 Donec *dictio quid ſignificat?*
3 *An exiſtens in peccato mortali poſsit eligi?*

1 IN textu, ibi, Invidens. Invidia eſt vitiũ inclinans ad inordinatè triſtandum de bono alieno, eo quòd ſuam excellentiam minuit. *Navarr. in Manual. cap. 23. num. 118.* vel ſecundum *Tolet. in ſumma lib. 8. cap. 63. num. 1.* eſt triſtitia de alieno bono in quantum propriæ excellentiæ eſt diminutivum. *Ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 36. art. 1. Ioannes Sanctus diſp. 3. num. 8. & 9. Reginal. lib. 7. num. 68. Leſsius lib. 4. cap. 4. num. 28.* ubi docet invidiam, & odium eſſe maius peccatum quàm ſit ira. Ille igitur ſecundum *Navar.* peccat mortaliter, circa invidiam, qui deliberatè dolet dẽ bono notabili proximi, ſcilicet ſcientia, honore, fama, divitijs, favore, veneratione, & id genus alijs, ea ratione quòd ſua per illud excellentia diminuitur. Quot modis contingat triſtari quẽ de bonis alterius, vide cum *Tolet.* citato à *nu. 2.* & quòd invidiã perſeverantes repellantur à promotione, vide cum *Domin. & Præpoſ. hic.*

2 Ibi, Donec. Quæ dictio facit conditionem, *vnde ſi lego decem donec, illi fuerint in ſtudio*; videtur ſub conditione relictum; *dum in ſtudio fuerint. Bart. in l. 2. num. 15. ff. de condit. & demonſtrat. Dec. in l. Si quis hæredem, num. 7. ad fin. Cod. de inſt. & conſ. 620. n. 3. Paris. conſ. 18. num. 4.* cum ſequentibus, *vol. 4. Boer. deciſ. 44. num. 39.* Imò requiritur perſeverantia. Quare ſi dicatur. *Relinquo vxori meæ quolibet anno donec caſtè vixerit*, requiritur perſeverantia ad hoc ut pro anno futuro conſequi poſsit legatum. *Decius d. numer. 7. Roman. conſ. 516. num. 9. Natta conſ. 459. num. 16. & 17. Rain. conſ. 34. num. 4. vol. 2. Capicius deciſ. 203. num. 1.* Porro de pluribus alijs modis, quibus dictiõ *donec* accipitur, vide *Luc. de Pen. in l. ſi ad Magiſtratum col. 3. ad finem. Cod. de decurionibus lib. 10. Dec. conſ. 637. numer. 12. poſt alios Cened. ſingulari 46.*

In textu, ibi, Donec in vitio eſt. 3 *Domin. & Præpoſ.* hìc tenent, quòd exiſtens in peccato mortali eligi non poteſt; vide tamen eundem *Domin. in cap. perpetuo, nu. 6. de elect. in 6.* cum quo diſtingue duos caſus. Primus eſt quando criminoſus eſt omnino occultus; ſecundus quando non eſt omnino occultus. In primo caſu reſolve, quòd ſi eligatur criminoſus, electio non erit nulla, & eſt ratio ſecũdum eundem, quia de omnino occultis nõ iudicat eccleſia. In ſecundo caſu iterum diſtingue, quòd aut crimẽ eſt tale, quòd inducit ipſo iure pœnam ſuſpenſionis; aut non inducit pœnam ſuſpenſionis ipſo iure, ſed tale crimẽ eſt enorme; aut nec inducit pœnam ſuſpenſionis ipſo iure, nec eſt enorme, aut denique criminoſus non vult corrigi de crimine. Quando crimen inducit ipſo iure pœnam ſuſpenſionis ab officio, electio eſt nulla; quando eſt enorme etiãſi non inducat ipſo iure pœnam ſuſpenſionis, inducit ipſo iure nullitatem; quando non eſt enorme non inducit nullitatem; quando criminoſus non vult corrigi quamvis eligatur, non debet confirmari; vide *Abb. in cap. ſicut, n. 3. de iure iurand. Felin. in cap. dilecte in Chriſto, nu. 4. de except.* ubi latè *de quæſtione, & num. 5.* reſolvit cum *Domin.* quòd in nullo ex his caſibus electio eſt nulla, quantum ad ius naturale, ſi conſenſus potentis eligere, concurrat, & ita quoad Deum valet electio, licèt ſit peccatum contra ius poſitivum.

CAP. Seditionarios. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quis ſit ſeditionarius, & quibus pœnis puniatur?*

2 *Quas pœnas incurrat vſurarius?*
3 *An quis poſsit propriam iniuriam vindicare? num.* 4.

1 IN textu, ibi, Seditionarios. Seditionarij ſunt, qui ſæpè ſeditiones mouent, & comminationes, ſiue coniurationes faciũt; *Azo*. citatus à *Præpoſ. hic*, inquit quòd ſeditionem facere, eſt quaſi ſacrilegium committere; vnde eſt crimẽ læſæ Maieſtatis, quòd eſt proximum ſacrilegio, ſi ſeditio fiat Romæ. Si autem fiat in alijs locis, patitur quis pœnam capitalem, ſcilicet mortis, conſiderata tamen qualitate perſonæ, vel dignitatis, ita ut aut furca ſuſpenditur, aut beſtijs ſubijcitur, aut in inſulam deportantur *l. ſi quis aliquod, §. actores, ff. pœn. Præpoſ. in cap. conſpirationum, num.* 5. 11. *quæſt.* 1. ubi vide aliqua de materia. *Bart. in l. conſtitutionis, num.* 1. *ff. de appellat. & in l. capitalium, §. ſolent, & d. §. Actores, ff. de pœnis.* Sunt prædicti etiam infames, & ita repelluntur à promotione, & promoti iam deijciuntur, & hæc inhabilitas perpetua eſt ſecundum hunc *textũ Præpoſ. hic, num.* 1. *& Domin.*

2 In textu, ibi, Vſurarios. Vſurarius ſiue ſit laicus, ſiue clericus, eſt infamis ipſo iure. *Abb. in cap. inter dilectos de exceſſ. prælat.* quem citat *Covar. lib.* 3. *Var. c.* 3. *n.* 2. *Salzed. in praxi, c.* 92. *fol. magno, & fol. parvo.* 88. verbo, *Vſurarij.* Clericus ſuſpenditur ab officio, nec poteſt ſacris ordinibus inſigniri in perpetuum, ſecundum hunc *textum*, & ibi *Domin. & Præpoſ. in principio*, nec eligi, nec præſentari poterit ad beneficiũ eccleſiaſticum. *Salzed & Covar.* citatis locis, cum quo *& numer.* 4. videbis quis dicatur vſurarius manifeſtus. *Abb. in cap. Quia in omnibus, num.* 11. *de vſur. Salzed. in praxi, cap.* 93. *Spin. Gloſſa* 13. *Rubrica, num.* 18. & an crimen vſuræ ſit eccleſiaſticum *Abb. in Rubr. de vſur. num.* 6. *& in capit. Quoniam num.* 1. *Domin. cap.* 1. *num.* 5. *eodem tit. in* 6. *Cabal, reſolut. crim. caſu.* 188. *num.* 1. *Covar.* citato loco, *num.* 1. *Barb. l. Titia num.* 51. & ſequẽtibus, *ff. ſolut. matrim.* Non poteſt etiam vſurarius manifeſtus facere teſtamentum, de quo vide. *Spin.* citato loco, qui à *num.* 21. enumerat pœnas impoſitas vſurarijs, & melius *Peret in Proœmio tit.* 2. *lib.* 8. *ordinam.* verſ. *præterea, & col.* 28. verſ. *tunc venit.* ubi hunc textum citat, *Præpoſ. in cap. ſicut, num.* 3. *prope fin.* & ibi. *Domin. hac diſt.* & qualis probatio requiratur, ut quis dicatur vſurarius, *Abb. cap. Quia in omnibus, num.* 11. *de vſur. Spin. d. Gloſſa* 13. *numer.* 19. & quòd vſurarius non debeat ordinari, vide poſita ad *cap. Maritum, num.* 7. *ſupra diſt.* 33.

3 In textu, ibi, Nec iniuriarum vltores. Supponendo cum *Turrec. hic, n.* 1. quòd vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum iniurianti. Duos diſtingue caſus in propoſito. Primus eſt quando animus, & intentio vindicantis principaliter fertur in malum illius, de quo fit vindicta, aut quando vindicatio procedit ex paſsione iracundiæ facientis appetitum vindictæ. Secũdus caſus, eſt quando animus, & intentio vindicantis fertur principaliter ad aliquod bonum, ad quòd pervenitur per pœnam peccãtis, v.g. ad emendationem peccantis, vel ſaltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & iuſtitiæ conſervationem, & in honorem Dei. In primo caſu ſic conſtitue concluſionem. Vindicatio propriæ iniuriæ illicita eſt, *textus in præſ. & in l. ſcientia, §. Qui cum aliter* ubi *Bart. ff. ad l. Aquil.* idem *Bart. in l. Si ex plagis, §. Tabernarius eodem tit. & in l. nullus per textum ibi, Cod. de Iudæis.*

Limita hanc concluſionem quando in cõtinenti quis alium percutit, tunc enim illud eſt ſe defendere, non veró iniuriam vindicare, & ita poterit quis in continenti alium occidere, ſi is velit eum occidere, ſed hoc cũ moderamine inculpatæ tutelæ. *Abb. in cap. ſignificaſti, num* 9. & ibi. *Felin. nu.* 13. *&* 14. *de homicid.* Idem *Abb. de materia in cap. latet, num.* 3. *eodẽ tit. Marian. Socin. in cap. audientiam, numer.* 35. *&* 40. *eodem tit. Domin. in cap. dilecto, num.* 1. *de ſententia excommun. in* 6. *Bart. d. §. Tabernarius Molin. de iuſtitia* 4. *tom. tract.* 3. *diſp.* 11. *nu.* 5. *& diſp.* 6. *num.* 2. In ſecundo caſu ſit concluſio. Licèt homo teneatur iniuriam patienter tolerare ſi expediat, ſi tamen non expedit, utpote propter communem vtilitatem, vindicatio propriæ iniuriæ eſt licita, ſed hoc authoritate eius, cui commiſſus eſt gladius poteſtatis ſęcularis, non tamen licet propria authoritate, niſi forte patria nõ habeat aliquem ſuperiorem, hoc enim potius eſt repulſio violentiæ; quã vindicta, ut tenet *Turrecrem. hic*, vide *textum* ubi *Gloſſa in l.* 1. *C. quando licèt vnicuique ſine iudice Bart. in d. l. nullus num.* 2. *Mol. d. tract.* 3. *diſp.* 5. verſ. *quia verò vnaquæque Reſp. num.* 3. *& per totam diſp. & diſp.* 6. *n.* 1. verſ. *in pœnam.*

CAP. Non licet. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit vſura?*
2 *An fœnus ſit idem, quod vſura?*

In tex-

1 IN textu, ibi, Fœnerari. Suppoſito quòd vſura ſit voluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale, vi, & cauſa mutui principaliter, ſecundum *Covar. lib. 3. variar. cap. 1, num. 2.* verſ. *vſura igitur*, ſeu ſecundũ *Sottum*, ſit vſus pretium rei mutuatæ, ſeu lucrũ æſtimabile ex mutuó principaliter intentum, ex ijs, quæ *Perez. lib. 8. Ordinam. tit. 2. in proœmio* verſ. *Tandem vſura. Spin. de teſtament. Gloſſa 13. Rubr. num. 4.* & ſuppoſito quód vſura ſit prohibita de iure diuino, naturali, canonico, & ciuili, *Covar.* citato loco, *nu. 5. Spin.* ubi proximè, ita vt contrarium pertinaciter affimans hæreticus ſit cenſendus, ex ijs, quæ tradit *Perez* ubi proximè verſ. *quero num uſura.*

2 Dic tamen quòd inter fœnus, & vſurã datur differentia, fœnus enim ſtrictè accipitur pro eo, quód ex ſolo mutuo iniuſto accreſcit, vſura autem extenſiùs pro quocumque augmento ex quocumque contractu, etiamſi licitus ſit, nihilominus tamen vſura, & fœnus reciprocantur, & vnum pro alio ſumitur *l. pecunia fœnebris, ff. de vſuris l. Cains, eodem tit. cap. 1. de vſur. in 6.* quæ iura adducit *Perez* citato loco, verſ. *differentia autem*, apud quem verſ. ſequent. invenies, quòd vſura eſt duplex, & multa alia de materia. *Spin. d. Gloſſa 3. num. 5.* & ſequentibus, *Navarr. in tractat. de vſura. Leſſius de iuſtitia lib. 2. cap. 20. dubi. 3.* & ſequentibus. *Molin. de iuſtitia. 2. tom. tractat. 2. diſput. 303.* & ſequentibus. *Manuica de tacitis & ambig. lib. 8. tit. 18. per totum Salzed. in praxi cap 92. fol. magno.* verbo, *vſurarij. Tolet. in ſumma lib 5. cap. 28.* & ſequentibus. Latiſsimè *Reginaldus lib. 10. numer. 390.* & ſequentibus.

CAP. Sicut. vlt.

SVMMARIVM.

1. *An vſuræ pro opere pio ſint licitæ?*
2. *An quod alicui non licet ſuo nomine, liceat alieno?*
3. *An procurator, qui recipit vſuras nomine alterius, teneatur illas reſtituere?*

1 IN textu, ibi, Miſericorditer. Vide *Domin. hic in principio. Præpoſ. numer. 2. Abbat. in cap. ſuper eo, num. 1. de vſuris.* cum quibus reſolve, non licere in mutuante, in recipiente verò ſi mutuans erat paratus aliàs mutuare, recipiens non peccat, quia non induxit illum ad peccandum, ſed potius obſecrat ut præligatur, ut ſuccurat cum illis, nam libenter vellet habere mutuum ſine vſuris, ſi verò non erat paratus mutuare, tunc non licet eum inducere, quia eſt dare cauſam delicto. *Abb.* citato loco, *num. 4.* Porró peccatum vſuræ, ſicut clericus ſuo nomine exercere nõ poteſt, ita nec alieno, *Bernard. in practic. cap. 88.* verbo, *Vſurarij. Sanches de matrimonio tom. 1. lib. 3. diſput. 20. num. 8.* qui vterque noſtri textus meminère.

In Gloſſa, verbo, Non ſuo, 2
ibi, Argumento, Quod quis. Regula iuris eſt, *quod alicui non licet nomine ſuo, nec alieno licebit*, de qua vide *Bart. in l. Labeo §. 1. ff. vſucap. & in l. hereditarie, ff. de furtis. Din. in reg. quod alicui, de regul. iur, in 6.* ex quorum doctrina limita. Primò, & intellige dictam regulam, quando illa alia perſona eſt ſubmiſſa illi, cui non licet nomine ſuo tale quid facere: ſi enim non fuerit ſubmiſſa, bene poterit per illum, quod per ſe non poteſt. Secundó limita, quando ratione defectus intelligentiæ alicui non licet quid nomine proprio, tunc enim licebit per aliũ. Tertiò limita, quòd illud, quod non licet nomine proprio; non licet alieno, intelligendum eſt quòd non licet ſub colore nominis alterius. v. g. ſicut non licet tutori inquietare pupillum ſuo nomine, ita nec licebit nomine alterius, quod etiam declarandũ eſt, ſolum habere locum quando illud, quod faciendum eſt nomine alterius tenderet ad eundem effectum, quem conſequeretur faciendo nomine proprio, non verò quando ad diverſum effectum, & de regula contraria. *Quod licet nomine proprio, an liceat alieno?* Vide Gloſſam celebrem *in capit. Epiſcopus, 4. diſtinctione. 88. Din. in regula poteſt quis, de regul. iur. in 6.*

In eadẽ Gloſſa, verſ. Vnde ſi. 3
De quæſtione vide *Abb. in cap. Michael, num. 6. de vſuris*, & ibi *Innoc. & Ioan. Andr. Gofred. in ſum. de vſuris, §. item ſi quis nomine alieno, Hoſtiens. Rodulph. & Lap.* quos citat hîc *Præpoſ. num. 3. Domin. in principio.* Ex quorũ dictis duos caſus diſtingue. Primus eſt quãdo illi, qui alieno nomine vſuras recipiunt, ſunt partiarij, hoc eſt recipiunt vſuras dando pecuniam alienam ad vſuras, & danti dant certam quotam pro centenario, & reſiduum ſibi reſervant. Secundus caſus eſt, quando ſunt miniſtri exercentes nudum miniſterium, & non participantes de lucro. In primo caſu tenentur ipſi reſtituere partem lucri vſurarij, quòd pervenit ad eos, itemque aliam partem quæ pervenit ad principalem ſi ipſe ſolvendo non ſit.

In ſecun2

In ſecundo caſu non faciendo differentiam inter tutores, & procuratores dicendum eſt quód ſi dominus non eſt ſolvendo, miniſter tenetur ſolvere. Ratio eſt ſecundum *Domini.* quia qui pares ſunt in prohibitione, debent eſſe pares in pœna reſtitutionis, & quia qui participat crimini cum criminoſo, eádem pœna ligatur. Adde latè. *Boer. deciſ.* 273. ubi *n.6.* noſtræ Gloſſæ meminit.

DISTINCTIO. XXXXVII.

CAP. Epiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, aut presbyter vſurarij an debeant deponi?*
2 *An Papa poſsit ſtatuere contra Canones Apoſtolorum.*
3 *An omne peccatum mortale deijciat iam promotum? & num. 4. & 5:*

1 IN textu, ibi, Deponatur. Igitur clericus vſurarius ab officio, & beneficio eſt ſuſpendendus, *textus* ſimilis *in cap. preterea, de vſuris Covar. lib. 3 variar. cap. 3. n. 3. Bernard. in practic. cap.* 88. verbo, *Vſurarij, num.* 2. in principio, & ibi *Additio littera* C. Quod tamen limitabis niſi clericus deſiſtat à crimine vſuratum, quia tunc evadit: innuit, *textus in cap.* 1. *de vſur.* dum dicit. *Si clericus deteſtandis vſuratum lucris inſiſtat:* tradit *Bernardus d. cap.* 88. *num.* 2. ad finem, qui noſtri textus meminit. Adde poſita ad *cap. Si quis.* 5. *numer.* 2. *hac eadem diſtinctione.*

2 In Gloſſa, verbo, Exigens, ibi, Tempore Apoſtolorum. Supponendo cum *Felino*, & multis quos citat in *Rubr. n.* 1. & ſequentibus *de conſtitut. Marta de iuriſdict.* 1. *p. cap.* 32. *n.* 17. *Abb. in cap. litteras, num.* 14. *de reſtitut. ſpoliat.* Quòd Papa poteſt ſolus condere leges, etiam de rebus arduis, & ſupponendo cum eodem *Felin. in cap. quæ in eccleſiarum, numer.* 19. & ibi *Dec. num.* 13. idem *Abb. in cap.* 2. *num.* 3. *de maiorit. & obedientia, Marta de iuriſdict.* 2. *p. cap.* 37. *num.* 1. & *caſu.* 93. *num.* 3. & *caſu* 194. *nu.* 7. quòd Papa poteſt interpretari, & limitare ius diuinum. Affirmative reſolve. Summum Pontificem poſſe ſtatuere contra Canones Apoſtolorum: vide *Abb. in cap propoſuit, num.* 9. *de conceſſ. præbend. Anchar. conſ.* 124. incipit *Circa bigamos, Felin. in cap. quæ in eccleſiarum, num.* 21. *de conſtitut.* & ibi *Dec.* 13. verſ. *& adde quòd Papa in omnibus. Domin. hîc propè finem. Præpoſ. num.* 1. *Turrecrem. in cap. lector. num.* 2. *deciſ.* 34. & ibi *Præpoſ. num.* 2. *Marta de iuriſdictione* 1. *part. cap.* 24. *num.* 41.

In Gloſſa, verbo, Quod non quodlibet peccatum. Vide *Præpoſit. in cap. Apoſtolus* 81. *diſtinct. num.* 1. & ibi *Turrecremat. num.* 2. cum quo melius materiam quæſtionis diſtinguendo, per novem concluſiones eam declara. Prima concluſio. Eſt neceſſarium neceſsitate præcepti, ut promovendus pro tempore promotionis, non ſolum ſit ſine macula criminis, ſed etiam ſine macula peccati mortalis, patet ex *textu in d. cap. Apoſtolus.* Secunda concluſio. Eſt tanquã præſumptuoſus, & mortaliter peccat, qui cum conſcientia peccati mortalis ad ordines ſuſcipiendos accedit. Tertia concluſio, licèt requiratur pro tempore promotionis, ut promovendus ſit ſine peccato quocumque mortali, non tamẽ requiritur neceſſario quód ante baptiſmum, vel poſt, nullum peccatum commiſerit, quod probatur ex practica Chriſti, & ſanctorum, qui multos promoviſſe leguntur, qui tamen ante mortaliter peccaverunt, & ex eo, quia aliàs nulli, vel pauciſsimi promoverentur, cum ut dicit Heronym. *Penè contra naturam eſt ſcilicet corruptam, vt quis ſine peccato ſit.* Quarta concluſio eſt. Falſa eſt opinio dicens quód omne peccatum mortale repellit promovendum, & deijcit iam promotum, *Præpoſ. hîc num.* 2. ubi *Gloſſa.* Quinta concluſio. Falſa eſt opinio dicens, quód peccat mortaliter, qui poſt baptiſmum mortaliter peccans ſe promoveri permittit, aut in ſuſcepto ordine permanet, quantumcumque egerit pœnitentiam, niſi ſit cum eo diſpenſatum, quòd patet ex eo, quia non omnia peccata mortalia indigent diſpenſatione, vt docet noſtra Gloſſa. 3

Sexta concluſio. Crimina occulta per baptiſmalem innocentiam, aut per pœnitentiam abolita, non impediunt promovendum, aut deijciunt promotum; probatur per *textum in cap. quæſitum, de tempor. ordin.* Limitatur tamen hæc concluſio in criminibus, quæ relinquunt poſt ſui abolitionem ſequellam repugnantem ordinis executioni, ſicut homicidium, quod habet annexam irregularitatem, & hæreſis, quę poſt vulnus ſanatum, reliquit cicatricẽ, & ſimonia in ordine, quia illa eſt vitium, & infectio ordinis, hæc enim quantumcumque ſint occulta, etiam poſt peractam pœnitentiam non ſinunt aliquem promoveri, & impediunt executionem ſuſceptorum ordinum. 4

Septi-

5 Septima concluſio. Crimina,quæ ſunt mediocria ſecundum aliquos, & talia dicuntur,ſi ſunt manifeſta per ſententiam,aut per confeſſionem factam,etiam in iure ſponte, aut evidentia facti, repellunt promovendum,& deijciunt, iam promotum; *textus in cap. de his verò diſt.* 50. *cap. quæſitum de tempor. ordin.* Limitatur hæc concluſio in crimine ſimplicis fornicationis,hoc enim licèt ſit manifeſtum, non inducit depoſitionem, niſi,admonitus nolit ſe corrigere.*textus in cap.fraternitatis.diſt.* 34.bonus *textus in cap. Sicut de cohabitat. clericor.* Octava concluſio eſt. Nullum crimen repellit à promotione abolitum per pœnitentiam,& ſuperquo proceſsit legitima diſpenſatio. Nona concluſio. Proprie ſolum illud crimen impedit promovendum, quod eſt indiſpenſabile, aut ſi requirit diſpenſationem, non eſt adhuc diſpenſatum in eo; adde quæ notavi *in cap. Clericus* 7.*num.*3.*ſupra* 46. *diſt.*

CAP. Quoniam. II.

SVMMARIVM.

1 *An lex, ſeu conſtitutio trahatur ad præterita?*
2 *An conatus puniatur eodem modo, ac effectus.& nu.* 3.& 4.
5 *An clericus vſurarius incurrat pœnam irregularitatis per hunc textum.*

1 IN textu,ibi, Poſt hanc definitionem Et ita licèt vſura iuſtè naturali, & divino damnata ſit, & noſter textus legem divinam, & naturalem declaret, tamen quoad pœnam, non comprehendit præterita, ſed futura : *textus ſimilis in c. cum ſingula* 32. verſ. *circa eos de prabend. lib.* 6. *Bart.in l. omnes,num.*44. *ff.de inſtit. Felin.in cap. ult. num* 4 *de conſtit.* ubi *Dec num.* 46. communis ex *Anania in cap.cum tu,* per textum ibi *de vſur. Gabr.lib.*6. *communium tit.de legal. inris concluſione.* 3. *Menoch de arbitrar. caſu.* 185. *Covar.in cap. Alma.*1. *p.*§.10.*n.*1.Quod limita cũ *Felin.* decem modis.

2 In textu, ibi,Excogitatis;iuncta Gloſſa. Duas ſtatuè inpropoſito concluſiones prima ſit.Attento iure cõmuni, effectus, ſeu conatus punitur eodẽ modo,quo effectus. *Felin. in cap.* 1 .*num.* 2. & ſequentibus *de præſump.* & in tractatu ſuo, *Quando conatus puniatur. Afflict. in conſtituit. Neapol. lib.*1.*Rubr.de armorum evaginat. num.*1.& ſequentibus. *Iul Clar lib*5.*recept.q.*92.*n.*1.*Zevallus,q.*540. *Gom.*3.*tom. cap.*3. *num.*30. *Covar. in Clemen. ſi furioſus* 2.*p.n.*6.*Petr.Caball. reſol.crimin.caſu* 94.*n.*13. Limita 1.prędictã concluſionẽ,quãdo conatus cum actu propinquo non devenit ad conſumationem,quia non impeditus impedimento facti pœnitens deſtitit agere incepta, iuxta *textum in l.qui ea mente, ff. furt. Afflict. & Felin.* citatis locis. Secundo limita niſi affectus conſiſteret tantùm in voluntate, & non perveniſſet ad aliquem actum; iuxta *textum in l. cogitationis, ff pœnis.* quæ limitatio ſublimitatur primo in matrimonio, in quo volũtas ſola habetur pro facto,iuxta ea,quæ *Felin.* citato loco. Secundò ſublimitatur in foro conſcientiæ, in quo voluntas ſola habetur profacto; quando enim progreditur ad cõſenſum levẽ, habetur pro peccato veniali;quando verò ad conſenſũ plenè deliberatum,habetur pro mortali iuxtà *textum. in cap. ſed penſandum* 6. *diſt.* Sublimitatur tertiò prædicta limitatio quoad pœnam, quæ imponitur ingenere,ſicut eſt quando ſuſpenditur clericus à canone pro peccato mortali, iuxta *textum in cap. fin.de tempor.ordin.*Quarto ſublimitatur in hæreſi, *Felin.* ubi proxime. *Iul.Clar.q* 91.

3 Limita tertio prædictam concluſionẽ principalem in delictis non gravioribus, quia in illis affectus,non ſecuto effectu, non punitur; ſicut punitur delictũ conſummatum, *Bart, & Bald.in l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleric.citati ab Afflict.& Felin* ubi proxime. *Hyppol. de Marſil conſ.*105.*num.*4. *& num.*21.*vol.*2. Limita quartò concluſionem in excõmunicatione,& alijs cẽſuris eccleſiaſticis,quia in illis ut incidatur,requiritur factũ conſũmatũ *Afflict.*citato loco,*n.*3.*Felin in d.tract.*verſ *fallit.*6 Limita quintò quãdo agitur ciuiliter ſecundum *Bald. in l.ſi conſtiterit C.ſia.reg.*Limita ſextò quando delictũ attentatur non per actum facti,ſed per actum verbi iuxta *textũ in l.*1.§.*fin. ff. extraord. crim.*Limita ſeptimo quando pœna imponitur ipſo iure,nam tunc ad eam incurrendam non ſufficit qualiſcumque conatus,ut probatur *in cap. cum in cunctis,* §. *penultimo de elect.* iuncto *textu in c.perpetuò eodem tit.in* 6.ubi *Ioann. Andr. Abb.d.*§. *penult.Bald.d.l. ſi quis non dicam,*quos citat *Felin.d. tract.*verſ. *fallit* 4 Limita octavo ubi conatus alicuius rei prohibitæ, etiãſi habuiſſet effectũ nemini nocuiſſet,ex ijs,quę notat *Gloſſa penul.in c.quanto de iurè iur.* Limita nono in ſtatutis punientibus delictũ, ſemper enim intelliguntur de conſũmatis.*Felin.* verſ. *fallit.* 8. Limita decimo in actione legis Aquiliæ,ubi plus cõſideratur factum,quàm animus,*Afflict. cit.loco,n.*5.

4 Secunda concluſio ſit. De cõſuetudine generali,quæ ſervatur in toto mundo,hodie conatus nõ punitur eo mõdo,ac ſi ſequeretur effectus. *Iaſ in l.*1.§. *Hæc autẽ verba, num.*17. *& ibi Alex.num.* 7. *ff. quodqui ſq; iuris. Hyppol. d.conſ.* 105. *num.*29. *Gom.d. cap.* 3.*num.*30.*Iul.Clar.d quæſt.*92.

in principio; quam concluſionem ampliabis, ut procedat etiam in delictis atrocibus, & enormibus. *Afflict.* citato loco *num.5. Iul. Clar. num2.* qui tanquam veriorem, & æquiorem opinionem, hanc ampliationem approbat.

5 In textu, ibi, Alienus exiſtat à regula. Quamvis hæc verba importare videantur irregularitatem. Reſolve tamen cum *Suario. de cenſur.diſp. 40. ſectione.8.n. 7.* revera nõ ſignificare diſtinctam pœnam à depoſitione, quæ in illis verbis ſignificatur ibi. *Deijciatur à clero.*

CAP. Omnes. III.

SVMMARIVM.

1 *An licitum ſit mori pro honore temporali?*
2 *An pœnitentia momentanea ſufficiat pro peccatis multorum annorum?*

1 IN principio textus, ibi, Pro temporali gloria. Dic cum *Navarr. in cap. inter verba, 11. quæſt.3.concluſione 4.num. 25.* quòd pro virtute moriendum eſt, & non pro honore, qui virtuti debetur, & ita quòd dicta illorũ, qui docent potius eligendam eſſe mortem, quàm turpem, & ignominioſam vitam, intelligenda eſſe, ut ſignificent potius vitandum vitium, & peccatum à quo oritur infamia, & turpitudo, quàm ſit vitanda mors honeſta, quę iuſtè, ac glorioſe ſubitur, cum quo alia videbis, qui noſtri textus meminit, ubi etiam concludit illud commune dictum: *Moriendum eſt pro honore:* communem errorem eſſe, quia opetere mortem pro honore non eſt fortitudo vera, ſed falſa. Cæterum bene poterit quis pro tutando privato honore vitã profundere, & ea agere ex quibus certiſsimam mortem ſperare poterit, adi *Leſſium lib.2.de iuſt. cap.9.dub.6.n.32.* An verò pro tutãdo honore liceat duellum acceptare? vide *Filliuctium tom.2. tractat.29. cap. 8. à num.* 147. cum quo reſolve probabile eſſe licere, probabilius non licere. An verò pro tutando honore temporali liceat occidere invaſorem? Reſolve affirmativè cũ *Leſſio lib. 2. de Iuſt. cap.9.dub.12.num.77.*

2 In Gloſſa, verbo. Amplius, ibi, quod tãdiu debeat pœnitere. Reſolve actum contritionis momentaneum ſufficere pro peccatis multorum annorum, & non indigere temporali duratione. *D. Tho. 3.p. q.89 art.2.& 1.2.q. 113. art.5. Gabriel in 4.diſt.14. q.1.art.2. concluſione 5. Sottus in 4.diſt.17.q.2.art.4. Medina tract.1. de pœnitentia quæſt.5.ad fin. Vega lib. 13.in Trident.cap.21.* quos citat *Suarius. 4. tom. de pœnitentia quæſt. 85.ſect.5.art.1.num.4.* quem vide *num.7.* & ſequentibus.

CAP. De Petro. IV.

SVMMARIVM.

1 *An Iudex ex officio poſsit inquirere de crimine, & nu.2. & 3.4. & 5.*
6 *An doctor, ſeu licentiatus in receptione beneficij, ſeu ordinũ, & ad audiẽdas confeſsiones ſit examinandus.*

IN textu, ibi, Perveniſſe, iũcta Gloſſa. Supponendo igitur, quod inquiſitio alia dicitur generaliſsima, per *textũ in c.ſicut olim de accuſat, c.Romana de cenſibus lib.6.* quando fit ex mero officio ſuperioris, ſcilicet Papæ in generali cõcilio, Patriarchæ, ſeu Metropolitani in prouinciali, Epiſcopi in ſynodo ſuper ſtatu ſui Archiepiſcopatus, ſeu diœceſis; alia dicitur generalis, quoad delicta, & quoad perſonas, ut cum præſes inquirit qui ſunt homines in ſuo territorio facinoroſi, vel pœna digni iuxta *textum in l. congruit ff. de officio præſidis*, vel generalis quoad perſonas delinquentes, ſpecialis tamen quoad delicta, ut cum præſes inquirit contra eos, qui Titium occiderunt iuxta *textũ in l.3. §.Si tibi iudicium, ff.condit, ob turpem*, ſeu generalis quoad delicta, ſpecialis quoa d perſonas, ut eſt inquiſitio, quam facit viſitator in eccleſia ad inveſtigandum, & puniendũ crimen per aliquẽ illorum cõmiſsum iuxta *textum in cap. inquiſitionis, de accuſat*, ſeu eſt ſpecialis quoad delictum, & generalis contra perſonas de civitate, ut cum inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam vniverſitatem, vel civitatem, & homines ipſius, iuxta *textum in l.1. ff quod cuiuſque*, & quòd alia dicitur ſpecialis quoad perſonas, & quoad delicta, ut cum de certo, & limitato delicto præſes inquirit cõtra limitatam, & certam perſonã iuxta *textum in l.ea quidem, C. accuſat.l.2.§. ſi publico ff. ad l.Iul.de adulter.* de quibus, vide *Præpoſ. in cap.de accuſat. 2.q.8. à num.39.* & ſequentibus. 1

Supponendo ſecundò quòd inquiſitio ſpecialis ſit uno de tribus modis. Primó, ad effectum puniendi crimen pro utilitate publica, ut quando iudex de ſe inquirit contra aliquem ſine querela, & denũtiatione alicuius. Secũdo quãdo ad querelã alicuius, ut quando offenſus non vult facere partem in iudicio per viam accuſationis, ſed ſolùm exponit querelam iudici & ſolicitat curiam ad inquirendum. 2

Tertiò

Tertiò ad denuntiationem alicuius officialis nulla alia fama præcedēte, & quòd vltra hos tres modos etiam fit inquisitio civiliter. Quartò ad vtilitatem ecclesiæ, vt quando iudex ecclesiasticus inquirit de qualitate, & idoneitate personæ eligendæ, ordinandæ, & confirmandæ iuxta *textum in cap. cum nobis, de elect.* citatum à nostra Glossa. Quintò quando Prælatus visitat ecclesiam de moribus, & idoneitate clericorum, ad correctionem, & pœnitentiam imponendam; non autem ad effectum puniendi iuxta *textum* & ibi. *Dominic. in cap. consuetudinem, 1. §. fane, de consuetud. lib. 6.* Sexto quando fit de bonis vacantibus fisco devolutis, in qua inquisitione si contradictor apparet, audietur in suis defensionibus, data copia suæ inquisitionis, aliàs bona fiscò applicantur iuxta *textum in l. si vacantia,* & ibi. *Lucas de Pena Cod. bonis vacant. lib. 10. Marant. de ordine iudiciorum 6. p.* in principio, *num.* 12.

3 Supponendo tertiò quod iudex tunc poterit procedere, seu inquirere ex officio, specialiter contra aliquem, quando aliquod præambulum legitimum præcedat, quod aperiat ipsi viam ad procedendum, scilicet si præcedat infamatio, vel aliqua indicia, iuxta ea, quæ *Angel. in tractat. de malefic.* verbo. *Quod fama pública, num. 2. & 6.* cum sequentibus. *Iul. Clar. quæstione 6. numer. 1.* seù aliquod aliud de illis novem, quæ enumerat *Præposit.* citato loco, *à num. 54. vsque ad num. 74.* & quod vt valeat talis inquisitio sint necessaria quinque requisita, de quibus *Angel,* citato loco, verbo, *Hæc est quædam inquisitio, num. 50.* vel octo, secundum *Marant. dicta 6. part. numer. 16.* cum sequentibus. His suppositis loquendo de tertia specie inquisitionis specialis quoad personam, & quoad delictum.

4 Sit prima conclusio. Inquisitio, attento iure civili, prohibita est, iuxta illam regulam quòd *nemo sine accusatione damnatur l. rescripto, 6. §. Si quis in 2. ff. de muneribus, & honoribus. Præpsit.* citato loco, *num. 42. Lucas de Pena d. l si vacantia,* folio mihi. 15. vers. *& nota hic casum, Afflict. in Const. Neapol. lib. 1. Rubr. de inquisitione faciendā, num. 13. Angel. de malefic.* Verbo. *Hæc est quædam inquisitio, num. 12. Gandinus in eodem tractatu Rubr. quomodo de malefic. cognoscatur per inquisitionem, num. 6. Bart. in Authent. de collat. §. iubemus, num. 1. Hippol. cons. 110. num. 17. lib. 2. Gom. 3. tom. cap. 1. num. 49. Marant.* citato loco, *numer. 6.* Limita primò conclusionem in crimine lœsæ Maiestatis. Secundò quando Rex mandat inquiri. Tertiò in criminibus notorijs. Quartò in manifestis, & famosis latronibus, & itinerum aggressoribus, & in publicis homicidis fugientibus, vel latitantibus. Quintò contra socios, rei, his enim potest iudex inquirere: *Afflict.* citato loco, *num. 13.* in fine, & si velis alias limitationes, vide *Lucam de Pena in dicta l. si vacantia,* vers. *& nota hunc casum,* ubi enumerat plusquam 22. casus, quibus iudex potest inquirere, *Angel. dicto numer. 12.* enumerat sex. *Gandinus in Rubr. Quid sit accusatio, numer. 3.* enumerat 17. & plures *Marant.* citato loco *à numer. 106.* enumerat 64. *Gom. d. n. 94.* enumerat octo.

Sit secunda conclusio. Attento iure Canonico inquisitio est permissa in omni crimine, 5
Gandin. d. Rubr. Quomodo de malefic. cognoscatur, num. 5. in fine. Iul. Clar. quæstione 3. numer. 3. in fine. Tertia sit conclusio. Hodie de consuetudine etiam attento iure civili, in quocumque casu permissum est iudici procedere ex officio, & sic per inquisitionem. *Gandin. d. Rubr. Quomodo, num. 6. ad medium. Præpos. dicto cap. de accusat. n. 42.* vers. 4. *in charta, Angel.* citato loco, *numer. 48. Gom. dicto num. 49.* vers. 3. & similiter *Iul. Clar. d. quæst. 3. num. 6.*

In textu, ibi, Ignota. Affirmativè 6 resolve doctorem, sive licentiatum non esse iterum examinandum ad collationem beneficij, & ordinis receptionem, & ad confessiones audiendas. *Abb. in cap. constitutis in 2. num. 4.* ubi *Decius num. 7. de appellat. Petrus de Stael in tract. de doctor. 4. part. quæstione 28. &* alij, quos citat. *Zevall. in suis comman. quæstione 302. num. 14.* tradit post alios *Cenedus collect. 15. ad Decretum, numer. 3.* Attamen circa confessionum auditiones, adverte quòd quamuis Doctor sit examinatus, & sit idoneus ad illas audiēdas, requiritur tamen ordinarij licentia, aliàs non poterit confessiones audire. *Zavall. dicto loco in fine quæst.* & vide *Fr. Emmanuel Reder. in explicat. bullæ Cruciat. §. 9. dub. 2. Petrus Ledesm. in summa tractat. de pœnit. cap. 12.* vers. *Otra duda* fol. mihi. 254. & quæ notavi *in tractatu de iubileo cap. 8. num. 6.* idem limitabis in examinatione beneficij curati, ex *Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 15. de reformat.* An autem scholaris peritus, quātumcumque nota sit eius peritia, possit doctorari sine sequenti examine, vide post alios *Cenedum dicto loco, num. 8.* adde posita *ad cap. nullus, num. 3. 24. distinctione.*

CAP. Siquis. V.

SVMMARIVM.

1 *Quando, & vbi celebratum fuit Concilium Eliberitanum?*

2 *An clericus usurarius possit, & debeat degradari sine eo, quod aliud præcedat?*

1 IN textu, in ſuperſcriptione, ibi, Ex Concilio Eliberitano. Concilium Eliberitanum in Hiſpania celebratum fuit, circa Sylveſtri Papæ 1. & Nicæni Concilij tempora, in quo intervenerunt Epiſcopi 19. multa ſtatuentes in illo de quibus *Carran. in ſua ſumma* fol. mihi. 34. refert Canones 81. ubi vide.

2 In textu, ibi, Placuit degradari. Vide *Salzed. ad Bernard. cap.* 88. *aliàs.* 92. *numer.* 2. ubi concludit cum *Hoſtiens.* clericum vſurarium non eſſe degradandum, niſi quando fuerit incorrigibilis in hoc crimine, & ita quòd iudices primò debent incipere à ſuſpenſione, & poſtea procedere ad degradationem, ſe clerico non corrigente, & ita intelligũt textum hunc. Vide poſita ad *cap.* 1. *num.* 1. *hac eadem diſt.*

CAP. Virum catholicum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quid importet dictio*, præcipuè, *ſeu* præſertim.
2 *Cupidus deviat à veritate.*

1 IN textu, ibi, Præcipuè. Dictio hæc, *præcipuè, & præſertim* idem ſunt, hoc eſt ante alia, ſecundum *Abb. in cap. tum. ex litteris, numer.* 7. *de in integr. reſtitut.* & ita reſolve, quòd prædicta dictio *præcipuè*, ſeu *præſertim* ſumitur multis modis; aliquando enim ſumitur pro *maximè*, ſecundum *Abb. d num.* 7. *& in cap.* 1. *n.* 15. *de except.* & ſic ponitur comparativè. *Calderin. conſ.* 3. *de verbor. ſignificat. Abb. cap. per tuas, num.* 6. *de ſimon.* Ponitur etiam aliquando, ut denotet idem in caſu contrario; idem. *Abb. in cap. Diſcretionem, nu.* 9. *de eo qui cognovit, & in cap. veniens, n.* 21. *de præſcript. & in cap. directa, num.* 5. *de appellat.* & ita ſumitur pro *maximè*, ut ſupra *Calderin. d. num.* 3. idem *Abb. in cap. Cum voluntate, num.* 6. *de ſententia excommun. cap. præterea, num.* 4. *de cenſibus.* Ponitur etiam aliquando pro *tantum Abb in cap. licet, n.* 12. *de foro compet, & in d. cap.* 1. *n.* 15. *& in d. cap. præterea, nu.* 4. *Calderin.* citato loco.

2 In Gloſſa, verbo, Mens. Docet Gloſſ. quòd cupidus deviat à veritate, vide *textum in cap Dilectiſſimi*, 8. q. 2. ſed brevem in præſenti poſsidet fructum, & poſtea æternum incurrit ſupplicium, *cap. Cum ordinaretur, cap. cit.* 1. q. 1.

CAP. Bonorum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Exempla non reſtringunt regulam.*
2 *Cupiditas pro avaritia ſumitur.*

1 IN textu, ibi, Cupiditatem. *Præpoſ. hic num.* 1. tenet quod cupiditas ponitur exempli gratia, & quòd textus intelligitur in quocumque alio peccato; & ſic nota quod exemplum non reſtringit regulã, *textus in capit.* 1. *ne cleric. vel monach. l. damni, §. Sabini, ff. de damno infecto*, & ibi *Bart. nu.* 1. *Abb. in cap. inquiſitionis, n.* 5. *de accuſat. Iaſ. in l. nulli, n.* 9. *C. de iudic. Alex. in l. inter pares, nu.* 3. *ff. de re iud.*

Ibi, Malorum radix eſt. Licèt verbum *cupiditas* ſolum malam, & inordinatã ſignificet, *cap. quia radix de pœnitent. diſt.* 2. interdũ tamen ſolũ moderatã, iuxta illud Apoſtoli, ad Rom. 15. *Cupiditatẽ habens veniendi ad vos.* In præſenti tamẽ pro cupiditate immoderata bonorũ pecuniariorũ, hoc eſt, pro avaritia ſumitur, ut docet *Navarr. in cap. Ita quorumdam, de iudic. notab.* 2. *num.* 1. *&* 2. quem latè videbis.

CAP. Sicut ij. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Cenedus noſtri textus meminit.*
2 *An dare eleemoſynam de ſuperfluo ſit de neceſsitate præcepti? & n.* 3.
4 *An avaritia ſit ſemper peccatum mortale?*
5 *An liceat alicui rem quaſi propriam poſsidere?*
6 *Paulus Fuſchus noſtri textus meminit.*
7 *Domeſtici qui dicantur.*
8 *An extrema neceſsitas faciat omnia communia?*
9 *Magis delinquit qui aufert, quam qui non dat.*
10 *An eleemoſyna poſsit per actionẽ peti?*

3 IN textu. Eleemoſyna an ſit in præcepto, & an dives poſsit compelli à iudice eccleſiaſtico, ut eleemoſynam det pauperibus, & multa alia ad hunc textum pertinentia, vide per illos, quos laborioſè citat *Cened. part.* 1. *collectan.* 27. *Medina in cõdice de eleeſyna q.* 3. *Reginaldus lib.* 4. *num.* 244. doctè probãtes dari

dari tum divinum, tum naturale, tum etiam Eccleſiaſticum præceptum largiendi eleemoſynam temporalem.

2 In textu, ibi, Indigentibus denegare. Vltra ea, quæ notavi in *cap. Non cogantur num.* 4. *diſt.* 41. *& in cap. Quieſcamus.* 2. *diſtinct.* 42. *& in cap. triagenera diſt.* 45. *numer.* 2. Primò ſuppone quatuor caſus circa neceſsitatem ex parte dantis, ſeu largientis & ex parte petentis eleemoſynam. Primus eſt quãdo datur neceſsitas naturæ v. g. Si perſona, quæ datura eſt eleemoſynam, indiget pro ſe ipſa, vel pro ſuæ familiæ cõſervatione vel ad nunc, vel ad poſterum, præcipuè ſi non habet redditus, vel aliquod certum, ad quod in poſterum poſsit habere recurſum. Secundus quando datur neceſsitas perſonæ. v. g. Si quis nullo modo poteſt ſui ſtatus decentiam, & dignitatẽ conſervare, ſine eo, quod poſsidet. Tertius caſus eſt quando datur neceſsitas extrema ex parte petentis eleemoſynam: v. g. Si quis ita indiget aliquo, ut ſine illo, nullo modo ſuſtentari poſsit. Quartus caſus eſt in neceſsitate nõ extrema, ſcilicet ſi quis indiget aliquo, quo poteſt ei provideri per aliam viam. v. g. Si ipſe poteſt procurare, vel aliàs alius debet, & vult ei providere.

3 Secundo ſuppone ſuperfluum poſſe dupliciter conſiderari. Primò reſpectu neceſsitatis naturæ, de qua in primo caſu. Secundo reſpect i perſonæ, de qua in ſecundo caſu. His ſuppoſitis ſit prima concluſio. Peccatum mortale eſt non dare exiſtenti in extrema neceſsitate ſuperfluum ſtatus ſui, tàm ratione neceſsitatis naturæ, quàm perſonæ, ut in primo, & ſecundo caſu. Secunda concluſio ſit, extra caſum neceſsitatis extremæ, non eſt peccatum mortale non dare eleemoſynam de ſuperfluo, tàm ratione indigentiæ propriæ perſonæ, & familiæ, qnàm conſervationis ſtatus, & dignitatis; de materia vide *Tolet. lib.* 8. *ſum. cap.* 32. *& cap.* 35. ubi tractat de neceſsitate gravi, vide etiam *Abb. cap. Si quis, n.* 7. *de furt. Caietan.* 2. 2. *q.* 118. *art.* 3. *Suar. de Charit. diſp.* 7. *ſect.* 1. *præſertim, n.* 8.

4 In textu, ibi, Mens avari. Suppo-nendo quòd avaritia eſt appetitus divitiarum voluntarius, & immoderatus iuxta *Tolet. in ſum. lib.* 5. *cap.* 71. *n.* 1. vel eſt amor immoderatus habendi, ſecundum eundem *Tolet. lib.* 8. *c.* 24. Reſolve quod non ſemper avaritia eſt peccatum mortale; ſolum enim tale reputabitur, quando quis propter divitias conſequendas, vel retinendas, paratus fuerit violare aliquod præceptum obligans ſub mortali. *Leſſius de iuſt. & iure. lib.* 2. *cap.* 47. *dub.* 8. *num.* 61. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 118. *art.* 4. Vnde infertur quòd appetitus contra iuſtitiã eſt peccatum mortale. v. g. Quando quis alie-na appetit illicito modo habere, vel habita retinere, ut per furtum, vel rapinam, &c. Vel quando vult habere, quod ipſi non poteſt dari, velut Epiſcopatum, beneficium, ſeu officium cum ſit indignus, hoc enim eſt contra iuſtitiã, & tunc in hoc peccat avaritia. Infertur etiam quód appetitus contra charitatem eſt peccatũ mortale. v. g. Quando homo ita ſuis rebus afficitur, ut eas præferat diuino præcepto, & eſt paratus eas retinere, quamvis præceptum dilectionis proximi non ſervetur, nõ ſuccurrẽdo ei in extrema neceſsitate, tunc talis appetitus eſt peccatum mortale, quia eſt contra charitatem *Tolet. in ſum. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 3. vide etiam *Navarr. in ſumma. cap.* 23. *n.* 72. Remedia contra avaritiam habes apud *Reginaldum lib.* 7. *n.* 64. quo loco idem auctor aſſerit, avaritiam eſſe eleemoſynæ adverſatricem; ideoque hominibus auaris nullã eſſe ſalubriorem pœnitentiam in confeſsionibus iniungendam, quàm ut pauperibus frequentes eleemoſynas velint erogare.

In verſ. Proprium. Ponderat *D. Th.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 2. *in* 5 3. *argumento*, ad illam quæſtionem. *Vtrum liceat alicui rem aliquam quaſi propriam poſsidere?* & affirmative reſolvit, & ad noſtrum textum reſpondet, quod *Ambroſius* loquitur de proprietate rerum, quantum ad vſum, non autem quoad poteſtatem procurandi, & diſpenſandi. Adde *Sarmiento de redditibus* 1. *p. c.* 1. *nu.* 20. ad fin. cũ quo etiam intellige *noſtrum textum.*

In §. Neceſſe eſt. *Paulũ Fuſch. de viſitat. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 17.

In eodem, §. ibi. à domeſticis iuncta Gloſſa. Vide *Gloſſam magnã* 3. *q.* 5. 6 *in ſum.* ubi declarat qui dicantur domeſtici, & ibi, *Præpoſ. n.* 1. ubi ait quod domeſticus poteſt ſumi propriè, & impropriè; propriè pro illo, qui quaſi inſervit domui, cui poteſt imperari; impropriè verò pro omni, qui in domo habitat cũ aliquo. *Luc. de Pen. in Rub. C. domeſt. & protect. lib.* 12. tenet quòd propriè domeſtici dicuntur qui in una domo converſantur, & *in l.* 1. *C. de numer. & honor. lib.* 10. verbo, *eadẽ domo*, reſolvit quód omnes illi dicuntur domeſtici, qui in eàdem converſantur, & quód etiã dici poteſt domeſticus vnus familiaris amicus & omnes propinqui, & qui ſimul habitãt, vide laté *Specul. de teſte*, §. 2. *opponitur, n.* 12. *Abb. in c. in litteris, n.* 5. *de teſtibus*, & ibi melius *Felin. nu.* 1. *Domin. in cap. fin. n.* 8. *circa med. de verbor. ſignificat. in* 6. *Bart. in l. etiam, nn.* 1. *C. de teſtibus.*

In Gloſſa, verbo, Commune. 7 Exponit Gloſſa verbum illud *Cõmune* hoc eſt *communicandum tempore neceſsitatis*, ſequitur. *Navar. in cap. Quieſcamus, num.* 27. inferens parum caute dicere illos, qui aiunt per neceſsitatem

extremam fieri omnia communia, poſſeque extreme indigentes capere illa, tanquam ſua, neque ob id ad reſtitutionem teneri, etiamſi alibi habeant vnde id faciant, vel ſi perveneriut ad pinguiorem fortunam, moti ex noſtro *textu*, & ex illa ratione quòd *neceſsitas facit omnia communia*, ut eſt *textus in cap. ſicut, de conſecrat. diſt. 1. & in l. 2. §. Cum in eàdem, ff. ad l. Rodiam, de iactu.* ſed reſpondet *Navar.* illa iura id nō probare, ſed tantum dicere res propter neceſsitatem eſſe communicandas. Cum *Navar.* ſentit. *Covarr. regula peccatum 2. p. §. 1. num. 3. & 4. Tolet. lib. 5. cap. 24. §. ult. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 16. dub. 1. num. 8.* & plures apud *Azor. tom. 3. c. 39. Navar.* iterum *in manuali cap. 17. num. 61. & 62.* qui locuntur de re quæ omnino conſumpta eſt in ipſa extrema neceſsitate. Cæterum in eiſdem terminis probabilis etiam valde eſt, & tuto ſequi poteſt contraria opinio, nimirum capiētem, & conſumentem res in extrema neceſsitate non teneri ad illarum reſtitutionem, etiam in pinguiori fortuna. *Ita Sylveſter*, verbo, *Reſtitutio, 5. quæſt. 2. Sotto lib. 4. q. 7. art. 1. Aragon. Salon. Navarr. Valent.* & plures alij quos citant, & ſecuntur *Sayrus in Clavi lib. 10. tract. 5. cap. 6. num. 12. Azor. p. 2. lib. 12. cap. 8. quæſt. 7. & cap. 9. quæſtione 1. & part. 3. lib. 4. cap. 39.* Quæres an hæc doctrina huius ultimæ opinionis tuto etiam ſequi poſsit, quando quis in extrema neceſsitate rē conſumpſit, quam antea peccaminoſe à domino abſtulerat v. g. per furtum? Reſpondet *Scot. diſt. 15. quæſt. 2. §. Ad argumenta. Richard. Paludanus & Sylveſter*, verbo, *Reſtitutio, 5.* qui hos citat, hunc teneri rem ita conſumptam reſtituere; ita etiam probabilius iudicant, *Leſſ lib. 2. de iuſt. cap. 16. dub. 1. num. 6. Filliuc. tom. 2. tract. 32. cap. 5. num. 141.* Ego contrarium iudicarem cum *Petro Navarra de reſtitut. lib. 4. cap. 4. n. 24.* & alijs quos tacito nomine refert *Leſsius* ubi proximè dicens hanc opinionem eſſe probabilem. Moveor quia extrema neceſsitas in qua rem illam conſumpſi, conſumit, etiam illam obligationem reſtituendi talem rē, quæ mihi taliter conſumenti licitè applicatur. Lege *Filliucium tom. 2. tract. 32. c. 5. num. 241.*

9 In Gloſſa, verbo, Minus. Docet Gloſſ. graviùs peccare qui aufert, quàm qui non dat pauperi; ſed forſitan aliquando plus poſſet peccare dives, qui pauperi in extrema neceſsitate famis conſtituto eleemoſynam negat; quàm pauper, qui diviti quidquam furto rapuerit: comprobat vtrumque *Tiraquel. de pœnis, cap. 44. numer. 67.* qui noſtræ Gloſſæ meminit.

10 In textu, & Gloſſa, verbo, eſurientiū, ibi, Non directo iudicio. Reſolve negativé, ſolū enim poteſt implorari officium iudicis via denuntiationis. *Domin. hîc, Præpoſit. num. 4. Abb. in cap. novit, num. 37. de iudic. littera B. Felin. in cap. 1. n. 3. de officio iud.* allegans. *Annav. Butr. Roman.* & alios, vide etiam *Navar. in Manual. cap. 23. num. 73.* qui noſtram *Gloſſam* cōmendat. *Abb. in cap. Si quis ad finem, de furtis. Sylveſter*, verbo, *eleemoſyna, quæſt. 6. Covar. lib. 3. variar. cap. 14. num. 5. in principio, Morla in Emporio iuris ſub titulo de legibus, q. 13. nu. 8. Leſsium lib. 2. de Iuſt. cap. 12. dub. 12. num. 75.* docentes poſſe diuites per iudicis officium ad eleemoſynam cogi, eadem habent *Tiraquel. de nobilit. cap. 29. nu. 46. Sarmiento de reddititibus 3. part. cap. 4 num. 2.* Adde poſita *ad cap. Domino 28. infra diſtinctione 50. num. 3.*

CAP. Quantumlibet. IX.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum an comprehendat fœmininum?*
2 *Quid importet hæc dictio*, difficile?
3 *An per ingreſſum Religionis tollatur irregularitas?*

IN textu, ibi, Inter octo homines. Ergo nomen maſculini generis comprehendit fœmininū, ut exponit *Gloſſa* 1. in præſenti, & docet *Bart. in l. 1. ff. de pecul.* cum quo Doctores ſolent pertranſire, telle *Aretino, comm. 39. Socin. Iunior. conſ. 10. num. 14. vol. 1. & conſ. 5. num. 8.* per *textū in l. 1. ff. de verborum ſignificat. & in l. ſi ita ſcriptum ff. de legat. 2.* quod tamen limitabis in ſtatutis exorbitantibus, & odioſis, ut per eundem *Socin. conſ. 1. num. 107. & conſ. 10 num. 9. & conſ. 23. nu. 43. Alex. con. 24. Animadverſis his, col. 1. vol. 2. & probatur in l. 1. §. 1. verſ. Quarto, ff. de ventre in poſſeſ. mittend.* 1

In textu, ibi, Difficile. Dictio hæc ſumitur propriè, & improprié, ſecundum *Abb. in capit. Cum ſint, numer. 9. de decimis.* Quando ſumitur propriè, importat difficultatem, ſicut dictio, *Vix, textus in cap. 2. de cognat. ſpirit. lib. 6.* & ibi. *Dominic. numer. 5.* in fine. Quando ſumitur improprie, importat impoſsibilitatem. *Abb. d. loco, & Archidiac. in d. cap. 2. num. 1.* ubi *reſolvit.* per *textum in l. vlt. ff. aſsign. lib l. alienationis circa principium, ff. de verborum ſignificat. l. ſi mater, ff. legat. 3.* quòd quando dictio, *vix*, idem eſt, ac *difficile* ponitur in perpetuó, & abſolutè prohibitis 2

hibitis. Idem importet quod *nunquam, impoſsibile, nullo modo*, vide etiam *Præpoſitum hic, nu.2.*

3 In Gloſſa ult. ibi, Per monachatum regularis fiat. Docet Gloſſa per ingreſſum religionis tolli irregularitatem de quo vide. *Abb. in cap. ex litterarum, num.5. de apoſtat. & in cap. cum deputati, num.5. de iudic.* & ibi *Felin.nu.2. eundem Abb. in cap. teſtimonium num. 13. de teſtibus Covar.in Clement. Si furioſus 1.p. §.2. num.6. Navarr.in Manual. cap. 27. num.201. Sà*, verbo, *irregularitas num. 9. Tolet.in ſum. lib. 1. cap. 58.num.8. Ægid. de Coninck. de Sacram. diſp. 8. de irregularit. dubio. 12. in principio.* Ex quorum mente ſit prima concluſio. Irregularitas proveniens ex delicto proprio nõ tollitur per ingreſſum religionis: quam concluſionem limita in temporalibus; nam in his per ingreſſum religionis tollitur illa macula irregularitatis, ut ſcilicet ſi quis propter illam non poterat eſſe teſtis, ſeu non poterat admitti ad iudicium, per ingreſſum religionis poteſt eſſe teſtis, & ad iudicium admitti. Secunda concluſio ſit, quãdo irregularitas provenit ex delicto alterius, tollitur per ingreſſũ religionis, quod intelligendum eſt de ingreſſu religionis cũ effectu, ſcilicet per profeſsionem ſecundum *Felin. dicto cap. cum deputati, num. 2.* vide etiam *Præpoſit. in ſum. diſtinct. 56. num. 2.* ubi de materia aliquas, quæſtiones utiles invenies. An verò tollatur per tria vota ſimplicia quæ religioſi Societatis Ieſu concipiunt ex acto biennio tyrocinij, vocant ipſi, vota ſcholaſticorum, dicam alibi, interim vide *Sanch. tom. 2. decal. lib. 5. cap. 5. num.13.& 14.*

CAP. Quod ad nos. X.

SVMMARIVM.

1 *Quando per aliquem non ſtat quominus aliquid fiat, non eſt ei imputandum? & num. 2. 3.& 4.*

5 *Duæ negationes faciunt vnam affirmationem.*

1 IN Gloſſa verbo, inculpatos, ibi, Argumentum bonũ, &c. Suppono quòd conditio eſt in triplici differentia, alia namque dicitur caſualis, alia poteſtativa, alia mixta, iuxta *textum in l. unic. §. Sin autem Cod. caduc. tollend. Bart. & Alex. in l.1. Cod. inſt.& ſubſt. Gom. 1. tom.cap.12. num. 60. Mantica de coniectur.lib.10. tit.5. num. 3.* & quod caſualis, dicitur illa, quæ pendet â viribus, & accidenti fortunæ, ut *ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Titius Conſul. factus fuerit l.2. §. Si ſub. condit. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundũ tab.* & quòd poteſtativa dicitur illa, quę ita facilis eſt, ut eius implementũ ſit in poteſtate implere debentis, ut dare Titio talem rem levem, ſcilicet aſcendere talem locum, manumittere ſervum proprium, *l. ſuus quoque, §. Puto ff. de hæred. inſtit.* & quòd mixta dicitur duobus modis. Primò quando pendet ex poteſtate gravati, & poteſtate alterius, ut quando teſtator dixerit, ſi Titium adoptaveris. Secundo quando ex poteſtate gravati, & arbitrio fortunæ, ut ſi Alexandriam iueris. *Bart. in dict.l. 1.* His ſuppoſitis diſtingue tres caſus; primum in conditione caſuali; ſecundum in conditione poteſtativa, tertium in conditione mixta.

In primo caſu ſit concluſio. Si conditio impeditur impleri per caſum, non habebitur pro impleta nec habet locum argumentum, quod hîc ſumitur á *Gloſſa*. 2 In Secundo caſu, ſit concluſio. Quando adimplere debens conditionẽ, paratus eſt adimplere, & per eum non ſtat quominus adimpleatur conditio, habetur pro impleta *l. quæ ſub conditione, §. Quoties, ff. condit. inſt.* quæ concluſio limitanda eſt caſu, quo ad implementum impeditur per tertium, cuius non intereſt adimpleri, tunc enim ipſe impediens tenebitur reſarcire damnũ, iuxta *textum in l. inde Neratius, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Si verò nõ habuerit regreſſum contra impedientem, tunc habebit etiam locum concluſio.

In tertio caſu ſit prima concluſio. Quando 3 cõditio impeditur per eum, à quo debebat adimpleri, ſeu ex cuius facto pendebat, tunc habebitur pro impleta, quia per eum non ſtat. Secunda concluſio ſit, quando conditio pendet ex facto illius, qui tenetur eam adimplere, ſi defuit per caſum contingentem in alterius perſona, & cõditio fuit appoſita in favorem adimplentis, ſeu ſumus in dubio cuius favore fuerit appoſita, habetur pro impleta.

Quarta concluſio ſit. Quando conditio ap- 4 ponitur favore alterius, & non favore adimplere debentis conditionem, vel quando favore vtriuſque, ſi impediatur, ſeu deficiat caſu contingente in alterius perſona, nõ habebitur pro impleta: de materia vltra ſupra citatos vide *Iaſ. in d.l. 1. num. 3.& 7.* & ibi *Alex. præcipue num. 4.* ubi an prędicta regula habeat locum in contractibus; vide etiam *Bart. in l. in teſtamento ſecunda, ff. condit. & demonſtr. Coſtã lib.2. ſelect.cap. 4. num.8. Molin. de primog. lib.2. cap.13. á num. 14. Din. in reg. imputari, & in reg. cum non ſtat. de regul. iuris lib.6.*

5 In Gloſſa verbo, non recedamus, ibi, Minus, & non. Reſolve quód regulariter duę negationes faciunt vnam affirmationem *textus in l. duobus 237. ff. verbor. ſignificat.* Limita tamen primo prædictam regulã, quando negationes referuntur ad diverſa, quamvis ſint in eadem oratione contenta. Secundo limita, niſi ſequatur contrarius, & abſonus intellectus, tunc enim duæ negationes non faciunt vnam affirmationem, ſed vna negatio ſtat propriè, alia ſuperabundat. Limita tertio quãdo apponuntur tres negationes, tũc enim duæ faciunt vnam affimationẽ, & tertia ſtat propriè vide *Præpoſ. hîc, num. 4. Abb. in cap. & ſi Chriſtus, num. 5. de iure iur. Bart. in l. duobus, num. 1. & in l. manifeſtè etiam, n. 1. ff. de iure iur. & in l. 1. num. 7. Cod. ſervis fugit, idem. Bart. in l. fœmina, num. 1. ff de ſenator.*

DISTINCTIO. XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An Neophitus poſsit ordinari?*

1 IN textu, ibi, Neophiti. Neophitus dicitur propriè ille, qui ex Moſayca lege, aut Mahometica, vel Ethnica nuper legem Chriſti profeſſus eſt, non verò qui ab ipſa nativitate Chriſti nomen accepit, licet deducat genus à Iudęorum gente; *Trosius de verò clerico, lib. 2. cap. 12.* qui impeditur irregularitate procedente ex defectu animæ, ne poſsit ordinari, *Felin. in cap. cum te, num. 12. de reſcript.* & ibi. *Dec. num 6. Navar. in Manual. cap. 27. nu. 205.* poſt principium latè *Couar. in Clem. Si furioſus, 1. part. §. 2. á num. 6. Fr. Emman. in ſumma capit. 159. numer. 2. Tolet. in ſum lib. 1. cap. 64. num. 14. Roman. ſing 416.* cum quibus limita concluſionem in minoribus ordinibus, poterunt enim in eis ordinari. Ex prædictis inferes., Primo filios converſorum, qui in infantia fuere baptizati poſſe ordinari, cum non reputentur Neophiti. Secundo inferes, poſſe etiam ordinari illos, qui iam ſunt à multo tẽpore veluti decem annorũ ad fidẽ converſi; hi etiam non reputantur Neophiti. Quis verò poſsit diſpenſare cum Neophitis? Vide *Covar.* citato loco, *num. 7. in fine Tolet. & fr. Emman. num. fin. Suar. de Cenſur. diſp. 44. ſect. 3. num. 5.*

CAP. Quoniam. 1.

SVMMARIVM.

1 *An neceſsitas excuſet à peccato?*
2 *Quid importet dictio,* de cætero.
3 *An crimen civiliter probatum inducat depoſitionem? & num. 4.*
5 *Quid importet dictio?* præter.
6 *Textus an inducat irregularitatem?*

IN textu, ibi, Neceſsitatem, iuncta Gloſſa. Vide *textum in cap. ſi quis.* & ibi *Abb. num. 2. de furt. & in c. quod no eſt licitũ, de reg. iuris, n. 1.* ubi neceſsitas facit licitũ quod nõ erat, & ſic excuſat à peccato; multa, quæ faciunt ad propoſitum idem *Abb. in cap. Paſtoralis. §. preterea, num. 3.* & ibi *Felin. numer. 13. ad med. de officio ordinar.* idem. *Abbas. in cap licet, num. 1. de ferijs; & additio ad eundem Abb. in dicto cap. quod non eſt,* verbo, *neceſsitas, Præpoſ. in cap. fraternitas, 12. q. 2. num. 8. Navarr. in cap. Novit, notab. 3. num. 140. de iudicijs.* latè *Tiraq. de pœnis cauſa 33. num. 3. Covar. in regul. peccatum 2. p. §. 1. n. 6. ad med.* qui noſtrę Gloſſæ meminit. 1

In textu, ibi, De cætero. *Præpoſ. hîc, n. 2.* tenet prædictam dictionem referri ad futurũ tempus, per *Gloſſam,* verbo, *de cætero in proœm. Clement.* vide etiam ſimilem *Gloſam,* verbo, *de cætero. in cap. licet Canon. de elect. in 6.* cum qua tranſit ibi *Domin. n. 7.* vide *Tuſchum tom. 2. littera. D. concluſione. 259.* 2

In textu, ibi, Coniunctus, &c. iuncta Gloſſa verbo ceſſet. Diſtingue duos caſus. Primũ quando cõſtat de crimine per viam denuntiationis, & iudex poſt denuntiationem inchoat novã inſtantiã per viã accuſationis, vel inquiſitionis. Secundum quãdo iudex non inchoat novam inſtantiam, ſed conſtat per viam denuntiationis tantum de crimine. In primo caſu ſit concluſio. Quando crimen civiliter eſt probatum, poterit committẽs crimen deponi in illis caſibus, quibus datur depoſitio. *Præpoſ. hîc num. 9.* citans *textum in cap. licet Heli, de ſimon. Archidiac, Vincent.* vide *Abb. in cap. 1. num. 1. de officio cuſtod.* & quæ *in cap. Cum ſuper, nu. 12. de conceſs & in cap. cum dilectus. n. 29. de ordin. cognit.* Vide quæ tradit *Abb. in cap. niſi clerici, num. 29 de iudicijs.* 3

In ſecundo caſu ſit. Prima concluſio. Quãdo crimen eſt notoriũ evidentia facti, poterit crimẽ- 4

criminosus puniri pœna depositionis. *textus in cap. Ecce.24.q.3.* ubi *Glossa, Abb.in d. cap. 1. num.1.* Secunda conclusio sit. Quando crimen nō est notorium, sed ex probatione iudicialiter facta de illo constat,& crimen est tale,quód criminosus efficitur ineptus ad administrādum;tūc poterit deponi, *dicto cap. 1.* & ibi. *Abb. num. 1.* Tertia conclusio sit. Quando crimen tale est quòd non impedit criminosum,peracta pœnitentia, ministrare, si criminosus est regularis repellitur, & privatur, si verò est clericus nō privabitur officio, vel beneficio, sed tantum cogatur facere pœnitentiam *cap. quemadmodū, de iur. iur.* quem citat *Præpos. hic in fin.* & vide quæ docet *Abb.in cap. super his, num.2. de accusat.*

5 In textu, ibi, Præter. Resolve cū *Abb. in cap. dudum. num. 16. de elect.* quòd dictio *præter* sequitur genus, vel annectitur rei, quæ cōprehendebatur sub præmissis, v. g. *lego omnia bona mea præter talem librum;* vel *lego libros meos, præter decretum:* talis dictio stat exclusivè, si autem adijcitūr rei,quæ non comprehendebatur sub præmissis, v. g. *Lego omnia animalia mea præter decretum* tunc stat inclusivé, vide tamen aliam resolutionem cum *Bart. in l. eum, qui §. Qui iniuriarum, num.5. ff. Si quis caut. & in l. 1. ff. pignor. act. num. 3.* vide etiam *Abb.in cap. Cum ab omni,num.5.de vita,& honest. clericor.*& an in hac dictione habeant locum, quæ per Doctores scribuntur de dictione *nisi* (de qua *Alex.in d. §. qui iniuriarum, num.* 10. & sequentibus. *Din. in reg. peccatum, numer. 1. de regul. iur. in 6.*) vide *Bart. dicto §. Qui iniuriar. num. 7.* & quód hæc dictio aliquando sumitur pro,*contra*,*Præpos.hic num. 4.*

6 In fine tex. ibi,Cesset à Clero. *Maiolus* hanc pœnam inter irregularitates connumerat,sed melius *Suarius de censuris disp. 40. sect.8.num.5.* vers.*Quarta*, affirmat hic non contineri pœnam ipso iure latam,quia verbū *præcipitabitur* de futuro est, & postulat actionē hominis; verbum autem *cesset*, est indifferens, vtitle in ipso *Concil. Nicæn. 1. Canon. 2.* clarius dicitur *deponendus est*, & sic de depositione, non verò de irregularitate debet *textus* intelligi.

CAP. Sicut. II.

SVMMARIVM.

1 *Vivaldus nostri textus meminit.*

2 *An qui noviter factus est monachus, possit, seu debeat statim eligi, in Prælatum? & num.3.*

IN textu. Vide de materia Vivaldum in Candelabro aureo de irregularitate, 2.p. *num.52.* 1

In textu, ibi, Repente in religionis,&c. Distingue duos casus. Primus est quando monachus nec tacitè,nec expressè professus est. Secundus quādo professus est. In primo casu sit conclusio. Monachus quamvis multo tempore stet in religione, si non est professus non poterit eligi in abbatem *cap.nullus de elect.lib.6.* ubi *Domin.num. 1.& 7.*& ibi. *Archidiac.in principio. Abb.in cap.cum causam,num.6. de electione. & in cap. quia ingredientibus, num.4.de tastam.* Limita tamen conclusionem primò in postulatione,quamvis enim nō sit expressè,nec tacitè professus,poterit postulari. *Præpos. hic num.3. Abb.d.num. 4. Domin d.cap. nullus, num 4.* Sed talis postulatio debet peti á Papa,non ab inferiore. *Domin Abb. Archidiac.& præpos.* citatis locis. Secundo limita in provisione,quæ fit per viam collationis,nam in hac poterit provideri. *Abb.d.cap. Quia. nu. 4. Præpos. hic num. 3.* Limita tertio in electiōne ād ecclesiam cathedralem regularem, nam in tali ecclesia potest eligi non professus *Abb.d.cap. cum causam, num. 6. Glossa fin. in d. cap.nullus,* cū qua tranſit. *Domin. ibi. n.7. prope fin.* 2

In secūdo casu sit prima cōclus. Monachus qui in fine anni probationis professionem expressè fecit,poterit eligi in abbatē, *textus in d.cap. nullus,* ubi *Domin. & Archidiac.n.1. Præpos. hic,n.3.*Secunda conclusio sit. Monachus professionem faciens ante elapsum annum poterit eligi,si detur vtilitas, & necessitas ecclesiæ *textus in cap. officij,*ubi *Abb. num. 5. de electione Archidiac. dicto cap. nullus, de elect. in 6. prope fin.* Tertia conclusio sit. Monachus qui in fine anni tacite professus est, non poterit eligi eo modo, quo ille qui expressè. *Domin. d. c.nullus, n. 1.Abb. d. c. cum causam,n.6.* Quarta conclusio sit. Quādo monachus professus est ante elapsum annum,& dubitatur an detur vtilitas, & necessitas ecclesiæ, vt possit eligi,tunc relinquitur arbitrio iudicantis, qui debet considerare qualitatem personarum,an sit utilitas,vel non. *Præpos. hic numer. final.* 3

DISTINCTIO. XXXXIX.

IN SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *An orationes factæ per malum ſacerdotem, eodem modo proſint, quo factæ per bonum? & num. 2. & 3.*
4 *An miſſa boni ſacerdotis, ſit melior quam mali? & num. 5.*
6 *An crimen committens poſsit ordinari poſt peractam pœnitentiam? & nu. 7. 8. & 9.*

1 IN textu, ibi, Bene vivendo, iuncta Gloſſa, verbo, Intercedentes. Controvertit Gloſſa an orationes factæ à ſacerdotibus malis proſint. Suppono primo aliquas eſſe orationes, quæ per ſe, non innitendo meritis perſonæ, ex opere operato ſuum operantur effectum, *Navar. de orat. cap. 20. num. 41.* ut eſt oratio Dominica, & omnes horæ Canonicæ. ſecundum eundem *Navarr. de orat. cap. 19. n. 59.* ob virtutem inhærentem ex inſtitutione Dei, vel ipſius eccleſiæ vniverſalis. Secundò ſuppone quòd tres ſunt ſpecies orationis: prima viva, quæ fit bene, ſivè virtuoſe, abſque vllius circunſtantiæ defectu ab eo, qui eſt in ſtatu gratiæ. Secunda mortua, virtuoſa quidē, ſive bona moraliter, facta ab exiſtenti in peccato mortali. Tertia mortifera, quæ eſt mala, ſive vitioſa, & peccatum ob defectum alicuius circunſtantiæ. *Navarr.* citato loco, *cap. 20 nu. 33.* His ſuppoſitis diſtingue duos caſus: primus eſt quando aliquis orat pro ſe, ſecundus quando orat pro alijs: in primo caſu ſit prima cōcluſio. Si orans recitat orationes, quæ habent virtutem ex opere operato, ſeu eas recitat nomine eccleſiæ, ſunt ipſi vtiles tales orationes, quamvis ſit peccator. *Navarr. d. cap. 20. nu. 41. & cap. 19. num. 59.*

2 Secunda concluſio ſit. Si orans recitat orationes, quæ non habent virtutem ex opere operato, ſed debent habere effectum, ut proſint, ex opere operantis, nihil ei proſunt, ſi non fuerit in ſtatu gratiæ. *Navar.* citato loco, *& in Manual. cap. 25. num. 79.* faciunt, quæ *Suar. 4. tom. de pœnit. diſp. 37. ſect. 2. nu 8.* quam cōcluſionem intellige quòd non proſint tali ad promerendam gratiam de iuſtitia, nec ad ſatisfaciendum de iuſtitia, cum hoc ſolum cōveniat orationi viuæ, proſunt tamē, cum ſint orationes mortuæ ad impetrādum de miſericordia. Primò quòd ob eas Deus inſpiret ipſi aliqua, quæ diſponant, & cū præparent ad conſequēdū ſuam gratiā. Secundò quòd evitet novum peccatum. Tertiò reſiſtat malis inclinationibus, & aſſuefiat bonis operibus, & alijs, quæ vide cum *Navar. d. cap. 20. n. 34. & 35.* Hanc tamē limitationem iterum ſublimita, ita ut intelligatur, quòd de miſericordia proſunt ei prædictæ orationes, quando aliquid petit ex bono deſiderio naturæ, non vero quādo orat pro ſe in quantum eſt peccator, & ſecundū deſideriū peccati, tunc enim nec ex miſericordia audietur, ſed quandoque exaudietur ad vindictam, permittente Deo peccatorem adhuc amplius ruere in peccatum, *Gloſſa*, verbo, *orationes in Clement. 1. de reliq. & veneræt. ſanctor.* verſ. *quinto Præpoſ. hic num. 1. Navarr. d. cap. 20. num. 35.* verſ. *6. concluſio.*

In ſecundo caſu ſit prima concluſio. Malus orans pro illo, qui bonus eſt, & nō eſt in peccato, conſequitur effectum ſuæ orationis, ita ut proſit illi, pro quo orat. *Præpoſ. hic* citato loco, quam cōcluſionem intellige quādo talis oratio habet virtutem ex opere operato; ſeu ſit de mandato, vel iuſſu alterius exiſtentis in bono ſtatu *Navarr. d. cap. 19. num. 61. & cap. 20. nu. 39. & 41.* Vel quando eſt publica, quæ fit nomine eccleſiæ. *Ledeſm. in ſumma de Sacramento, Euchariſtiæ. cap. 10. concluſione 9.* fol. mihi. 72. non verò quando debet haberi reſpectus ad merita operātis. *Navarr. d. n. 39.* Secunda concluſio ſit. Malus orans pro malo, ſi oratio virtutem habeat ex opere operato, illi prodeſt, quamvis vterque ſit in malo ſtatu; ſi vero debet habere meritum ex opere operantis, non poterit prodeſſe. *Præpoſ. hic num. 1. circa fin. Navarr. d. num. 60. Paulus Euſebus de viſitatione lib. 1. cap. 30. numer. 23. qui noſtri textus meminit.* Lege *Suarium de remiſſione peccatorum tom. 2. relig. lib. 1. cap. 25.*

3

4 Circa miſſas boni, & mali ſacerdotis. Diſtingue in propoſito, quatuor caſus circa valorem miſſæ; primus eſt de eius valore in quantum Sacramentum; ſecundus in quantum ſacrificium. *Ledeſma in ſumma de Sacramento Euchariſt. cap. 10. concluſione 9.* fol. mihi. 72. tertius de valore circa orationes, ſeu preces, quæ in ipſa miſſa dicuntur. *Tolet. in ſumma lib. 2. cap 8. num. 1.* quartus circa valorem ex devotione ipſius offerentis. In primo caſu dicendum eſt, quòd idem eſt valor boni quàm mali ſacerdotis, vterq, enim valdum ſacramentum efficit, *Præpoſ. cap. ſi fuerit 1. quæſtione 1. n. 2. & in cap. inter catholicam, n. 3.*

Eadem

eadem cauſa,& q. Ledeſma, citato loco. In ſecũdo caſu idem dicendum eſt, quia cum valor in ipſo ſacrificio ſit ex opere operato,nõ eſt maior in bono ſacerdote, quàm in malo. *Tolet.* citato loco, & *Ledeſm.* ubi ſupra *cap.17. concluſione* 5. fol.mihi.93.

5 In tertio caſu diſtinguendum eſt quód aut orationes, & preces ſunt ſacerdotis,ut perſonæ particularis,aut ut repreſentantis eccleſiã, in cuius nomine celebrat;ſi nomine Eccleſiæ. idem valor eſt in malo, quàm in bono, ſi verò ut particularis, tunc plus valet miſſa ſacerdotis boni, quám mali. *Tolet.* citato loco. Ratio eſt ſecundum illum, quia non tantum illi prodeſt ſed etiam alijs non ſolum ex parte precum,& orationum, quatenus nomine eccleſiæ procedunt,ſed etiam ut ſunt ab homine Dei amico,& grato. In quarto caſu dicendum eſt, quód cum valor ſacrificij accidentaliter ex devotione offerentis creſcat, & ita maiorẽ fructum, & effectum faciat iuxta ea, quæ *Ledeſm.d.c.17.concluſione 6.*melior erit miſſa ſacerdotis boni,quám mali, vide *Navarr.in Manuali, cap.25. nu.79.* Adde poſita *ad cap. ult. num.2. hac eadem diſt.*

6 In Gloſſa,verbo,Si adhuc,ibi, & quod non impeditur. Docet *Gloſ.* poſſe ordinari criminoſum, ſi pœnituit. Tu ſuppone primo quód quatuor præcipue conſideranda ſunt in reparatione clericorum, qui in criminibus lapſi ſunt. Primum quantitas criminis, vtrum ſit mediocre, maximum,& enorme,vel leve? ſecundum,qualitas ipſius, utrum occultum,vel manifeſtum? tertium,ſatisfactio, utrũ egerit pœnitentiam veram, vel ſimulatam? quartum, modus publicationis, utrùm ſit publicum per ipſam operationem,an per ſentẽtiam iudicis,vel per propriam confeſsionem? *Abb.in cap.ex litterarum,n.3.de tempor. ordin.Prepoſ. in ſum.diſt.*50.*n.*1.&2.Suppone ſecũdo quód vera pœnitentia eſt quę agitur odio criminis,cuius rei ſignũ eſt, ſi pœnitẽs in omnibus humilis appareat, & pœnitentiã iniũctam toto conamine implere ſatagit, falſa verò ſi ſimulatè, & ſuperbè,& negligenter agitur; ſi timore utilitatis, vel ambitione honoris, quod ex eo perpenditur ſi inpœnitentia pœnitentes ipſi fuerint ſegnes, & arrogantes.*Prepoſit.* citato loco, *num.*2.

7 Tertió ſuppone quód crimen enorme dicitur duobus modis. Primò quando crimen ex natura ſua cauſat irregularitatem, vel ſuſpenſionem, vel ipſo iure talis illi irregularitas,vel ſuſpenſio infligitur, ut in crimine homicidij, & illis de quibus. *Abb. in d cap. ex litterarum, num.* 3. *poſt.med.* Secundo modo quando non ex ſua natura, delicta cauſant irregularitatem,vel ſuſpenſionem, ſed ex alio capite ſũt digna tali ſuſpenſione, vel irregularitate. *Abb. in d. cap. ex litterarum, num.*1. & *cap. fin. numer.* 5. *prope fin. de tempor.ordin.& in cap. atſi clerici,nu.*34. *de iudic.* E quòd crimen mediocre eſt omne peccatum mortale. *Abb. d. num.* 3. *poſt med.* & quòd crimen minimum ſit leve, & veniale. Suppone quarto quòd crimina digna depoſitione ſunt. Primò omne delictum cum incorrigibilitate. Secundò omne delictum cum irregularitate. Tertiò omne delictum publicum,& ſcandaloſum. Quartò omne delictum diu continuatum. Quinto omne delictum habens qualitatem enormitatis,ſeu gravitatis, de quibus. *Abb.in c.niſi,n.6.de renunt.* Sextò. Quódcumq; delictum, quód in ſe habet infamiam iuris ſecundum ea, quæ tradit *Abb. in cap. atſi clerici,num.* 34.*de iudic & num.*7.*& in cap. cum non ab homine,num.*4. *eodem. tit. Felin in d. cap. atſi clerici.num.* 12. *ad med.*

His ſuppoſitis ſit prima concluſio. 8 Loquendo de vera pœnitentia,quãdo crimen eſt enorme primo modo de quo ſupra,& eſt manifeſtum, impedit ordinis executionem,& aſcenſum ad ſuperiores,etiam poſt peractam pœnitentiam, & hoc ex duabus rationibus: prima eſt natura delicti, ſecunda qualitas notorietatis. *ſecundũ Abb. d.cap. fin.num.*5. Secunda concluſio ſit, quando crimen eſt enorme primo modo de quo ſupra,& occultum omninó,criminoſus nõ prohibetur ordinari, nec adminiſtrare in ſuſceptis *Abb.d,cap.fin.n.*5. *poſt med & in cap.* 1.*num.* 1. *de corpor. vitiat.* Limita primo hanc concluſionem in homicidio, quamvis enim ſit occultũ omninò, neceſſaria erit diſpenſatio. *Abb. d.cap. ex litterarum,num.*3.verſ. *& ſi dicatur.* Limita ſecundo concluſionem in ſimonia, quæ committitur in ordine, *Abb.* ubi proxime, *& in cap.inquiſitionis, num.* 3. *de accuſat.* Tertia concluſio ſit,in crimine enormi, primo modo, & occulto,prout diſtinguitur cõtra notorium, etiam peracta pœnitentia,non poterit miniſtrare. *Abb. d.nu.*5. *& d.num.* 3. *poſt med.*

Quarta concluſio ſit in crimine enormi, 9
ſecundo modo de quo ſupra. Si eſt occultum, criminoſus, poſt peractam pœnitentiam non impeditur in ordinibus ſuſceptis, ſed ſuſcipiendis. *Abb.d.num.*5. & 3. Quinta concluſio ſit in crimine enormi, ſecundo modo de quo ſupra quando eſt manifeſtum, criminoſus repellitur ab ordinibus tàm ſuſceptis,quám ſuſcipiendis,etiã peracta pœnitentia *Abb.* ubi proxime. Sexta concluſio ſit. Quando crimen mediocre eſt notorium iuris, & facti,non poteſt criminoſus adminiſtrare in ſuſceptis, etiã peracta pœnitentia, nec aſcẽdere ad maiores; quamvis enim tale crimen de ſui natura non cauſet

cauſet irregularitatem, cauſat eam ex accidenti propter notorietatem, & ſic propter ſcãdalũ *Abb. d. num. 3. circa fin. & d. num. 5.* Septima concluſio ſit. Quando crimen mediocre eſt occultum omninò, criminoſus poterit ordinari, *Abb.* ubi proximè. Octava concluſio ſit. Quando crimen mediocre eſt occultum non omninò, ſed pro ut diſtinguitur contra notoriũ, & ſic eſt probabile, poterit criminoſus, peracta pœnitentia miniſtrare *Abb. d. num. 3. in fin.* Quæ omnia ſupra dicta intellige quoad forum exteriorem, circa interiorem diſcurre cum *Abb.* citato *cap. ex litterarum à principio.*

CAP. Hinc etenim. I.

SVMMARIVM.

1 *Quis ſint defectus corporis impedientes ordinum ſuſceptionem? & numer. 2.*
3 *Quis poſsit diſpenſare in hoc defectu.*
4 *Infirmitas dupliciter intelligitur.*
5 *Paulus Fuſchus noſtri textus meminit.*
6 *Dictio* alius *quid importet?*

1 IN textu. Vide *Navarr. in Manuali cap. 27. nu. 201. & de horis Canonicis cap. 19. concluſione 4. num. 60. Covarr. in Clem. ſi furioſus 1. p. in principio. num. 5. Campanile diuers. iur. Canon Rubr. 11. cap. 17. in principio. Tiraq. l. 2. connubial. Gloſſa 1. p. 2. num. 59 hunc textum notantes* in materia irregularitatis: Adde *Suar. de cenſur. diſput. 51. ſect. 2. num. 14.* & ſequentibus. *Cardoſ. in praxi*, verbo, *irregularitas à num. 23.* Sâ verbo, *irregularitas ex corporis vitio ſeu defectu Aphoriſmo. 1.* & ſequentibus. *Fr. Emman. Rodri. in ſum. 1. p. cap. 158. à num. 1. Ægid. Coninck. de Sacram. diſp. 18. de irregular. dub. 13. Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 63. à principio.* Ex quibus reſolve quòd omnis defectus corporis impediens exercere alicuius ordinis functionem, facit talem impeditum irregularem reſpectu illius ordinis, quem non poteſt exercere, & ita in promoto impedit exercitium, & in alijs, quòd non poſſint promoveri; quód intellige non ſolum quando abſoluté eſt impeditus, ſed etiam in caſu, quo detur periculum, ſeu ſcandalum, ſi promoveatur, ſeu exerceat in ſuſceptis *textus in cap. 2. de corp. vitiat.*

2 Vnde primo infertur quód ſi aliquis laicus careat manu, ſeu ei fuerit à latronibus abſciſa media pars palmæ manus cum duobus digitis, ſeu careat pollice, aut indice, nullo modo promoveri poterit propter inhabilitatem; & ſi hoc clerico iam presbytero acciderit, repelletur à miniſterio alterius, non verò à cæteris officijs ſacerdotalibus, ad quæ habilis eſt. Secundó infertur, quòd tremulus manibus, & qui vinum ita abhorret, ut timeatur quòd facile evomat, nullo modo eſt ordinandus, & in ſuſceptis non adminiſtrabit, in vtroque enim caſu datur periculum effuſionis calicis, de quibus vide *ad cap. maritum*, & ſequentibus. 33. *diſtinct.* Tertiò infertur quód qui in pede caret pollice, aut digitos habet deformes, non reputatur irregularis, quinimo poterit promoveri, cum tales defectus, ſeu vitia ſint occulta, nec per ſe impediant exercitium ordinum, nec inhabilem faciant.

3 Adverte etiam duo in propoſito; primum quòd quando datur dubitatio, an promovẽdus habeat deformitatem ſeu ſit inhabilis, vel detur ſcandalum, ſi ipſe promoveatur, hoc iudicium pertinere ad epiſcopum, ſeu ad iudicẽ, cui huiuſmodi cauſæ cognitio committitur. Secundum quòd ſuper huiuſmodi irregularitate non Epiſcopus, ſed ſolus Papa diſpenſat. *Tolet.* citato loco, *num. 8. & 9.* quem vide in materia.

4 Poſt principium textus ibi, ſed per infirmitatem. Quæ quidẽ duplex aſsignatur mentis, ſcilicet & corporis, de qua duplici infirmitate, & quomodo vtraquæque ſubdividatur. Vide latè per *Caſſan. in conſuetud. Burgund. in proœm. in Gloſſa*, verbo, *maledic. numer. 3. fol. 37. & 38.*

5 In §. Giboſus. Ponderat *Paulus Fuſchus de viſitat. lib. 2. cap. 15. numer. 9.* ad hoc, quód monachi ut melius perficiantur ab omnibus curis ſæculi debent abſtinere, nam cogitationis ſtatum erigere nõ valet, quẽ terrena ſolicitudinis cogitatio curvum tenet.

6 Ad finem, textus, ibi, Aliarum, iuncta Gloſſa, eodem verbo. An dictio *Alius* ſemper repetat ſimilia, Vide *Abb. in cap. accedens, numer. 6. de prabend. & in cap. Sacris, num. 2. de ſepultur. & in cap. officij, num. 2. de pœnitent. melius Felin*, qui innumeros refert, *in cap. Sedes, num. 6.* ubi *Abb. num. 13. de reſcriptis, l. quidam relegatus ff. rebus dubijs Gloſſa in l. 1. §. 1. Verbo ob aliam ff. Policitat. text. in cap. Quoniam §. In alijs, ut lite non conteſtat. Gloſſa verb. alia in l. fugitivi, C. de ſervis fugitivis. Tiraquel. in leg. Connub. Gloſſa 5. num. 48. ad fin. Farin. de delictis quæſt. 17. num. 51. Oſaſcus deciſ. 167. num. 7. Domin. in cap. 1. numer. 9. de prabend. in 6. Imol. Clement. 1. num. 7. de reſcript.*

Laſ. in

Iaſ. in l. quicumque, num. 2. C. qui admitit. ad bon. poſ. & in l. domus, num. 22. ff. de legat. 1. Raphael Fulgos. conſ. 105. circa med & conſ. 136. poſt med. Alexand. vol. 1. conſ. 34. num. 2. cum quibus reſolve prędictam dictionem facere relationem ſimilium. Quod limitatur quando aliud ſuadet materia ſubiecta, ut in terminis *textus in cap. ſi tibi abſenti, de prabend. in 6. d. cap. officij in fin.* ubi verb. *alius* non repetit, eandem qualitatem *l. 1. §. debitum, ff. conſtit. pecun.* vide latiſsimè *Tuſchum tom. 2. lit. D. concl. 245. Caped. ſingul. 4.*

CAP. Sacerdos. fin.

SVMMARIVM.

1 *An ſacramentum deſinat eſſe tale, & polluatur ex eo, quòd ſacerdos celebrat in peccato?*
2 *Qui veniant appellatione* religioſi?

1 IN textu, ibi, Panem pollutũ offerunt. De malo ſacerdote, & qui eſt in peccato diximus ſupra in *ſumma, numer. 1.* & ſequentibus, reſtat nunc dicere de hæreticis ſchiſmaticis, & excõmunicatis, in qua quæſtione reſolve quòd quamvis aliqui tenuere hæreticos, ſchiſmaticos, & excommunicatos non efficere verum ſacramentum, per fundamenta quę notat *Præpoſ. in cap. extra catholicam 1. quæſt. 1.* Veritas tamen eſt illos conſecrare poſſe, & Euchariſtiam ab illis conſecratã continere verũ corpus, & verum ſanguinem Chriſti. *Præpoſ.* citato loco, *& in cap. ſic populus, eadem cauſa, & quæſt. Ledeſm. in ſum. de ſacram. Euchariſt. cap. 9 concluſione. 10.* fol. mihi 72. *Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 91. num. 7. Egid. Conick. de ſacram. quæſtione 82. art. 7.* Ratio eſt quia cum ipſi habeant poteſtatem ordinis non poſſunt eam amittere, dum viuũt, quamvis ſint extra eccleſiam; nam extra eccleſiam eſt locus veri ſacrificij veritate ſacramenti, non verò veritate fructus *Præpoſit.* citato loco ex *D. Thom. in 3. p. q. 82. art. 7. ad 1.*

2 ....In textu, ibi, Qui vitioſum habet pro religioſo. Vide *Abb. in Rubric. de regularib. num. 3. Felin. in cap. licèt num. 8. de officio indic. ordinar. & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ à num. 1. de conſtitut.* & melius *in cap. tua nos, de iure iur. Anchar. in Clement. 1. num. 2. de rebus Eccleſiæ non alienand.* cum quibus reſolve quæſtionem per quatuor concluſiones. Prima concluſio ſit. Sub hoc nomine *religioſi* in largiſsima ſignificatione, venit omnis chriſtianus. *cap. poſt humani, de homicid. lib. 6.* quod ad hoc notat *Abb.* Secunda concluſio ſit. Quando hoc nomen *religioſus* accipitur latè, comprehendit omnem hominem honeſtè viventem, & devotè *d. cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ*; quod notat *Abb.* citato loco. Tertia cõcluſio ſit. Quando hoc nomẽ *Religioſus* accipitur ſtrictè, hoc eſt minus latè, quàm in proxima concluſione, tunc comprehendit clericos *textus in c. Salvator, 1. quæſtione 3.* Quarta concluſio ſit. Quando hoc nomen ſumitur propriè, ſolum comprehendit illos, qui profeſsi ſunt tria ſubſtantialia profeſsionis vota; videlicet *paupertatem, caſtitatem, & obedientiam* iuxta *textum in cap. Cum ad monaſterium, de ſtat. regularib.* Ex quibus inferes quód in materia odioſa, & pœnali verbum, *Religioſus*, intelligitur de illis, qui tria ſubſtantialia profeſsi ſunt, cum in his verba ſemper ſtrictè, & proprie accipiantur, ſecùs in favorabilibus. *Felinus dicto capit. tua nos, & alij.* citati cum quibus vide alia de materia.

DISTINCTIO. L.

CAP. Si lapſis. I.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
2 *Dictio,* Dum, *quid ſignificet?*
3 *An qui deponitur, perpetuò deponatur?*

1 IN textu. Cuius meminit *Greg. Lopez par. 1. tit. 6. l. 17. Gloſſa 1.* poſt medium, ubi multa tradit de irregularitate.

2 Ibi, Dum. Quæ dictio denotat actum, dum eſt in fieri, non in perfecto facto eſſe, *ut in l. Si quis id, quod,* verſ. *Quod ſi dum proponitur, de iuriſdictione omnium iudic. leg. arboribus, §. Iulianus,* ubi *Gloſſa de uſufructus Iaſon. in leg. clam. poſſidere, §. Qui ad nuudinas, numer. 3.* ubi *Aretinus, ff. de acquir. poſſeſſione.* Tempus futurum denotat. ut *in leg. boves, §. hoc ſermone,* ibi, *Dum pupta erit, de verborum ſignificatione, & in leg.*

Imperator, ff. de offic. hominum. Aliquando facit conditionem quando iungitur rei perfectæ, ut *in cap. præterita, de electione, & in l. qui concubinam, §. uxori, de legat. 3.* An talis dictio induçat conditionem actus perseverantem? Vide *Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. tit. de conditionibus appositis*, ubi tractat quæstionem. *Si communitas alicui dederit prædia publica in emphytensim, dum Princeps, consenserit, an sufficiat Principem semel consensisse, an verò requiratur Principem in consensu perseverare?* De quo etiam vide *Ias. in l. 2. in 2. lectura, num. 4. ff. de in ius vocando*, & de varijs significationibus huius dictionis, *Dum*, vide late *Cened. singulari, 47.* cum quo prosequere.

3 In Glossa ultima. Docet *Gloss.* quod clericus depositus simpliciter, intelligitur depositus perpetuò, licet in sententia non exprimatur, quam dicit notabilem *Bernard. Dias in practica cap. 135.* verbo, *deponi, num. 1.* Quæ crimina digna sint depositione, iudicis arbitrio relinquitur, ut per *eundem numer. 3. Menoch. de arbitrar. casu. 415.*

CAP. Qui Semel. II.

SVMMARIVM.

1 *Didacus Peres nostri textus meminit.*
2 *An pœna nostri textus sit irregularitas, aut depositio?*

1 IN textu. De quo meminit *Perez lib. 8. Ordin. tit. 19. l. 23. Glossa 1. pagin. 376. col. 2. ante med.*

2 In textu, ibi, lã depositus erit. Ex his verbis inferunt nonnulli hanc esse sufficientem formam latæ irregularitatis; sed melius hæc verba de propria depositione intelliguntur, & valde probabile est non esse depositionem ipso iure latam, sed ferendam ut post *Turrecrem. & alios* intelligit *Suar. de cẽsur. disp. 40. sect. 8. num. 9.* Quod probat ex qualitate criminis pro quo pœna in nostro *textu* imponitur *pro quolibet lapsu*, scilicet carnis, post ordinationem, ut omnes exponunt, & non est credibile tàm gravem pœnam fuisse impositam ipso facto, pro casu adeo humano, & qui tàm frequens esse potest, ut latè prosequitur idem *Suarius d. num. 9.* vers. *Quod ergo.*

CAP. Presbyterum. III.

SVMMARIVM.

1 *Qui crimen confitetur mitius est puniendus.*
2 *Nisi confiteatur metu probationis.*

IN textu, ibi, Mitius agẽdũ est. 1
Nota mitius agendum esse cum sponte cõfessis, quàm cum convictis *Glossa in cap. de hoc*, verbo, *confessi*, de simonia, quam communiter receptam tradit *Pena, 3. p. directorum comment. 11. litte. G. l. 1. C. ne tutor, vel curator vectigal. cap. ult.* & ibi, *Glossa de furtis cap. inter corporalia*, vers. *saue quoniam, de transl. Episcopi, late Tiraq. de pœn. temper. causa 30. num. 1.* qui nostri *textus* meminit. Adde posita *ad cap. ult. dist. 24.*

In Glossa verbo, Mitius, ibi, 2
Timore probationum. Igitur qui cõfitetur metu probationis, pro convicto est habendus, nihilque ab eo differt quoad pœnæ impositionem, 3
Glossa verbo, *confessi in cap. de hoc*, vers. *Sed non parcitur, de simonia*, quam dicit singularem *Abb. ibidem, num. 8. & in cap. nisi clerici, num. 8. in principio de iudicijs*, ubi *Felin. numer. 2.* vers. *Nota etiam quòd mitius*, sequitur alios *Tiraquel. de pœnis. causa, 30. numer. 9.* ubi nostram *Glossam* adducit.

CAP. Miror. IV.

SVMMARIVM.

1 *Homicida voluntarius de facili nõ dispensatur.*
2 *Verba textus de irregularitate debent intelligi.*
3 *An solus Papa dispenset in irregularitate?*

IN textu. Quem citat *Abb. in cap. continebatur, numer. 3. de homicidio*, & ex illo colligit, quòd cum homicida voluntario non dispensatur, aut saltem non de facili debet dispensari; & vide *Navar. in Rubrica de iudicijs, numer. 109.* qui *textum* limitat in homicidio voluntario, facto authoritate legitima, & iusta de causa, quia 5

quia non parit irregularitatem indispensabilem, & vide de materia. *Albertin. de agnoscend. quæst.25.num.* 42. *Bernard.in pract. cap.* 94. verbo, *homicida*, per totum.

2 Ibi. Sacerdotio privatus. Quamquam enim hoc verbum generale sit, & degradationem, vel depositionem significare possit, tamē ex materia, de qua agitur (nempe de homicidio voluntario) satis significat textum loqui de irregularitate, ut bene ponderat *Suar. de censur.disp.*40.*sect.*8.*nu.* 10. vers. *Octava*, & vers. *hunc autem.*

3 In Glossa 1. ibi, Non potest dispensare. Docet *Glossa* Episcopum non posse dispensare super irregularitatem, *de quo Selva de benefic.part.*2. *quæst.*3.*n.* 21. latissimē *Perez. lib.*4.*ordin.tit.*11. *l.*13. *Glossa* 1. post principium vers. *Papa tamen*, qui nostrum *textum* refert, & de materia vide *Cavall. quæstione* 227. *per totam.*

CAP. Miror. V.

SVMMARIVM.

1 *Occidens paganum, homicida est.*
2 *Clerici appellantur nobiles.*
3 *Clerici an possint hortari in bello?*

1 IBi paganū occiderit. Sive sponte, sive in bello, ut notat *Archidiac.in præsenti, quem sequitur Turrecrem.num.*5. *Præpos. num.* 2. nisi aliàs periculum vitæ evadere non posset *Clem. Si furiosus, de homicidio*, & collige quód interficiens paganum potestate privata, homicida est, & agit contra præceptum Dei. *Non occides*, ut colligit *Præpos. num.*1. *Turrecrem. num.*6.

2 Ibi. Militibus ecclesiæ. Ergo cū militia nobilitet *l.* 2. *in principio. C. de primicerijs lib.* 12. ibi. *Præclaram nobilemque militiam, l. penult. C. de palat. sacrar. largit.* ibi, *Militari dignitate, eodem lib.* iam sequitur ordinem clericatus nobilitare, & oléricos haberi pro nobilibus. *Hostien. & Ioann. Andr.in cap. eo libentius, in* verbo, *militia, de servis non ordinandis*, ubi *Bellamera notabili*, 1. *Ancharr. & Cardin.* post principium, *Butrius, & Panormit.* in fine. *Alciat.in cap. cum non ab homine, col.* 6. vers. *Primo, de iudicijs* refert alios *Tiraquel. de nobilit. cap.*9.*num.*1. *qui nostri textus meminit.*

In Glossa verbo, Militare. Docet *Glossa* 3 quód licèt clerici, nō possint pugnare: possunt tamen in bello hortari ad defensionem, de utroq; vide quæ latissimē scripsimus ad principium. *dist.*21.*num.*6. & sequentibus.

CAP. De his. VI.

SVMMARIVM.

1 *Qui se defendendo occiderit paganum, an sit irregularis?*
2 *Gregorius Lopez nostram Glossam sequitur.*
3 *An contrahat irregularitatem, qui ad propriam defensionem invasorem occiderit?*

IN textu. Collige ex *Decreto Nicolai Pontif.* quòd qui se defendēdo, paganum occidit, debet carere sacerdotali officio. Intellige tamen *textum* procedere, quādo mors secuta est sine moderamine inculpatæ tutelæ, tunc enim solum irregularitas incurritur, iuxta *textum in cap. significasti, in* 2. *ad fin. homicidio*, & sic *textus, noster* decidit in principio, non unum, sed plures clericos occidisse, & in super paganum non paganos; unde videtur cōstare quód licet se defendendo occidisset, non tamen verificatur moderamen inculpatæ tutelæ in illo principio; quod requiritur ad vitandam irregularitatem, sic aliàs explicabis. *Trid sess* 14. *cap.* 7. *de reformatione*, ibi, *Vel vinci repellēdo*; pro ut intelligit *Navarr. cons.*37.*n.*2. *de temporibus ordinationum, & cons.*8. *de homicidio edition.*1. *Suar. de censur.disp.*46. *sect.*1. *num.*1. Potest etiam dici ex nostro *textu*, in vers. *verum* stante dubio de prædicto moderamine, non quidem præceptum, sed solū cōsilium continere in abstensione ministerij divini, patet ex eodē *textu* ibi, *Sibi consuluit*, & ibi, *Satius*, quæ quidem verba consilium importare videntur, quidquid involvat *Maiolus lib.* 4. *de irregularitate cap.* 48. *numer.*9. Adde posita *ad cap. si quis viduam*, 8. *numer.* 3. *infra hac eadem distinctione*, & vide *Covar. in Clement. si furiosus* 2. *part.* §. 3. *num.*4. vers. *hoc ipsum*, qui *textus* meminit. 4

In Glossa 1. Post principium. Docet *Glossa*, committentem homicidium non posse ad superiores ordines ascendere, posse tamē in iam susceptis tolerari, sequitur, 2

Gregor. Lopez part. 1. tit. 6 l. 16. Glossa ult. allegat *Glossam* similem *in cap. sicut dignum*, vers. *fin. de homicidio.*

3 In eadem Glossa post mediũ in vers. si verò. Controvertit Glossa, an contrahat irregularitatẽ, qui ad eius necessariam defensionem suum occidit invasorem. Vide (ultra doctores quos refert Glossa) *S. Thom. 2.2.q.57.art.7.* asserẽtẽ, irregularem esse eum, qui ad necessariam defensionẽ aggressorem occiderit, sed iam veterum controversia sopita est ex *Clem. si furiosus*, tradit latè *Covar. ibidem. 3. par. §. unic. in principio*, qui nostræ *Glossæ* meminit, & inde constat nõ esse irregulare qui dicto modo occidit.

CAP. Si Episcopus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Pœna clerici, qui litteras falsaverit.*
2 *Pœna clerici, qui falsum testimonium dixerit.*
3 *Dictio* quandiu *quid significet?*

1 IN textu, ibi, Chartã falsaverit. De pœna clerici falsificantis litteras Põtificis, aut alterius Principis, vel episcoporum, vide quæ scripsimus *ad cap. in memoriã 3. n 11 supra dist. 19.* Adde *Perez. lib. 8. ordinam. tit. 19. l. 22. Glossa 1. Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 17. l. 3. num. 14.* qui vterq; nostri textus meminere.

2 Ibi falsum testimoniũ dixerit. Debet igitur clericus qui falsum testimoniũ dixerit, ab officio deponi & in monasterium detrudi, de quo latè agunt *Abb. in cap. 1. de crimine falsi Covar. in cap. Quanvis pactum 1. p. §. 7. num. 6. Bernard. Diaz. in praxi cap. 93.* verbo, *falsi testimonij rei*, qui nostrum *textũ* refert, ubi *Salzedo littera A.* multa cumulat; quod tamen limitant *practicati Doctores*, quando falsitas nociva non fuit; *Glossa in l. damus*, verbo, *privatas C. de falsis Bart. in l. 1. §. ult. ff. de falsis Afflict. decis. 21. num. 13.* quam opinionem fatetur cõmunẽ. *Menoc. de arbitr. lib. 2. casu 306. n. 22. Salzed.* ubi proximè vers. *excusabitur*, qui alias quatuor limitationes ponit.

3 Ibi, Quandiu vixerit. Id est quãtumcumq; diu, etiam si decies mille anni effluxerint, ut ponit *Glossa 1. in Clement. Quãdiu de appellat.* tradit. *Abb. in cap. tua, num. 7. de pœnis*, qui nostri *textus* meminit, licet *Glossa ult.* vers. *sed, in cap. dictũ 81. dist.* dicat hoc esse in arbitrio iudicis.

CAP. Si quis viduam. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum vidua est irregularis.*
2 *Non solum qui occidit, sed qui præcipit, aut consulit est irregularis.*
3 *An occidens ob propriam defensionem sit irregularis?*
4 *Ratum habens homicidium, an sit irregularis?*
5 *An occidens ante baptismum; sit irregularis?*

1 IN textu, ibi, Viduam duxerit. Igitur censetur irregularis, qui viduam, aut repudiatam, in uxorem acceperit, ut notatur in *cap. ult. nuper, de bigamis tradit Abb. in c. 1. n. 1. eodem tit. vide Covar. in Clem. Si furiosus, p. 1. §. 2. n. 2.* vers. *secũdo*, qui nostri textus meminere. Adde quæ scripsimus *ad cap. si quis viduam, 15. n. 2. supra dist. 34.*

2 In textu, ibi, Præcepto, aut cõsilio. Collige non solum qui homicidium committit, sed etiam qui præcipit, aut consulit esse irregularem *Abb. in cap. ex litteris, num 4. ad fin. de excessibus prælator. Covar. in Clem. si furiosus, 2. p. §. 2. numer. 1. Tvotius de vero clerico lib. 2. cap. 20. á num. 4. Gom. 3. tom. cap. 3 nu. 43.* qui omnes nostrum textũ adducunt. An autẽ hæc irregularitas contrahatur, quando quis consilium dedit ei, qui nihilominus homicidiũ erat facturus? vide *Glossam in cap. sicut dignum, §. qui verò de homicidio & in cap. Nuper. de sententia excõmunicationis, Glossa in, §. Ope, instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur, textus optimus in l. sape, ff. de verb. significat. & in l. non solum, §. si mandato* vers. *Attilicinus, ff. de iniur.* latè *Covar. dicto num. 1.* Adde tamen quod licèt mandans nõn teneatur postquam revocaverit mandatum, consulens verò non excusatur, licèt revocaverit cõsilium, sed oportet omnino facere quód homicidium nõ sequatur, cuius rationem tradit optimè. *Gomes*, ubi proximè, *num. 44.*

3 Ibi, Aut defensione. Et sic apparet quod homicidiũ ob defensionẽ sufficiens est ad cõtrahẽdã irre-

irregularitatem, quæ verba repetuntur *in cap. 2. de clericis pugnan. in duel.* ſeu optimè *Gloſſa, in præſenti.* verbo, *defenſione* addit *inevitabili*, in quo ſentit tunc ſolum ſequi irregularitatem, quando homicidium ad defenſionem neceſſariam non fuit, ponderat eleganter *Suar. de cenſuris diſputat. 46. ſectio. 1. & 2.* Adde poſita *ad cap. de liis, 6. num. 1. ſupra has eadem diſt.*

4 In Gloſſa verbo, aut conſilio, ibi, gratum habeat. Tenet *Gloſſa* quòd ratihabitio homicidij non efficit quemquam irregularem, ſequitur *Hippol. in ſingul. 184. Specul. tit. de diſpenſatione. §. iuxta* verſ. *Quid ſi agenti, num. 51.* poſt illos *Covar. in Clement. ſi furioſus, 2 p. §. 1. num. 4.* Quidquid *Tritius de verò clerico lib. 2. cap. 22. poſt Felin. in cap. ſicut dignum, de homicidio*, teneat, hoc non procedere quando homicidium eſſet perpetratũ nomine ipſius, qui ratum habuit.

5 In Gloſſ. verbo, poſt baptiſmũ. Docet *Gloſſa* quòd ſi ante baptiſmum quis occidit non peccando, ut iudex, in eo caſu eſſe irregularem, ſecus verò, ſi peccando; ſequitur *Albertin. de agnoſcend. quæſt. 25. num. 42. Vivald. in Candelabro, 1. p. de baptiſmo num. 44.* verſ. *ſextus*, ſed quod in utroque caſu ceſſet irregularitas docet *Covar. in Clement. ſi furioſus 1. parte, §. 2. nu. 5. Abb. num. 16. & alij in cap. Gaudemus de divortijs. Sylveſter*, verbo, *irregularitas, num. fin. &* verbo, *baptiſmus 6.* poſt principium, quorum ſententia verior, & receptior eſt quia videtur incredibile melioris conditionis eſſe in hoc peccantem quàm non peccantem cum alioqui indecentia quæ ex effuſione ſanguinis cõtrahi poteſt, nõ minor ſit in vno quã in alio: ideò conſequẽter loquendo id deem utroq; caſu dicendũ eſt. *Suar. de irreg. diſp. 44. ſect. 3. num. 2.* ubi Gloſſam præſentem citat, & ratio eſt quia iura imponunt irregularitatem propter homicidiũ, patratum poſt baptiſmum, ergo non erit ultra extendenda hæc irregularitas.

CAP. Pervenit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ crimina digna ſint depoſitione?*
2 *Dictio* Omninò *quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi. In peccatũ carnis. Indicat *textus* ſufficere fornicationem ad deponendum ſacerdotem; ſed meo iudicio *textus* debet intelligi de ſtupro, inceſtu, adulterio, & de alijs criminibus adulterio maioribus, ut inſinuat *Gloſſa in præſenti Sà in Aphoriſmo confeſſariorum*, verbo, *depoſitio, numer. 1.* qui noſtrum *textũ* refert, & quando infligatur pœna depoſitionis, docet *Gloſſa, in ſumma, 15. q. 8.* Adde poſita *ad cap. ſacerdotes 33. numer. 2. infra hac eadem diſt.*

Ibi, Omnino. Quæ dictio eſt præciſa, & importat idem 1
quod *per omnem modum Iaſon in l. liber homo, nu. 2. de verbor. obligat. & in §. Curare. num. 4. inſtit. de actionibus. Abb. in cap. conqueſtus, num. 4. de foro compet. Tiraquel. in l. ſi vnquam*, verbo, *Revertatur, num. 73.* cum ſequentibus, & vide *cap. ex eo de electione lib. 6. & cap. cum contingat, de reſcriptis*, ubi *Gloſſa exponit, nullo modo, & in cap. licèt, Canon. de electione in 6.* ibi *Careat omnino* id eſt *abſolute, ipſo iure, omninodo* ubi *Archidiac.* citat. *plures textus* ad hanc rem. *Felin. in cap. ex parte in 1. de officio* delegati *in principio*; ubi quod hæc dicto *omninò* habet novem ſignificationes; de quibus multa tradunt *Ruinus conſ. 133. vol. 2. num. 8. Tiraquel.* ubi proximè. *Roland. à Valle conſ. 84. n. 24. lib. 1. Matienzo. lib. 5. Recollect. tit. 1. in Gloſſa 1. Rubricæ, ex num. 39. Hoieda de beneficiò, 2. part. cap. 1. num. 4. Menoch. conſ. 1. numer. 21. & conſ. 2. num. 255.* plura congerunt. *Cardinalis Tuſchus tom. 2. littera D. concluſione 322. Cened. ſingular. 71.* quos videbis. Adde quod de dictione *omninodo* notavimus *in cap. ſi poſt 12. num. 2. infra hac eadem diſt.*

CAP. Accedens. X.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſsit mutare pœnitentiã à Papa impoſitam?*
2 *Gorgona, & Capraria Inſulæ.*
3 *Infamis an poſsit eſſe procurator?*
4 *Percutiens clericum degradatum, an maneat excommunicatus?*
5 *Degradatus clericus an conficiat Euchariſtiæ Sacramentum?*

1 IN textu ad medium, ibi, In tuæ fraternitatis poteſtate. Igitur Epiſcopus ex cauſa poteſt mutare pœnitentiam à Papa indictam, ut notat *Gloſſa in præſenti* verbo, *in tua Gloſſa ſimilis in cap. tempora* verbo, *Tuo iudicio, 16. quæſtione 7.* quam dicit ſingularem *Romanus ſingul. 454. & conſ. 428.* & eſſe communiter receptam firmat *Navarr. in Manual. cap. 26. numer. 22. Tiraquel. de pœnis.*

in præfat. numer. 26. Menoch. de arbitra. caſu. 391. num. 7. licet contrarium teneat *Gloſſa 2. in cap. 2. de ſortilegijs, Gloſſa ult.* verſ. *Nunquid, in cap. cum P. de accuſat.* de quo *vide Coned. ad Decretum Collectan. 40. num. 1.*

2 Ad fin. textus, ibi, Gorgona, atque Capraria. Inſulę ſunt, quæ adiacent Italiæ in Liguſtico pelago de quibus agit *Ptolomæus lib. 3. Geographiæ cap. 1.* Gorgona olim *Orgos* vocabatur, diſtat á continente triginta fere millia paſſuum occidentē verſus. Capraria naufragiorum multitudine infamis propter humilitatem ſitus; non enim procul navigantibus apparet, antiquum adhuc retinet nomen, Græci *Ægilon.* dixere, ab Gorgana triginta millia paſſuum, ad Notum ventūm à continente proprius. 50. diſtat; vide *Marium Nigrum lib. 7. Geographia in ſitu regionis. Etruriæ, fol. 155.*

3 In fine textus, ibi, De monaſterijs gerere. Notat *Tiraquel. de nobilit. cap. 30. num. 6.* & per illum docet cum *Gloſſa ult. inpræſenti.* officium procuratoris poſſe gerere infames, quod limitat non procedere in procuratoribus illuſtrium perſonarum, & Epiſcoporum, & aliorum eiuſdem generis, quem latè videbis. Conſule etiā quæ de procuratoribus, quos alio nomine dicimus advocatos *Barboſa ad ordinat. Luſitan. lib. 1. tit. 48. §. 25.*

4 In Gloſſa verbo, Presbytero, ibi. Qui percutit ipſum. Docet *Gloſſ.* in prima opinione, quód percutiens clericum degradatū, incurrit excommunicationem, quam dicit ſingularem. *Hippol. ſingul. 107. & ſingul. 179.* ſimilis *Gloſſa ult. in cap. ad abolendam, de hæreticis* latè *Perez. lib. 1. ordinam tit. 3. l. 1. col. 17.* verſ. *procedit etiam fol. 61.* Tu intellige cum *Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. nu. 6.* & ſequentibus. *Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 26. num. 8 & 9.*

5 In eadem Gloſſa in fine, ibi, Nec credo quod conficiat. licet *Gloſſa,* teneat quod clericus degradatus non poſsit Euchariſtiam conſecrare, quæ fuit opinio antiquorū, quam etiam tenet *Gloſſa ult. in cap. 2. de pœnis in 6.* Contrarium tamen tenendum eſt. *cap. quod quidam, 97. 1. quæſt 1. Gloſſa in cap. 2. de clerico excommunicato. D. Thom. 3 p. q. 82. art. 8. Peres* ubi proximè. *Caſtro, & alij,* ex quibus communem reſolvit. *Covar. 1. variar. cap. 10. num. 8.* & communem eſſe Theologorum aſſerit. *Vivaldus in Candelabro. Eccleſiæ. de Sacramento Euchariſtiæ, num. 58.* Multi de quibus latè *Coned. ad Decretales collect. 65. num. 4.* meritó reprehendentes contrariam ſententiam.

CAP. Poſtquam. II.

SVMMARIVM.

1 *Canonici inter tres menſes Epiſcopum eligere debent.*
2 *Dictio* ultra *quid ſignificet? & nu. 3.*

1 IN textu, ibi, Vltra tres mēſes. Collige ex *textu* debere canonicos intra tres menſes Epiſcopum eligere, qui quidem dies computari incipiunt, non à die vacātis eccleſię, ſed à die qua innotuit, canonicis vacatio eccleſiæ. Item hi dies minimé numerātur, ſi canonici fuerint legitimè impediti, ut tradit *Gloſſa inpræſenti,* de quibus vide latè *Azor. p. 2. lib. 3. & cap. 28.* verſ. *ſexto quæritur.* Adde *textū in cap. ne pro defectu. 41. de electione, & in cap. quamquam 18. eodem tit. lib. 6. vbi Gloſſa,* verbo, *tempus,* noſtrum textū citat *Greger Lopez par. 1. tit. 5. l. 10. Gloſſa 4.* latius *in l. 17. Gloſſa 3. & Gloſſa 5.* ubi tenet poſſe per ſtatutum capituli hunc terminum abbreviari, citans *Decium conſ. 214.*

2 In textu, ibi, Vltra. Quæ dictio importat inclu-ſionem, ut ſi ultra dolia legatur vinum, videntur etiam dolia legata, & ſi maritus vltra dotē aliquid leget uxori cenſetur legare dotem, & legatum, *Bart. in l. cum ita in quæſt. fin. ff. de dote prælegata Azeved. ad Curiam Piſanam lib. 5. cap. 6. n. 128. Oſacus deciſ. 52. nu. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. Gloſſa 11. num. 68.* hanc eſſe communem opinionem, firmat *Dec. in l. actione, num. 9. Ced. de tranſactionibus:* limita quod includat tantum vſque ad prohibitionem ut eſt *textus in cap. nonnulli, de reſcript. in principio,* ubi Pontifex prohibet aliquem trahi in iudicium ultra duas dietas; certe uſq; ad duas dietas cenſetur permittere, idem *in cap. ſtatutum. §. cum verò, & §. cum autem eodem tit.*

3 Aliquando tamen, iſta dictio *Vltra* importat excluſionem *Rebuf. in concordat. in Rubr. de collationibus, §. præfatiq; Ordinarij in* verbo, *Vltra, Guillielm. in cap. Rayuunt.* verbo, *Alterotha filia, num. 7.* affirmantes, quód quando additur rei, à iure prohibitæ, vel quando abſonus reſultaret intellectus excludit, & non includit, ut etiā tradit *Gloſſa in Clement. 1.* verbo, *facere, de uſuris,* dicens quod ſi ſtatuto caveatur, quòd nullus accipiat pro uſura ultra duos denarios pro libra, in men-

in mense, statutum nō videtur permittere usū ram, quoad duos denarios, cum omni iurè sit prohibita, vide latè *Cardinal. Tuschum. tom. 2. littera D. conf. 395. Cened. singul. 40.* qui alias significationes adducunt.

CAP. Si post ordinationē. XII.

SVMMARIVM.

1 *Dictio.* Omnimodo, *quid significet?*
2 *Pœnitens, peracta pœnitentia, dicitur dispensatus.*
3 *Tiraquel. nostri textus meminit.*

1 POst principium textus, ibi, Omnimodo. Quæ dictio denotat præcisam voluntatē, & habet vim decreti irritantis, *Tiraquel. in l. si unquam. C. de revocand. donat.* verbo, *Revertatur, num. 88.* Quōd non procedit, quando habet secum adiunctam conditionem; vel voluntatē. *Rota novissima, decis. 28. nu. 3. p. 2. Tuschus tom. 2. littera D. conf. 320.* sed licēt illa dictio *Omnimodo* sit præcisa, nihilominus congruam recipit interpretationem á iure communi. *Roland. conf. 61. vol. 2. num 55. & conf. 75. vol. 3. num 21. Bald. in l. fin. in 1. col. C. de contrab. empt. per l. stipulatus sum damnum, cum Glossa,* & ibi eam ad hoc notat *Bart. & Iason de verborum obligat;* vide latè *Cened. singul. 71.* & quæ notavi de dictione, *omnino, in cap. pervenit. 9. num. 2. supra hac eadem distinct.*

2 Ibi, licitè administrare. Igitur pœnitens peracta pœnitentia, dicitur à iuré dispensatus, vt possit promoveri, notat ex hoc *textu, Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 54. n. 16.* quod tamē ipse auctor limitat. *num. 17.* procedere de iure antiquo, multa enim tunc concedebātur propter infantiam ecclesiæ, quæ nunc non conceduntur.

3 In textu, in §. è contra, ibi, Maria soror Aaron. Notat *Tiraquel. de iure primogen. quæst. 34. num. 29.* & per illum docet quōd cum agitur de amissis per peccatum, restituendis per gratiam debet restitutio plenissimè intelligi; quia Deus opus imperfectum non novit.

CAP. Ioannes. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Lapsi post ordinem, habita condigna pœnitentia, sunt restituendi.*

IN textu. In quo Palea congerit exē- 1
pla, quibus probat quod multi Episcopi, à suis gradibus deiecti, sunt post modum restituti, quod colligit ex *epistola Cyrilli, ad Ioann. Antioch. Episcopum,* ut tradit *Ivo Carnoth. Panormia cap. 32.* ubi plura alia exēpla adducit, ut observavit. *Turrecrem. in presenti,* sed ex his quæ in hoc *cap. referuntur* aliqua longe post *Cyrillum* contigerunt, ut docuit additio Gregoriana, & tradit. *Bruchardus in suo Decreto lib. 1. cap. 233.* ubi nulla de *Cyrillo* in superscriptione fit mentio.

CAP. Ponderet. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Bartolus nostri textus meminit.*
2 *Responsio in continenti facta potest revocari.*
3 *Sententia est nulla, quam iudex profert intra paucos dies.*
4 *Homo lapsus, fraterno affectu debet corripi.*

IN textu. Ponderat *Bart. in tractatu inter Virginem Mariam, & Diabolum in principio.*

Post principium textus, ibi, 1
Tempore indigemus. Ergo responsio in continēti facta, nullo dato spatio ad deliberandū, potest quandocumq; revocari, ut post *Geminian. & alios,* tradit *Felin. in proœmio ad Decretales, nu. 1. & 2.* post alios *Decian. respon. 8. num. 15. vol. 1.* qui vterque nostri *textus* meminere, & vide quæ scripsimus *ad cap. 1. num. 2. supra distinctione 29.*

Post principiū textus, ibi, Nec 2
præcipitemus consilia. Igitur iudex, qui præcipitanter, & intra paucos dies fert sententiam, dicitur talis sententia nulla, & non valet propter brevitatem temporis, ut tenet *Geminian. in presenti. Perez lib. 3. tit. 4. l. 1. ordinam, Glossa 4.* & voluit *Bart. in l. prolatam in fine Cod. de sententijs, & interlocut. num. 10.* ubi pro hoc allegat *textum in cap. cum ex litteris, de integrum restitut.* & ibi additio

additio littera M. ampliat, etiamsi sententia sit lata in præsentia Pontificis, aut Imperatoris, citans *Alciat de præsumpt. reg. 3. præsumptione 9. nu. 23. Grammat. decis. 15. nu. 14. & alios*, optimè *Hippol. in l. statuliber, numer. 10. & 11. ff. de quæstion.* multa congerit, *Felin. in cap. ecclesia, num. 35. de constitutionibus*, qui ambo nostrum textum ponderant.

4 In vers. sed si aliquis. Docet *Calixtus* quòd si homo lapsus fuerit, eum fraterno corripiamus affectu, melius est enim per hunc modū peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foveam perditionis propellere nutantes, vt habetur *in cap. recedere, supra dist. 45.* plura cumulat *Palatius in allegat. hæresis, §. 4. col. 2.* qui nostri textus meminit sæpé ergo in corrigendos plus agit benevolentia, quàm austeritas, plus charitas quàm potestas, plus exhortatio, quàm cōminatio, ut exclamat *Paulus Fuschus de visitat. lib. 1. cap. 3. n. 19.* qui *textum* refert.

CAP. Et purgabit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotium est dignitas.*
2 *Dictio*, ut *quid significet?*

1 IN textu post principium, ibi, Sacerdotalem dignitatē. Ergo sacerdotes sunt in dignitate constituti, *Glossa* per *textum*, ibi, *verbū dignitas in cap. denique 4 distinct.* ubi vide posita, *num. 2. Glossa in cap. Sedes de rescript. & Glossa in capit. 3. de clericis non residentibus*, ex quo privilegio plures deducuntur effectus de quibus vide latè, & eleganter *Perez. lib. 1. Ordinamenti titul. 3. l. 1. fol. 64. col. 2.* & sequentibus, *qui* nostri *textus* meminit. Vnde clericus non verbo sed, scripto est citandus, nec debet ei imponi pœna ignominiosa, potest etiam litigare per procuratorem nec pro civili debito incarcerari debet, quamvis contrarium sit usu receptum.

Ad fin. textus, ibi. Vt. Quæ dictio importat
2 causam finalem, ut patet in contractibus innominatis *do, ut facias, &c. Gomes in regul. de Annali, quæstione 1. num. 2. Mandosius reg. 33. quæstione 1. num. 3. Bal. cons. 106. num. 3. lib. 1.* Regulariter etiam denotat modum, & non conditionem. *Decius in l. debitori, num. 12. Cod. de pactis Molina de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 28. & cap. 14. num. 40.* Aliquandò denotat similitudinem *l. ni hæredibus ff. de legat. 2. cap. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis, Fuschus, tom. 2. littera D. conclusione 402.* latissimè *Cened. singulari. 20.* cum quo prosequere.

CAP. Quia sanctitas. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Deus quare dicatur plus gaudere de pœnitente, quàm de innocente?*
2 *Concil. Tridentin. verba nostri textus retulit.*
3 *Difficile est continere, ait Glossa?*

AD mediū text. ibi, Gaudeo 1
Dicitur Deus plus gaudere de pœnitente, quàm de innocente, quia plerumque pœnitentes, cautiores, humiliores, & feruentiores resurgunt, ut exponit *Glossa in præsenti.* Vnde dicit *Diuus Thom. 1. p. quæst. 20. art. vlt. ad quartum*, quòd pœnitentes, & innocentes se habent sicut excedentia, & excessa. Nam sive sint pœnitentes, sive innocentes, illi sunt magis dilecti, qui plus habent de gratia. Cæteris tamen paribus innocentia dignor est, & magis dilecta.

Ad finem textus, in vers. Me- 2
mento. Quæ verba repetit *Concil. Trident. sess. 6. cap. 14. ad fin.* de quibus vide *Sotto lib. 2. de natura, & gratia cap. 1. col. 5.*

In vers. Quid enim, ibi, Sine 3
quo pauci inveniuntur. Ex his verbis notat, *Glossa* ult. inpræsenti paucos sine vitio incontinentiæ reperiri; de quo meminit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 43. Glossa 1.* ex hoc inferens pœnam clerici concubinarij relinqui arbitrio judicis, vt consideratis circunstantijs, & scandalo inde surgēte, apponat pœnam, quandoq; monitionis; quandoque depositionis, quandoq; suspensionis, quandoque privationis à beneficio, ita tamen quod semper declinet ad mitiorem partem.

CAP. Quid ergo. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens potest ad maiora promoveri.*

2 *Advocatus varijs modis poteſt iura exponere.*

1 IN textu. Collige ex *textu* pœnitẽtem poſſe ad maiora admitti; & promoveri, ut multis authoritatibus probat *Diuus Greg. in præſenti*, & licet ſint plura iura, quæ videntur velle, quod lapſi nõ ſunt promovendi, debent intelligi de facili, & de rigore, ſecus ex benignitate, *cap. ipſa pietas, 23. q. 4.* proſequitur latè *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 54. num. 10.* qui noſtri *textus* meminit, & alia iura cumulat.

2 In Gloſſa verbo, ſtans, Contro. vertit *Gloſſa* quod advocatus varijs modis poteſt iura exponere. Tu dic quando allegat contraria in diverſis inſtantijs bene auditur, & ita procedit *Gloſſa* in primo dicto, ſecus ſi vult allegare in eadem inſtantiã, & ita procedit *Gloſſa in 2. part.* ut bene advertit *Præpoſ. num. 4.* in fine, faciunt quæ tradit *Bart. in l. ſcire, §. final. num. 2. ff. de excuſat. tutor.*

CAP. Ferrum. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ferrum non debet parvipendi?*
2 *Nulli claudenda eſt miſericordia.*
3 *Filia, quæ peccavit in corpus ſuum, an ſi pœnituerit, poſſit exhæredari?*
4 *Mulier concubinaria, quando præſumatur honeſta?*
5 *Non dicitur uſurarius, qui iam non exercet vſuras, nec meretrix quæ eſt nupta, nec iudæus, qui eſt converſus.*
6 *Hippol noſtræ Gloſſæ meminit.*

1 IN textu, ibi, Ferrum. Licèt ferrum non ſit de pretioſioribus metallis; tamen non eſt parvi pendendum, cum multa ex ipſo fiant, ſine quibus vita noſtra aut finiretur, aut per periclitaretur: deinde prima corona Imperialis ex eo conſtruitur in ſignum fortitudinis, de qua corona videnda eſt *Gloſſa* verbo, *Veſtigijs in Clem. 1. de iure iur.*

2 In textu, ibi, Nõ debet deſpici. Ergo nulli homini claudenda eſt miſericordia, quia poſt pœnitentiam non debet deſpici in homine quod fuit, ut ex noſtro *textu* põderat *Oldrad. conſ. 271. num. 10. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 20. Afflict. deciſ. 36. num. 4. Menoch. lib. 5. præſump. 32. num. 36.*

Ibi, Quia iam incipit eſſe. 3 Per hunc *textum* notant multi quód licèt filia, quæ peccavit in corpus ſuum, ipſo iure ſit exhæredata, tamen ſi pœnituerit, & ad frugem melioris vitæ fuerit redacta, cenſetur revocata exhæredatio. *Alex. in l. 1. num. 33. ff. ſolut. matrimonio*, ubi *Ripa, num. 71. Bolognet. num. 95. Laſ. in l. ius civile, numer. 29. ff. de iuſtitia, & iure, & in l. in arenam, num. 16. C. de inoffic. teſtament. Greg. Lop. part. 6. tit. 7. l. 5.* verbo, *desheredar*, quam eſſe magis communem ſententiam aſſerunt. *Horoſius in l 1 §. Ius naturale, num. 18. de iuſtitia, & iure. Coſta in §. & quid ſi tantum, 3. p. num. 189. Burzatus conſ. 215. nu. 9. lib. 2. Hieronym. Gabriel conſ. 153. n. 17. Cæſar Vrſilus in notationibus ad deciſ. Afflict. 36. num. 2.* Contrarium tamen poſt multa tenet *Covar. in cap. Raynuntius in principio, num. 18. Barboſ. in l. 1. 4. part. num. 45. ff. ſolut. matrimon.* & ad *textum, in præſenti* reſpondit agere de pœnitentia peccati contra Deum commiſsi, nam propter pœnitentiam remittit Deus culpam peccati, non autem pœnam peccati, ut proſequitur *Abulenſ. 1. Regum cap. 15. q. 30.* Quamvis igitur filia pœnitens indulgentiam peccati à Deo cõſequatur; non ob id ſequitur quod pœna delicti videatur remiſſa.

Ibi, Quod non fuit. Notat *Azeved lib. 8. tit. 19. l. 1. num. 74. nouæ recopilat.* & per illum tenet, quòd ſi mulier concubinaria probaret, quod per tres annos præteritos honeſte fuerit converſata, excluſa amicitia, & familiari converſatione concubinarij, non præſumetur continuatus concubinatus, nã præſumptio, quæ oritur ex iſto honeſto genere uivendi excludit præteritæ malæ vitæ præſumptionem, de quo *Menoch. lib. 5. præſumptione 32. numer. 30.* & ſequentibus. 4

Ibi, Quod non fuit. Igitur ex peccato iam demiſſo non debet quis deſpici, circa quod vide *Cagnolum in l. non debet meliaris, nu. 5. ff. de regul. iur.* unde inferunt Doctores non poſſe dici aliquẽ uſurarium, ſi iam deſierit uſuras exercere. quã opinionem dicit communem *Barbat. conſ. 40. col. 7. vol. 3.* de quo dubitat. *Bart. in l. palam. §. Non ſolum, ff. de vitu nupt.* vide *Cevall. commun. contra communes, quæſt. 537.* Sic aliàs poſtquam Iudei ad Chriſti fidem fuerint converſi, non debent verba iniurioſa illis obijci; quia iam non ſunt, quod erant, ſed membra Chriſti; tradit ex noſtro textu. *Perez. lib. 1. ordinamenti, tit. 1. l. 9 fol. 34.* Sic aliàs qui dixit meretricem mulierem, 5

quę

quæ tempore convicij erat honesta, quamvis velit ostendere antea fuisse peccatricem, tenetur pœna iniuriarum: nam post pœnitentiam, non est amplius de præterito vitio vituperandũ. Idem *Perez lib. 8. titul. 9. l. 2. Glossa 5. pagin.* 230.

6 In Glossa verbo, Incipit, ibi, Quis ad priores. Vide *Hippol. in Rubr. de fideiussoribus, num. 220.*

CAP. Cum exaudiero. XIX.

SVMMARIVM.

1 *An existens in peccato possit licitè prædicare?*
2 *Dictio* unde *quid significet?*

1 IN textu, ibi, Posse docere. Igitur existens in peccato mortali si populo prædicat peccat mortaliter, cum indigne sacrum officium exerceat, ut observat *Præpos. in præsenti*, vers. *Quæro. Turrecrem, numer. 1.* Nam prædicatio Evangelij, quæ fit ab indigno aliis prodest, & ei nocet. *cap. Omnia. 78.* & ibi *Glossa 1. q. 1* quia prædicatio verbi Dei in divinis includitur *Glossa* verbo, *ad divina, in Clement. 1. de foro compet.* Cæterum verior est contraria sententia, de qua dixi *cap. mulier 29. numer. 3. 23. dist.*

In vers. Vnde. Quæ dictio importat idem quod, *ex qua causa Paul. Castr. Consil. 322. Visis actis in principio lib.* 1. ubi quod causam intrinsecã importat *Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 396.*

CAP. Iesus filius. XX.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum hæreticus pœnitens recuperet dignitates priſtinas?*
2 *Dictio, ex, quid significet?*
3 *In quo fuerit typus Iesue filius Iosedech, Iesus Salvatoris?*

1 IN textu. Cuius meminit. *Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 25.* & illud inducit ad quæstionem. Vtrum hæreticus pœnitens recuperet bona cõfiscata, beneficia, & dignitates priſtinas, de quo *Brun. de hæret. lib. 3. capit. 7. Simanch. de catholic. cap. 47. num. 15. & 16.* Adde posita *ad cap. cum constituerctur, 25 dist. 50. n. 1. Felin. in cap. ausi clerici. §. de adulterijs, num. 12. de iudicijs.* 1

In textu, ibi, Ex gentibus. 2
Dictio, *ex*, de sui propria significatione denotat causam proximam, & immediatam, estque relativa præcedentium, ut tradit *Ozasius decis. 80. num. 5. Tiraq. cessante causa limitat. 20. nu. 29. Bart. in l. non dubium, num. 23.* & ibi *Paulus de Castro, nu. 11. & Iason, num. 23. C. de legibus Abb. in cap. exhibita, n. 3.* per illum *textum de rerum permutat. & in cap. inter dilectos, num. 4. de fide instrumentorum Menoch. cons. 152. num. 42. & cons. 40. num. 3.* Aliquãdo tamen non denotat causam immediatam, sed potius remotam, ut *in l. 1. §. incendio*, & ibi notat *Bart. num. 1. ff. de incendio, ruina, naufragio, & in l. prætor ait, §. Quod de fructibus*, & ibi *Bart. nu. 2. ff. de bonis authoritate iudicis possidend. Tiraq. cessante causa, limitat. 20. num. 30.* Idem videntur tenere *Bald. num. 4.* vers. *Quæro quid, & Paulus de Castro. in l. 1. num. 6. C. de condit. insert.* ubi aiunt quòd si testator gravat filium suum, si decesserit sine filijs ex proprio corpore procreatis, & ille decedat cum nepote ex filio, non censetur gravatus, refert alios *Cened. singula. 30. nu. 1. & 2.* cum quo numeris sequentibus prosequere, circa alias significationes. *Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 274.*

In Glossa verbo, In typo. Dicit *Glossa* 3
quod *Iesus* filius *Iosedech.* typice, & figurativè præcessit salvatorem nostrum, quia sicut ille recepit alienigenam in vxorem; ita Iesus Christus sibi copulavit alienigenam uxorem, scilicet gentilem ecclesiam, item potest dici quia præcessit in officio, & opere; officio quia uterque sacerdos, fuit enim sacerdos, magnus secundum ordinem Melchisedech; opere, quia ille populum Israeliticum de captivitate Babylonis reduxit in Hyerusalem, & Christus de captivitate peccati, & Diaboli, populum suum liberavit; ut observãt *Præpos. & Turrecrem. in præsenti.* Legè scribentes *ad cap. 1. Agæi prophetæ, & ad cap. 6. numer. 11. Zachariæ.*

CAP. Contumaces. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Peregrina communio quæ dicatur?*

2 *Matri-*

2 *Matricula, in qua nomina clericorum ſcribebantur.*

3 *Alio modo puniũtur clerici minorũ ordinum, alio maiorum.*

4 *Clericus excommunicatus, aut ſuſpenſus, an poſsit repetere fructus? & num. 5.*

1 IN text. ibi, Peregrina cõmunio. Quod *Gloſſa* intelligit de cõmunione laica, quæ permittitur tantum in fine vitæ, quando cæperit ex hoc mundo peregre proficiſci iuxta *textũ in cap. 2. de electione*, vel poteſt dici peregrina communio, quod clerici peregrinentur, & ſeparentur à communione aliorum fratrũ, quoad eorum menſam, & beneficium, & officium, hoc eſt ſuſpendantur ab officio, & beneficio eccleſiæ, ut advertunt *Præpoſ. in præſenti, n. 1. Turrecrem. num. 3.*

2 Ibi, In matricula. Alludit ad antiquam conſuetudinem, olim enim omnium clericorum nomina ſcribebantur, quæ per ſingulos dies Dominicos in capitulo recitabantur, & quando aliquis erat depoſitus, nomen eius radebatur, quando verò erat excommunicatus, ſupprimebatur. *cap. nomen, 2. quæſt. 1.* ubi *Gloſſa 1.* advertit *Turrecrem. in præſenti, numer. 3. in fine*, poſt alios *Sairus in theſaur. caſ. conſcient. lib. 5. cap. 20. n. 10.* Sic aliàs matricula pro cathalogo, deſcriptione, indiceque, ab Imperatoribus vſurpatur *in l. 3. C. de agentibus in rebus. lib 12.* Matricula ſorti *in l. petitionem 13. C de advocat. diverſor. iudiciorũ.* Matriculæ militares pro numeris, *Veget. de re militari. lib 2. cap. 6.*

3 In Gloſſa 1. Docet *Gloſſa* alio modo eſſe puniendos clericos minorum ordinum, & alio maiorum, de quo vide *Greg Lopez. part. 1. titul. 5. l. 56. Gloſſa 6 & 7. Gutierr. lib 2. canonicã. cap 4. n. 64.*

4 In Gloſſa ultima. Cõtrovertit *Gloſſa* an clericus poſſit repetere fructus perditos? Tu reſolve quod quidam ſunt fructus deputati pro intereſſentibus officijs divinis, & tales fructus clericus ſuſpenſus, vel excommunicatus non recuperat, ſed alijs intereſſentibus accreſcunt, *Gloſſa* verbo, *pars dimidia. in Clem. 2. de etate, & qualitate, & in Clement. 2.* verbo *ſuſpenſus de vita, & honeſtate cleticor*, & ratio eſt, quia illi fructus non darentur etiam non ſuſpenſo, ſi non intereſſet divinis, *cap. 1. de clericis non reſidentibus lib. 6.* obſervat *Turrecrem. in præſenti, nu. 1.* verſ. *Reſpondeo.* Quod videtur limitandum, niſi ſuſpenſio, aut excommunicatio fuiſſet iniuſta, probato quod tempore excommunicationis præſens fuerit in loco, ubi beneficium habebat, eratque ſolitus divinis officijs, ante excommunicationis impedimentum, adeſſe, ut poſt *Ioann. Andr. & Anchart. notavit Præpoſ. hic, num. 4.* poſt principiũ. *Covar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8.* verſ. *Duodecimo, Felin. in cap. Apoſtolica, num. 12. de except.* poſt illos *Gutierr. lib. 1. canon cap. 1. num. 137. Cened. quæſt. 1. num. 42. 47. & 48.*

Si fructus tamen non ſunt tantum deputati, 5
pro exercitio, & intereſſentia divinorum: tũc aut clericus fuit iniuſtè excommunicatus, vel ſuſpenſus, & in tali caſu recuperat fructus medij temporis, ut eſt caſus ſecundum unum intellectum *in cap. ſuper cauſa 2. quæſt. 5.* & ibi *Gloſſa ult.* aut clericus fuit iuſtè excommunitatus, aut ſuſpenſus, & tunc non recuperat fructus, niſi exprimatur in ſententia quód fructus ſibi reſtituantur *Gloſſa in d. cap. ſuper cauſa. Præpoſit. hic, num. 4. ad med. Turrecrem. num. 1. ad fin.* & vide late de materia *Covar. lib. 3. reſolut. cap. 13. n 8.* verſ. *Duodecimo Gutier. canonic. lib. 1. cap. 1. num. 135.* & ſequentibus, qui noſtri *textus* meminere *Moneta de diſtributionibus quotidianis. 2. part. quæſt. 15. à num. 32.* Quo modo autem, & quia via debeant tales fructus recuperari? Vide *Gutier.* ubi proximé *num. 136.*

CAP. Si quis presbyter. XXII. 1

SVMMARIVM.

1 *Pœna delapidantium bona eccleſiæ.*

2 *An pœna noſtri textus ſit irregularitas?*

IN textu. Collige ex textu delapidãtes bona eccleſiæ à dignitate eſſe removendos, *textus ſimilis in capit. 2. circa fin. de ſtatu Monachor.* late tradit *Bernar. Diaz. in practica* verbo, *bona eccleſiæ delapidantes cap. 71.* ubi *nu. 1.* noſtri *textus* meminit, Adde alias pœnas nempe delapidantes eſſe excommunicatos, *textus in cap. ſi quis presbyterum, & in cap. omnes eccleſiæ. 17. quæſt. 4.* Alia eſt pœna ſacrilegij, ut probat noſter *textus*, & tradit *Rebuf. in compendio alienat bonorum eccleſiæ, num. 108.* Alia eſt pœna periurij, eo quòd beneficiati iuramento promittunt non alienaturos ſe bona eccleſiarum, dicto *cap. ſi quis presbyterum, cap. prohibemus, de cẽſibus.* Alia eſt pœna, quod talis alienatio eſt nulla, *cap ſine exceptione, 12 quæſtione 2.* & res alienata ad eccleſiam reſtituitur, nullo dato pretio *cap. 1. de ſchiſmat.* de quibus omnibus agit eleganter, *Salzed. in additionibus ad Bernard. d. cap. 71.* 1 2 1 2 1 2 1 2 1 2

In tex-

2 In textu, ibi, In ordinatione eccleſiaſtica nō haberi. Igitur propter crimen ſacrilegij irregularitas incuritur, ut tradit. *Maiolus lib. 5. de irregularitate cap. 30. Salzed. in addit. Bernard.* verbo, *ſacrilegij cap. 87. littera A. in principio.* Sed melius noſter *textus* intelligitur de quadam depoſitione accommodata delicto, nimirum quòd clericus removeri debet ab adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, vel etiam de depoſitione, aut ſuſpenſione ab ordine, ſi crimen tali pœna dignum fuerit iudicio Epiſcopi, cui totū hoc negotium committitur, ut advertit. *Suarez de cenſur. diſputat. 63. ſect. 4. num. 6.*

CAP. Benevalet. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Diverſum, an poſsit dici contrarium?*

1 IN textu, ibi, Diverſa ſentiant. Nota quòd data diverſitate hominum, datur diverſitas opinionum, *cap. quia diverſitatem, de conceſsione præbenda,* & ibi, *Gloſſa 1.* multa adducit, collige etiam quòd quandoq; dicitur diverſa opinio illa, quæ eſt alteri contraria, licèt proprie loquendo id, quod eſt diverſum non dicatur contrarium, ut eſt *textus in cap. cum Apoſtolica,* verſ. *authoritates, de ijs, quæ fiunt à prælatis,* advertit *Præpoſit. in præſenti, numer. 1.*

CAP. Sacerdotes. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit argumentum?*
2 *Præpoſitio* Ab, *quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi, Argumentum habemus. Nota quod argumentum eſt aſſumptio probabilis rationis, ex aliqua authoritate ad aliud dubium decidendum facta, de quo vide *textum in cap. forus, §. iurgium,* verſ. *argumentum, de verborum ſignificat.*

2 Ibi, Ab ipſo. Quæ præpoſitio importat excluſionem, quandoque inclusionem, quandoq; ſeparationem. *Alex. in l. 1. nu. 17. & 18. ff. Si quis cautio. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. Gloſſa 11. num. 51.* Aliquando idem importat quòd dictio *contra l. commiſſa, ff. de publicanis,* ibi, *ab hæredibus,* hoc eſt contrà hæredes, aliquādo importat idem, quod dictio *ob* ut *in l. unica C. ſi quis Imperatori maledixerit,* ibi *ab iniuria,* hoc eſt *ob iniuriam,* plures alias ſignificationes, tradit latè *Tuſchus tom. 1. concluſione 1. num. 47.* & ſequentibus.

CAP. Vt cōſtitueretur. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Lapſus in hæreſim an poſsit reconciliari per Epiſcopum?*
2 *Concil. Trident. verba noſtri textus refert.*
3 *Contritio eſt propter Dei amorem, non propter infamiam, aut honorem.*
4 *Diſpenſatio, an ſolum fiat propter vtilitatem publicam?*
5 *Severitati detrahitur propter ſcandalum.*
6 *Rigor iuris, & diſpenſatio, differunt inter ſe.*

1 IN textu. Notat *Navarr. conſ. 1. de conſtitutionibus, num. 41. editione 2.* & per illum doce lapſum in hæreſim, vel ſchiſma poſſe eccleſiæ reconciliari, & quód in terris, in quibus habetur conſuetudo præſcripta, ut lapſi ob hæreſim, vel ſchiſma reconcilientur per epiſcopos, poterunt reconciliari per eos, non obſtantibus iuribus antiquioribus, quæ cum ſint leges humanæ, poſſunt conſuetudine contraria tolli, quod latè probat. Adde poſita *ad cap. Ieſus 20. num. 1. ſupra hac eadem diſt. & Gloſſam ult. in cap. Si quis 22. ſupra hac eadem diſt. Decius in cap. niſi clerici, §. de adulter. num. 6. & 15. de iudicijs.*

2 In textu, ibi, Quæ ſolveritis in terra. Vide *Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1.* poſt principium, *& ſeſſ. 25. in decreto de indulgentijs in principio.*

3 In textu circa finem, ibi, Aliquorum fictas pœnitentias. Debet autem peccator habere magnam contritionem quia Deum offendit, nam ſi ex alijs cauſis doleret, propter infamiam forte, vel amiſsi-

amiſsionem honoris, aut bonorum, non eſt digna pœnitentia, ut per hunc *textum* late reſolvit *Gregor. Lopez. partit. 1. tit. 4. l. 23. Gloſſa. 1.*

4 Ad fin. textus in verſ. verum, ibi, Populorum ſtrages. Igitur diſpenſatio nō eſt facienda, niſi vtilitas publica vertatur, aut quia ſcādalū vitetur, aut eccleſiæ multò utilior ſit; quia bonū commune nō privato ponderat ex *D. Auguſtin*, ut videtur tenere *Gloſſa in præſenti*, verbo, *dettabendum*, dum ait diſpenſationem quandoque eſſe debitam, ubi multorū ſtrages jacet: & tenet *Abb. in cap. aiſi clerici, §. de adulter, num. 20.* & ibi *Decius à num. 16.* ſed meritò, contrarium docet *Sanch. de matrimonio lib. 3. diſp. 10. num. 6.* Nec obſtat noſter *textus* in præſenti: nā *Diuus Auguſtin*, non intendit ob ſolum bonum commune concedendam eſſe diſpenſationē, ſed non omnes pœnitentes admittendos eſſe ad ordines, ne ſpe veniæ pœnitentiam fingāt, faciliuſque delinquant, ut bene ſolvit *Sanch.* ubi proximè *numer. 7.* ad fin. Adde poſita *ad cap. Domino ſancto. 28. infra eadem diſtinctione numer. 1.*

5 In fine textus, ibi, Detrahendū ſeveritati. Igitur ſeveritati diſciplinæ detrahitur propter ſcandalum, vel quando multitudo deliquit, ut ex noſtro *textu* deducunt *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 50. Gloſſa 2. & part. 3. titul. 18. l. 50. Gloſſa 5.* latiſsimè *Tiraquel. de pœnis. temperandis, cauſa 47.* Adde poſita *ad cap. commeſſationes, numer. 5.* ſupra *diſtinctione 44.*

6 In Gloſſa verbo, detrahendū ad medium verſ. & nota. Docet *Gloſſa* quòd aliud eſt rigor, aliud eſt vis, aliud eſt diſpenſatio, de quo vide *Tiraquel de retract. Lignag. §. 35. Gloſſa 1. num. 9.* latè *Morla in emporio iuris tit. de legibus quæſtione 10. num. 27.*

CAP. Abſit. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Olim Epiſcopus Papa dicebatur.*
2 *Margareta Thomæ mori filia litteram textus reſtituit.*
3 *Miſericordia non eſt ſemper ſequenda?*
4 *Medici quando puniantur.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Miſſa Papæ Cypriano. *Gloſſa* in præſenti dicit non inveniri in chronicis, quòd aliquis Papa dictus ſit Cyprianus; & verè dicit ut conſtat ex *Platina, Genebrardo, Panvino & Baronio, Bellarmino & aliis*; unde autumat hic eſſe mendoſam litteram, *& in cap. de eo. 35.* infra eodem, ſed immerito *Gloſſa Gratianum* carpit quia fideliter tranſcripſit noſtrum *textum ex lib. 2. epiſtola 7. Divi Cypriani Epiſcopi. Carthaginenſis*, quæ ſic habet inſcriptio *Cypriano Papæ presbyteri, & Diaconi Romæ conſiſtentes ſalutem.* Obſervavit *Pamelius in annotationibus ad Cyprian. tomo primo Epiſtola 31.* Deinde Papæ nomen priſcis temporibus accommodatum fuiſſe aliis Epiſcopis, quam Romanis, ſatis conſtat, tum ex hac *Epiſtola, & aliis* eiuſdem *Cypriani*, tum ex epiſtolis. *D. Ambroſ. Hieronymi, & Auguſtin.* Papam autem nomen eſſe Græcum, quod patrem ſignificet nemo eſt, qui ignoret; aduertit idem *Pamelius adnot. epiſtol. 3. num. 3.* multa adducunt *Renatus Choppinus de ſacrapolitia lib. 3. tit. 1. num. 14. Petrus Gregorius, Syntagma iuris lib. 15. cap. 2. num. 13.* 1

Poſt principium textus, ibi, Nervos. Olim corruptiſsime legebatur. *Niſi vos*, ſed tamē hunc locū feliciter prima ſic reſtituit Margareta Thomæ Mori filia, ut teſtatur Coſterius cōmentariolo in Vicentium Lirinenſem, pro ut illum refert. *Pamelius adnot. in epiſtolam 31. divi Cypriani num. 15.* qui noſtri *textus* meminit. 2

Ibi, Per miſericordiam falſam. Ergo miſericordia non eſt ſemper ſequenda, cum forte multis graſſantibus opus eſſet exēplo *ut in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis*; ſive quando nōn eſſet ſpes de correctione ipſius delinquentis, tradit *Præpoſ. in cap. ſana num. 5.* ſupra *diſtinctione 10.* qui noſtrum *textum* refert. Porrò de miſericordia ſequenda vide *Gloſſā in cap. fin.* verbo, *inhumaniorem*, de *tranſact.* & quæ ſcripſimus *in d. cap. ſana, num. 2. & 3.* 3

In fine textus, ibi, Hoc nōn eſt curare. Notat *Gregor. Lopez. part. 3. tit. 22. l. 12. Gloſſa 1.* ad hoc quòd medici puniūtur, ut homicidæ, qui dant medicinas contrarias infirmitati, allegat. *l. medicus ff. de variis, & extraordinar cog.* Sufficit tamen quòd medicus judicet ſecundū regulas artis, licèt poſtea contrarius ſequatur eventus *Bald. in l. illicitas, §. Sicuti ff. de officio præſidis.* 4

CAP. Si quis. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminere.*
2 *Non est facile credendum, quando agitur de præiudicio tertij.*
3 *Dictio, statim, quid significet?*
4 *Navarrus nostram Glossam appellat memorabilem.*

1 IN textu. *Alludit D. Cyprian. ad Epistolam Luciani confessorum universorum nomine*, pro ut refert *Pamelius ad notat. in lib. D. Cyprian. de lapsis tom. 2. num. 67.* ubi *nu. 69. Gratianum laudat*, & nostri *textus* meminit, de quo etiam agit *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 4. l. 68. Glossa 2. & 5. l. 20.*

2 Ad fin. textus in vers. Neque. Notat *Tiraquel. de retract. Lignag. §. 36. Glossa 2. num. 9.* Non esse facile alicui credendum quãdo agitur de præiudicio tertij, & *de pœnis temperandis, causa 15. n. 51.* ubi affirmat, quòd non creditur medico dicenti aliquẽ ex vulnere obisse, etiamsi sit bonus vir, si agatur de magno alterius præiudicio.

3 Ibi, Statim. *Statim* dicitur intra octo dies: *Glossa* verbo, *statim, in cap. prudentiam, §. sexta, de officio delegati*, sed tamen varié in iure accipitur, *l. argumento §. sed & mulier, ff. de auro, & argento legato, l. si stipuler ff. de verbor.*

4 In Glossa ultima. Docet *Glossa* quod non statim tenetur quis credere etiam bono viro, quam dicit memorabilem *Navarr. in Rubr. de iudicijs, nu. 52.* vers. *subnititur*, Multa adducit *Tiraquel. de pœnis temperandis causa 51. num. 16.* iũuat. *D. Thom. 2. 2. quæstione 70. art. 3. ad secundum*, qui ait de quolibet præsumendum esse bonum, dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhibenda est cautela, ut non de facili vnicuique credatur.

CAP. Domino sancto. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An superior teneatur semper dispensare?*
2 *An Index debeat iudicare secundum legem antiquiorem?*
3 *An pater possit petere eleemosynam iure actionis?*
4 *Gratianus defenditur, & declaratur? & num. 5. & 6.*

IN textu in vers. ergo, ibi, necesse sit. Et sic tenetur superior, si causa, vel utilitas publica exposcat, aliquando dispensare, ita ut aliter peccatum incurrat, ut per *Glossam hic*, verbo *necesse, Glossam per textum ibi*, verbo, *detrahendum, in cap. Vt constitueretur 25. supra hac eadem distinct.* ubi vide posita, *num. 4.* quas sequuntur. *Abb. nu. 20. & Decius, num. 24. in cap. si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs* latissimè *Sanch. lib. 3. de matrimonio disp. 10. num. 2. & num. 7. in principio.* Vide *Trid. sess. 25. de reformat. cap. 18.*

In fine textus, ibi, Antiquior. 1 Ergo quando leges inter se pugnant, debet iudex iudicare secundum antiquiores, *Mascard. de probat. vol. 3. conclusione 1295. n. 4.* multa congerit *Tiraq. de primogen. in præfat. nu. 105.* sed obstãt. *l. non est nouum, 25. cum l.* sequent. *l. sed & posteriores 27. ff. de legibus. cap. non debet. 8. de consanguinitate.* Tu resolve aut enim leges quamvis diversæ minime tamẽ inter se pugnãt, & tũc vtraq; in suo casu servanda est, nulla addita differentia inter antiquiorem, & noviorem; argumento *cap. cum Apostolica 7.* vers. *authoritates autem, de ijs, quæ fiunt, l. 2. §. Sed quia veremur, C. de iure iur. propter calumniam.* Aut rursus leges sibi invicem repugnant, & à cõtradictione liberari nõ possunt, & tunc antiqua per noviorem revocatur & secundum hanc iudicandum erit, *dicto cap. non debet, d. l. non est novum, cap. 1. de iuramẽto calumniæ, lib. 6.* Ratio est quia secundum illas leges oportet iudicare, quæ in viridi sunt observantia: in primo verò distinctionis membro utraque est in viridi observantia, in secũda sola posterior quæ priorem abrogavit.

In Glossa verbo, Necesse. Docet *Glossa* 2 quód licèt pauper nõ possit petere eleemosinã iure actionis, potest tamen petere officio iudicis quod etiam tenet *Abb. in cap. si quis propter necessitatem, de furtis, Glossa in l. neminem C. de sacrosanct. ecclesijs* plures refert *Tiraq. de nobilitate cap. 29. num. 46. Sarmient. de reddit. part. 3. cap. 4. num. 2.* qui nostri *textus* meminere. Adde posita *ad cap sicut, num. 10. supra dist. 47.*

In vers. Quicumque. Magistraliter respondet *Gratianus* ad quæstionem quam in initio distinctionis proposuerat, an in criminibus propter quæ irregularitas incurritur, si detur pœnitentia, liceat ad ordines ascendere, vel in susceptis ministrare? Respõdet, quòd si vera est pœnitentia, pristinę dignitatis gradum recipit, & ad novam potest pœnitens ascẽdere, ut declaratur *in c. Hi qui aliare* vers. *sed exẽplo, infra hac*

hac *eadem diſtinctione*, ſed contra *Gratianum* efficaciter urget, quod irregularitas cum ſit pœna exterior non tollitur ſine diſpenſatione, etiam data interiori pœnitentia, ut per *Navarr. in Manual. cap.* 20. *num.* 73. *& 76. Henriq. Cum aliis*, quos citat *de irregul cap.* 5. §. 1. *littera* G. & eſt *textus in cap. ult. de tempor. ordin.* & ſic *Gratianum* in ſpecie reprobat *Turrecrem. in cap.* 1. *hac diſtinctione.*

5 Vt Gratianus defendatur ſupponendum eſt irregularitatem non tolli per pœnitentiam, quia eſt vera pœna fori externi, quæ non tollitur, quanvis interna contritione culpa deleatur iuxta ea, quæ tradit *Tiraquel. de pœnis, cauſa* 25 *num.* 4. *Padilha in l. tranſigere, num* 110. *C. de tranſact.* & probat multis *Henriq. de irregular. cap.* 17 *in principio.* Deinde ſupponendũ eſt quód licèt aliàs pœnitentia non ſit modus efficax tollendi per ſe irregularitatem, tamen ſi fuerit vera, notabiliter impellit ſuperiorem ad diſpenſationem, quinimo *Navarr. in Manual, numer.* 74. *&* 77. tenet quòd poſt actam pœnitentiam, licebit Epiſcopo diſpenſare, licèt aliàs non poſſet, quem ſequitur *Henriq. de irregularitate cap.* 5. §. 2. *littera M*, & cum uſurario manifeſto poſt pœnitentiam poſſe Epiſcopum diſpenſare ad obtinendum beneficium, probat *Covarr.* 3. *variar. capit. tertio numer. tertio.*

6 Ex his deducitur intellectus ab verba Gratiani; vt quidē Gratianus minime dixerit, irregularitatem tolli per pœnitentiam, ſed quod poſt pœnitentiam poteſt quis ad ſuum gradum recipi, hoc eſt per diſpenſationem, tunc temporis faciliorem; & id ſignificat verbum *recipere poſſint*, nam ſi intelligeret pœnitentiã per ſe tollere irregularitatem, uteretur verbo, *recipiunt.* Si verò pœnitentia ficta fuerit, intellexit recipere non poſſe gradum dignitatis, quem amiſit: hoc eſt non ita facile cum illo diſpenſando, vel etiam quia non poterit per diſpenſationem amiſſum gradum recuperare, ut valeat in illo miniſtrare, quia cum irregularitas ex delicto non contrahatur niſi per delictum, quod ſit mortale, ut contra *Caietan.* bene docuit *Navar. in Manual. cap.* 27. *numer.* 212. verſ. 8. ille qui eſt in peccato mortali impœnitens, non poteſt miniſtrare in ordine, etiam diſpenſante Pontifice; & ita omnes Canones, quos pro utraque parte affert *Gratian. in hac diſtinctione* intelligendi ſunt, ut negantes irregularitatem tolli pœnitentia, intelligantur per ſe, quia ad hoc efficax pœnitentia non eſt: affirmantes vero intelligantur per diſpenſationem, ut intellexit *Turrecremat. in cap.* 1. *hac eadem diſtinctione col.* 2. *ad fin.*

CAP. Si quis Diaconus. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Hormiſda Pontifex quis fuit?*
2 *Verba textus conciliantur.*
3 *Ex poſtulatione non acquiritur ius.*
4 *Deprehenſus in crimine, an ſtatim poſſit condemnari? & num.* 5.

IN ſuper inſcriptione, ibi, Hormiſda. Qui ſũma concordia fuit creatus Pontifex ſeptimo Kalendas Auguſti, natione Campanus, ex patre Iuſto, patria Fruſinate anno Chriſti. 514. tẽpore Anaſtaſij Imperatoris. Hormiſda provincialem ſynodũ in Vrbe habuit, omniumq; conſenſu Euthichianos iã antea improbatos, damnavit & Manichęos, iterum in Vrbe Roma pullulantes, eorumque codices ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ incendio conſumpſit. Inter alia beneficia, quæ à Deo conſecutus eſt Hormiſda, illud magni momenti cenſendum eſſe videtur, quòd oves, quæ non erant ex ouili, vniverſo gregi coniungeret; cum videlicet barbaræ, ac feræ nationes expertes divinæ legis, ſepultæ diu erroribus, atque offuſæ tenebris, ad fidem chriſtianam capeſcendam acceſſerint. Obijt Hormiſda Papa octavo Idus Auguſti, cum ſediſſet annos novem, & dies decem, perfunctus honeſtiſsimè munere Pontificio, qui inter immenſos ſæculi fluctus eccleſiam ſumma conſtantia rexit, vide *Baron. tom.* 6. *annal. anno Chriſti.* 514. & ſequentibus, *& tom.* 7. *anno Chriſti*, 522. & ſequentibus. 1

Poſt principium textus, ibi, In ſancto Ioanne. Intelligit *Gloſſa* de Ioanne *Pontif.* 8. *ex cap. Miror*, 4. *ſupra hac eadem diſtinct.* de quo vide quæ ſcripſimus *in cap. vides diſtinctione* 10. ſed videtur quod inadvertenter procedat *Gratian.* dum allegat authoritatem Hormiſdæ Papæ, & inſerit de Ioanne Pontif. Nam Hormiſda præceſſit in Papatu quemlibet Ioannem Papam ut conſtat ex *Platina, & Pannino*; ſed reſpondetur quód *Gratian.* hìc interſerit partem alterius capituli Ioannis, & admiſcet inter verba Hormiſdæ, ſic facit ſupra *in cap. Sacerdos, hac eadem diſtinctione* ubi interſerit *Gregorium* inter verba *Auguſtini*, licèt *Auguſtinus, Gregorium* præceſſerit, ut bene notavit *Archid. in præſenti*, & poſt eum *Præpoſit. num.* 2. verſ. *ſecundo.* 2

3 In §. Quid ſi eos, ibi, Deberemus. Notat *Gregorius Lopez part. 1. tit. 5. l. 24. Gloſſa 2.* & per illum docet, quód licét ex poſtulatione non acquiratur ius poſtulati, Papa tamen debet ei facere gratiam, quia alias iniuriam ei faceret, vide *Gloſſam in cap. penult. de poſtulatione prælatorum.*

4 In Gloſſa verbo deprehenſi. Controvertit *Gloſſa* an, & quando ſufficiat, quòd quis deprehendatur in ipſo crimine, ut abſque alia convictione condemnari, & puniri valeat, quaſi deprehenſio eiuſmodi rem efficiat notoriam, de quo agunt *Gloſſa 1. Butrius, num. 4. Abb. num. 19. Decius, num. 11. & alij, in cap. cum non ab homine, de iudicijs, Bart. & Doctores in l. defenſores C. de defenſoris civitatum, & in l. 1. Cod. de petit. bonorum, lib. 10. Palat in repetit. capitul. §. 21. notabili. 3. nu. 12. & 17. Clarus in practica §. ult. quæſt. 8. Boſius in practica tit. de denuntiat. numer. 10. poſt Gloſſã 1. in cap. ex litterarum, de eo, qui duxit in matrimonium Gloſſa 2. in cap. presbyter 81. diſt. Gloſſa 1. in cap. tua, de panis, & in cap. ult. 11. queſtione ult.* citantes *textum* pro parte negativa, *in cap. Cum non ab homine, de iudicijs*, dũ ultra deprehenſionẽ requirit, quòd clericus convincatur; ſed obſtare videtur *textus in l. palam 43. § Quem, de adulterio, ff. de ritu nuptiarum l. 2. § item l. capite quinto, ff. de adulteris d. cap. tua. d. cap. ex litterarum*, textus noſter cum alijs.

5 Obtinuit communis opinio ex *Abbate*, & præcitatis, quod ubi delinquens à paucis deprehenditur in crimine, vel in actu proximo, dicitur crimen manifeſtum, probabile, quia per illos probari poteſt. Si verò in crimine, vel actu proximo deprehendatur à populo vel multitudine, vel à pluribus rem notoriam efficientibus, tunc ex tali deprehenſione, vel potius ab actu percipiendo ſenſu corporeo, inſurgit notorium, ita ut ex eo poſsit reus cõdemnari, & puniri, licet aliter convictus non ſit, iuxta *regul. cap evidentia, de accuſat. & cap. ult. de cohabitat. cleric. or.* & ita poſſunt intelligi *d. l. defenſores, d. cap tua, d. cap. presbyter*, cum alijs; intendunt *Gloſſa noſtra in præſenti Gloſſa 1. in d. cap. Cũ non ab homine*, nec refert an per clericos, an verò per laicos clericus deprehendatur, *cap. penult.* verſ. *dicit enim, de purgatione Canonica*, ubi *Doctores Abb num. 20. Decius, numer. 12. ind. cap. cum non ab homine.* Vbi autem delinquens etiam à pluribus deprehenditur non in ipſo crimine, vel actu proximo, ſed poſt illud commiſſum, tunc ex hac deprehenſione inſurgit infamia, vel indicium maius, aut minus iuxta numerum deprehendentium, & circunſtantias loci, temporis, & ſimiliũm, & in hac ſpecie oportet quód reus ulterius convincatur, ut condemnari, & puniri poſsit, & ſic procedunt *Gloſſa in dicto cap. ex litterarum, & in dicto cap. ult. & cap. tua, & in d. l. capite quinto.*

CAP. Quicumque. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Lapſus, de facili non reſtituitur.*
2 *Eccleſiaſticus dicitur divinus.*

IN textu. Collige quòd lapſus, de facili non reſtituitur ad priſtinum ſtatum. De materia videbis nonnulla per *recopil. titul. 2. l. 2. num. 15.* & ſequentibus. 1

Ibi, Divini. Nota quod *Gloſſa* bene exponit *eccleſiaſtici.* Nam aliquando eccleſiaſticus dicitur divinus tum quia divina authoritate inſtitutus; Deus enim ſacros ſtatus in eccleſia inſtituit, per Moyſen filios Levi. *Deut.* 10. tum quia eccleſiaſtici gradus ad divina, & ad divinum cultum ordinantur, abſeryat *Turrecrem.* in præſenti. 2

CAP. Qui ſub gradu. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio gratiæ non reponit cauſam in priſtino ſtatu.*
2 *Quis poſsit baptizare? & num. 3.*

IN textu. Nota quòd quandoque depoſitus, nõ reſtituitur ad omnes actus cõpetentes ratione ordinis, ſed ad aliquos tantũ. Vnde infertur quod reſtitutio gratiæ non reponit cauſam in priſtino ſtatu, ex *Covarr. lib. 1. reſolut. cap. 5. num. 7. Menoch. recuperand. remedio 10. à num. 102. Coſta in §. & quid ſi tantum, parte 2. num. 49.* An autem reſtitutio Principis de gratia reſtituat etiam ad priſtina bona? vide *Abbat. in cap. quia, 5. num. 9. de electione.* 1

In Gloſſa verbo, Baptizare. Docet *Gloſſa* quod licèt clericus poſsit ſolemniter baptizare, non tamen laicus. Tu breviter reſolve, munus baptizandi iure ipſo convenire Epiſcopo in ſua diœceſi, hanc autem facultatem habent etiam parochi ex approbatione iuris, ac proinde licentia Epiſcopi 2

non

hon indigent; presbyteri autem alij ex conceſsione Epiſcopi, vel ex commiſsione parochi. Diaconi verò ex vi ſuæ ordinationis non poſſunt baptizare; nec obeſt quod in Pontificali Romano illis datur poteſtas prædicandi, & baptizandi. Repondetur enim hoc intelligendum eſſe ex commiſsione, & iuſſu ſacerdotum, vel epiſcoporum, quo dato poteſt diacono committi ſolemnis adminiſtratio baptiſmi, ſubdiacono verò nulla de cauſa baptiſmus committi poteſt, niſi in extrema neceſsitate, deficiente presbytero, & diacono. In caſu neceſsitatis poteſt etiã laicus, vel mulier baptiſmum dare.

5 Eſt tamen advertendum inter miniſtros inferiores ſacerdoti, eſſe ſervandum ordinem, ita ut quilibet ordinatus præferatur laico, & inter ordinatos, qui eſt in ſuperiori ordine conſtitutus, & inter laicos vir, fœminæ, quia hoc ſpectat ad quandam decentiam, & reverentiam Sacramenti. Vnde neq; exlicentia ſacerdotis poterit laicus, imò nec quilibet alius non ſacerdos, etiamſi diaconus ſit, vſurpare tale munus ſine graui cauſa, quæ neceſſitati æquivaleat, probant omnia ſupra dicta latiſſimè *Suar. 1. tom. de Sacramentis diſput. 31. art. 4. Vazques tom. 2. debaptiſmo diſput. 147 cap. 3.* & ſequentibus Adde poſita *ad cap. diaconos 93. diſt.*

CAP. Presbyter. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccat mortaliter qui diſsimulat ſe chriſtianum, licèt corde confiteatur.*
2 *Qui invictus peccat, mitius punitur.*
3 *An Apoſtata fictus ſit irregularis?*
4 *Quis poſsit cum illo diſpenſare?*
5 *Verba noſtri textus exponuntur?*
6 *An in extrema neceſsitate liceat Idolothytis veſci?*

1 IN textu. Quem citat. *Navarr. tom. 1. in cap. Humanæ aures, quæſtione 3. num. 16.* verſ. *decimoquarto*, & per illũ docet peccare mortaliter eum, qui diſsimulat ſe chriſtianum, licèt corde confiteatur eſſe, etiamſi metu iuſto id faciat, citans *Divum Thom. 2. 2. quæſtione 3. artic. 2.* quatenus habet non licere catholico ſe negare catholicum, imó teneri ad confitendum ſe talem, quoties id exigit honor Dei, & proximi neceſsitas. Lege quæ de hac re ſcribit *Suar. de fide diſp. 14. ſect. 1. & 3. Sanch. tom. 1. decal. lib. 2. toto cap. 4.* apud quos alij. Debent tamen qui invicti, ac coacti delinquunt, levius puniri, ut probat noſter *textus*, proſequitur latè *Tiraquel. de pœnis cauſa. 36. num. 1.*

In verſ. Qui autem fugientes. 2
Licèt qui invictus peccat, levius puniri debeat, hoc tamen non procedit, ſi abſolutè, & præciſè fuerit coactus, quia nihil confert ſecundum proprium motum, & potius pati, quàm agere videtur, ut eſt *textus in cap. Sacris*, & ibi *Gloſſa, & Doctores de ijs, quæ vi, l. vim paſſam ff. de adulterijs, l. fœdiſsimam Cod. eodem, Tiraquel. de pœnis. cauſa 36. numer. 5.* qui noſtri *textus* meminit.

In verſ. Diaconi, ibi, Ab omni ſacro miniſterio. 3
Igitur ſi quis exterius metu, vel humana cupiditate fiat apoſtata, vel adoret idola, vel ad paganiſmum tranſeat, licèt interius fidem retineat, manet irregularis, quod probabilius cenſet *Suar. de cenſur. diſput. 43. ſectione 2. nu. 2.* limitat tamen idem doctor quando non ex ſolo timore, ſed ex abſoluta coactione, & neceſsitate quidpiam ſimile exterius agere cogatur, quia in eo nihil peccavit iuxta reſoluta, *num. 2.*

Poſt principium textus, ibi, Honorẽ retinere, 4
Et ſic cum presbyteris Apoſtatis diſpenſari poteſt, ut honorem ſedis propriæ retineãt, non tamen ut in ſacerdotali officio miniſtrẽt, aut ſermonem ad populum habeant. Quæ ſuſpenſio à munere prædicationis, cum non ſit actus ordinis, non eſt intrinſeca omni irregularitati ſed in hac apoſtaſiæ, ſeu infidelitatis ſpecialiter exprimitur, obſervat idem *Suar.* ubi proximé, *num. 3.* Hæc irregularitas quoad ordines ſuſcipiendos, non eſt diſpenſabilis niſi per Pontificem: quoad vſum verò miniſtrandi, in ordinibus ſuſceptis uſque ad diaconatũ, conceditur poteſtas diſpenſandi Epiſcopo ex gravi aliqua cauſa, ut probat *textus in* verſ. *diaconi*, obſervat idem *Suar.* ubi proximè, *numer. 3.*

In fine textus, ibi, Benevolentiam commodari. 5
Hæc vltima verba *textus* ſumpta ſũt ex *Concilio Nicæno 1. cap 11.* ubi grauior pœnitẽtia ijs lapſis imponitur, qui ſponte per cupiditatem, vel ſimilem aliũ reſpectũ idola colendo peccarunt, & poſt longum tempus illic ad cõmunionẽ admittuntur, & hæc eſt benignitas, quæ illis impenditur in præſenti, proſequitur late *Suar.* ubi ſupra, *numer. 4.* licèt *Gloſſa* aliter verba *textus* intelligat.

6 In Gloſſa verbo, per neceſsitatem. Docet *Gloſſa* potius debere aliquē mori fame, quam veſci idolothytis per *textum in cap. ſicut ſatius. 33. quæſtione 4.* ſed contrarium dicendum eſt, ut reſolvimus *ad cap. ſi quis carnem 13. numer. 2. ſupra diſt. 30.* Nec obeſt *textus* quem *Gloſſa* citat, quia debet intelligi quando quis cogitur veſci idolothytis in Idolorum cultum iuxta noſtrum *textum*, quod ex eo patet, quia ceſſante ſcandalo, & iniuria Salvatoris, eſſo adhuc præceptum illud Apoſtolorum perſeveraret, licitum eſſet in extrema neceſsitate carnibus illis veſci; quia cum præceptum de conſervanda vita ſit de iure naturali, & prohibitio illa ſolum eſſet de iure poſitivo: quando duo præcepta ſimul concurrūt, quorum unum eſt de iure naturali, & alterum de iure poſitivo; iuri naturali, quod prævalet, eſt ſtandum: Tradit in ſpecie *Mol. de iuſtitia tract. 5. diſp. 62. in fine Ægidius Coninck. tract. de fide diſp. 15. num. 54 & 64.*

In §. Sed illud.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus ab aliquibus impugnatur.*
2 *Ex delicto occulto per ſe non incurritur irregularitas.*
3 *Ex peccato externo, præterquam ex homicidio, non inducitur irregularitas? & nu. 4.*
5 *Crimen externum depoſitione dignū, & ſimul notorium inducit irregularitatem.*
6 *Differentia inter irregularitatem provenientem ex delicto notorio, depoſitione digno, & ex delicto notorio, tranſeunte.*
7 *Gratianus defenditur.*

1 GRatianus in præſenti, concordiā ad diſcordātes Canones huius diſt. aſsignat, nā ait *quod pœnitentia tollit irregularitatē criminis occulti, non verò criminis manifeſti*, ut colligunt *Archid. & Prepoſitus hic*, ſed videtur falſum apertè docere, nā vel intelligit de crimine occulto, mentis limites non egrediente, & tunc ſupponit falſum, quia nullum eſt crimen mentale irrigularitatem inducens, ut infra dicemus, & ita in hoc ſenſu reprobatur *Gratianus* ab *Hug.* quem refert *Turrecrem. hic*, vel rurſus intelligit de crimine occulto foras exeunte, pro ut opponitur notorio, & etiam tunc falſum docet, quia nullum eſt, crimen occultum irregularitatem inducens, præter homicidium, ut probant infra citandi, & tamen irregularitatem ex homicidio nō tolli per pœnitentiam, probat efficaciter *cap. minor, ſupra eadem diſt.* quare hanc *Gratiani* ſolutionem reprobat] *Turrecrem. in cap. 1. hac diſt.*

Pro defenſione *Gratiani*, dicendum quòd ex 2
nullo delicto occulto per ſe ſeu interno hoc eſt limites mentis non egrediente in actum externum, incurritur irregularitas, probant *Covar. in Clem. 1. parte in initio, num. 4. & 2. parte in initio, num. 3. Navarr. in Manual, cap. 27. num. 192. & num. 249. Soto lib. 5. de iuſtitia quæſt. 1. art. 9. in fin. Henriq.* qui plures refert *lib. de irregul. cap. 3. §. 2. littera O.* & circa cenſuras *lib. 13. de excōmunicat. cap. 17. §. 2.* Vnde conſtat nullam eſſe irregularitatem mentalem. Quomodo verò intelligantur quædam *bullæ* de illa facientes mentionem, vide *Covarr.* ubi ſupra *d. num. 4. Henriq. lib. 13. de pœnitentia cap. 14. §. 4. in principio.*

Secundo dicendum, quòd ex nullo peccato 3
externo qnantumcumque enormi, irregularitas inducitur, præterquam ex homicidio, ita *Navarr. in Man. cap. 27. num. 248. Henriq. lib. de irregularit cap. 3. §. 2. in principio, & cap. 5. §. 2. littera K.* & deducitur *ex textu in cap. fin. de temp. ordin*: vnde hæreſim occultam etiam exteriorem nō inducere irregularitatem tenet *Henriq. c. 4. §. 6.* & idē in ſimonia dicendū eſt. *Henriq. d. cap. 5. §. 1. littera E.* Licèt hoc crimen cum homicidio exceperit *Turrecrem. in cap. 1. 50. diſtin.* Idem de nefando crimine *Navarr. dicto cap. 17. á num. 248. contra aliquos Henriq. d. §. 1. littera F.*

Verum omnes hi doctores paſsim docētes 4
quod nullum dellictum occultum parit irregularitatem præter homicidium videntur convinci ex *Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.* ubi concedit licentiam diſpenſandi in irregularitate ex crimine occulto præter homicidium, cui decreto reſpendebat *Henriq. cap. 20. §. 4. in principio*, quòd ex delicto occulto immediatè nulla irregularitas inducitur, cuius mens iſta videtur, quòd ſint multæ ſpecies irregularitatis, quæ ex aliqua cauſa oriuntur, interim tamē requirunt præſumptionem, & dellictum, ut eſt violatio cenſurarum, iteratio baptiſmi, &c. Quia ex illa indecentia oritur irregularitas, ſed non, niſi detur præſumptio, & dolus. Verum contra hanc ſolutionem obſtat quod in ſupra poſitis exemplis ex illo delicto immediatè videtur naſci irregularitas, quod ſupponit *Trident. in illo decreto*, dum excipit homicidium, quæ exceptio declaravit regulam, quare melius reſolvendum eſt nullum dellictum quantumcumq; enormiſsimum, ex eo, quod ſit enorme, inducere irregularitatem dum eſt occultum

occultum, niſi fuerit iuſtè expreſſum, ut eſt homicidium, nec ex illo poteſt ad alia maiora delicta deſumi in hac materia argumentum: ſi verò fuerit enorme delictum manifeſtum, tunc reſolvitur iuxta ſequens dictum, & hæc videtur mens ſupra citatorum.

5 Tertio dicendum quod ſi crimen fuerit externum depoſitione dignum, & ſimul notorium, inducit irregularitatem, deducitur ex illo *cap. fin. de temp. ordin.* & eſt communis opinio omnium, conſtat ex *Navarr. nu.* 248. *Henrriq. d. cap.* 2. §. 2. ubi *in* §. 2. explicat quid ſit notorium; circa quod advertendum eſt quod ad hanc irregularitatis opinionem, non ſufficit quod de delicto ſit infamia ut probat *Navarr. d. num.* 248. *in principio*, ſed ſi detur infamia delicti, licèt non ſit notorium, nec depoſitione dignum, exiſtimo incurri aliam ſpeciem irregularitatis, quæ datur, ex infamia facti, de qua idem *Navarr. d. cap.* 27. *num.* 204. *Henrriq. d. cap.* 5. §. 3. idque mihi probat expreſſe *textus in c. ult. de furt.* ubi Pontifex agit de furto. (Quod non eſt crimen depoſitione dignum, quia licèt, an crimen ſit dignum depoſitione relinquatur arbitrio iudicis, ſecundum melius ſentientes iuxta ea, quæ *Abb num.* 34. *Dec. num.* 36. *& alij in cap. atſi clerici, de iudic. Menoch. de arbitr. caſu* 266. *à principio, & num. ult.*) tamen ex omnibus conſtat iudicem attendere debere ad magna ſcelera, & quæ ſimilia illis; quibus ſimilis pœna iure imponitur, & ut dixit *Navarr. d. nu.* 248. verſ. *ſecundo dico*, talia crimina adulterio, & ſtupro ſimilia, quale non eſt furtum, quod eſt minus, iuxta ordinem *Decalogi*, ex quo gravitas peccati perſpicienda eſt, iuxta receptam doctrinam *D. Thom.* 12. *quæſt.* 100. *art.* 6. & in ſpecie quod crimen furti non ſit dignum depoſitione tradunt citati, *á Bernard. in pract. c.* 90. *num.* 1. *col* 2. & tamen ſummus Pontifex in illo *cap ult. de furt.* inquit quòd, ſi de furto clericus ſit infamia reſperſus, etiamſi pœnituerit, nõ ſit ad ſacros ordines promovendus, quaſi irregularis, ergo aperte docet quòd crimina, quę non ſunt digna depoſitione, de quibus nõ eſt notorietas, ſed infamia ſufficiunt ad irregularitatem.

6 Illa profectò erit differentia; quòd irregularis ex delicto depoſitione digno notorio, etiã ceſſante illa notorietate, tranſeunte delicto, non poterit ad ordines promoveri, ſine diſpẽſatione *Henrriq. d. lib de irreg. c.* 17. §. 1. *littera E.* quam non poſſe Epiſcopum concedere, aliqui exiſtimant, quia nullibi in iure hæc facultas Epiſcopo conceditur, quidquid contrarium docent ſæpé *Navarr. d. cap.* 27. *num.* 154. *& cap.* 25. *num.* 77. *& paſſim alibi*; quinimo nec ſi crimina eſſent adulterio minora, licita eſſet Epiſcopo diſpẽſatio, quoad irregularitatem ex illis provenientem, vel de ſe, vel ex notorietate, quia generalis conceſsio *cap. atſi clerici* §. *de adulterijs, de judic.* videtur reſtringi, per ſpecialem reſervationem diſpenſationis in irregularitate, quam ſummus Pontifex facit, attento iure cõmuni, ut videtur innuere *Decretum Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. quod ſupponit ante illud decretum eſſe reſervatam irregularitatis diſpenſationem, quidquid in criminibus adulterio minoribus hanc licentiam concedant omnes, ut conſtat ex citatis à ſupradicto *Henrriq.* ubi ſupra *cap.* 19. §. 2. & ſæpe alibi. At verò ſi irregularitas non incurratur ex notorietate criminis depoſitione digni; ſed ſolũ ex infamia, ex vitæ emendatione tolletur irregularitas. *Navarr.* ubi ſupra *d. num.* 204. *Henrriq. d. cap.* 5. §. 4. *littera Q.* & ſic patet differentia inter notoria depoſitione digna, & crimina etiam depoſitione non digna infamantia, quæ paſsim nõ invenietur apud Doctores.

Ex his ſic prænotatis vere intelligitur *Gratianus* ut quidẽ loquatur de criminibus de poſitione dignis, ut loquuntur, fere omnia *iura*, quæ ipſe citat *in hac diſtin.* quæ quidem ſi manifeſta fuerint, inducunt irregularitatem, iuxta ſupra dicta, ac per conſequens etiam pœnitentia ſub ſecuta, non tolluntur, quod optimè docet *Gratian. hic:* ſi verò occulta ſint, hoc eſt, vel limites mentis non egrediuntur, vel ſi egrediũtur, non ſunt notoria, tunc cum non inducant irregularitatem iuxta ſupra dicta, ſolum prohibẽt in ordinibus miniſtrare, vel alium ſuſcipere ratione peccati mortalis, quare ſublato per pœnitentiam peccato mortali, poterunt miniſtrare, quia nullum manet canonicum impedimentum, ut verba illa, *in ordinibus remanere poſſunt*, ſignificant, hoc eſt, in ordinibus miniſtrare poſſunt, quia ſic remanẽt cum effectu; non agit autem hic *verſ.* de homicidio, de quo ſpecialiter agit *in cap. de eo.* verſ. *quod verò, infra eadem*, in quo diverſum dicendũ eſt, quia etiã occultum parit irregularitatem iuxta ſupra dicta, & hoc modo rectè concordat *Gratian.* diſcordantes *Canones hac diſt.* relatos, & ceſſant ſupra contra illum adducta. 7

CAP. Sacerdotes. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ devenit ad iudicium dicitur manifeſta.*

2 *Sacerdotes an deponantur per ſimplicem fornicationem?*

1 IN textu, ibi, Manifeſtus. Igitur ex eo, quod res deuenit in iudicium, & conſtat ex actu, dicitur manifeſta, & notoria ut ex noſtro *textu* colligit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 4. l. 33. Gloſſa* 2. ad finem iuvat *caput. olim*, & ibi *Abb. notabili*, 2. *de verborum ſignificatione.*

2 Ibi, Non poſſunt habere honorem. Hodie tamen non deponuntur ſacerdotes per ſimplicem fornicationem, ſecundum communem opinionem, contra alteram communem de qua *Perez. lib. 8. ordinamenti tit. 19. Gloſſa 1. pag. 377.* verſ. *Virum autem.* Vide poſita *ad cap. pervenit 9. num. 1. ſupra hac eadem diſt.*

CAP. De his verò. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Crimina quæ impediunt ordinis executionem.*
2 *Scandalum duplex eſt, & de genere ſuo eſt peccatum mortale.*
3 *Dictio*, quondam, *quid ſignificet?*
4 *Clericus in crimine deprehenſus, an poſsit capi per laicos?*

1 IN textu. Agit *textus* de criminibus, quæ impediũt ordinis executionem, de quo vide latè *Turrecrem. in præſenti, num. 1.* qui viginti caſus cõgerit: *Præpoſ. num. 4.* de quibus omnibus commodius alijs locis agemus. Porrò dum *textus* agit de furto à clerico commiſſo, vide latè *Farinac. de furtis quæſtione 167. numer. 9.* qui noſtri *textus* meminit.

2 Ibi, Quia ſcandalũ eſt populo. Scandalum duplex eſt, activum, & paſsivum. Activum eſt in eo qui per actus inordinatos aliquid indebitè faciendo, ſcandalizat proximum, dando occaſionem ruinæ. Paſsivum verò eſt in eo, qui ſcãdalizatur ex actu proximi: Scandalum autem ſemper eſt peccatum habẽs malitiam charitati contrariam, & ex genere ſuo eſt peccatum mortale, licét ex levitate materiæ poſsit eſſe veniale, de quo latè *Suar. de charitate diſp. 10. ſect. 1.* Quod genus voluntatis requiratur ad contrahendam malitiam ſcandali, vide *eundem ſectione.* An opera, quæ ſunt ſub præcepto ſint omittenda propter ſcandalum vitandum? Vide eleganter eundem *Suar. ſect. 3. n. 3.* & ſequentibus. Recurre *ad cap. Licet. 4. n. 2. 45. diſt.*

Poſt principium textus, ibi, Quondam. Eſt adverbium temporis præteriti, & removet qualitatem de præſenti *l. cui eorum §. 1. ff. de poſtulando, l. Inſula ff. de acq. rerum dominio, cap. ad petitionẽ, & cap. accedens, de accuſation. Gloſſa in l. eorum ferro. §. eam rem*, verbo *Dominus, ff. de public. Gratus conſ. 76. num. 2. vol. 2.* qui ait dictionem, *quondam* denotare eum, qui nominatur, mortuum eſſe. *Felin. in cap. ex parte, num. 2. de foro compet. Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſſa. 9. num. 51.* vide latè *Cened ſingulari 92. num. 1. & 2. Cardin. Tuſchum tom. 2. littera D. concluſione. 356.* 3

In Gloſſa 1. in fin. Docet *Gloſſ.* quòd clericus in crimine deprehenſus, poteſt detineri à laico per 20. horas de quo ſunt videndi *Guido Papa q. 73. num. 1. Boſsius tit. de foro compet. num. 150. Felin. in cap. ſi verò, num. 4. de ſententia excommunicationis. Clarus in praxi, §. fin. quæſtione 28. num. 6. Garcia de de nobilitate Gloſſa 9. num. 36. & 39.* dicit cõmunem, *Villalobos*, verbo, *clericus, num. 76. & 77. Farinac. in praxi quæſtione 8. num. 122. Gloſſa 1. & Doctores in cap. cum non ab homine, de iudicijs.* De clerico autem deprehenſo in crimine ſine habitu, vide eundem. *Guidon. quæſtione 138.* ubi *Ferrerius*, bene notat quód ſi quis deprehendatur in crimine deferens veſtem clericalem, & tonſuram, & nihilominus, qui cum deprehenderint aſſeverent non eſſe clericum, aut clericatus priuilegium amiſsiſſe remitti debere ad eccleſiaſticum iudicem, ut de ea lite cognoſcat. 4

CAP. De eo. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, autem, *quid ſignificet? & nu. 2.*
3 *Mora quandoq; eſt neceſſaria tàm in indicio, quam in ſententia, & executione.*
4 *Dictio*, tunc, *quid ſignificet?*

1 IN principio textus, ibi, Autẽ. Quę dictio regulariter adverſatur in iure, & in facto, *l. hoc amplius, §. de his*, & ibi *Gloſſa*, verbo, *autem, & Bart. numer. 1. ff. de damno infect. l. ſed & ſi lege, §. quod autem, ff. de petit. hæredit. l. fin. §. Sin autem. Cod. communia vtriuſque iud.*

iuſ. cap. Quoniam frequenter, §. In alijs, verſ. *ſi autem, ut lite non conteſtata cap. reprehenſibilis,* 16. §. *Si autem de appellat. textus in cap. Statutum,* §. *Cum autem,* & ibi *Gloſſa* verbo, *autem de reſcript. lib. 6. multi quos* refert, *Cened. ſingul.* 7. *n.* 1. Quod tamen fallit, quando non procedit aliquid, cui adverſetur, quia tunc dictio *autem* ponitur inchoativè ſeu declarativè *l. quamquam autem, l.* 1. §. 1. *ff. de aqua plun. arcenda, l.* 2. *ff. de iudicijs, cap. conquerente.* verſ. *Nos autem,* & verſ. *in autem, de officio ordinarij cap. ex litteris, de tranſact.* late *Cened.* ubi proximè, *num.* 2. *Cardinal. Tuſch. tom.* 2. *littera D. concluſione,* 248. *num.* 3.

2 Licet enim iſta dictio *autem* ſit adverſativa, repetit tamen qualitates caſus præcedentis, exceptis ijs, in quibus expreſſè adverſatur *textus in l. mariti,* §. *fin.* & ibi *Gloſſa, & Bart. num.* 1. *ff. ad l. Iudiam de adulter;* Vnde ſi dicitur *ſcholares ſtudent, Petrus autem ludit,* intelligitur Petrus ſcilicet ſcholaris, & adverſatur ijs, quæ ſunt eiuſdem generis *Bart in d. l. mariti,* §. *fin. num.* 1. *Reminaldus qui ad hoc plures* citat *in* §. 2. *num.* 32. *inſtitut. quibus alinare non licet.* Sic aliàs ſi ſtatuto caveatur quod exiſtentibus maſculis, fœminæ non ſuccedant abinteſtato niſi in dote, facto autem teſtamento non ſuccedant, niſi quatenus teſtator duxerit eis relinquendum, debet intelligi facto teſtamento, & exiſtentibus maſculis, quia repetit qualitates præcedentes. *Bald. in leg. omnes populi* verſ. *tertio modo ff de iuſtitia, & iure,* plura adducit *Cened. d. ſingulari* 7. *numer.* 8. cum quo laté proſequere circa alias ſignificationes.

3 Ibi, Diſtuli. Nota moram quandoq; eſſe neceſſariam, tàm in iudicio, quàm in ſententia, & executione, quandoque enim ex cauſa iudex ſententiam poteſt differre, ut habeat conſilium cumprudentibus, *leg. proximè ff. de his, quæ in teſtamento delentur. cap. Cum apud.* 69. *ad fin.* 11. *quæſtione* 3. *nonnulla tradit Oraſcus lib.* 2. *emblemate* 32.

4 Ibi, Tunc. Dictio, *tunc,* quid importet? Vide *Auchart. conſ.* 354. *Quidam, numer* 3. *& plenius conſ.* 356. *numer.* 5. *Decium conſ.* 63. *pro tenui, numer.* 2. ubi additio. *Decian. conſ.* 2. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 2. *& conſ.* 3. *num.* 45. *&* 46. *eodem lib. Roland. conſ.* 56. *num.* 18. *&* 20. *lib.* 3. *& conſ.* 56. *num.* 19. *& conſ* 70. *num.* 15. *&* 16. *eodem lib. Caſſiodorum deciſ.* 1 *de teſtamentis. Ripam in l.* 1. *num.* 169. *ff. de vulg. & pupil. Iul. Clar. in* §. *emphyteuſis quæſtione* 13. *num.* 5. verſ. *Item quæro. plurimos* refert *Tuſch. tom.* 2. *littera D. concluſione* 390. *n.* 1. *uſque ad.* 27.

CAP. De his clericis. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ilerdenſe Concilium, quando fuerit celebratum?*
2 *Sacerdotes plenam poteſtatem habent circa pœnitentias imponendas.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Concilio Ilerdenſi. In quo interfuerũt Epiſcopi octo, ſtatuentes nonnulla de rebus, ad ſtatum clericorum pertinentibus. Fuit Concilium Ilerdenſe celebratum ſub ſymacho Papa, Imperatore Anaſtaſio, anno Domini 504. ſi creditur Padilh. in Epitome concilior. fol. 28. Pòrro de ſymacho vide quæ ſcripſimus *ad cap.* 2. *num.* 1. ſupra *diſtinct.* 10. Ilerda oppidum eſt citerioris Hiſpaniæ in conventu Tarraconenſi non procul à ſycori fluvio, cuius meminit *Ptolomæus lib.* 2. *cap.* 6. 1

In textu. Vide aliqua per *Covar. in Clement. ſi furioſus* 2. *p.* §. 3. *nu.* 4. in principio *Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 16. *Gloſſa* 2. qui uterque noſtri *textus* meminere. *Menoch. de arbitrar. caſu.* 391. *num.* 1. 2

In Gloſſa ult. Docet *Gloſſa* Sacerdotes plenam poteſtatem habere circa pœniten[t]ias ſacramentales, cum hodie omnes pœnitentiæ ſacramentales ſint arbitrariæ. *cap. tempora plenitudinis* 26. *quæſtione* 6. *cap. ſignificavit, & cap. Dominus, de pœnitentijs, & remiſſionibus Abb. in cap. aſſi clerici,* §. *de adulter, num.* 4. *de iudic.* & ibi *Decius, num.* 6. *Alciatus, num.* 3. communem teſtatur *Iulius Clar. lib.* 5. §. *fin. quæſtione* 83. in fin. Quod etiam ampliatur, ut procedat, ſi Canones iam certam pœnam indixerunt. *Abb. d. num.* 4. *Dec. d. num.* 6. verſ. *& hoc etiam,* ſentit *Gloſſa* in præſenti, pro ut illam ponderat *Menoch de arbitrar. caſu.* 391. *numer.* 6. *Navarr. in Manual. cap.* 26. *nu.* 17. *Pelagius de planctu eccleſiæ lib.* 2. *cap.* 27. verſ. *ſunt tamen ſcappa de iure non ſcripto lib.* 5. *cap.* 187. multi per *Cened. collect.* 9. *ad Decretales, num.* 5. 3

CAP. De clerico. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vrbanus ſecundus quis fuerit?*
2 *Iaciens lapidem, & puerum interficiens, an ſit irregularis?*
3 *An clementius index agat cum amico?*

In ſu-

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Vrbanus ſecundus. Antea Otho vocatus, monachus Dumienſis, deinde Cardinalis Oſtienſis eligitur Pontifex anno Chriſti 1088. quarto Idus Martij, vir doctrina, & vita, & ſanctitate tanto pontificatu dignus. Placentiæ ſynodum habuit, in qua licentiam quorundam eccleſiaſticorum mirifice compeſcuit. Deinde anno 1090. Toloſanam ſynodũ ex Galliarum Epiſcopis, per legatos ſuos celebravit; poſtea anno 1093. generalem ſynodum centum pene Epiſcoporum ex diverſis provincijs in Apulia (ſeu ut voluit Romualdus) in Troia, congregavit. Tãdem in Gallias abiens; ſynodum Claramontanam anno 1095. Apoſtolica authoritate condixit, ad recuperandam Hieroſolymam, à Sarracenis iam diu occupatam. Ad quod promerendum inſtituit ut officium beatæ Virginis omni ſabbato recitaretur legé *Suarium de relig tom.2.lib.4. cap. 25. num. 11.* Celebravit poſtea concilium Barenſe pro uniẽdis Græcis cum Latinis; obijt Vrbanus anno 1099. cum ſediſſet annos undecim, menſes quatuor, dies decem, & octo. Vide *Platinam. in ipſo Vrbano*, latiſsimè *Baronium tom. 11. anno Chriſti.* 1088, & ſequentibus.

2 In textu. Collige ex *textu* quód ille qui porcos, vel aliud pecus de agro pulſurus, lapidem iecit, & puerum interfecit, non debet irregularis cenſeri, niſi hoc minus diligẽter fecerit, ut bene intelligit *Gloſſa* in præſenti, ſequitur *Gutier. Canonic. lib.2.cap.7. num.166. Suar. de cenſur diſp 45 ſect.5 num.4. ad fin.* Tradit *Sylveſt* verbo, *homicidium 2. queſtione 5.* & alij relati *à Matolo de irregularitate lib. 5. capit. 48. §. 3. num.5. Henrriq. cap.15. num. 3. Caſtro lib. 2. de lege pœnal. cap.14.* Proijciens tamen lapidẽ in Petrum, & non illum, ſed alium percutientem, eſſe irregularem patet, ſi expendas taliter proijcientem dare opæram rei illicitæ, ac proinde irregularitatem incurrere, pro ut in ſpecie reſolvit *Maiol.* ubi proximè, *n.4.* in fine. Hodie veró ſive culpa præceſſerit, ſive non, ſéper eum qui homicidium commiſit, putant aliqui debere abſtinere, & nô promoveri, donec cauſa plene cognita, declaratio, ſeu diſpenſatio concedatur, pro ut videre eſt, apud *Trid. ſeſſ.14 cap.7. de reformat.* ita *Maiol. lib.5. c.48. §.3.n. 3.& 4.* Quæ ſententia probanda non eſt, quia *Concilium* nihil ſtatuit contra ius antiquũ, & loquitur de illo caſuali homicidio, in quo iuxta antiqua iura diſpenſatio neceſſaria eſt; advertit *Suar.d.ſect.5.num.9.*

3 In textu, ibi, Pro amore tuo. Igitur clementius agitur cum delinquente ratione amoris iudicis cum eo, qui intercedit, ut ex noſtro *textu* tradit *Tiraq de pœnis cauſa 17 n.1.* dicens noſtrum textum à paucis ad hoc eſſe annotatum, textus ſimilis *in cap veniam, 35 q.9.* ibi. *Tàm bonis, quàm charis,* & licèt hæc iura loquantur in ſummo Pontifice, tu vide textũ de ſũmo Pontifice non loquente *in cap miror.17.q. 4.* cum ibi dicitur. *Tuus, ſi de tuo amico forté præſumeret fugitiuus, poſſet procul dubio interceſſoris cauſa veniam promereri*: advertit *Tiraquel.* ubi proximé.

CAP. Quia te. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Textus de homicidio neceſſario intelligitur.*
2 *Appellatione hominũ comprehenduntur infideles.*

1 IN textu. Intellige *textũ* loqui de homicidio neceſſario, pro defenſione perſonæ commiſſo, ut poſt *Hugonem, & Brixi.* tradit *Turrecrem. in præſenti.* verſ. *alius intellectus*: latè *Præpoſ.* verſ.5. *Bellamera in principio*; obſervat *Gloſſa ult. in præſenti.*

2 In textu, ibi, Homines. Et ſic appellatione hominum comprehenduntur infideles, quod notatur pro legibus & ſtatutis prohibentibus aliquid fieri, contra aliquos, quia tale ſtatutũ includit etiam infideles, quod facit ad notata *in cap.1. de uſuris lib.6.* An ſcilicet eius diſpoſitio habeat locum in Iudæis, & Paganis, quia tales compellendi ſunt ad reſtituendas vſuras extortas à chriſtianis, & ad ſolvendas decimas, & oblationes de ſuis poſſeſſionibus *cap. poſt miſerabilem, cap. penult. de vſuris*; multa congerit *Cened. ad Decretales collect. 30. Villagut. de uſuris q. 6. num.3.*

CAP. Studeat. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *An valeant reſcripta, per quæ incerti iudices dantur?*
2 *Quando mors ex vulnere, vel aliunde probetur?*
3 *Irregu-*

3 *Irregularis an poſſit beneficium habere?*
4 *Clericus non tenetur pro debito, niſi inquantum facere poteſt.*
5 *Clericus excommunicatus, an ſuos faciat fructus beneficij?*

1 IN textu poſt principium, ibi, Ex vicinis provincijs fratres. Licet enim *textus in cap. Ad hæc, 10. de reſcriptis,* decernat non valere reſcripta, per quæ incerti iudices conceduntur, ut notat *Gloſſa 2. illic Gloſſa 2.* poſt principium, *in cap. Innotuit, 12. de arbitris, Gloſſa,* verbo, *certo, in cap. Tibi qui, de reſcriptis, lib. 6.* & in *cap. 1. eodem verbo, de privilegijs, ideſt lib. 6. Rip. nu. 3. in cap. Cum M. de conſtitutionibus,* tradunt poſt alios *Gomes de mandatis, de providendo num. ult. Rebuf. in concordat. tit. forma litterarum executorialium,* in principio, verſ. *An monachus.* Hoc tamen ceſſat quando Pontifex ex certa ſcientia iudicem incertum, ab impetrante eligendum, concedit, ut probat noſter *textus,* ubi hoc notavit *Prapoſ. nu. 3. Gloſſa 2.* ad fin. *in d. cap. Ad hæc,* quem omnes communiter ſequuntur, ut per *Abb. nu. 7. Dec. nu. 4.* verſ. *In fine,* & *nu. 5. Gloſſa ſimilis,* verbo, *confirmatam,* ad fin. *in cap. Veniens, de tranſact.*

2 In textu poſt principium, ibi, An cervicis fractione extinctus eſt. Vulnus mortale quale dicatur, & quãdo mors ex vulnere, vel aliunde probetur ſubſecuta, vide *Bart. in tract. de percuſſionibus. Bald. conſ. 136. proponitur quòd Titius,* & *conſ. 328. An vulnus fuerit mortale, lib. 2.* poſt alios *Tuſch. tom. 2. littera V. concluſ. 377.* Iocundum quos diſtinguendi ſunt quinq; caſus. Primò, aut conſtat, quod vulneratus deceſſit ex vulnere mortali. Secundò, aut etiam non mortali. Tertiò, aut eſt dubiũ. Quartò, aut conſtat, quod deceſſit ex ſuperveniente ictu, & vulnere. Quintò, aut conſtat, quod vulneratus ſua deceſſit culpa, quia curari noluit, de quibus omnibus vide latiſſimè *Boer. deciſ. 323. nu. 5.* & *nu. 9.* in principio, qui noſtri textus meminit.

3 Ad fin. textus, in verſ. Verum. Igitur irregulari quoad uſum ſacerdotij permittitur dari beneficium, & quamquam *Gloſſa,* verbo, *ut tale,* intelligat, id eſſe factum ex ſpeciali defenſione; tamen ſimpliciter poteſt intelligi; quia quando irregularitas non eſt totalis, ſed reſpectu alicuius actus, aut temporis, non reddit clericum incapacem cuiuſcumq; beneficij, ſed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnãtem, *textus ſimilis in cap. 2. de clerico excommunicato miniſtrante,* verbo, *Diaconus,* irregularis ſolum manſit quoad ſacerdotium, nam in diaconatu miniſtrare poterat, niſi eſſet ſuſpenſus, per triennium, & ideo habilis erat ad beneficium recipiendum, quod tantum ad diaconi miniſterium obligaret, advertit *Suar. de cenſur. diſput. 40. ſect. 2. nu. 38.* ubi noſtri textus meminit.

In Gloſſa ultima ad medium, ibi, Ei relinqui debeat. Docet Gloſſa, quòd clericus non tenetur pro debito, niſi in quantum facere poſſit, & adhoc illum notant, & commendant *Peres lib. 1. Ordinamenti, tit. 3. l. 2. fol. 63.* verſ. *Ex quibus. Pax in praxi, tom. 2. cap. Vnico, 3. part. nu. 5. fol. 43. Gregor. Lopez part. 5. tit. 15. l. 1. Gloſſa 6. Bart.* ubi *Gloſſa,* verbo, *facere poteſt, in l. Miles, ff. de reiud. Gloſſa 2. in l. Milites, C. de locato, Gloſſa 1. in l. Stipendia, C. de executione rei iud. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 1. num. 9. additio ad Capell. Toloſan. 245.* pro quibus eſt bonus caſus *in cap. Odoardus, de ſolutionibus,* ubi *Panormin. nu 8.* idem *Panormit. in cap. Paſtoralis, §. Verum, nu. 16. de appellat. Boer. deciſ. 226. num. 3. Milanenſis deciſ. Cecilia, 16. nu. 41. lib. 1.* 4

In fine Gloſſæ. Tenet Gloſſa durante excommunicatione non facere clericum fructus beneficij ſuos, & teneri, ſi quos perceperit, ad reſtitutionem; nam cum à communione Eccleſiæ ſit privatus, meritò ab eius commoditatibus erit ſeparandus, extollit *Peres lib. 8. Ordinam. tit. 5. l. 1. fol. 174.* verſ. *Nihilominus,* citans *textum* ubi *Abb. nu. 18. in cap. Paſtoralis, §. Verum, de appellat. Paludan. in 4. diſt. 18. q. 4. col. 2. Gygas de penſionibus, quæſt. 64.* in principio. 5

CAP. Qui verò. XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Palea an tranſcripſerit textum ex Concilio Maguntino, aut Maticenſi?*
2 *Odij definitio, & effectus.*
3 *Pœnitentia quadraginta dierum in pane, & aqua, vocatur carina.*

1 IN ſuprascriptione, ibi, In Concilio Maticenſi. Apud Burchardũ, & Ivonem legebatur *ex Concilio Maguntino*: ſed in nullo eorum quæ extant, habetur, ut advertit *Additio Gregoriana in præſentik* Sed nec etiam in Concilio *1. Maticenſi,* ſeu *Matiſconenſi,* celebrato anno Chriſti

Chriſti 582. ſub Pelagio Pontifice 2. nec in alio *Matiſconenſi* Concilio celebrato ſub eodem Pelagio, anno Chriſti 588. de quibus agit *Baron. tom. 7. annal.* & referuntur 2. *tom. Concilior.* non inveniuntur verba, nec deciſio noſtri textus. Aliud reperitur Concilium *Metenſe* celebratum ſub Pontif. Ioann. 9. anno Domini 899. ut tradit *Padilb. in epithome Concil.* & refertur 3. *tom. Concilior.* ſed etiam ibi nulla extat noſtri textus memoria.

2 Ibi, Odij meditatione. Odium eſt actus, quo quis ſibi, vel alteri malum vult, ſine proprij emolumenti cauſa, ut tradit *Azor. lib. 3. inſtit. moral. cap. 12.* & oritur ex invidia, quæ interior triſtitia eſt de bono proximi, ut docet *D. Thom. 2. 2. q. 34. art. 6.* Vtrum autem odium ſit vitiũ capitale, vide eundem *art. 5.* plura de odio, & eius effectibus, vide per *Azor. d. cap. 12.* verſ. *Secundò*, & ſequentibus.

3 In fine textus, ibi, Quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat. Quæ pœnitentia *carina* vocatur in *cap. Accuſaſti, de accuſationibus*, & in *cap. 2. de ſponſa duorum*, licet alij legant *carenam*, à carentia ciborũ, *Gloſſa 3. in d. cap. Accuſaſti.* Contius verò, & nonnulli pro *carena*, legunt *carentena*, & alij *quarentena*, ut advertit *Antonius Auguſtinus in notis ad illum textum*, ſecundum quem in eodem ſenſu, etiam hodie *Quadrageſima*, appellari ſolet *Quarentena*.

CAP. Si quis homicidium. XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *In primitiua Eccleſia certis criminibus certa pœna preſcribebatur.*

2 *Scientia Canonum pœnitentialium non eſt otioſa.*

3 *Verba*, ſeptem annos pœniteat, *quomodo intelligantur?*

1 IN textu. Collige ex textu, quòd olim in primitiva Eccleſia p Canones pœnitentiales, quibuſdam criminibus certa, & determinata præſcribebatur pœnitentia, ut conſtat ex hoc textu, & ex alijs relatis, & explicatis per *Hoſtienſ. in ſumma de pœnitentijs, § Qua pœna?* quinimò ut nonnulli contendunt, nec illorum Canonum pœnitentia, quæ in multis caſibus publica videtur, locum habebat in foro omnino interiori, & purè pœnitentiali; in quo tantum agitur de pœnitentiæ Sacramento; ſed tantummodo in foro exteriori, in quo peccatoribus correctio imponitur, *Navarr. in cap. Conſideret, §. Ponat, nu. 4.* & in *cap. Falſas, nu. 16. de pœnitentia, diſt. 5. Henriq. de Sacramento pœnitentiæ, cap. 22. num. 9.* & alij, quos refert *Cened. collectan. 9 ad Decretal. nu. 8.* quæ ſententia licèt probabilis videatur, non ſatis iure probatur, & repugnare videtur pleriſque Canonibus, & ſententiæ communi; quæ illos pro foro interiori, & pœnitentiæ Sacramento præſcriptos eſſe intelligit, ut per *Sotum in 4. diſt. 29. q. 5. art. 2.* & alios relatos à *Cened. d. collectan.* & ſuadetur communis, tum ex *cap. Quæ ipſis*, ibi. *Canones pœnitentiales*, ſupra, *38. diſt.* tum etiam ex pœnitentiali relato per *Burchard. in ſuo decreto, lib. 19. cap. 5.* iunctis præcedentibus, ubi agitur de pœnitentia per ſacerdotes parrochianis in foro conſcientiæ; & ſacramẽtali imponenda. Nec ſatisfit, ſi dicas cum *Navarr.* huiuſmodi Canonum pœnitentiam in eo foro locum habere potuiſſe, non ut ea cuicũq; ſed ut volenti tantũmodo imponeretur; adhuc enim obſtare videntur verba *textus cap. Accuſaſti, de accuſat.* & multorum *Canonum pœnitentialium*, quæ pœnitenti directe neceſſitatem imponunt, ac proinde non liberam, aut voluntariam, ſed neceſſariam pœnitentiam denotant.

Notabis tamen, quòd licèt iam hodie non ſint in uſu Canones illi pœnitentiales, adhuc verò eorum notitia non videtur ſupervacanea, aut otioſa, ut dixerat *Ioannes Andreas in cap 2. de emptione, & venditione*, ſed multum eſt utilis, & neceſſaria confeſſarijs, obſervant *Abb. in cap. ult.* in fine, *de pœnitent. & remiſſionib. Paludan. in 4. diſt. 20. q. 2. Gaeta in repetit. cap. Ad limina, §. 5. nu. 421. Navarr. in Manual. cap. 26. nu. 19. Paulus Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 18.* multi de quibus *Cened. d. collectan. 9. nu. 7.* & *9.* intendit *Concil. Colonienſe*, relatum ab eodem *Navarr.* & *Mediolanenſe 1.* ſub ſancto *Cardinali Borromeo part. 1. tit. Qua pertinent ad Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem*, ad fin. verſ. *Confeſſores*, ubi aſſignatur ratio, & refertur utilitas huius notitiæ, de qua per ſupradictos.

3 Ad fin. textus, ibi, Septem annos pœniteat. Non intelligas continuos & per ſingulos dies, quaſi per omnes, pœnitentia agi debeat, ſed per quoſdam in unaquaq; hebdomada, qui vulgò legitimè feriæ dicebantur, ſcilicèt ſecunda, quarta, & ſexta, iuxta *cap. de illis, 11. q. 3.* ubi *Gloſſa, & Doctores, cap. 1. iuncta Gloſſa*, verbò, *legitimas*, 22. q. 5. obſervant *Covar. 4. reſolution. cap. 20. nu. 8. Sotto in 4. diſt. 19. q. 2. art. 5.* & alij, de quibus *Cened. d. collectan. 9. ad Decretal, num. 4.* ſecundum quos iura omnia, quæ abſolutè agũt de pœnitentia per annos, aut dies, nec declarãt

modum

modum ſpecialem, quo eadem impleri debeat, intelliguntur de pœnitentia per ieiuniũ, aut ſimilia opera, certis per hebdomadam diebus arbitrio confeſſarij exequenda. Advertit explicator Canonum pœnitentialium, in fine *Decreti, annotatione ultima.*

CAP. Eos verò. XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Quanta culpa ſufficiat ad incurrendam irregularitatem?*
2 *Conſtitutiones epiſcoporum debent potius obſervari, quam ius commune.*

1 IN textu. Collige ex *textu*, eos, qui caſu homicidium faciunt, eſſe pœnitentiæ ſubdendos: quod intelligi debet de caſu culpabili, ut *Gloſſa* exponit, quanta verò culpa ſufficiat? poteſt dubitari, illud ſatis ratum eſt leviſſimam culpam non eſſe ſufficientem, ut tenet *Angel.* verbo, *homicidium*, 2. *Sylveſt.* verbo, *irregularitas, nu.* 3. *&* 20. *Vilhadiego de irregularitate, cap. de percuſſore*, dicit probabile *Suar. de cenſur. diſp.* 45. *ſect.* 5 *num.* 6. *& num.* 4. ad fin. noſtri *textus* meminit, & videtur probari in *cap. Quæſitum, de pœnitentijs*, licet contrarium doceat *Covar. in Clement. Si furioſus*, 2. *part.* §. 4. *num.* 6. cum *Gloſſa* 2. *in cap. Significaſti*, 1. *de homicidio.*

2 Ibi, Quinquennij tempus. Collige ex *textu*, iuncta *Gloſſa*, verbo, *humana*, quod ſi lex cõmunis imponat pœnam pro delicto determinatam: & poſtea ſtatutum imponat minorem, quod aliquis potius eſt puniendus pœna ſtatuti, quàm pœna iuris communis advertit *Præpoſit. in præſenti, nu.* 2. quia *textus* ponit regulam de iure, quæ erat de ſeptennio, ponit deinde novam definitionem reſolventem pœnam ad quinquennium. Vnde epiſcoporum conſtitutiones debent potius obſervari, quam ius commune, ſi Summi Pontificis authoritate, vel præſcripta conſuetudine roborentur. *Vallaſc. de partit. cap.* 35. *nu.* 9. cum ſequentibus. *Gutierr. Canonic. cap.* 33. *num.* 33. *lib.* 1. *Barb. in l. Divortio*, 2. *part.* in principio, *nu.* 54. *Garcia de benefic. cap.* 1. *num.* 99. *Mantic. de tacitis, tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 1.

CAP. Fœmina. XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Si percuſſus moriatur intra triduũ, præſumitur mortuus ex vulnere.*
2 *Fœminæ zeli furore, ſe ipſas occidunt.*

1 IN textu, ibi, Intra tertiũ diem. Notat *Iacernia conſtit. Siciliæ, lib.* 1. *tit.* 14. *pag.* 2. ad hoc, quod ſi percuſſus, fuerit mortuus intra triduum, probatur mortuus ex vulnere dato, & ibi alia iura ad hoc refert. Adde poſita ad *cap. ſtudeat*, 39. *num.* 2. ſupra *hac diſt.* latè *Boer. deciſ.* 323. *nu.* 11. qui noſtri textus meminit.

2 Ibi, Zeli furore accenſa. Nota quod fœminæ non ſolum alias, ſed ſe ipſas zeli furore occidunt. Zelotypia namq, quæ eſt unus ex amoris effectibus, in cauſa pleriſq eſt, ut ſe ipſas interimãt; nam licèt plus ſe ipſas ament, & magis mortem timeant, quàm viri, ut ex *Philone*, adducit *Euſebius de præparat. Evangel. lib.* 4. *cap.* 8. Tamen Zelotypiæ furore obcæcatæ, maxima moliuntur facinora, ut ibidem ſcribit ex eodem *Philone Euſebius*, & plura exempla videper *Decian. tractat. crimin. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 11. ubi teſtatur ſe vidiſſe *Vincentiam*, uxorem (&ſi vetulam) Præfecti Zelotypia mariti, licèt non iuvenis, laqueo ſuſpenſam, multa congerit *Tiraq. l.* 13. *connubial. nu.* 28. & ſeqq.

CAP. Si quis voluntariè. XXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
2 *De qua voluntate textus intelligatur.*

1 IN textu. Cuius meminit *Gregorius Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 15. *Gloſſa* 2. ubi alia iura ſimilia adducit.

1 Ibi, Caſu aliquo. Sed videtur, quòd nullo modò debeat talis, quinq annis pœnitere; quia ſi voluntas fuit, puniri non debet; unde textus debet intelligi, quando occidens dabat operam rei illicitæ, vel non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit iuxta deciſionem, *textus in cap.* Cõtinebatur, 8. *de homicidio.* Tradit *Covar. in Clement. Si furioſus*, 2. *p.* §. 4. *nn.* 8.

CAP. Qui ſaccum. XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Saccum, in quo erat pecunia, ſurripiens, tenetur furto tam pecuniæ, quã ſacci.*
2 *Saccularij qui dicantur, & eorũ pœna?*

1 IN textu. Collige ex textu, quòd ſaccum, in quo erat pecunia, ſurripiens, tenetur furti nominè, tàm pecuniæ, quàm ſacci, ut habetur in *l. Qui ſaccum, 79. ff. de furtis.* Nec obſtat furtum non cõmitti ſine animo, *l. 1. §. Sola, ff. eodem,* quia reſpondetur, quòd licèt non ſit animus principaliter furãdi ſaccum, acceſſoriè eſt talis animus, ut bene advertit *Bart.* ibidem, *textus ſimilis in l. Eum qui, 14. §. Non ſolum, ff. eodem,* alia iura congerit, *Gloſſa 1. in præſenti, & in dict. l. Qui ſaccum,* verbo, *animus.*

2 Saccularij etiam dicuntur illi, qui vetitas artes in ſæculo exercentes, partem deducũt, & partem ſubtrahunt, *l. Saccularij, ff. de extraordinar. crimin.* ubi *Gloſſa,* verbo. *ſaccularij,* & verbo, *ſubducunt.* latius declarat, quod tribus modis dicuntur iſti ſaccularij, & quomodo furentur *Petrus Gregor. ſyntagm. iuris, lib. 37. cap. 14. nu. 7. Farinac. de furtis, quæſt. 166. nu. 43.* Pœna autem ſaccularij, quæ ſit, ponitur in *d. l. Saccularij,* ubi dicitur, quod pluſquam fures puniendi ſunt, & propterea, aut ad tempus in opus publicum relegantur, aut fuſtibus caſtigantur, ſed hanc pœnam eſſe arbitrariam, poſt alios, contendit *Farinac. q. 167. nu. 30.*

CAP. Cum qui aſſeverat. XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quando præſumatur animus occidendi?*
2 *Verba textus exponuntur.*
3 *Gregorius Lopez noſtræ Gloſſæ meminit.*

1 IN textu. Non præſumitur, quòd ille, qui cum calce ſolo percuſſit, percuſſerit animo occidendi, ſi ipſe hoc allegat, vide de materia *Hyppol. in l. 1. nu. 32. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Carrer. in praxi, §. Homicidium. nu. 22. Alciatum lib. 1. diſpunctionum, cap. 17. Tiraquel. de pœnis, cauſa 40. Menoch. de arbitrar. centur. 4. caſu 324. num. 10.* & de mandante aliquem percuti baculo, vide *Navarr. conſ. 27. & 28. de homicidio, edit. 2.*

In fine textus, ibi, Adnotatione. 1 Ideſt lege, ut *Gloſſa* exponit: ſed amplius dic, quòd iſte occiſor amiſerat bona per annotationem, quia vocatus ab Imperatore, noluit venire; poſtea venit, & probavit ſe non eſſe homicidam, & ita bona recuperavit, ut bene exponit *Gloſſa in l. Eum qui, ff. ad l. Cornel. de ſicar.*

In Gloſſa 1. Hanc citat *Gregor. Lopez part. 2. tit. 9. l. 30. Gloſſa ult.* ad hoc, quod licèt in ioco abſit dolus, ſi tamen adeſt culpa, punitur incurialiter iocans, vide *Navarr. conſ. 3. de homicidio, editione 2.* ubi agit de pueris, qui certabant ludo lapidum. 2

CAP. Frater veſter. XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Palea textum tranſcripſit ex l. 1. C. ad l. Corneliam de ſicarijs.*
2 *Ille qui allegat abeſſe dolum in delictis, debet animum probare.*

1 IN textu. Cuius verba tranſtulit *Palea, ex l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicarijs,* ubi deciditur probantem non animo occidendi ſe percuſſiſſe, non puniri pœna homicidij, notant ibidem *Bald. num. 1. Bart. eodem nu.* latè *Salicetus nu. 1. & nu. 5. & 6. Fulgoſius nu. 3. Angel. num. 1. & 3.*

Ibi, Non animo occidendi. 2 Collige quòd ille, qui allegat dolum abeſſe in delictis, debet hunc animũ probare; ratio eſt, quia adverſarius habet intentionem ſuam fundatam in facti atrocitate, notat *Bart. in d. l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.* ubi *Additio littera A.* quæ negativa probatur per præſumptiones, probãdo amicitiam, & affinitatem, & qualitatem occidentis, ut docet *Gloſſa 2. in d. l. 1.* latiſſimè *Menoch. de arbitrar. caſu 361.*

CAP. Quantum. XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſu proveniens non imputatur.*

Dictio,

2 *Dictio*, quòd, *quid significet? & dictio* quòd si, *nu.* 3.
4 *Discrimen inter verbum* potest, *& verbum*, debet.

1 IN textu. Collige ex illo, quod homicidium casu proveniens, non imputatur operâ rei illicitæ danti, quoad criminalem pœnam, quia animus, non opus punitur, de quo vide quæ scripsi ad *cap. Si quis voluntate, 44. nu. 2.* & ad *cap. Eum qui, 46. num. 1. hac dist.* Vide etiam *Navarr. cons. 41. de homicidio, nu. 1. edit. 2.* ubi affirmat irregularitatem incurri ex culpa satis levi, etiam admissa, in sola omissione, qualis est illius, qui domum rediens, archibusium rota non flexa super scamnum deposuit, unde casu mors fuit subsecuta.

2 In vers. Quòd. Quæ dictio accipitur pro, *quia, l. 3. §. Salius*, ubi *Glossa*, verbo, *quòd, ff. de acq. posses. l. fin.* cũ *Glossa*, verbo, *quòd, ff. de vsucap. l. Cum filius, §. Servus*, & ibi *Glossa*, verbo, *quòd, ff delegat. 2.* Sumitur etiam pro, *&*, *l. Si quis in hoc genus*, cum *Glossa*, in verbo, *quòd si multitudo, C. de episcop. & cleric. Mandos. in Glossa facult. §. Sane*, in verbo, *quòd.* Accipitur etiam pro, *sed. l. Ita stipulatus, iuncta Glossa*, in vers. *Quòd*, & ibi *Alex. nu. 2. ff. de verbor. obligat. l. Quòd si omni, iuncta Glossa 1. ff. locati*, tradit post alios *Cened. singul. 94. num. 1.* & seqq.

3 Ibi, Quòd si. Quæ est dictio adversativa in iure, & in facto, si ponitur sine copula, *cap. Cum non ignores*, vers. *Quòd si forte, de prabendis, cap. Perretuas*, vers. *Quòd si absolutionis, de sentent. excommunicat. cap. Licet Canon. de elect. lib. 6. cap. Cupientes, §. Quòd si per viginti, eodem tit. Iason. in l. Reconiuncti, nu. 37. ff. delegat. 3. per l. Quòd si alij, ff. de adimendis legat. Decius in l. Milites, nu. 1. & 2. C. de testament. milit.* post alios *Cened. d. singul. 94. nu. 4.*

4 In fine textus, ibi, Non potest, nec debet. *Potest*, verbum, differt à verbo, *debet*; quia illud importat potestatem liberam: sed verbum, *debet*, importat necessitatem, ut ex nostro *textu* observat *Stephanus Pampilonensis in 4. tom. iuris Pontificij, tom. 2. littera P.* Aliquando tamen verbum, *debeo*, non est necessitatis, sed honestatis, *Clement. Attendentes*, & ibi *Glossa*, verbo, *debeant, de statu monachor. Glossa 2. in cap. 1. 35. q. 5.* Posse illud dicimur, quod de iure possumus, *Glossa Non potuerit, in cap. Nisi, §. Persona, de renuntiatione, Glossa pen. in cap. Gratia, 7.* & *Glossa fin. in cap. Si eo tempore, de rescriptis, lib. 6. Glossa 1. in reg. potest quis, de regul. iur. lib. 6. Clement. sape*, & ibi *Glossa*, verbo, *poterit. de verbor. significat.*

CAP. Hi, qui arbores. XXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Si ex incisione rami aliquis comprimatur, an cæsor maneat irregularis?*
2 *Glossa nostra cõmuniter approbatur.*

1 IN textu. Collige ex illo, quod si ex incisione arboris, vel rami aliquis comprimatur, incîdens arborem non efficitur irregularis, nec inhabilis ad ordines; quia ibi intervenit solus actus sine volũtate, & sine culpa, notat *Abb. in cap. Dilectus, 13. nu. 3.* ad fin. *de homicidio*, qui nostri textus meminit. *Greg. Lop. part. 1. tit. 6. l. 15. Glossa 4.*

2 In Glossa, verbo, Inculpabiles. Docet Glossa, quòd si cæsor erat in publico loco, debuit clamare, *cave, cave*, non autem si erat in loco privato, citat *textum in l. Si putator, 31. ff. ad l. Aquil.* Nec obst si dicatur: ideni ibi dici de loco privato, quia debet intelligi si per eum locum iter erat, ut bene exponit *Glossa*, ibidem, *textus similis in §. Item si putator, instit. eodem*, de quo *Gomes tom. 3. cap. 3. nu. 16. Azeved. lib. 8. recopil. tit. 23. l. 13. nu. 4.* latè *Pichard. in §. Iniuria, nu. 85.* & seqq. *instit. ad l. Aquil.*

CAP. Sæpe contingit. L.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Vormaciense quãdo celebratũ?*
2 *Gregor. Lopez nostri textus meminit.*
3 *Habens leonem, vel canem furiosum, an maneat irregularis, si aliquem occidant?*
4 *Causa remota non est in culpa?*

1 IN superscriptione, ibi, In Cõcilio Vormaciensi. Habitũ anno Domini 868. pro ut refertur *3. tom. Concilior.* sub Nicolao 1. vel sub Adriano 2. ut voluit *Padilla in epitheme Conciliorum, fol. 54.* Sed ut recte *Baron.* advertit *tom. 9. annal.* prima Synodus Vormaciensis fuit celebrata sub Stephano Papa, anno Christi 770. & secũda Synodus sub Adriano 1. anno Christi 772. Vormatia urbs est Germaniæ apud Vangiones, ad Rhenum fluvium sita, quam à Treturis duxisse originem nonnulli putant.

2

Sedem quondam Archiepiſcopi habuit, ſed ea in Moguntinos tranſlata, modò epiſcopalis eſt.

2 In textu. Cuius meminit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 15. Gloſſa 4.* ubi multa iura ſimilia congerit.

Ibi, Pœnitẽtiæ debet ſubmitti.

3 Igitur ſi aliquid accidit, quod poſſit imputari alicui, manet irregularis, argumento *textus in §. 1. Inſtit. ſi quadrup. pauperiem feciſſe dicatur.* Vnde tenens cervum, vel leonem, ſeu canem furioſum, ſi aliquem occidant, irregularitatis labe aſpergitur. Contrarium docet *Innocentius in cap. Ad audientiam, de homicidio,* ſi malitiam, vel culpam non adhibuerit. Vide latè *Gregor. Lopez part. 7. tit. 15. l. 23. Gloſſa 8.* qui pro utraq; parte multa adducit.

4 In Gloſſa, verbo, Inſperatus. Quàm refert *Azeved. lib. 5. recopil. tit. 17. l. 10. nu. 8.* & per illam docet cauſam remotam, & non ordinatam ad caſum, non eſſe in culpa, nec puniri de iure civili, ex *textu in l. Is, qui. ff. de action. & obligat.* & in *l. fin. §. Si ea conditione, ff. ad l. Rhodiam de iactu. Bart. in l. Si ut certo, §. Sed inter dominum, ff. de commodato, Hippol. in l. Nihil intereſt. nu. 8.* cum ſequentibus, *ff. ad l. Cornel. de Sicar. Decius in l. contractus, nu. 42. ff. de regul. iur.*

CAP. Si duo fratres. LI.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Triburienſe quando celebratum?*
2 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
3 *Verbum,* cave, *ſolemne fuit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Triburienſi. Celebratum ſub Pontif. Formoſo, & Imperatore Arnulpho, à viginti duobus epiſcopis Germanorum, anno Domini 895. Miſeratus ſanctus præſul cladem, & deformitatem Eccleſiæ, quos valuit collegit epiſcopos, tempore illo tumultuoſo. Triburienſis loci non meminerũt antiqui; eſt autem hodie villa, quæ Germanica lingua dicitur *Tribur*, ſita ultra Rhenum, prope Moguntiacum, vide *Baron. tom. 10. annal. anno Chriſti 895.*

2 In textu. Cuius meminit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 15. Gloſſa 4.* ubi alia iura cumulat.

In textu, ibi, Cave. Illud ſolemne fuiſſe verbum 3 conſtat ex *Ciceron 2. de oratore. Cave an hoc, an aliud quis proclãmes nihil intereſt, dum tamen à præteuntibus audiri poſſit.* Illud autem quod nonnulli dicunt, ſi præteriens ſurdus ſit, proclamantem non excuſari, eſt omnino ridiculum, ut bene advertit *Pichardus in §. Item ſi putator, num. 86. inſt. ad l. Aquil.* Vide *leg. Si putator, ff. eod. tit.*

CAP. Hi qui altario. LII.

SVMMARIVM.

1 *Facilius diſpenſatur, cum eo, qui ſemel deliquit.*
2 *Dictio,* Diu, *quid ſignificet?*
3 *Dictio,* Ita tamen, *quid ſignificet?*

IN textu ad fin. ibi, Si iterato. 1 Nota quod diſpenſatur facilius cum eo, qui ſemel deliquit, quam cum illo, qui pluries. Vnde ſi aliquis impetraret à Papa diſpenſationem, dicendo ſe commiſiſſe delictum, & in veritate tale delictum pluries feciſſet, erit diſpenſatio nulla, quia talis taciturnitas, difficiliorem redderet diſpenſationem ex *textu in cap. Super litteris, de reſcriptis. Clement. ult. eodem tit,* iuvat *l. Non omnibus,* & ibi *Padilla C. de ſervitutibus.*

Ibi, Diu. Hæc dictio, vel *aliquandiu,* importat tẽpus quadraginta dierum, ſecundum ſtylum Curiæ. *Gemin. conſ. 78. num. 5.* in fine. verſ. *Nec obſtat ſi dicatur. Tuſchus tom. 2. littera D. concluſ. 270.* At, *Diu,* dici, quòd eſt uſque ad quatuor menſes, docet *Gloſſa,* verbo, *Diu, in cap. Si epiſcopus, 3. q. 2.* 2

Ibi, Ita tamen. Quæ dictio eſt taxativa, & inducit formam *Niviz. antius conſ. 50. nu. 12.* & facit conditionem, *l. Lucius. 90. §. 2. delegatis, 2. l. Hac edictali, §. 1. C. de ſecundis nuptijs, l. 4. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11.* Quandoq; tamen non facit conditionem, ſed modum; & aliquando nec facit modum, nec conditionem, ſed alicuius novi caſus ponitur intentio, ut proſequitur *Neapod. in conſuetud. Si qua mulier.* in verbo, *ita tamen. nu. 6. fol. 206.* pro ut illum refert *Caned. ſingular. 38. nu. 5.* ubi *num. 3.* multos citat, quòd dictio, *Ita tamen,* repetitiva eſt præcedentium, & reſtringit, limitat, & declarat, ſecundum ſubiectam materiam, quem etiam vide *num. 4. & 9.* 3

CAP.

CAP. Conſiderandum. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Non ſcit afflictiones afflictorũ, qui experimentum afflictionis non habuit.*
2 *D. Petrus quando fuit electus Pontifex.*

1 IN textu, ibi, In ſua culpa diſceret. Facit authoritas *Pauli ad Hebræos, cap. 4. nu. 15.* ad fin. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum per omnia.* Et dicit ibi Gloſſa ordinaria, quòd impoſſibile eſt ſcire afflictiones afflictorum hominũ, qui experimentum afflictionis non habuit; & ſenſibiliter omnia non ſuſtinuit; ponderant *Turrecrem. in præſenti*, verſ. *Non enim*, *Prepoſit. nu. 2.* & meminit noſtri *textus Tiraq. de pœnis, cauſa 51. nu. 22.*

2 Ad fin. textus, ibi, præpoſuit cæteris. Fuit Divus Petrus electus in Principem ante Reſurrectionem, & diſtulit Chriſtus confirmationem, uſq; poſt Reſurrectionem; quia tempore, quo Salvator noſter inter homines viſibiliter converſabatur, regendo Eccleſiam per ſe ipſum, nulla erat neceſſitas, neq; decentia, quòd ipſe loco ſui paſtorem poneret, ſed ſolùm quando poſt Reſurrectionem eſſet ab Eccleſia ſuam præſentiam corporalem ſubtracturus, & ita noſtrum textum intelligit *Gregor. Lopez partit. 1. tit. 5. l. 2. Gloſſa 1.* & *tit. 6. l. 2. Gloſſa 1.* ad fin. Adde poſita in *cap. In novo teſtamento*, ſupra, *diſt. 21.* Lege Doctores ad illud *Matth. 16. nu. 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.* & ad illud *Ioan. 21. nu. 18. Paſce oves meas*, eleganter *Suar. in defenſ. fidei, lib. 3. toto cap. 11.* & *12.*

CAP. Fidelior. LIV.

SVMMARIVM.

1 *An ad dignitatem ſit potius eligendus, qui fuit criminoſus, & pœnituit, quam qui ſemper fuit bonus?*
2 *Pontifex habet ſupremam poteſtatem.*
3 *Chriſti, & Pontificis eſt idem tribunal.*

IN textu. Controvertunt Doctores, an ad aliquam dignitatem potius eligendus ſit, qui criminoſus fuit, & pœnituit, quàm ille, qui ſemper fuit bonus, pro quo dubio ultra *Gloſſam*, hîc verbo, *gratiam.* Vide *Roman. ſingulari 724.* incipit. *Pone caſum Felin. in cap. Eam te, de reſcriptis, nu. 12.* verſ. *Limita tertiò*, & *conſ. 3. ex nu. 4. Selva de beneficio, 3. part. q. 2. num. 14.* & *q. 7. num. 8. Peres lib. 8. Ordinamenti, tit. 19. l. 49. pag. 398. Cordov. in quæſt. Theolog. lib. 1. quæſt. 54.* refert alios *Cenced. collectan. 47. ad Decretal. num. 1.* quibus adde *Menchac. de ſucceſſion. creat. lib. 1, §. 10. num. 600. Tiraquel. de pœnis, cauſa 51. nu. 22. Ripa in cap. eam te, nu. 39. de reſcriptis.* 1

Ante finem textus, ibi, Tu es Petrus. Ex his verbis ſuprema Pontificis poteſtas colligitur, de qua latiſſimè *Albanus de poteſtate Papæ, & Concilij, part. 1. ex nu. 31. Pelag. de planctu Eccleſiæ, lib. 1. art. 45.* & *58. Simanch. de catholicis, cap. 45. ex num. 3. Mendoça in Quodlibet. quæſt. 4. §. 9.* verſ. *Secundò quid. Tiraquel. de iure conſtituti. limitatione 7. nu. 47. Gloſſa* verbo, *pro infectis, in Clement. 1. de immunitate Eccleſiarum.* Eſt enim Pontifex in terris Vicarius Chriſti. *Paulus Fuſchus de viſitatione, lib. 1. cap. 2. num. 2. Medices de legibus, part. 1. quæſt. 8. nutn. 3. Rodoan. de ſpolijs eccleſiaſticis, quæſt. 7. in §. His præſuppoſitis, nu. 56. Cordova in quæſtionario Theologico, lib. 4. q. 1. Præpoſit. 8.* & latiſſimè *quæſt. 3.* & *quæſt. 4. Melchior Canus de locis theologicis, lib. 6. cap. 1.* verſ. *Vndecimo*, qui noſtrum textum refert. Lege *Suar. in cap. Conſiderandũ*, ſupra *hac diſt. nu. 2.* Adde *Sebaſtianum Cæſarem in ſua relectione de eccleſiaſtica Hierarchia, diſput. 1. §. 1.* per totum, ubi eruditè, & ingeniosè ſupremam oſtendit Romani Pontificis dignitatem, ac poteſtatem, à Chriſto Domino in omnes ſuos Vicarios derivatam. 2

Vnde quòd Papæ, & Chriſti ſit idem tribunal, affirmat *Barbat. de præſtantia Cardinal. p. 1. q. 2. nu. 3.* & *q. 8. nu. 5. Pelag. de planctu Eccleſiæ, art. 29. Alban. de poteſtate Papæ, p. 1. nu. 84. Navarr. in cap. Novit, de iudicijs, notabili 3. num. 12. Conrad. in templo omnium iudicum, lib. 2. cap. 1.* in verbo, *Conſiſtorium, fol. 112.* refert alios *Cened. collectan. 45. ad Decret. nu. 3.* ad fin. 3

CAP. Ex pœnitentibus. LV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui publicè pœnituit, non debet ordinari.*
2 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſine conſenſu ſui capituli?*

3 *Confeſſio clerici nocet ad ordinandum, ſed non nocet ad alia.*

1 IN textu. Collige ex illo, quod non debet ordinari clericus ex pœnitentibus, de quo latè *Tretius de vero clerico lib. 2. cap. 14. Covar. in Clement. Si furioſus, de homicidio, 1. p.* in principio, *nu. 10. Gama de Sacrament. præſtandis, q. 5. num. 6.* latè *Suar. de cenſur. diſput. 42. nu. 3.* & ſeqq. qui omnes noſtri textus meminerunt.

2 In Gloſſa, verbo, Non prodidit, ad medium, ibi, Nec ſolus poteſt diſpenſare. Igitur Epiſcopus cũ aliquo non poteſt diſpenſare niſi interveniente capituli conſenſu, *Gloſſa ſimilis in cap. Si quis ſine, diſt. 81. Gloſſa ult. in cap. ult. 1. q. 1.* ſequitur *Hoſtienſ.* relatus à *Gloſſa*, verbo, *Epiſcopi, in cap. Cum ex eo, de electione, lib. 6.* communis ut per *Abb. num. 16. Decius nu. 20. Felin. nu. 13. in cap. Aſſi clerici, §. de adulteriis, de iudicijs*, pro quibus facit, quod diſpenſare, inter gravia, & ardua negotia, connumeratur, ut probat *textus in cap. Didicit, 1. q 7.* in fine, ibi, *Diſpenſationis enim gratia multum eget negotij*, iuncta *Gloſſa*, ibi, verbo, *multum*, & tamen conſtat epiſcopum non poſſe ardua negotia ſine ſuo capitulo tractare, ut probat *textus in cap. Novit*, & in *cap. Quanto. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu.* Contrariam tamen ſententiam tenet *Gloſſa*, verbo, *Epiſcopi, in d. cap. Cum ex eo*, quam nonnulli ſequuntur, ita ut communem ſententiam fateatur *Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 2 part. cap. fin. nu. 20.* Quæ ſententia iam ex conſuetudine in praxi ſervatur, ita ut in iudicando, & conſulendo de illa dubitari non liceat.

3 In eâdem Gloſſa, in fine, ibi, Quia ad hoc non agebatur. Docet Gloſſ. quòd clerico promovendo nocet confeſſio ad hoc tantum, ut non promoveatur, non tamen ut puniatur, cum ad hoc principaliter non agatur; ſicut nec teſtis confeſſus crimen in ſua depoſitione, ex ea confeſſione punitur, quam dicunt notabilem *Felin. in cap. 1. num. 11. de exceptionibus. Corſetus in ſingul.* verbo, *confeſſio*, incipit. *Confeſſio facta, Crotus de teſtibus, num. 280. Tiraquel. in tractatu, Reſtitutus alios actas, num. 24. Abb. in cap. Aſſi clerici*, in principio, *num. 6. de iudicijs.*

CAP. Quicunq;. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Siricius Pontifex quis fuerit?*
2 *Dictio*, quicumq; *quam ſignificationem habeat?*
3 *Epiſcopus in minoribus ordinibus diſpenſare poteſt cum bigamo.*

IN ſupraſcriptione, ibi, Sirici'. Romanus ex patre Tiburtio, electus Pontifex anno Domini 385. pridie Idus Ianuarij, cum vacaſſet ſedes poſt obitum Damaſi triginta, & uno diebus 5 non ſine tumultu Vrſicini ſchiſmatici; ipſe verò Pontifex ſuæ ſedis exordio ſcripſit hanc decretalem epiſtolam, ad Aimerium Epiſcopum Tarragonenſem, qui de nonnullis rebus Damaſum litteris conſuluerat; ſed cum, illo vita functo, eas ſucceſſor ipſius Siricius accepiſſet ad ſingula rogata accuratè reſpondit. Obijt Kalendis Martij cum ſediſſet annos tredecim, menſem unum, & dies quatuordecim; ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, via ſalaria; licet apud Bedam Kalendis Decembris Siricij ponatur obitus. Vide latiſſimè *Baron. tom 4. anno Chriſti* 385. & ſeqq. & *tom. 5. uſq; ad ann.* 398. 1

In principio textus, ibi, Quicumq;. Quæ eſt dictio univerſalis affirmativa, & nihil excludit *Gloſſa 1. in cap. Quicumq;, de ſentent. excommunicat. lib. 6. cap. ſolite*, verſ. *Nobis autem, de maiorit. & obedientia, Pariſius conſ. 90. num. 6. volum. 1. Gomes in reg. de triennali, q 2.* verſ. *Tamen iſtis*, & eſt adeo potens ut ampliet iura, quæ aliàs hac dictione non adiecta, ſtrictè, & limitatè intelligenda erant, prout ampliat *Iaſon. in l. Quædam, §. Nihil intereſt, nu. 3.* verſ. *Limita quatuor, ff. de edendo*, ſequitur *Pariſius conſ. 9. nu. 8. vol. 1. Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſſa 9. num. 20. & 21.* Sed tamen in materia odioſa eſt ſtricti iuris, & non includuntur ea, quæ ſunt diverſæ ſpeciei, & maiora expreſſis, *Ruin. conſ. 103. nu. 9. vol. 3.* vide latè *Cened. ſingul. 90. nu. 1. & 2. Tuſch. vol. 2. littera D. concluſ. 351. nu. 4.* 2

Ibi, Bigamus. Notat *Greg. Lopez. p. 1. tit. 5. l. 5. Gloſſa 32.* verbo, *Dos mugeres*, ad medium, quòd licet bigamus non debeat ordinari, ſi tamen ordinetur characterem ordinis recipit, & in fine Gloſſæ ait, quòd epiſcopus in minoribus ordinibus diſpenſare poteſt cum bigamo, quia tales non ſunt miniſtri, neq; rectores, neq; habent officium prædicandi. 3

CAP.

CAP. Si veró. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Gerundenſe quando celebratum?*
2 *Corpus Chriſti appellatur benedictio pœnitentiæ:*
3 *Dictio*, vero, *quid ſignificet?*
4 *Pœnitentia infirmis an ſit imponenda?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi. Cõcil. Gerundenſi. Fuit Prouinciale celebratum circa tempora Hormiſdæ Põcificis anno ſeptimo Theodorici Regis, ſeptimo Idus Iunij, Agapeto viro clariſsimo Conſule, refertur *tom. 2. Concilior.* anno Domini. 524. tradit *Padiha in Epitome Concilior. fol. 29*, Gironda citerioris Hiſpaniæ celebre oppidum eſt; Latinorum veterum ditioni ſubiacens, cuius populi Girondenſes Auguſtiniani cognominantur. Vide *Plin. lib. 3. capit. 3. Ptholom. lib. 2. cap. 6. Gironda* vulgo dicitur.

2 In textu. Collige ex illo, quòd aliquãdo corpus Chriſti appellatur benedictio pœnitentiæ, ut tenet *Gloſſa ult.* hîc ſequitur *Præpoſ. in principio*, & eſt ratio quia dignus ſacra communione conſecutus eſt benedictionem diuinæ gratiæ, vel quia communio ſolum pœnitentibus datur; advertit poſt *Hugo*, & *Archidiac. Turrescremat. in præſenti, numer. IV.*

3 In principio textus, ibi, Verò. Quæ dictio adverſatur præcedentibus *zare*, & in facto, *Bart in leg. ſi vita ſcriptum, num. 1.* & ibi, *Paulus, num. 2. & Alex. & Iaſon, num. 4 ff de liber. & poſthum. Dec. in cap. ati ſi clerici, §. De adulterijs, num. 2. de iudicijs per l. Si cum filius in principio de verborũ obligat.* Aliquando repetit qualitates præcedentes, *Iaſon, in l. turpia, §. Si pars, num. 3. ff. de legat. 1. cap. accepimus, §. Si verò de fide inſtrumentorum cap. 2. verſ. ubi verò de reſtitut. in integrum lib. 6, cap. pia. verſ. Si veró de exceptionibus eodẽ lib. Clementina 1. foro competenti.* Aliquando nõ adverſatur, nec repetit qualitates præcedentes, ut *in l. eas cauſas, verſ. Eas verò*, & ibi *Gloſſa Bart. & Paulus ff. de condit. & demonſtrat.* ubi intellegunt dictionem verò poni affirmatiué. Aliquando ponitur inceptiué in §. *It verò ad quem, inſtit. de rerum diuiſione. cap. Imperatores, §. Tu verò, de iuramento calumniæ*, alia congerit *Cened ſingulari. 99.*

In Gloſſa verbo. Pœnitentiæ, 5
Docet *Gloſſa*, pœnitentiam infirmis non eſſe imponendam, ſed notificãdã, per *textum in cap. 1. 26 quæſt. 7.* de quo vide *Navarr. in cap. Si quis num. 30. de pœnitentia diſt. 7.* quia tamen *num. 33.* credit utile, ac ſalubre ægrotis eſſe, ut eis injũgatur pœnitentia. Non quidẽ per ipſos ſubeũda, ſed vel per amicos perficienda, vel per indulgentias tollenda, vel poſt morbum expulſum ſuſtinenda.

CAP. Si ille. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Penitentiam ſolemnẽ agentes nequeũt ordinari, & an cũ illis poſsit Epiſcopus diſpenſare?*
2 *Papa olim de ſe loquendo utebatur verbis ſingularis numeri.*
3 *Dictio*, quamvis, *quid ſignificet?*

1 IN principio textus. Collige ex decreto Hormiſdæ Pontificis pœnitentiam ſolemnẽ agẽtes nequire ordinari. *Sylveſter* verbo, *Ordo 4. verſ. Nec quinto*, ſub *numero ſecundo*, & late diximus *ad cap. maritum, num. 9. & 10. ſupra diſt. 33.* quam ſententiam caute intelligẽdam moneo, cum non eum liget pœnitentem, qui pœnitẽtiam, pro ut eſt virtus, aut ſacramentum, amamplexatus eſt; quia hic collaudandus foret, ac ſummis laudibus extollendus, ut advertit *Campanile diverſorum iuris Canon. Rubr. 11. cap. 21. num. 1. & 10.* Diſpenſare autem cum ſolemniter pœnitentibus ad minores ordines licere Epiſcopis, notat *Sylveſter* verbo, *pœnitentia, nu. 3. Bernard. Diaz, in praxi criminali cap. 28.* verbo, *poſt peractam pœnitentiam, num. 3.* poſt alios *Campanile*, ubi proximé *numer. 7.* Adde poſita *ad cap. Canones, & cap. in capite Quadrageſimæ infra hac diſtinctione.* 1

In textu, ibi, Mihi. Nota quod olim Papa de ſe loquendo utebatur verbis ſingularis numeri; hodiè literæ eſſent falſæ argumento *textus in cap. quam graui, de crimine falſi*, & ibi, *Gloſſa* verbo, *in pluriali.* 2

Ibi, Quamvis. Quæ dictio adverſatur præcedentibus, in his, quæ ſunt eiuſdem generis, *textus in cap. 1. de conſtitut. lib 6. cap Quamvis, de officio ordinarij, eodem lib. l. Apoſtatatur Cod. de Apoſtatis Bart. in l. prætoria, num. 2.* & ibi, *Gloſſa* verbo, *diverſam ff. de ſtipulat.* 3

ſecrorum; Ex quibus colligitur, quòd etiam natura huius dictionis eſt explicare, & ponere cauſam magis dubitabilem, ut tradit *Gutierr. practicar. lib. 2. quæſt. 80.* ubi allegat *Gloſſã* verbo, *Quamvis in Clemen. 1. de re iudicata, & Gloſſa. fin. in Clemen. 2 de rebus Eccleſiæ non alienand.* idem *Gutierr. quæſtione 85. numer. 2.* poſt alios *Cened. ſingul. 88.*

CAP. Non confidat. LIX.

SVMMARIVM.

1 *An Epiſcopus poſsit diſpenſare cum bigamo, ut ordinetur?*
2 *An poſsit diſpenſare cum imperitis ad ordines, vel ad beneficium?*
3 *Dictio*, ſive, *quid ſignificet?*

1 IN principio text. ibi, Quiſquã Pontificum. Citat pater *Suares de cenſuris diſp. 49. ſect. 6. numer. 4.* & per illum controvertit, an Epiſcopi poſsint in irregularitate bigamiæ diſpenſare, de quo vide poſita *ad cap. lector. 18. nu. 2. & 3. ſupra diſtin. 34.* & Præter ibi citatos conſule *Sayrum de cenſuris lib 6. nu. 6. 7. 8. & 9.* ubi explicat, *d. caput. lector*, & multa alia congerit, & expedit de hac materia, ſeriò videnda ſunt ne confuſionẽ pariant per totum *caput. 6. Reginal. lib. 30. tract. 2. c. 8. n. 89.* ubi reſolvit non poſſe epiſcopũ diſpẽſare cum bigamo ad maiores ordines etiamſi religionem intrare velit.

2 Ibi, Sine litteris. Non poteſt igitur Epiſcopus diſpẽſare cum illiteratis ad ordines, ut ex noſtro textu colligit *Gregor. Lopez partit. 1. tit. 5. leg. 64. Gloſſa 13.* Idem ſolvit *Innocent. in cap. cum inhibitis de elect. Archidiacon. Ioann. Andreas, & Geminianus in capit. ult. de temporum ordinat. in 6.* circa promotionem illiterati ad aliquod beneficium. Pòrro de illitteratis vide poſita *ad capit. præcipimus 16. numer. 2. & 3. ſupra diſtinctione 34.* Adde *Acor. inſt. moral. parte. 2. lib. 6. cap. 6.* per totum.

3 In textu, ibi, Sive. Quæ dictio diſtinguit verba, ſed coniungit ſignificatum *Iaſ. in l. huiuſmodi, §. Cum pater, num. 14. ff. de legat. 1. Paulus de Caſtro conſ. 162. num. 4. vol. 2. & conſ. 318. num. 4. lib. 1. Ruin. conſ. 57. num. 3. vol. 1. & conſ. 18. num. 11. vol. 5.* Inſuper hæc dictio *ſive*, ita alternativam inducit, ſicut dictio *aut*, & idem eſt iudicium huius dictionis cum dictione *ſeu*, quia idem omnino ſignificant *Cardinal. Tuſchus tom. 2. littera D. concluſione. 378. num. 6. Cened. ſingul. 42. numer. 2.* & quod illa dictio ſtet ampliativè, ſeu augmentativè, ſentit *Mandoſius in Gloſſa facultat, §. & proprium*, in verſ. *ſeu fol. 331.* dum allegat textum *in §. præſens*, iuncta *Gloſſa*, verbo *ſive in Authent. de trien. & ſemi*, tenet etiam *Bart. in l. cum quis decedẽs per illum textum ff. de legat. 3.* alios refert. *Cened.* ubi proximè, *num. 3.*

CAP. Canones. LX.

SVMMARIVM.

1 *Publicè pœnitẽtes ab ordinibus excluduntur.*
2 *Dictio*, Apud, *quam ſignificationem habeat?*

1 IN textu. Collige ex textu, quod publicè pœnitentes excluduntur etiam à minoribus ordinibus, ut obſervant *Turrecrem. & Præpoſ. in præſenti*, de quo vide *Medices p. 2. tit. 9. quæſtione 35.* verſ. *ſecundo*, & poſita *ad cap. Si ille 58. ſupra hac eadem diſtinctione.*

2 In textu, ibi, Apud. Quæ dictio denotat idẽ quod penes. *l is apud quem, ff. de verborum ſignificat. l. is apud quem ff. de acq hereditate l. is apud quem Cod. de edendo l. ius civile*, in fine. *l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure.* Regulariter tamen differunt dicere *apud te, penes te*, quia plus eſt dicere *penes te*, quã *apud te*, ut probat *textus in l. penes te de verbor. ſignificat.* Inſuper hæc dictio ſumitur pro *coram in l. 1. & 2. ff. Ad officio præſidis l. eum, pro quo*, iuncta *Gloſſa* verbo, *citare ff. de in ius vocando.* Accipitur etiam pro *ab l. apud antiquos quærebatur*, ideſt, ab antiquis *Cod. de furtis.* Tandem accipitur pro *in Gloſſa in cap. ſtatutum*, verbo, *in curia deprehend. in 6 Rebuff. in d. leg penes te ff. de verbor. ſignificat.* verſ. *apud Iulianũ*, ideſt in libris Iuliani, proſequitur latiſsimè *Cened. ſingulari. 19.*

CAP. Si quis poſt. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus an poſsit tranſire ad militiam ſæcularem?*
2 *Gregorius Lopez noſtram Gloſſam ſequitur.*

In

1 IN textu, ibi, Ad clericatum admitti. An é converſo poſsit clericus de clericatu tranſire ad militiam ſæcularem, & an perdat, ſi fiat miles, privilegia clericalia? Diſputant *Innoc. in cap. 1. de Apoſtatis Imol. in cap. ult. de clericis coniugatis, num. 3. & 4.* Tu diſtingue cum *Abbate in d. c. ult. n. 1.* quod aut clericus in minoribus promovetur ad militiam ſæculatem, & facit actum omninò contrarium clericatui, ut quia exercet ſæva, ſeu ivit ad bellum, & ſimilia, & immediatè perdit privilegium clericale, quia iſta ſunt cõtraria; unde ex quo elegit contrariam vitam, ſunt à prima ipſo facto excluſus, *cap. cum renunciatur, 32. q. 1.* Aut tantum eſt effectus miles, & non immiſcet ſe negotijs ſecularibus, ſed vivit honeſtè, ut clericus, & tunc gaudet privilegio, ſentit *Præpoſit. in præſenti. numer. 1.*

In Gloſſa. Docet *Gloſſa* quòd clerici in minoribus ſolemniter pœnitentes debent conveniri ſub iudice Eccleſiaſtico, quam, refert, & ſequitur *Gregorius Lopez part. 1. titul. 4. leg. 19. Gloſſa 3.*

CAP. Quamvis caute. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Solemnis pœnitentia non debet iterari, & an poſsit imponi mulieribus, aut clericis?*

2 *Dictio*, tantum, *quid ſignificet? & n. 3.*

1 IN textu. Collige exillo ſolemnem *pœnitentiam* non debere iterari, tranſcripſit *l. 16. tit. 4 par. 1.* ubi *Gregor. Lopez Gloſſa 3.* & rationes quare talis pœnitentia nõ iteretur tradit *Gloſſa prima in præſenti*, optimè *D. Thom. in addit. ad 3. partẽ quæſtione 28. artic. 2.* An talis pœnitentia ſolemnis ſit imponenda mulieribus, aut clericis, vide *eundem artic. 3.*

2 Ibi, Tantum. Quæ dictio eſt reſtrictiva orationis, & exprimitur ad ſolum caſum expreſſum *cap. cum eccleſia, §. partibus, de cauſa poſſeſſ. l. Siquidem. C. de tranſact. Bart. in l. 1.* & ibi. *Iaſ. num. 9 ff. Si quis ius dicenti. Cardinal in cap contingit*, & ibi. *Felin. num. 3. de fide inſtrum. Dec. conſ. 183. num. 1. circa medium, & conſ. 328. num. 5. idem Bart. in l. Si conſtante, num. 42.* & ibi *Iaſon. num. 84. ff. ſolut. matrimonio, Tiraquel. de retractu conventionali, §. 1. Gloſſa 6. numer. 2. & 8.* Licèt tamen iſta dictio ſit taxativa, non propterea excludat caſus ſimiles, ex *Iaſone in l. 1. à num. 10. ff. ſi quis ius dicenti; Bart. in l. ſervum, nu. 2.* per illum *textum ff. de uſucapion. Decius in l. 1. num. 3. Cod. de bonorum poſſeſſ. Tiraquel.* ubi proximè *num. 6.*

Similiter etiam iſta dictio nõ excludit perſonas extraneas, & ideo promittens de ſuo facto tantum, cenſetur promittere etiam de facto hæredis, & ſucceſſoris ſui, cum cenſeatur eadem perſona cum de ſuo facto, *Paulus de Caſtro in l. ſtipulatio iſta habere, in principio, ff. de verbor. obligat. Bald. in l. ult.* ad finem. *C. de act. empt. Iaſ. in l. 1. num. 11. in 4. limitat. ff. ſi quis ius dicenti, & in l. ſi tibi, §. Si quis*, ex *num. 1. ff. de pactis. Tiraquel. de retractu conventionali, §. 1. Gloſſa, 6. num. 4.* & iſta eſt communis opinio, ut teſtatur *Boer deciſ. 67. nu. 5. Gabriel. lib. 6. communium, tit. de verborum ſignificat. concluſione 5 nu. 2.* Sic etiam venditor promittẽs de ſuo facto tantum, nihilominus tenetur de facto ſui prædeceſſoris, ut tenet *Bart. & ſcribentes in l. ſi ſervus furtivus, in principio* per *Gloſſam* ibi, verbo, *intereſt, ff. de condictione furtiva. Tiraquel.* ubi proxime, *numer. 5.* quem omninò: vide plures, & plura refert *Cened. ſingulari. 21.* 3

CAP. Pœnitentes. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ob ætatem tenellam mitius quis punitur.*

2 *Euchariſtia an ſit de neganda ijs, qui in patibulo ſuſpenduntur?*

3 *Pœnitentia ſolemnis poteſt mulieribus imponi.*

4 *Seniores mitius ſunt puniendi.*

1 IN textu poſt medium, ibi, Iuvenibus Igitur ob ætatem floreſcentem, mitius quis punitur, *l. auxilium, §. in delictis ff. de minoribus l. ſi adulterium, §. 1. verſ. fratres, &* verſ. *iniuſtum, ff. ad l. Iuliam de adulter. l. 1. §. Impubes, ff. de regul. iuris cap. 1. & 2.* & ibi. *Ioan. Andr. & Abb. de delictis puerorum.* Multa congerit *Tiraquel. de pœnis, cauſa 7. num. 1.* & ſequentibus, qui noſtri *textus* meminit. Iuuat quòd ætas iuvenilis maximè ad delinquendum incitat, ut dicit *Lactantius lib. de ira Dei capit. 22.* & ideo multi in prima ætate turpes, poſtmodum laudabiles extiterunt.

In fine textus, ibi, Viaticum. 2 Ponderat *Gomes tom. 3. cap. 14. num. 6. ad medium*, & per

& per illum docet, quòd debet iudex permittere, & consentire, ut reus condemnatus ad mortem, recipiat corpus Domini nostri Iesu Christi; cum nulla sit ratio, per quam possit impediri, *textus similis in cap. 2. de furtis, cap. quæsitum, 13 quæstione 2. Covar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 11. Iul. Clar. lib. 5 sententiarum §. fin, quæstione 99. num. 3.* alios refert *Cened. ad Decretal. Collectan. 4. num, 1.* expressit *Ordinatio nostra Lusitana lib. 5. tit.* 138. §. 2. ubi cum multis *Barbosa, Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 69 sect. 3 & 4. Reginal lib. 29. num. 70. &* 71. ubi doctè probat ad supplicium damnatis dandum esse viaticum, *c. Quod in te, de pœnitēt. & remiss. c. Super eo, de haret. in 6. Sylvester,* verbo, *Eucharistia. 3. quæst. 5. dicto 8. Henriq. 1. p. Summæ lib. 8. cap. 5. Toletus lib. 2. Summæ cap. 28. Sà* verbo, *Eucharistia, num. 2.* latissimè *Stephanus Fagundes in 3. præcepto lib. 1. cap. 4. num. 3, & 4. Ioannes Sanctius disp. 40. num. 3 & 4.* An autem sententia corporis afflictiva executioni mandari possit in eo die, quo condemnatus sumpsit sacramentum Eucharistiæ? Vide *Clar. d. quæst. 99. num. 3. Maiolum de irregul. lib. 3. cap. 24. num. 15. Cened.* ubi proximè, *num. 3.* Item *Barbosam,* ubi proximè.

3 In Glossa verbo, comas, ibi, solemnis pœnitentia imponitur. Docet *Glossa* pœnitentiam solemnē posse mulieribus imponi, de quo vide *D. Thom. in additionibus ad 3. p. quæst. 28. art. 3.* sed non debet illis coma amputari, quia mulier habet illam in signum subiectionis, & ideo non competit ut in pœnitentia mulieri comæ deponantur, sicut viro: tradit *D. Thom.* ubi proximè *in respons. ad primum.*

4 In Glossa verbo. Iuvenibus, Quia ætatis ratio. Igitur seniores mitius sunt puniendi in eodem genere delicti per *textum in l. 2 ff de termino moto, l. si quis in gravi, §. ignoscitur, ff. ad sebat Consult. Syllan.* tradit post alios *Tiraquel. de iure primog. in præfation. nu. 160.* qui nostram *Glossam* refert.

CAP. In capite quadragesimæ. LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Quæ servanda sint in solemni pœnitentia?*

2 *Aliquando certus habitus assignatur?*

IN textu. Collige ex *Concilio Agathense,* quæ servanda sint in solemni pœnitentia; de quo vide *Vivald. in Candelabro, titulo de Sacramento pœnitentiæ, nu. 10.* cum sequentibus. *D Thom. in additionibus ad 3. p. quæstione 28. art. 2. & 3. Campanile diverf. inst. can. rubr. 11. cap. 21. num. 8. Abb. in cap. 1. & in cap. quæsitum, num. 1. de pœnitentijs, & remissionibus. Bernard. in practica cap. 23. à principio,* & ibi *additio littera B. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 2. & 3. Sotto in 4. distinct. 29. quæst. 2. art. 5. col. 2. Belarm. & alij,* ut per *Henriq. part. 1. de pœnitentiæ Sacramento lib. 2. cap. 20. n. 7. Alciatum lib. 9. parergon. cap. 22.* qui affirmat, quòd pœnitentia publica iam hodie exoleverit, nisi quòd Saxones urbe Halberstadiensi, etiā eius imaginem nunc servant. Adde *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 8.* 1

In principio textus, ibi; Sacco induti. Notat *Paulus Fuscbus de visitat. lib. 2. c. 15. num. 26.* ad hoc, quod in multis videmus certum habitum assignari, etiam in remissionē peccatorum, sic & primi illi eremitæ tunicas certas pro afflictione corporum suorum, gestabant. 2

CAP. Confirmandum. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Solemnis pœnitentia nō imponitur clericis.*

2 *Rebaptizatus non potest ad ecclesiasticos ordines promoveri?*

IN textu. Cuius meminit, & eius materiam late prosequitur *Covarr. lib. 2. variar. cap. 10. num. 3. prope medium,* & collige solemnem pœnitentiā solis profanis concedi, sacris viris prohiberi, *Alciatus lib. 9. Parergon. c. 22. in principio, D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 28. art. 3. ad 2.* ubi docet, quòd clerico nō iniungitur pœnitentia solemnis, ne ordo veniat in cōtemptum, & sic defertur ordini, non personæ. *Covarr. lib. 2. variar. cap. 10. numer. 3.* post alios *Salzedo in addit. ad Bernard. cap. 23. littera B.* 1

In fine textus, ibi, Rebaptizati, Igitur rebaptizati minime admittuntur ad sacros ordines, *cap. Qui bis,* cum sequentibus, *de consecrat. dist. 4.* quibus authoritatibus hoc satis receptum est, saltem in eo, qui sciēter fuit rebaptizatus, quasi ob scientiam illam puniri iustè debeat hac irregularitatis pœna, & idem erit 2

erit in eo, qui miniſtraverit hoc baptiſmi Sacramentum ſciens, iterum illud repetens, *cap. 2. de Apoſtatis l.1. & 2. C. ne ſanctum baptiſma reiteretur*, proſequuntur late *Bernard.in practic. cap.* 15. verbo, *rebaptizati, num* 1. & 2. & ibi *Salzed. littera B. Covarr.* multa adducens, *in Clement. ſi furioſus, 1.par. in initio num.* 8. qui uterque noſtri *textus* meminit. An qui ignorans fuit rebaptizatus, ſit irregularis? Vide *Covar.* ubi proximè *latiſsime*, de utroque *Suares de cenſur. diſp. 42. ſect. 1. & nu.* 7. agit utrum hæc irregularitas incurratur, quando quis neceſsitate compulſus rebaptizatur, veluti per vim, vel metum?

CAP. Illud. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſolemnem egerit pœnitentiam, irregularis eſt.*
2 *Dictio*, quoque, *quid ſignificet?*
3 *Dictio*, ac, *quam ſignificationem habeat?*

1 IN textu. Duo conſtãt ex *Decreto Syricij Pontificis in Epiſtola ad Himerium.* Primum poſt pœnitentiam ſolemnem neminem eſſe ad ordines ſumendum. Secundum, talem pœnitentiæ modum non eſſe clericis imponendum, obſervat *Suarius de cenſur. diſp. 42. ſect. 2. num. 3. Sayrus de cenſur. lib. 7. cap. 10. n.* 19. qui uterque noſtrum *textum* referunt, & ejus materiam proſequũtur. Solemnis pœnitentia ab antiquis Patribus inducta eſt ut gravia, & ſcandaloſa crimina in populis evitarẽtur; tradit *Bernard. in pract. cap.* 23. verbo, *poſt peractam pœnitentiam in principio*, qui etiam noſtri *textus* meminit. Adde poſita *ad cap. ſi ille* 58. *n.* 1. *ſupra hac eadem diſt.*

2 In principio textus, ibi, Quoq; Quæ dictio eſt implicativa, ponitur pro, *etiam. L. 3. in principio*, & ibi *Bart. & Laſ. nu. 12. ff. de pactis idem Laſ. in l. ſi arrogator, num. 11.* per illum *textum ff. de adoptionibus. Berous in cap. ult. num. 21. de uſuris, Decius in l. ſi certis annis. num. 19. ad fin. C. de pactis, & conſ. 526. nu. 2.* Aliquando adverſativa eſt, ut per *Abb. in cap. fin. de uſuris*, licét *Berous d. num. 21.* reprehendat *Abbatem*, dicens nũquám reperiri quòd dictio *quoque*, ſit adverſativa, tamen cum *Abbate* videtur tenere *Benuen. in tractatu de aſſecurationibus in præfat. num. 33. fol. 22.* Vide late circa alias ſignificationes *Gloſſã in pragmat. ſanctionis, tit. de collationibus, §. Cui rei, in verſ. ſed, verb. quoq; fol. 58. Tuſch. tom. 2. concluſ. 357. Cened. ſing. 93.*

In textu, ibi, Ac. Quæ eſt dictio copulativa, & copulat inter diverſa, *l. 2. §. Cum placuiſſet*, ibi. *Ac protinus recens accedit ff. de origine iuris l. libertas, §. fin. ff. de ſtatu hominum l. 2. §. fin. C. de ſumma Trinitate, Ioann. Andr. in cap. Cum acceſſiſſent*, per illũ *textũ de conſtitut. n. 9.* Aliquando accipitur expoſitivè pro *ideſt, l. decernimus cum Gloſſa*, verbo, *ac C. de ſacroſanctis eccleſijs, l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib. 10.* ubi *Lucas de Pena* poſt alios *Cened. ſingul. 16. num. 2.* Denotat tandem ſimilitudinẽ, ſeu comparationem *Decius conſ. 362. in principio*, qui citat *textum in Clement. 1. §. 1. de iudicijs, l. 1. Cod. de errore advocatorum, §. ex hoc. intelligere, inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*; alij de quibus *Cened.* ubi proximè *num.* 4. 3

CAP. Alienum. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus ex qua epiſtola Leonis tranſcripſerit?*
2 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
3 *Intellectus Hugonis reprobatur.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Leo Epiſtola 90. De Leone Pontifice nomine primo, vide poſita *in cap. Hoc veſtre. diſt. 11. & in cap. ſancta. numer. 18. diſtinctione* 15. Pórro in editione operum *Divi Leonis, Colonia Agrippinæ, apud Ioann. Birchmannum anno* 1569. hæc epiſtola non eſt, *numer.* 90. ſed 92. 1

In textu. Cuius meminit. *Gregorius Lopez par. 1. tit. 4. l. 19. Gloſſa* 4. ubi alia iura adducit. 2

Ibi, Quis orabit pro eo. Iſtam rationem impugnat Hugo, quia alij ſacerdotes, & laici poſſunt orare pro eo, ſicut etiam faciunt pro Pontifice *in cap. Si Papa, diſt.* 40. Sed *textus* intelligitur quoad reſtitutionem officij ut ſit ſenſus, quod non poterit haberi effectus orationis, ſi imponatur clerico pœnitentia ſolemnis, quia cum non poſsit poſt talem pœnitentiam ad priſtinum ſtatum reparari, ſupervacaneum eſſet pro eo orare, ut poſt *Archidiac.* in præſenti, tradit *Turrecrem. in principio. Præpoſitus, num.* 1. 3

CAP.

CAP. Placuit. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus qui sciens ordinaverit solẽniter pœnitentem, qua pœna puniatur?*
2 *Dictio*, nisi, *quid significet?*

1 IN textu. Collige ex textu solemnem pœnitentiã agentes si necessitas, aut utilitas Ecclesiæ exegerit, posse deputari inter ostiarios, vel lectores, ita ut epistolam, vel Evangelium non legant, quod sancitũ est, propter quatuor rationes. Primò propter dignitatẽ sacrorũ ordinum. Secundo propter timorem recidivi. Tertiò ob scandalum vitandum, quod posset oriri ex memoria præcedentium peccatorum, Quartò quia ille, qui sic solemnem pœnitentiam egit, non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum, ut post *Archidiac.* in præsenti tradit *Barnard in practica cap.* 23. verbo. *post peractam pœnitentiam, num.* 1. Episcopus autem qui sciens ordinaverit in Episcopatu suo, ordinandi potestate privatur, ut *in Concilio Carthagin.* 4. *Canon.* 68. Quod intellige quando ordinavit scienter absque dispensatione, vel cum indiscretè dispensavit, advertit *Bernard.* ubi proxime, *num.* 2.

2 In textu, ibi, Nisi. Quæ dictio adversatur præcedentibus unde si oratio negativa præcedit, dictio *Nisi* ponit, & affirmat; si verò affirmativa præcedit, negat, & privat, quas duas regulas ponit *Dynus in regula peccatum, ex num.* 1. *de regulis iuris lib.* 6. *Bart. in l. Si eum,* §. *Qui iniuriarum, nu.* 3. in fine, & ibi *Ias. ex num.* 26. *ff. si quis caution. Idem Bart. in l. actione num.* 1. & ibi *Ias. num.* 3. *&* 4. *Decius, num.* 5. *&* 6. *C. de transactionibus Surdus decis.* 264. *num.* 17. *Gutierr. lib.* 1. *Canonic. cap.* 21. *num.* 2. Denotat etiam, & importat conditionem suspensivam. *Gratus cons.* 138. *num.* 7. *& cons.* 54. *nu.* 55 *& cons.* 48 *num.* 6. *volum.* 1. *Ias. in d.* §. *Qui iniuriarum numer.* 26. *Cassaneus in consuetud. Burgund. Rubr.* 1. §. 5. *num.* 12. vers. *Sil nagrace.* Quod intellige in ultimis voluntatibus. Secùs autem in contractibus, quia non facit dispositionẽ conditionalem, sed facit causam sub conditione: resolvit *Iason, & Cassan.* ubi proximè, *Bald. in l. quibus diebus,* §. *quidam Titio, ff. de conditionibus, & demonstrat. Rip lib.* 1. *Responsorum cap.* 2. *num.* 24. post alios *Cenedo singulari,* 23. *num.* 4. quem latè videbis numeris sequentibus, circa alias significationes.

CAP. Vltimum.

SVMMARIVM.

1 *Ad clericatus officium non admittuntur Apostatæ.*
2 *Apostatare quid sit?*

1 IN textu. Collige peccatum Apostasiæ irregularitatem inducere, sentit *Salzedo in practica* verbo, *Apostatæ, cap.* 111. *num.* 2. sed in præsenti tantumdicitur apostata à religione, durante eo statu, non esse ad ordines admittendum, An verò incurrat suspensionem si ita impœnitens ordinetur? Resolutum supponit *Suar.* infra citandus *disputat.* 31. *sectione* 6. ex vi *capit. ultimi de Apostatis,* non incurri irregularitatem per susceptionem minorum ordinum sed maiorum; videri potest *Sylvester,* verbo. *Apostasia, quæstione* 8. *&* verbo, dispensatio, *numer.* 20. Vbi significare videtur hanc esse irregularitatem, dispensabilem tamen à prælato religionis, sed neque hîc talis potestas conceditur, neque alibi, & ideo si ex vi iuris communis ordinari potest, hoc oritur, quia non fuit factus simpliciter irregularis, sed durante statu apostasiæ; ut bene nostrum *textum* intelligit *Suares de censuris disputat.* 43. *sectione quarta numer.* 8. ad fin. & favet *cap. ultim. citatum de apostatis,* si bene expendatur. 2

Ibi, Apostatant. Apostasia, idem est quod retrocessio, seu desertio instituti semel suscepti, cum animo, vel obligatione permanendi in illo, nam *Apostatare* idẽ est quod deficere, seu retrocedere, semperque in malam partem sumitur, pro desertione iniqua, & inconstanti, & aliquando iuxta usum latinorum dicitur etiam de rebus civilibus, ut apostatare à Rege, vel ab Imperatore, ut bene advertit *Decianus in tractatu crimin. lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 1. Apostatasia à Deo in tria membra distinguitur à *D. Thom.* 2. 2. *quæstione* 12. *artic.* 1. *Glossa in cap.* 1. *de Apostatis,* ubi *Innocentius Hostiens. & alij. Salzed. in practic. cap.* 111. *numer.* 1. verbo, *Apostata de quibus agit Suares tractatu de fide sectione quinta num.* 2. & sequentibus.

DISTIN.

DISTINCTIO. LI.

CAP. Aliquantos. I.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius primus quis fuerit?*
2 *Varia lectio huius capitis.*
3 *Baptiſmus delet irregularitatem ex delicto.*
4 *Qui appellentur hoc textu forenſes?*
5 *Qui participant in cauſa ſanguinis, nõ ſecuta morte, aut deformitate, non fiunt irregulares.*
6 *Advocatus reum defendens in cauſa ſanguinis, an punito pœna talionis accuſatore, fiat irregularis?*
7 *Milites quando fiant irregulares?*
8 *Qui ſint curiales, de quibus textus?*
9 *Nonnulla contra eos, qui larvati incedunt.*
10 *Comœdiæ actores notantur, & qui ſpectaculorum voluptatem, & venationes edunt.*
11 *Epiſcopus qui contentos hoc textu ordinat, non habet panam ipſo facto.*

1 DE Innocentio primo vide poſita ad *cap. Qui neſciat, diſtinctione 11. numer. 1.* Notavit *Loyſa in Concil. Tolet. 1.* quem refert *Suarius diſput. 47. ſect. 5. numer. 6.* Multa etiam de hoc Innocentio, vide apud *Gabrielem Permotium in ſua hiſtoria ordinis clericorũ canonicorum lib. 1 cap. 28. §. 3. & cap. 36. §. 7.* ubi contra multorum auctorum ſententias nititur probare Innocentium primũ nullatenus confirmaſſe ordinem Eremitarum Auguſtinenſium.

2 In textu, ibi, Aliquantos, &c. Alij legunt *quantos*, & ita haberi in 24. epiſtola eiuſdem Innocentij ad patres Concilij Toletani, 1. teſtatur ſummator Conciliorum. *Frater Bartholomeus Carranza Archiepiſcopus Toletanus in Innocentio primo* fol. mihi. 110. *Sayrus in theſauro lib. 6. cap. 16. nu. 1.* licet ipſe *aliquantos* legat; addit tamen textus aliquos habere, *aliquando.*

3 In textu, ibi, Qui poſt acceptã Baptiſmi. Baptiſmum delere omnem irregularitatem ex delicto, dicam, *cap. Si quis poſſit 24. hac diſtinctione n. 1. & 2.*

4 Ibi, Forenſi exercitatione. Sunt hi agentes, advocati, procuratoris, ſolicitatores, & promotores fiſcales, item, qui iudicant de cauſa, & proceſſum formãt, qui proceſſum ſummant ad faciliorem iudicis inſtructionem, qui in favorem fiſci dicit dubia, cõtrarietatem, nullitatem, & ſimilia in cauſa ſanguinis, ſequuta morte, vel multilatione, qui omnes ſunt irregulares, ut Doctores allegato noſtro *textu* communiter reſolvunt *Panormitanus in cap. ſententiam, nu. 2. ne clerici, vel monachi, Hoſtien. in cap. ad audientiã, de homicidio Aſtens. in ſumma par. 2. lib. 6. tit. 14. nu. 4. Sylveſt.* verbo *homicidium 3. q. 2. verſ. primum Navarr. in Manual cap. 27. n. 212. Martinus Ledeſma 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregularitate pag. 354 col. 3. Angelica*, verbo, *homicidiũ 5. in principio Majolus de irregularitate, lib. 2. cap. 9. num 1. & 2. Vivald. in Candelabr. tit. de irregul. §. 3. nu. 250. Sayrus in Theſauro lib. 6 cap. 16. n. 1. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 12. num. 8. & 10. Avila de cenſur. p. 7. ſect. 2 diſp. 5. dubio. 1.* Alios præter citatos refert pro ſe *Villa Diego tract. de irregularit. c. 6. Sotto de iuſt. lib 5 q. 1. art. 4.* & textũ noſtrũ dicit optimũ *Suar. de cenſ. diſp. 47. ſect. 4* ubi ex imprudẽtia, & incuria typographiæ ſtatim *n. 1 textus* noſter Innocentio tertio attribuitur, cum ſit Innocentij primi, ut ipſe *Suar.* aperte teſtatur dict. *diſp. 47. ſect 5. num. 6.*

5 Ibi, Obtinendi pertinaciã ſuſceperunt. Collige hic non fieri irregulares advocatos, nec omnes eos, qui cauſam ſanguinis in iudicio tractant, non ſequuta morte, aut deformitate, ut recte docet *Hoſt. in cap. ſignificaſti, 2. de homicid. & Socin. in cap. ſententiam, ne clerici, vel monachi membr. 4 q 4. Hugo cap Si quis poſſit hac diſtinct. Navarr. Manual. cap. 27. num. 211 Henriq. lib 14 cap. 12. num. 1. Sayrus* citatus *num. 1. Avila* ubi proxime, *Suarius, numer. 6.* ubi verba noſtri *textus* ſatis dilucidé explicat in hanc opinionem, additque eſſe mentem *Gloſa. Archidiac. & Turrecremat. hic.* Contrarium ſequuti ſunt (nimirum hos eſſe irregulares, etiam non ſequuto effectu deformitatis, aut mortis) *ſpeculat. tit. de diſpenſ. §. iuxta verſ. ſed quid de iudice, ſumma Aſtenſ. p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. quæſt. 3. Sanctus Antonin. 3. p. tit. 29. cap 2. §. 1. Summa confeſſor. tit. de homicidio, quæſt 23. lib. 2. tit. 1. Majolus lib 3. de irregularit. cap. 9. n. 3.* ſed minus benè.

6 An incurrat irregularitatem advocatus, qui agebat pro Reo in cauſa ſanguinis, illo verò abſoluto, cõdemnatus eſt actor pœna Talionis ac deformationem, aut mortem paſſus? Videbis *Panormit. in cap. Clericis, ne clerici, vel monachi. Hoſtien. in cap. ad audientiam de homicid. Tabiena*, verbo, *irregularitas 2. §. 10. Majolus lib. 4.*

cap. 29. Innocen. in cap. 2. lit. b. cap. 16. num. 11. Henriq. lib. 14. cap. 12. num. 10. qui omnes affirmant. *Suarez* verò dilucidè distinguit *disp. 47. sect. 4. à num. 5.* Vtrum assistentes in loco supplicij fiant irregulares? Vide *Suarium* ubi proximè *num. 10.* negativè resolventem.

7 In textu, ibi, Aliquantos ex militia. An, & quando milites sint irregulares? Vide infra *cap. Si quis posit 4. hac dist. num. 3.* & sequentibus.

8 In textu, ibi, Aliquantos ex curialibus. Qui sint hi curiales, qui irregularitatem incurrunt, explicat optimè *Suar.* proximè citatus *sect. 4. num. 1.* concluditque esse omnes, qui in quacumq; laicali Curia ministri sunt in causis sanguinis, quomodocumque ad illas cooperentur, ut tabeliones, solicitatores, procuratores, & inferiores ministri, qui vel denuntiant, vel scribunt sententiam, vel aliquod simile munus exhibent; quos omnes dicit esse irregulares, dum talibus detinentur; alios verò ex ijs etiam postquam talia munera demiserunt, nimirùm eos, qui dum eis occupabantur irregularitatē ex lenitatis defectu contraxerunt, aut infames facti sunt, adi illum, *num. 2.* *Sayrum* citatum *lib. 6. cap. 16. à num. 1.* & sequentibus, præsertim, *num. 12.* ubi numerat satellites, lictores, ministrum iustitiæ publicæ; qui vindictā exercet mutilando, strangulando, in frustra secando, &c. Lusitani appellant *Algoz* Castellani *Verdugo* Latini dicunt *tortorem, carnificem*; item deferentes instrumenta sanguinis, eaque ad id aptantes, & applicantes; cursores quoq; ad eadem causam sanguinis deputatos, & præcones, qui omnes irregulares sunt ex authoribus ab eodem *Sayro*, ibi citatis. Consiliarij tamen Principum irregulares non sunt; de quo nobis dicendū erit *ad c. Magnus, 3. infra dist. 54.* Interim consule *Greg. Lopez part. 1. in. l. 1. 48. in summar. legis.*

9 In textu, ibi, Qui voluptatē. *Glossa* explicat ludibria quibus voluptatibus exercitabantur homines; ut facere solent histriones, actores comœdiarum, mimi, & similes hominum fœces. *Reginaldus in prax. lib. 30. tract. 2. cap. 25. num. 197.* de quibus nos *in cap. matrimonium 2. num. 8 dist. 33.* sive illi aperta facie, sive personati has voluptates exerceant, in quos satis eruditè invehitur *Perez in libello*, quem scripsit *Contra larvatos*, id est adversus eos, qui cavatos cortices (ut vocat Virgilius) ori admovent, ac larvati in publicum exeunt. Vide etiam *Gregor. Lopez l. 7. verbo, vestidura tit. 12. part. 5.* larvas etiam, sive larvatos incedere Lusitanos cautum est *lib. 5. Ordinat. tit. 34.* & de habitu personato monachi. Vide *Fr. Emmanuel Roder. quæstion. Regular. tom. 2. quæst. 76. art. 6.*

In textu, ibi, Editiones. *Glossa* interpretatur de fabellis, in quibus ea agitantur, quę edita sunt abhominibus, Vulgo *Representaçoens, comedias*, quas meritò exagitat *Ribera in Michæam cap. 1. vers. 14. à num. 62.* adducens pulchra ex *Sancto Cypriano lib. 1. epistola 2. in veteribus libro. 2. epistola 2.* lege, & dole. Cęterum existimo tàm voluptates, quàm editiones hic esse ea omnia quæ in amphyteatris populo spectanda dabantur, maximè spectacula gladiatorum, venationes ferarum, & cætera omnia, de quibus latis eruditè *Lypsius in amphyteatro Romano*, contra quos passim anti qui Patres, præsertim *Tertullianus in Apologetico adversus gentes, & lib. de spectaculis.* Redi *ad cap. presbyteri 19. num. 3. distinctione 34.* 10

In textu, ibi, Deponantur Notat *Suarius de censuris disput. 45. sect. 4. numer. 1.* ordinatorem in Episcopum, dum curiales, & hoc textu contentos initiatur, pœnam inferendam à iudice tantùm incurrere, licèt tales verè sint irregulares, nec ad ordines admittendi. 11

CAP. Designata. II.

SVMMARIVM.

1 *Textus unde desumptus?*
2 *Qui in causa sanguinis ministrant non sunt irregulares, nisi sequatur executio.* 1
3 *Qui dicantur curiales?*
4 *Causæ, cur curiales non ordinentur, remissivè.*

ADiculum. Desumptus est *textus ex epistola 4. Innocentij ad Felicem Episcopum Nucerianū*, ita legit *Carranza in Summa lib. 1. fol. mihi 169.* non *Micitianum*, ut habet *Gratianus*, epistolam refert idem *Carranza.* 1

In textu, ibi, Administraverit. Ex hoc *textu* deducit. *Suar.* citatus *disp. 47. sect. 4. num. 2.* cum *Glossa* hic nullo modo esse irregulares eos, qui in iudicio capitali sanguinis agunt, nisi mors, aut deformatio sequatur. Dixi *cap. præcedenti, num 5.* Intellige hoc præcisè ex ipsa actione curiali, nā si aliūde officia sunt infamia, ex hoc capite alia oriētur irregularitas. 2

In textu

5 In textu, ibi, De curialibus autem. Qui dicantur hi curiales explicant perbelle *Suar. de cenſur. diſp. 47. ſect. 4. num. 1. Sayrus in theſaur. lib. 6. cap. 14. num. 9. Toletus* ſtatim allegandus. Eos eſſe irregulares ſatis conſtat ex *Hoſt. in ſumma lib. 1. tit. de obligatis ad ſatisdicinia, §. qualiter hoc fundamentum. Aſtens. part. 2. lib. 6. tit. 18. ſumm. Piſan.* in verbo *ordinandus, §. 15. Angelica*, verbo, *Curiales. ſanctus Antonin. 3. par. tit. 29. irregularit. c. 6. Albericus*, verbo, *ordinandus, §. 15. Sylu.* verbo, *ordo 4. q. 2.* verſ. *nec Septimò. Tabien.* verbo, *ordo 4. Mayolus lib. 2. cap. 5. Henriq lib. 14. cap. 5. num. 5.* ubi in *Commentar. littera L.* plures refert *Tolet. 1. ſumma cap. 60. num. 2. edit Duaciana à fol. 1608. Suar. & Sayrus* proximè citati. *Reginaldus in praxi lib. 3. tract. 2. num. 64.*

4 In textu, ibi, Manifeſta ratio. Quatuor rationes ob quas curiales ordinari non permittuntur, colligunt *Toletus lib. 1. ſumma cap. 60. num. 2. Sayrus in theſauro lib. 6. cap. 14. n. 10.* ubi eas vide.

CAP. Præterea. III.

SVMMARIVM.

1 *Ludi amphytheatrales, ac ſcanici à quo inventi?*
2 *Innocentius primus ſedit Honorij temporibus.*

1 IN textu, ibi, Quas à Diabolo inventas eſſe. A quibus ludi amphytheatrales, ac ſcœnici fuerint inventi? Vide *Angel. Politian. miſcellaneor. cap. 58. & Panepiſtemon.* verſ. *ſcœnici*, latè *Gregor. Girald. de hiſtoria Poetarum, dialogo 6.* poſt principium verſ. *Primi verò Bagnacavallo Piazza vniverſale del mondo diſcorſo 103. Iuſt. Lypſ. de amphyth. cap. 5. Cœlium Rhod. lect. antiq. lib. 8. capit. 7.* ubi refert ex Polybio auctore, Arcades vita duros, & auſteros, ut ſuorũ civium animos ali quantulum poſita auſteritate mitigarent, fuiſſe primos ludorum ſcœnicorum inventores. *Ludos ſcœnicos*, inquit ille, *voluptatis ergo; & ad erugãdam matutinam, & ſtriatam frontem compertos eſſe ſcribunt plerique. Divus Auguſtinus* ab eodem Cœlio relatus affirmat ludos amphytheatrales nõ hominum, ſed inanium Deorum fuiſſe inventum. *Ludi ſcœnici ſpectacula turpitudinum, & licentia vanitatum, non hominum vitijs, ſed Deorum iuſſis inſtituta.* Ille igitur à verò non aberrabit, qui dixerit Diabolum eſſe ſcœnicorum ſpectaculorum auctorem. Nam de Diabolo cõſtat primum fuiſſe, qui perſonam, & Larvam ſibi aptavit, dum ſerpentem induit. *Genes. cap. 3.* verſ. 1. De materia, & intellectu *textus* vide latè *Sanch. lib. 9. de matrimonio diſp. 46. num. 41.* & ſequentibus.

2 In textu, ibi, Imperatore præſente. Fuit hic Honorius magni Theodoſij filius, qui in Occidente, in Oriente Archadius eius frater imperavit ab anno. 395. iuxta Bellarmini chronologiam, ac in ſequẽtes 28. annos, meſes 9. imperium protulit, incidit in huius Imperatoris tempore Pontificatus Syricij, licèt non integer: Anaſtaſij Innocentij primi, Zozimi, Bonifacij: Celeſtini, quo ſedente, Honorius extinctus eſt.

CAP. Si quis poſt. IV.

SVMMARIVM.

1 *Textus comprehendit tàm laicos, quàm clericos.*
2 *Non baptizatus non eſt propriè irregularis, quas irregularitates tollat baptiſmus?*
3 *Bellum defenſivum nulli eſt prohibitum, & nemo in illo fit irregularis? & num. 5.*
4 *Qua ratione ſervetur moderamen inculpatæ tutelæ?*
6 *Irregularitas contracta in bello aggreſſivo iniſto, eſt defectus lenitatis in laicis.*
7 *Quænam faciant bellum aggreſſium iuſtum? & num. 8. & 9.*
10 *Varia lectio noſtri textus.*
11 *Varia lectio noſtri textus, quem optimè exponit Suarius.*
12 *Irregularitas huius capitis eſt ad omnes ordines.*

1 IN textu ibi, Si quis. Comprehẽdi hoc *textu* tàm laicos, quàm clericos tenet *Suar. diſp. 47. ſectione 5. numer. 6. contra Mayolum* qui *lib. 2. cap. 9.* illùm intelligit non de quocumque militante, ſed de Duce, vel belli præfecto.

2 In tex. ibi, Poſt acceptũ baptiſmũ Recte poſt baptiſmum; nam qui baptizatus

non eſt, pro eo tempore impropriè dicitur irregularis, patet ex toto *titulo de presbytero non baptizato* præſertim *capit.* 1. & 2. & *capit. veniens eodem titulo. Navarr. in Manual cap.* 27. *numer.* 205. *Mayol. lib.* 3. *de irregularit. cap.* 7. *in principio Sayrus in Theſaur. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 8. *Henriq. lib.* 14 *cap.* 1. *num.* 2. & *in ſumma lit. T. Suarius de cenſuris diſput* 40. *ſect.* 1. *num.* 2. *Avila de cenſur. part.* 7. *diſput.* 5. *ſectione* 1. §. & *primo.* Ac proinde quācumque irregularitatem baptizatus incurreret ob crimen proprium, vel ex infamia ob crimen ſequuta, eam omnem ex defectu lenitatis nullo modo incurrit non baptizatus, quamvis idem crimen committat, & infamiā patiatur, & reliqua præſtet, unde irregularitatem ex defectu lenitatis pateretur baptizatus; ita *Sylveſt.* verbo, *baptiſmus* 6. *quæſtione* 2. *Tabiena Baptiſm* 8. §. 9 *Mayol. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 11. *Sayrus in Theſauro lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 2. *Henriq. lib.* 14. *cap.* 18. *numer.* 2. & 3. *Suar.* proximè citatus, *numer.* 2. Aliquas tamen irregularitates non aufert baptiſmus, ut bigamiæ, defectus natalium, & quæ in ipſo baptiſmo contrahuntur, ſive ex iteratione ſive ex ſuſceptione in infirmitate, de quibus ijdem Auctores.

ℓ In textu, ibi, Militaverit. Non intelligas de bello defenſivo iuſto, ubi pro ſervanda, & tutanda vita, patria, Rege, &c. ſervatur moderamen inculpatæ tutelæ, nam tunc licēt quis occidat, detruncet, atque alios deformet, non propterea erit irregularis, ut optimè probat *Suar. de cenſur. diſput.* 47. *ſectione* 6. *numer.* 1. ubi allegat pro ſe *Navarr. Innocent. Ioann. Andream, & Panormitan*; idem *Abbas in capit. petitio de homicidio. & Covarr.*: additque hoc pariter intelligi de laicis, ac de clericis militantibus: vide eum *num.* 2. & 3. & poſita ad principium *diſt.* 21. *num.* 6. & ſequentibus.

4 Qua ratione ſervetur moderamen inculpatæ tutelæ tradunt egregiè *Innocent. & Panormit. in capit. Olim.* 1. *numer.* 19. *de reſtitutione ſpoliat. & capit. Significaſti, numer.* 5. & 9 *de homicidio, Sylveſter*, verbo, *bellum* 2. *quæſtione prima. Sotto lib.* 5. *de iuſtitia quæſtione* 1. *articul.* 4. *Salon.* 2. 2. *quæſtione* 64. *articul.* 7. *controvers.* 1. *concluſione* 3. *Arag. ibi dubio* 1. *concluſione* 2. *Ludovicus Lopez* 1. *part. inſtruct. conſcientiæ. capit.* 62. *Navarr. in Manuali cap.* 15. *num.* 3. *Phyliarcus de officio ſacerdotis part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *Beja in reſponſ. caſuum part.* 2. *caſu.* 21. *Sayrus in clavi Regia libro.* 7. *capit.* 10. *numer.* 10. *Petr. Navarra de reſtitutione libro.* 2. *cap.* 3. *numer.* 349. *Sàa* verbo, *homicidium. Valent. tom.* 3. *diſputat.* 5. *quæſtione* 8. *puncto* 4. *dubio* 1.

5 Dicendum inſuper poſſe licitè clericos in ſacris, intereſſe bello iuſto ex licentia ſuperioris legitima, & pia cauſa, ut probat *Suar. diſp.* 47. *ſect.* 6. *num.* 7. & quotidianus eccleſiæ uſus confirmat. Adde poſſe etiam ibi ex licentia Papæ pugnare, nec tunc ſi interficiant, aut deforment, fient irregulares, quia tunc cenſetur Papa diſpenſare in tali irregularitate, ita *Calderinus in c. petitio, de homicidio*, quem refert, & ſequitur *Panormitanus c.* 2. *num.* 5. *de vita, & honeſtate clericorum Tabiena*, verbo, *irregular.* 3. §. 21. *concluſ.* 2. *Covarr. Clement. ſi furioſus, part.* 2. §. 3. *numer.* 2. *Barthol. Medina lib.* 1. *inſtruct. cap.* 11. §. 11. *Phyliarc. lib.* 4. *de officio ſacerdot. cap.* 11. §. 6. *Henriq. lib.* 14. *cap.* 11. *numer.* 4. *Sayrus* ubi ſupra, *num.* 14. ubi refert contrarium ſentientes. Poſſe etiam clericos intereſſe bello iuſto, ut dent conſilium probat *Rebuf. in Authent. habita Cod. ne filius pro patre*, verbo, *Epiſcoporum*, & alij. An clerici poſsint eſſe in bello ad pugnandum? Negat *Menoch. conſ.* 54. *numer.* 19. *Iacobus Gretſerus de ſancta cruce tomo* 3. *lib.* 2. *capit.* 3. *Perez. lib.* 1. *colum.* 11. verſ. *ad unum titul.* 1. *lib.* 4. *ordin. pag.* 766. Nos tamen de hac quæſtione alibi vberius diſputamus.

6 Adverte tamen hanc irregularitatem provenientem ex occiſione, vel deformatione in bello iuſto eſſe, & appellari ex defectu lenitatis, ita expreſſe *Suar. ſectione* 5. *num.* 6. *Avila* ubi proximè *Toletanus in ſumma lib.* 1. *capit.* 86. *numer.* 2. *editionis Duaciana, anno* 1608. & intelligē de ſæcularibus, quibus bellum iuſtum aggreſsivum non prohibetur, de eccleſiaſticis qui in illo occidunt, vel deformant, puto eſſe ex delicto, quia dant operam rei illicitæ, ita expreſſe *Toletus* ubi proximè *Avila* citatus, §. *Ad primum* verſic. *Sed non quoad clericos.*

7 Vt autem ſcias quænam faciant bellum aggreſsivum iuſtum conſules *D. Thom.* 2. 2. *quæſtione* 40. *artic.* 1. ubi tria requiſita comperies, ut bellum ſit licitum. Primum quidem auctoritas principis, cuius mandato illud gerendum eſt, non enim pertinet ad privatam perſonam, quia poteſt ius ſuum in iudicio ſuperioris proſequi. Regibus autem, & principibus ſicuti cura eſt gladium adverſus malefactores, & ſeditioſos ſuæ Reipublicæ ſtringere ex illo *Apoſtoli ad Roman.* 13. *Non ſine cauſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt, & vindex in iram ei, qui male agit*; ita etiam ad eos pertinet arripere arma adverſus hoſtes externos in protectionem ac defenſionem ſuorum ſubditorum *eripiendo pauperem à potente, & de manu peccatoris liberando Pſalm* 81. Vnde *Auguſtinus tom.* 6. *lib.* 22. *cap.* 75. *in principio contra Fauſtum* ait: *Ordo naturalis mortaliū pacī accommodatus poſcit, ut ſuſcipiēdi belli auctoritas penes principes ſit*: idque non ſolum in bello defenſivo vim vi repellendo quod naturali iure cuique licet, *leg. vim vi. ff. de iuſt.*

de iuſtitia,& iure, ſed etiam bello offenſivo, ut res ablatæ repetantur, damna reſarciantur, & iniuriæ ſubditis illatæ puniantur; alioqui miſera foret Reſpublica, neque integra, neq; ſufficiens ſibi, ut vult *Ariſtoteles* 3. *Politic.* Si iniuriarum ultores, & ſalutis publicæ defenſores, ac bonorum vendicatores non haberet. Ita docent interpretes ad citatum *D. Thom. Victor. de iure belli, Sotta de iuſtitia quæſt.* 3. *art.* 5. *Gabriel in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 4. *Molin. tract.* 2. *de iuſtitia diſp.* 100. *num.* 2. *Panormit. cap. ſicut* 3. *de iure iurando. Bart. l. Hoſtes. ff. de captiuis, & poſt limin. reuerſ. Suar. tract.* 3. *de bello diſp.* 13. *ſect.* 2. Vnde Reſpublica quæ in temporalibus ſuperiorē nō recognoſcit, bellū mouere poteſt, ab ea namque derivatur authoritas in Principem, aut Regem, ac proinde illam retinet, ſi alio regiminis genere ſe ipſam gubernet *Molin.* citatus *diſputat.* 23. *&* 26. Alij verò domini temporales qui ſuperiorem recognoſcunt, & civitates, quæ ſunt partes alicuius integræ Reipub. nequeunt inferre bellū abſque ſuorum principum facultate.

8 Secundum requiſitum eſt cauſa iuſta ut illi ſcilicet, qui impugnantur propter aliquā culpam impugnationem mereantur. Quæ verba multorum torquent ingenia, nam fieri poteſt ut ex ignorantia invincibili detineantur bona, quæ alteri debentur, ibique nulla culpa, ſed tamen iuſti belli cauſa ſit, cum alia via non poſſint ea obtineri. Qua propter dicēdum eſt aliam eſſe culpam formaliter, quæ cum peccato incurritur, aliā verò materialiter, hoc eſt abſq; peccato, & in primo ſenſu locutos fuiſſe *D. Thom.* & ſcholaſticos putat *Molin.* cōſentanee *ad Auguſtin. cap. Dominus* 23. *quæſt.* 2. dum ait *iuſta bella definiri quæ eliſcuntur iniurias, ſi qua gens, vel ciuitas, qua bello petenda eſt, vel vendicare neglexerit quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt.* In ſecundo verò ſenſu rarò eveniet liciti belli cauſa, quia ſi ea ſerventur, quæ debent obſervari, erit ſaltem culpa præſumpta, & bellum iuſtum formaliter, & materialiter, ſcilicet cum peccato eorum, qui bello impetuntur. Hæc colliges ex *Molin.* citato *diſputat.* 102. quē ſequitur *Luiſius Turrianus tom. vnico in* 2. 2. *diſput.* 90. *dub.* 1. §. *Item videre.* Vide *Suar.* citatum *ſectione* 4. per totam. In ſpecie autem aſsignari ſolent peculiares cauſæ iuſtē inferendi bellum. Prima ad occupandum ſeu recuperandum ea, quæ principi debentur. Secunda ad reprimēdum ſubditos iniuſtè bellantes contra dominum ſuum. Tertia notabilis aliqua iniuria illata principi, aut ſuæ Reipublicæ. Quarta contra eos, qui hoſti præſtant auxilium ad iniuſtum bellum. Quinta adverſus eos, qui defendunt impios ne iuſtè puniantur. Sexta ſi violetur pactum magni momenti. Septima ſi negentur ea, quæ iure gentium omnibus licent. Octavam aſsignat *Victor.* 2. *parte relectionis de Indis inſulanis*, ſi prohibeatur ſcilicet negotiari in qualibet provincia, aut uti fluminibus, aut peregrinari, & degere in alijs provincijs. Quam cauſam non admittunt proximè citati auctores, quos videre poteris.

Tertium requiſitum eſt recta bellantium intentio, qua ſcilicet intenditur ut bonum promoveatur, vel ut malum vitetur, bella enim non crudelitate, aut cupiditate, ſed pacis ſtudio gerūntur, ut mali coerceantur, & boni ſubleventur. Vnde neceſſe eſt ut bellans non procedat ex odio, neque illius infligendi occaſio quæratur, ſi tamen primum, & ſecundū adſit requiſitum, etiamſi odium aut ſiniſtra intentio admiſceatur, nulla inſurget obligatio reſtituendi illata hoſtibus damna, quamvis culpa contra charitatem ſuboriatur. *Suar.* ubi ſupra, & *ſect.* 7. *Alphonſus à Caſtro lib.* 2. *de iuſta hæret. punitione cap.* 14. *Covarr. relect. in reg. peccatū, part.* 2. §. 9. *nu.* 3. 4. & ſequentibus. *Valent. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſtione* 16. *puncto* 2. *Sayrus in clavi lib.* 7. *cap.* 13. *à num.* 5. Vtrum autem infidelitas licitum reddat bellum? *In tractatu de fide diſp.* 18. *ſectione* 1. *num.* 4. & deinceps videri poteſt apud *Suar. & Reginal. tractatu* 21. *num.* 94. & 95. ubi de his, & ſupra dictis multa per concluſiones ibi ſequētes facile reperiuntur.

In textu, ibi, Ad necandum fideles. Advertit *Suarius de cenſuris diſp.* 47 *ſect.* 5. *num.* 6. deeſſe hæc verba. *Ad necandū fideles* in originali, & probat ex collectione *Garcia de Loayſa in Concilio Toletan.* 1. *capit.* 8. *& ex tom.* 1. *Conciliorū*: Verum *Carranza* ea expreſſe apponit in collectione *Concilij Toletani* 1. *cap.* 8. folio mihi. 101. 10

In textu, ibi, Etiamſi gravia: *Garcia de Loayſa*, vbi ſupra, legit *graviora*. Verum cū Gratiano cōſentit *Suar.* & *Carranza*, Textū optimé explicat *Suar. d. n.* 6. ſcilicet illius eſſe milites, qui in iuſto bello pugnāt, ſi manu propria occidant, & deforment fieri irregulares, licēt in ipſo alia peccata nō committant, vel etiamſi in ipſo bello graviter non delinquant, quia iuſtum eſt; ita etiam *Gloſſa Archidiac.* & *Turrecremat.* hic. 11

In textu, ibi, Diaconi non accipiat dignitatem. Non exiſtimes hāc irregularitatem nō eſſe ad minores, & ſubdiaconatum, verè enim totalis eſt, ut egregiè convincit. *Suar. d. ſectione* 5. *numer.* 7. ubi *textum* ſatis acutè interpretatur. 12

CAP. Qui in aliquo. V.

SVMMARIVM.

1 *Quæ irregularitates ex crimine proveniant? & num. 2. 3. & 4.*
5 *De qua infamia textus loquatur?*
6 *Azorius noſtri textus meminit, & eius materiam proſequitur.*

1 IN textu. De hac irregularitate, quam contrahunt committentes enormia, & notoria crimina, diximus varijs in locis. Adde *Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 68. à principio. Mayol. lib. 5. de irregularit. cap. 12. Sayr. de cenſur. lib. 7. capit. 12. Reginal. in praxi, lib. 30. tract. 2. cap. 26. Suar. de cenſur. diſput. 43. ſectione. 4.* Peccatum ſodomiticum ſit ſit occultum non inficere virum impurum irregularitate, tradit *Navarr. in Manual. cap. 27. numer. 249. Sayrus* ubi proximè, *num. 22.* At *Covarr. in Clement. ſi furioſ. part. 1. §. 1. num 6.* dicit occultum ſodomitam ſuſpenſum eſſe, & effici irregularem, ſi celebret; idem tradit *Beinard. in practica cap. 80. Iul. Clar. lib. 5. ſententiarum, §. Sodomia, num. 5.* Quia verò de hoc turpiſsimo, fœdiſsimo, execrando, prorſuſque nefando ſodomiæ crimine ſermo incidit; videamus quid pœnæ, ac ſupplicij ſtatuatur hominibus hac labe contaminatis. Dico igitur. Clericus perpetrans hoc nefandum crimen, deponitur, & in monaſterium detruditur. Ita colligitur *ex cap. Clerici de exceſſibus prælatorum. Bermondo de publicis, concubinarijs, titulo de peccato ſodomiæ num. 73. Duen. reg. 101. limit. ult. Campanil. in diuerſ. Iuriſ. rubr. 11. cap. 22. numer. 7.* Quare ſi clericus ſodomita, audeat celebrare, vel in ordinibus miniſtrare, irregularem fieri, & à ſolo Papa diſpenſandum credit *Foler. in praxi crimin. canonica part. 6. cap. 37. num. 11. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 687. num. 16. part. 2.* & alij. Hanc tamen opinionem meritò reijciunt. *Aret. in cap. cum nõ ab homine, de judic. Navarr. in Manuali cap. 27. num. 249. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 12. num. 22. Valentia tom. 4. diſp. 7 quæſtione 19. punct. 3. Suar. tom. 5. diſp. 31. ſect. 4 num. 20. Emman. Rodr. quæſtione 28. art. 2. Aldret. cap. 15. num. 34. Campan. cap. 22. num. 9.* De crimine ſimoniæ an inducat irregularitatem? Vide *Mayol. lib. 4. cap. 23. & lib. 5. cap. 45.* latè *Suar. d. ſection. 4. num. 2.* De crimine ſacrileg. an inficiat hominem irregularitate? Vide *Mayol. lib. 5. cap. 30. Suar. d. ſect. 4. num. 5.*

2 Ibi, Qui in hæreſim lapſi ſunt? De hac irregularitate vide *textum in cap. 2. §. Hæretici, de hæreticis in 6. Divum Antoninum 3 parte tit. 28. cap. 6. in initio. Angel,* verbo, *irregularitas 1. num. 28. cap. 6. in initio. Angel,* verbo, *irregularitas 1. num. 28. Sylveſt. eodem* verbo, *quæſtione 5. Navarr. in Manual cap. 27. num. 305. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 63. Mayol. lib. 5. cap. 46. Sayr. lib. 7. cap. 12. num. 16. Suar. diſput. 43. ſect. 1. Reginaldum in praxi lib. 30. tract. 2. cap. 15. & nu. 193.* Amplia primò in credentibus fautoribus, & defenſoribus, *textus in cap. ſtatutum de hæreticis in 6. Tolet. d. c. 63. §. Suar. d. diſp. ſect. 2. nu. 5.* Amplia ſecundò in filijs, etiamſi criminis parentum non fuerint participes *Toletanus d. cap. 63. §. 3. Reginald. dicto cap. 15. num. 193.* Amplia tertiò in nepotibus per lineam paternam. *Rebuf. in praxi de mod. admitten. benef. num. 26.* Amplia quarto in filijs illegitimis hæreticorum. *Tolet. d. cap. 63. §. 5.* De poteſtate diſpẽſandi in hac irregularitate, vide *Tolet. dicto cap. 63. in fin. Suar. ſect. 1. num. 5. Reginal. d. cap. 15. num. 193. §. in hac.*

3 In textu, ibi, Qui non dum ad triginta annos. Conſonat *textus in cap. cum in cunctis de elect. textus in cap. cum nobis, eodem tit. Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* vide *Azor Moral, part. 2. lib. 6. cap. 5. in principio Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 34. num. 107. Henriq in ſumma par 2. lib. 14. cap. 9 Salzed. in pract. cap. 26. littera B. in addit. §. 1. Valer. Regin. in praxi lib. 30. tract. 3. cap. 12. ſect. 1. num. 163.* Annus trigeſimus completus requiritur ad Epiſcopatum, licèt *Auguſt. Barb. in remiſſ. ad Conc. ſeſſ. 7. cap. 1. numer. 3.* dicat quòd requiritur ætas quadraginta annorum. Vide *Salzed. Reginal & DD.* ſupra citatos. Eadem ætas triginta annorum requiritur ad Cardinalatum ex æquiparatione Cardinalium, & Epiſcoporum, quam facit *Trind. ſeſſ. 24. cap. 1.* Vide *Salzed. Regin. lib. 30. tract. 3. n. 136.* De ætate requiſita ad Decanatũ, Archidiaconatum, canonicatum, beneficium cum cura, & cætera inferiora, vide *Reginal. in praxi lib. 30. tract. 3. n. 164. & 165.* Ad prioratum monachorum cõventualem, ſeu aliorum religioſorum requiritur annus vigeſimus quintus inchoatus. *Clemen. 1. §. ceterùm de ſtat. monach. Valer. Reginal. lib. 30. tract. 3. num. 165.* Abbatiſſa Prioriſſa, & quævis præfecta fœminarum, non debet minor eſſe quadraginta annis, & quæ poſt profeſsionem expreſſam octo annis laudabiliter vixerit, aut ad minimum, (ſi alia idonea haberi non poſsit) quæ trigeſimum annũ exceſſerit, ac quinque ſaltem annis poſt profeſsionem in religione laudabiliter vixerit. *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 7. Azor Moral. part. 2. lib. 13. cap. 16. à principio. Garcia de benefic. par. 7. cap. 4. num. 42. & 71.*

Solus Papa diſpenſat in defectu ætatis, ad hoc, ut quis conſequatur beneficium eccleſiaſticum, 4

aſticum; vide *Valer. Regin. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 186. De ætate, quæ requiritur ad ſingulos ordines, tàm maiores, quam minores, vide *textum in cap. In ſingulis*, & in *cap. Placuit*, infra, *diſt.* 77. & in *Clement. generalem, de ætate, & qualitate. Trid. ſeſſ.*23. *cap.*12. *Gregor. Lopez l.*27. *tit.*6. *part.* 1. *Salzed. in pract. cap.* 26. *littera B. in Addit.* §. 1. *Navarr. in Manual. cap.*25. *nu.* 69. cum ſequentibus. *Garcia de benefic part.* 7. *cap.*4. *nn.*21. *Ægydium de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 20. *num.* 102. *Reginal. lib.* 30. *tract.* 3. *nu.* 166. *Suar. de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *nu.* 22. Qui ante legitimam ætatem ſacris ordinibus fuit inſignitus, manet ipſo iure ſuſpenſus, & ſi ordine aliquo utitur, efficitur irregularis per *Extravagant. Pij* 2. & *motum proprium Pij* 5. Vide *Covar. in Clement. Si furioſus*, 1. *part.* §. 1. *num.* 4. *Rebuf. in pract. benefic. tit. de clericis, ad ſacros ordines male promotis, Gloſſa* 4. *Soto in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.*3. *Gregor. Lopez in l.* 28. *tit.*6. *part.* 1. verbo, *El beneficio. Navarr. in cap. Accepta, oppoſitione*, 8. *nu.*34. *de reſtit. ſpoliat.* & in *Manual. cap.* 25. *nu.* 70. *Salzed. in practic. cap.* 26. *in Addit. littera E.* & §. 1. *Suar. de cenſur. diſput.* 31. *ſect.* 1. *num.* 25.

5 Ibi, Infamiæ nota. De qua infamia loquatur *textus*, vide *Angelum in ſumma*, verbo. *infamia*, *nu* 3. *Sylveſt.* eodem verbo, *nu.* 4. *Tolet. in ſumma, lib.* 1. *cap.* 56. *Sayrum de cenſur. lib.* 7. *cap.* 11. *Suar. de cenſur. diſp.* 48. *ſect.* 1. cum ſequentibus.

6 Poſt medium textus, ibi, Deinceps ſacerdos erit. Notat hunc *textum*, & eius materiam latè proſequitur *Azor in ſumm. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. §. *Tertiò quæritur*, verſ. *Quæ quidem.*

DISTINCTIO. LII.

CAP. Solicitudo. I.

SVMMARIVM.

1 *Authores qui noſtri textus meminêre.*
2 *Quid ſit ordinari ordine præpoſtero?*
3 *Qui per ſaltum ordinatur, verè characterem recipit.*
4 *An fictus de laico epiſcopus, antequam ſacerdos, verè epiſcopus ſit?*
5 *Quos ſtatus conſiderêt Doctores in promoto per ſaltum, ad ſuſpenſionem?*
6 *Vtrum promotus per ſaltum ſit ipſo iure ſuſpenſus?*
7 *Promotus per ſaltum non eſt ſuſpenſus ab ordine ritè ſuſcepto.*
8 *Probabilius eſt promotũ per ſaltum, eſſe ſuſpenſum ipſo iure ab ordine, quem male ſuſcepit.*
9 *Contrarium non eſt improbabile.*
10 *Promotus per ſaltum eſt impeditus ad ſuperiores, & ad reliquos ordines ſuſcipiendos.*
11 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſic promoto, & in quo caſu? & nu.* 12. 13.
14 *Ordines prætermiſſi, quo tempore ſuſcipiendi?*
15 *Ordinatus per ſaltum eſt ipſo iure ſuſpenſus.*
16 *Vtrum qui non eſt ſacerdos, poſſit eſſe Epiſcopus?*

IN textu. Nullus eſt pene author, qui de Sacramento ordinis, ſuſpenſione, aut irregularitate ſcripſerit, qui noſtri textus non meminerit, ij invenluntur apud *Sylveſt.* verbo, *irregularitas*, q. 11. *nu.*13. *Soto diſt.* 25. *quæſt.* 2. *à* 3. *col. penult. caſu* 3. *Navarr. in Manual. cap.* 27. *à nu.* 24. *Sayr. in Theſauro, lib.*4. *cap.* 14. *nu.* 26. & *lib.* 7. *cap.* 10. *nu.* 39. *Emman. Roder. in ſumma, cap.* 166. & 168. *Henriq lib.*7. *de irregularit. tit.* 13. *num.* 5. & *lib.* 14. *de irregular. cap.* 6. *nu.* 3. *Tolet. lib.* 1. *ſumma, cap.* 50. *num.* 17. *Edit. Duacenæ anno* 1608. *Suar. de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *à nu.* 44. *Valent. tom.* 4. *diſput.* 7. *quæſt.* 19. *punct.* 3. *nu.* 5. *Avil. de cenſur. part.* 7. *diſp.* 9. *ſect* 1. *dub.* 2. *Sayr. de cenſur. lib.* 4. *cap.* 14. *nu.* 25. *Reginald. lib.* 30. *tract.* 2. *cap.* 14. *num.* 191. 1

In textu, ibi, Præpoſtero curſu. Ideſt non ſervato ordine, quem ipſi ordines inter ſe ſervant, ita ut inferiores ſuperioribus, minores maioribus ſubſternantur, & ſupponantur. Vnde. 2

Dubitant primò Doctores; an qui ordinem maiorem ſuſcepit, non ſuſcepto inferiori, verè ordinetur, & recipiat characterem, V.g. qui fit presbyter antequam ſubdiaconus, aut diaconus? Reſpondendum affirmativè, ita cõmuniter omnes Doctores. Fundamentum eſt quia, ordo quem inter ſervant ordines, non eſt ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex præcepto Eccleſiæ; ita ſupponitur *cap. Vnico, de clerico per ſaltum promoto*, & tenent *Archid.* & *Geminian. Præpoſit.* cum *Gloſſa*, hic, & *Panormitan. cap. Vnico de clerico per ſaltum promoto*, ubi dicit communem. Theologi etiam cum *D. Thom. in* 4 *diſt.* 24. *q.* 1. *à* 2. *q.* 4. *Bonavent. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 3. ubi omnes reprehendunt *Hoſtien. cap. Vnico, de clerico per* 3

saltum promoto, dicentem, sacerdotem taliter promotū non conficere corpus Christi. Adde *Tabi. in summa, tit.* 1. *cap.* 50. *nu.* 19. *Avil. de censur. part.* 7. *disp.* 9. *sect.* 1. *dub.* 2. *Henriq. lib.* 10. *de Sacramento ordinis, cap.* 14. *nu.* 2. *in comment. littera* Q & *lib.* 14. *de irregularit. cap.* 6. *num.* 3. & *in comment. littera* C. *Navarr. in Manual. cap.* 27. *nu.* 242. *Abb. in cap. Vnic. num.* 4. *de clericis per saltum promot. Covar. 1. variar. cap.* 10. *num.* 16. vers. *Caterum*, alios refert *Salzed. in practic. cap.* 24. *litera* B. & *cap.* 32. *nu.* 2.

4 Dubitant secundo. Vtrum si episcopus fiat de laico talis, non suscepto presbyteratu, episcopis vere consecretur, & talis sit? Dicam de hac quæstione, infra, *nu.* 16.

5 In textu, ibi, Negligentia potius, quàm superbia. Duos status considerant Doctores in promoto per saltum; alterum cum ita ordinatur scienter, & data opera, ut aiunt; alterum cum ex ignorantia ordinatur, putans id sibi licere, vel non graviter esse prohibitum, aut non advertens ad talem prohibitionem. In primo casu, omnes qui in hac promotione per saltum agnoscunt suspensionem ipso iure latam: dicunt talem vere esse suspensum. In secundo, ideſt cum ignoranter ordinatur per saltum, dicunt aliqui ex ipsis, non esse suspensum, & hanc partem tenet *Gregor. Lopez. in l.* 28. *tit.* 6. *part.* 1. & *l.* 63. *tit.* 5. *part.* 1. & *Tolet in summa, lib.* 1. *cap.* 50. *nu.* 18. ubi allegat pro hac sententia Hugonem, sed verius est ignorantiam hinc solum conducere ad faciliorem dispensationem, non verò ad effugiendam suspensionem, ut pene notat *Sylvest. de irregularit. quæst.* 11. & cum eo *Suar. de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *nu.* 45.

6 In textu, ibi, Ab officio sacerdotali cum prohibeas. Quærunt hîc Doct. Vtrū sic promotus per saltum, sit ipso iure suspensus? Sed ad faciliorem quæstionis explicationem oportet distinguere de quadruplici ordine, in quo talis suspensio dari potest. Primò, in ordine ritè suscepto. Secundò, in ordine per saltū suscepto. Tertiò. in ordine prætermisso. Quartò, in ordine, quem nondum talis suscepit. Pone casum. Est quis ordinatus ritè in minoribus, suscipit diaconatum, prætermisso subdiaconatu, deest adhuc presbyteratus, & subdiaconatu prætermisso; dubium est, an talis sit suspensus à minoribus ritè susceptis.

7 Dico primò. Promotus per saltum non est suspensus ab ordine ritè suscepto, sed in illo potest ministrare extra periculum irregularitatis. Est contra *Navarr. in Manual. cap.* 27. *nu.* 242. & *Mayol. lib.* 4. *de irregularit. cap.* 12. qui videntur tenere (pro ut illos explicat *Suarius* statim allegandus) talem suspensum esse ab ordine, tàm ritè, quàm male suscepto. Sed nostram conclusionem docent *Gregor. Lopez. l.* 63. *tit.* 5. *part.* 1. *Bernard. Diaz in pract. cap.* 29. *Sylvest.* verbo, *irregularitas, q.* 11. *Henriq. lib.* 14. *de irregularit. cap.* 6. *nu.* 3. & *in cōment. littera* H. *Suar. de censur. disput.* 31. *sect.* 1. *nu.* 42. ad medium. *Avil. de censur. part.* 7. *disput.* 9. *sect.* 1. *dub.* 2. §. *secunda conclusio*, ad fin. Probat optimè *Suarius*, & *Avila*, quia ita colligitur ex hoc *textu*, & *cap. Vnic. de clerico promoto per saltum, in ultimis verbis.*

8 Dico secundò. Probabilius est promotum per saltum esse ipso iure suspensum ab administratione ordinis sic suscepti; ita expressè *Hostiens.* & *Panormit. in cap. Vnico, de clerico per saltum promoto.* S. *Antonin. 3. part. tit.* 26. *cap.* 3. *col.* 3. ad medium. *Sylvest.* verbo, *irregularitas, quæst.* 11. *Bernard. Diaz in practic. cap.* 20. *Navarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 242. vers. *sexto. Martin. de Ledesma* 2. 4. *quæst.* 26. *à* 2. *de irregul. pag.* 366. *Sottus in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *à* 4. *post conclusionem quartam*, §. *Tertius. Sebastian. Medices, p.* 2. *tit.* 9. *q* 35. vers. *septimò. Vivald. de suspensione, num.* 48. *Summa Coronæ tract. de irregularit. nu.* 19. vers. *Tertiò. Phyliarchus de officio sacerd. lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 5. *Zerola in praxi episcopali, part.* 1. verbo, *dimissoria*, §. 3. & 4. *Mayol. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 1. *Sayrus in Thesauro, lib.* 7. *cap.* 10. *nu.* 39. *Henriq. lib.* 6. *de irregularit. cap.* 13. *nu.* 5. & *lib.* 14. *cap.* 6. *nu.* 3. *Tolet. lib.* 1. *summæ, cap.* 50. *nu.* 17. *Valent. tomo* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *puncto* 3. §. 5. *Suar. de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *dub.* 2. *concluſ.* 2. ubi §. *Ad fundamentum secundæ*, acutè nostrū textum interpretatur. Probant omnes ex nostro *textu*, & ex *cap. Vnico, de clerico per saltum promoto*, & ex *Trid. sess.* 23. *cap.* 14. *de reformat.*

9 Contrarium (nec improbabiliter) scilicet talem non esse ipso iure suspensum ab ordine male suscepto, sed suspendendum, tenent *Archid. Geminian. Præpos.* & *Turrecrem. hîc Innocent. in cap. si celebrat, de clerico excommun. ministr. Angel.* verbo. *irregularitas, nu.* 36. *Tabiena*, verbo, *irregularitas*, 4. §. 2. *concluſ.* 5. *Armilla*, verbo, *irregularitas, nu.* 68. Fundatur, quia ex nullo textu talis suspensio ipso iure colligitur, ut bene expendit *Suar. d. disp.* 31. *sect.* 1. *nu.* 44. licèt sententiam nostram sequatur, pro ut cum allegavi numero superiori.

10 Dico tertiò, talem sic promotum per saltum esse impeditū ad superiores, si qui desunt, & ad reliquos ordines, ut eos possit accipere. Hæc est omnium, quos pro secunda conclusione citavi. Verum discrepant in nomine, quod tali impedimento imponunt, alij enim suspensionem vocant, alij irregularitatem. Verius est non esse irregularitatem; ita expressè tenet *Avila, citatus*, §. *Prima conclusio. Suar. citatus. nu.* 49. vers. *Nihilominus dicendū est*; quia nullus est textus, unde talis irregularitas colligatur. Addit *Suarius*, hæc impedimenta ascendendi ad superiores

riores ordines, & ſuſcipiendi prætermiſſos, eſſe quaſi effectus ſuſpenſionis, exercendi, & miniſtrandi in ordine male ſuſcepto. Vnde colligit effectũ non ſuſcipiendi ordinem prætermiſſum, tolli ubi primum diſpenſatur cum ſic promoto; ut in male ſuſcepto ordine miniſtret. Primò, quia ſublata radice tollitur, quidquid inde pullulat. Secundò, quia aliter talis diſpenſatio miniſtrandi in male ſuſcepto effectum habere non poteſt, nam nunquam licita eſſe poteſt miniſtratio in ſuperiori, non ſuſcepto prius ordine inferiori. Lege *Suarium tu.* 50. ubi etiam habet clericum diſpenſatum, ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat, poſſit in illo poſt ſuſceptionem, & in malè ſuſcepto, libere miniſtrare, & liberum manere, ut ad ſuperiores aſcendat.

11 Dico quartò, cum ſic promoto per ſaltum poteſt epiſcopus diſpenſare, ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat, & ut in ordine male ſuſcepto miniſtret, & ad ſuperiores aſcendat, quanvis delictum ſit publicum; dummodo talis in malè ſuſcepto ordine, vel in prætermiſſo, non miniſtraverit ante diſpenſationem, quia tunc iam fit irregularis. Hæc eſt expreſſé *Maioli lib. 4. de irregularit. cap. 12. num. 2. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 71. Emman Roder. 2. part. ſummæ, cap. 17. nu. 9. Sayr. lib. 5 cap. 14. nu. 26. & 27. & lib. 7. cap. 10. nu. 40. Henriq. lib. 14. cap. 6. nu. 3. Suar. de cenſur diſp. 31. ſect. 1. nu. 51. Avil. de cenſur. part. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 2. §. ſequitur ſecundò.* Fundamentũ eſt, quia *Trident.* ita conceſſit cum hac limitatione epiſcopis, *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 14.* Hanc noſtram concluſionem non bene limitat *Zerola in praxi epiſcopali, part. 2.* verbo, *irregularitas, dub. 3.* contendens epiſcopum non poſſe diſpenſare cum promoto per ſaltum, ſi delictum fuerit publicum, nam Tridentinum non limitat ad occultum, unde nos diſtinguere non debemus. Illam *Navarr.* ampliat, ut epiſcopus poſſit diſpenſare etiam poſt adminiſtrationem in male ſuſcepto; ſi adminiſtratio fuit ex ignorantia, cum quo abit *Tolet in ſumma, lib. 1. cap. 50. num. 17.* citans pro ſe *Panormit.* & *Gloſſam hic*, & *cap. Paſtoralis, de ſacrament. non iterand.* Sed dicendum nunquam epiſcopum diſpenſare poſſe, ubi talis fuit adminiſtratio, quæ irregularitatem induxerit, ita Doctores pro concluſione citati, & ſpecialiter *Suar. nu. 52. Tolet.* ubi proximè, *nu. 18.* quanvis dicat probabile eſſe poſſe epiſcopum cum adminiſtrante ſcienter in ordine male ſuſcepto diſpenſare, pro ut ſequuntur *Geminian.* & *Prapoſit. hic*, & *Hoſtienſ.* non ſibi conſtans *in ſumma, tit. de clericis per ſaltum promotis.*

13 Dico quintò. Quanvis ſic promotus per ſaltum miniſtret in ordine male ſuſcepto, vel in derelicto, ſi crimen fuit occultum, adhuc poterit epiſcopus cum eo diſpenſare, ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat, miniſtret in male ſuſcepto, aſcendat ad ſuperiores. Ita expreſſé tenent *Zerola in praxi epiſcopali, part. 2.* verbo, *irregularitas, dub. 3. Mayol. lib. 4. de irregul. cap. 12. nu. 2. Sayr. lib. 7. Theſauri, cap. 10. nu. 40. Henriq. lib. 14. cap. 6. nu. 3. Avil. de cenſur. part. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 2. §. Sequitur ſecundò.* Probatur ex *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.* ubi epiſcopis conceditur diſpenſatio irregularitatis contractæ ex crimine occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario.

Dico ſextò. Epiſcopus poteſt diſpenſare cum miniſtrante publicè, & ſcienter ante diſpenſationem in male ſuſcepto ordine, ut prætermiſſum ſuſcipiat, & in male ſuſcepto miniſtret; ita omnes Authores citati pro quarta, & quinta concluſione. Fundamentum eſt, quia epiſcopus ſolum non poteſt diſpenſare cũ male promoto miniſtrante in taliter ſuſcepto ordine, ut ad ſuperiores poſſit aſcendere, cum id tantum ipſi prohibeat *Trident. d. ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat.* licèt *Suarius d. diſp. 31. ſect. 1. nu. 52.* ad medium, exiſtimet epiſcopum non poſſe diſpenſare cum miniſtrante in male ſuſcepto ordine, ut in ipſo, poſt ſuſceptum prætermiſſum miniſtret. 13

In textu, ibi, Proximè quatuor temporum ieiunio. Collige hinc ordinem prætermiſſum, & ritum etiam in ipſa ſuſceptione omiſſum, accipi, & ſuppleri debere temporibus ad ordinem deſtinatis. Tradunt ſcribentes *in cap. 1. de Sacrament. non iterandis*, de quo videndus eſt *Henriq. lib. 14. cap. 6. nu. 3. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 10. nu. 40.* 14

In textu, ibi, Redire concedas. Vtiq; quia ſuſpenſionem ipſo facto incurrerat, ut dixi in prima concluſione. 15

In Gloſſa, verbo, Subdiaconatus. Ait epiſcopum neminem poſſe eſſe niſi prius ſit ſacerdos. *Gloſſam*, ſequũtur Theologi omnes, qui nonnullos Cãoniſtas contrariũ ſentientes refellunt, ita expreſſé *Mayol. lib. 4. de irregularit. cap. 12. nu. 3. Sylveſt.* verbo, *ordo, 2. q. 1.* & *ordo 5 q. 5. Raymund. in tit. de forma conſervat.* verſ. *Quid ſi clericus*, ubi ait omnes ferè doctores ita ſentire. *Piſanella*, verbo, *ordinat. 2. §. 2. Archidiac. hic*, & *Gloſſa, cap. Vnico, de clerico per ſaltum promoto, Sayr. lib. 7. Theſauri, cap. 10. nu. 41. Henriq. lib. 10. cap. 2. num. 1.* ſupponit *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 53. Tolet. lib. 1. ſummæ, cap. 50. nu. 19.* ubi etiam contrariam opinionem æquè iudicat probabilem, & refert pro illa *Gloſſam hic*, quæ contrarium apertè docet, refert etiam *Panormitan. cap. Vnico, de clerico per ſaltum promoto*, addere poſſet *Hoſtienſ.* 16

Goſſredum

Goffredum hîc, quos pariter placet reijcere. Vide etiam *Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 30. §. Nono quæritur. Bellarmin. lib. 1. de ordine, cap. 5. Reginald. lib. 30. tract. 1. nu. 19. §. Tertium est.*

DISTINCTIO. LIII.

CAP. Legem. I.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas consurgens ex obligatione ad ratiocinia, talis propriè non est.*
2 *Imperator undenam pijssimus, & sacratissimus appelletur?*
3 *Imperator, an talis possit dici ante coronationem Pontificiam?*
4 *Mauritius Imperator sancti Gregorij Papæ compater.*
5 *Religiosus factus episcopus potest tenere, & suscipere in baptismo.*
6 *Religiosi possunt esse compatres baptizando.*
7 *Quæ dicantur publica ratiocinia?*
8 *Publica ratiocinia impediunt ingressum religionis.*
9 *Professio obligati ad ratiocinia valuit iure antiquo.*
10 *Valet etiam hodie post moderationem Bullæ Xisti 5.*
11 *Causæ cur obligati ad ratiocinia, nec ad ordines, nec ad religionem admittantur?*
12 *Est nunc de novitiatus essentia peragi in habitu religionis.*
13 *Adhibeatur duplex limitatio circa propositam doctrinam.*
14 *An tempus novitiatus debeat esse continuum. nu. 15. usq; ad 17.*
18 *Ex iure communi antiquo sine novitiatu poterat fieri professio, & quomodo?*
19 *Novitiatus nunc debet esse anni integri de momento ad momentum.*
20 *Non valet sponsi de præsenti professio, nisi anno integro novitiatus.*
21 *Professus transiens ad aliam religionē etiam strictiorem indiget anno probationis.*
22 *Hodie novitius, & religio non possunt renuntiare anno novitiatus.*
23 *Quibus casibus possit novitiatus extendi ultra annum.*

IN textu. Collige ex textu, obligatos ad ratiocinia ab ordinibus arceri, non quia hi propriè sint irregulares, cum irregularitas ex sua causa perpetua sit, & se habeat per modum habitus; sed quia sunt impediti publicis, vel privatis negotijs, quod temporarium est; & reddita administrationis ratione cessat. *Sayr. in Thesauro lib. 6. cap. 14.* & habilitas ad suscipiendos ordines restituitur. *Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 14.* & sequentibus. *Reginald. in praxi, lib. 30. tractat. 2. nu. 65. Henriq. in summa, lib. 14. cap. 5. §. 5. Navarr. cons. 1. alias 4. nu. 7. de regular. Bonacina de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. num. 2. Munòs de Escobar de ratiocinijs administrandis, cap. 4. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de discipl. clericali, §. 11. Căpanil. in divers. iuris. tub. 11. cap. 9.* 1

In textu, ibi, Pijssimus. Imperatorem, si quem, maximè decet pietas, et religionis amor, quia Ecclesię Romanę defensionem habet susceptam, *cap. Venerabilem, 34. de electione*, ibi, *Advocato, & defensore*, iuncta *Glossa*, verbo, *carebit*, vide posita ad *cap. Constantinus, dist. 96.* & quæ notat *Azor. part. 2. lib. 4. cap. 11. q. 4.* §. *Sed objicijt.* Dicitur etiam Imperator sacratissimus, non quòd aliquo sacro ordine sit insignitus, diaconatu nimirum, ut aliqui falsò putarunt, contra *Glossam in cap. Valentinianus, dist. 63.* quam *Abb. in cap Venerabilem, de electione. Cardin. in Clement. 1. de iur. iurando*, vocant communiter receptam cum *Speculatore in tit. de legibus, §. Nunc ostendendum*, vers. *Decimonono.* Nec quod Papæ ministret cătando epistolam, instar subdiaconi, ut ijdem Authores advertunt, & præter eos *Castaldus in lib. de Imperatore, quæst. 29. nu. 4.* Sed quod impositione manuum à Summo Pontifice sacretur, ut habes *Clement. 1. de iur. iurand.* & *cap. Venerabilem, de electione*, hæc verò manus impositio Imperatorem non extrahit à numero personarum laicarum, sed inter eas censetur *cap Vbi nam, dist. 96.* ubi multa de hac re; interim vide *Azor. part. 2. lib. 2. cap. 5. quæst. 3.* Et veluti èvestigio adverte Imperatorem à Summo Pontif. inungi sacro oleo in brachio sive humero dextro, ut per illă unctionem significetur prompta alacritas, & alacris promptitudo, quam ad debellandos Ecclesiæ inimicos habere debent Imperatores. Ita *Augustin. de Ancona de potestate Papæ, quæst. 38. art. 2. Castald. de dignitate Regum, Regnorumq; Hispaniæ, cap. 14. à nu. 2.* 2

Ibi,

officiales adminiſtratione aliqua ad Reipub. pertinente, ut theſaurarij, vel depoſitarij, *l. officiales, C. de epiſcopis, & cleric.* item ea quæ obligantur nonnulli pacto, iuramento, ſtipendio ad officium publicum, ut advocati, procuratores, magiſtratus, iudices, &c. *Sayrus in Theſaur. cum multis, lib. 6. cap. 14. nu. 7. Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3. nu. 15.* vide illum *Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 54. 5. Sunt alij. Mayol. de irregularitat. lib. 2. cap. 5. & 11.*

3 **Ibi, Imperator.** An talis poſſit ſimpliciter appellari antequam à Romano Pontifice coronetur? Negat *Caſtald. ſupra citatus, q. 45.* ubi ait ita communiter ſentire utriſq; iuris Doctores, & affert pro ſe *Bart. Bald. Innocent. Speculator. Angel. Abbat. Ioann. Andr. Felin.* & alios, & quidem conſtat ex *Clement. 1. de iure iurando*, & *cap. Venerabilem, de electione*, cum tantum dici Imperatorem futurum; atq; in miſſali Romano in officio ſextæ feriæ maioris hebdomadæ, Imperatorem nondum coronatum electum dicere iubentur ſacerdotes, qui officium præſtant. Adi *Azor. p. 2. lib. 2. cap. 6. q. 1.*

4 Fuit hic Imperator, ut ex ſubſcriptione capituli conſtat, Mauritius Tiberij Conſtantinopolitani Imperatoris gener, atq; eius in Imperio ſucceſſor, Mauritij filium Gregorius adhuc Cardinalis ex ſacro fonte ſuſcepit, factus Imperatoris compater, cum adhuc eſſet Conſtantinopoli iuſſu Pelagij 2. Summi Pontificis, ut teſtatur *Gloſſa 18. q. 1. cap. Statuũ*, verbo, *abſolvit*, & ibi *Turrecrem. nu. 2. Illeſcas in hiſtoria Pontificali, lib. 4. cap. 1.* in vita eiuſdem Gregorij, non longe à principio.

5 Ex quo facto inferunt Doctores, poſſe religioſum factum epiſcopum in baptiſmo tenere puerum, & fieri alicuius compatrem, licet monachis interdictum ſit compaternitatem contrahere, *cap. Non licet, 1. cap. Monachi, de conſecratione, diſtinct. 4.* & *cap. Pervenit, 1. 18. q. 2.* ita *Bleſa, cap. Vnico*, verbo, *abſolvit. Turrecrem.* ibi *nu. 2. in d. cap. Pervenit*, ad finem. *Cardin. Clementina Ad noſtram, num. 8. queſt. 3. de cenſibus. Emman. Roderic. queſt. regular. tom. 2. q. 58. a. 3. Gregor. Lopez l. 65.* verbo, *Maioral, tit. 5. part. 1.* Et probari poteſt, quia cum hæc compaternitas monachis ſit interdicta propter periculum incontinentiæ, quod nimia familiaritas cum ſæcularibus ſecum afferre ſolet, hæc ceſſat in epiſcopo, de quo id ſuſpicari non licet.

6 Monerem tamen, monachis non eſſe prohibitum hanc compaternitatem contrahere baptizando, ſed tenendo, cum aperte conſtet ex *cap. Doctos, 16. q. 1.* monachis licitum eſſe baptizare, & advertit *Gloſſa in cap. Non licet*, in fine, & in *cap. Pervenit*, in fine, & ibi *Turrecrem. Rebellus de iuſtitia, lib. 3. q. 6. nu. 10.* fortaſſe, quia non tanta familiaritas comparatur baptizando, quàm tenendo. Hinc non placet *Imol. Clemẽt. 1. nu. 2. de ſtatu monachorum*, ubi ait licere hanc cõpaternitatem epiſcopo non tenendo, ſed baptizando, non placet mihi quam, quia ut ſic religioſo epiſcopo concederetur; cum ea liceat religioſis non epiſcopis, vide *Sanchez tom. 2. Decalogi, lib. 6. cap. 6. nu. 4.*

7 **In textu, ibi, Publicis obligati.** Sunt publica ratiocinia, ex quibus obligantur

8 **In textu, ibi, Monaſterium petunt.** Notant *D. Antonin. 3. part. tit. 16. cap. 2. §. 5. Roſela*, verbo, *Religio, 2. nu. 4. Angelus*, verbo, *Religioſus, nu. 10. Sylveſt.* verbo, *Religio, 2. q. 6. Armilla*, verbo, *Religio, num. 5. Tabiena, eodem, queſt. 11. nu. 12. Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 4. cap. 19. nu. 19.* ſolum publica ratiocinia ingreſſum religionis impedire, probant ex hoc, *cap. Legem*, & *cap. Vnic. de obligatis ad ratiocinia*, & *l. officiales, C. de epiſcop. & cleric.*

9 Quid ſi tales admittantur ad religionem, & profiteantur? Reſpondeo iure antiquo valere eorum profeſſionem. *Mayor. in 4. diſt. 38. q. 17. coaclus. 1. Medina C. de reſtitut. q. 3. cauſa 8. ad quintam. Angles in floribus, 2. part. queſt. quis teneatur, art. 2. diffinit. 12. Petr. Navarr. lib. 4. de reſtit. cap. 4. dub. ult. Carbon. de reſt. q. 85. Sanchez*, ubi ſupra, *nu. 2.* quod *nu. 20.* extendit etiam ad valorem votorum ſimplicium, quæ poſt biennium novitiatus emittunt religioſi Societatis Ieſus, qui ex Bulla Gregorij XIII, *Aſcendente Domino*, tam religioſi ſunt, quam profeſſi eiuſdem Societatis.

10 Dixi iure antiquo; quia ex Bulla Sixti V. anno Domini 1587. obligatus ad ratiocinia, atq; ære alieno obſtrictus, ultra vires facultatum ſuarum, ſive æs alienum debeatur publico, ſive particularibus, invalide profitetur. Cæterum hunc motum proprium limavit aliquantulum Clemens VIII. anno 1602. & reduxit ad ius commune, quoad valorem profeſſionis, vide *Sanch. d. lib. 4. cap. 19. nu. 21.*

11 Gaudeant obligati ad ratiocinia, nec ad ordines, nec ad religionem admittantur, tres potiſſimum numerari ſolent. Prima propter indecentiam. Secunda, quia cum hi cogi poſſint ad reddendam rationem, nonnulla eſſent Eccleſiæ, & religionis culpa tales admittere, & eorum eſſe aſylum. Tertia, quia probabile eſt hos ad Eccleſiam fugere, non tam amore religionis; & deſiderio divini cultus, & obſequij, quàm ut effugiant, ratiocinia, quæ redderè tenentur. Adde *Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 19. nu. 6. fin. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 54. à principio. Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 2. nu. 64.*

12 **Ibi, In ſuo habitu.** Probat nonnulli ex hoc textu, & *cap. Multos, diſt. 54. ſequenti*, & *cap. fin. 27. quæſt. 1.*

Satis

Satis eſſe novitium peragere novitiatum, non aſſumpto ſuo religionis habitu, ſed in ſæculari, quem ipſe geſtabat, ita *Abb. cap. Super eo*, in fin. *de regularibus. Henriq. cap. fin. num. 5. qui clerici. vel monachi. Gregor. Lopez. l. 3. fin. tit. 3. part. 1.* Sed omnino dicendum eſt, eſſe de novitiatus eſſentia peragi in habitu religionis, quia geſtatio illius eſt una ex difficultatibus religionis, neceſſario ſubeunda, & experienda. Secundò, quia id religionum uſus teſtatur, & ſupponere, videtur *Trident. ſeſſ. 25. de regularibus, cap. 15.* ſtatuit, annumerandum eſſe novitiatus annum ad valorem profeſſionis à die ſuſceptionis habitus, ibi. *Poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittantur.* Ita ſuſtinent *Gloſſa*, hic, verbo, *in ſuo*, & *cap. Super eò*, in fin. & *cap. Si quis incognitus*, verbo, *habitus*, 17. *quæſt.* 2. ubi contrarijs iuribus reſpondendo ait, ea, vel iam antiquata eſſe, vel nomine veſtis laicalis venire veſtem novitiorum, pro ut diſtinguitur à veſte profeſſorum, qui eſt religionis habitus, *Gloſſam*, ſequuntur *Ioann. Andr. dict. cap. Super eo*, ad fin. & ibi *Anton in fin. Hoſtienſ. nu. 3.* & in *ſumma, tit. de regularibus, nu.* 8 ad fin. ibi, & *Goffredus, Angel.* verbo, *novitius, nu. 16.* & ibi *Tabien. q. 10. nu 11. Sylveſt.* verbo, *Religio*, 5. *Emman. Roder. regular. tom 3. quæſt 15. art 9. Azor. lib. 12. cap. 2. q 9. part. 1. Reginald. in praxi, lib. 18. cap. 26. nu. 384.*

13 Limita primò. Niſi regula alicuius religionis à Pontifice approbata aliud præſcriberet, vel uſus legitime præſcriptus id obtinuiſſet; ita *Goffredus, Anton. Ioann. Andr. dict. cap. Super eo*, in fine. Limita ſecundò, niſi talis eſſet religio, quæ habitum proprium non haberet, ut non habet Societas Ieſu, unde nunquam eius religioſi, ſive ij, quos vocant ſcholaſticos, poſt biennium novitiatus, ſive alij profeſſi, vel coadiutores formati, poſſunt incidere in excõmunicationem, *cap. 2. Ne clerici, vel monachi*, ob habitus dimiſſionem, de qua latiſſimè, & diſertiſſimè, *Sanch. tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 8. à nu. 38. uſq, ad 70.* quia, ut dixi, habitum proprium non habent, ſed ex uſu regionis in qua habitant, veſtiuntur. ita *Sanch. citatus, nu. 70.*

14 Ibi, Per triennium probati. Duo quærunt occaſione huius textus doctores. Primum. Verum tempus præſcriptum ad probationem novitij ex ſtatuto cuiuſq; religionis (ſive id tempus annus ſit, ut in omnibus fere eſt, ſive biennium, ut in Societate Ieſu) debeat eſſe continuum, ita ut ſi interrumpatur ſubſequens profeſſio ſit nulla? Negant neceſſariam eſſe novitiatus continuationem, *Speculator*, laudans pro ſe *Brixienſem de ſtatu monachor. §. Qualiter concipiet libellum, q 37. nu 43.* ubi addit, nihil impedire longũ tempus interponi. *Archidiac. in cap. Non ſolum, nu. unico*, verbo, *inſtitutus, de regularibus, in 6. Bonif. Clem final. nu. 47. de regular.* videtur tenere *Iaſon. l. Si idem, cum eodem*, in principio, *nu. 7. ff. iuriſd. omnium iudic.* tenent *Alex. conſ. 54. nu. 2. & 19. vol. 4. Myſingerius de cõpor. utilit. cap. 3. nu. 9.* verſ. *Sed inducendo ad caſum, Anton. Gomes in Bulla cruciata clauſula, 5. nu 7.* Falſò pro hac ſententia citari ſolet *Gloſſa cap. Eum qui*, verbo, *eum qui*, cum potius ſit pro opinione contraria.

Contraria tamen opinio eſt vera, & tenenda, & eam tenet *Bart. l. fin. §. Quoties, nu. 2. ff. de publican.* & ibi *Paulus nu. 3. Lappus allegat. 47. nu. 2. & 3. in nova editione*, & ibi etiam *Mandoſius. in additionibus*, verbo, *tempus. Angel l. Si idem, cum eodem*, in principio, *nu. 4. ff. de iuriſdictione omnium iudic.* & ibi *Decius nu. 9. Alex. conſil. 434. num. 1. col. 5. Iaſ. l. Admonendi, nu. 219. ff. de int. iurand. Gregor. Lopez l. 3.* verbo, *Vn año, tit. 7. part. 1. Abb. cap. Ad Apoſtolicam, nu. 9. de regularibus*, & ibi *Anchoran. in fin.* & *cap. 1. nu. 4. notabili 7. de regularibus, num. 6.* ubi, & *Franch. nu. 3.* & *Ioann. de Lignian. Imola Clement. fin. nu. 7. de regularibus, Probus additione ad Monach. cap. Conſtituimus nu. 1. de regularib. in 6. Nauarr. lib. 3. conſil. tit. de regularibus, in prima editione, conſ. 2. nu. 2.* & *conſ. 34. nu. 2.* & *conſ. 36. nu. 1.* & *conſ. 42. nu. 2. & 4.* & *conſ. 84. nu. 3. in ſecunda editione eodem tit. conſ. 9. nu. 2.* & *conſ. 32. num. 4.* & *lib. 3. tit. de converſione coniugat. conſ. 3. nu. 3. Roſella*, verbo, *novitius. num. 28.* ubi *Angelus nu. 15. Tabiena nu. 10. Armilla nu. 12. Sylveſt.* verbo, *religio, 5. q 4.* ubi appellat ſententiam indubitatam. *Emman. Roder. in ſumma, tom. 2 cap. 8. num. 4.* & *tom. 3. quæſtion regular. q. 15. nu. 8.* Ex Patribus Societatis Ieſu. *Sa in ſumma*, verbo, *religio, nu 9. Henriq. lib. 13 de excommunicat cap 40. nu. 2. Azor. lib. 12. inſtitut. moral. cap 2. q. 8 Sanchez tom. 2. in Decalog. lib. 5. cap 4. num 31. Reginald. in praxi, lib. 16. nu. 385. §. Duæ autem.* Probatur ex *Concil. Trident. ſeſſ. 25 de regular. cap. 15.* ibi. *Neque in minori tempore, quàm per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit.* At ubi decretum poſtulat certum tempus, id neceſſario debet eſſe continuum, ex *Gloſſa*, in fine, *Rubrica, ff de diverſis, & temporalibus præſcriptio.* & *cap 2.* verbo, *per annum, de temporibus ordinat. in 6.* ubi *Franch. num. 5. Imol. Clement. 1. nu. 18. de in integrum reſtitutione. Anton. Gom. tom. 3. cap. 1. nu. 30. Gutierr. quæſt. Canon. lib. 1. cap. 12. num. 14.* Ergo, &c. Alias probationes, vide apud Doctores citatos.

Si tamen eveniret, ut novitius poſt annum continuum novitiatus, religionem dimitteret, & regrederetur, non egeret novo novitiatu, quia iam annus probationis integer, & continuus præceſſerat, ita tenet *Gloſſa in regula, eum, qui*, verbo, *eum, qui, de regul. iur. in 6.* & ibi *Ioann. Andr.* & in *additione ad Speculat. tit. de ſtatu monachor. §. Qualiter concepit*, & *libellum, q. 3. num. 43.* verbo, *Exivit. Lappus, Franch. Angel. Tabien. Armil.* quos retuli num. ſuperiori.

Nec

17 Nec minima novitiatus interruptio debet parvi momenti cenſeri, quia continuatio requiritur, ut forma illius actus, atq; quoties aliquid petitur, ut forma, omiſſio in minimis vitiat actum, quia eſt omiſſio formæ; ut probat *Tiraq. tract. de iudicio, in rebus exiguis, nu.* 12. Adde cum *Sanch.* ſupra, *num.* 32. ita continuationem requiri in novitiatus anno; ut requiritur integritas ipſius anni, ſed quilibet defectus in integritate, annullat profeſſionem, ergo etiam quælibet interruptio. Adde hic ex interruptione minima, dari factum contrarium, nec manere eiuſdem qualitatis, ideſt novitium verè reliquiſſe iugum religioſæ diſciplinæ, quod tamen oportebat non relinquere, ut medium tempus non obeſſet continuationi, docet *Abb. cap. Cum cauſam, num.* 5. *de electione*, *Tiraq. tract. Lemort.* in principio, *p.* 5. *num.* 7. Hinc colliges minus bene dixiſſe *Franc.* ſupra interruptionem duorum, vel trium dierum non ſufficere; ut novitiatus denuò inchoetur, contra *Navarr. lib.* 3. *conſil. tit. de regularibus, edit.* 1. *conſ.* 42. *nu.* 4. *in ſecunda editione, conſ.* 32. *nu.* 4. ubi apertè teſtatur, nova opus eſſe inchoatione ex duorũ, vel trium dierum intervallo.

18 Ibi, Triennium. Non quod huiuſmodi probatio ſi non eſſet integra, profeſſionem ſubſequentem irritaret, nam ex iure cõmuni nullo præcedẽte novitiatu, ſi novitius, & religio illi renuntiarent, ipſo receptionis die, poterat fieri profeſſio, ut conſtat ex *cap. Ad Apoſtolicam, de regular.* & *cap. Conſtitutus, eodem tit. in* 6. Exceptis religionibus Minorum, & Prædicatorum, ubi integer annus novitiatus ſemper requiſitus fuit ad valorem profeſſionis, *cap. Non ſolum, de regular. in* 6. quæ prohibitio extenditur in *cap. Conſtitutionem, eodem tit. & lib.* ad cæteros mendicantium ordines, aliter admiſſus, ſolum religioni in genere, non illi in particulari Minoribus, aut Prædicatoribus obligatur; ut ex eodem *cap. Non ſolum*, colligunt *Gloſſa*, verbo, *veſtro*, & in *cap. Conſtitut.* verbo, *obliget*, *Syl.* verbo, *Religio*, 3. *quæſt.* 4. quod etiam ad moniales mendicantes extendunt multi, quod videbis apud *Sylveſt. citatum, quæſt.* 3.

19 Hodie *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de regularib.* annum integrum requirit ad valorem profeſſionis, qui complebitur de momento ad momentũ, etiam addito illo die, qui in anno biſextili intercalatur, ut bene probat *Sanch. tom.* 2. *Decalog. cap.* 3. *num.* 31. *fin. Azor. inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *q.* 9. *Henriq. in ſumm. lib.* 13. *cap.* 40. §. 2. *Reginald. in praxi, lib.* 18. *cap.* 17. *nu.* 385. §. *Duæ autem.*

20 Vnde colliges primo, non valere niſi integro anno novitiatus profeſſionem ſponſi, ut bene docet *Henriq. lib.* 12. *cap.* 5. *nu.* 8. & in *commentar. littera F. Bartholom. de Ledeſm. de matrim. dub.* 64. *Palatius* 4. *diſt.* 27. *Vega lib.* 2. *ſumma, ca-*

ſu 500. *Emman. Roder, tom.* 2. *ſumma,* 2. *edition. cap.* 239. *nu.* 2. & *tom.* 3. *quæſtion. regular. q.* 13. *art.* 4. *Sanch. lib.* 2. *de matrim. diſt.* 24. *nu.* 7. ubi *num.* 6. multos refert pro contraria ſententia, quę probabiliter ait bimeſtre, de quò *cap. Ex publico, de converſ. coniugat.* eſſe ad profitendum intra illud, nec eſſe correctum per *Trid.* loco citato, vide ibi.

Colliges ſecundò, minus bene dixiſſe *Cordub. in ſumm. edit.* 1. *q.* 38. *Henriq. lib.* 13. *de excõm. cap.* 40. profeſſum tranſeuntem ad aliam religionem, licèt ſtrictiorem, non indigere novitiatu, quem requirit *Trident.* cum contrarium ſit verum ex *Navarr. lib.* 3. *conſil. tit. de regular. edit.* 1. *in conſ.* 49. *nu.* 4. & in *conſ.* 53. *nu.* 5. *edit.* 2. *conſ.* 61. *nu.* 4. & *conſ.* 62. *nu.* 5. & *conſ.* 77. *nu.* 40. *Saa*, verbo, *Religio, nu.* 35. *Azor. lib.* 12. *cap.* 14. & *cap.* 15. *Sanch. tom.* 2. *in Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 12. *Emman. Roder. quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 19. *art.* 11. & *tom.* 2. *ſumma, cap.* 6. *nu.* 10. ubi in priori loco, *art.* 11. bene notat privilegium Leonis X. quod ibi videbis, caſſatum eſſe à *Trident.* cum univerſaliter decernat profeſſionem aliter eſſe irritam. 21

Colliges tertiò, nullo modo valere iam renuntiationem novitij, & ordinis poſt *Trident.* ad annum novitiatus integrũ (ut diximus fieri poſſe iure communi) ita *Navarr. lib.* 3. *conſil. tit. de regular. in prima edit. conſ.* 33. *num.* 5. & in *ſecunda edit. conſ.* 62. *nu.* 5. ubi ait, hanc opinionem conſulendo, & iudicãdo eſſe tenendam. *Emman. Roder. tom.* 2. *ſumma, cap.* 6. *nu.* 10. & *quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 14. *art.* 7. *Azor. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *q.* 4. *Sanch.* ſupra, *num.* 19. quia *cap. Ad Apoſtolicam, de regular.* omninò derogatum eſt à *Trident.* Quidquid contradicat *Henriq. lib.* 13. *de excõmun. cap.* 40. *nu.* 2. Cæterũ valide diſpenſabit Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu, poſt exactum integrum annum novitiatus (non tamen ante illum) cum novitio ſuo, ut profiteatur, vel incorporetur in eadem Societate ante decurſum biennium novitiatus, ut bene probat *Sanch. citatus, nu.* 20. nihil obſtante decreto congregationis id prohibentis Generali, quia ea congregatio non aufert Generali poteſtatem diſpenſandi in eo caſu, in quo ſpecialiter poteſt diſpenſare ex conſtitutionibus Societatis, *part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. iuncta declaratione eiuſdem loci, quæ eandem habet authoritatem, ſed impedit tantum uſum, quod valorem actus non tollit, ſi diſpenſatio fiat, ut patet. Vide *Sanch. citatum, toto num.* 20. 22

23 Ibi, Triennĩ. Adhuc poterit novitiatus ad longius tempus extendi, ſi ita ſuperioribus religioſorum viſum eſſet, ut pleniorem de novitio ſumerent experientiam, dũmodo prolatatio non nimis extẽderetur, nec poſt *Trid. ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 16. ibi *Finito tempore novitiatus, ſuperiores, novitios, quos habiles invenerint, ad profeſſionem admittant, aut à*

monaſterio eos eijciant. Prohibetur probatio ſex menſium, ex declaratione Cardinalium, ſi ſpes ſit novitium eo tempore futurũ religioni idoneum; tenent *Paraſellus in privileg. Minorum, in notatis circa Trid. ſeſſ. 25. Emman. Roder. tom. 3. quæſtion. regular. q. 17. art. 10.* in fin. & *tom. 2. ſumm. cap. 8. num. 3. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 18. q. 54. Sanch.* ſupra, *nu. 21. Navarr. lib. 1. conſil. edit. 1. tit. de officio ind. ordin. conſ. ult.* In monialibus fieri poteſt quæcunq; temporis prolatio, cum *Trident.* ſolum loquatur de maſculis, & uſu, ac praxi ſic fieri videamus; nam ob dotem extendi ſolet novitiatus in unum, duos, tres, quatuorve annos, & deinceps, notavit *Sanch.* ad fin. *nu. 11.* cum *Emman. Roder.* ſupra citato.

DISTINCTIO. LIV.

CAP. Nullus Epiſcoporũ. I.

SVMMARIVM.

1 *Authores de irregularitate propter ſervitutem tractantes.*
2 *Vilitas conditionis non attenditur in ſervo, ſed defectus libertatis.*
3 *Clerici dicuntur milites.*
4 *Non debent proprijs ſtipendijs militare.*
5 *Plena libertas requiritur in ſervo ad clericatum.*

1 DE impedimento, ſive irregularitate proveniente ex ſervitute, diſputant *S. Thom. in additionib. ad 3. p. q. 39. art. 3. Richard. in 4. diſt. 25. art. 5. q. 1. Bonavẽt. eadem diſt. 25. art. 2. q. 4. Sot. in 4. diſt. 25. q. 1. art. 3. concluſ. 3. Gabr. in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. concluſ. 10. Martin. de Ledeſm. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de irregularitate*, poſt principium, *Hoſt. in ſumm. lib. 1. tit. de ſervis non ordinand. Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 16. & 17. Summa Aſtenſ. 2. p. lib. 6. tit. 10. Summ. Piſanel.* verbo, *ſervus*, 2. *Summa Angelica*, verbo, *ordo*, 3. *nu.* 10. & verbo, *ſervitus*, *nu.* 4. *S. Antonin. 2. p. tit. 29. cap. 6. Sylv.* verbo, *ordo*, 4. q. 2. verſ. *Nec nove*, & verbo, *ſervitus*, q. 6. *Tabien.* verbo, *ſervus*, §. 2. *Navarr. in Man. cap. 27. nu. 203. Mayol. lib. 1. cap. 35. Angles in floribus 4. p. 1. in quæſt. de Sacram. ordinis, art. 4. Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 14. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. Bernard. Dias in pract. crimin. cap. 17.* Ex Patribus Societatis Ieſu. *Toler. lib. 1. ſumm. cap. 25. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 19. punct. 3. Henriq. lib. 14. cap. 8. nu. 7. Avil. de cenſur. p. 7. diſp. 3. dub. ult. Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 2. cap. 6. nu. 63. Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3.* ſtatim à princip. *P. Egid. tom. 2.* Canoniſtæ ſcribentes ad hanc diſtinctionem 54. & 12. *q. 2. à cap. Liberti*, uſq; ad *cap. ſervum*, & toto *tit. de ſervis non ordinand.* & vide late *Coned. ad Decret. collect. 61.* 1

Notat bene *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3. nu. 12.* Eccleſiam non attendiſſe in imponenda hac irregularitate ſervis, ad vilem illorum conditionem, licet poſſit, cum ex *D. Baſilio epiſt. ad Euſebium Epiſcopum Samoſatenum*, ut tangitur in *cap. Admittantur, 21. hac diſt. Clericalis dignitas ſervilis conditione non leviter deturpetur.* & ex *S. Thom. in 4. diſt. 25. q. 2. art. 2. q. 3. & 4.* requiratur ex quadam decentia in homine ordinando claritas generis, propter eminentiam ſtatus eccleſiaſtici, unde ob hanc abiectiſſimam conditionis vilitatem, non poſſe ſervum ad ſacros ordines evehi, defendit *Gam. in tract. de Sacram. præſtand., ultimo ſupplicio dãnatis, q. 5. n. 9. Campanil. in diverſ. iuris Can. tabr. 11. cap. 8. nu. 1. Bernard. & Salzedi, in pract. cap. 19. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplin. clerical. §. 14. n. 1. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. q. 2. punct. 4. nu. 2.* Addunt hi auctores, non poſſe etiam ad illum ſtatũ promoveri ſervum, quia cum ſit domini ſui adſcriptus ſervitio, non plane poteſt rebus divinis operam navare. Hoc loco obiter adverte, illum hominem. Qui naſcitur ex matre libera, etiamſi pater ſit ſervus, non eſſe irregularem, *cap. Dilectus, de ſervis non ordinand. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 59. §. 1. Paleot. de nothis, & ſpurijs, cap. 15. nu. 4. Lali. de Zanchis in tract. de privil. eccleſ. privil. 34. nu. 24.* 2

In textu, ibi, Divinæ militiæ. 3
Clericum cæleſtis militiæ militem appellari leges, *in cap. Degradatis*, verbo, *actualis. de pœnis, in 6.* & *Gloſſa*, verbo, *facere poteſt*, l. *Miles, 6. ff. de reiud.* & ibi *Bart. nu. 3. Iaſon. nu. 11. Alex. nu. 5. Rip. nu. 5. Gonçal. ad regul. 8. cancel. Gloſſa 2. nu. 3.*

In textu, ibi, Militiæ. 4
Ergo ut miles non debet proprijs ſtipendijs militare, ſed Eccleſiæ cui adſcribitur, *cap. Eccleſiaſtici. 12. q. 2. cap. Cum ſecundum Apoſtolum, de prabend. Gonçal.* ſupra, *nu. 5.*

In textu, ibi, Niſi forte eorum. 5
Collige non ſufficere unius volũtatẽ, ſi ſervus plures dominos habeat, cum plenam, & omnimodam libertatem divina obſequia requirant, vide *cap. Admittantur*, infra, *nu. 1.* 1

CAP. Nulli de ſervili. II.

SVMMARIVM.

1 *Quibus modis homo fiat ſervus.*
2 *Libertas conceſſa ſervo ad ordinationẽ, debet ipſam antecedere.*

3 *Servi ordinati in minoribus, redeunt ad ſervitutem.*

4 *Servi ordinati ſine dominorum facultate, gaudent privilegio, cap. Si quis ſuadente, peccant mortaliter, valet tamen Sacramentum.*

1 IN textu, ibi, Nullus. Vt omnes omninò ſervos comprehendat, ſive hi ſervi ſint, *iure belli*, de qua ſervitute *l. Hoſtes, ff. de captivis*, & *Inſtituta de iure perſonarum*, & *Inſtitut. de rerum diviſione*, §. *Item ea*, *l. Libertas, ff. de ſtatu hominum*, de qua *Leſius lib. 2. de iuſt. cap. 5. dub. 4. nu. 12. Sayr. in clavi, lib. 9. cap. 6. n. 8.* Sive nativitate propter matrem ſervam, *l. 4. C. de rei vendicatione*, § *penult. Inſtit. de iure perſonar.* §. *Sed & ſi quis*, *Inſtit. de ingenuis*, *cap. Vnico, de natis ex libero ventre*, *S. Antonin. 3. part. tit. 3. cap. 6. §. 6. Angel.* verbo, *filius*, §. 13. & verbo, *ſervitus*, *Sylveſt.* verbo, *ſervitus*, *q. 3.* & alij multi, quos refert *Sayr. citatus*, *nu. 26. Leſius*, ſupra, *nu. 12. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 24. nu. 5.* ubi plures. Sive *iuſta condemnatione*, *l. Manumiſſus, C. de liber. & eorum filijs*, §. *Maxima, Inſtit. de capitis diminut. S. Antonin. citatus*, §. 3. *Sylveſt.* verbo, *ſervitus*, *q. 3. Molin. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. Sayr.* ſupra, *num. 13. Leſius nu. 14.* Sive emptione, & venditione, *Exod. 21. Deuteron. 15. l. 1. & 4. ff. quibus ad libertatem proclamare*, *l. Libertis, ff. de liberali cauſa*, *l. Non ideo*, *l. Si miniſterium, C. eodem tit. l. Et ſervorum, l. Homo liber, ff de ſtatu homin.* §. *ult. Inſtit. de iure perſonar. S. Antonin. citatus.* §. 3. *Angel.* verbo, *ſervitus*, *nu. 1. Sylveſt.* verbo, *ſervitus*, *q. 3. Sot. de iuſt. q. 2. art. 2. Martin. de Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 11. concluſ. 5. Salon tract. de dominio, q. 3. art. 1. poſt. 4. concluſion. Aragon.* ibi, *Angles in floribus*, 4. *queſt. de dominio*, *art. 2. concluſ. 3. Molin. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. Sayr.* ſupra, *nu. 13. Leſius nu. 15. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 12. nu. 21.* cũ multis, qui aiunt etiam viro coniugato licere ſe vendere in ſervũ.

2 In textu, ibi, Niſi prius à proprijs dominis. Notat *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3. nu. 4.* libertatem donatam ſervo à dominis, debere ipſam præſentationem, & ordinationem antecedere, quod etiam poſtulant *Canones Apoſtolorũ cap. 81.* ibi. *Et domini conceſſerint, ac liberaverint, & domibus emiſerint*; ubi vides antecedentia eſſe, cõceſſerunt, *liberaverunt, domibus emiſerunt*; meminit *Suar.* citatus noſtri *textus*, & *cap. Quicumq;*, infra, quæ hanc eius doctrinam ſatis concludunt.

3 In textu, ibi, Eius cõditionis ſit. Ideſt, redeat ad ſervitutem, quod intellige cum *Gloſſa*, hîc, verbo, *acciderit*, ſi ordines ſint minores: quia tunc cogentur ij dominis ſervire, etiã in actibus temporalibus, ac ſi nunquam ordines ſuſcepiſſent. *Sylveſt.* verbo, *ſervitus*, *q. 6. Richard. in 4. diſt. 26. art. 5. q. 2. Henriq. lib. 14. cap. 8. nu. 7. Navarr. in ſumm. cap. 27. nu. 203. §. 16. Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 14. nu. 2.* & alij. Similiter quando ſervus per dolum, & calliditatem, ſuo domino ignorante ad ſacerdotiũ promovetur, ab ipſo ſacerdotio deponitur, & domino redditur. Ita *Trot. de vero & perfecto clerico*, *lib. 2. cap. 4. nu. 3. Gama in tract. de Sacram. præſtand. ultimo ſupplicio dãnatis*, *q. 5. nu 9. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 14.*

In Gloſſa, verbo, Ceciderit, ibi, Privilegio clericali. 4 Circa privilegium clericale diſtinguere oportet inter ſervum promotũ ad minores ordines, vel ad ſacros, vel etiam ad presbyteratum; ſine domini facultate. De promotis ad ſacros, infra, ad *cap. de ſervorum*, *hac eadem diſt.* ubi plauſibilior Gloſſæ ſententia erit circa presbyterum, cum DD. ibi, & *Campanile in diverſ. iuris*, *rubr. 11. cap 8. n. 6.* & *Suar. de cenſur. diſp 51. ſect. 3. n. 13.* ante fin. etſi aliter ſentiat de inferioribus etiam ſacris ordinibus. De promotis autẽ ad minores, negat *Mayol. de irregul. lib. 1. cap. 35.* & citatus *Suar.* & *Turrecrem. hic*, reſpectu eorũ, qui ſunt domini, & *Tolet. lib. 1. ſummæ*, *cap. 59 n. 6.* & *Reginald. in praxi*, *lib. 30. tract. 2. n. 63.* §. *Cæterũ.* Nota Gloſſam hic non rectè affirmare privilegium canonis, & fori eſſe in favorem ordinis clericalis, & in odium laicorũ: quia repugnat textui *in cap. Contingit*, *36. de ſententia excõmunicat.* ubi ſolus favor, & non odium conſideratur. Igitur ſervus ſic ordinatus, & revocatus perdet privilegiũ canonis, & fori, iuxta traditam diſtinctionẽ. Tandem non admitto Gloſſam marginalem hîc affirmantem, quod quilibet poteſt renuntiare privilegio, obſtat enim *textus in cap. ſi diligenti. de foro compet.* Vtrũ autem, iſte ſervus ſic ordinatus recipiat characterem? Affirmativè traditur ex *Tolet. Mayol. Valent. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 14. n. 2. Bernard. in pract. cap. 19. n. 2.*

CAP. Magnus. III.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*

2 *Quinam intelligantur nomine, Procuratorum, Actorum, &c. & nu. 4.*

3 *An cõſiliarij Principũ ſint irregulares?*

1 IN textu. Cuius meminit *Gregor. Lopez. p. 1. tit. 6. l. 18. Gloſſa 1.* & vide *Tolet. in ſumm. lib 1. cap. 54.* §. *ſunt alij. Reginald. in praxi*, *lib. 30. tract. 2. nu. 65. Suar. de cenſur diſp. 51. ſect. 3. nu. 14. Sayr. in praxi*, *cap. 20.* per totũ.

2 **In textu, ibi, Procuratores.**

Obligationem circa perſonas ad ratiocinia declarat *textus*, per exempla. Scil. *Procuratores, Actores, Executores, ſeu Curatores pupillorum, ſeu Tutores*, ex *Concil. Carthaginenſi, 1. cap. 8.* Vtrum autem irregularitas inde proveniens ſit limitanda ad hæc materialia exempla, vel ſub illis comprehendantur omnes publicæ adminiſtrationes forenſes temporalium rerum, ac ſæcularium? Dicit *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3. nu. 15.* & nos aliquid ſupra de hac materia prælibavimus ad *cap. 1. diſt. 53.* Pro parte autem affirmativa illud eſſe videtur; quia fundamentum huius irregularitatis oritur ex obligatione ad ſæcularia miniſteria, quæ eodem modo implicant hominem, atque ea, quæ in exemplis cõtinentur. Et confirmatur, quia idcirco *in cap. 2. nu. 3.* citatæ *diſt. 53.* ſub generali nomine, *Curialiũ*, Qui cauſas agunt, vel quibuſlibet publicis functionibus occupantur, comprehenduntur, ut ibidem dictum fuit. Ergo ſimilis apparet deciſio tradenda in præſenti.

3 Vt hæc quæſtio breviter expediatur, diſtinguere oportet duas obligationes: alteram, quæ durat durante munere; aliam, quæ peracti muneris ad reddendam rationem ſæpe perſeverat, tam circa actiones iuſtitiæ; quàm circa pecunias ſolvẽdas relicto munere. Quoad priorem obligationem certũ eſt, illa durante, eſſe hominem irregularem ad ſuſcipiendos ordines, & hoc ſatis ſuperq; dictũ fuit ex *Suar. citato, nu. 16.* & *Sylveſt.* verbo, *Curiales*, & alijs.

Sed oppones, quia in curijs Principum, & Regum, clericos eſſe ordinarios iudices cauſarum civilium, nec tamen cenſeri irregulares, ad ſuſceptionem ordinum, vel ad uſum ſuſceptorum comprobat experimentum; cum tamen illud miniſterium non minus implicet negotijs ſæcularibus, quam officium reliquorum curialium. Reſpondent communiter, doctores excipi ab hac regula conſiliarios Principum. *Panormit. in cap. Sed nec, Ne clerici, vel monachi*, & in *cap. Clericis, eodem titulo*, ubi *Ioannes Andr.* Idem *Panormitan in cap. Non eſt, de voto. Decius, Baldus*, quos referunt, & ſequuntur, *Bernard.* & *Salzed. in pract cap. 61.* cui favet lex Hiſpaniæ, *partit. 1. tit. 6 l. 48.* & ibi *Gregor. Lopez*, citans *cap. In Archiepiſcopatu. de raptoribus.*

4 Cæterũ textus non convincunt, aliud quippe eſt in publico regni tribunali iudicis ordinarij munus exercere; aliud verò regi adeſſe ad ferendum conſilium, vel excõmiſſione eius vindicare pauperum iniurias citra ſanguinis iudicium. Secundum permittitur in *d. cap Sed nec*, & in *cap. Clericis*, & alijs: & uſu receptum eſt ſive ex conceſſione Pontificum, ſive ex conſuetudine iurium interprete, ut clerici abſq; irregularitatis, alterius ve impedimenti canonici nota, poſſint eſſe regum conſiliarij, atq; de providentia, regnique adminiſtratione agere. Tum quia hoc miniſterium non iudicatur repugnans officio clericali, maximè ab alia obligatione ſoluto. Tum quia propter bonum cõmune in hac parte aliquid de rigore iuris remiſſum eſt; ideoq; limitandũ quoad fieri poſſit, ut tradit *Suar. citatus, nu. 16.*

Quoad poſteriorem obligationem ſi perſonæ officium demittant, & liberi ſint ab obligatione, vel quia lapſu temporis finita eſt, vel ex conventione partium, vel ex facultate ſuperioris; tolletur irregularitas, ut iam ſupra diximus. Si verò relicta fuerit obligatio ad ratiocinia ex priori miniſterio, adhuc perſeverat irregularitas, ut patet ex *d. cap. Vnico, de obligatis ad ratiocinia.* Quæ omnia inculcat *Suar. citatus, nu. 18.* ex ſententia omnium doctorum. Et ex ea ratione, quia hi ratiocinio obligati, ſunt implicati negotijs ſæcularibus, & expoſiti, ut à iudicibus ſæcularibus cogi poſſint, & infamari, ſi fortaſſe dolus, vel fraus in ratiociniis inveniatur. Quæ deciſio locum habet in ratiocinijs, ſive pecuniarum, ſive de iuſtitia ſervata in actionibus ad id munus ſpectantibus. 1

CAP. Qui ex familijs eccleſię. IV.

SVMMARIVM.

1 *Libertas ſervis dari poteſt ſub conditione, ut ordinentur.*
2 *Poſſunt deduci in pactum ſervitia non repugnantia ſtatui clericali.*
3 *Servi Eccleſiæ ob ſolam ingratitudinem deponi poſſunt.*
4 *An ſervi ordinati poſſint contrahere matrimonium?*

1 IN textu, ibi, Vt in nullo eorũ.

Libertatem omnimodam à patronis, & dominis ante ſervorum ordinationẽ ſacri Canones exigũt, non tamen propterea improbabile iudicandum eſt, imò valde probabile manumiſſionem hanc ſervis faciendam, præſtari poſſe ſub conditione, ut ordinentur, cùm hæc conditio nihil, aut ordinationi, aut ſacris Canonibus contradicat; ſed tantum fiat, ne ipſi ſervi acquiſita libertate abſoluta, eccleſiaſticum ordinem detrectent. *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3. nu. 4.* in fine.

2 In textu, ibi, Penitus alieni.

Non repugnabit tamẽ aliquod, vel poſitivum, vel negativum obſequium in ipſa libertate conce-

concedenda ſervis, à domino deduci in pactũ, quòd ſtatum clericalem non dedeceat, ſed in eo decenter exequi poſſit; putà, ut ſervus factus presbyter, pro domino aliqua ſacra conficiat, ſubdiaconus, vel diaconus preces fundat, & ſimilia, deinde ipſi actionem in iudicio non intentet, &c. Videtur ſupponere *cap Nullus, de ſervis non ordinandis*, ut bene expendit *Suar. citatus*, nam cũ ibi degradetur presbyter, quod pro domino celebrare recuſet, non videtur tãtam pœnam imponere poſſe, ob ſolam ingratitudinem, niſi ibi eſſet aliquod etiam peccatum contra iuſtitiam. Adi *Suar. d. nu. 4.*

3 In Gloſſ. verbo, Ceciderit, ibi, Propter ingratitudinem. Notat *Gloſſ.* ſervos ob ſolam ingratitudinem non deponi tantũ poſſe, ſed etiam in ſervitutem redigi, & eſt textus expreſſus, 12. q. 2. *cap. Diaconi*, ibi. *Quod ſi facere contempſerit, placuit eos ad proprium reverti ſervitium*, ubi *Gloſſa*, hanc ſervorum Eccleſiæ conditionem duram appellat, ſi cum reliquis ſervis cõparetur. De Pationis diſparitate lege *Mayol. lib. 1. cap. 35. & 36. Suar. citatum, nu. 7.*

4 In eâdem Gloſſa, ad finem. Docet *Gloſſa*, quod ſervus promotus ſacris ordinibus, in caſibus quibus domino reſtituitur, non poteſt contrahere matrimonium, ſed manet obligatus voto, quod potuit etiam domino invito facere. *D. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 6. §. 6. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 59. nu. 5. verſ. Nono.*

CAP. Quicũq; libertatem. V.

SVMMARIVM.

1 *Libertas præſtita ſervo ad ordines, intelligitur abſoluta.*
2 *Patroni poſſunt retinere obſequium cõpatibile cum officio clericali.*
3 *Indirecta libertas ſufficit ad ordines.*

1 IN textu, ibi, Nullũ obſequiũ. Diximus ſupra hac ipſa *diſt. cap. Nullus epiſcoporum, nu. 5.* plenam libertatem requiri in ſervo ordinando, item hanc debere eſſe abſolutam, *cap. Qui ex familijs, hîc nu. 1.* Nunc addo manumiſſionem ſemper intelligi abſolutam, cum nulla conditio expreſſè apponatur, cũ nullam includat, ſaltem ex iuſtitia; quod verum etiam puto in ſervis Eccleſiæ, *cap. Eò libentius, de ſervis non ordinand.* ibi. *Vel manumiſſio extiterit abſoluta, ſicq; libertatem habeant ad alia tranſeundi*; notat *Suar.* ſupra, *d. diſp. 51. ſect. 3. nu. 8.*

2 In textu, ibi, Directa manumiſſione. Non propterea colligas non ſufficere indirectam, ideſt, cum cõminus videt, & ſcit ſervum ordinari, & tacet, nec contradicit, de quo vide poſita ad *cap. Si ſervus ſciente*, infra, *hac diſt.*

3 In textu, ibi, Qui verò retento. Intellige de obſequio, quod ſtatui clericali cõtradicat, ut dixi ſupra *cap. Qui ex familijs, nu. 2. Suar. d. ſect. 3. nu. 6. Henriq. in ſumma, part. 2. lib. 14. cap. 8. §. 7.* in principio.

CAP. De ſervorum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *An clericus ad ſervitutem revocatus debeat habitũ clericalem deponere?*
3 *An clericus redditus ſervituti perdat privilegiũ, Canonis, Siquis ſuadẽte?*
4 *An presbyter poſſit ſe ſe ſervituti tradere?*

IN textu. Cuius meminere *Gam. de Sacram. præſtand. q. 5. nu 9. Bernard. in pract. cap. 19.* ubi *Salzed. Suar. de cenſur. diſp 51. ſect. 3. n. 13. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 56. §. Septimo.* 1

In textu, ibi, Decretum eſt, ut deponatur. Quæſtio agitari poteſt, an ſervus, qui per calliditatem, & fraudem ordines ſacros ſuſcepit, ad ſervitutem revocatus debeat, clericali habitu incedere? *Turrecrem. in cap. Nulli, huius diſtinct.* tenet quod arbitrio domini, portabit habitũ, & tonſuram; dummodò id fiat ſine ſcandalo domini, qui ſibi tale miniſterium, & ſervitutem præſtari iubeat, aut permittat. Attamen *Tolet. lib. 1 ſumm. cap. 59. nu. 6.* credit nec tonſuram, nec habitũ clericalem ſervum portare debere, etiam volente domino, niſi cum liberum faciat: ex eo fundamento, quia is conditionis abiectiſſimæ catena conſtringitur, & eccleſiaſticæ dignitati minimè convenit, inſignia decoris cũ dedecore geſtare. Ego verò diſtinguendum puto, aut enim vilia miniſteria ex rigore iuris exercet, & tunc *Toleti* ſentẽtiam ſector: aut ab eis liber eſt iuxta aliorũ opinionẽ, & illam reſpuo quãquã mihi longe ab hac mente ipſe nõ videatur. 2

Quæres inde, an in eo caſu, quo is iterum efficiatur ſervus, perdat clericale privilegium, *Canonis, Siquis ſuadente, 17. q. 4?* Citatus *Turrecremat. in d. cap. Nulli*, diſtinguit; & reſpectu domini ait carere privilegio illo, non enim 3

5 factam esse putat ullum præiudicium eius domino, cui licebit percutere servum sicut antea: at verò respectu aliorum gaudere privilegio. Quod affirmat *Hostiens. in cap. 2. de servis non ordinand.* & *Toletus*, ubi supra, & alij, apud *Molinam de iustit. tract. 3. disput. 56. à num. 2.* & deinceps, & *Suar. de censuris, disput. 22. sect. 1.* 6 *num.* 48. nullum agnoscentes discrimen inter ordinatos in sacris, & minoribus, ut possint à prælato, magistro, hero, & à patre puniri, & percuti, ut habetur *in cap. 1. de sententia excommunicat.* & in *cap. Cum voluntate*, & in *cap. Veniens, eodem tit.* Sed *Glossa*, in citato *cap. Nulli*, & *D. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. 6.* absq; ulla distinctione affirmat privilegium non deperdi, quos sequitur *Sayr. de censur. lib. 6. cap. 14. nu. 5.* & citat *Hostiens. Abbens. Pisanellam*, & *Innocent. in cap. De servorum, de servis non ordinand.* & fortassis non erit alienus, citatus *Molin. num. 5.* affirmans ex *Panormitan.* sacros ordines eximere filios à patria potestate, ut non possint à patre puniri contra citatum *Suar. & Navar. in Manual cap. 27. num. 81.*

4 E' regione verò investigari poterat, an viro libero sacris insignito liceat se se in servitutem tradere? Negativè respondet *Salzed.* ad *Bernard. Dias cap. 19. littera A.* nisi insignis aliqua pietas intercesserit, ut de Paulino Nolano episcopo refert *D. Gregor. lib. 3. dialog. cap. 1.* qui se ipsum tyrãnis vendidit, ut subditos redimeret. Fundamentũ autem capitale est; quia qui per susceptionem ordinũ divinis officijs mancipatur, debet esse sui iuris, ut libere ministerio Ecclesiæ vacare possit. Deinde, quia ex miserabili servitutis forma obscuratur maxima sacerdotij dignitas, & auctoritas minuitur, ut deplorat *Basilius in epist. ad Eusebium Episcopum Samosatens.*

CAP. Si quis obligatus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Servi adscriptitij qui, & utrũ liberi sint?*
2 *Servi originarij qui, & utrũ sint liberi?*
3 *Liberti qui? & utrum sint liberi?*
4 *Feudatarij non possunt ordinari.*
5 *Emphyteuta non est irregularis.*
6 *Qui se perpetuis servitijs personalibus obligarunt, sunt irregulares.*

1 IN textu, ibi, Tributo servili. Intelligit servos adscriptitios, & originarios; sunt adscriptitij, qui glebæ, vel prædio colendo perpetuò addicuntur, ita ut inde avelli nõ possint, dominisque prædiorũ annuos redditus omnes, præter sumptus, & victũ reddant, ut egregiè docet *Abb. cap. 2. de Iudais. nouabili. 1.* Verum hæc servitus libertatem non tollit, imò hi verè sunt liberi, ut expressè tenet *Glossa, eodem cap. 2. de Iudais*, verbo, *sint liberi*, & ibi *Abb.* vers. *Item nota*, & patet; quia cum idem *cap. 2. de Iudais*, interdicat habere servos christianos, non interdicit tamen habere adscriptitios, quod signum est libertatis.

2 Originarij, ex eodem *Abbate citato*, sunt nati ex adscriptitijs, liberi pariter, ac ipsi adscriptitij sunt; sed computantur simul cum adscriptitijs inter bona immobilia, & sunt partes fũdi, ut habetur *l. Iubemus nulli*, 14. in principio, *C. de sacrosanct. Ecclesijs*, iuncta *Glossa*, verbo, *Mancipia*, latissimè *Conan. lib. 2. iuris civilis, cap. 10. nu. 3. Tiraquel. Glossa 7. nu. 119. de retract. Ligni. Menoch. remed. 3. retin. à nu. 116.*

3 Liberti, sive libertini, sunt qui ex servitute libertatem nanciscuntur, ut liberi, de quibus vide *l. 4. in fine, ff. de iustitia, & iure, l. 6. ff. de statu homin. instit. de libertin.* in principio, *l. 5. §. 1. ff. de rerum divisione.* Adde posita ad *cap. ult. nu. 2.* infra, *hac dist.*

4 Hos omnes à clericali munere arceri certum est, cum alienis obsequijs, & servitio sint addicti; ut addicitur feudatarius, ideſt ille, qui alterius rem immobilem instrumento confecto; & iuramento præstito de servitio personali domino reddendo, accipit; ac propterea fieri clericus prohibetur, nisi feudum relinquat, cum ipsis liberũ fuerit; quod tamen aliquando prohibetur, ut notat *Imol.* cum multis, in *cap. 1. de feudis*, ac proinde impossibilitas ad ordines susciendos in tali enascitur: cum ex Christi servatoris sententia, non possint domino duobus servire, *Luca 16.* vide *Sayr. lib. 6. Thesauri, cap. 14. nu. 12. Henriq. in summa, lib. 14. cap. 7. §. 7. in cõment. littera K.*

5 Crediderim tamen emphyteutam nullo modo esse irregularem, licèt enim is, ut fœudatarius, domino directo sit obligatus; at obligatio fœudatarij est personalis, quæ impedit statum clericalem; obligatio verò emphyteutæ est tantũ ad pensionem solvendam, non verò ad servitium personale, ita notat *Mayol. lib. 2. cap. 5. nu. 5. & 6. Sayr. citatus*, & alij.

6 Quid de ijs, qui se perpetuò obligant ad servitia personalia, sunt ne irregulares? Respondeo esse, non ex eo, quod servi adscriptitij appellandi sint, cũ re vera tales appellari nõ possint, nam adscriptitij, ut dixi *nu. 2.* sunt, & cõputantur inter partes fundi, & bona immobilia, non verò qui perpetuis servitijs personalibus obligantur, ut bene expendit *Vallasc. de emphyt. q. 37. nu. 9.* & probat *Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 19 n. 1.* in fin. Sed quia ipsa obligatio personalis, ut de fœudatarijs dixi, stare non potest cum perfecta libertate clericali.

CAP.

CAP. De rebus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui materiam textus proſequuntur.*
2 *Dicto*, quidquid, *quid ſignificet?*

1 IN textu. De cuius materia vide *Suar. de cenſuris diſput.51.ſect.3. nu.* 10.& 12.*Bernard. in practica cap.*19. *numer.*2. *&* 3.*Tolet. in ſumma lib.*1.*cap.*53.

Ibi. Quidquid. Quæ dictio omnia comprehendit, etiã minutiſsima, *Tiraquel. in l. Si unquam*, verbo, *Quidquam C.de revocandis donat. Goſadin. conſ.*9. *n.* 2. *Cephal. conſ.*14.*num.*6.*vol.*1. *Gratus conſ.*9.*num.* 82. *vol.*1.

CAP. Ex antiquis. IX.

SVMMARIVM.

1 *Servus habet peculium.*
2 *Dominus ſervo naturaliter poteſt obligari.*
3 *Dominus non poteſt civiliter obligari ſervo.*
4 *Rebuſ. noſtri textus meminit.*
5 *Presbyter,& Diaconus quando exeant à ſervitute?*
6 *Subdiaconus, contradicente domino, ordinatus, quando exeat à ſervitute?*
7 *Lex extendi poteſt ad præterita? & n.* 8. *& ſequentibus.*

1 IN textu ad fin.ibi,Peculij ſui. Supponit textus ſervum habere peculiũ, quod tamen negant multi ex *Inſt. perquas perſonas nobis acquir.* §.*Item vobis,& l.id veſtimentũ, ff.de peculio, & cap. cum olim*, 2. *de privilegijs*, & quamvis *Sotius lib.*4.*de iuſt. quæſtione* 2.*art.*2. *poſt concluſionem*, dicat iura non loqui de eo ſervo, qui captus in bello libertatem amiſit; ſed de ijs,qui ſevendiderunt, tamen non probatur *Michaelis ſalon.*22.*tract.de dominio, quæſtione* 3.*art.*1. *lib.*2. *Navarr.lib.*3.*de reſtitutione cap.*3.*dub.*5.*n.*316. *Ludovic.Lopez part.*2.*inſtruct. cap.*2. *Ludovic. Molin. tom.*1.*de iuſt.tractat.*2.*diſput.* 38. *Sáa in Aphoriſmis*, verbo *ſervitus*, ubi omnes aiunt,iura in diſtinctè de omnibus ſervis loqui. Sed dicendũ ſervos habere peculiũ, & illius dominiũ aliquod ut ſupponunt ipſa iura, & patet ex *l. vix.* 53. *ff. de iudicijs*, ubi ſervis datur actio contra dominos, ſi dicant ſe ſuis nummis redemptos, & non manumiſſos, contra placiti fidem. Adi *Leſsium lib* 2.*de iuſt.cap.* 4.*dub.* 4. *num.* 13. *Sayr. in clavi.lib.*9. *cap.*6. *á num.* 37. *Molinam* citatum. *Navarr.*ſupra,apud quos invenies caſus,in quibus ſervi ſibi, non verò dominis acquirant.

Quæres utrum dominus ſervo poſsit obligari? Reſpondeo poſſe, ſed naturaliter, & nõ civiliter, obligationem naturalem probat *l.id, quod dominus, ff. de conditione indebiti*, ibi,*Si id quod dominus ſervo debuit,manumiſſo ſolverit,quamvis exiſtimans ei aliqua obligatione teneri,repetere non poterit quia male debitum agnovit.* Nota verbum illud, *Male debitum*, Adde *Bart*, qui ſic legem eam in compendium reddit; *dominus obligatur ſervo naturaliter.* Conſtat etiam ex *l. non ſolum*, 50. §. *Si ignorante, ff. de peculio*, ſequuntur *Bald. in cap. cum contingat. num* 30. *concluſione* 2. *de iure iurand.* ubi *l. interpoſitas* C. *de tranſactionibus*, quæ negat obligationem acquiri ſervo, intelligit de civili,non verò de naturali; ſentit expreſſe *Innocent. cap. quia plerique de immunitate eccleſiar.n.* 1.*Anton.* ibi, *num.*5 *Abb.num.* 1. ubi eodem modo explicat *l.interpoſitas* citatam *Molin tom.* 1.*de inſt. tract.*2.*diſp.* 38.§. *primus eſt.Leſsius lib* 2.*cap* 4 *n.*17. ubi aiunt in aliquibus caſibus dominos teneri ex iuſtitia ſervis ad reſtitutionem, & ſervos poſſe vti cõpenſatione occulta. Vide *Sanch. lib.* 7.*de matrimonio diſp.*24.*num.*22.

2 Altera pars de obligatione civili, probatur 3 ex *l. interpoſitas.*13. C. *de tranſact.* ibi. *Neque cum dubij iuris eſt dominos cum ſervis ſuis paſcijcentes, ex placitis teneri, atque obligari non poſſe, regula in perſonam, ff. de regulis iuris*, ibi, *In perſonam ſervilem nulla cadit obligatio. Padilha* cum multis *in l. interpoſitas* citata, *numer.* 38.*Cod de tranſact.* Quod intellige etiam obligatione præſtãdæ libertatis, *Gloſsa, in l.cum teſtamentum*, 8.verbo, *non potuerũt. C.de iuris,& facti ignorantia*,quod *Bart.* ibi,*num.*5. *Alex.d. l. interpoſitas*, explicant, niſi aliunde libertas eſſet naturaliter ſervo debita.

Ibi,Cuſtodito legum tramite. 4 Igitur quando leges eſſent à Canonibus approbatæ,tunc adſtringuntur clerici non imperio legum,ſed quia Canones volunt leges tanquam iuſtas ab omnibus ſervari,& quando leges non ſunt contra naturalem rationem, nec contra eccleſiæ conſtitutiones,tunc ſolent ab eccleſia approbari, & approbationem clerici

Digitized by Google

eam ſervare tenentur, *cap. ut inquiſitionis, de hæreticis lib.6.* ut ex noſtro textu colligit. *Rebuf. ad leges Gallia in proœmio Gloſſæ 1.n. 62.* ea enim noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur *l.1.t.4. omnia C.de veteri iure enucleando cap. ſi apoſtolicæ ſedis, de præbendis in 6.*

5 In tex. ibi, Eodē gradu manet. Quid ſi non habeat peculium, & ex ſua tantū culpa, non verò ex Epiſcopi, aut præſentantis ad ordines domino neſciente fuit ordinatus presbyter, manebit ne adhuc in ſuo gradu, an reddetur domino? Vide *in cap. ſequenti num. 2.* Diaconi verò non reddēdo vicarium, aut pretium ſuæ libertatis iubentur reddi domino, nec fiunt liberi. Servus revocatus inſervitutē an debeat habitum, vel tonſuram portare, etiam volente domino, quaſi non conveniat eccleſiaſticæ dignitati, niſi libertatem prius obtineat? Vide ſupra *ad cap.6.n.2.hac eadē diſt.*

6 In textu, ibi, Reliqua verò officia. Ergo etiam ſubdiaconus ad ſervitia reſtituetur, & fiet iterum ſervus, cum ſubdiaconatus inter officia eccleſiaſtica hic non excepta, ut excipitur presbyteratus, & diaconatus, intelligatur incluſus? Cavè ſentias, nam cum ſubdiaconatus hodie ſit ordo ſacer, de eodem, atq; de diaconatu pariter iudicandum eſt, ut tenet *Suar. de cenſur. diſput.51. ſect.3.num.12. ad medium, Sayrus in Theſaur. lib.6. cap. 14. unum 4.* & deciditur expreſſe ab *Innocēt. 3.in cap.miramur, de ſeruis non ordinandis*, ibi, *De ſubdiaconali ordine, &c. Expreſſè videtur nobis, quod is cū diaconali gradu, privilegio gaudet eodem, &c.* Quod intellige, ſi ſubdiaconus vicarium ſubſtituat, alioquin erit ſervus vide poſita *ad cap. Quis autem leges num.2. infra eodem.*

7 In Gloſſa verbo. Ante fuerit. Dubitat *Gloſſa*, an lex nunc facta comprehendere poſsit præterita? Tu diſtingue primo, cū *Suar.lib.3.de legibus cap.14.* legem in declarativā ſimpliciter, & conſtitutivam etiam ſimpliciter; deinde in declarativam, & conſtitutivam ſimul, ita ut utrumque habeat eadem lex, vide poſita *ad cap.2.num.1.diſt.47.* & quæ diximus *in tractatu de ſolicitantibus quæſtione 3.* Diſtingue ſecundo cum eodem tres effectus legis, *obligationem inconſcientia*, cui reſpondet culpa in trāſgreſsione, *pœnam, & irritationem actus prohibiti* Deinde ſtatue ſequentes concluſiones.

8 Prima concluſio. Lex declarativa ſimpliciter comprehendit nō ſolum futura, ſed etiam præterita: Ad probationem ſuppone legē declarativam eſſe eam, quæ aliquam legem antiquam, vel aliquod ius vetus declarat, ſeu quia talis lex omnino ignorabatur; ſeu quia eius vis non plenè, & planè percipi poterat. Nunc probatur concluſio. Quia cum lex, quæ declaratur, iam condita ſit, & à principio creationis ſuæ obligāret, & adhuc in poſterū obliget, id benè per unam legem declarativam explicari ſubditis poterit, & tunc lex nova declarans, eas ſolas vires habebit obligandi, quas habebat antiqua, quæ declaratur, argumento, *l.hæredes, 1.ff. de teſtamentis*, ibi, *Nihil enim nunc dat ſed datum ſignificat.* Concluſionem ſequuntur *Abb. Decius, Felin.* & alij *in cap. ult. de conſtitut. Bart.* & Legiſtæ *in l.omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure, & Authent. de filis ante dotal. inſtr. natis, collat. 3.* lex declarativa fuit extendens ſe ad præterita, illa Innocent. *3.cap.ut lex 27.quæſt. 1.* ubi iubet ſeparari clericos in ſacris, & religioſos profeſſos qui vxores duxerant, contra Canones eccleſiæ id vetantes, atque ex vi illorum Canonum, ea fit ſeparatio, ut bene notat *Suar. d. cap.4.num.2.* 10

Secunda concluſio. Lex purè conſtitutiua novi iuris, licèt ex natura ſua feratur in futurum, bene tamen poteſt conſtituere aliqua pro præteritis ex voluntate expreſſa, & declarata legislatoris. Probatur quoad primam partem, quia lex eſt regula humanarum actionū, deinde eſſentialiter eſt præceptum, ut ſuppono; ergo tantum ex natura ſua erit ad futurū, cum ſolum futuræ actiones regulari poſsint, & cadant ſub præcepto. Secunda pars probatur, quia poterit actione præterita violari aliquod ius divinum, aut humanū, ergo per novā legem conſtituentem pœnam illi delicto, puniri poteſt, cum non magis implicet antiquū crimen puniri per ſequentem ſententiā, quàm per ſubſequentem legem. Idem dicendum eſt de tertio effectu legis, nempe *irritatione actus*, nam poterit legislator ex urgenti aliqua cauſa, & magno Reipublicæ bono actus præteritos irritare, ſi illi ſemel validi tales ſint, ut irritari poſsint, vel in pœnam alicuius delicti poſtea commiſsi, vel alicuius omiſſæ ſolemnitatis, quæ tamen non illos invalidat. Vide *Suar.d.cap.4.num.11.* Notant tamen *Panormit. in cap. cognoſcentes, de conſtitution Angel*, verbo, *lex num.23.* talem irritationem actus præteriti ſemel validi, debere expreſſè apponi à legislatore, propter rationes, quæ apud eoſdem DD. videri poſſunt. De *culpa* tamen, quæ eſt primus legis effectus, fieri non poteſt, ut lex ſubſequens illam conſtituat pro actu præterito, cum enim ille iam elapſus ſit, habuit ſuā honeſtatem, aut illius carentiam, nec in hoc pēdere poterit á lege ſubſequēte, vt per ſe patet. Noſtram concluſionem ſequuntur *Canoniſtæ ad cap.2. & ult. de conſtitut*, & ſcribentes *ad l. leges, & Conſt. C. de legibus, Navarr. in comment. de dat. & promiſſ. num.6. Gloſſa in cap.1. de cleric. non reſident. in 6.* verbo, *receperint*, & in *Clement. 1. de teſtament.* verbo, *inpoſterum*, & in *Clement. 1. de con-*

de conceſſ. prabend. verbo, *Conceſſo Suarez* citatus, *num.* 8.

Tertia cõcluſio. Lex mixta ex declarativa, & conſtitutiva, & fertur in futurum, & retro agitur in præteritum. Hæc patet ex ſuperioribus concluſionibus, quia in eo, quòd conſtitutiva novi iuris eſt, ut regula, & præceptũ, reſpicit actiones futuras, ut declarativa reſpicit præteritas, factas contra aliquod ius antiquum. Notabis tamen cum *Suario*, legem mixtam ex ea parte, qua conſtitutiva eſt, poſſe actus præteritos irritare, & punire eo modo, quo diximus ſuperiori concluſione, vel poſſe illos irritos, & nullos revalidare ex poteſtate legislatoris, cum illa revalidatio pendet à lege humana, nam ſi pendet à divina vel à voluntate alterius, revalidari non poterunt, exẽpla legis in *Suario dicto cap.* 4. *toto num.* 7. legem mixtam ex declarativa, & conſtitutiva continet *cap. unicum, de poſtul. prælat. in* 6. ubi declarantur ineptæ ex iure antiquo quædam formæ poſtulãdi, & prohibentur in poſterum, item *cap. Aqua, de conſecrat. eccleſiæ, vel altaris*, ubi declaratur conſecrationem ex ſtatuto eccleſiæ fieri non poſſe, niſi ab epiſcopo, & tamen iubentur haberi pro conſecratis, quas ſacerdotes, non epiſcopi conſecrarunt, ſupplente Pontifice defectus eius præteritæ conſecrationis.

CAP. Frequens. X.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus ex ordinatione non fit ex ſervo liber.*
2 *Servus factus presbyter liber eſt, ſed domino reſtituitur.*
3 *Res aliena cõſecrata, ſi inanimes ſint, non reddantur dominis?*

1 IN textu, ibi, Ante finem gradus non defendit. Intellige gradum eccleſiaſticũ, (qui in minoribus cõſiſtit, nec ultra progreditur,) ſervum à ſervitute non defendere, cum renuente domino ordinatur, ut eſt cõmunis ſententia, & in iuribus ſtabilita, maximè toto hoc titulo, & *cap.* 2. *de ſervis non ordinandis*, verum ſi is ordinetur, vere manebit ordinatus, quidquid contra dicat Dominicus, quia ſervitus non eſt incapacitas, ſed propria irregularitas, ut bene notat. *Suarius de cenſur. diſp.* 51 *ſect.* 3. *num.* 1. *in principio.*

2 In textu, ibi, ad finem. Non velut redditum ſibi habeat. Redditur fortaſsis Antiochus presbyter dominæ Placidæ ſuæ, quod non haberet peculium, cuius mulctatione ſervitus compenſaretur, ſed redditur iam factus liber, ut in eis miniſterijs ſerviat, quæ presbyteratus honorem non detorpẽt, ſed ipſius ſacerdotij propria ſunt, ut celebrare in eccleſia dominæ, &c. Fit autem hoc tum in reverentiam ſacerdotij, tumquia illud miniſterium in quod dominæ ſuæ deputatur, altius omninó eſt, & dominæ vtilius, quã aliud quodcunque, ab ipſo in ſeruitute præſtãdum. At notat bene *Suar. d. num.* 1. & 14. *Reginald. in praxi lib.* 30. *tract.* 2. *num.* 63. hoc non fieri in recompenſationem, quia res temporalis non poteſt per ſpiritualem redimi, ſed fieri in ſolatiũ amiſſæ ſeruitutis.

In Gloſſa verbo, Reddi. Quærit cur ſervus alienus conſecratus domino reddatur, nõ verò res inanimis, & ultra rationes ibi poſitas de quibus *Sylu.* verbo, *ſervitus*, adde cum *Suar. d. ſect.* 3. *num.* 11. ordinationem, quæ in hominibus per conſecrationem fit, eſſe imperfectam donec perveniat ad ſacerdotium, ad quod ordinatur, atque hæc conſecratio eo magis eſt imperfecta, quo magis diſtat à ſacerdotio, & minus opponitur ſeruituti. 3

CAP. Quis autem leges. XI.

SVMMARIVM.

1 *Originarij qui ſint?*
2 *Servus ordinatus Diaconus, domino contradicente, non ſemper fit liber.*
3 *Commiſsio cauſæ requirit iudicialem informationem, cum non committitur urbi trio, & conſcientiæ.*

1 IN textu, ibi, Originarios ſuos. Vide poſita *ad cap. Si quis obligatus ſupra num.* 2. adde *Covarr. cap. Quamvis pactum.* 2. *part.* 4. *num.* 2. *de pactis in* 6. *Valaſc. de iure emphyt. part.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 15. & ſeribentes *ad l. diſſimus*, & *ad l. originarius, l. cum ſatis*, 4. *ex hoc l. diuitus C. de agricolis lib.* 11. *Azor. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 32. *q.* 4. *Suarez d. diſp.* 51. *ſect.* 3. *nu.* 15. ubi affirmat, huiuſmodi ſeruitutem tam circa originarios, quam adſcriptitios ſervos, iam in vſu nõ eſſe.

In textu,

8 In textu, ibi, Diaconos ordinatos. Nota per textum servos factos Diaconos, contradicentibus dominis, & nescientibus episcopo ordinante, ac præsentantibus ad ordines, ipsis dominis in servos, ut antea restituit quod intellige nisi vicarium offerant, ut supra in c. ex antiquis, & sequuntur Panorm. & alij in cap. 2. de servis non ordinand. item S. Antonin. 3 part. tit. 28. cap. 6. §. 6. Navarr. Sylu. & Mayol, quos refert, & sequitur Suar. de censur. disput. 51. sectione 3. ad medium, & Tolet. lib. 1. cap. 59. num. 4. Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 17. art. 2. conclus. 3. Non immerito tamen quærit Campanil. in diversorio juris can. rub. 11. cap. 8. num. 11. vers. postremo, quare servi sacris initiati domino sint restituendi, cū videatur obstare illa regula juris in 6. Semel Deo dicatum nō est ad humanos usus transferendum? Respondet idem auctor, illam regulā solùm in rebus inanimatis esse intelligendam, in illis enim cōsecratio in sola rei superficie consideratur; & ideo laicus non potest res consecratas, aut vasa sacra tangere, ut constat ex cap. vasa sacra de consecr. dist. 1.

9 In textu, ibi. Si cōstiterit querellam veritate fulciri. Iudicialiter ne, an sine strepitu iudicial? Puto iudicialiter l. cum ij. 7. §. vult igitur, ff. de transact. & ibi Bart. num. 3: Aretinus & alij, quos sequitur Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæstione 19. nu. 1, 3 4. & 5. Limita nisi cognitio causæ committatur arbitrio alicuius, ita ut eius conscientia oneretur, ut fit in dispensationibus specialiter matrimonialibus, probat Sanches lib. 3. de matrimonio disp. 8 num. 4. cap. statutum, §. assessorem ubi Glossa verbo Relinquitur, de rescriptis in 6. Franch. ili, num. 6. & in cap 2. de iure iurando, ubi Ioann. And. art. 2. Anchar. num. 4. notabili, 4. Dominis num. 9. Franch nu. 3. Cappus allegat. 63 num. 3. Covalcan. 1. part. dcis. 46. num. 42. & plures alij, quos ibi vide. Adde posita ad cap. habuisse 7. dist. 33. num. 2.

CAP. Generalis. XII.

1 SVMMARIVM.

Doctores, qui textus meminere.
Quæ sint religiosæ congregationes?
3 *Quot hodie numerentur in Ecclesia catholica religiosæ congregationes?*
4 *Congregatio Carmelitarum.*
5 *Congregatio Crucigerorum.*
6 *Congregatio S. Basilij.*
7 *Congregatio Eremitarum S. Augustini.*
8 *Congregatio Canonicorum regularium S. Augustini.*
9 *Congregatio Canonicorum regularium Lateranensium.*
10 *Congregatio S. Benedicti.*
11 *Congregatio Canonicorum regularium S. Fridiani, sive*
12 *Frigidiani.*
13 *Congregatio Cluniacensium.*
14 *Congregatio Camaldulensium.*
15 *Congregatio fontis Coryli.*
16 *Congregatio vallis umbrosæ.*
17 *Congregatio Grandimontensium.*
18 *Variæ reformationes Canonicorum regularium.*
19 *Congregatio Canonicorum regulariū S. Rufi.*
20 *Congregatio Carthusiana.*
21 *Congregatio S. Antonij Eremitæ.*
22 *Congregatio Canonicorum regulariū Aroasiæ.*
23 *Congregatio Cistercienſium.*
24 *Congregatio Canonicorum regulariū S. Victoris.*
25 *Congregatio fontis Ebraldi.*
26 *Congregatio Premonstratensis.*
27 *Congregatio Guillielmitarum.*
28 *Congregatio Gilbertinorum.*
29 *Congregatio Canonicorum regulariū Mantuanorum.*
30 *Congregatio Canonicorum regulariū S. Sepulchri.*
31 *Congregatio S. Guillielmi ducis Aquitaniæ.*
32 *Congregatio Canonicorum regulariū S. Crucis Conimbricensis.*
33 *Congregatio Humiliatorum.*
34 *Congregatio Floriacensis.*
35 *Congregatio S. Spiritus in Saxea.*
36 *Congregatio Trinitariorum.*
37 *Congregatio fratrum de Pœnitentia S. Demetrij.*
38 *Congregatio Prædicatorum.*
39 *Congregatio minorum.*
40 *Congregatio S. Pauli Eremitæ.*
41 *Congregatio Mercenariorum.*
42 *Congregatio vallis Scholariorum.*

43 Con-

43 Congregatio Silveſtrinorum.
44 Congregatio Servitarum.
45 Congregatio vallis caulium,
46 Congregatio Cruciferorum per Germaniam, Belgium, Galliam.
47 Congregatio Bonorum hominum.
48 Congregatio Celeſtinorum.
49 Congregatio Panitentiæ S. Mariæ Magdalenæ.
50 Congregatio mulierum panitentium.
51 Congregatio Charitatis S. Mariæ.
52 Congregatio Clericorum regulariũ hoſpitalierum.
53 Congregatio Alexianorum.
54 Congregatio Olivetanorum.
55 Congregatio Ieſuatorum S. Hieronymi.
56 Congregatio S. Brigittæ.
57 Congregatio S. Hieronymi per Hiſpaniam.
58 Congregatio Clericorum regulariũ vitæ communis.
59 Congregatio Canonicorum regularium Gronodael, ſive vallis viridis.
60 Congregatio Sancti Hieronymi per Italiam.
61 Congregatio S. Hieronymi in Piſis.
62 Congregatio Canonicorum regularium Vvindeſemenſium.
63 Congregatio Sancti Hieronymi in Feſulanis.
64 Congregatio Canonicorum regularium Frigionaia.
65 Congregatio Canonicorum S. Salvatoris, ſive ſcopetinorum.
66 Congregatio Canonicorum regularium S. Gregorij in Alga.
67 Congregatio S. Iuſtinæ Patavinæ, vel. Caſsinenſis.
68 Congregatio S. Ambroſij ad nemus.
69 Congregatio minimorum S. Franciſci de Paula.
60 Congregatio Apoſtolinorum.
71 Congregatio Canonicorum regularium S. Petri de monte Corbulo.
72 Congregatio clericorum regularium boni Ieſu Ravennatis.
73 Congregatio Clericorum regularium Theatinorum.
74 Congregatio Clericorum regulariũ S. Pauli decollati.
75 Congregatio Clericorum regularium ſemaſchinorum.
76 Congregatio Hoſpitaliorum Ioannis de Deo Luſitani.
77 Congregatio Clericorum regularium Societatis Ieſu.
78 Congregatio Panitentiæ Sancti Ioannis Baptiſtæ.
79 Congregatio Clericorum regularium miniſtrorum infirmorum.
70 Congregatio Clericorum regulariũ S. Mariæ de Luca.
81 Congregatio Clericorum regularium minorum.
82 Congregatio Clericorum regularium Scholarum piarum.
83 Congregatio Eremitarum S. Antonij per Galliam.

Quot Sint congregationes militares. & ibi Numerantur Congregationes militares religioſæ.

84 Congregatio militaris S. Lazari.
85 Congregatio militatis S. Ioannis Baptiſtæ.
86 Congregatio militaris S. Sepulchri.
87 Congregatio militaris equitum Templi.
88 Congregatio militaris S. Mariæ Teutonicorum.
89 Congregatio militaris S. Ioannis Acconenſis.
90 Congregatio militaris Aviſij apud Luſitanos.
91 Congregatio militaris S. Mariæ de Calatrava apud Hiſpanos.
92 Congregatio militaris Alæ apud Luſitanos.
93 Congregatio militaris S. Iacobi apud Hiſpanos.
94 Congregatio militaris S. Iacobi apud Luſitanos.
95 Congregatio militaris Alcantaræ apud Hiſpanos.
96 Congregatio militaris Montis Gaudij apud Ieroſolimitanos, ubi De Cõgregatione Monſrac, & del Trugillo.
97 Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide.
98 Congregatio militaris Criſti apud Livones.

99 *Congregatio militaris Chriſti per ſanctum Dominicum, nunc de panitentia S. Dominici.*

100 *Congregatio militaris S. Mariæ de mercede apud Aragonios.*

101 *Congregatio militaris S. Mariæ gloriosæ apud Italos.*

102 *Congregatio militaris Chriſti apud Luſitanos.*

103 *Congregatio militaris Monteſiæ apud Hiſpanos.*

104 *Congregatio militaris S. Stephani Papæ, & Mart. apud Florentinos.*

105 *Congregatio militaris Sãcti Mauritij apud Sabaudos.*

106 *Congregatio militaris S. Mariæ de Monte Carmello.*

107 *Clauſura ſermonis de congregationibus militaribus, quæ votis obligantur, item inceptio earum, quæ votis non obligantur.*

108 *Congregatio militaris Tabulæ rotundæ apud Anglos.*

109 *Congregatio militaris Gineta apud Gallos.*

110 *Congregatio militaris Lilij apud Navarros.*

111 *Congregatio militaris Canis apud Gallos.*

112 *Congregatio militaris S. Salvatoris apud Aragonios.*

113 *Congregatio militaris Chriſti apud Italos.*

114 *Congregatio militaris Bandæ apud Caſtellanos.*

115 *Congregatio militaris Guarteriæ apud Anglos.*

116 *Congregatio militaris Stellæ apud Gallos.*

117 *Congregatio militaris Columbæ apud Caſtellanos.*

118 *Congregatio militaris Nodi apud Neapolitanos.*

119 *Congregatio militaris Annuntiatæ apud Sabaudos.*

120 *Congregatio militaris Draconis apud Germanos.*

121 *Congregatio militaris Velleris aurei.*

122 *Congregatio militaris Cardui apud Gallos.*

123 *Congregatio milit. ſpicæ apud Gallos.*

124 *Congregatio militaris Hiſtricis apud Gallos.*

125 *Congregatio militaris ſquamæ apud Caſtellanos.*

126 *Congregatio militaris S. Georgij apud Clarintos.*

127 *Congregatio militaris S. Michaelis apud Gallos.*

128 *Cõgregatio militaris S. Georgij apud Italos.*

129 *Congregatio militaris S. Petri apud Italos.*

130 *Cõgregatio milit. Crucis Burgũdicæ.*

131 *Congregatio militaris S. Pauli apud Italos.*

132 *Congregatio militaris de Lilio apud Italos.*

133 *Congregatio militaris equitum pietãs apud Italos.*

134 *Congregatio militaris Sãcti Spiritus apud Gallos.*

135 *Congregatio milit. Lauretana apud Italos.*

136 *Congregatio militaris ſanguinis ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti apud Mantuanos.*

137 *Congregatio militaris Balnei apud Anglos.*

138 *Congregatio militaris Cardui ſancti Andreæ apud Scotos, ubi de cõgregatione Rutæ, apud eoſdem.*

139 *Congregatio militaris Elephantorum apud Danos.*

140 *Congregatio militaris Cypri.*

141 *Congregatio militaris Seraphinotũ apud Suecios.*

142 *Congregatio militaris Gladiorum, & Gallearum apud Suevos.*

143 *Congregatio militaris Calza apud Venetos.*

144 *Congregatio militaris Hungarica.*

145 *Congregatio militaris S. Gerionis.*

146 *Congregatio militaris navium apud Galos, ubi de congregatione navis apud Neapolitanos.*

147 *Præcedentis tractationis de religioſis congregationibus clauſula.*

148 *Vtrum ſit differentia inter ſervos, & originarios.*

In textu

1 IN textu. Vide *Mayol. de irregul. lib. 1. cap. 35. Suar. de cenſur. diſput. 51. ſectione 3. num. 15. Gregor. Lopez. partit. 1. titul. 7. lib. 6. Gloſſa 1.* qui textus meminit.

2 In textu, ibi, Religioſis congregationibus. Queres primò quæ ſint hæ religioſæ congregationes? Reſpondeo eſſe eas, quæ approbationem à ſede Apoſtolica acceperunt, ſine qua nec dici, nec eſſe religioſæ poſſunt, iuxta textum *in cap. ult. de religioſis domibus, & cap. unic. eodem titulo in 6.* de quo videndus *Azor tom. 1. lib. 11. cap. 24. queſtione 5. Leſius lib. 2. de iuſtitia capit. 41. num. 13. Bellarmin. lib. 3. de monach. cap. 4. Sanches lib. 7. de matrimonio diſput. 25. numer. 10. & tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 1. numer. 15. Suar tom. 3. de religion. lib. 2. cap. 15. à num. 1. apud quos alij.*

Quæres ſecundo quot hodie numerentur in eccleſia catholica congregationes religioſæ? Reſpondeo numerari plures, atq; eas in triplici differentia. Sunt enim religioſæ congregationes, quæ mendicantes appellantur, ſunt quæ monachales, & non mendicantes, ſunt quæ equeſtres, ſive militares. Sed quia has perſequi ſub diſtinctione mendicantium, monachalium, & Equeſtrium, habet plurimum obſcuritatis, placet magis eas ordine nominare, quo ipſæ erectæ, & inſtitutæ ſunt. Ne tamẽ labor hic noſter ita ieiunus ſit, ſi in dinumeratione tantùm perſiſtat, dicam de ſingulis, à quo ſint fundatæ, quo anno, ſub quo Pontifice, & Imperatoribus, quem habitum geſtent, quot provincias, monaſteria, & religioſos contineãt, quo loco Romæ habeãt domicilĩu, ut cum videas in capite eccleſiæ catholicæ commorari, credas talem, vel talem religioſam congregationem á nobis denominatam, verè extare, dicam potremo de Authoribus apud quos talium congregationum religioſarum mentio aliqua honorifica invenitur, ut legenti, & cupienti plura ſcire via à nobis aperiatur, & in primis occurrit.

3 Congregatio Carmelitanorũ. Inſtituta ſub vita Eremitica, ſine votorum obligatione, ab *Elia* Propheta magno, in Carmelo monte Syriæ, unde nomen deduxit, anno creationis mundi 3123. ante Chriſti adventum 930. Summo Iudæorum ſacerdote Azaria, Rege Iuda Ioſaphato: Iſraelis Achabo: ut eleganter confirmat *Iacobus Salianus ſocietatis Ieſu to. 4. Annaliũ legis veteris anno mundi 3123. n. 8.* Suſceperunt poſt Chriſti adventum, *Elia* ſucceſores Carmelitani Chriſti fidem, cum baptiſmo, ac vota ſubſtantialia religionis emiſere, non verò antea, ut probat eleganter *Suar. tom. 3. de relig. lib. 3. toto cap. 1.* Nata Carmelitanis Eremitis primum regula eſt inſcriptis á *Ioãne* 44. *Patriarcha Hieroſolymitano, qui floruit circa annũ 440. Deinde ab Aymericõ Patriarcha Antiocheno legato Apoſtolico, anno* 1141. ſub Innocentio II. Tertiò acceperunt regulam, quam nũc ſervãt, ab *Alberto Patriarcha Hieroſolymitano*, antequam urbs Hieroſolyma caperetur à *Saladino Ægypti Sultano, annis plus, minus vè* 1171. Confirmata eſt regula Carmelitana unà cũ religione, ab *Alexandro III. anno* 1180. ab *Innocentio III. anno* 1199. ab *Honorio III. anno* 1216. Moderata eſt regula quoad *ieiunia, eſum carnium, clauſuram, & alia nonnulla* ab *Innocẽtio III. anno* 1248. ab *Eugenio IV. anno* 1431. á quoetiam acceperunt Carmelitani pallĩu album, ſublato verſicolore ex albo, & rubro, quod ab *Alberti* temporibus, uſq; ad Eugeniũ IV. de ferre cõſueverant. Sexta poſtremò eſt multorum Pontificum confirmatio. Regulã hanc eandẽ, ſed ſine moderationibus Innocentij, & Eugenij, maxime Eugenij, *de quibus ſupra*, ſervat familia Carmelitana *diſcalceata*, incepit à ſanctiſſima Virgine *Tarafia*, approbata eſt à Gregorio XIII. anno 1580. Diſcivit à reliquo corpore ordinis cum proprio Generali à Clemente VIII. ſibi dato, anno 1595. ut cõſtat ex cõſtit. ipſius Põtificis data Romæ 20. ſept. anno 1595. eſt 71. ipſius Pontificis in bullario. Habet familia utraq; Carmelitana habitũ latis notũ, nimirum tunicam, & ſcapulare coloris cani, ſini, palliũ album, corrigia oſſi fibulata percingitur. Habet utraq; Romæ domicilia; Calceata ad *S. Iulianum* ad trophæa Marij ad S. *Martinum*, ad S. *Mariã tranſpontinam*. Calceata ad S. *Mariam ad ſcalam*, ad *S. Paulum fontis felicis*, nũc *S. Mariam de victoria*, ad S. *Annã* Generalis familiæ Calceata durat ad ſexennĩu, habet ſub ſe provincias 33. Familiæ diſcalceatæ Generales duo ſunt, Italus, & Hiſpanus, ſub Hiſpano, qui per ſexẽnium durat, ſun provinciæ ſex, in quibus pluſquã centũ monaſteria numerantur: ſub Italo, qui triennium non excedit, ſunt provinciæ 8. in quibus ingens monaſteriorum numerus. Agunt de Carmelitana familia, Carmelitani. *Arnoldus Boſius de illuſtribus viris ordinis ſui. Baptiſta Stiparolius tract. de illuſtribus viris ordinis ſui. Baptiſta Ferrarienſis in Chronic. Carmelit. Guillielmus de Jamaco tract. de amiſſione monaſteriorũ terræ, & de ſui ordinis multiplicatione per Europam, floruit anno* 1280. *Guillielm. Stanafeldus, de biſt. ſui cœnobij floruit anno* 1290. *Guillielmus Grena in Hagiologo Carmelitanorum, Ioannes de aqua veteri in faſciculo temporis tripartito ordinis Carmelit. floruit anno* 1492. *Ioannes Palionydorus in faſciculo ordinis, ſive de antiquitate Carmelit. cũ vitis ſanct. ſui ordinis, floruit anno* 1490. *Ioannes Maria Politianus in vexilo Carmelitano, & in mari magno floruit anno* 1498. *Ioannes à Chinireto in ſpeculo inſtit. ordinis Carmel. floruit anno* 1340. *Ioannes de Gauda in faſcic. tempor. ordinis, floruit anno* 1495. *Ioannes de ſancta Maria in Chronicis Carmelitarum diſcalceatorum floruit hoc ſæculo.*

Laurentius Borellus in tractat. de viris illustr. ordin. Carmelit. floruit anno 1498. *Martinus Italus de sanctis doctoribus ordin. Carmelit. floruit anno* 1410. *Petrus Cucius de ortu ritig. Carmelit. Thomas de Scorpo in tractat. de origin. religion. Carmelit. Thomas de Iesus ex familia Carmelit. discalceat. super regulam Carmelitarum Ioannis Patriarchæ Hierosolymit, & in tractat. de origen. & religion. Carmelit.* Præter domesticos, S. *Antoninus* 3. *part. tit.* 16. *cap.* 1. §. 8. *Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi part.* 4. *consid.* 7. *Polyd. Virgil. de invent. rerum lib.* 7. *cap.* 3. *Genebrardus sub Innocent io III. Panuinus in Chronic. anno* 1441. *Ilesc. in Pontific. lib.* 5. *capit.* 32. *Nauclerus volum.* 2. *generat.* 41. *anno Christi* 1215. *Vincegas in vita Eliæ prophetæ, Baronius tom.* 12. *anno.* 1118. *ubi Spondanus, Biciola. Bzovius Hieronymus Romanus in Repub. Christiana, Plato de bono statu religion. lib.* 2. *cap.* 22. *Iacobus Gualterus societatis Iesu in tabula Chronographica, saculo.* 10. *pag.* 651. *Bellarmin. in Chronologia sub Celestino III. anno* 1191. *Iacobus Salianus tom.* 4. *Annal. legis veteris anno mundi* 3139. *num* 18 *Ioannes Marques de vera origin. Eremit sancti Augustini cap.* 14. §. *nono. Paulus Morigia de origine religion. Italæ, lib.* 1. *cap.* 30. *Sylvest. Marulus in Occeano religionum Italæ lib.* 4 *pag.* 279. *Panciro lus in Thesauris urbis Romanæ Italæ in regione montium Eccles.* 17. Ex scholasticis *Vvaldensis Carmelit. tom.* 1. *titul.* 4. *de sacramentalibus cap.* 84. *& tom.* 3 *titul* 9 *capit.* 89. *numer.* 10. *Azor tom* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *Rodrig. tom.* 1. *de regul. quæstione* 5. *articul.* 5. *Carolus Tapia Authent. ingressi de religiosis domibus, verbo, monasteria, Miranda tom.* 1. *Manual religios. quæstione* 4. *articul.* 7. *Suar. tom.* 3. *de relig. tract.* 7. *lib.* 3. *cap.* 1. *& 2. & tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap. vltim.* Festum *magni Eliæ*, tanquam fundatoris, & patroni agunt Carmelitani ex bulla Apostolica, 20. Iulij. *Elisæi.* 14. Iunij. Diva Teresia celebratur 5. Octobris.

5 Congregatio Cruciferorum.

Sic dicta à Cruce, quam religiosi manibus circumferunt instituta (ut eius familiæ scriptores volunt) à *sancto Cleto summo Pontifice*, anno Christi 83. Imperatore Diocletiano. Renovata est hæc familia à *S. Cyriaco* episcopo Hierosolymitano, & martyre post inventam Christi Domini crucem à S. Helena Constantini Imperatoris matre, anno plus, minus ve 358. item ab *Vrbano* II. anno 1087. ab *Alexandro* III. & Celestino III. anno 1197. & ab *Innocentio* III. sed præsertim à Pio II. in Concilio Mantuano anno 1460. huius Pontificis decreto ferunt Cruciferi manibus cruces argenteas, & alicubi in pectore, ex albo, & rubro pano: utuntur etiam habitu cœruleo, cum ante hũc Pontificem indiscreto colore vterentur. Seruant regulã sancti Augustini. Habuere priscis temporibus plusquam ducẽta monasteria per Italiam, Germaniam, Galiam, Hispaniam, Dalmatiam, Græciam, Syriam, nunc intra Italiam continentur, ubi in provincijs quinque, quina super quinquaginta possident monasteria, illorum institutum est hospitalibus inservire, hospitalitatem colere. Sunt Romæ ad *Sanctam Mariam in Trivio. Panciro l. in Thesaur.* Agunt de Cruciferis *Marcus Antonius Boldus, & Benedictus Leo, historici eiusdem familiæ Polid. Virg. de invent. rerum lib.* 7. *capit.* 3. *Tarcanhota, Italè in historia universali par.* 2. *lib.* 13. *Piala vniversale Garzonij, Plato de bono stat. religion. lib.* 2. *capit.* 22. *Morigia de origin. religion. lib* 1. *cap.* 31. *Sylvest. Marul. in Occean. lib.* 1. *pag* 48. *Iacobus Gualter. in tabula Chronograph. anno* 1197. *pag.* 655. *apud quem Genebrard. eodem anno. Panuin. anno* 1169. *Azor tom.* 1. *lib.* 13. *capit.* 11. *Rodrig. tom.* 1. *regular. quæstione* 3. *articul.* 11. ubi ait *huius esse familiæ Cruciferos cum stola ordinis hospitalitatis sancti Antonij per Hispaniam.* Legendæ præterea Constitutiones Pij. V. 59. Gregorij XIV. decima tertia in Bullario. Festum *S. Cleti* 26. Aprilis, de eo *Baronius in Martyrolog. Romano in notis eiusdem diei, & tom.* 1. *Annal. anno* 93.

Congregatio Sancti Basilij. 6

Ab eodem *S. Basilio magno*, instituta est, anno 369. Pontifice Felice II. Imperatore Iuliano Apostata. Crevit maximè hæc familia per Orientem, translata est etiam ad Occidentem, ubi adhuc durat. Vestiuntur monachi nigro colore, est *sancti Basilij*, monasterium prope Romam, appellant *Grotta ferrata*, de reliquis monasterijs tum per Europam; tum per Asiam, mihi satis non constat. Agunt de religione *sancti Basilij sanctus Antoninus* 2. *part. histor. titul.* 15. *cap.* 12. *Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi, part.* 4. *consid.* 54. *Morigia lib.* 1. *capit.* 16. *Sylvest. Marulus in Occean. lib.* 1. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *capit.* 21. *quæstione* 2. *Miranda tom.* 1. *Manual religios. quæstione* 4. *articul.* 1. *Suar. tom.* 4. *de religion. tractat.* 9. *lib.* 2. *cap.* 1. *Plato de bono stat religiosi lib.* 2. *c.* 22. *Romanus in Repub. christiana lib.* 6. *cap.* 6. Placet post familiam *sancti Basilij* hîc inferere congregationem *Armenorum* quam suspicantur *Morigia lib.* 1. *cap.* 56. *Sylvest. Marul. in Occeano lib.* 5. *pagin.* 367. sic appellatam, quód ex Armenia in Italiam translata sit, ubi per aliquot annos eius religiosi habitum *sancti Basilij* portarunt, servarunt eius regulam, & cœremonijs græcis ex beneplacito summorum Pontificum usi sunt; verum decursu temporis, quia insolens videbatur eius viuendi mos apud Latinos, regulam *sancti Augustini*, assumpserunt, cum habitu religiosorum *sancti Dominici*, præter scapulare, quod nigrum adhuc retinent. Cæterum quo id anno fecerint, aut in Italiam venerint, omnino incertũ est. Possidet Congregatio hæc per Insubriam, & Liguriam mona-

monaſteria ſex, præter Neapolitanum, Venetum, & Anconitanum. Generalis ad triennĩ durat, caput congregationis Genuæ ſitum eſt, diciturque Sanctus Bartholomeus; inde Armeni, *Bartholomiſta* per Italiam dici ſolent. De illis *Morigia, & Sylveſter Marulus* ubi proximè.

7 **Congregatio Eremitarum ſancti Auguſtini.** Inſtituta ab eodem *Sixto Auguſtino* anno 390. Summo Pontifice Syriaco, Imperatoribus Occidentis Gratiano, Orientis Theodoſio. Supponitur hæc familia inſtituta ante Cõcilium Lateranenſe, celebratum ſub Innocentio III. anno 1215. *cap. Religionum de Religioſis domibus in 6.* Item habere per Luſitaniam monaſteria *c. Inſinuãte de Religioſ. domibus.* Aucta eſt hæc familia ſupplemento multarum aliarum, quę nomine habitu, & regula ſancti Auguſtini circumferebantur ſub *Innocentio* IV. anno 1243. & *Alexand.* IV. anno 1256. procurante, & agente Cardinali *Richardo de ſancto Angelo*, confirmata deinde eſt ab ſubſequentibus Pontificibus, ut patet in multorum bullis, quas refert *Fr. Laurentius de Empoli in ſuo bullario Auguſtiniano.* Eſt & familia Eremitarum diſcalceata, nata ſub Clemente VIII. anno 1598. qui eidem habitum, quem elegerat, deſignavit, nimirum nigrum cum corrigia, ſed ex viliori pano, nec ita oblongis veſtibus, ut portant Auguſtiniani calceati: unus, idemque Generalis utramque familiam moderatur, durat per ſex annos, habet ſub ſe provincias quadraginta quatuor, cum infinita cœnobiorum multitudine: ſingula tranſcribit in Cathalogum *Nicolaus Cruſenus Auguſtinianus in ſuo monaſtico*, illum adi. Vtraque etiam familia Romæ monaſteria ſua, *mitigata*, ſive *calceata* ad *ſanctam Mariam de populo, ad ſanctum Auguſtinum, diſcalceata, ad ſanctum Guillielmum, ad ſanctum Nicolaum, ad ſanctum Antonium Abbatem. Panciarol. in Theſauro.* Sub regula ſancti Auguſtini, præter Canonicos regulares, de quibus *num. ſequenti*, militant congregationes *ſancti Antonij Eremitæ Cruciferorum per Italiam, S. Spiritus in Saxea; De pœnitentia ſcil. Prædicatorum ſancti Pauli Eremitæ; Mercenariorum, Servitarum, Cruciferorum per Germaniam, Galliam, & Belgium, Bonorum hominum, Pœnitentiæ Magdalenæ, Mulierum pœnitentium, Charitatis noſtræ Domina, Hoſpitaliorũ Alexianorũ Ieſuatorum, S. Brigitæ, ſancti Hieronymi per Hiſpaniam, Clericorum vitæ communis, ſancti Hieronymi in Piſis, ſancti Hieronymi in Feſtulanis, ſancti Ambroſij ad nemus, Apoſtolinorum Clericorum, boni Ieſu Ravennatis, Clericorum ſancti Pauli de vallæ, Theatinorum, Somaſchinorum fratrum Ioannis de Deo Luſitani, ſancti Pauli Eremitæ per Hiſpaniam, Clericorum miniſtrorum infirmantium Pœnitentiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ; Clericorum ſanctæ Mariæ de Luca, Eremitarum ſancti Pauli per Galliã, Clericorum ſcholarum piarum.* Agunt de familia Eremitica ex Eremitis. *Arnoldus de Duſco in tractatu de viris illuſtribus ordinis Eremit. Fr. Hieronymus Roman. in Chronic. Eremitic. B. Iordanus in viris fratrum Eremit, & in Apologia ordinis, Ioſephus Pamphilius in Chronic. Eremit. Fr. Ioannes Marquès de origine Eremitarum ſancti Auguſtini, Ludovico Furtado tractatum de incremento ordinis Eremit. Ludevicus de Angelis Luſitanus, de vita, & laudibus ſancti Auguſtini, Nicolaus Conſeninus in monaſtico Auguſtiniano, Paulus Venetus tractat. de ortu, & progreſſu ordinis Eremit. Petrus Rena in tractat. de origine ordinis Auguſt.* Præter hos. *Garibai in compendio lib. 7. cap. 57. anno 398. Caſſan. in Catalog. part. 4. conſiderat. 71. Severinus Binius in Honorio quarto Illeſc. in Pontific. part. 1. lib. 2. capit. 8. Ioannes de ſancta Maria in Chronic. Carmelit. diſcalceator. tom. 1. part. 2. capit. 54. Anton. Tepes in Chronic. ſancti Benedicti tom. 3. centur. 4. anno Chriſti 817. cap. 3. & tom. 4. cent. 4. anno Chriſti 850. Franciſcus Magus lib. 5. annal. Valentia. cap. 8. Eſculan. lib. 9. hiſtoria Valent. cap. 20. numer. 2. Villegas in vita ſancti Auguſtini, ubi Petrus Ribadeneira Thomas de Ieſus Carmelit. diſcalceat. ad regulam Carmelit. 2. part. dub. 6. Petrus Maturut in annotat. ſancti Antonini. 3. part. titul. 24. cap. 14. §. ſecundo Plato de bono ſtat. religion. lib. 2. capit. 22. Baronius tomo 6. annal. anno 563. & 564. Vincentius Beluac. in ſpecul. hiſtorial. lib. 25. cap. 50. Nauclerus volum. 3. Generat. 41. anno Chriſti 1215. Genebrard. in Chronic. anno Chri 1153. & 1216. Chopin. lib. 2. Monaſticon. tit. 1. numer. 32. Bellarm. in Chronol. anno Chriſti 1241. Barnab. de Montalvo in Chronic. Ciſtercienſi. lib. 1. cap. 58.* Ex ſcholaſticis *Azor tom. 1. lib. 12. cap. 23. quæſtione 2. Navarr. comment. 4. Sorbus in compendio mendicantium, Tapia de religioſis domibus, Authent. ingreſſi capit. 18. numer. 1. & 2. Summa Angelica*, verbo, *Religioſus, Emmanuel Rodriguez tom. 1. regular. quæſtione 2. artic. 4. Miranda tom. 1. Manual religioſ. quæſtione 4. artic. 6. Suar. tom. 4. de religione tractatu 9. per duo capit. vltima.* Feſtum *ſancti Auguſtini.* 28. Auguſti.

8 **Congregatio Canonic. regul. S. Auguſt.** Inſtituta ab *Apoſtolis* ſtatim poſt Chriſti Domini Aſcẽſionem, recepta à *ſancto Iacobo minore Apoſtolo*, & Hieroſolymæ Epiſcopo, in eccleſia ſua Hieroſolymitana ab D. Marco Evangeliſta in Alexandrina, & ab alijs alibi ſuſcitata, & quaſi denuò erecta á ſancto Auguſtino in civitate Hiponenſi anno 397. *Septem poſt familiã Eremiticam erectam*, Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio. Diviſa eſt congregatio Canonicorum in varias familias, quarum præcipuæ numerantur. *Lateranenſis, ſancti Eridiani, ſancti Raſi, Sancti Arnulfi*

Areaſia, Sancti Victoris, Permonſtratenſis, ſancti Sepulchri, Mantuana, ſancti Crucis Conimbricenſis, Vicendiſemienſis, vallis viridis, Frigionaria, Scopetina, S. Georgij in Alga, ſancti Spiritus Venetiarum, ſancti Petri de monte Corbulo, de quibus ſuis locis. Agunt de Canonicis regularibus *Richardus Anglicus theologus Pariſienſis, & Canonicus regularis ſancti Victoris, in Chronic. Canonicor. regul. Ioannes Trithemius Argentinus in libro, quem ſcripſit: ordo Canonicorum regularium: Ioannes Maubonus, ſive Maubenus, ſive Mauburnus, aliter Ioannes Bruxellenſis in Chronic. Canonic. regul. Ioannes Maulinus in Chronicis Canonici ordin. Ioannes de Nigravalle Bibliothec. Apoſtolic. in epilog. Chronic. Penotus Canonicus Lateranenſis, in origine Canonic. regular.* Ex Scholaſtic. *Azor tom. 1 lib. 12. cap. 22. Miranda tom. 1. Manual. relig. quæſtione 4. artic. 13. apud quem Plato de bono ſtatu religi. lib. 2. cap. 23. Romanus lib. 6. de Repub. chriſtiana cap. 4. & 16. Rodrig. tom. 1. regular. quæſtione 3. art. 1. Suar. tom. 4. de religion. tractat. 8. cap. 7. à num. 2.*

9 ## Congregatio Canonicorum regularium Lateranenſium.

Dicta Lateranenſis ab eccleſia *S.* Ioannis Laterani in urbe, ubi collocatum aliqui credunt ab *S. Leone magno* Pontifice intra annum 440. & 457. Vt inuenies apud *Caſarem Franceotti clericum regularem ſancta Mariæ de Luca, in hiſtoria ſacra Lucenſi edita anno 1613. Italè in eccleſia, & monaſterio ſancti Tudiani Italiæ in principio*, ſive ut vult Onuffrius Panvinus de ſeptem ſtationibus vrbis, ubi de eccleſia Lateranenſi, ab *ſancto Gelaſio* Papa ſancti Auguſtini diſcipulo, ab anno 555. & deinceps, durante ibi eadem familia per 800 annos, uſque ad pontificatum Bonifacij 8. qui ſublatis Canonicis regular, ſancti Auguſtini ſæculares introduxit anno 1300. Reformata eſt congregatio Lateranenſis à congregatione *Frigionaria*, de qua nos infra *numer.* 64. Induuntur Canonici regulares Lateranenſes tunica, & pallio albo, rocheto ex byſſo tenuiſſima, pileum item nigrum portant, habent Romæ monaſterium ad *Sanctam Mariam de pace*, poſsident multa, eáque pulcherrimam per Italiam, de quibus *Penotus latiſsimè*. Agunt de Canonicis regularis Lateranenſibus Hiſtorici, & Auctores, quos præcedenti numero pro canonicis citavimus, vide præterea *Morigiam lib. 1. capit. 8. Syluestrum Marulum in Occean. religion. lib. 1. à pagina. 1.*

10 ## Cõgregatio ſancti Benedicti.

Inſtituta ab eodem *ſancto Benedicto* anno 500. Pontifice Symacho, Imperatore Occidentis Theodorico Gotho, Orientis Anaſtaſio. Militant ſub regula *ſancti Benedicti* ſequentes faliæ, omnes à monachis ipſius inſtitutæ. *Cluniacenſis, Camaldulenſis, vallis umbroſa, Ciſtercienſis, fontis Ebraldi, ſancti Guillielmi Vercellenſis, ſancti Guillielmi Ducis Aquitaniæ*, licèt à principio habuerit regulã S. Auguſtini, *Gelbertina, Humiliatarum; Floriacenſis, vallis Caceliym, Sylveſtrina, Cæleſtinorum, Olivetana*; præter militares, de quibus ſuis locis. Habitus monachorum *ſancti Benedicti* ſatis notus eſt, tunica, ſcapulare, cuculla, ſive clamis, omnia ex nigro colore, cũ corrigia fibulata. Cæterum hodie congregatio *ſancti Benedicti*, deviſa eſt in *quinque celebriores congregationes*, ab ſe invicem independentes. Prima eſt Italæ, quæ nunc dicitur *montis Caſini*, antea dicebatur *ſancti Iuſtinæ Patavinæ*, de qua infra, incæpit anno 1408. ut infra dicam, habet per Italiam pluſquam 66. monaſteria. Secunda Germanica, appellatur *Burſfeldenſis*, à monaſterio S. Thomæ Apoſtoli, & S. Nicolai Epiſcopi in *Burſfeldia*, diœceſis Muguntinæ, cæpit anno 1420. floret per utramque *Germaniam*, habet pluſquam centum quinquaginta monaſteria. Tertia *Gallica*, dicitur *Caſalis Benedicti*, à monaſterio in eo pago fundato, incæpit anno 1516. Vt videre eſt in diplomate Leonis 11. dato 1. Decembris eodem anno, habet ad decem monaſteria religioſorum quinque, totidem fœminarum. Quarta *Hiſpana*, dicitur congregatio *Valliſoletana*, ab monaſterio in urbe valliſoleti erecto, Congregationis capite, incepit anno 1520. habet pluſquam quadraginta monaſteria. Quinta *Luſitana*, eſt monaſterium reformationis caput Sanctus Martinus de Tibaes in regione Interamnenſi nõ lõge à noſtrate Bracara Occidentẽ verſus, incæpit annoo 1549. cõtinet plus, minus ve viginti virorum monaſteria, nam monialium plura ſunt, ſed Ordinarijs parent. Abbas, Generalis, & reliqui locales ad triennium durãt, eliguntur in capitulo, quod tribus quibuſque annis in monaſterio S. Martini de Tibaes celebratur. Habet congregatio ſancti Benedicti, præter alia celebre Romæ monaſterium S. *Pauli extra muros.* Agunt de congregatione *ſancti Benedicti. Andreas ſancti Michaelis in tractatu de Pontificibus, Archiep. ſui ordinis Antonius Yepes in Chronic. ſancti Benedicti per plures tomos, Arnoldus Vvion. in ligno vitæ, Bernardus de Britto Luſitanus in Chronic. Ciſtercienſi, Barnabas de Montalvo in Chronic. Ciſtercienſi. Guillelm. Dameſius de ſui cœnobij geſtis, Zoalinus Brachelone in Chronic. ſui cœnobij, Leo Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis in Chronic. Caſsinenſi, cum annotationibus Matthæi Laureti Hiſpani monachi Caſsinenſis & Prioris ſancti ſalvatoris de Caſtellis prodijt Neapoli anno 1626. Romanus Syncerus ſiculus in hiſtoria monaſterij ſancti Martini de Panormo, & ſancti Nicolai de Arenis, Thomas Caſtelforda, de geſtis ſui cœnobij, Thomas Vvintehecombe in Chronic. ſui cœnobij, Valdricus, ſive Henricus Helinger in Chronic.*

in Chronic. ſui monaſterij anno 1229. Præter hos *Sanctus Antonin. 2. part. hiſt. tit. 15. c. 12. Caſſan. in Catalog. 4. part. conſid. 50. Polyd. de invent. rerum lib. 7. cap. 2. Plato de ſtat. relig. lib. 2. cap. 22. Illeſc. lib. 3. cap. 61. & lib. 6. cap. 30. Pontif. Marques de vera origine Eremit. S. Auguſtin cap. 11. §. 1. cum multis Gualterus in tabul. Chronograph. ſæcul. 5. anno 494. Baron. eodem anno 494. & anno 529. Gualterus iterũ ſæcul. 6. anno 529. ubi cum Trithemio Chaconio, Genebrardo, & alijs.* Ex Scholaſt. *Azor tom. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Rodrigues tom. 1. regular quæſt. 3. art. 2. Miranda tom. 1. Manual religios. q. 4 artic. 2.* ubi adducit *Roman. in Repub. Chriſtiana, & alios. Carolus Tapia de religioſis domibus Authent. ingreſſi,* verbo, *monaſteria. Suar tom. 4. de religione tract. 9. cap. 2.* per totũ. Feſtum *S. Benedicti* 21. Martij.

11 ## Cõgregatio Canonicorũ regulariũ S. Fridiani, ſive Frigidiani.

Inſtituta, ſeu potius reformata eſt ab eodem *S. Fridiano* Epiſcopo Lucenſi: *Luca*: intra annum 560. & 588. quo duravit eius epiſcopatus.

12 Fuit *Sanctus Fridianus* Regis Hibernorum filius, deinde factus chriſtianus, & ſacerdos. Italiam veniens Lucæ Epiſcopus creatus eſt, ubi vitam finivit anno 588. ſcripſit eius vitam Cæſar Francecotti in hiſtoria ſacra Lucenſi. De hac congregatione, quæ fere eundem habitũ gerit, atque Lateranenſis, ſcribit idem *Francoti in vita S. Fridiani, Sylveſter Marulus in Occean. religion. lib. 1. pag. 4. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 22. quæſt. 3.* ubi refert *Volaterranum.*

13 ## Congregatio Cluniacẽſium.

Sic dicta à primo eius monaſterio *Cluni* in diœceſi Matiſconenſi; *Maſcon* in Gallia inſtituta à *ſancto Odone* monacho Benedictino, ſub regula *S. Benedicti*, anno 910. Pontifice Anaſtaſio 3. Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone 6. veſtiuntur monachi eodem habitu, quo Benedictini, habent Romæ eadem monaſteria, quæ familia Sancti Benedicti, cum pene omnia ſint ex reformatione *ſãctæ Iuſtinæ*, ſive *Caſinenſis* Agũt de hac familia pene omnes, quos retuli, pro familia ſancti Benedicti; Aũde *Conradum Germanum de geſtis Abbatum in monaſterio Schyrenſi, Antonin. 2. part. tit. 15. cap. 13. §. 2. Caſſan. in Catbalog. 4. par. conſiderat. 55. Vincent. in ſpecul. hiſtor. lib. 25. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 2. Baronium anno 912. Bzovius tom. 2. lib. 9. eccleſ. hiſt anno 912. num 9. Genebrard. in Chronol. anno 826. Bellarmin. in Chronol. anno 910. Onuffr. in Chronic. anno 913. Chacon. in Gregorio 9. anno 912. Hieronym Roman. in Repub. chriſtiana lib. 6. c. 9. Sylveſt. Marul. in Occean. lib. Morigiam lib. 1. cap. 23.* Ex Scholaſt. *Azor tom. 1. lib. 12. cap. 21. quæſt. 2. Rodrigues tom. 1. regul. quæſtione 4. Miranda tom. 1. manual. relig. quæſtione 4. articul. 2. Suar. tom. 4. relig tractat. 9. lib. 2. cap. 3. nu. 1.* Feſtum *ſancti Odonis* 18 Novẽbris. De eo *Baron. Martyrolog. & anno* 942. *Gualter in tabula Chronograph. ſæculo* 10. *anno* 492. *pag.* 614.

Congregatio Camaldulenſiũ. 14

Sic dicta à valle *Camaldula* in Tuſcia *Toſcana*, non longe à Florentia inter Apenini iuga; inſtituta à *ſancto Romualdo* monacho Benedictino ſub regula *ſancti Benedicti* anno 967. Pontifice Ioanne 13. Imperatoribus Occidentis Othone, Orientis Nicephoro Phoca. Veſtiuntur monachi albo colore, tunica, ſcapulario, & pallio, item galero albo: habent Romæ monaſterium ad *ſanctum Gregorium* in monte Celio, ad ſanctũ Antonium Abbatem, ad S. Macutum. Eſt & alia familia Camaldulenſis reformata, quam appellant *Montis coronæ* inſtituta à nobili quodam veneto monacho Camaldulenſi *Paulo Iuſtiniano* anno 1520. Pontifice Leone 10. Imperatore Carolo 5. Solymano tyranno Orientis, utuntur eodem fere habitu, ſed viliori, habent Romæ monaſterium ad S. *Leonardum*. De familia Camaldulenſi agunt ex profeſſo *Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis per totum lib. hiſtoriæ Camaldul. Iacobus Maſſa Franciſcanus in hiſtoria montis Alvernæ in Italia. Sylvanus Roizius de ſacra Eremo Camaldulenſi. Ioannes de Caſtavila in hiſtoria ſancti Romualdi, Auguſtinus Fortunius Florent. in octo lib. hiſt. Camaldulenſi.* Præter hos *Illeſc. lib. 4. Pontific. cap. 75. Baronius anno 974. & 977. S. Antonin. 2. part. tit. 1. cap. 15. Caſſan. in Catalog. part. 4. conſiderat. 54. Gualter. in tabul. Chronogra, h. ſæcul. 10. anno 967. Plato de bono ſtat. religioſ. lib. 2. cap. 22. Sylveſt. Marulus in Occean. lib. 2. pag. 101. Morigia lib. 1. cap. 25. Rodrig. tom. 1. regul. quæſtione 3. articul. 9. Miranda tom. 1. Manual religioſ. quæſtione 4. articul. 2.* ubi refert *Hieronymum Romanum in Repub. Chriſtiana lib. 6. cap. 9. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 21. Suar. tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 3. á num. 7.* De familia reformata Camaldulẽſi videbis *Sylveſt. Marulum in Occeano lib. 2. pag. 108. Lucam Hiſpanum de origine huius familiæ.* Feſtum *ſancti Romualdi* 1. Februarij, ubi *Baronius in Martyrolog.* & 19. Iunij.

Congregatio fontis Coryli. 15

A loco nomen ſortita, eſt *fontis Coryli*, in monte Apenino in radicibus montis Catriæ; Orientem verſus, quatuordecim millibus paſſuum diſtans ab Lugubio prope civitatem Calienſem *Calbe* Ducatus Vrbini. inſtituta à *Landolfo* monacho Benedictino, & ſub regula *Sancti Benedicti*, anno 1008. Pontifice Ioanne 18. Imperatoribus Occidentis Henrico ſecundo, Orientis Baſilio, & Conſtantino. Incæpit habitare hanc ſolitudinem venerabilis monachus *Petrus Damiani*,

Benedicto 9. Pontifice, nec deſunt aliqui, qui illum huius Cõgregationis faciant auctorem, utebantur monachi (fere hodie non extant) fontis Coryli, ſive Avellanę, eiſdem veſtibus, quibus benedictini, mutato colore nigro, in album. Meminere huius familiæ, quotquot agunt divita *B. Petri Damiani, Ioannes Monach. eiuſdem diſcipulus, Ioannes Anton. Flaminius forocorneliensis, Auguſt. fortunius in hiſt. Camaldulenſ. lib. 5. à cap. 6. uſque ad 14. Hieronymus Rubeus Ravenas lib. 5. hiſt. Ravenatum*, quem refert *Baron. tom. 11. anno 1027. & frater Iacobus Nieſandrus Carthuſian. in 7. tom Surij. 22. Februarij in vita B. Petri Damiani Petrarcha tractat. 3 lib. 2. cap. 17. de vita ſolitaria, Petrus Recordatus monach. Caſinenſis Diario 4. hiſt. monaſticæ. Arnoldus Vvionbelga, monach. Caſinenſis in ligno vitæ lib. 2. cap. 9. Conſtantinus Caietanus Syracuſanus monachus benedict. in prologomenis de vita B. Petri Damiani, quam in primo eiuſdem tomo edidit*, de hoc *Baron. tomo 11. anno 1072.* Adde *Morigiam lib. 1. cap. 58. Sylveſtrum Marulum in Oceano lib. 2.*

16 ## Congregatio vallis umbroſæ.

Sortita nomen eſt à valle denſiſsimis arboribus conſita, prope Florentiam, inſtituta à S. *Ioanne Gualberto* monacho benedictino, & ſub regula *S. Benedicti, anno* 1080. Pontifice Gregorio 7. imperatoribus occidentis Henrico 4. Orientis Alexio conneno, utuntur monachi albis veſtibus, eiuſdem artificij atque benedictini, poſsident provincias 8. monaſteria 35. cum ingenti numero prioratuum, monachos 490. moniales 800. omnes intra Italiam. *Azor* citandus. Habent Romæ monaſterium ad *S. Praxedem* Agunt de hac familia. *Benedictus Florentinus de vitis Sanctorum 15. ſui ordinis. Bernardus in hiſtoria de Generalibus ſui ordinis, vallis vmbroſæ, Eudoxius locatellus de vita Sancti Ioannis Gualberti, & Generalium ordinis Italiæ, Hieronymus Florentinus in actis ſanctorum ordin. vallis umbroſæ.* Adde *Illeſcas in pontificali lib. 5. cap. 12. Romanum lib 6. de repub. chriſtiana cap. 12. Platum de bono ſtatus religioſi lib. 2. cap. 22. Caſſan. in Cathal. part. 4. conſid. 57. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 2. S. Antoninum 2. part. titul. 15. cap. 25. Baronium anno 1063. & anno. 1051. & 1073. Omiſſo anno 1030. Morigiam lib. 1. cap. 26. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 2. pag. 120. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 21. quæſtione 2. Rodrig. tom. 1. regul quæſtione 3. artic. 4. Mirandam tom. 1. Manual. religioſ. quæſtione 4. articul. 2. Suarius tom. 4. de religione tractatu 9. lib. 2. capit. 3.* Feſtum *Sancti Ioannis Gualberti*, 13. Februarij, ubi *Baronius martyrol. Gualterus in tabula Chronographic. ſæcul. 11. pag. 628.*

17 ## Congregatio Grandimõtẽſiũ.

Dicta á monte quodam prægrandi in diœceſi Lemonicẽſi *Limoges* in Gallia: inſtituta à *Sancto Stephano*, Albanenſi, ſub regula propria (ut putat *Suarius tom. 4. de religione, tract. 9. lib. 2. cap. 5. num. 4. & 5.* licet faciant regulæ S. Benedicti *Arnoldus Vvion in ligno vitæ, Gualterus in tabula Chronographia, ſæculo 11. á nu.* 1080. *Genebrardus, Chacon, & Onuffrius ubi infra, ex regula S. Auguſt. & alij*, quos impugnat *Suarius* ubi proximè, *anno* 1080. Gregorio 7. Imperatoribus occidentis Hẽrico 4. orientis Nicephoro Boto: habitus vilis eſt, & totus ad pœnitentiam compoſitus, cũ aliquando ex loricis ferreis conſtaret. Non lego Grandimontenſes habere Romæ monaſteria, habent tamen intra terminos Galliæ, quam fere non egrediuntur, ad ſeptendecim. Agunt de hac familia *S. Anton. 2. hiſt. tit. 15. cap. 21. Vincent. Lirinenſ. in ſpeculo lib. 25. à cap. 46 uſq; ad 50. Caſſan. in Cathal. part. 4. conſid. 70. Polyd. de Invent. lib. 7. cap. 2. Plato de bono ſtatus religioſi lib. 2. capit. 22. Lylveſt. marul. in occeano. lib. 2. pag. 155. Genebrard in Gregorio 7. Chacon ibi anno* 1075. *Onuffr. anno* 1076. *Marq. de origin. Eremit. Sancti Auguſt. capit. 20. §. 7. Mirand. de origin. benedict. cap. 64. Azor. tom 1. lib. 12. cap. 21. Suar. tom. 4. religion. tract. 9. lib. 2 cap. 5. num 4. & 5.* Feſtum *S. Stephani* Albanenſis 13. Februarij de quo *Baronius anno.* 1126. quo moritur, *Vſuardus, & Maurolicus in ſuis martyrol. Claudius Robertus lingonenſis in ſua gallia Chriſtiana titulo de Abbatijs littera G.* verbo *Grandimontenſis.*

Variæ reformationes Canonicorum regularium. 18

Reformata eſt per hoc tempus anno nimirum 1080. Congregatio canonicorum regularium, in Gallia à *B. Iuone* devot compilatore, & *S.* Quintini in Eccleſia beluacenſi, *beaves* præpoſito, poſtea epiſcopo Carnotenſi, *Chiantes*, Pontifice Gregorio 7. Imperatoribus Occidentis Henrico 4. Orientis Nicephoro Boto. De hac reformatione meminerunt *Onuffrius eodem anno* 1080. *in Chronic. Chacon ſub Gregorio 7. anno* 1080. *Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo 11. eodem anno pag. 629. Volaterranus lib. 21. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 12. quæſtione 2.* De Iuone *Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, in epiſcopis Carnotenſibus, numer. 62. pag.* 290. cum multis. Aggreſſus item eſt hanc reformationem in Gallia Sanctus Arnulfus epiſcopus Lugdunenſis, *Leam*, vel (ut cum Romano martyrologio 15. Auguſti multi Sueſsione) Sueſsionenſis, *Suſoens*, eodem anno 1080. Item per Italiam ubi monaſterium *Sanctæ Mariæ frigionaia* prope Lucam ædificavit, de quo nos infra. Meminere huius reformationis *Felippus Novarienſis in Chronic. Lateran. lib. 3. cap. 46. Cæſar Franceſci in hiſt. ſacra Lucenſi*, ubi *de Eccleſia S. Fridiani, & S. Mariæ de Frigionaia, pag. 536. & 590. Azor*, ubi proximè, ex *Naucle-*

re vel.

to vol. 2. gener. 37. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 1. pag. 6. Addit *Onuffrius in Chronic. ann. 1062.* reſtitutũ eſſe Romæ, & in Italia ab Alexandro 2. inſtitutum Canonicorum regularium. Feſtum *S. Arnulfi.* 15. Auguſti.

19 **Congregatio Canonicorum regul. S. Rufi.** Inſtituta eſt (ut multi volunt) à *S. Rufo*, S. Pauli Apoſtoli diſcipulo, de quo ipſe ad *Roman. cap. 16. nu. 13. Ex me ſalutem dicite Rufo, ſelecto in domino, eiusq; matri, quam non aliter, atq; meam matrem obſervo.* Hunc ſcribit *Dorotheus in ſynopſi*, fuiſſe Thebarum epiſcopum, addit *Ioannes Maurolicus in ſuo martyrol.* veniſſe poſtea Gallias, & Avenionis, *Auinham*, factum fuiſſe epiſcopum, ibiq; introduxiſſe Canonicos regulares, de anno nihil omnino ſcitur. Cæterum *Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, tit. de Abbatijs, littera R.* verbo, *S. Rufus.* negit propterea hanc Congregationem dictam eſſe S. Rufi, quod eam S. Rufus inſtituerit, imò contendit S. Rufum nunquam fuiſſe Lugdunenſem epiſcopum, addit verò propterea ſic appellatam, quia præcipuum eius domicilium, & familiæ caput, erectum ſit ſub invocatione *S. Rufi*, in urbe Valentina, *Valence*, in Gallia, cuius etiam nobilis prioratus eſt Lugduni, à quo mirum in modũ hæc familia nobilitata eſt, atq; errandi occaſio orta, ut putaretur S. Rufus talis familiæ inſtitutor, citat *Miræum in origin. 111. Choppinorum lib. 2. monaſt. tit. 1. nu. 20. Oldradum conſil. 204.* Huius congregationis leges, & ſtatuta accepiſſe Congregationem noſtram *S. Crucis Conimbricenſ.* auctor eſt *Marques de vera origine Eremit. Sancti Auguſtini, cap. 18. §. 4. & 5.* de quo nos infra *nu. 32.* Agunt de his Canonicis omnes, quos pro Congregatione Canonicorum citavimus *nu. 5.* Item *Sylveſt. Marul. in occean. religion. lib. 1. pag. 5. Felippus Novarienſis in Chronic. pag. 32. Aymarus Falco in hiſtor. Antoniana, part. 2. tit. 22. cap. 3. Petrus Griſæus in hiſt. Canonic. ſect. 13. nu. 16. & 17.* Feſtum *S. Ruſi* in Martyrol. Rom. 21. Novemb. ubi *Baron.* Eſt alius item S. Rufus primus epiſcopus Avenionenſis 12. Novemb. ubi *Baron.*

20 **Congregatio Carthuſiana.** Dicta à valle Carthuſia *Certoſa*, nos *Cartuxa*, in diœceſi Gratianopolitana, *Grenoble*, in regno Galliæ, inſtituta à *S. Brunone*, ſub regula propria, anno 1084. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico 4. Orientis Alexio Conneno. Veſtiuntur monachi, ut religioſi Dominicani, ferunt tum Capuccium aſſutum tunicæ, & ſcapularis utranq; alam connexam intra ſe ligula eiuſdem pani, & coloris infra utrunq; latus, ferunt converſi ſcapulare nigrum. Tota religio ab uno generali eodemq; perpetuò adminiſtratur, Capitulum cuiusq; domus priorem ſuum eligit, confirmat generalis, durant ad arbitrum religionis. Provinciæ ſunt ſeptemdecim (totidem numerat *Miræus, Azor.* ubi, in fin. ſexdecim, cum 189. monaſterijs, & tribus millibus monachorum) monaſteria fere ducenta, habent Carthuſiani Romæ monaſterium ad S. Mariam de Angelis in Thermis Diocletiani. Agunt de hac familia ex profeſſo, *Arnoldus Boſtius in tract. de illuſtrib. viris ordin. Carthuſ. Henricus Arnoldus in Chronic. domus Carthuſienſium apud Baſilienſes, Henricus Friſo in Chronic. ordin. Petrus Dorlandus in Chronic. Carthuſi.* Item notæ *Theodori Petrei ad Chronic. Dorlandi.* Item *Bibliotb. eiuſdem Petrei. Miræus de origin. religion. lib. 2. cap. 45. & lib. origin. omnium per orbem Carthuſiarum domorum. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, tit. de generalib. pag 5. S. Antonin. 2. part. hiſt. tit. 15. cap. 22. §. 2. Caſan. in Catbal 4. part. conſid. 62. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 3. Baron. ann. 1086. Plato de bono ſtatus religioſi, lib. 2. cap. 22. B. Iovius tom. 2. eccl. hiſt. lib. 12. ann. 1084. nu. 4. Illeſc. in Pontif. lib. 5. cap. 9. Genebrard ann. 1084. Palmerius, & Onuffr. ann. 1086. Gualter. in tabula Cornograph. ſæculo 11. ann. 1086. pag. 631. Romanus de repub. chriſt. lib. 6. cap. 13, Morigia de origin. religion. lib. 1. cap. 27. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 2. pag. 124.* ex Scholaſt. *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 8. Miranda tom. 1. manual religioſ. q. 4. art. 3. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 6. cap. 7. num. 21.* ubi alij *Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 4.* Feſtum *S. Brunonis. 6.* Octobris, de eo *Surius tom. 5. Ribadanira, eadem die, Baronius ad martyrol. Roman. 6. Octob. & ann. 1101. tom. 12. Bellarm. ſæculo 11. ann. 1086. Antonius Poſſevinus in apparatu, tom. 2.*

21 **Congregatio S. Antonij Eremitæ.** Inſtituta à *Guaſtone*, viro nobili, ac *Gerino* (alij *Girondo*) eius filio, *octoq; alijs ſocijs*, in oppido Mota Vienenſis diœceſis, in Gallia, quod hodie *S. Antonij*, dicitur, à corpore S. Antonij eò allato ex urbe Conſtantinopolitana, per Iocelinum Caſtri Albenciani, & Motæ dominum, anno Domini 1095 Pontifice Gregorio 7. Imperatoribus Occidentis Henrico 4. Orientis Alexio Conneno, habet hæc familia curam Noſocomiorum, ubi curantur ij, quorũ membra ſacro igne, vulgo ignis S. Antonij, abſumuntur. Religioſi ſecuntur regulam *S. Auguſtini*, veſtiuntur nigro colore, ferunt in pectore pro inſigni *Tau*, græcum cærulei coloris, hæc forma T. Sunt Romæ in hoſpitali S. *Antonij*, ad S. Mariam Maiorem. Agunt de hac familia *hiſtor. Antoniana dicta*, quam teſtatur *Baron. tom. 11. ann. 1095. nu. ult.* ſumpſiſſe *Aymaram Falconem, eiuſdem familiæ Præceptorem*, id eſt *generalem*, ſic enim appellant generalem ſuũ. *Onuffr. in Chronic. ann. 1095. Caſan. in cathal. part. 4. conſid. 65. Gualt. in tabula Chronographica, ſæculo 11.*

eàm ſervare tenentur, *cap. ut inquiſitionis, de hæreticis lib.6.* ut ex noſtro textu colligit. *Rebuf. ad leges Gallia in proœmio Gloſſa 1.n. 62.* ea enim noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur *l.1.§. omnia C. de veteri iure enucleando cap. ſi apoſtolicæ ſedis, de præbendis in 6.*

5 In tex. ibi, Eodẽ gradu manet. Quid ſi non habeat peculium, & ex ſua tantũ culpa, non verò ex Epiſcopi, aut præſentantis ad ordines domino neſciente fuit ordinatus presbyter, manebit ne adhuc in ſuo gradu, an reddetur domino? Vide *in cap. ſequenti num. 2.* Diaconi verò non reddẽdo vicarium, aut pretium ſuæ libertatis iubentur reddi domino, nec fiunt liberi. Servus revocatus inſervitutẽ an debeat habitum, vel tonſuram portare, etiam volente domino, quaſi non conveniat eccleſiaſticæ dignitati, niſi libertatem prius obtineat? Vide ſupra *ad cap.6.n.2. hac eadẽ diſt.*

6 In textu, ibi, Reliqua verò officia. Ergo etiam ſubdiaconus ad ſervitia reſtituetur, & fiet iterum ſervus, cum ſubdiaconatus inter officia eccleſiaſtica hìc non excepta, ut excipitur presbyteratus, & diaconatus, intelligatur incluſus? Cavè ſentias, nam cum ſubdiaconatus hodie ſit ordo ſacer, de eodem, atq; de diaconatu pariter iudicandum eſt, ut tenet *Suar. de cenſur. diſput.51. ſect.3.num.12. ad medium, Sayrus in Theſaur. lib.6. cap.14. num 4.* & deciditur expreſſe ab *Innocẽt. 3. in cap. miramur, de ſervis non ordinandis*, ibi, *De ſubdiaconali ordine, &c. Expreſſè videtur nobis, quod is cũ diaconali gradu, privilegio gaudet eodem, &c.* Quod intellige, ſi ſubdiaconus vicarium ſubſtituat, alioquin erit ſervus vide poſita *ad cap. Quis autem leges num.2. infra eodem.*

7 In Gloſſa verbo. Ante fuerit. Dubitat *Gloſſa*, an lex nunc facta comprehendere poſsit præterita? Tu diſtingue primo, cũ *Suar. lib.3. de legibus cap.14.* legem in declarativã ſimpliciter, & conſtitutivam etiam ſimpliciter; deinde in declarativam, & conſtitutivam ſimul, ita ut utrumque habeat eadem lex, vide poſita *ad cap.2. num.1. diſt.47.* & quæ diximus *in tractatu de ſolicitantibus quæſtione 3.* Diſtingue ſecundo cum eodem tres effectus legis, *obligationem inconſcientia*, cui reſpondet culpa in trãſgreſsione, *pœnam, & irritationem actus prohibiti* Deinde ſtatue ſequentes concluſiones.

8 Prima concluſio. Lex declarativa ſimpliciter comprehendit nõ ſolum futura, ſed etiam præterita: Ad probationem ſuppone legẽ declarativam eſſe eam, quæ aliquam legem antiquam, vel aliquod ius vetus declarat, ſeu quia talis lex omnino ignorabatur; ſeu quia eius vis non plenè, & planè percipi poterat. Nunc probatur concluſio. Quia cum lex, quæ declaratur, iam condita ſit, & à principio creationis ſuæ obligâret, & adhuc in poſterũ obliget, id benè per unam legem declarativam explicari ſubditis poterit, & tunc lex nova declarans, eas ſolas vires habebit obligandi, quas habebat antiqua, quæ declaratur, argumento, *l hæredes, 1. ff. de teſtamentis*, ibi, *Nihil enim nunc dat ſrd datum ſignificat.* Concluſionem ſequuntur *Abb. Decius, Felin.* & alij *in cap. ult. de conſtitut. Bart.* & Legiſtæ *in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure, & Authent. de filis ante dotal. inſtr. natis, collat. 3.* lex declarativa fuit extendens ſe ad præterita, illa Innocent. 3. *cap. ut lex 27. quæſt. 1.* ubi iubet ſeparari clericos in ſacris, & religioſos profeſſos qui vxores duxerant, contra Canones eccleſiæ id vetantes, atque ex vi illorum Canonum, ea fit ſeparatio, ut bene notat *Suar. d. cap.4.num.2.* 10

9 Secunda concluſio. Lex purè conſtitutiua novi iuris, licèt ex natura ſua feratur in futurum, bene tamen poteſt conſtituere aliqua pro præteritis ex voluntate expreſſa, & declarata legislatoris. Probatur quoad primam partem, quia lex eſt regula humanarum actionũ, deinde eſſentialiter eſt præceptum, ut ſuppono; ergo tantum ex natura ſua erit ad futurũ, cum ſolum futuræ actiones regulari poſsint, & cadant ſub præcepto. Secunda pars probatur, quia poterit actione præterita violari aliquod ius divinum, aut humanũ, ergo per novã legem conſtituentem pœnam illi delicto, puniri poteſt, cum non magis implicet antiquũ crimen puniri per ſequentem ſententiã, quàm per ſubſequentem legem. Idem dicendum eſt de tertio effectu legis, nempe *irritatione actus*, nam poterit legislator ex urgenti aliqua cauſa, & magno Reipublicæ bono actus præteritos irritare, ſi illi ſemel validi tales ſint, ut irritari poſsint, vel in pœnam alicuius delicti poſtea commiſsi, vel alicuius omiſſæ ſolemnitatis, quæ tamen non illos invalidat. Vide *Suar. d. cap.4.num.11.* Notant tamen *Panormit. in cap. cognoſcentes, de conſtitution Angel*, verbo, *lex num.23.* talem irritationem actus præteriti ſemel validi, debere expreſſè apponi à legislatore, propter rationes, quæ apud eoſdem DD. videri poſſunt. De *culpa* tamen, quæ eſt primus legis effectus, fieri non poteſt, ut lex ſubſequens illam conſtituat pro actu præterito, cum enim ille iam elapſus ſit, habuit ſuã honeſtatem, aut illius carentiam, nec in hoc pẽdere poterit á lege ſubſequẽte, vt per ſe patet. Noſtram concluſionem ſequuntur *Canoniſta ad cap.2. & ult. de conſtitut*, & ſcribentes *ad l. leges, & Conſt. C. de legibus, Navarr. in comment. de dat. & promiſſ. num.6. Gloſſa in cap.1. de cleric. non reſident. in 6.* verbo, *receperint*, & in *Clement. 1. de teſtament.* verbo, *inpoſterum*, & in *Clement. 1. de con-*

de conceſſ. prabend. verbo, *Conceſſa Suares* citatus, *num.* 8.

Tertia cõcluſio. Lex mixta ex declarativa, & conſtitutiva, & fertur in futurum, & retro agitur in præteritum. Hæc patet ex ſuperioribus concluſionibus, quia in eo, quòd conſtitutiva novi iuris eſt, ut regula, & præceptũ, reſpicit actiones futuras, ut declarativa reſpicit præteritas, factas contra aliquod ius antiquum. Notabis tamen cum *Suario*, legem mixtam ex ea parte, qua conſtitutiva eſt, poſſe actus præteritos irritare, & punire eo modo, quo diximus ſuperiori concluſione, vel poſſe illos irritos, & nullos revalidare ex poteſtate legislatoris, cum illa revalidatio pendet à lege humana, nam ſi pendet à divina vel à voluntate alterius, revalidari non poterunt, exẽpla leges in *Suario dicto cap.* 4. *1010 num.* 7. legem mixtam ex declarativa, & conſtitutiva continet *cap. unicum, de poſtul. prælat. in* 6. ubi declarantur ineptæ ex iure antiquo quædam formæ poſtulãdi, & prohibentur in poſterum, item *cap. Aqua, de conſecrat. eccleſiæ, vel altaris*, ubi declaratur conſecrationem ex ſtatuto eccleſiæ fieri non poſſe, niſi ab epiſcopo, & tamen iubentur haberi pro conſecratis, quas ſacerdotes, non epiſcopi conſecrarunt, ſupplente Pontifice defectus eius præteritæ conſecrationis.

CAP. Frequens. X.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus ex ordinatione non fit ex ſervo liber.*
2 *Servus factus presbyter liber eſt, ſed domino reſtituitur.*
3 *Res alienæ cõſecratæ, ſi inanimes ſint, non reddũtur dominis?*

1 IN textu, ibi, Ante finem gradus non defendit. Intellige gradum eccleſiaſticũ, (qui in minoribus cõſiſtit, nec ultra progreditur,) ſervum à ſervitute non defendere, cum renuente domino ordinatur, ut eſt cõmunis ſententia, & in iuribus ſtabilita, maximè toto hoc titulo, & *cap.* 2. *de ſervis non ordinandis*, verum ſi is ordinetur, vere manebit ordinatus, quidquid contra dicat Dominicus, quia ſervitus non eſt incapacitas, ſed propria irregularitas, ut bene notat. *Suarius de cenſur. diſp.* 51 *ſect.* 3. *num.* 1. *in principio.*

2 In textu, ibi, ad finem. Non velut redditum ſibi habeat. Redditur fortaſsis Antiochus presbyter dominæ Placidæ ſuæ, quod non haberet peculium, cuius mulctatione ſervitus compenſaretur, ſed redditur iam factus liber, ut in eis miniſterijs ſerviat, quæ presbyteratus honorem non deturpẽt, ſed ipſius ſacerdotij propria ſunt, ut celebrare in eccleſia dominæ, &c. Fit autem hoc tum in reverentiam ſacerdotij, tum quia illud miniſterium in quod dominæ ſuæ deputatur, altius omninò eſt, & dominæ vtilius, quã aliud quodcumque, ab ipſo in ſervitute præſtãdum. At notat bene *Suar. d. num.* 1. *&* 14. *Reginald. in praxi lib.* 30 *tract.* 2. *num.* 63. hoc non fieri in recompenſationem, quia res temporalis non poteſt per ſpiritualem redimi, ſed fieri in ſolatiũ amiſſæ ſervitutis.

3 In Gloſſa verbo, Reddi. Quærit cur ſervus alienus conſecratus domino reddatur, nõ verò res inanimis, & ultra rationes ibi poſitas de quibus *Sylu.* verbo, *ſervitus*, adde cum *Suar. d. ſect.* 3. *num.* 11. ordinationem, quæ in hominibus per conſecrationem fit, eſſe imperfectam donec perveniat ad ſacerdotium, ad quod ordinatur, atque hæc conſecratio eo magis eſt imperfecta, quo magis diſtat à ſacerdotio, & minus opponitur ſervituti.

CAP. Quis autem leges. XI.

SVMMARIVM.

1 *Originarij qui ſint?*
2 *Servus ordinatus Diaconus, domino contradicente, non ſemper fit liber.*
3 *Commiſsio cauſæ requirit iudicialẽ informationem, cum non committitur vbi trio, & conſcientia.*

1 IN textu, ibi, Originarios ſuos. Vide poſita *ad cap. Si quis obligauit ſupra num.* 2. adde *Covarr. cap. Quamvis pactum,* 2. *part.* §. 1. *num.* 2. *de pactis in* 6. *Valenſ. de iure emphyt. part.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 25. & ſcribentes *ad l. diſſimus, &* ad *l. originarius, Latum ſatis,* §. *ex hoc l. ſanctus C. de agricolis lib.* 11. *Azor. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 32. *q.* 4. *Suares d. diſp.* 51. *ſect.* 3. *nu.* 15. ubi affirmat, huiuſmodi ſeruitutem tam circa originarios, quam adſcriptitios ſervos, iam in vſu nõ eſſe.

In textu,

4 In textu, ibi, Diaconos ordinatos. Nota per textum servos factos Diaconos, contradicentibus dominis, & nescientibus episcopo ordinante, ac præsentantibus ad ordines, ipsis dominis in servos, ut antea restituit: quod intellige nisi vicarium offerant, ut supra in c. ex antiquis, & sequuntur Panormit. & alij in cap. 2. de servis non ordinand. item S. Antonin. 3 part. tit. 28. cap. 6. §. 6. Navarr. Sylu. & Mayol. quos refert, & sequitur Suar. de censur. disput. 31. sectione 3. ad medium, & Tolet. lib. 1. cap. 59. num. 4. Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 17. art. 2. conclus. 3. Non immerito tamen quærit Campanil. in diversorio juris can. rub. 11. cap. 8. num. 11. vers. postremo, quare servi sacris initiati domino sint restituendi, cũ videatur obstare illa regula juris in 6. Semel Deo dicatum nõ est ad humanos usus transferendum? Respondet idem auctor, illam regulã solùm in rebus inanimatis esse intelligendam, in illis enim cõsecratio in sola rei superficie consideratur; & ideo laicus non potest res consecratas, aut vasa sacra tangere, ut constat ex cap. vasa sacra de consecr. dist. 1.

5 In textu, ibi. Si cõstiterit querellam veritate fulciri. Iudicialiter ne, an sine strepitu iudiciali? Puto iudicialiter l. cum ij. 7. §. vult igitur, ff. de transact. & ibi Bart. num. 1: Aretinus & alij, quos sequitur Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæstione 19. nu. 1, 3 4. & 5. Limita nisi cognitio causæ committatur arbitrio alicuius, ita ut eius conscientia oneretur, ut fit in dispensationibus specialiter matrimonialibus, probat Sanches lib. 3. de matrimonio disp. 8 num. 4. cap. statutum, §. assessorem ubi Glossa verbo Relinquitur, de rescriptis in 6. Franch. ibi, num. 6. & in cap. 2. de iure iurando, ubi Ioann. Andr. art. 2. Anchar. num. 4. notabili, 4. Dominic. num. 3. Franch nu. 3. Cuppus allegat. 61 num. 3. Cavalcan. 1. part. decis. 46. num. 42. & plures alij, quos ibi vide. Adde posita ad cap. habuisse 7. dist. 23. num. 3.

CAP. Generalis. XII.

1 SVMMARIVM.

Doctores, qui textus meminere.
2 Quæ sint religiosæ congregationes?
3 Quot hodie numerentur in Ecclesia catholica religiosæ congregationes?
4 Congregatio Carmelitarum.
5 Congregatio Crucigerorum.
6 Congregatio S. Basilij.
7 Congregatio Eremitarum S. Augustini.
8 Congregatio Canonicorum regularium S. Augustini.
9 Congregatio Canonicorum regularium Lateranensium.
10 Congregatio S. Benedicti.
11 Congregatio Canonicorum regularium S. Fridiani, sive
12 Frigidiani.
13 Congregatio Cluniacensium.
14 Congregatio Camaldulensium.
15 Congregatio fontis Coryli.
16 Congregatio vallis umbrosæ.
17 Congregatio Grandimontensium.
18 Variæ reformationes Canonicorum regularium.
19 Congregatio Canonicorum regulariũ S. Rufi.
20 Congregatio Carthusiana.
21 Congregatio S. Antonij Eremitæ.
22 Congregatio Canonicorum regulariũ Arouasiæ.
23 Congregatio Cistercienſium.
24 Congregatio Canonicorum regulariũ S. Victoris.
25 Congregatio fontis Ebraldi.
26 Congregatio Premonstratensis.
27 Congregatio Guillielmitarum.
28 Congregatio Gilbertinorum.
29 Congregatio Canonicorum regulariũ Mantuanorum.
30 Congregatio Canonicorum regulariũ S. Sepulchri.
31 Congregatio S. Guillielmi ducis Aquitaniæ.
32 Congregatio Canonicorum regulariũ S. Crucis Conimbricensis.
33 Congregatio Humiliatorum.
34 Congregatio Floriacensis.
35 Congregatio S. Spiritus in Saxea.
36 Congregatio Trinitariorum.
37 Congregatio fratrum de Pœnitentia S. Demetrij.
38 Congregatio Prædicatorum.
39 Congregatio minorum.
40 Congregatio S. Pauli Eremitæ.
41 Congregatio Mercenariorum.
42 Congregatio vallis Scholariorum.

43 Con-

43 Congregatio Silveſtrinorum.
44 Congregatio Servitarum.
45 Congregatio vallis caulium,
46 Congregatio Cruciferorum per Germaniam, Belgium, Galliam.
47 Congregatio Bonorum hominum.
48 Congregatio Celeſtinorum.
49 Congregatio Panitentia S. Maria Magdalena.
50 Congregatio mulierum panitentium.
51 Congregatio Charitatis S. Maria.
52 Congregatio Clericorum regulariũ hoſpitalierum.
53 Congregatio Alexianorum.
54 Congregatio Olivetanorũm.
55 Congregatio Ieſuatorum S. Hieronymi.
56 Congregatio S. Brigitta.
57 Congregatio S. Hieronymi per Hiſpaniam.
58 Congregatio Clericorum regulariũ vita communis.
59 Congregatio Canonicorum regularium Gronodael, ſive vallis viridis.
60 Congregatio Sancti Hieronymi per Italiam.
61 Congregatio S. Hieronymi in Piſis.
62 Congregatio Canonicorum regularium Vvindeſemenſium.
63 Congregatio Sancti Hieronymi in Feſulanis.
64 Congregatio Canonicorum regularium Frigionaia.
65 Congregatio Canonicorum S. Salvatoris, ſive ſcopetinorum.
66 Congregatio Canonicorum regularium S. Gregorij in Alga.
67 Congregatio S. Iuſtina Patavina, vel. Caſsinenſis.
68 Congregatio S. Ambroſij ad nemus.
69 Congregatio minimorum S. Franciſci de Paula.
60 Congregatio Apoſtolinorum.
71 Congregatio Canonicorum regularium S. Petri de monte Corbulo.
72 Congregatio clericorum regularium boni Ieſu Ravenatis.
73 Congregatio Clericorum regularium Theatinorum.
74 Congregatio Clericorum regulariũ S. Pauli decollati.
75 Congregatio Clericorum regularium ſomaſchinorum.
76 Congregatio Hoſpitalierorum Ioannis de Deo Luſitani.
77 Congregatio Clericorum regularium Societatis Ieſu.
78 Congregatio Panitentia Sancti Ioannis Baptiſta.
79 Congregatio Clericorum regularium miniſtrorum infirmorum.
70 Congregatio Clericorum regulariũ S. Maria de Luca.
81 Congregatio Clericorum regularium minorum.
82 Congregatio Clericorum regularium Scholarum piarum.
83 Congregatio Eremitarum S. Antonij per Galliam.

Quot Sint congregationes militares.

& ibi Numerantur Congregationes militares religioſa.

84 Congregatio militaris S. Lazari.
85 Congregatio militatis S. Ioannis Baptiſta.
86 Congregatio militaris S. Sepulchri.
87 Congregatio militaris equitum Templi.
88 Congregatio militaris S. Maria Teutonicorum.
89 Congregatio militaris S. Ioannis Aconenſis.
90 Congregatio militaris Aviſij apud Luſitanos.
91 Congregatio militaris S. Maria de Calatrava apud Hiſpanos.
92 Congregatio militaris Ala apud Luſitanos.
93 Congregatio militaris S. Iacobi apud Hiſpanos.
94 Congregatio militaris S. Iacobi apud Luſitanos.
95 Congregatio militaris Alcantare apud Hiſpanos.
96 Congregatio militaris Montis Gaudij apud Ieroſolimitanos, ubi
De Cõgregatione Monſrac, & del Trugillo.
97 Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide.
98 Congregatio militaris Criſti apud Livenos.

99 *Congregatio militaris Chriſti per ſanctum Dominicum, nunc de penitentia S. Dominici.*

100 *Congregatio militaris S. Mariæ de mercede apud Aragonios*

101 *Congregatio militaris S. Mariæ gloriosæ apud Italos.*

102 *Congregatio militaris Chriſti apud Luſitanos.*

103 *Congregatio militaris Monteſiæ apud Hiſpanos.*

104 *Congregatio militaris S. Stephani Papæ, & Mart. apud Florentinos.*

105 *Congregatio militaris Sãcti Mauritij apud Sabaudos.*

106 *Congregatio militaris S. Mariæ de Monte Carmello.*

107 *Clauſura ſermonis de congregationibus militaribus, quæ votis obligantur, item inceptio earum, quæ votis non obligantur.*

108 *Congregatio militaris Tabulæ rotundæ apud Anglos.*

109 *Congregatio militaris Gineta apud Gallos.*

110 *Congregatio militaris Lilij apud Navarros.*

111 *Congregatio militaris Canis apud Gallos.*

112 *Congregatio militaris S. Salvatoris apud Aragonios.*

113 *Congregatio militaris Chriſti apud Italos.*

114 *Congregatio militaris Bandæ apud Caſtellanos.*

115 *Cõgregatio militaris Guarteria apud Anglos.*

116 *Congregatio militaris Stellæ apud Gallos.*

117 *Congregatio militaris Columbæ apud Caſtellanos.*

118 *Congregatio militaris Nodi apud Neapolitanos.*

119 *Congregatio militaris Annuntiatæ apud Sabaudos.*

120 *Congregatio militaris Draconis apud Germanos.*

121 *Congregatio militaris Velleris aurei.*

122 *Congregatio militaris Cardui apud Gallos.*

123 *Congregatio milit. ſpicæ apud Gallos.*

124 *Congregatio militaris Hiſtricis apud Gallos.*

125 *Congregatio militaris ſquamæ apud Caſtellanos.*

126 *Congregatio militaris S. Georgij apud Clarintos.*

127 *Congregatio militaris S. Michaelis apud Gallos.*

128 *Cõgregatio militaris S. Georgij apud Italos.*

129 *Congregatio militaris S. Petri apud Italos.*

130 *Cõgregatio milit. Crucis Burgũdicæ.*

131 *Congregatio militaris S. Pauli apud Italos.*

132 *Congregatio militaris de Lilio apud Italos.*

133 *Congregatio militaris equitum pierũ apud Italos.*

134 *Congregatio militaris Sãcti Spiritus apud Gallos.*

135 *Congregatio milit. Lauretana apud Italos.*

136 *Congregatio militaris ſanguinis ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti apud Mantuanos.*

137 *Congregatio militaris Balnei apud Anglos.*

138 *Congregatio militaris Cardui ſancti Andreæ apud Scotos, ubi de cõgregatione Ruta, apud eoſdem.*

139 *Congregatio militaris Elephantorum apud Danos.*

140 *Congregatio militaris Cypri.*

141 *Congregatio militaris Seraphinorũ apud Suecios.*

142 *Congregatio militaris Gladiorum, & Gallæ apud Suevos.*

143 *Congregatio militaris Calza apud Venetos.*

144 *Congregatio militaris Hungarica.*

145 *Congregatio militaris S. Gerionis.*

146 *Congregatio militarũ navium apud Galos, ubi de congregatione navis apud Neapolitanos.*

147 *Præcedentis tractationis de religioſis congregationibus clauſula.*

148 *Vtrum ſit differentia inter ſervos, & originarios.*

In textu

IN textu. Vide *Mayol. de irregul. lib. 1. cap. 35. Suar. de cenſur. diſput. 51. ſectione 3. num. 15. Gregor. Lopez partit. 1. titul. 7. lib. 6. Gloſſa 1.* qui textus meminit.

In textu, ibi, Religioſis congregationibus. Queres primò quæ ſint hæ religioſæ congregationes? Reſpondeo eſſe eas, quæ approbationem à ſede Apoſtolica acceperunt, ſine qua nec dici, nec eſſe religioſæ poſſunt, iuxta textum *in cap. ult. de religioſis domibus, & cap. unic. eodem titulo in 6.* de quo videndus *Azor tom. 1. lib. 11. cap. 24. quæſtione 5. Leſſius lib. 2. de iuſtitia capit. 41. num. 13. Bellarmin. lib. 3. de monach. cap. 4. Sanches lib. 7. de matrimonio diſput. 25. numer. 10. & tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 1. numer. 15. Suar tom. 3. de religion. lib. 2. cap. 15. à num. 1. apud quos alij.*

Queres ſecundo quot hodie numerentur in eccleſia catholica congregationes religioſæ? Reſpondeo numerari plures, atq; eas in triplici differentia. Sunt enim religioſæ congregationes, quæ mendicantes appellantur, ſunt quæ monachales, & non mendicantes, ſunt quæ equeſtres, ſive militares. Sed quia has perſequi ſub diſtinctione mendicantium, monachalium, & Equeſtrium, habet plurimum obſcuritatis, placet magis eas ordine nominare, quo ipſæ erectæ, & inſtitutæ ſunt. Ne tamẽ labor hic noſter ita ieiunus ſit, ſi in dinumeratione tantùm perſiſtat, dicam de ſingulis, à quo ſint fundatæ, quo anno, ſub quo Pontifice, & Imperatoribus, quem habitum geſtent, quot provincias, monaſteria, & religioſos contineãt, quo loco Romæ habeãt domicilĩu, ut cum videas in capite eccleſiæ catholicæ commorari, credas talem, vel talem religioſam congregationem á nobis denominatam, verè extare, dicam potremo de Authoribus apud quos talium congregationum religioſarum mentio aliqua honorifica invenitur, ut legenti, & cupienti plura ſcire via à nobis aperiatur, & in primis occurrit.

Congregatio Carmelitanorũ. Inſtituta ſub vita Eremitica, ſine votorum obligatione, ab *Elia* Propheta magno, in Carmelo monte Syriæ, unde nomen deduxit, anno creationis mundi 3123. ante Chriſti advẽtum 930. Summo Iudæorum ſacerdote Azaria, Rege Iuda Ioſaphato: Iſraelis Achabo: ut eleganter confirmat *Iacobus Salianus ſocietatis Ieſu to. 4. Annaliũ legis veteris anno mundi 3123. n. 8.* Suſceperunt poſt Chriſti adventum, *Elia* ſucceſores Carmelitani Chriſti fidem, cum baptiſmo, ac vota ſubſtantialia religionis emiſere, non verò antea, ut probat eleganter *Suar. tom. 3. de relig. lib. 3. toto cap. 1.* Nata Carmelitanis Eremitis primum regula eſt inſcriptis á *Ioãne 44. Patriarcha Hieroſolymitano, qui floruit circa annũ 440. Deinde ab Aymerico Patriarcha Antiocheno legato Apoſtolico, anno 1141.* ſub Innocentio II. Tertiò acceperunt regulam, quam nũc ſervãt, ab *Alberto Patriarcha Hieroſolymitano*, antequam urbs Hieroſolyma caperetur à *Saladino Ægypti Sultano, anno plus, minus vè 1171.* Confirmata eſt regula Carmelitana unà cũ religione, ab *Alexandro III. anno 1180. ab Innocentio III. anno 1199. ab Honorio III. anno 1216.* Moderata eſt regula quoad *ieiunia, eſum carnium, clauſuram, & alia nonnulla* ab *Innocentio III. anno 1248. ab Eugenio IV. anno 1431.* á quoetiam acceperunt Carmelitani palliũ album, ſublato verſicolore ex albo, & rubro, quod ab *Alberti* temporibus, uſq; ad Eugeniũ IV. deferre cõſueverant. Secuta poſtremò eſt multorum Pontificum confirmatio. Regulã hanc candẽ, ſed ſine moderationibus Innocentij, & Eugenij, maxime Eugenij, *de quibus ſupra*, ſervat familia Carmelitana *diſcalceata*, incepit à ſanctiſſima Virgine *Tarafia*, approbata eſt à Gregorio XIII. anno 1580. Diſcivit à reliquo corpore ordinis cum proprio Generali à Clemente VIII. ſibi dato, anno 1595. ut cõſtat ex cõſtit. ipſius Põtificis data Romæ 20. ſept. anno 1595. eſt 71. ipſius Pontificis in bullario. Habet familia utraq; Carmelitana habitũ latis notũ, nimirum tunicam, & ſcapulare coloris canuſini, palliũ album, corrigia oſſe fibulata percingitur. Habet utraq; Romæ domicilia; Calceata ad *S. Iulianum* ad trophæa Marij ad S. *Martinum*, ad S. *Mariã tranſpontinam*. Calceata ad S. *Mariam ad ſcalam*, ad *S. Paulum fontis felicis*, nũc *S. Mariam de victoria*, ad S. *Annã* Generalis familiæ Calceatę durat ad ſexenniũ, habet ſub ſe provincias 33. Familiæ diſcalceatæ Generales duo ſunt, Italus, & Hiſpanus, ſub Hiſpano, qui per ſexẽnium durat, ſunt provinciæ ſex, in quibus pluſquã centũ monaſteria numerantur: ſub Italo, qui triennium non excedit, ſunt provinciæ 8. in quibus ingens monaſteriorum numerus. Agunt de Carmelitana familia, Carmelitani. *Arnoldus Boſſius de illuſtribus viris ordinis ſui. Baptiſta Stiparolius tract. de illuſtribus viris ordinis ſui. Baptiſta Ferrarienſis in Chronic. Carmelit. Guillielmus de Jamaco tract. de amiſſione monaſteriorũ terræ, & de ſui ordinis multiplicatione per Europam, floruit anno 1280. Guillielm. Stanafeldus, de hiſt. ſui cœnobij floruit anno 1290. Guillielmus Grena in Hagiologo Carmelitanorum, Ioannes de aqua veteri in faſciculo temporis tripartito ordinis Carmelit. floruit anno 1492. Ioannes Palionydorus in faſciculo ordinis, ſive de antiquitate Carmelit. cũ vitis ſanct. ſui ordinis, floruit anno 1490. Ioannes Maria Politianus in vexilo Carmelitano, & in mari magno floruit anno 1498. Ioannes à Chinivero in ſpeculo inſtit. ordinis Carmel. floruit anno 1340. Ioannes de Gauda in faſcic. tempor. ordinis, floruit anno 1495. Ioannes de ſancta Maria in Chronicis Carmelitarum diſcalceatorum floruit hoc ſæculo.*

Laurentius Borellas in tractat. de viris illustr. ordin. Carmelit. floruit anno 1498. *Martinus Italus de sanctis doctoribus ordin. Carmelit. floruit anno* 1410. *Petrus Cucius de ortu vitig. Carmelit. Thomas de Scorpo in tractat. de origin. religion. Carmelit. Thomas de Iesus ex familia Carmelit. discalceat. super regulam Carmelitarum Ioannis Patriarchæ Hierosolymit, & in tractat. de origen. & religion. Carmelit.* Præter domesticos, S. *Antoninus* 3. *part. tit.* 16. *cap.* 1. §. Bl *Cassan. in Cathalog. gloria mundi part.* 4. *consid.* 7. *Polyd. Virgil. de invent. rerum lib.* 7. *cap.* 3. *Genebrardus sub Innocentio III. Panuinus in Chronic. anno* 1441. *Illesc. in Pontific. lib.* 5. *capit.* 32. *Nauclerus volum.* 2. *generat.* 41. *anno Christi* 1215. *Villegas in vita Eliæ prophetæ, Baronius tom.* 12. *anno.* 1118. *ubi Spondanus, Biciola. Bzovius Hieronymus Romanus in Repub. Christiana, Plato de bono statu religion. lib.* 2. *cap.* 22. *Iacobus Gualterus societatis Iesu in tabula Chronographica, seculo.* 10. *pag.* 651. *Bellarmin. in Chronologia sub Celestino III. anno* 1191. *Iacobus Salianus tom.* 4. *Annal. legis veteris anno mundi* 3139. *num* 18 *Ioannes Marques de vera origin. Eremit sancti Augustini cap.* 14. §. *nono. Paulus Morigia de origine religion. Itale, lib.* 1. *cap.* 30. *Sylvest. Marulus in Occeano religionum Italè lib.* 4 *pag.* 279. *Pancirolus in Thesauris urbis Romana Italè in regione montium Eccles.* 17. Ex scholasticis *Vvaldensis Carmelit. tom.* 1. *titul.* 4. *de sacramentalibus cap.* 84. *& tom.* 3 *titul* 9 *capit.* 89. *numer.* 10. *Azor tom* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *Rodrig. tom.* 1. *de regul. quæstione* 5. *articul* 5. *Carolus Tapia Authent. ingressi de religiosis domibus,* verbo, *monasteria, Miranda tom.* 1. *Manual religios. quæstione* 4. *articul.* 7. *Suar. tom.* 3. *de relig. tract.* 7. *lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. *& tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap. ultim.* Festum *magni Eliæ,* tanquam fundatoris, & patroni agunt Carmelitani ex bulla Apostolica, 20. Iulij. *Elisæi.* 14. Iunij. Diva Tarasia celebratur 5. Octobris.

5 Congregatio Cruciferorum.

Sic dicta à Cruce, quam religiosi manibus circumferunt instituta (ut eius familiæ scriptores volunt) à *sancto Cleto summo Pontifice,* anno Christi 83. Imperatore Diocletiano. Renovata est hæc familia à *S. Cyriaco* episcopo Hierosolymitano, & martyre post inventam Christi Domini crucem à S. Helena Constantini Imperatoris matre, anno plus, minus ve 358. item ab *Vrbano* II. anno 1087. ab *Alexandro* III. & Celestino III. anno 1197. & ab *Innocentio* III. sed præsertim à Pio II. in Concilio Mantuano anno 1460. huius Pontificis decreto ferunt Cruciferi manibus cruces argenteas, & alicubi in pectore, ex albo, & rubro pano: utuntur etiam habitu cæruleo, cum ante hũc Pontificem indiscreto colore vterentur. Seruant regulã sancti Augustini. Habuere priscis temporibus plusquam ducẽta monasteria per Italiam, Germaniam, Galiam, Hispaniam, Dalmatiam, Græciam, Syriam, nunc intra 1
Italiam continentur, ubi in provincijs quinque, quina super quinquaginta possident monasteria, illorum institutum est hospitalibus inservire, hospitalitatem colere. Sunt Romæ 2
ad *Sanctam Mariam in Trivio. Pancirol. in Thesaur.* Agunt de Cruciferis *Marcus Antonius Boldus, & Benedictus Leo, historiti eiusdem familiæ Polid. Virg. de invent. rerum lib.* 7. *capit.* 3. *Tarcanbota, Italè in historia universali par.* 2. *lib.* 13. *Piala vniversale Garzonij, Plato de bono stat. religion. lib.* 2. *capit.* 22. *Morigia de origin. religion. lib* 1. *cap.* 31. *Sylvest. Marul. in Occean. lib.* 1. *pag.* 48. *Iacobus Gualter. in tabula Chronograph. anno* 1197. *pag.* 655. *apud quem Genebrard. eodem anno. Panuin. anno* 1169. *Azor tom.* 1. *lib.* 13. *capit.* 11. *Rodrig. tom.* 1. *regular. quæstione* 3. *articul.* 11. ubi ait *huius esse familiæ Cruciferos cum stola ordinis hospitalitatis sancti Antonij per Hispaniam.* Legendæ præterea Constitutiones Pij. V. 59 Gregorij XIV. decima tertia in Bullario. Festum *S. Cleti* 26. Aprilis, de eo *Baronius in Martyrolog. Romano in notis eiusdem diei, & tom.* 1. *Annal. anno* 93.

Congregatio Sancti Basilij. 6

Ab eodem *S. Basilio magno,* instituta est, anno 369. Pontifice Felice II. Imperatore Iuliano Apostata. Crevit maximè hæc familia per Orientem, translata est etiam ad Occidentem, ubi adhuc durat. Vestiuntur monachi nigro colore, est *sancti Basilij,* monasterium prope Romam, appellant *Grotta ferrata,* de reliquis monasterijs tum per Europam; tum per Aziam, mihi satis non constat. Agunt de religione *sancti Basilij sanctus Antoninus* 2. *part. histor. titul.* 15. *cap.* 12. *Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi, part.* 4. *consid.* 54. *Morigia lib.* 1. *capit.* 16. *Sylvest. Marulus in Occean. lib.* 1. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *capit.* 21. *quæstione* 2. *Miranda tom.* 1. *Manual religios. quæstione* 4. *articul.* 1. *Suar. tom.* 4. *de religion. tractat.* 9. *lib.* 2. *cap.* 1. *Plato de bono stat. religiosi lib.* 2. *c.* 22. *Romanus in Repub. christiana lib.* 6. *cap.* 6. Placet post familiam *sancti Basilij* hîc inferere congregationem *Armenorum* quam suspicantur *Morigia lib.* 1. *cap.* 56. *Sylvest. Marul. in Occeano lib.* 5. *pagin.* 367. sic appellatam, quód ex Armenia in Italiam translata sit, ubi per aliquot annos eius religiosi habitum *sancti Basilij* portarunt, servarunt eius regulam, & cœremonijs græcis ex beneplacito summorum Pontificum usi sunt; verum decursu temporis, quia insolens videbatur eius viuendi mos apud Latinos, regulam *sancti Augustini,* assumpserunt, cum habitu religiosorum *sancti Dominici,* præter scapulare, quod nigrum adhuc retinent. Cæterum quo id anno fecerint, aut in Italiam venerint, omnino incertũ est. Possidet Congregatio hæc per Insubriam, & Liguriam mona-

monaſteria ſex, præter Neapolitanum, Venetum, & Anconitanum. Generalis ad triennĩ durat, caput congregationis Genuæ ſitum eſt, diciturque Sanctus Bartholomeus, inde Armeni, *Bartholomiſta* per Italiam dici ſolent. De illis *Morigia, & Sylveſter Marnius* ubi proximè.

7 **Congregatio Eremitarum ſancti Auguſtini.** Inſtituta ab eodem *Sãcto Auguſtino* anno 390. Summo Pontifice Syriaco, Imperatoribus Occidentis Gratiano, Orientis Theodoſio. Supponitur hæc familia inſtituta ante Cõcilium Lateranenſe, celebratum ſub Innocetio III. anno 1215. *cap. Religionum de Religioſis domibus in 6.* Item habere per Luſitaniam monaſteria *c. Inſinuãte de Religioſ. domibus.* Aucta eſt hæc familia ſupplemento multarum aliarum, quę nomine habitu, & regula ſancti Auguſtini circumferebantur ſub *Innocentio* IV. anno 1243. & *Alexand.* IV. anno 1256. procurante, & agente Cardinali *Richardo de ſancto Angelo*, confirmata deinde eſt ab ſubſequentibus Pontificibus, ut patet in multorum bullis, quas refert *Fr. Laurentius de Empoli in ſuo bullario Auguſtiniano.* Eſt & familia Eremitarum diſcalceata, nata ſub Clemente VIII. anno 1598. qui eidem habitum, quem elegerat, deſignavit, nimirum nigrum cum corrigia, ſed ex viliori pano, nec ita oblongis veſtibus, ut portant Auguſtiniani calceati: unus, idemque Generalis utramque familiam moderatur, durat per ſex annos, habet ſub ſe provincias quadraginta quatuor, cum infinita cœnobiorum multitudine: ſingula tranſcribit in Cathalogum *Nicolaus Cruſenus Auguſtinianus in ſuo monaſtico*, illum adi. Vtraque etiam familia Romæ monaſteria ſua, *mitigata*, ſive *calceata* ad *ſanctam Mariam de populo, ad ſanctum Auguſtinum, diſcalceata, ad ſanctum Guillielmum, ad ſanctam Nicolaum, ad ſanctum Antoniam Abbatem. Pancirorol. in Theſauro.* Sub regula ſancti Auguſtini, præter Canonicos regulares, de quibus *num. ſequenti*, militant congregationes *ſancti Antonij Eremitæ Crucifererorum per Italiam, S. Spiritus in Saxea; De pœnitentia ſcil. Prædicatorum ſancti Pauli Eremitæ; Mercenariorum, Servitarum, Crucifererorum per Germaniam, Galliam, & Belgium, Bonorum hominum, Pœnitentiæ Magdalenæ, Mulierum pœnitentium, Charitatis noſtræ Domina, Hoſpitalierũ Alexianorũ Ieſuatorum, S. Brigitæ, ſancti Hieronymi per Hiſpaniam, Clericorum vitæ communis, ſancti Hieronymi in Piſis, ſancti Hieronymi in Feſtulanis, ſancti Ambroſij ad nemus, Apoſtolinorum Clericorum, boni Ieſu Ravenatis, Clericorum ſancti Pauli de collatio, Theatinorum, Somaſchinorum fratrum Ioannis de Deo Luſitani, ſancti Pauli Eremitæ per Hiſpaniam, Clericorum miniſtrorum infirmantium Pœnitentiæ ſanctæ Ioannis Baptiſtæ; Clericorum ſanctæ Mariæ de Luca, Eremitarum ſancti Pauli per Gallĩã, Clericorum ſcholarum piarum.* Agunt de familia Eremitica ex Eremitis. *Arnoldus de Duſco in tractatu de viris illuſtribus ordinis Eremit. Fr. Hieronymus Roman. in Chronic. Eremitic. B. Iordanus in vitis fratrum Eremit, & in Apologia ordinis, Ioſephus Pamphilius in Chronic. Eremit. Fr. Ioannes Marquès de origine Eremitarum ſancti Auguſtini, Ludovico Furtado tractatu de incremento ordinis Eremit. Ludevicus de Angelis Luſitanus, de vita, & laudibus ſancti Auguſtini, Nicolaus Conſentius in monaſtico Auguſtiniano, Paulus Venetus tractat. de ortu, & progreſſu ordinis Eremit. Petrus Rena in tractat. de origine ordinis Auguſt.* Præter hos. *Garibai in compendio lib. 7. cap. 57. anno 398. Caſſan. in Catalog. part. 4. conſiderat. 71. Severinus Binius in Honorio quarto Illeſc. in Pontific. part. 1. lib. 2. capit. 8. Ioannes de ſancta Maria in Chronic. Carmelit. diſcalceator. tom. 1. part. 2. capit. 54. Anton. Tepes in Chronic. ſancti Benedicti tom. 3. centur. 4. anno Chriſti 817. cap. 3. & tom. 4. cent. 4. anno Chriſti 850. Franciſcus Magni lib. 5. annal. Valentiæ, cap. 8. Eſculan. lib. 9. hiſtoria Valent. cap. 20. numer. 2. Villegas in vita ſancti Auguſtini, ubi Petrus Ribadeneira Thomas de Ieſus Carmelit. diſcalceat. ad regulam Carmelit. 2. part. dub. 6. Petrus Maturut in annotat. ſancti Antonini. 3. part. titul. 24. cap. 14. §. ſecundo Plato de bono ſtat. religion. lib. 2. capit. 22. Baronius tomo 6. annal. anno 563. & 564. Vincentius Beluac. in ſpecul. hiſtorial. lib. 25. cap. 50. Nauclerus tolum. 3. Generat. 41. anno Chriſti 1215. Genebrard. in Chronic. anno Chri 1153. & 1216. Chopin. lib. 2. Monaſticon. tit. 1. numer. 32. Bellarm. in Chronol. anno Chriſti 1241. Barnab. de Mentalvo in Chronic. Ciſtercienſi. lib. 1. cap. 58.* Ex ſcholaſticis *Azor tom. 1. lib. 12. cap. 23. quæſtione 2. Navarr. comment. 4. Sorbus in compendio mendicantium, Tapia de religioſis domibus; Authent. ingreſſi capit. 18. numer. 1. & 2. Summa Angelica*, verbo, *Religioſus, Emmanuel Rodrigues tom. 1. regular. quæſtione 2. articul. 4. Miranda tom. 1. Manual religioſ. quæſtione 4. artic. 6. Suar. tom. 4. de religione tractatu 9. per duo capit. vltima.* Feſtum *ſancti Auguſtini.* 28. Auguſti.

8 **Congregatio Canonic. regul. S. Auguſt.** Inſtituta ab *Apoſtolis* ſtatim poſt Chriſti Domini Aſcẽſionem, recepta à *ſancto Iacobo minore Apoſtolo*, & Hieroſolymæ Epiſcopo, in eccleſia ſua Hieroſolymitana ab D. Marco Evangeliſta in Alexandrina, & ab alijs alibi ſuſcitata, & quaſi denuò erecta á ſancto Auguſtino in civitate Hiponenſi anno 397. *Septem poſt familiã Eremiticam erectam*, Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio. Diviſa eſt congregatio Canonicorum in varias familias, quarum præcipuæ numerantur. *Lateranenſis, ſancti Fridiani, ſancti Roſi, Sancti Arnulfi*

Areaſia, Sancti Victoris, Permonſtratenſis, ſancti Sepulchri, Mantuana, ſancti Crucis Conimbricenſis, Vicendiſemienſis, vallis viridis, Frigionaria, Scopetina, S. Georgij in Alga, ſancti Spiritus Venetiarum, ſancti Petri de monte Corbulo, de quibus ſuis locis. Agunt de Canonicis regularibus *Richardus Anglicus theologus Pariſienſis, & Canonicus regularis ſancti Victoris, in Chronic. Canonicor. regul. Ioannes Trithemius Argentinus in libro, quem ſcripſit: arda Canonicorum regularium: Ioannes Maubonus, ſive Mauberus, ſive Maburnus, aliter Ioannes Bruxellenſis in Chronic. Canonic. regul. Ioannes Maulinus in Chronicis Canonici ordin. Ioannes de* Nigravalle *Bibliothec. Apoſtolic. in epilog. Chronic. Petrus Canonicus Lateranenſis, in origine Canonic. regular.* Ex Scholaſtic. *Azor tom. 1. lib. 12. cap. 22. Miranda tom. 1. Manual. relig. quæſtione 4. artic. 13. apud quem Plato de bono ſtatu religi lib. 2. cap. 25. Romanus lib. 6. de Repub. chriſtiana cap. 4. & 16. Rodrig. tom. 1. regular. quæſtione 3. art. 1. Suar. tom. 4. de religion. tractat. 8. cap. 7. à num. 2.*

9 ## Congregatio Canonicorum regularium Lateranenſium.

Dicta Lateranenſis ab eccleſia *S. Ioannis* Laterani in urbe, ubi collocatum aliqui credunt ab *S. Leone magno* Pontifice intra annum 440. & 457. Vt inuenies apud *Cæſarem Franceotti clericum regularem ſancta Mariæ de Luca, in hiſtoria ſacra Lucenſi edita anno 1613. Italè in eccleſia, & monaſterio ſancti Tudiani ſtatim in principio*, ſive ut vult Onuffrius Panvinus de ſeptem ſtationibus vrbis, ubi de eccleſia Lateranenſi, ab *ſancto Gelaſio* Papa ſancti Auguſtini diſcipulo, ab anno 555. & deinceps, durante ibi eadem familia per 800. annos, uſque ad pontificatum Bonifacij 8. qui ſublatis Canonicis regular, ſancti Auguſtini ſæculares introduxit anno 1300. Reformata eſt congregatio Lateranenſis à congregatione *Frigionaria*, de qua nos infra *numer.* 64. Induuntur Canonici regulares Lateranenſes tunica, & pallio albo, rocheto ex byſſo tenuiſsima, pileum item nigrum portant, habent Romæ monaſterium ad *Sanctam Mariam de pace*, poſsident multa, eáque pulcherrimam per Italiam, de quibus *Penetus latiſsimè*. Agunt de Canonicis regularis Lateranenſibus Hiſtorici, & Auctores, quos præcedenti numero pro canonicis citavimus, vide præterea *Morigiam lib. 1. capit. 8. Sylueſtrum Marulum in Occean. religion. lib. 1. à pagina. 1.*

10 ## Cõgregatio ſancti Benedicti.

Inſtituta ab eodem *ſancto Benedicto* anno 500. Pontifice Symacho, Imperatore Occidentis Theodorico Gotho, Orientis Anaſtaſio. Militant ſub regula *ſancti Benedicti* ſequentes faliæ, omnes à monachis ipſius inſtitutæ. *Cluniacenſis, Camaldulenſis, vallis umbroſa, Ciſtercienſis, fontis Ebraldi, ſancti Guillielmi Vercellenſis, ſancti Guillielmi Ducis Aquitaniæ*, licèt à principio habuerit regulã S. Auguſtini, *Gilbertina, Humiliatarum; Floriacenſis, vallis Caſelium, Sylveſtrina, Cæleſtinorum, Olivetana*; præter militares, de quibus ſuis locis. Habitus monachorum *ſancti Benedicti* ſatis notus eſt, tunica, ſcapulare, cuculla, ſive clamis, omnia ex nigro colore, cũ corrigia fibulata. Cæterum hodie congregatio *ſancti Benedicti* deviſa eſt in *quinque celebriores congregationes*, ab ſe invicem independentes. Prima eſt Itala, quæ nunc dicitur *montis Caſini*, antea dicebatur *ſancti Iuſtinæ Patauinæ*, de qua infra, incæpit anno 1408. ut infra dicam, habet per Italiam pluſquam 66. monaſteria. Secunda Germanica, appellatur *Burſfeldenſis*, à monaſterio S. Thomæ Apoſtoli, & S. Nicolai Epiſcopi in *Burſfeldia*, diœceſis Muguntinæ, cæpit anno 1420. floret per utramque *Germaniam*, habet pluſquam centum quinquaginta monaſteria. Tertia *Gallica*, dicitur *Caſalis Benedicti*, à monaſterio in eo pago fundato, incæpit anno 1516. Vt videre eſt in diplomate Leonis 11. dato 1. Decembris eodem anno, habet ad decem monaſteria religioſorum quinque, totidem fœminarum. Quarta *Hiſpana*, dicitur congregatio *Valliſoletana*, ab monaſterio in urbe vallisoleti erecto, Congregationis capite, incepit anno 1520. habet pluſquam quadraginta monaſteria. Quinta *Luſitana*, eſt monaſterium reformationis caput Sanctus Martinus de Tibaes in regione Interamnenſi nõ lõge à noſtrate Bracara Occidentẽ verſus, incæpit annoo 1549. cõtinet plus, minus ve viginti virorum monaſteria, nam monialium plura ſunt, ſed Ordinarijs parent. Abbas, Generalis, & reliqui locales ad triennium durãt, eliguntur in capitulo, quod tribus quibuſque annis in monaſterio S. Martini de Tibaes celebratur. Habet congregatio ſancti Benedicti, præter alia celebre Romæ monaſterium S. *Pauli extra muros*. Agunt de congregatione *ſancti Benedicti. Andreas ſancti Michaelis in tractatu de Pontificibus, Archiep. ſui ordinis Antonius Tepes in Chronic. ſancti Benedicti per plures tomos, Arnoldus Vvion. in ligno vitæ, Bernardus de Britto Luſitanus in Chronic. Ciſtercienſi, Barnabas de Montalvo in Chronic. Ciſtercienſi. Guillielm. Dameſius de ſui cœnobij geſtis, Zoalinus Brachelone in Chronic. ſui cœnobij, Leo Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis in Chronic. Caſinenſi, cum annotationibus Matthæi Laureti Hiſpani monachi Caſinenſis & Prioris ſancti ſalvatoris de Caſtellis prodiji Neapoli anno 1626. Romanus Syncerus ſiculus in hiſtoria monaſterij ſancti Martini de Panerino, & ſancti Nicolai de Arenis, Thomas Caſtelforda, de geſtis ſui cœnobij, Thomas Vvintehecombe in Chronic. ſui cœnobij, Valdicus, ſive Hermicus Helinger in Chronic.*

in Chronic. ſui monaſterij anno 1229. Præter hos *Sãctus Antonin.* 2. *part. hiſt. tit.* 15. *c.* 12. *Caſſan. in Catalog.* 4. *part. conſid.* 50. *Polyd. de invent. rerum lib.* 7. *cap.* 2 *Plato de ſtat. relig lib.* 2. *cap.* 22. *Illeſc. lib.* 3. *cap.* 61. *& lib.* 6. *cap.* 30. *Pontif. Marques de vera origine Eremit. S. Auguſtin cap.* 11. §. 1. *cum multis Gualterus in tabul Chronograph. ſæcul.* 5. *anno* 494. *Baron. eodem anno* 494. *& anno* 529. *Gualterus iterũ ſæcul.* 6. *anno* 529. *ubi cum Trithemio Chaconio, Genebrardo, & alijs.* Ex Scholaſt. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *q.* 2. *Rodrigues tom.* 1. *regular quæſt.* 3. *art.* 2. *Miranda tom.* 1. *Manual religios, q.* 4 *artic.* 2. ubi adducit *Roman. in Repub. Chriſtiana, & alios. Carolus Tapia de religioſis domibus Authent. ingreſſi,* verbo, *monaſteria. Suar tom.* 4. *de religione tract.* 9. *cap.* 2. per totũ. Feſtum *S. Benedicti* 21. Martij.

11 ## Cõgregatio Canonicorũ regulariũ S. Fridiani, ſive Frigidiani.

Inſtituta, ſeu potius reformata eſt ab eodem *S. Fridiano* Epiſcopo Lucenſi: *Lucæ* intra annum 560. & 588. quo duravit eius epiſcopatus.

12 Fuit *Sanctus Fridianus* Regis Hibernorum filius, deinde factus chriſtianus, & ſacerdos. Italiam veniens Lucæ Epiſcopus creatus eſt, ubi vitam finivit anno 588. ſcripſit eius vitam Cæſar Franceotti in hiſtoria ſacra Lucenſi. De hac congregatione, quæ fere eundem habitũ gerit, atque Lateranenſis, ſcribit idem *Franceoti in vita S Fridiani, Sylveſter Marulus in Occean. religion. lib.* 1. *pag.* 4. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *quæſt.* 3. ubi refert *Volaterranum.*

13 ## Congregatio Cluniacẽſium.

Sic dicta à primo eius monaſterio *Cluni* in diœceſi Matiſconenſi; *Maſcon* in Gallia inſtituta à *ſancto Odone* monacho Benedictino, ſub regula *S. Benedicti*, anno 910. Pontifice Anaſtaſio 3. Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone 6. veſtiuntur monachi eodem habitu, quo Benedictini, habent Romæ eadem monaſteria, quæ familia Sancti Benedicti, cum pene omnia ſint ex reformatione *ſãcta Iuſtinæ*, ſive *Caſinenſis* Agũt de hac familia pene omnes, quos retuli, pro familia ſancti Benedicti; Aũde *Conradum Germanum de geſtis Abbatum in monaſterio Schyrenſi; Antonin.* 2. *part. tit.* 15. *cap.* 13. §. 2. *Caſſan. in Cathalog.* 4. *par. conſiderat.* 55. *Vincent. in ſpecul. hiſtor. lib.* 25. *Polyd. de invent. lib.* 7. *cap.* 2. *Baronium anno* 912. *Bzovius tom.* 2. *lib.* 9. *eccleſ. hiſt. anno* 912. *num* 9. *Genebrard. in Chronol. anno* 826. *Bellarmin. in Chronol. anno* 910. *Onuſfr. in Chronic. anno* 913. *Chacon. in Gregorio* 9. *anno* 912. *Hieronym Roman. in Repub. chriſtiana lib.* 6. *c.* 9. *Sylveſt. Marul. in Occean. lib.* 2. *Morigiam lib.* 1. *cap.* 23. Ex Scholaſt. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *quæſt.* 2. *Rodrigues tom.* 1. *regul. quæſtione* 4. *Miranda tom.* 1. *manual. relig. quæſtione* 4. *articul.* 2. *Suar. tom.* 4. *relig. tractat.* 9. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 1. Feſtum *ſancti Odonis* 18 Novẽbris. De eo *Baron. Martyrolog. & anno* 942. *Gualter in tabula Chronograph. ſæculo* 10. *anno* 492. *pag.* 614.

Congregatio Camaldulenſiũ. 14

Sic dicta à valle *Camaldula* in Tuſcia *Toſcana*, non longe à Florentia inter Apenini iuga; inſtituta à *ſancto Romualdo* monacho Benedictino ſub regula *ſancti Benedicti* anno 967. Pontifice Ioanne 13. Imperatoribus Occidentis Othone, Orientis Nicephoro Phoca. Veſtiuntur monachi albo colore, tunica, ſcapulario, & pallio, item galero albo: habent Romæ monaſterium ad *ſanctum Gregorium* in monte Celio, ad ſanctũ Antonium Abbatem, ad S. Macutum. Eſt & alia familia Camaldulenſis reformata, quam appellant *Montis coronæ* inſtituta à nobili quodam veneto monacho Camaldulenſi *Paulo Iuſtiniano* anno 1520. Pontifice Leone 10. Imperatore Carolo 5. Solymano tyranno Orientis, utuntur eodem fere habitu, ſed viliori, habent Romæ monaſterium ad S. *Leonardum*. De familia Camaldulenſi agunt ex profeſſo *Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis per totum lib. hiſtoria Camaldul Iacobus Maſſa Franciſcanus in hiſtoria montis Alvernie in Italia. Sylvanus Roizius de ſacra Eremo Camaldulenſi Ioannes de Caſtavila in hiſtoria ſancti Romualdi, Auguſtinus Fortunius Florent. in octo lib. hiſt. Camaldulenſi.* Præter hos *Illeſc. lib.* 4. *Pontific. cap.* 75. *Baronius anno* 974. *& anno* 977. S. *Antonin* 2. *part. tit.* 1. *cap.* 15. *Caſſan. in Catalog. part.* 4. *conſiderat.* 54. *Gualter. in tabul. Chronogra, h. ſæcul.* 10. *anno* 967. *Plato de bono ſtat. religioſ. lib.* 2. *cap.* 22. *Sylveſt. Marulus in Occean. lib.* 2. *pag.* 101. *Morigia lib* 1. *cap.* 25. *Rodrig. tom.* 1. *regul. quæſtione* 3. *articul.* 9. *Miranda tom.* 1. *Manual religioſ. quæſtione* 4. *articul.* 2. ubi refert *Hieronymum Romanum in Repub. Chriſtiana lib.* 6. *cap.* 9. *Azor tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *Suar. tom* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 3. *á num.* 7. De familia reformata Camaldulẽſi videbis *Sylveſt. Marulum in Occeano lib.* 2. *pag.* 108. *Lucam Hiſpanum de origine huius familiæ.* Feſtum *ſancti Romualdi* 1. Februarij, ubi *Baronius in Martyrolog.* & 19. Iunij.

Congregatio fontis Coryli. 15

A loco nomen ſortita, eſt *fontis Coryli*, in monte Apenino in radicibus montis Catriæ; Orientem verſus, quatuordecim millibus paſſuum diſtans ab Lugubio prope civitatem Calienſem *Calle* Ducatus Vrbini. inſtituta à *Landolfo* monacho Benedictino, & ſub regula *Sancti Benedicti*, anno 1008. Pontifice Ioanne 18. Imperatoribus Occidentis Henrico ſecundo, Orientis Baſilio, & Conſtantino. Incæpit habitare hanc ſolitudinem venerabilis monachus *Petrus Damiani*,

to vol. 2. gener. 37. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 1. pag. 6. Addit *Onuffrius in Chronic. ann. 1062.* reſtitutũ eſſe Romæ, & in Italia ab Alexandro 2. inſtitutum Canonicorum regularium. Feſtum *S. Arnulfi.* 15. Auguſti.

19 **Congregatio Canonicorum regul. S. Rufi.** Inſtituta eſt (ut multi volunt) à *S. Rufo*, S. Pauli Apoſtoli diſcipulo, de quo ipſe ad *Roman. cap. 16. nu. 13. Ex me ſalutem dicite Rufo, ſelecto in domino, eiusq́, matri, quam non aliter, atq́, meam matrem obſervo.* Hunc ſcribit *Dorotheus in ſynopſi*, fuiſſe Thebarum epiſcopum, addit *Ioannes Maurolicus in ſuo martyrol.* veniſſe poſtea Gallias, & Avenionis, *Anmham*, factum fuiſſe epiſcopum, ibiq́ introduxiſſe Canonicos regulares, de anno nihil omnino ſcitur. Cæterum *Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, tit. de Abbatijs, littera R.* verbo, *S. Rufus.* negat propterea hanc Congregationem dictam eſſe S. Rufi, quod eam S. Rufus inſtituerit, imò contendit S. Rufum nunquam fuiſſe Lugdunènſem epiſcopum, addit verò propterea ſic appellatam, quia præcipuum eius domicilium, & familiæ caput, erectum ſit ſub invocatione *S. Ruſi*, in urbe Valentina, *Valence*, in Gallia, cuius etiam nobilis prioratus eſt Lugduni, à quo mirum in modũ hæc familia nobilitata eſt, atq́ errandi occaſio orta, ut putaretur S. Rufus talis familiæ inſtitutor, citat *Miræum in origin. III. Choppinorum lib. 2. monaſt. tit. 1. nu. 20. Oldradum conſil. 204.* Huius congregationis leges, & ſtatuta accepiſſe Congregationem noſtram *S. Crucis Conimbricenſ.* auctor eſt *Marques de vera origine Eremit. Sancti Auguſtini, cap. 18. §. 4. & 5.* de quo nos infra *nu. 32.* Agunt de his Canonicis omnes, quos pro Congregatione Canonicorum citavimus *nu. 5.* Item *Sylveſt. Marul in occean. religion. lib. 1. pag. 5. Felippus Novarienſis in Chronic. pag. 32. Aymarus Falco in hiſtor. Antoniana, part. 2. tit. 22. cap. 3. Petrus Griſæus in hiſt. Canonic. ſect. 13. nu. 16. & 17.* Feſtum *S. Ruſi* in Martyrol. Rom. 21. Novemb. ubi *Baron.* Eſt alius item S. Rufus primus epiſcopus Avenionenſis 12. Novemb. ubi *Baron.*

20 **Congregatio Carthuſiana.** Dicta à valle Carthuſia *Certoſa*, nos *Cartuxa*, in diœceſi Gratianopolitana, *Grenoble*, in regno Galliæ, inſtituta à *S. Brunone*, ſub regula propria, anno 1084. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico 4. Orientis Alexio Conneno. Veſtiuntur monachi, ut religioſi Dominicani, ferunt tum Capuccium aſſutum tunicæ, & ſcapularis utranq́ alam connexam intra ſe ligula eiuſdem pani, & coloris infra utrunq́ latus, ferunt converſi ſcapulare nigrum. Tota religio ab uno generali eodemq́ perpetuò adminiſtratur, Capitulum cuiusq́ domus priorem ſuum eligit, confirmat generalis, durant ad arbitrum religionis. Provinciæ ſunt ſeptemdecim (totidem numerat *Miræus, Azor.* ubi, in fin. ſexdecim, cum 189. monaſterijs, & tribus millibus monachorum) monaſteria fere ducenta, habent Carthuſiani Romæ monaſterium ad S. Mariam de Angelis in Thermis Diocletiani. Agunt de hac familia ex profeſſo, *Arnoldus Boſtius in tract. de illuſtrib. viris ordin. Carthuſ. Henricus Arnoldus in Chronic. domus Carthuſienſium apud Baſilienſes, Henricus Friſo in Chronic. ordin. Petrus Dorlandus in Chronic. Carthuſi.* Item notæ *Theodori Petrai ad Chronic. Dorlandi.* Item *Bibliotb. eiuſdem Petrai. Miræus de origin. religion. lib. 2. cap. 45. & lib. origin. omnium per orbem Carthuſiarum domorum. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, tit. de generalib. pag 5. S. Antonin. 2. part. hiſt. tit. 15. cap. 22. §. 2. Caſſan. in Catbal. 4. part. conſid. 62. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 3. Baron. ann. 1086. Plato de bono ſtatus religioſi, lib. 2. cap. 22. B. Iovius tom. 2. eccl. hiſt. lib. 12. ann. 1084. nu. 4. Illeſc. in Pontif. lib. 5. cap. 9. Genebrard ann. 1084. Palmerius, & Onuffr. ann. 1086. Gualter. in tabula Cornograph. ſæculo 11. ann. 1086. pag. 631. Romanus de repub. chriſt. lib. 6. cap. 13, Morigia de origin. religion. lib. 1. cap. 27. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 2. pag. 124.* ex Scholaſt. *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 8. Miranda tom. 1. manual religioſ. q. 4. art. 3. Sanch. tom. 2. Decaleg. lib. 6. cap. 7. num. 21.* ubi alij *Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 4.* Feſtum *S. Brunonis.* 6. Octobris, de eo *Surius tom. 5. Ribadancira, eadem die. Baronius ad martyrol. Roman. 6. Octob.* & *ann. 1101. tom. 12. Bellarm. ſæculo 11. ann. 1086. Antonius Poſſevinus in apparatu, tom. 2.*

Congregatio S. Antonij Eremitæ. Inſtituta à *Guaſtone*, viro nobili, ac *Gerino* (alij *Girondo*) eius filio, *octoq́ alijs ſocijs*, in oppido Mota Vienenſis diœceſis, in Gallia, quod hodie *S. Antonij*, dicitur, à corpore S. Antonij eò allato ex urbe Conſtantinopolitana, per Iocelinum Caſtri Albenciani, & Motæ dominum, anno Domini 1095 Pontifice Gregorio 7. Imperatoribus Occidentis Henrico 4. Orientis Alexio Conneno, habet hæc familia curam Noſocomiorum, ubi curantur ij, quorũ membra ſacro igne, vulgo ignis S. Antonij, abſumuntur. Religioſi ſecuntur regulam *S. Auguſtini*, veſtiuntur nigro colore, ferunt in pectore pro inſigni *Tau*, græcum cærulei coloris, hæc forma T. Sunt Romæ in hoſpitali S. *Antonij*, ad S. Mariam Maiorem. Agunt de hac familia *hiſtor. Antoniana dicta*, quam teſtatur *Baron. tom. 11. ann. 1095. nu. ult.* ſumpſiſſe *Aymaram Falconem, eiuſdem familiæ Præceptorem*, ideſt *generalem*, ſic enim appellant generalem ſuũ. *Onuffr. in Chronic. ann. 1095. Caſſan. in cathal. part. 4. conſid. 65. Gualt. in tabula Chronographica, ſæculo 11.* 21

ann. 1095. *pag.* 631. *Aubert. Miraus de ſtatu religion. chriſtian. lib.* 1. *cap.* 24. & *originum monaſt. lib.* 1. *cap.* 3. *Claud. Robert. in Gallia chriſtian. tit. de Abbatijs, littera A.* verbo, *Antonius, Hieronym. Roman. in repub. chriſtiana, lib.* 6. p plura capita *Sylveſt. Marul. in occean. lib.* 1. *pag.* 53. *Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *q.* 8. *Miranda tom.* 1. *manual. religioſ. q.* 4. *art.* 14. *Oldradus conſil.* 211. Feſtum S. Antonij 17. Ianuarij, vide qui ſcribunt vitas ſanctorum.

22 Congregatio Canonicorũ regularium Aroaſiæ. Eſt *Aroaſia*, à duobus pijs ſacerdotibus erectum *Connone*, & *Holdemaro*, ſecundo fere lapide à Bapalma Arteſiæ oppido, verſus fines regni Galliæ, in diœceſi Atrebatenſi, *Arras*, *ann.* 1097. Pontifice Vrbano 2. Imperatore Occidẽtis Henrico 4. Orientis Alexio Conneno. Ab hoc monaſterio *Aroaſia*, familiæ Aroaſianæ capite, exordium, & nomen ſumpſit hæc congregatio, quo tamen tempore, id mihi ignotum eſt. Habuit frequentiſſima per Belgium, & Galliam monaſteria, quorum cathalogum deſcribit *Miraus, loco citando.* Porro hæc monaſteriorum ad Aroaſiam unio, iam deſijt, nec talis Congregatio hodie perſiſtit. De ea latè *Miraus origin. Canonic. regul. cap.* 10. *Cruſenius monaſt. Auguſt. p* 2. *cap.* 17. Multus eſt in laudanda hac familia, *Cardinalis Vitriacus*, apud *Miraum*, ubi proximè.

23 Congregatio Ciſtercienſium. Sic dicta à valle *Ciſtercio*, in diœceſi Cabilonẽſi, *Chalon*, in Burgundia, apud Gallos: inſtituta à S. Roberto monacho benedictino, & ſub regula *S. Benedicti, ann.* 1099. Pontifice Vrbano 2. Imperatoribus Occident. Henrico 4. Orient. Alexio Conneno. Induuntur monachi tunica alba, ſcapulari nigro, corrigia fibulata, percingunt ſcapulare funiculo coloſerico, utuntur etiam cuculla, ſive clauride undulata, pallio nigro cum equites incedunt. Numeravit hæc familia aliquando monaſteriorum viriliũ 1800. fœminarum 1400. Lege *Arnoldum Vion in ligno vitæ, lib.* 1. *cap.* 42. *Claudium Robertum in Gallia chriſtiana, tit. de Abbatijs, littera C.* verbo, *Ciſterciũ.* Habent Ciſtercienſes Romæ monaſteriũ ad *S. Crucem in Hieruſalem*, & ad *S. Vincentium*, & *Anaſtaſium martyres extra muros.* Eſt, & familia Ciſtercienſium diſcalceatorum, quam appellant *Folienſem*, ab imagine divæ Virginis inter folia depicta, quam in capite ſuæ familiæ colunt, utuntur albis veſtibus, & capuccio nimis ad humeros demiſſo, omnia expano vili, habet Romæ monaſterium ad *S. Pudentianam virgin. & martyrem ad S. Bernardam in Thermis Diocletiani.* ad S. Sebaſtianum *in regione Ripæ.* Agunt de Ciſtercienſibus *fr. Barnabas de Montalvo in Chronic. Ciſtercienſ. fr. Bernard. de Britto in Chronic. Ciſtercienſ. fr. Angelus Manriquius in laurea Evangelica*, præſertim *lib.* 3. *diſcurſ.* 6. & 7. *Otho Abbas in annalibus Abbatum prædeceſſorum, Chriſtophorus Gonçales de Peroles in vita S. Bernardi. S. Antoninus* 2. *part. tit.* 15. *cap.* 12. §. 18. *Caſan. in cathal. part.* 4. *conſider.* 58. *Polyd. de inventorib. lib.* 7. *cap.* 2. *Romanus de repub. chriſtiana, lib.* 6. *cap.* 12. *Plato de bono ſtatus religioſi, lib.* 2. *cap.* 22. *Baronius tom.* 11. *ann.* 1098. *Aubertus Miraus de ſtatu religion. chriſtiana, lib.* 1. *cap.* 22. & *de origine Ciſtercienſ. per totum tractatum. Illeſc. in Pontif. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *Gualterus, Palmerius, Genebrard. ann.* 1098. *Morigia lib.* 1. *cap.* 28. *Sylveſt. Marul. in occean. lib.* 2. *pag.* 153. *Robertus in Gallia chriſtiana*, loco proxime citato, ubi plures, & plura. Ex Scolaſtic. *Azor. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *Rodrig. tom.* 1. *regul. q.* 3. *art.* 5. *Miranda tom.* 1. *manual. religioſ. q.* 4. *art.* 2. *Suar. tom.* 4. *de religion. tract* 9. *lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 3. Feſtum S. *Roberti* 29. Aprilis, de eo videndus *Surius tom.* 2. *eodem die. frater Angelus Manriq. tom.* 1. *Concion. concion. de S. Roberto*, ubi plura, & præclara *Baronius, Molanus, Vſuardus* 29. *Aprilis. Sigibertus in Chronic. an.* 1098. *Vincent. in ſpecul. hiſt. lib.* 25. *cap.* 94. & 95. *Annales omnes ad annum* 5098.

24 Congregatio Canonicorum S. Victoris. Habuit hæc Congregatio nomen à monaſterio S. *Victoris*, prope muros Pariſiẽſes, abbatiali titulo illuſtri: ædificatum eſt à *Ludovico Craſſo Gallia Rege, ann.* 1113. ut referunt *Belforeſtius in ſua Cosmographia, Cruſenus in monaſtico Auguſtiniano, p.* 2. *cap.* 19. *Miraus in origin Canonic. Regul. cap.* 12. ubi grande *Vitriaci Cardinalis de Canonicis S. Victoris*, elogium tranſcribit, atq; ea enumerat cœnobia, quæ huic Congregationi paruerunt, tàm virorum, quàm mulierum. Cæterum deſijt iam hæc Congregatio, licèt monaſterium, quod toti præficiebatur, adhuc floreat. Fuere ex hac familia *Hugo, & Richardus de ſancto Victore, ſcriptores magni nominis.*

25 Congregatio fontis Ebraldi. Sic dicta à celebri fonte, iuxta quem primum huius familiæ monaſterium ædificatum eſt, in diœceſi Pictavienſi, *Puiers*, in Gallia: inſtituta à *B. Roberto Bleſio* (*Claudius Robertus in Gallia chriſtian. titulo de Abbatijs, litter. F.* verbo, *fons Ebraldi appellat Robertum Arbicellum*) Pariſienſi, monacho benedictino, & ſub regula S. *Benedicti.* De anno inſtitutionis non ſatis conſtat, oportuit fuiſſe ante 1117. in quo B. Robertus mortuus eſt. Sunt fere huius familiæ monaſteria duplicia, ideſt virorum, & fœminarum, muro diſtincta, præſidet, & viris, & fœminis Abbatiſſa, electa ſemper à monialibus, habet ſub ſe quinquaginta alia monaſteria. Videbis de hac familia *Baron. tom.* 12. *ann.* 1117. qui tibi erit inſtar omnium.

omnium. Si tamen plures deſideres, lege *Miræum de ſtatu religion. chriſtian. lib. 1. cap. 24. & de origin. monaſticor. lib. 2. cap. 10. Nembugenſem lib. 5. cap. 25. Ioannem Panchetum in Annalibus Aquitaniæ, Ioannem Picardum in notis ad S. Bernardum, Guillielmum Tyriũ lib. 14. cap. 20. Petrum Venerabil. lib. 2. epiſtola 10. Claudium Robertum in Gallia chriſtiana*, ubi proximè, cum multis. De die feſtivitati *S. Roberti*, dicata nihil certi in venio.

26 **Congregatio Permonſtratẽſis.** Dicta à monte *Permonſtrato*, in diœceſi Laudunenſi, *Laon*, ſuffraganea Remenſi, in Gallia, inſtituta à *Norberto* Archiepiſco, poſtea Magdeburgenſi, *Meydburg*, Germaniæ primate, ſub regula S. Auguſtini, & inſtituto Canonicorum regularium, ann. 1120. Pontifice Calixto 2. Imperatoribus Occidentis Henrico 5. Orientis Ioanne Conneno. Vtuntur hi Canonici albis veſtibus, nimirum tunica, ſuperquam ferunt Rhochetum tenuiſſimi lini, ſive byſſi, geſtant in capite album pileum, in humeris pallium, Carmelitano non diſſimile, acceperunt hunc habitum à ſanctiſſima Virgine, ut paſſim authores referunt. Generalis, & Abbates (ſic appellant ſuperiores) ordinis ſunt perpetui, viget maximè hæc familia per Galliam, Germaniam, Flandriam, Hiſpaniam, apud Italos fere nulla eorum ſunt monaſteria, Romæ hoc anno adhuc vivebant in locato domicilio. Scripſere de hac familia *Aubertus Miraus, qui Chronicon illius edidit, Coloniæ Agrippinæ, ann. 1613.* videndus etiam erit *S. Antonin. 2. p. hiſt. tit. 15. cap. 19. & tit. 17. cap. 2. §. 2. Morigia lib. 1. cap. 57. Sylveſt. Maruli in occean. lib. 12. pag. 172. Ioann. Picardus in notis ad epiſtolas S. Bernardi, epiſtol. 25. & 247. Volaterran. lib. 2. Claudius Robert. in Gallia chriſtiana, tit. de Abbatijs, littera P.* verbo, *Permonſtratum*, ubi plures *Baron. tom. 12. ann. 1120. Genebrard. in Paſchali 2. Gualter. in tabula Chronograph.* qui eius inſtitutionem ponit ann. 1116. vide illum *ſæcul. 12. pag. 647. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 16. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 5. num. 6.* Feſtum *S. Norberti*, 6. Iunij, ubi *Baronius in notis martyrol. & tom. 12. ann. 1134.* quo moritur. *Surius tom. 3. 6. Iunij*, in eius vita.

27 **Congregatio Guillielmitarũ.** Inſtituta à *S. Guillielmo* Vercellenſi, *Vercelli*, monacho benedictino, & ſub regula *S. Benedicti, an. 1124.* Pontifice Calixto 2. Imperatore Occidentis Henrico 5. Orientis Emmanuele Conneno. Veſtiuntur monachi albo amictu, ex vili pano. Monaſteria totius ordinis dicuntur eſſe 47. fere omnia per Italiam, Generalis ad triennium præficitur, *Azor.* ubi infra, habent Romæ monaſterium ad *S. Agatham in ſuburra*. De illis *Paulus Rhegius de ſanctis Neapolit. in vita S. Guillielmi. Bzovius tom. 2. hiſt. eccl. ann. 1142. nu. 3. Sylveſt. Maruli in occean. lib. 2. pag. 161. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21* Appellatur etiam hæc familia *Montis virginis*, quod in Virgiliano monte regni Neapolitani primum ſuum monaſterium ædificaverit S. Guillielmus. Celebratur feſtum S. Guillielmi 25. Iunij, ubi *Baronius in notis ad martyrolog.* vide etiam *Felicem Rendam* priorem monaſterij *montis Virginis, in vita S. Guillielmi.*

Congregatio Gilbertinorum. 28 Inſtituta à *S. Gilberto*, Anglo (ita teſtatur *Polydor. de invent. lib. 7. cap. 2. in fine*) in Anglia an. 1148. ſub regula *S. Benedicti*, Pontifice Eugenio 3. Imperatoribus Occidentis Conrado 3. Orientis Emmanuele Conneno. De ea *Guillielmus Neubugenſis de rebus Angliæ, lib. 5. cap. 16. Barnab. Montalvo in Chronic. Ciſtercienſ. lib. 2. cap. 23. Polydorus*, ubi proximè, iam non durat.

Congregatio Canonicorum regul Mantuanorum. 29 Refert inſtitutionem ſuam ad *S. Marcum Evangeliſtam*, ſed monaſteriũ Mantuanum fundabit eius urbis epiſcopus *Henricus*, ann. 1150. Pontifice Eugenio 3. Imperatoribus Occident. Conrado 3. Orient. Emmanuele Conneno. Præter hoc Mantuanum, atq; alterum in oppido Neſi prope Patavium, Mantuano annexum, nullum aliud eſt in tota Congregatione monaſterium. Lege *Morigiam lib. 1. cap. 9. Sylveſt. Maruli in occean. lib. 1. pag. 36.* Placet huic Mantuanæ Congregationi aliam per omnia ſimilem annectere, videlicet *Spiritus Sancti apud Venetos*, Canonicorũ etiam regularium, duo tãtum poſſidet monaſteria, Venetijs alterum, alterum Patavij, quod appellant S. Michaelis, ſed utrunq; magnis reditibus abundans; nullus ad hanc Congregationem admittitur, niſi Venetus ſit, & nobilis, ferunt eundem habitum, atq; Canonici regul. Lateranenſes, cum pileis quadratis, & pano albo, item pallia alba cum exeunt domum, de his *Morigia lib. 1. cap. 61. Ioannes Andreas Clement. 1. de elect.*

Congregatio Canonicorũ regularium S. Sepulchri. 30 Inſtituta eſt hęc Congregatio Hieroſolymis. De tempore penè nihil ſcitur. *Franciſcus Medices lib.* qui inſcribitur *bubinus cleri Romani*, reijcit ad Hieroſolymas recuperatas, nimirum per *Gotfredum, ann. 1099.* Extat diploma Cælellini 2. anno Chriſti 1153. 10. Ianuarij, quo honorifica eſt Canonicorum S. Sepulchri in Hieroſolymis cõmendatio; propterea hoc anno illam atteximus. Induebantur Canonici S. Sepulchri nigro colore, ferebant pallium ſuper Rhochetum, in quo aſſutæ erant ad latus ſiniſtrum quinq; cruces ex purpura, grandis

grandis media, quatuor aliæ exiguæ, ita ut brachia grādis, & ſupra ſe, & infra ſe ad angulos ſuos parvulas ſuſtinerent. Placuit hic numerus, & figura in memoriam paſſionis Chriſti. De hac *Sylveſt. Marul. in eccean. religion. lib. 1. pag. 30.*

31 ## Congregatio S. Guillielmi Ducis Aquitaniæ.

Inſtituta à *S. Guillielmo Aquitaniæ, & Pictavienſium, duce, ann. 1153.* Pontifice Anaſtaſio 4. Imperatoribus Occidētis Federico Æhobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Credunt nonnulli inter quos *Renatus Chopinus in monaſtico*, & alij, quos refert *Marques de vera origin. Eremit. S. Auguſtini, c. 13. §. 11.* S. Guillielmum inſtituiſſe religionem ſuam ſub regula *S. Benedicti*. Cæterum verò verius eſt inſtituiſſe illam ſub regula *S. Auguſtini*, atq; eundem Guillielmum verè fuiſſe Eremitam S. Auguſtini, ſed in illa maxima unione, & acceſſione, quæ omnium Cōgregationum ſub regula, & nomine S. Auguſtini viventium, facta eſt ad religionem Eremitarum S. Auguſtini, ſub Innocentio 4. ann. 1243. & ſub Alexandro 4. anno 1256. reclamantibus hanc unionem Guillielmitis, ut liberius ab ea reſilirēt, regulam S. Benedicti ab eodem Alexandro 4. accepere, manente ſibi interim habitu S. Auguſtini, ita latè probat *Marques* citatus. Dicti ſunt Guillielmitæ in Gallia fratres albi mantelli, non quod veſtibus albis uterentur, ſed quod cum domum quam olim Servitæ albi mantelli, de quibus nos infra *nu. 44.* Pariſijs incolebant, incoluerint. Agunt de Guillielmitis Auctores citati à *Marques*, ubi ſupra, & à *Penot. hiſt. tripart. lib. 1. cap. 46.* per totum. Feſtum S. *Guillielmi* 10. Februarij, de eo *Ribadaneira in extravagantibus*, latiſſimè.

32 ## Congregatio Canonicorum regularium S. Crucis Conimbricenſis apud Luſitanos.

Sic dicta à celebri monaſterio *S. Crucis* Conimbricenſis, quod ampliſſimis reditibus ædificavit Alphonſus Henriques primus Rex Luſitaniæ, anno 1131. Innocentio 2. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario 2. Orientis Ioanne Comneno. Ibiq; ſepultus iacet in ſacello maximo à læva parte altaris, una cum filio Sancio regni ſucceſſore, qui in eadem capella, è regione patris ad dextrū latus æquali mauſoleo quieſcit. Fuere primi huius Congregationis inſtitutores D. Tello Archidiaconus Conimbricenſ. D. Michael eiuſdē Eccleſiæ Conimbricenſ. Prior. D. Ioannes Canonicus, & Magiſter ſcholæ, D. Theotonius primus Prior monaſterij S. Crucis, D. Odorius, S. Iacobi presbyter, & eiuſdem ſanctæ Crucis Prior clauſtralis. D. Siſnandus S. Mariæ montis Maioris Præpoſitus. D. Petrus presbyter, & alij quinq;, quorū nomina invenire non potui. Confirmavit Innocentius III. anno 1135. Habuit hæc Congregatio multa ſubſe monaſteria, quæ temporis viciſcitudo ab illa abduxit, & alijs ordinibus, ſive mensis epiſcopalibus applicavit. Nunc poſſidet unum de viginti, inter quæ ampliſſima ſunt S. Vincentius Olyſiponenſis, Gryjò, Refoios, Portucallenſe, Moreira, &c. Induuntur Canonici alba tunica, ſuperpelicio lineo, almutia, ſive capuccio, & pallio nigro, habent generalem ad triennium. Priores domorum fiunt à capitulo cuiuſcunq; cœnobij, confirmante Generali. Dixi nonnulla de hac Congregatione in *hiſtor. mea epiſcopor. Portucal p. 2. cap. 2.* plura dicam in Bracharenſi, ubi à D. Ioanne, uno ex fundatoribus, qui poſtea Archiepiſcopus fuit Bracharenſis, de illa, *hiſtoriographi Luſitani in Alphonſo Henrico. Penotus in hiſt. tripart. lib. 2. cap. 59.* & ſequentibus. Feſtum *S. Theotonij primi Prioris*, quem iſta Congregatio maximè colit 18. Februarij, de eo *D. Prudentius de Sandoval in antiquitatibus Tudenſibus, fol. 124.*

Congregatio Humiliatorum. 33

Inſtituta eſt ſub regula S. *Benedicti*, à nobilibus quibuſdam Mediolanenſibus, qui poſt dirutam patriam à Federico Æncobarbo iuſſi abire exules in Germaniam, inde precibus, & humilitate regreſſum iterum in Mediolanū adepti ſunt, quia verò veſtibus albis induti poſtliminium impetrarunt, eiſdem veſtibus Deo ſervire decreverunt anno 1196. Pontifice Cæleſtino III. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Angelo. Fuit inter reſtitutores præcipuus *B. Ioannes* ſacerdos Comēſis. Inducebantur albis veſtibus ex vili pano. Extinxit hanc Congregationem, quæ multum diuq; floruerat *Pius V.* anno 1570. ut vendicaret iniuriam illatam Cardinali *Carolo Borromeo*, eiuſdem familiæ reformatori, cum neſcio quis ex Humiliatis, aliorum perſuaſu, in eum ſclopetam duabus glādibus plūbeis onuſtam, exoneravit, illæſo interim, non ſine divino miraculo, Cardinali, anno 1569. 26. Octobris, ut ſcribunt *Ioannes Petrus Iuſſanus in vita S. Caroli, lib. 2. cap. 23. Ioannes Antonius Gabutius ex Congregatione Oratorij, in vita Pij V. lib. 3. cap. 15.* De hac familia agunt S. *Antoninus 2. p. hiſt. tit. 15. cap. 22. Caſan. in catal. p. 4. conſid. 60.* ubi dicit incæpiſſe ann. 1017. *Polyder. de invent. rerum, lib. 7. cap. 2. Gualter. in tabul. Chronograph. ſæculo 12. pag. 633.* ubi inſtitutum facit ann. 1170. confirmatam ann. 1200. *Onuffr. ann. 1070. & 1200. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21.* Lege de extinctione illius *Conſtit. Pij V. 119. Quemadmodum*, & 1200. *Quoniam, in bullario.* Dies *B. Ioannis*, huius familiæ fundatoris 26. Septemb.

Congre-

34 ## Congregatio Floriacenſis.

Sic dicta à primo eius monaſterio *Floriacenſi*, prope Cozentiam, *Cozenca*, urbem archiepiſcopalem in regno Neapolitano, inſtituta à *B. Ioachimo*, Calabro monacho benedictino, & ſub regula *S. Benedicti*, anno 1196. Pontifice Cæleſtino 3. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Comneno. Vnita eſt hæc familia decurſu temporis, Congregationi Ciſtercienſi. De ea *Sylveſt. Marulus in occean. religion. epiſtola Honorij 3. ad epiſcopum Lucaniæ*, de qua *Binius in notis ad Concilium Lateranenſ. ſub Innocent. 3. Gabriel Varius in vita Ioachimi, Antonius Poſſevinus in apparatu ſacro, tom. 2.* verbo, *Ioachimus*. Notabis librũ tantùm *Ioachimi de unitate, ſeu eſſentia Trinitatis*, quem edidit contra magiſtrum ſententiarum, damnatum eſſe à *Concilio Lateranenſ. ſub Innocentio 3. anno* 1215. non verò alia eius opera, nec ipſum Ioachimum, ut minus advertenter voluit *Baron. tom. 12. ann.* 1190. & optimè probat *Ægydius Romanus ſuper cap. dãnamus. p. 2. in fin. Auguſtinus Triumphus de poteſtat. eccleſiaſtica q. 100. art. 5. Gloſſa in cap. Damnamus*, verbo, *florenſi monaſterio. Antonius Poſſevinus* ubi proximè, *Blaſius Viegas in Apocalypſ. cap. 3. ſect. 3.* & quod amplius eſt, ita declaratur *in cap. Damnamus, 4. In nullo, de ſumma Trinitat.* ubi *Gloſſa* videtur comprehendere omnia Ioachimi ſcripta, ſed de his ſpecialibus, quæ contra magiſtrum ſententiarum ſcripſit, intelligenda eſt. Fuiſſe inclytum prophetiæ dono *Ioachimum*, teſtatur *Guillielmus Paraginus in libello de virtutibus. S. Antonin. 1. p. tit. 17. cap. 1. §. 12. Martinus Polacus in hiſt. ſub Federico 1. & Eugenio 3. Xiſtus Senenſis lib. 4. Bibliotheca. Faſcicul. temporum in Alex. 3. ann.* 1164. *Matthæus Palmer. in Chron. ann.* 1186. *Robert. Aurelus lib. 1. rerum medicinarũ, cap. 3. Illeſc. in Pontif. lib 5. cap. 27.* Hic eſt ille Ioachimus, qui ante inſtitutos ordines Dominicanorum, & Franciſcanorum, iuſſit S. Franciſcum, & S. Dominicum Venetijs depingi in templo S. Marci, eo habitu, quo poſtea uſi ſunt, addidit præterea B. Franciſco quina Chriſti vulnera, prout iſta omnia adhuc viſuntur in eodem templo opere muſivo, lege *Chronic. Minorit. 1. p. lib. 10. cap. 3. Poſſevinum* ubi ſupra, *Ribadan. in vita S. Franciſci, 4. Octobr.*

35 ## Congregatio Sancti Spiritus in Saxea.

Dicta *S. Spiritus*, quòd illum habeat pro tutelari, *in Saxea*, quod Romæ, eo loco ubi ſitum eſt monaſterium, & hoſpitale huius congregationis caput, *Saxones*, Germaniæ populi olim habitarunt. Inſtituta *ab Innocentio 3. Summo Pontifice, anno* 1198. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Angelo. Curant hi religioſi hoſpitalitatem, inſerviunt ægrotis. Vtuntur habitu nigro ſacerdotali, ferunt Crucem in pectore exoloſerico albo, ea forma, qua illam portant equites S. Ioannis Melitenſis, præter quam quod haſtile magnum duo habet ligna tranſuerſa, atq; duplicem efformat Crucem, quarũ ſuperior minor ſit, inferior maior. Habent plura hoſpitalia per Italiam, & alibi, quorum caput eſt Romanum, tam amplum, ac dives, ut vix credantur eius reditus annui, toti Congregationi præſidet magiſter generalis, quem credo à Sũmo Pontifice deſignari. Agunt de hac Congregatione ex profeſſo. *Albertus Baſanus de origine huius religion. prodijt Cracoviæ, ann.* 1570. *Tarcanhota in hiſt. univerſ. p. 2. lib. 13. Plato de bono ſtatus religion. lib. 2. cap. 22. Morigia lib 1. cap. 59. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 3. pag. 233. Platina in Innocentio 3. Onuffr. in Chron. ann.* 1201. *Gualt. in tabul. Chronograph. ſæcul. 13. ann.* 1201. vide *Bullam Innocent. 3. Conſtit. 3. in bullar. Nitol. Conſtit. 4. Xiſti 4. Conſtit. 12.*

Congregatio Sanctiſſimæ Trinitatis. 36

Inſtituta ſub regula propria à *B. Ioanne Matia Gallo, ann* 1198. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Comneno. Dicitur etiam hæc familia in bullis Apoſtolicis, *Cervi Frigidi*, à primo monaſterio, & capite familiæ prope fontem *Cervi Frigidi*, erecto non longe ab urbe Meldenſi, *Meaux*, Senonenſi Archiepiſcopo ſuffraganea, *Saus.* Teſtatur Gregorius XIII. Bulla à ſe edita Romæ 19. Martij, an. 1575. incipit. *Regimini militantis*, Innocentium III. Honorium III. Gregorium IX. Cæleſtinum IV. Innocentium IV. Alexand. IV. Vrbanum IV. Clement. IV. Gregor. X. Clement. V & VI. Innocent. VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. confirmaſſe hanc Congregationem. Occupantur hi religioſi ex inſtituto ſuo, in redimendis captivis è ſervitio infidelium. Huic Congregationi debere Luſitaniam noſtram fidalitium ſuum, quod appellat *Miſericordia*, teſtatur *Emmanuel Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 12.* Vtuntur religioſi veſtibus candidis portant in pectore Crucem ex rubro, & cæruleo colore Habet ordo provincias 18. monaſteria 145. in quibus ſunt circiter quatuor millia religioſorum, qui perpetuò ſubduntur Generali, quorum ſeriem, uſq; ad annum 1620. enumerat *Claudius Robertus in ſua Gallia chriſtiana, tit. de Generalibus.* Lege *Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. quæſt. 8.* Habent Romę monaſterium, non longe a Trinitate montis, familiæ Minorum. Eſt etiam hac in Congregatione, alia, quam appellant *diſcalceatorum*, approbata à Clemente VIII. an. 1599. habet nunc ex commiſſione Pauli V. per proprium Generalem, nec generali calceato ſubditur, veſtitus eſt pene idem, atq; alterius familiæ, ſed ex pano viliori, cum aliqua differentia

rentia in pallio, nam per Hiſpaniam Canuſinũ eſt, extra Hiſpaniam albũ. Habet Romæ monaſt. triũ ad S. *Carolum*, in regione Montium, lege *Puncirol. in Theſaur. in region. Mont. Eccleſ. 65. pag. 324.* Agunt de Congregatione Sanctiſſimæ Trinitat. *S. Antonin. 3. p. ſumma, tit. 16. cap. 1. §. 2. & 2. p. hiſt. tit. 15. cap. 1. §. 3. Caſan. in Cathal. p. 4. conſid. 63. Sabellic. Æneid. 9. lib. 5. Tarcanbota p. 2. hiſt. univerſ. lib. 3 Rennatus Coppinus lib. 1. monaſt. cap. 1. nu. 17. Marques de origin. Eremit. S. Auguſt. cap. 3. §. 2. Roman. de repub. chriſtian. lib. 6. cap. 18 & in Chronic. ordin. Eremit. S. Auguſt. cent. 8. ad ann. Chriſti 1163. Illeſc. in Pontif. lib. 5. cap. 32. Miræus lib. 1. de ſtatu eccleſ. Cathol. cap. 24.* Sed ibi maximè errat in anno fundationis, & morte fundatoris. Item *de origin. monaſt. lib. 1. cap. 8. Coppinus monaſt. lib. 1. cap. 10. nu. 41. Claudius Robert. in Gallia chriſtian.* ubi proximè, *Bellarmin. in Chron. Gualt. in tabula Chronograph.* cum *Onuffr.* & *Genebrard. in Innocent. 3. ann. 1208. Morigia lib. 1. cap. 63. Sylveſt. Marul. in occean. lib. 3.* Vide præterea *Conſtit. 1. Innocent. 3. in Bullario.* Moritur *B. Ioannes Matta* Romæ 21. Decemb.

37 **Congregatio fratrum de pœnitentia S. Demetrij.** Inſtituta eſt à *viris quibuſdã pijs*, in Germaniæ, & Poloniæ partibus, anno 1200. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Fellippo, Orientis Baldovino Belga. Habitũ portant ſubrubrum, nimirum cucullam, & ſcapulare, cui intexitur cor, cum Cruce eiuſdem coloris. Deſierat pene hęc familia, illam tamen Pauli V. Pontificatu renovatam, & de novo approbatam ſub regula S. Auguſtini, & obedientia epiſcoporum, in quorum eſſent diœceſibus, ſcribit *Nicolaus Cruſenus in monaſtico Auguſtiniano, p. 3. cap. 1.* Aliam amictu rubro invenire eſt religionem apud *Iadocum Amanum*, & *Franciſcum Modium in libello de habitu Eccleſiæ Romanæ*, appellant *Vallis Ioſaph*, de qua nihil memini me unquam legere.

38 **Congregatio Prædicatorum.** Inſtituta à *S. Dominico Hiſpano*, Canonico regulari Auguſtiniano, & ſub regula S. *Auguſtini, an.* 1205. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Felippo, Orientis Baldovino Belga, approbata ſolemniter ab Honorio 3. anno 1216. Habitus huius familiæ ubiq; notiſſimus eſt, nimirum tunica, & ſcapulare candidum, cũ pallio nigro. Scribit *Sabellicus Æneid. 9. lib. 6.* ſuo tempore (vivebat ann. 1500.) eſſe in familia Dominicana provincias unam ſupra viginti, monaſteria quatuor millia, quadringẽta ſupra quadraginta, religioſos viginti ſex millia quidringẽtos, & ſexaginta, eadem refert *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. quæſt. 1.* Vnus toti Congregationi generalis præficitur, isq; ad totam vitam durat. Habent Dominicani multa Romæ monaſteria, præcipua ſunt *S. Maria ſuper Minervam, S. Nicolaus ad Pallatium Mediceorum, S. Sabina in regione Ripa*, lege ſcribentes de hac familia apud *Ferdinandum de Caſtilho in Chronicis S. Dominici, in prolog. tom. 1. de elect.* ubi plures, *Albertum Caſtellam in Cathalog. virorum illuſtr. ſui ordin. Bernardum Guidonem de geſtis Pradicat. floruit anno* 1300. *Conſtantium Felicenſem, floruit* 1470. *Felicem à Caſtro, Felicem Galvanum, Galvanum Flaviam de religione* S. *Dominici. Hieronymum Albertum Succium in Annalib. fratrum ordin. & in tabula de Generalibus ordin. & de viris illuſtribus ordin. floruit anno* 1490. *Hieronymum de Bononia in Chronic. ordin. Humbertum* 4. *Generalem de fundatione ordinis ſui, & de vitis ſanct.* eiuſdem. *Iacobum Suſatum in Chronic. & in privileg. ordin. florebat anno* 1415. *Ioannem Garzonium in tract. de viris illuſtrib. ordin. B. Iordanum in tract. de inſtit. ordinis ſui. Leandrum Albertum in tractat. de viris illuſtr. ordin. Thomam Firmanum in tractat de origin. ordin. & de pœnitentia* S. *Dominici, florebat anno* 1414. *Vimbertum Heduum de vitis primorũ patrum ordin. Iacobum Lopez epiſcopum Monopolit. in hiſt. ordin. Fr. Ludovicum de Souza in hiſt. provinciæ Luſitanæ. Petrum Calvum in defenſorio religionum*, omnes hi ex eadem familia. Adde *Caſan in Cathalog. 4. p. conſid. 68. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 3. Roman. de repub. chriſtian. lib. 6. cap. 26. Platum de bono ſtat. lib. 2. cap. 22. Gualter Onuffr. Genebrard. Palmerium, Platinam ſub Innocentio* III. *anno* 1201. *&* 1216. *Morigiam lib. 1. Sylveſtr. Marul. in occean. lib. 3.* Ex ſcholaſticis *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 23. & lib. 13. cap. 11. Rodrig. tom. 1. regular. quæſt. 2. art. 2. Miranda tom. 1. Manual. religioſ. quæſt. 4. art. 3. Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 6.* ubi plura, & præclara. Feſtum *S. Dominici*, 4. Auguſti, de eo, quos refert *Caſtilho* loco citato, *Ribadaneira, &c.*

Congregatio Minorum. Inſtituta à *S. Franciſco Aſſinate, anno* 1209. 39
Innocentio III. Pontifice, Imperatoribus Occident. Othone 4. Orientis Roberto. Diviſa nunc eſt tota Congregatio Franciſcana in quatuor alias Congregationes, *Conventualium, Obſervantium, Capuccinorum, Tertiorum*, unaquæque habet ſuum Generalem diſtinctum, ab alia independentem, præterquam quòd multi ex *Tertiarijs*, per Hiſpaniam, & Italiam vivunt adhuc ſub Generali obſervantiâ, *Conventuales*, bona in communi poſſident ex indulto Innocentij IV. ab anno 1244. trigeſimum quintum poſt inſtitutum ordinem. Generalis *Conventualium* ad ſexennium eligitur, Miniſtri Conventuum, ſive Guardiani eliguntur à Capitulo Provinciali per annũ, qui tamen ſunt de menſa Generalis triennium durant, ab ipſoq; Generali eligũtur. Sunt Provinciæ Conventualium 31. in quibus vicariæ ſeptem, Cuſtodiæ 108. Conventualium reformatorum

matorum conventus quinquaginta, valent plurimum per Italiam, & Galliam, *Obſervantes* eligunt Generalem ſuum ad ſexennium, habet ſubſe provincias 93. Cuſtodias quinq, Vicarias 24. Conventus 2300. Religioſos centum ſexaginta tria millia nongentos, inter quos numerantur reformati obſervantes, quos nos recollectos appellamus, quòd in puritate ſua paupertatem, & regulam B. Franciſci nitantur obſervare. *Capuccini*, ſic dicti à capuccio oblongo, & acuminato, quod gerunt ad imitationem S. Franciſci, cuius fuiſſe illum habitum contendunt. Agit de his *Ioſephus Zarlinus de origin. Capuccin. lib. 3. cap. 5. Morigia lib. 1. cap. 52. Sylveſter Marulus in Occean. lib. 5. pagin.* 375, incæpere anno 1525. probavit *Clemens VII.* anno 1528. *Conſtitut. 21. Bullarij*, confirmavit *Paulus III. Conſtit. 11.* ibi. Illorũ Generalis, uſq; ad annum 1625. durabat per quinquennium, nunc ad ſexennium, habet ſub ſe Provincias 41. Conventus 1240. Religioſos ſeptemdecim millia ducentos quinq, ut conſtitit ex albo Capituli Generalis Romæ facti anno 1625. *Tertiarij* habent etiam Generalem ſuum, ut dixi, moderatur ille provincias 17. Conventus 327. ubi numerantur Religioſi tria millia nongenti, & nonaginta. Quæ omnia ſi velis ad numerum reducere, invenies totam Congregationem Franciſcanã numerare provincias 181. Vicarias 31. Conventus 9335. Religioſos, & Religioſas ducentos octoginta tria millia, ſeptingentos, & nonaginta tres, præter infinitum numerum Tertianorum. Deſumpſimus hæc omnia ex arbore, quam evulgavit in gratiam Capuccinorum 15. Aprilis anni 1626. *Dominus Ioannes de Montoya, civitatis Cubenſis, & Pals gubernator*, ubi addit eſſe in toto ordine Franciſcano monialium Tertiarum S. Claræ, Conceptionis, Annuntiatæ, Capuccinarum, Conventus tres mille octingentos quinquaginta, Religioſas verò eſſe ſeptuaginta tres mille ſongentas 73900. Habet hæc familia multa, & pulchra Romæ monaſteria, *Conventuales*, ad ſanctos *Apoſtolos Philippum, & Iacobum*, ad *S. Salvatorem ad undas. Obſervantes.* ad *S. Mariam in Ara cœli*, ad *S. Bartholomæum in Inſula*, ad *S. Petrum Montorium*, ad *S. Franciſcum tranſiberim. Capuccini*, ad *S. Bonaventuram in monte Quirinali*, & ad *Pallatinum Sforciorum.* De familia S. Franciſci agunt plures, quam numerari poſſint, multos refert *Frat. D. Marcus Olyſipponenſis, 1. part. Chronic. in prolog. ad lect. & in prolog. 3. part. frat. Antonius Dala, quæ Chronic. continuavit. in prolog. 4. part. fr. Ludovicus Roboledo in Chronic. S. Franciſci, Catbechiſm. fratrum ordin. Compendium privilegior. fratr. cum notis Hieronymi à Sorbo, & Anton. Cordubenſis, Bernardinus de Beſſa in Chronic Generalib. ordin. Fran-ciſc. Bartholom. de hiſtor. S. Mariæ de Porciuncula, Franciſcus Gonzaga*, latiſſime *Franciſcus Ovilot. in Catbalog. quem inſcripſit Athenæ ordinis, Franciſcus Hiltoa in tractat. de ſtatu ordinis ſui, anno 1376. Ioannes Florentinus de hiſtor. ſui ordinis. Petrus Rodolphus de hiſtor. Seraphica. Peregrinus Canonicus in Chronic. Generalium ordinis, Ivo magiſter in ocularibus, & manipulo fratr. minorum. Plato de bono ſtatus religion. lib. 2. cap. 22. Romanus in Repub. chriſtiana, lib. 6. cap. 20. Illeſc. in Pontific. lib. 5. cap. 23. & 32. Caſan. in Catbalog. part. 4. conſiderat. 69. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo 13. pagin. 677.* ubi *Onuffr. anno 1209. Genebrardus in Innocentio III. & Honorio III. Palmerius anno 1223. Morigia lib. 1. cap. 33. & 34. Sylveſter Marulus in Occean. lib. 4. pagin.* 247. & 262. Ex ſcholaſticis *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Rodriguez tom. 1. regular. quæſt. 2. art. 3. Miranda in Manuali religioſ. tom. 1. quæſt. 4. art. 4. Suar. tom. 4. de religione, tractat. 9. lib. 2. cap. 7.* Qui plura ſcire deſiderat de paupertate huius familiæ, legat *Sanches tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 26. Marques de origine Eremit. Sancti Auguſtini, cap.* 23, §. 5. 6. & 7. Feſtum S. *Franciſci* 4. Octobris. De eo S. *Bonaventura*, & alij.

Congregatio S. Pauli primi Eremitæ. 40

Inſtituta eſt ab *beato Euſebio Strigonenſi*, in Regno Hungariæ, ꝓpe urbem *Patach*, anno 1215. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Henrico VII. Confirmavit religionem ſub regula *S. Auguſtini*, frater Gentilis de monte florum, Cardinalis familiæ Franciſcanæ, Clementis V. apud Hungaros legatus, anno 1308. Deinde Ioannes 22. Clementis ſucceſſor. Nullus fere huius familiæ eſt, niſi Hungarus, induuntur monachi albo pano, ſcapulari integros humeros contegente, cappa eiuſdem coloris, ſed quæ medias tibias vix attingat; fuere olim Romæ ad *S. Stephanum Rotundum.* Agunt de illis *Morigia lib. 1. cap 54. Sylveſter Marul. in Occean. lib. 1. Onuffr. in Chronic. anno 1215. Gualter. in tabula Chronograph. ſæcul. 15. anno 1215. Bzovius tom. 3. anno 1216. nu. 3. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. quæſt. 8.* Alia eſt apud Luſitanos familia *S. Pauli Eremitæ*, quam appellamus *Montis Oſſe, Serra doſſa*, induta tunica, & cappa Canulina, ſcapulari nigro, habet apud nos monaſteria aliqua, eaq non ignobilia.

Congregatio Mercenariorum. 41

Inſtituta à *B. Petro Nolaſco, nobili Gallo*, fautoribus, & adiutoribus, Rege Aragonio Iacobo hoc nomine I. & S. Raymundo de Penafort. ordinis Prædicatorij, Barcinone primaria Cataloniæ urbe, ſub regula S. *Auguſtini*, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occident. Federico II. Orientis Roberto, alij tranſferunt ad annum 1223. ſub eodem Pontifice.

Confirmata à Gregorio IX. Honorij ſucceſſore, anno 1230. Vtuntur religioſi alba tunica cum capuccio, & ſcapulari candido, itemq; cappa alba, ferunt præterea ante pectus arma Regni Aragoniæ; nimirum in clipeo rubras, croceasq; virgas, ſive lamellas, cui ſuper imponunt crucem candidam. *S. Eulaliæ Virginis, & martyris*, quam Barcino impenſe colit, cuiusq; ſanctiſſimum corpus in templo maximo apud ſe retinet. Numerantur huius Congregationis provinciæ octo ab *Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. queſt. 8.* Sunt Romæ ad S. Adrianum in regione Capitolij; vigent maxime per Hiſpaniam, & Indias Occidentales. Occupantur in redẽptione captivorũ, adduntq; in profeſſione quartum votum, quòd in Sarracenorum poteſtate in pignus (ſi neceſſe fuerit ad redemptionem Chriſti fidelium) detenti manebunt; ſunt concepta profeſſionis verba, ut invenies apud *Bzovium tom. 13. annal. ann. 1223. num. 10.* De hac familia videndum eius *Chronicon. Item Natalis Giver Mercenarijs, lib. de ordine Mercenar. prodijt anno 1468. Franciſcus Salazar in Chronic. Mercen. Roman. in repub. chriſtian. lib. 6. cap. 22. Illeſc. Pontific. lib. 5. cap. ult. Pineda in Monarch. lib. 22. cap. 23. §. 4. Mariana de rebus Hiſpaniæ, lib. 12. cap. 8. Gavibai in compendio, lib. 32. cap. 6. Arnold. Vvion in ligno vitæ, lib. 1. cap. 49. Sylveſt. Maurol. in occean. lib. 5. pagin. 328. Azor.* ubi proximè. *Rodrig. tom. 1. regular. queſt. 3. art. 13. Miranda in manuali religioſ. tom. 1. queſt. 4. art. 9.* Moritur *Petrus Nolaſcus* Barcinone, anno 1249. celebrant de eo miſſæ ſacrificium, & officium proprium, aliqua ſui ordinis monaſteria, maximè in Catalonia, licèt adhuc beatificatus, non ſit.

42 ## Congregatio Vallis Scholariorũ.

Inſtituta à *B. Guillielmo*, natione Anglo, qui Pariſijs ſcholaris fuerat, ſub regula *S. Auguſtini*, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidẽtis Federico II. Orientis Roberto. Agunt de hac familia *Aubertus Miraus polit. chriſt. lib. 1. cap. 24. Sylveſter Maurol. in Occean. lib. 3.* ubi teſtatur habere Pariſijs collegium. Vide plura apud *Claudium Robertum in Gallia chriſtian. tit. de Abbatijs, litteta V.* verbo, *Vallis ſcholariorũ.*

43 ## Congregatio Sylveſtrinorum.

Inſtituta à S. *Sylveſtro*, Canonico Oſimano, *Oſimo*, in agro Piceno, *Marca de Ancona*, monachus Benedictinus, & ſub regula S. *Benedicti*, anno 1232. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Baldovino II. Induuntur monachi eodem habitu, quo Benedictini, mutato colore nigro in Canuſinum, Italiam non egrediuntur, ubi dicuntur habere per *Marchiam Anconitanam, Vmbriam, & Tuſciam*, 25. monaſteria, generalis, qui à principio ordinis perpetuus erat, nunc triennalis eſt. Habent Romæ monaſterium ad *Sanctum Stephanum ad Caccum.* Agunt de hac familia *S. Antoninus 2. part. hiſtor. tit. 15. cap. 23. §. 2. Caſan. in Cathalog. part. 4. conſiderat. 57. Gualter. in tabula Chronograph. ſæcul. 15. anno 1232. Sylveſt. Maurol. in Occeano, lib. 3. pagin. 185. Bzovius tom. 13. annalium, anno 1267. num. 20. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21.* Feſtum *S. Sylveſtri 26.* Novembris, quo die Clemens VIII. illum in Martyrologio Romano inſeruit, teſte *Bzovio* ubi proximè, licèt adhuc canonizatus non ſit. Lege *Pancirol. in Theſauro, in regione Pinha, Eccleſ. 7. pagin. 833.*

Congregatio Servitarum. 44

Dicitur etiam ſervorum S. Mariæ, quod Virgini peculiaribus obſequijs addicta ſit hæc familia inſtituta ſub regula *S. Auguſtini*, à ſeptem nobilibus Florentinis, *Patre Bonfilio de Monaldis, P. Amideo, Patre Bonaiuncta, Patre Manetto, Patre Alexio de Falconarijs, Patre Soſteneo, Patre Vgoxonio*, anno 1233. iuxta *Michaelem Florentinum in Chronic. huius ordinis, ann. 1.* Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Baldovino II. Induuntur religioſi nigris veſtibus, ut Benedictini, præter cucullam, ſive clamydem, quam non portant, ſed tunicam tantùm cum ſcapulari, & pallio. Numerat hæc Congregatio provincias 26. monaſteria 300. religioſos ſuper mille, præter 300. monialium domicilia. *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 23. & lib. 13. cap. 11.* Sunt Romæ ad *S. Marcellum*, in regione Trivij. Sub hac Servitarum familia eſt alia, quam reformatam appellant, ſive *Montis Senarij*, incæpit anno 1593. confirmata eſt à Clemente VIII. anno 1595. vivit ſub eodem Generali, utitur eodem habitu, ſed viliori, incedit nudis pedibus. Habet Romæ monaſterium ad S. *Mariam Annuntiatam.* Adi *Pancirol. in Theſauro, in regione Montium, Eccleſ. 64. pagin. 323.* ubi invenies *montem Senarium*, diſtare à Florentia tertio tantum lapide in monaſterio ibi ædificato ſepulta ſunt ſeptem primorum Patrum familiæ fundatorum corpora in uno, eodemq; altari. Notabis *Martyrologium Romanum 23. Auguſti*, cum quo multi auctores, vocare S. *Philippum Florentinum*, familiæ Servorum fundatorem, ſed re vera non fuit, cum quadraginta duobus annis poſt inſtitutionem ordinis illum ingreſſus ſit, anno nimirum 1275. auxit tamen mirum in modum eandem familiam, ita ut meritò illius inſtitutor haberi poſſit. Notabis ſecundò hanc familiam eſſe unam è *mendicantibus Pius V. Conſtit. 35. Romanus Pontifex. Rodriguez* ubi infra. *Azor. lib. 12. cap. 23. queſtion. 2.* Agunt de Congregatione Servorum *Auguſtinus Florentinus in Chronic. Servorum.*

Coſimus

Coſimus de Favilla in tract. de teſta vita religioſorum, Tractatus inſcripſit Chronicon, Catalogus, & Dialogus de origine ſervorum beatæ Mariæ. Iacobus Laudenſis in Chronic. ordinis, Lucas Ferrinius in additionibus ad lib. ſeptem ſanctorum Patrum ordinis fundatorum. Michael Povianus in mari magno ordinis ſervorum, ideſt, *de eius origine, progreſſu, &c. uſq; ad annum* 1566. *Raphael Miſſæus in commentarijs hiſtoriarum ordinis. Archangelus Giannius Florent. in libello de origine ſervorum Beatæ Mariæ*, à quo multa decerpſit *Bzovius tom.* 13. *Annal. anno* 1231. *num.* 7. Videndi præterea ſunt *Polydor. de invent. lib.* 7. *cap.* 4. *Blozius de ſignis Eccleſiæ, lib.* 9. *cap.* 8. *Platus de bono ſtatus religion. lib.* 2. *cap.* 22. *Illeſc. lib.* 5. *Pontific. cap.* 45. *Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo* 13. *anno* 1252. *pag.* 679. *Onuſſr. in Chronic. eodem anno. Morigia lib.* 1. *cap.* 35. *Sylveſtr. Marul. in oceean. lib.* 4. *cap.* 30. *Cæſar Franciotti de Eccleſijs Lucenſibus, Eccleſia S. Mariæ Servitarum, pag.* 562. *Azor.* ubi proximè. *Rodrig. tom.* 1. *regular. quæſt.* 5. *art.* 6. Conſule quoque *diplomata Benedicti* IX. *Conſtit.* 1. *in Appendice Bullar. anno* 1304. *Conſtit. ſecundum Clementis* VI. *anno* 1346. *Conſtit.* 6. *Vrbani* VI. *anno* 1379. *in eodem Bullario.* De Servitis alibi mentelli, alijs ab his, de quibus nunc egimus, & quos extinxit Concilium Lugdunenſe 2. ſub Gregorio X. videndus tibi erit *Sanſon Huis, in lib. de veritate vita, & ordinis S. Guilielmi. Albert. Miræus origine Auguſtin. lib.* 1. *cap.* 19. *Cruſenius in monaſtico Auguſtiniano, p.* 3. *cap.* 3.

45 ## Congregatio Vallis Caulium.

Gallice *Val de chaus*, prope Divinionem, *Dyon*, urbem Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, inſtituta ſub regula S. *Benedicti*, à *Viardo*, viro religioſo Benedictino, anno 1240. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Baldovino II. Agunt de hac familia *Iacobus de Vitriaco in hiſtoria Occidentali, cap.* 17. *Arnold. Vvion in ligno vitæ, lib.* 1. *cap.* 50. *Barnabas Montalvo in Chronic. Aſtercius tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 25. *Aubertus Miræus de ſtatu Eccleſiæ catholic. lib.* 1. *cap.* 24. *& de originibus monaſticis, lib.* 2. *cap.* 9. *& de originibus ſancti Benedicti, cap.* 64. *Claudius Robertus in Gallia chriſtiana, tit. de Abbatijs, littera V.* verbo, *Vallis Caulium. Fr. Athanaſius Lobera in vita* S. *Froilani, cap.* 19. *Caſſan. in Catalog. part.* 4. *conſider.* 58. ubi ait habere hanc familiam pauciſſima monaſteria, utiliusq; fore *Aſtercienſi*, ordini uniri, cuius, & ipſa habitum geſtat, & regulis utitur.

46 ## Congregatio Cruciferorū per Germaniam, Belgium, & Galliā.

Inſtituta à viris quinq; admodum pijs ordinis eccleſiaſtici opem ferente Hugone de ſancto Charo familiæ Dominicanæ Cardinali, tum temporis per Germaniam legato, anno 1246. Pontifice Innocentio IV. atq; ordinem ſub regula S. *Auguſtini*, confirmante. Cœnobium totius familiæ caput, ſitum eſt in oppido *Huis*, ad Motam fluvium in diœceſi Leodienſi, *Liege*, ubi *Præfectus* ordinis reſidet, plura habet per Galliam, Belgium, ac Germaniam monaſteria, de quibus nonnulla *Miræus in originibus Auguſtinianis, lib.* 1. *cap.* 14. De Cruciferis cum ſtella rubea per Bohemiam, Moraviam, Sileſiam, ac Poloniam, infra ſuo loco ſermo incidet, cum *de familijs equeſtribus agemus*, item de Crucigeris cum *Naricula*, apud *Bohemos*.

Congregatio bonorum hominum. 47

Inſtituta ſub regula S. *Auguſtini*, ab *Edmundo* Anglo Richardi Cornubiæ, *Cornuallia*, Comitis filio (erat is Richardus Henrici hoc nomine tertij Anglorum Regis frater) ann. 1257. Pontifice Alexandro IV. vacante Occidentis Imperio, Orientis Imperatore Michaele Palcologo Occaſionem erigēdi hanc familiam, item multa de monaſterio eius capite apud Aſuherugium, quintum ſupra decimum lapidem diſtante à Londino, *Londres*, lege apud *Polydor. de invent lib.* 7. *cap.* 4. in fine, & *lib.* 16. *hiſt. Anglic. Bzovium tom.* 13. *annal. anno* 1257. *num* 8. *Morigiam lib.* 1. *cap.* 60. Induebantur *boni homines*, habitu cæruleo eiuſdem artis, ac formæ cum eo, quem nigrum portant *Eremitæ* S. *Auguſtini*. Hodie non extant.

Congregatio Celeſtinorum. 48

Inſtituta à S. *Petro Morono*, monacho Benedictino, & ſub regula S. *Benedicti*, anno 1274. Pontifice Gregorio X. Imperatoribus Occidētis Rodolfo I. Orientis Michaele Paleologo. *Celeſtina*, dicta eſt, quòd eius fundator S. Petrus Summus Pontifex electus, Celeſtinus V. vocari voluit, à Pontificio honore, ſeu potius honore abiecto, ad nomen priſtinū rediit, licèt cum nomine honoris familia remanſerit. Induuntur monachi alba tunica, nigro capuccio, & ſcapulari, nigra etiam cuculla, ſive clamyde, Benedictinis per omnia ſimili. Crevit hæc familia per Germaniam, per Hungariam, per Galliam, ubi nunc habet 22. monaſteria latis ampla, crevit per Italiam, ubi ad 96. domicilia numerantur. *Sylveſtr. Marul. in oceean. lib.* 4. *pag.* 309. Habet Romæ monaſterium ad S. *Euſebium in regione montium*. Agunt de Celeſtinis *S. Antonin.* 2. *part. ſumma, tit.* 16. *cap.* 1. §. 18. *Caſſan. in Catalog. part.* 4. *conſiderat.* 61. *Polydor. de invent. lib.* 7. *cap.* 2. *Morigia lib.* 1. *cap.* 36. *Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo* 13. *anno* 1274. *pag* 681. *Genebrard. Platina. Bellarm.* & alij. *Chronol. in Celeſtino V. Bzovius tom.* 13. *an.* 1294. *n.* 2.

Ex ſcholaſtic. *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 3. Miranda tom. 1. Manual. relig. q. 4. art. 2.* ubi citat *Illeſc. in Pontif. p. 1. lib. 6. cap. 43.* aliter 48. Feſtum *S. Petri Moroni* (dictus eſt *Moronus*, à monte *Morono*, in regno Neapolitano, quē religioſus incoluit) 19. Maij de eo in *Martyrol. Roman.* ubi *Baron. Sutius tom. 3. 19. Maij. Ribadan.* & ſcribentes vitas ſanctorum, eadem die, item ſcribentes vitas Pontificum, ſub *Celeſtino V. Hiſtoriograph. ad an.* 1294.

49 ## Congregatio fratrum Pœnitentiæ ſanctę Mariæ Magdalenę.

Inſtituta, ſeu potius renovata à *Beltramo*, viro Gallo, ac diœceſis Maſſiliēſis, *Marſelha*, ubi primūm monaſterīū huius ordinis fundatur ſub regula *S. Auguſtini, an.* 1277. Pontif Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaele Palcologo. Scribit *Cruſenius in monaſt. Auguſt. p. 3. cap. 5.* durare hodie p Germaniam, Galliam, & Hiſpaniam hunc ordinem, habitu parum à Capuccinis differente, niſi quod zonis præcingantur. Hęreo an iſta familia ſit illa eadem, quam *Iacobus Amanus*, & *Franciſcus Modius in libello de habitu Eccleſiæ Romanæ Lazeritam*, ſive *S. Mariæ Magdalenæ*, appellant; hęreo inquā quia habitus non nihil diſſimilis eſt, conſtans nimirum ex albo, & nigro, ut in nigro colore Lazarum mortuum, in albo exſuſcitatum ſignificarent. Lege *Modij epigram.* citato loco.

50 ## Congregatio Mulierum pœnitentium.

Inſtituta, vel ut credo verius, renovata eſt ab eodem *Beltramo Gallo*, ſuperioris congregationis auctore, in Lutetia Pariſiorū, ſub regula *S. Auguſt. an.* 1278. Pontif. Nicolao III. Imperatoribus Occident. Rodolfo I. Orient. Michaele Palcologo, eſt hæc familia quaſi aſylum, & portus earum mulierū, quæ ſuis abutebantur corporibus, & meretriceos quæſtus faciebant, in quem poſt diuturnā voluptatū tempeſtatem, recipiuntur. Induūtur albis veſtibus, quibus virginitas paſſim apud ſuperos *Apoc. 7. n. 9.* inſignitur, ut intelligant tantū ſe pœnitentia conſequi poſſe, ut virginū merita, ſi non aureolam, adæquent. Lege *Cruſenium in monaſt. p. 3. cap 5.* Non credo has mulieres apud Hiſpanos in receptaculis ſuis profiteri veram religionem, id eſt Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam, quod etiam in exteris nationibus evenire ſuſpicor.

51 ## Cōgregatio Charitatis S. Mariç.

Inſtituta à *Guidone Ianuillano*, domino S. Georgij, in diœceſi Catalaunenſi, *Chalon*, in provincia Cāpaniæ regni Gallicani, ſub regula *S. Auguſtini, ann.* 1290. Pontifice Nicolao IV. Imperatoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaele Palcologo. Primū huius Congregationis monaſterium ſub patrocinio, & tutela S. Ludovici regis Galliæ, ædificatum eſt in agro *Bucheraumont*, in territorio Ianuillæ, prædictæ diœceſis, quod hodie viginti ſub ſe habet domicilia, teſte *Miræo lib. 5. origin. monaſt. cap. 21.* Colunt monachi huius familiæ ex inſtituto ſuo hoſpitalitatem, atq; domibus ſuis pauperes colligūt, & alunt, de habitu nihil lego apud Auctores. Vide *Cruſenium in monaſt. p. 3. cap. 10. Miræum* ubi proximè.

52 ## Congregatio Clericorum hoſpitaliorum.

Inſtituta à Patre *Auguſtino Novello*, Cancellario primum Manfredi regis Siciliæ, deinde Pœnitentiario, & à ſecretis cōfeſſionibus Bonifacij VIII. electus in ſeptimum Generalem Eremitarum S. Auguſtini, quo munere reiecto hanc familiam erexit Senis, ann. 1300. ſub regula *S. Auguſtini*, confirmante Bonifacio VIII. Imperatoribus Occidentis Alberto, Orientis Andronico I. Habitus omnino eſt clericalis, inſtitutum, hoſpitalibus inſervire. Durat adhuc hæc Congregatio Senis, & per Italiam, ſed non ita frequēs. *Cruſenius in monaſt. p. 3. cap. 10.*

53 ## Congregatio Alexianorum.

Sic dicta, quod *S. Alexium*, ſibi in patronum delegerit, à pijs quibuſdam hominibus, quorum nomina auctores non produnt (conſtet licèt omnes fuiſſe inferioris Germaniæ) inſtituta, anno Domini 1309. Pontifice Clemente V. Imperatoribus Occidentis Henrico 7. Orientis Andronico I. Vtuntur nigris veſtibus, & oblonga cuculla, cum ad tumulanda mortuorum cadauera (quæ eſt ipſorum inſtitutio) procedunt. Hos regulæ *S. Auguſtini*, adiunxit *Henricus Surdemanus*, ex familia Eremitica S. Auguſtini, ut ſcribit *Cruſenius in monaſt. p. 3. cap. 11.* Dicuntur etiam hi *veſpillones*, ab officio ſepeliendi mortuos, nullis ſacris initiantur, ut teſtatur idem *Cruſenus*. Eiuſdem ſunt profeſſionis, atq; ſub S. Alexio pariter militant *Cellitæ*, qui Bruxellis, Antuerpiæ, Lovanij, Mechliviç, Coloniæ, & alibi mortuorum cadaveribus piam operam impendunt, quos licet ab *Alexianis*, & *veſpillonibus*, diſtinguat *Franciſcus Modius in libello de habitu Eccleſiæ Romanæ*, ego coſdem omnino puto, lege *Miræum origin. ordin. S. Auguſtini, lib. 1. cap. 28.* Nota apud Auctores maximè Belgicos inveniri monaſteria *nigrarum ſororum*, ab habitu nigro, quem portant, ſic appellatarū, quarum inſtitutū eſt ſedulo morientibus, & ægrotantibus adeſſe, ſecuntur regulam S. Auguſtini, & Ordinarijs ſubduntur. *Miræus*, & *Cruſenus* ubi proximè.

Congre-

54 ## Congregatio Olivetanorum.

Sic dicta à monte Olivarum in comitatu Ilcienſi, *monte Alcino*, non longe à Senis, ubi primum eius monaſterium erectum, inſtituta ſub regula *S. Benedicti*, à tribus nobilibus Senenſibus, *Bernardo Ptolomeo Philoſophiæ profeſſore, Ambroſio Piccolomino, Patritio de Patritijs*, anno 1319. Pontifice Ioanne XXII. qui anno 1324. ordinem confirmavit, ut conſtat ex *Conſtit. 1. in Appendice Bullar. edit. 2.* Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Dicuntur huius congregationis religioſi per Italiam *monachi albi*, quòd nullis niſi albis veſtibus utantur. Habent per Italiam, & Siciliam pluſquam ſexaginta monaſteria, ampliſſimum eſt S. Michaelis in Nemore, vulgo, *in Buſco*, Bononiæ, habẽt etiam duo in Hungaria, eorum Generalis ultra triennium non creatur. *Sylveſt. Marul. in Occean. lib. 5. pagin. 343.* Sunt Romæ ad *S. Mariam nouam in regione Montium.* Agunt de hac familia *S. Antonin. 2. part. tit. 16. cap. 1. §. 2. Caſſan. in Catholog. 4. part. conſiderat. 58. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 1. Gualter. in tabula Chronograph. ſæcul. 14. pag. 699.* apud quem *Genebrardus, Morigia lib. 1. cap. 37. Bellarmin. in Chronol. anno 1373. ſub Gregorio XI. Plato de bono ſtatus religioſ. lib. 2. cap. 22. Hieronym. Romanus in repub. chriſtian. lib. 6. Pineda lib. 22. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Rodrig. tom. 1. regular. quæſt. 3. art. 3. Miranda tom. 1. Manual. religioſ. quæſt. 4. art. 2.* Nota diſcrepantes nimium eſſe auctores in deſignanda huius familiæ erectione, quo nimirum anno contigerit, nos verioribus ducti coniecturis annum 1319. deſignavimus.

55 ## Congregatio Ieſuatorum S. Hieronymi.

Inſtituta à S. *Ioanne Columbino Senenſi*, ſub regula S. *Auguſtini*, & patrocinio S. *Hieronymi*, anno 1354. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Præter S. Auguſtini regulam habet hæc familia proprias ſibi conſtitutiones, quas accepit à *D. Ioanne de Toſsinbano* epiſcopo Ferrarienſi, eiuſdem ordinis religioſo. Dicũtur paſſim *Ieſuati*, vel quòd ita à lactentibus pueris in primordio religionis vocari ſolerent, non ſine miraculi ſuſpicione, vel quòd frequens eſſet in ore primorum patrum fundatorum Ieſus nomen, à quo Ieſuati dicti ſunt. Vtuntur alba tunica, ſcapulari, & pallio canuſino, unà cum capuccio eiuſdem coloris, quod à cervice ligunſam, ſive faſciam ad ſcapulas dimittit. Ferè nullus in hac familia ſacris initiabatur; nec in choro recitabãtur horæ canonicæ, ſed aliter iam nunc eſt à Clementis VIII. & Pauli V. Pontificatu, nam & ſacris initiantur, & in choro publicè recitant officium divinum. Poſſident per Italiam ad 33. monaſteria, in quibus 600. ferè religioſi habitare dicũtur. Religio caput unum non habet; gubernatur duplici viſitatore, Tuſcię uno, *Inſubria* altero, *Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11.* Habet Romæ monaſterium ad S. *Ioannem, & Paulum*, eſt una ex *mendicantibus, Pius V. Conſtit. 35. Romanus Pontifex 48. Apoſtolicæ Sedis. Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. cap. 8. nu. 13.* Agunt de hac familia *Genebrardus in Vrbano VI. Gualter. ſæcul. 14. pag. 701. Illeſc. 2. part. lib. 6. cap. 6. Roman. lib. 6. de repub. chriſtian. cap. 22. Plato de bono ſtat. religioſ. lib. 2. cap. 22. Ouuffr. in Chronic. anno 1367. Morigia eiuſdem religioſus, in Chronic. Ieſuat, & de origin. religion. lib. 1. cap. 38. Sylveſter Marul. in Occean. lib. 5. pagin. 349. Bellarmin. in Chronol. anno 1362.* Feſtum S. *Ioannis Columbini* 31. Iulij. Vbi *Baron. in notis Martyrol. Hypolitus Salvianus in eius vita, Romæ edita anno 1558. Italè.* Nota *Sanctum Ioannem Columbinum.* & S. *Ignatium de Loiola*, ambos incidere in eandem diem, *Columbinus*, fundator eſt *Ieſuatorum, Loiola Ieſuitarum.*

56 ## Congregatio Sanctæ Birgittæ.

Inſtituta ab eadem S. *Birgitta*, ſub regula S. *Auguſtini*, & conſtitutionibus proprijs, quas à Chriſto Domino accepit anno 1368. Pontifice Vrbano V. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Monaſteria huius familiæ in multis locis ſunt duplicia, ideſt virorum, & fœminarum, interdicto affatu, & aſpectu, murorum ſepto, ne ſit tranſitus ab uno in aliud clauſtrum, eadem utuntur Eccleſia, fœminæ ſuperiori choro e regione ſacelli maioris, viri inferiori, ideſt eo, qui poſt altare maius collocatur: omnibus una imperat Abbatiſſa. *Sacerdotum* habitus canuſinus, cũ cruce rubra in pectore, in medio cuius ſit alba hoſtia, *Diaconorum*, eiuldem coloris cum circulo in pectore ex albo pano, quatuor vitis, ſive ligulis inter medijs ex rubro: *Laicorum* pileum canuſinum cum cruce alba, *Virginum*, ſive *Monialium* velum nigrum, ſuperpoſita corona eo artificio, ut in ea appareant quina Chriſti vulnera, ferunt præterea anulum in digito, ut veræ Chriſti ſponſæ. Videndi de hac familia in primis Bulla canonizat S. Birgittæ, quæ eſt *Conſtit. 5. Bonifacij IX. in Bull. edit. 2. Marſtinus 59. in Conſtit. excellentium. Nauclerus volum. 2. gener. 46. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. Gonçallus Durandus in Comment. revelat. S. Birgittæ, lib. 4. cap. 49. in notis, & cap. 137. & in proœmio ad regulam S. Birgittæ, Alphonſus de Mendoça in Quodlibet. quæſt. 5. Gualter. in tabula Chronograph. ſæcul. 14. pagin. 699. Morigia lib. 1. cap. 55. Sylveſter Maruſ. in Occean. lib. 5. pagin. 319.* Feſtum S. *Birgittæ* 23. Iulij, de ea *Baron. in notis, eiuſdem diei. Surius tom. 4. eadem die.*

57 **Congregatio S. Hieronymi per Hiſpaniam.** Inſtituta ſub regula *S. Auguſtini*, & patrocinio S. Hieronymi à Domino Petro Fernandez nobili Caſtellano, Petri Regis Caſtellæ, quem *Cydelem* appellant, intimo quondam, & maiorem cubiculario, anno Domini 1370. Pontifice Vrbano V. Imperatore Occidētis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Caput huius familiæ eſt monaſterium S. Bartholomæi de Lupiana, in Toletanæ diœceſi. Vtuntur monachi tunica alba, ſcapulari, & capuccio Canuſino, capuccium ſtrictum eſt, & rotundum ea parte, qua caput contegit, pallium item Canuſinum criſpatur, & undulatum ad collum, eo utuntur, cū foras procedunt. Habet hæc familia plura, & pulchra monaſteria per Hiſpaniam, in Luſitania celebriora ſunt *Bethlemiticum*, prope Olyſipponem ad fauces Tagi, *Peralonga*, *Pena S. Marcus prope Conimbricam*, *Collegium Conimbricenſe*, *Vimaranciū, & alia*. Regitur hæc familia uno Generali, qui ſemper eſt *Lupiana*. Agunt de illa in primis, qui eius Chronica ſcripſit *Fr. Ioſephus de Cigueça*, *Hyeronymus Romanus in repub. chriſtiana*, *lib. 6. cap. 29. Plat. de bono ſtat. religioſ. lib. 2. cap. 22. Sylveſt. Marul. in Occean. relig. lib. 3. pag. 198. Eduard. Nonius de Leam in Chronic. Regis Ferdinandi Luſitani*, ubi ait primum huius ordinis monaſteriū *Virtutenſe*, apud Luſitanos, fundatum fuiſſe à Rege Ioanne primo, anno 1400. *Emmanuel Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 10. Miranda tom. 1. Manual. relig. q. 4. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. Suar. tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5.* Feſtum *S. Hieronymi* 30. Septembris, de eo *Baronius*, *Surius*, *Ribadaneira eodem die*.

58 **Congregatio Clericorum vitæ cōmunis.** Inſtituta ſub regula *S. Auguſtini*, à *Gerardo Daventrienſi*. (Eſt Daventria urbs epiſcopalis inferioris Germaniæ, ad Iſulam fluvium ſita, atq; Traiectenſi Archiepiſcopo ſuffraganea) anno 1371. Pontifice, & confirmante Gregorio XI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Appellati ſunt *vitæ cōmunis* huiuſmodi homines, quod in cōmuno viuant Apoſtolorum more, non libero eſt *Act. 1. nu. 32.* Cæterum cōmunia, & unus, & ſex miſſis fuiſſe huiuſmodi monaſteria, adhibitis clauſis, & repagulis, propter honeſtatem, legō apud *Creſſenium in monaſt. Auguſtin. hab. 3. cap. 19.* adducens in exemplum *Paſſaviēſe*, *Polingenſe*, & *Anſelorſenſe*, in Bavaria. Item claros hos celebres habuiſſe per Germaniā Gerardus ad erudiendam iuventutem, ſcribit *Miræus origin. S. Auguſtini, cap. 27.* Obiit *Gerardus*, (quem ob inſignes animi dotes, & teſtatam omnibus virtutem, ac doctrinam *magnum* cognominarūt) non anno Domini 1376, ut ſcribit *Miræus* ubi proximè, ſed poſt 1384. quo illū vivere teſtatur *Poſſevin. in Apparatu*, verbo, *Gerardus*, & *Tuthemius*. Appellātur ab Auctoribus nonnūquam huius familiæ viri *Ambroſiani*, *Gregoriani*, *Hieronymiani*. Sed cauſam ignoro penitus, ſi forte à peculiaribus cœnobijs S. Ambroſij, S. Gregorij, S. Hieronymi, hoc modo non audiunt. Fere nulla eorum monaſteria hodie iam perſtant, præter illa, quæ Coloniæ, Veſaliæ, & Sylvæ Ducis *Boldnc* cernuntur. Exiſtimo tamen hos nunquam fuiſſe verè religioſos, ſed tantū clericos fæculares, in cōmune viventes. Lege præter citatos *Morigiam lib. 2. cap. 61. Sylveſt. Maruſalum in Occean. lib. 3. pag. 197.* 62

59 **Congregatio Canonic. regul. Gronodael, ideſt, Vallis viridis.** Putat *Sylveſt. Maruſ. in Occean. religion lib. 1. pag. 38.* Congregationem hanc ſic pictam ab ipſo loco *Gronodael*, in diœceſi Cameracenſi *Cambrai*, ad *Scaldem fluvium*, ſed de anno, & inſtitutore huius familiæ omnino ſilet, nec extra Germaniā diffundi exiſtimat. Cæterum *Gabriel Pennotus in hiſt. tripart. lib. 2. cap. 66. nu. 2.* antiquorem putat hanc Congregationem, tu illum lege, ac rationes ipſius expende. Erant hi Canonici Lateranenſibus per omnia ſimiles. Meminit huius Congregationis *Poſſevinus in apparatu*, verbo, *Ioannes Visbroeck*, & *Ioannes Schonhoven*, celebres illius alumni.

60 **Congregatio S. Hieronymi per Italiam.** Inſtituta à quodam *Petro Lupo Olmeto*, familiæ S. Hieronymi p. Hiſpaniam monacho, ſub regula S. *Hieronymi*, quē ipſe Olmetus decerpſit ex operibus ipſius ſanctiſſimi Doctoris (eſt hæc regula tom. 9. S. Hieronymi, habetq; præfixam adnotationem *Mariani Victoris*, ubi nonnulla de laudibus Olmeti, quem ipſe, neſcio an ex typographorum incuria Olivetum appellat) anno 1380. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceſlao, Orientis Andronico III. Vtuntur monachi eodem habitu, atq; Hiſpani. Sunt Romæ ad S. Alexium in regione Ripæ, habent non multa per Italiam monaſteria, ſine ulla ab Hiſpanis dependentia. De illis *Morigia lib. 1. cap. 46. Sylveſt. Maruſ. in Occean. lib. 5. pag. 366. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. Suar. tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. nu. 9.*

61 **Congregatio S. Hieronymi in Piſis.** Inſtituta à nobili viro Piſano (inde in Piſis dicta) *Petro Gambacurta*, ſub regula *S. Auguſtini*, & patrocinio *S. Hieronymi*, anno 1580. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidētis Venceſlao, Orientis Andronico III. Primum huius Congregationis monaſterium caput

caputq; familiæ eſt apud Ceſſanam in territorio Vrbini, appellant *Montem belum*, ob loci amœnitatem; monachi à Pio V. profeſſionem fecerũt, utũtur tonica, ſcapulari, capuccio, pallio canuſino, reijciunt ab humeris vittam, ſive ligulam eiuſdem coloris, quam ſubtus pallium gerunt, cum foras procedunt; ferenullum habent monaſterium extra *Marchiam Anconetanã & Triuiſianam*. Lege de his *Sylveſt. Marulum in Occeano lib. 5. pag. 345. Morigiam lib. 1. cap. 41. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 11. Rodrig. tom. 1. regular. quæſtione 3. art. 9.*

62 ## Congregatio Canonicorum Regularium Vvindeſemẽſium.

Eſt *Vvindesheim* prædium tertio á Daventria Germaniæ inferioris urbe, lapide, ad *Iſulam* fluuium ſita, collocatum prope Zuvollã Traiectenſis diœceſis oppidum. Hic erectum viſitur monaſterium eiuſdem nominis, ſub invocatione B. Virginis Mariæ, à *Gerardo magno*, (de quo *nu.* 58.) *& Ioanne Buſchrove*, ædificatum anno 1387. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Addidere ſe brevi temporis ſpatio huic monaſterio cõgregationis Vvindeſemenſis capiti, in ſola Germania Inferiori, ac tractu Rhenano centum viginti virorum monaſteria, fœminarum triginta, plura horum numerat *Miræus* ubi *infra*. Cæterum ſcribit *Cruſenius in monaſtico Auguſtiniano p. 3. c. 21.* ſe ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ. (eſt Cruſenus familiæ eremiticę Auguſtinianæ alũnus, vir muneribus & litteratura inordine ſatis notus, vivebat anno 1628) anno 1622. interfuiſſe capitulo generali huius familiæ Tougris, *Touger*, congregato, ac ibi vix numeraſſe viginti *Priores*, ex quibus nonnulli ſolum titulum gerebant, addit tamẽ hos diſciplinæ regularis valde eſſe obſervantes. Lege de hac familia librum, quem vocant *Ordinarium diuini officij, & conſtitutionum capituli Vvindeſemenſis*, editum Vlyſſ., anno 1552. Miræum in originibus *Canonic. regular. cap. 13. Penotum hiſtor. tripart. lib. 2. cap. 62. 63. 64. & 65.*

63 ## Congregatio Sancti Hieronymi in Feſſulanis.

Sic dicta, quod Feſſulis nobili quondã Tuſciæ urbe, cuius nũc veſtigia vix extant, nõ longe à Florentia, inexperit inſtituta à *Carolo Romano* Montis Garnelli oppidũ eſt ad radices Apenini, quinque leucis diſtans à Ceſena, comitę, ſub regula S. *Auguſtini* anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Vtuntur eius monachi habitu canuſino, pallio ad collum rugato, ſunt Romæ ad *Sanctum Vincentium, & Anaſtaſium, in Regione Trivij*. Agunt de hac familia *Sylveſt. Marulus in Occeano lib. 4. pagin. 327. Morigia lib. 1. cap. 42. Onuffrius anno 1405. Genebrard. in Gregorio 12. Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo 15. pag. 717. Polyd. de invent. li. 7. cap. 3. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 12.* Corpus *Caroli* honorifice colitur *Kancijs* in monaſterio S. *Mariæ de gratia*, caput in monaſterio *Feſſulano*, cum adhuc in albo ſanctorum adſcriptum non ſit.

64 ## Congregatio Clericorum regularium Frigionariæ.

Sic dicta à monaſterio *Sanctæ Mariæ* in ſylvâ *Frigionaria* (ſunt Frigiones aves quædam in Italia) cui multitudo *Frigionum* illac ſe recipientium, nomen indidit, non longe à Luca, inſtituta à *Patre domino Bartholomæo*, ex nobiliſſima *Columnenſium* familia, & à *Patre Iabo de Avogrado*, Bononienſi doctore emerito, familiæ Prædicatorum quondam religioſo laico anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Collocata eſt hæc familia ab Eugenio IV. in eccleſia *S. Ioannis Lateranenſis in urbe*, inſſaque eſt à *Frigionaria* dicti *Lateranenſis*, cum Lateranenſium Canonicorum fuerit reformatrix, quod nomen adhuc retinet, utitur eodem habitu, quo Canonici Lateranenſes. Sunt Romæ ad S. *Mariam de Pace in Regione Pontis*. Habent multa, præclara per Italiam monaſteria, quæ videre poteris apud *Pennotum hiſtor. tripart. lib. 3. cap. 8.* per totum. Lege præterea *Morigiam lib. 1. cap. 8. Sylveſtr. Marulus in Occean. lib. 1. pag. 4. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 22. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 1. Recurre ad num. 9.* ſupra.

65 ## Congregatio Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris.

Sic dicta à primo monaſterio, quod habuit ſub oraculo *Salvatoris* in *Sylva lacus*, non longe à Senis, inſtituta à *Fratre Stephano* Eremita *Sancti Auguſtini*, anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellatur nonnunquam hęc familia *Scopetina* à monaſterio quod initio ſuæ inſtitutionis habuit prope muros Florentiæ, ſub nomine *S. Donati* Epiſcopi Feſſulani de quo *Baron. 22. Octobris ad notas. Martyrolog.* Vtuntur Canonici *Sancti Salvatoris* eiſdem veſtibus, atque Canonici *Lateranenſes*, præter quam quod pallium nigrum deferunt, cum foras procedunt, poſſident ad quadraginta monaſteria per Italiam, Generalis triennium non excedit. Sunt Romæ ad *Sanctum Petrum ad vincula*. Agunt de illis quotquot pro canonicis regularibus citauimus, *numer. 5.* Vide etiam

Sanch.tom.2.decal.lib.6. cap. 6. num.6. Suar. tom.4. de relig. tract.8.lib. 3. cap. 17. num. 8. Azor. tom. 1. lib.12.cap.6.quæſtione 9. Habitus parum diſtat in figura ab eo, quem geſtant Eremitæ S.Auguſtini,mutato colore nigro in canuſinum, capucciũ tamen cum deſcendit ad pectus rotũdum eſt,cum verò ad ſcapulas,non accuminatũ, ſed obtuſum,ea forma,ſed latiori, qua Capironem portant novitij *S.* Franciſci Aſſinatis, deinde cingulo laneo canuſino præcinguntur nodis quibuſdam diſtinguentibus ſacerdotes, à non ſacerdotibus. Tota Congregatio uni paret Generali, qui per triennium durat, habet ſub ſe ſexdecim provincias, in illis centum quadraginta domicilia, religioſos tria millia, *Azor, tom. 1. lib. 13. cap. 11. quæſtione 13.* Sunt Romæ ad Sanctiſsimam Trinitatem quã appellant montis, ſed ibi fere omnes religioſi ex monaſterij inſtituto, Galli ſunt. Item ad *S. Andream in regione colũmna*, ubi Itali commorantur. Notabis primo minimos dici apud apud Gallos *bonos homines* apud Hiſpanos, *fratres victoria* quòd in hanc provinciam ingreſsi ſunt, quo die Rex Ferdinandus catholicus victoriam de Mauris adeptus eſt, illorum precibus adeptam, & vaticinio prænuntiatam. Notabis 2. hanc religionem eſſe unam ex *mendicantibus* Pius 5. *conſt.* 48. *Apoſtolicæ ſedis, &* 49. *Romanus Pontifex. Suarius de religione tom.* 4. *tractat.9. lib.1. cap.* 8. *num.* 13. Agunt de minimis *Hieronym.roman. in repub. chriſtiana lib. 6. cap.* 31. *Illeſc. in Pontific. part* 2. *lib. 6. capit.* 26. *Petrus Opmerus in opere Chronolog. tom.1.anno* 1458. *pagin.* 418. *Plato de bono ſtatus relig. lib.2. cap.* 22. *&* 37. *Genebrard. in Paulo* 2. *Gualt.in tabula Chronograph. ſæculo* 15. *anno* 1473.ubi refert *Onuffr. eodem anno* & notat vocari minimos in Gallia *bonos homines. Bellarm. in Chronol. anno eodem ſub Xixto IV. Morigia lib.1. cap.* 49. *Sylveſtr. Marulus in Occeano lib.5. pag.* 360. *Rodrigez tom.* 1. *regul. quæſtione* 2. *artic.7. Claudius Robertus in Gallia Chriſtian. titulo de Generalibus. Miranda tom.* 1. *Manual relig. quæſt.* 4. *art.*11. *Azor tom.*1. *lib.*13. *cap.* 11. *quæſtione* 13. Feſtum *ſancti Franciſci de Paula* 2. Aprilis, de eo *Baron.in notis eiuſdem diei ad Mart. roman. Surius tom.*2. *april. Paulus Phegius, Ribadanira.*

70 **Congregatium fratrum Apoſtolorum.** Sic dicta, quod à *Sancto Barnaba Apoſtolo* credatur primum inſtituta,verum cum Erimitice, ac penè libere per agros viverent eius alumni ad pontificatũ uſq; Innocentij VIII.ab eo vivendi modũ in cõmunibus domicilijs,obligari votis,ac habitum certum geſtare, acceperunt, anno 1464. Imperatoribus Occidentis Federico III. tyranno,Orientis Baiazeto: ſervant regulam *S. Auguſtini*, utuntur habitu canuſino, nimirum tunica, ſcapulari capuccio aſſuto,corrigia cornu fibulata, pallio vix vtuntur, niſi pluvioſo tempore,eiuſdem coloris cum reliquo habitu, ea forma, qua fieri ſolet pallium,quo religioſi *obſervantiæ ſancti Franciſci* amiciuntur. Rara habent per Italiam monaſteria, extra illam nulla. Ibi dicuntur vulgo *Frati Apoſtolini.* De eis *Morigia lib.*1 .*cap.* 51. *Sylveſt. Marul. in Occean. lib.* 1.*pag.*37. Feſtum *S.Barnabæ* 11.*Iunij.* De eo *Baronius in notis Martyr.& tom.* 1. *Annal. ab anno* 34. *uſque* 51. *& tom. 6. anno* 485. lege *Lorinum ad cap.* 11. *numer.* 24. *actor. Apoſtol.* ubi multa *de S. Barnaba.*

Congregatio Canonicorum regul S.Petri de Mõte Corbulo. 71

Sic dicta à primò eius monaſterio, ſub patrocinio S.Petri in monte Corbulo in Archiepiſcopatu florentino duodecimo à Senis lapide, ædificato, Pontificatu Iulij II. intra annum 1503. & 1512. quo ipſe duravit, inſtituta (ut ſcribit Ioſephus *Mozzagrunus lib.*1 *fine.*)à quodã *Petro Reguriſi*, vel Mediolanenſi, monacho Carthuſiano, ferunt habitum Canonicorum,à principio fuiſſe canuſini coloris,nimirum tunicam, rochetum, & capuccium, ſive almiciam, ſed anno 1521. mutatum eſſe in nigrũ. Amant hi maximè ſolitudinem, ſectãtur hoſpitalitatem,rigide ſecum agunt, ac de labore manuum viveunt. Lege *Azor.tom.*1. *lib.* 12. *cap.* 22. *quæſtione* 3. *ex Volaterrano, Trullum lib.* 1. *cap.* 10. *Mozzagrunum* loco citato, *Periotum in Tripartita lib.*2. *cap.*54. *num* 5. Non credo *Exdoxio Loratello in vita S. Gualberti part.*2. *cap.* 68. *Itale*, cum ſcribit extinctam fuiſſe hanc congregationem à Gregorio 13. cum pene nulla, iam haberet monaſteria,nam verius eſt illam adhuc extare.

Congregatio Clericorũ boni Ieſu Ravenatis. 72

Inſtituta Ravenis à ſanctiſsima quadam virgine *Margarita* nomine, miniſterio duorum ſacerdotum eiuſdem urbis *domini Leonis, & domini Hieronymi*, quibus primo regulam ſuam contulit, ipſi deinde alijs, anno 1504. vel 1508. Pontifice Iulio II. Imperatore Occidentis, Maximiliano I. Orientis tyranno Baiazeto. Eſt familia Clericorum regularũ, utitur habitu ſimili patribus ſocietatis,ſed pileo ubique rotundo, eius præcipuum domicilium Ravennæ, nullum extra Italiam, in ea non multa. Habent Priorem Generalem,eligitur is ad annum,deinde ſi recte ſe gerat in munere, confirmatur in ſequentem,& ſic deinceps. Lege *Sylueſt.Marul.in Occean. lib.*5. *pag.*398. *Azor lib.*13. *tom.*1.*cap.*11. Feſtum *B. Margaritæ* 23. Ianuarij. De ea *Fr. Iacobus Moſandius Carthuſianus in* 7. *to-me additionum ad Surium eadem die.*

Congre-

73 Congregatio Clericorum regularium Theatinorum. Inſtituta anno 1524 ſub regula *Sancti Auguſtini à Ioanne Petro Garrafa* epiſcopo Theatino *Chiete*, in regno Neapolitano, inde eius clerici dicti *Theatini*, Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Profitetur hæc familia, tum in communi, tum in particulari paupertatem, nec eleemoſynas oſtiatim petit, ſed vivit tantum ex ſponte oblatis, & allatis ſibi à fidelibus: utuntur religioſi habitu clericali, & in caligis tantùm eſt differentia à PP. ſocietatis Ieſu, cum *Theatini* caligas portent albas. Hinc Ieſuitæ per Hiſpaniã Theatini appellantur, multa per Italiam habẽt domicilia, nulla fere extra illam, habent Generalem Præpoſitum ad triennium. Sunt Romæ ad S. *Sylveſtrum in monte Quirinali*, nunc *Cavallo* ad S. *Andream in valle*. Leges de hac familia *Baptiſtam del Tuffo epiſcopum Acerranum in eius chronic. Italè, Baptiſtam Caſtaldum Theatinum, in vita B. Caietani Tieni, eiuſdem familiæ alumni, Bellarmin. in Chronic. eodem anno* 1524. *Gualt. in tabula Chronograph. ſæcul. 16. pag.* 557. *ubi Onuffr. & Genebr. Andreas ſtella tomaſchinus in vita Hieronymi miane lib.* 3. *Italè*. Errat tamẽ dum creationem huius familiæ reijcit ad annum 1528. quod etiã facit *Emmanuel Rodrig. ſtatim citandus, Ioannes Petrus Iuſſanus in vita S. Caroli lib* 2. *cap.* 19. *Italè. Morigia lib.* 1. *cap.* 76. *Sylveſt. Marul. in Occean. lib.*5 *pag.*368. *Romanus in repub. chriſtiana lib. 6. capit.* 32. *Azor. tom.*1. *lib.*13. *cap.* 11. *quæſtione* 8. *Rodrigues tom.* 1. *regul quæſtione* 3. *artic.*14. De fundatore *Ioanne Petro Garrafa*, qui poſtea creatus ſummus Põtifex *Paulus* 4. dictus eſt, videbis, qui de vitis Pontificum ſcribunt, *Chacconiũ, Illeſcam, Onuffrium*, item *hiſtoriæ univerſalis*, præcipuè *Mambrinum Roſcium lib. 6. part.* 3. *anno* 1555. *Baptiſtam Caſtaldum in vita Pauli* 4.

74 Congregatio Clericorum regularium Sancti Pauli decollati. Dicta S. *Pauli*, quod eum præcipue elegerit in patronum, inſtituta à tribus nobilibus Mediolanenſibus *Iacobo Mongia, Franciſco Maria Zachatia, Bartholomeo Ferrara*, anno 1526. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno ſolymano. Dicuntur huius familiæ religioſi vulgo *Barnabetæ*, à domo S. *Barnabæ Appoſtoli*, quam primam Mediolani habuerunt, utuntur eo habitu, quo PP. Societatis, tantum ferunt collaria ex lino, vel ex byſſo. Hobent domicilia duodecim per Italiã, reguntur Præpoſito Generali. Sunt Romæ ad *Sanctum Paulum decollatum in regione Columnæ*, & ad S. *Carolum ad Catinarios in regione Regulæ*. De illis *Morigia lib.* 1. *cap.* 66. *Sylveſt. Marulus in Oceano lib.*5 *pag.*399. *Ioannes Petrus Iuſſanus in vita S. Caroli Cardin. lib.*5. *cap.*11. *Bellarmin. in Chronol. anno* 1533. forſaſis, quia eo anno admiſſi ſunt ad profeſsionem à Clemẽte VII. ut videre eſt videre eſt *in conſt.* 7. *eiuſdem Pontif. in bul. Azor tom.* 1. *lib.*13. *cap.* 11. *quæſtione* 8. *vide etiam Conſt.* 5. *Pauli III. & Conſtit.* 10. *Iulij III. in eodem bul. edit.*2.

75 Congregatio Clericorum regularium Somaſchinorum. Sic dicta á quodam oppido inter Mediolanum, & Comum *Somaſca*, ubi primum eius domicilium erectum, inſtituta à *B. Hieronymo miane nobili Veneto*, anno 1528. Pontifice Clement. VII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Appellantur eius religioſi nonnũquam Clerici *S. Maioli*, nimirum, quia eius caput erectum eſt Papiæ ſub numine, & nomine *S. Maioli*, de quo Martyrol. Romanum 11. Iunij, ubi *Baronius in notis illius diei.* Cõfirmavit hanc familiam adhuc non profeſſam, Paulus III. anno 1540. *Conſt.*21. *bul.* admiſit ad profeſſionem Pius V. *Conſt.*78. tradidit ei curã ſui Collegij in Vrbe, quod Clementinum appellant, Clemens VIII. anno 1593. Vtuntur eius clerici habitu per omnia ſimili PP. Societatis Ieſu, numerant per Italiam ad viginti domicilia, extra illam nulla, habent Præpoſitum Generalem per trienniũ. Sunt Romæ ad *S. Blaſium in monte Citorio*. De hac familia *Andreas Stellas Somaſchinus* in vita Hieronymi Miane, Italé, *Morigia lib.*1. *cap.*68. *Sylveſt. Marul in Occean. lib.*5. *pag.*394.

76 Congregatio fratrum Ioannis de Deo Luſitani. Inſtituta *S. Viro Ioãne de Deo Luſitano*, ex oppido *montis maioris* in diœceſi Eborenſi, ſub regula *S. Auguſtini* anno 1538. Pontifice Paulo III. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. Confirmavit hanc congregationem Pius V. ſub obedientia Epiſcoporum ubicumque gentium eſſent. anno 1572. *Conſt.*13. Clemens VIII. inſtituit ut votũ emitterent ſerviendi infirmis in ſuis hoſpitalibus, anno 1598. *Conſt.* 44. admiſit ultimò ad profeſsionem Paulus V. anno 1611. *Conſt.*65. in illã emittunt quartum votum *ſerviendi in hoſpitalibus familiæ ſuæ*. Vtuntur tunica, & ſcapulari cinericij coloris. Vocantur per Italiam *fate bien fratelli*, quod his vocibus uti ſoleant in colligendis eleemoſynis. Tota congregatio diviſa eſt induas, Hiſpanam unam, Italam alteram, utraque habet generalem ſuum, dubito triennalis, an ſexẽnalis ſit. Provincias, & domicilia per Hiſpaniam, numerat *Frater Dominus Antonius*

nius de Gouvea Epiſcopus Cyrenenſis in vita *Ioannis de Deo*, ſunt Romæ ad S. *Ioannem Colabitan. in regione Ripæ*. Lege de his *Sylveſt. Marul. in Occeano lib. 5. pag.* 430.

77. Congregatio Clericorum regularium Societatis Ieſu. Inſtituta à S. Ignatio de Loiola nobili Cantabro anno 1540. Pō tifice Paulo III. qui hoc ipſo anno, 27. Septēbris (appellant PP. ſocietatis *natalitium* ſuæ religionis eiuſque memoriam ſolēniter quotānis obſervant) ſocietatem confirmavit, cum limitatione, ut non plures eſſent religioſi, quā ſexaginta, quam tum poſtea abſtulit, & ſine limitatione ulla confirmavit anno. 1545. 12. Martij, auxit præterea ampliſsimis privilegijs anno 1545. 3. Iunij, & anno 1546. 5. Iunij. 1549. 8. Octob. Confirmarunt eādem ſucceſſores Iulius III. Pius IV. Pius V. Gregor. XIII. Gregor. XIV. Paulus V. ut videre eſt in eorū conſtitutionibus collectis in libello particulari qui inſcribitur *littera apoſtolica, quibus inſtitutio, confirmatio, & varia privilegia continentur ſocietatis Ieſu, Romæ anno* 1606. Eſt hæc familia in tres quaſi claſſes diviſa, primam appellare poſſumus *religioſorum approbatorum*, continet omnes, qui exacto biēnio novitiatus, vota ſcholaſticorum emittunt, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, ſimplicia tamen, ſive iſti futuri ſint ſacerdotes, ſive in ſtatu laicali remanſuri, titulo *Coadiutorum temporalium*.

Secundam *Religioſorum formatorum*. In hoc ſunt *Coadiutores*, quos vocant *ſpirituales*, in ſpiritualibus exercitijs, circa proximos occupatis, in audiendis confeſsionibus, celebrandis, & miniſtrandis ſacramentis, pacificandis diſſidentibus, &c. Fiunt hi ex ſcholaribus primæ claſsis. Sunt etiam in hac ſecunda *Coadiutores temporales formati*, id eſt qui gradum hunc habent, in quo conſiſtāt, cum tribus tantùm votis ſimplicibus caſtitatis, &cæt. Nec ipſi, nec *Coadiutores ſpirituales formati*, aliquid addunt ſubſtantiale ſupra primæ claſsis hominibus, niſi quod incapaces ſunt dominij, condendi teſtamenta, hæreditates adeundi, dum ſunt intra ſocietatem, nam ab ea expelli poſſunt, ut quotidie expelluntur, ſed gravioribus ex cauſis.

Tertiam *Profeſſorum*, quorum duplex genus eſt. Alij ſunt profeſsi trium votorum ſolēniū, Caſtitatis, paupertatis, &c. Alij quatuor votorū nimirum quia tribus ordinarijs Caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, addunt quartum, circa miſsiones, ex ſummi Pontificis decreto. In his præcipue ſita eſt ſocietas, legendo, concionando, diſputando, proximum iuvando, tum inter fideles, tum inter infideles ætatem abſumunt. Alia etiam profeſsi, poſt ipſam profeſsionem vota ſimplicia emittunt, ut non ambiēdi dignitatem ullam, nec in ſocietate, nec extra ſocietatem, non acceptandi illam ſi offeratur extra ſocietatē, niſi obligētur ab eo, qui poſsit: nō cōſentiendi, ut paupertas ſocietatis relaxetur, ſed curādi, ut ſēper ſtringatur, manifeſtādi Præpoſito Generali ſocietatis, vel ſocietati ipſi qui dignitates ambierint: audiēdi cōſilia Generalis, vel illius, quē ipſe deputet, ad rectā animi, & officij ſuiationem quando ſibi ſua meliora non viſa fuerint, ſi eligi contingat in dignitatem aliquam extra ſocietatem. De his omnibus latiſsime *Sanch. tom. 2. decal. lib. 6 cap.* 18. per totum. *Suar. tom. 4. de religione tract. 10. lib. 6. à cap. 4. uſque ad* 11. Habitus PP. ſocietatis, notiſsimus eſt. Habebat ſocietas anno 1608. ut teſtatur Ribadeneira in libello ſcripto ſociet. Ieſu editionis Lugdunenſis anno 1609. Provincias 29. cum duabus vice provincijs, domos profeſſas 21. Collegia 293. domos probationis, ſive novitiorum ſeparatas 33. domos, & reſidentias 96. ſocij pene quindecim millia ſubeſt tota familia uni Generali, eique perpetuo, & à quo Præpoſiti domorum profeſſarum, Rectores Collegiorum, Provinciales item eliguntur.

Habet plura Romæ domicilia, prima ſunt *Ieſus magnus. Collegium Romanum, Domus probationis S. Andrea ad montem Quirinalem. Agunt de ſocietate eius hiſtorici, Nicolaus orlandinus, & Franciſcus Sachinus. Ribadeneira in libello de inſtituto Societatis Ieſu in vitis trium Generalium, & in libello ſcript ſocietatis. Littera annua eiuſdem ſocietatis Frāciſci Bencij, Antonij valtrini, Franciſci Caretonij, Sebaſtiani Bertetanij, Feliberti Moneti, & aliorum, Maffeus in vita S. Ignatij. Antonius Turſelinus, & Ioannes de Lucena in vita S. Franciſci Xaverij, Andreas Scotus in vita B. Franciſci de Borja. Item Apologia Richiomi pro ſocietate, Iacobus Gretſerus in lib. quinque apologetico pro vita S. Ignatij, Franciſcus Turrianus in apologet pro ſocietate, Franciſc. Bonavent. in extravagant. Greg. XIII. Aſcendente domino Carolus ſcribanius in Amphiteatro honoris contra Calviniſtas. Ægydius Schondonclius in ſicca tragica contra Lugdonobutavos. Latiſsimè Sanch. tom. 2. decal. præſertim lib. 6. cap. 9. à num. 60. & cap. 18 per totum, & lib. 7. cap. 1. à num. 31. uſque 39. & cap. 2. à num. 52 & cap. 8. à numer. 22. & cap. 18. à num. 23. & cap. 27. per totum & 29. per totum Suar. tom. 4. de religion. tractat. 10. per totum. Valentia apolog. pro ſocietate. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 7. omnes ex eadē* ſocietate, & plures alij, quos faſtidium eſſet dinumerare. Feſtum *Sancti Ignatij* 31. Iulij, de eo *Ribadeneira*, & *Maffeus* citati.

78

Congregatio Pœnitentiæ Sancti Ioannis Baptiſtæ. Floret hæc congregatio prope urbem Pompelonenſem regni Navarræ

varræ caput, fuere multis annis religioſi ordinario illius urbis ſubiecti, ſed Eremitarũ more tunc vivebant, ſed non profeſsi. Nunc à Pontificatu Gregorij XIII. proprijs vivunt conſtitutionibus quinque eremitorijs vivẽtes, habitus canuſinus eſt, ex pano, vili & aſpero, plura ſcire nõ potui de hac familia, hæc deſumpſi *ex Sylveſt. Marulo in Occeano lib.3.pag.*205.

79 **Congregatio Clericorum regularium, quos appellant miniſtros infirmorum.** Inſtituta à quodam ſacerdote Neapolitano ex oppido Bochianico, diœceſis Theatinẽſis, in regno Neapolitano, Camillo de Lellis, egregiæ ſanctitatis viro, anno 1586. Pontifice Xixto V. qui illam eodem anno approbavit, Imperatore Occidentis Rodolfo. 2. tyranno Orientis Amurate 3. Habet hæc familia multa deſumpta à PP. ſocietatis, in primis novitiatũ per bienium, profeſsionem quatuor votorum, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, item *ſerviendi ægrotis etiam peſtilentia laborantibus*, addunt deinde profeſsi vota quatuor ſimplicia, primũ non conſentiendi, ut quidquam mutetur in modo ſerviendi infirmis ſibi à bullis apoſtolicis decreto 2. non conſentiendi, ut redditus hoſpitalium ab ipſis poſsideantur 3. non procurandi, nec acceptandi aliquam prælaturam vel dignitatem intra, vel extra religionem, niſi imperentur ſub peccato ab eo, qui imperare poſsit. 4. manifeſtandi religioni, ſeu conſultæ, quam *maiorem* appellant, ſi quẽ ſciant huiuſmodi præla turas, ac dignitates procurare. Domus profeſſæ huius familiæ nõ poſſunt habere redditus, nec bona ſtabilia, ſi excipiatur locus aliquisputà villula, in qua ſenes, & ægroti ſpatiari poſsint, & à laboribus recreari. Habitus convenit cum PP. ſocietatis, diſtinguntur tamen ab ijs cruce, quam ex pano canuſino in pallio ad dextrum latus circumferunt. Diviſa eſt familia in quinque provincias per Italiam & Siciliam, ubi ſexdecim habet domicilia, paret uni Præpoſito Generali electo ad ſexennium, à quo ſuperiores omnes eliguntur, cum voto tamen deciſivo ad maiorem numerum quatuor conſultorum, qui illi ſemper aſsiſtunt. Habent Romæ domicilium ad *S. Mariam Magdalenam*, à qua *Clerici Magdalena* per Italiã nuncupantur. Hæc omnia ex *Sartio Cicarello huius familiæ religioſo in vita fundatoris Camilli de Lellis, quam Italè edidit Vetrobij anno* 1615. maximè *lib.*3.*c.*19. Vide præterea *Conſt. Xiſti* 5. 25. *Gregorij XIV.* 17. *Clement. VIII.* 71. *in bul.* 2. *edit. Sylveſt. Marul. in Occean. lib.*5.*pag.*429. *Rodrig. tom.*1.*regul. quæſt.* 3. *art.*15.

80 **Congregatio Clericorum regularium Sãctæ Mariæ de Luca.** Inſtituta in eadem urbe ſub regula S. *Auguſtini*, á quodam ſacerdote eiuſdem diœceſis ex oppido *Decimo Ioanne Leonardi* nomine, anno 1595. Pontifice Clemente VIII. qui eodem anno illam, adhuc ſine votorum obligatione, confirmavit, admiſit ad profeſsionem Gregorius 15. anno 1621. utitur eodem habitu quo pãtres ſocietatis Ieſu. Habent adhuc pauca per Italiam domicilia, Romæ ſunt ad *S. Mariam de Campitelli, ad S. Mariam in Portica, ad S. Mariam Matrem Dei, in regione Trivij.* Agit de hac familia *Cæſar Franciotti eius alumnus in hiſtoria ſacra Lucenſi, in eccleſia Sanctæ Mariæ ad Curiam Orlandinorum.*

81 **Congregatio Clericorum regularium minorum.** Inſtituta à quodam ſacerdote Genuenſi *Auguſtino Adorno* ſub regula propria anno 1588. quo illam confirmavit Xixtus V. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis tyranno Amurate III. utitur habitu clericali ex pano vili, ſunt per Italiam, Madriti, atque Olyſipone iam vivere incipiunt. Sunt Romæ ad S. *Laurentium in Lucina, ad S. Agnetem in Navona.* Lege de his *bul. Xixti V.* 81. *Gregorij. XIV.* 2. *Sylveſt. Marulum in Occeano lib.* 5. *pagin.* 437.

82 **Congregatio Clericorum regularium vulgo Scholę piæ.** Vocant hoc nomine *Schola pia*, quod præcipuũ eorum inſtitutum ſit pueros pauperes artem legendi, & ſcribendi docere, nec non prima gramatices elementa, & hoc gratis, nec ullo ſpectato emolumento, deſquo votum ſpeciale emittunt in profeſsione. Inſtituta à *Ioſepho Galezancio*, regni Aragonici anno 1614. Pontifice Paulo V. Imperatore Ferdinando II. Admittũtur ad profeſsionem ex Gregorio XV. anno 1621. utuntur habitu clericali, honeſto, atque ex viliori pano, incedunt nudis pedibus. Generalis eſt ad novẽnium, quia tamen primus, & fundator, adhuc vivit hoc anno 1628. credo, quod perpetuus ſit. Habent adhuc pauca per Italiã domicilia. Sunt Romæ ad *S. Pantaleonem in Paſquino*, item in monte Quirinali prope S. *Andream* ſocietatis Ieſu, ubi eorum novitij inſtruuntur. Agit de hac familia Conſtitutio *Gregorij XV anno* 1621. *Pancirol. in theſauro in regione Pacionis, eccleſia* 80. *pag.* 787.

83 **Congregatio Sancti Antonij Abbatis in Flandria.** Inſtituta hac noſtra ætate ſub Pontificatu Pauli V, Data eſt ei regula *Sancti Auguſti-*

Auguſtini anno 1615. ab eodem Pontifice, plenèque eius unicum monaſterium Caſtaletum ſubiectum eſt provinciali Belgico Auguſtiniano, ſalvis tamen eiuſdem inſtituti conſtitutionibus, & privilegijs, & procurante eiuſdem cœnobij tum temporis ſuperiore Antonio Thuano. Adi *Cruſerum in monaſterio Auguſtiniano part. 3. capit. 48.* Plures fortaſsis erunt Congregationes religioſæ, ſed de potiſsimis à me ſcriptum eſſe videbit lector, cæteræ, quæ ita notę non ſunt manifeſtati fugiunt, nec in lucem ſponte ſe dant, aliquas nominat *Iodocus Amanus in libello ſuo de habitu Eccleſiæ Romanæ.* Ibi videri poſſunt.

Supererat varia variarum fœminarum monaſteria ſub diverſis regulis deſcribere, ſed quoniam fere omnia ad inſtar virorum profeſsionem emittunt, habituque mille diſtincto coloribus, & propemodum infinitis diſtinguantur. Iudicavi ſatius ſuperſedere huic importunæ operationi, ne labor, & caſſus, & inexhauſtus foret. Dummodo aliqua ſaltem in genere prælibemus infra *ad cap. Reatum diſtin. 81.* Interim præter ibi citatos circa aliquas peculiares quæſtiones conſule *Mirandã in Manual. prælat. tomo ſecundo tractat. de ſacris monialib. quæſtione 4. articul. primo concluſione 2. Sorb. in compend. Mend.* verbo, *ingredi monaſteria, Campanile in diverſ. iuris Canonic. rubric. 12. cap. 16. numer. 43.* ubi multos refert. Ego ad militares gradum facio, & in primis ad religioſas, quarum antiquior eſt.

84 **Congregatio militaris Sancti Lazari.** Inſtituta à *Sancto Baſilio Magno, Neocæſarea Ponti Epiſcopo.* anno 361. Pontifice Felice I. Imperatore Iuliano Apoſtata, eius inſtitutum, hoſpitalitatem colere, pauperibus in noſocomijs inſervire: habitus, crux viridis octogona, ſive eius formæ, qua utuntur Melitenſes. Addita ſunt huic ordini arma, & ex hoſpitalibus tranſlatus eſt ad acies, captis à Gottifredo Bullonio Ieroſolymis, ut ſcilicet chriſtianos eam urbem petentes à Serracenorũ incurſionibus defenderent. Confirmavit Honorius tertius anno 1120. & Gregorius IX. qui ſimul regulam *Sancti Auguſtini*, his equitibus ſervandam tradidit, ſeu, ut verius videtur, traditam ab Honorio anteceſſore, confirmavit: auxere multis privilegijs Alexander IV. Nicolaus III. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. ditarunt multis poſſeſsionibus in Gallia (ubi Boniaci ſedes magni magiſtri, poſt expulſos à Syria chriſtianos) Filippus Auguſtus, ſanctus Lodovicus, Filippus Pulcher, Filippus longus, Ioannes, Carolus VII. Lodovicus XI. Carolus VIII. Lodovicus XXII. Franciſcus I. Henricus II. & III. Galliæ reges. Extincta pene erat hæc militia Pontificatu Pij IV. tum quia confuſa partim fuerat cum Melitenſi ex decreto Innocentij VIII. anno 1490. tum quia paulatim deſierat, ut fere evenit rebus omnibus: illam tamen in priſtinum ſplendorem reducere conatus anno 1565. eius magiſtrum creavit Iaſiottum Caſtellionem Mediolanenſem virum, & natalibus, & rerum geſtarum gloria inſignem, confirmatis omnibus anteceſſorum ſuorum privilegijs, conſtitutione, quæ incipit, inter aſsiduas, Romæ anno 1565. 4. Maij. Mortuo Caſtellione unitus eſt ordo S. Baſilij, ſive S. Lazari ex præſcripto Gregorij XIII. conſtitutione. *Pro commiſſa nobis* Romæ 13. Novembris anni 1572. ordini *Sancti Mauritij Thebeæ legionis ducis*, de quo infra. Item per Galliam ordini *Sanctæ Mariæ de monte Carmelo*, iubente Paulo V. de quo inferius. Agunt de hac familia ex profeſſo *Guillielmus Baldeſanus*, *Canonicus Taurinenſis in hiſtoria facta Sancti Mauritij, Italè, edita Taurinis anno 1604. tractatu de originis militaris Sancti Mauritij pagin. 508. Aubertus Miræus in origin. Auguſtinianis lib. primo capit. 31. Franciſcus Menenius in delitijs equeſtribus titulo de equitibus Sancti Lazari. Sanſovinus de origine equitum, Italè titulo de equitibus Sancti Lazari, Morigia lib. tertio, capit. 7. Syluester Matulus in Occeano lib. 3. pagin. 207. Petrus Belloius Toloſanus in libello de equeſtribus ordinibus titulo de equitibus Sancti Lazari. Iacobus Thuanus in hiſtoria ſua lib. 38.* & quotquot infra pro ordine *Sancti Mauritij* citabimus. Quæres, quis Lazarus ſit huius militiæ patronus, ille ne, quem Chriſtus à mortuis excitavit. *Ioan. 11. numer. 49.* an ille, quem Angeli in ſinum Abrahæ deduxere *Luc. cap. 16. à num. 30?* Reſpondeo, mihi non ſatis conſtare, verum probabilius eſt, eſſe Lazarum pauperem, & mendicum, cum hic ficta perſona non ſit, ut ſatis conſtat ex *Baronio tomo 1. anno Chriſti 33. Maldonato in Lucam*, & alijs, atque aptior ut mendicis, & pauperibus patrocinetur. Vide *Baldeſanum* proximè citatum.

85 **Congregatio militaris Sancti Ioannis Melitenſis.** Inſtituta ſub regula *Sancti Auguſtini* Ieroſolymis prope templum Chriſti reſurgentis in Calvariæ monte à Gerardo Erectore hoſpitalis *Sancti Ioannis Baptiſtæ* anno 1099. Pontifice Paſchali 2. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, confirmata anno 1120. à Calixto 2. & ab Honorio 2. anno 1125. deinde à ſubſequentibus Põtificibus multis privilegijs donata. Vocatur

nonnunquã huius familiæ equites *S. Ioannis*, quod in hoſpitali *S. Ioanni* ſacro inſtituti ſint: nonnunquam *Rhodienſes*, quod Rhodũ inſulam vi armorum Turcis eripuerint anno 1308. 20. Auguſti, ibiq; ſedem, & domicilium religionis collocaverint, conceſſa ſibi eadem inſula à Clemente V. eodem ipſo anno 1308. quam per annos 214. retinuerunt, uſque ad 25. Decembris anni 1522. qua die, poſt longam multorum menſium obſidionem, eam iterum Turcæ recuperarunt. Nonnunquam *Melitenſes*, quod in inſulam Melitam dono Caroli quinti Imperatoris commigrarint (eiecti à Rhodo) ubi nunc ſunt. Habitus equitum niger, cum octogona cruce candida in ſiniſtro latere. Diviſa eſt hæc familia in octo linguas, ſive nationes, viginti prioratus, 653. cõmendas, ſive percepturias: Officia ſunt *Magnus magiſter, Magnus Commendatarius, Mariſchalus, Hoſpitalarius, Thezaurarius generalis, Admiralus, Draperius, Turcopoletius, Magnus Baiulivus, Cancellarius Prior Eccleſiæ ordinis.* Hæc omnia ex *Claudio Roberto, in Gallia chriſtiana titulo de Generalibus ordinum.* Leges de hac familia *Iacobum Roſium in hiſtoria Melitenſi, tribus tomis Italè edita. Ioan. Ant. Viperanum de bello melitenſi, Polyd. de invent. lib. 7. cap. 9. Caſſan. in Catb. part. 9. conſideratione 4. Sanſovinum de orig. equit. lib. 2. pag. 27. Italè prodijt Venetijs anno 1570. Morigiam lib. 3. capit. 1. Sylveſt. Marul. in Occeano lib. 3. pag. 219. Genebrard. in Gelazio 2. Onuffrius anno 1119. Gualt. in tabula chronog. ſæculo 10. anno eodem, Illeſcam Pontificali 1. part. lib. 5. cap. 18. Aubert. Mir. de origin. equit. lib. 1. Iacob. de Vetriaco hiſtoria orientalis capit. 64. Rom. libr. 7. reipublicæ chriſtianæ, Thom. Phaſellum de rebus ſiculis dec. 1. lib. 1. cap. 1. Azor, tomo primo lib. 13. cap. 5. quæſtione 3. Rodrig. tom. primo regul. quæſtione 6. articul. 2. Menenium in delitijs equeſtribus titul. de Ieroſolymitanis equit.*

86 **Congregatio militaris Sancti Sepulchri.** Sic dicta vel quod prope ſepulcrum Chriſti primum illius fuerit domicilium, vel quod ad ſecurandas vias perigrinantibus ad ſanctum ſepulchrum ſub regula *Sancti Benedicti*, vel (ut alij volunt) *Sancti Auguſtini, erecta ſit*, vel quod apud illum fuerit ſepulchri Chriſti Servatoris cuſtodia. Aliqui eius inſtitutionem à tempore S. Helenæ Conſtantini matris, trahunt, poſtquam dominicam crucem inuenit. Aliqui ab Imperio Caroli magni, cùm donatione Aaronis Sarracenorum regis ſepulchrum Chriſti Dñi accepit. Alij (quod verius credimus) non vltra Balduini, hoc nomine primi, Hieroſolymorũ regis, & pontificatũ Paſchalis 2. (moritur anno 1110.) reijciunt. Tenebãtur hi milites ex regulæ præſcripto infidelibus arma inferre, chriſtianos redimere, ferre in pectore ſcutum Ieroſolymitanum, ideſt crucem rubram, quæ quaternas alias contineret, in memoriam paſſionis Chriſti. Cæterum amiſſis Ieroſolymis, erectiſque à Syria in totum chriſtianis, qui ex equitibus Sancti ſepulchri ſupererant, in Italiam remigrantes, partim Perugiæ confiderunt, partim Rhodianæ militiæ, nunc melitenſi, iuſſu Innocentij VIII. adſcripti ſunt, ſicque in totum eſſe deſierunt, præter paucos, qui adhuc per Belgium conſervantur. Agunt de hac familia *Iacobus Boſius tomo 1. biſtor. melit. lib. 5. anno 1143. Sylveſt. Marulus. in Occeano lib. 3. pagin. 232. Illeſcas in Pontificali part. 2. lib. 6. capit. 20. Menenius in delit. equeſt. titulo de milit. Sancti Sepulchri*, apud quem in fine libelli ſtatuta ſunt, & leges huius militiæ.

87 **Congregatio militaris equitum templi** Sic dicta à templo Ieroſolymitano, prope quod eius hoſpitale, & primum domicilium erectum, inſtituta à *novem equitibus Gallis*, quorum duo tantum ab ſcriptoribus nominantur, *Hugo de Paganis, & Gaufredo à Sancto Audomaro*, ſub regula *Sancti Benedicti* anno 1118. Gelazio 2. Sũmo Pontifice, Imperatoribus Occidentis Hẽrico V. Oriẽtis Alexio Comneno, data equitibus regula eſt á *S. Bernardo* in concilio Trecenſi, *Treia de campanha*, in Gallia, celebrato anno 1127. novem poſt eorum inſtitutionem, ut ex *Guillielmo Tyrio, de bello ſacro lib. 12. cap. 7.* refert *Baronius tom. 12. anno eodem.* Templariorum inſtitutum ſatis explicant eiuſdem *Guillielmi Tyrij*, verba loco citato. *Prima*, inquit, *profeſſio eorum, quodque eis á domino Patriarcha Ieroſolymitano, & reliquis epiſcopis, in remiſſionem peccatorum inſtitutum eſt, vt viæ, & itinera, maximè ad ſalutem peregrinorum, & incurſantium inſidias, pro viribus conſervarent, &c.* Teſſera, ſive inſigne militibus, *crux fuit rubra, in veſte candida*: de forma, variant authores, quidam octogonam faciunt, ut nunc eſt melitenſis, quidam Patriarchalem, ideſt duplici brachio, in ſuperiori, & inferiori haſtilis magni cuſpide, qualem ferunt Archiepiſcopi Bracharenſes, ut Hiſpaniarum Primates. Prætermitti ſilentio non poſſunt, quæ de Templarijs ſcripſit *Vitriacus Cardin. hiſt. Orient. cap. 65. & 66. Adeò*, inquit *formidabiles facti ſunt fidei Chriſti adverſarijs, quod unus perſequebatur mille, & duodecim milia, non quod eſſent, ſed magis ubi eſſent, dum ad arma clamaretur, interrogantes: Leones in bello, agni manſueti in domo, in expeditione milites aſperi, in eccleſia, velut Eremitæ, & monachi, inimicis Chriſti Domini feroces, Chriſtianis autem benigni, & mites vexillum bipartitum ex albo, & nigro, quod nominant.* BEACEANT, *quaſi*

Beaſeant,

Iraſcant, *pravam habentes, eo quod Chriſti amici candidi ſint, & benigni, nigri autem, & terribiles inimicis.* Cæterum hic tantus ordo deletus eſt in concilio generali *Vienenſi* in Delphinatu, à Clemente quinto, & trecentis epiſcopis anno 1311. iure, an iniuria? diſputant egregie *Mariana de hiſteria Hiſpan. lib. 15. cap. 10. Vilanéus lib. 2. Robertus Gaguinus in Filippo pulchro. Papirius Maſonus lib. 5. Annalium, Æmilius lib. 8. hiſtor. Francorum, Azor tomo primo lib. 13. cap. 6. Scribentes vitas Pontificum, in Clemente V.* ubi *Platina Chiacon. Illeſcas,* & alij. De Templarijs multa *Sanctus Bernardus in libello ad milites templi, Petrus Cluniacenſis lib. 6. epiſtolarum epiſt. 27. ad Everardum templi magiſtrum. Miræus in orig. equeſt. Menenius in delitijs equeſt. titulo de Templarijs. Petrus Rogerius in Syntag. iuris 2. part. capit. 33. Filippus Bergen. in ſupplemento chronic. ad annum Chriſti 1119. Nauclerus tomo 2. chronogra. Gene. 37. Arnoldus in ligno vitæ lib. 1. capit. 96. Genebrard. in Gelazio ſecundo, Honorio ſecundo, Eugenio tertio, Clemente quinto. Onuffr. anno 1119. Baron. tom 12. anno 1118. Gualterus in tabula ſæcul. 10. Polyd. de inventoribus libr. 7. cap. 5. Sanſovin. de orig. equitum, titul. de Templarijs, Morigia lib. 4. capit. 2. Sylveſter Marulus in Oceano lib. tertio pagin. 205. Bernardus de Britto in Chron. Ciſtercienſi lib. 2. capit. 27. Rodriges tomo prima regul. queſtione 5. articul. 4. Caſan. in catheg. part. 9. conſ. 5.* & plures alij.

88 ## Congregatio militaris Sanctæ Mariæ Teutonicorum.

Sic dicta quod ſub patrocinio Beatiſimæ Virginis, à *Teutonicis*, & pro natione *Teutonica*, inſtituta ſit, ſub regula *Sancti Auguſtini*, à quodam viro nobili *Teutonico*, cuius nomen nullus ſcriptorum, quem legerim prodit, anno Domini 1119. Calix. ſecundo Pontifice, Imperatore Occidentis Henrico quinto, Oriẽtis Alexio Comneno, primũ ſub ſodalitij ſpeciẽ ad recreãdos Ieroſolymis &, excipiẽdos peregrinos, gẽtis Germanicæ. Decurſu vero tẽporis ad tutandum eoſdem ab incurſionibus barbarorum, ſumpto ab *hoſpitalarijs*, ſive *Ioannitis*, nunc *melitenſibus*, exemplo. Captis Ieroſolymis à Saladino Ægypti Sultano anno 1187. abireque iuſſis, cũ reliqua chriſtianorũ turba, Teutonicis Acone, ſive Ptolemaide conſidere, quandiu non ea etiam urbs à Serracenis capta eſt, ubi dum erant, confirmatus ordo eſt à Celeſtino tertio anno 1192. datæq; pro teſſera militibus in veſte candida, crux nigra, cum limbo argenteo, quam, & adſutam pectori, & appenſam, é collo geſtarent, ſummi tamen magiſtri inſigne, eſt crux nigra, interſecante alia aurea. Cæterum capta Ptolemaide, variaque fortuna iactatis Teutonicis, qui vivi è barbarorum armis ſupererant, tandem in Europam comigrarunt, ibique contra Pruſſos, qui Maſoviam armis infeſtabant, à Conrado Maſoviæ duce, evocati ea lege ut quidquid Pruſſiani agri occupaſſent, eiscederet, feliciter Pruſſos debellarunt, ductore Hermanno ſaltza ordinis magiſtro, ſpectatæ virtutis duce. Domiti deinde à Teutonicis Lithuani, ac Tartari, qui ultra Viſtulam Rauium erant, initaque pax cum Polonis, quibus non ſemel contra hoſtes, egregiam navarunt operam. Referunt multi ædificatam à Teutonicis trans Viſtulam, urbem ex nomine *Sanctiſsimæ Virginis Mariæ*, Mariæ burbum, *Marimburg* appellatum, hanc in ſedem, & regiam magni magiſtri deſtinaverunt, an nunc retineant, poſt Lutheranam hæreſim? mihi incertum eſt. Ab hac Mariæ urbe dictos eſſe *Mariani equites* Teutonicos, non vulgaris notæ ſcriptores prodidere, verius puto ſic dictos à patrocinio Diuæ Virginis, cuius ſub nomine, & numine militia erecta eſt. Nullus ferè in hũc ordinem cooptatur, niſi Germanus ſit, & ex Germana nobilitate. Commendas nullas, aut paucas, extra Germaniam poſsident, in Germania multas, & ampliſsimorum redditũm. Agunt de Teutonicis omnes, qui res *Germanas ſcribunt*, *Chromerus lib. 8. quæſtione 10. Tilmanus Bredembachius in libello pro Teutonicis, Sebaſtianus Muſterus lib. 3. de Germania*, ubi ſeriem magiſtrorum, & res illuſtriores ab eis bello, domique geſtas recenſet. *Belforeſtius in ſua coſmographia lib. 3. Iacobus Auguſtinus Thuanus hiſtoriarum lib. 1. 5. & 43. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 5. Caſan. in catha. part. 9. conſiderat. 6. Genebrardus in Gelazio ſecundo, Onuffrius anno 1119. Gualterus in tabula ſæculo 10. anno eodem. Illeſcas in pont. lib. 6. capit. 1. Iacob. Boſ. in hiſtoria militenſi tomo primo lib. 12. anno 1192. Morigia lib. 4. capit. 3. Azor. tomo primo lib. 13. capit. 3. & 6. Sylveſt. Marul. in Oceano lib. 3. pagin. 212.* ubi ait ſtema magni magiſtri Teutonici tempore Federici ſecundi Imperatoris, fuiſſe tres roſas rubicundi coloris, in aureo æquore, quod probat ex pictura in conventu Meſſanæ apud Siculos, aſſervata. Vide etiam *Menenium in delit. equeſt. titulo de Teutonicis.*

Congregatio militaris Sancti Ioannis Acconenſis. 89

Sic dicta quod in urbe Acconе, hodie *Accie*, in Paleſtina, ſit erecta, ſub patrocinio *Sancti Ioannis Baptiſtæ*, non multum poſt tempora Gottifredi Bullony, Hieroſolymorum regis. Floruiſſe hanc familiam apud hiſpanos tempore *Alfonſi* cognomento *ſapientis* ab eoque multis rebus ex teſtamento donatam, refert ex *Romano. In republica*

christiana lib. 7. Menenius in delitijs equest. titulo de milit. Sancti Ioannis Acconensis; verum neuter de anno fundationis meminit, tantum de instituto aiunt fuisse à prima origine peregrinis sacra loca invisentibus operam impendere. Confundit hanc militiam *Romanus* cum militia S. *Thomæ* in eadem Acconensi urbe, cuius equites cruce rubra decussata, ideſt in formã crucis *Sancti Andreæ*, insigniebantur, diuersas tamen fuisse rectius opinatur ibidem *Menenius*, probatque ex constitutionibus pontificijs, & ex alijs authoribus. Hodie ex utraque militia, nullus extat, nec ferè est apud scriptores illarum mentio, ut nec de *equitibus Sancti Blazij in Palestina*, quos alio nomine dictos lego *equites sanctæ Mariæ*. Item *de equit. Penitentiæ sanctorum martyrum*, quos vidisse se testatur *Romanus, cruce rubra insignitos*, & sub *regula* S. *Augustini* militantes, refert ex eodem *Menenius* ubi proximè.

90 **Congregatio militaris Avisij in Lusitania.** Dicta Avizij ab oppido *Avis* in tractu translagano, triginta millia passuum ab Ebora, Septentrionem versus, seiuncto, ubi primarium huius militiæ domicilium, instituta est à rege Lusitano I. *Magno Alfonso Henriques*, sub regula S. *Benedicti*, anno 1146 Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno, confirmata primum ab Alexandro III. anno 1162. viuente adhuc Alfonso rege fundatore. Tessera equitibus crux viridis liliata, in veste candida. Dicti sunt aliquando hi milites *Eborenses*, quod primum Eboræ sint instituti, indeque *Avisium* translati ope, & donatione *Alfonsi regis hoc nomine II.* primi Alfonsi ex filio Sancio rege, nepotis, anno 1181. Vexillum equitum militare efformatur ex castello quodam aureo, in campo rubro, cui adiunctæ sunt compedes duæ, quæ castellum ambiunt, & aquilæ item duæ, una à dextro, altera à sinistro castelli latere. Castellum vexillare, illud reddit, quod Eboræ à Magno Alfonso equites primo donatione acceperè, ubi domicilium suum tum temporis collocarunt, in compedibus fit allusio ad ordinem *Calatravæ*, nam compedes Lusitanis sunt *travas*, cuius filiationi (sic vocant religiosi) Avisiensis militia se submisit. Aquilæ duæ: siue duo aquilarum pulli duos illos demostrant, qui in situ, sive rupe, ubi nunc Avisium cernitur, in nido aquilæ inventi sunt, à quibus fortasse nomen oppido datum: nam *Avis* retracto accentu ab ultima in penultimam, idem fere Lusitanis sonat, atque *Avis* latinis, avium verò regina, aquila est, sumpto genere pro specie, quod frequentius nostrates faciunt proprio idiomate. Cæterum antiquis credunt nostri scriptores nomen *Avisium*, quam sit pullorum inventio. Videndi sunt de hac familia *Andreas Resende in libello de institutione ordinis Avizij Franciscus de Avellar, in libello de institutione, & origine huius familiæ*, ubi in fine 24. magistros enumerat, usque ad Ioannem hoc nomine III. regem Lusitaniæ, qui ultimo magistro domino *Georgio* Ioannis regis hoc nomine II.° filio, in administratione eius perpetua successit, secuti sunt deinde Sebastianus, Henriquus, Filippi tres, Lusitaniæ reges, edidit hunc libellum *Fr. Emmanuel Rodriges in fine, tomo primo de regularibus. Fr. Bernardus de Britto tomo primo chronica Cisterc. lib 5. capit. 11. Antonius de Vasconcellos, Eduardus Nonius de Leão, & Marsius in Alfonso Henriquo, Romanus lib. 7. reipubl. christiana capit. 11. Rades de Andrada in Chronic. Calatravæ, c. 19. Petrus Cabrolar. in bill. monastica gran. 2.* ubi *de Ioanne II. rege Portugalliæ, Fr. Athanasius Lobera, in vita Sancti Froilani capit. 19. Arnoldus in ligno vitæ lib. primo capit. 73. Renatus Choppinus lib. 2. monast. titulo primo numer. 25. Miraus in originibus Cisterc. lib. 5. capit. nono. Menenius in delit. equest. titulo de militia Avizienſi*, ubi citat. *Argotem de Molina de nobilitate Bethicæ lib. primo capit. 32. Rodriges tomo primo regul. quæstione 54. articul. 12. Azor. tomo primo lib. 13. capit. 5. & 6.*

91 **Congregatio militaris Sanctæ Mariæ de Calatrava apud Hispanos.** Instituta à *Sancto Raymundo Fiterij*, Fitera, in Castella abbate, Cistercienſis ordinis, & sub *regula Cisterciensi*, ideſt *Sancti Benedicti*, anno 1158. Pontifice Adriano IV. rege Castellæ Sancio, cognomento Desiderato, *el deseado*, Imperatoris Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emanuele Comneno. Habitus, sivè insigne equitum à principio, scapulare Cisterciense cum cruce rubra liliata, sed scapulare posteà adempto, tempore Benedicti XIII. (quem pro vero pontifice Castellani tum temporis colebant) crux tantum pectori affixa est. Vexillum bellicum ex una parte eadem cruce insignitur, additis duabus compedibus, quibus in stabulis equorum pedes alligantur, Hispani dicunt *travas*, facta allusione ad oppidum *Calatrava*, ubi primum, præcipuum militiæ domicilium: ex altera verò imaginem diuæ Virginis, cuius sub patrocinio militia stabilitur. Sub filiatione, ut vocãt. Huius militiæ fuit Avizienſis in Lusitania, ut dixi *num. superiore*, verum beneficio nostrorum regum, ab ea se exemit. Sunt reges Hispaniæ perpetui huius ordinis administratores, ex beneficio Pontificis Romani, vltimumque

numque illius magiſtrum (fuit is numero vigeſimus ſextus) Garciam Lopez de Padilha rex catholicus Ferdinandus excepit, deinde Ferdinandum ſucceſſores, uſque ad Filippum III. qui nunc feliciter regnat. Vovent tantum equites Calatravenſes caſtitatem coniugalem, à Pontificatu Pauli III. Agunt de hac militia *Archiepiſc. Tolet. Rodericus lib. 7. de rebus Hiſpan. cap.* 14. *Rades de Andrada in Chronic. Calatravenſi, Bernardus de Britto in chronic. Ciſtercienſi tom. 1. lib.* 5. *cap.* 5. *Barnab. Montalvo in chronic. Ciſtercienſi tom. 1. lib.* 12. *cap.* 21. *Illeſcas in pontif. part.* 1. *lib.* 5. *cap. ultimo. Martinus de Viviana in Chron. Valentia.* 3. *part. titul. de Calatrava. Mariana de rebus Hiſp. lib.* 11. *cap.* 6. *Genebrar. in Alexandr.* III. *Onuffrius anno* 1121. *Romanus in repub. Chriſtiana lib.* 2. *cap.* 8. *Gualterus in tabula ſæc.* 12. *anno* 1160. *pag.* 651. *Lobera in vita S. Froilani cap.* 19. *Polyd. de invent. lib.* 7. *cap.* 5. *Caſſ. in cathal. p.* 9. *conſid.* 8. *Morigia lib.* 4. *capit.* 5. *Sylveſt. Marul. in Occeano lib.* 3. *pag.* 226. *Sanſovinus de orig. equit. lib.* 2. *titul. Calatrava, Menem. in delit. titul Calatrava,* ubi refert *Damianum de Goes in Hiſpania ſua, Lucium Marineum Siculum lib.* 4. *Hiſpaniæ, Auguſtinum florentinum in hiſtoria Canaldulenſi. Auberius miræus de orig. Ciſterc. lib.* 5. *cap.* 9. *Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *&* 6. *Rodrig. tom.* 1. *regul. quæſtione* 5. *articul.* 7. *Petrus Matthæus in ſumma conſtitutionum Pontificalium, ſub Pio IV. numer* 12. *Carol. Tapia authen. ingreſſi,* verbo *Monaſteria, cap.* 42. & plures alij, maximè Hiſpani, quos recenſere tædium eſt. Vide *D. Martin Carrillo libr.* 4. *anno* 1158.

92 **Congregatio militaris Aleæ, apud Luſitanos.** Inſtituta à rege *Luſitaniæ Magno Alfonſo Hẽriques,* ſub tutela, & numine *Sancti Archangeli Michaelis, atque Angeli eiuſdem regis cuſtodis,* anno 1165. Pontifice Alexandro III. Imperatoribus occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Militavit ſub *regula Ciſtercienſi,* ideſt *Sancti Benedicti,* ſed brevi periit. Symbolum, ſive teſſera, ala ſancti Michaelis (alatus depingi paſſim ſolet) purpurea, intermicantibus radijs aureis, ſupra ſiniſtrum latus, ab eaque militiæ nomen inditum. Vide *Bernardum de Britto in Chronic. Ciſterc. tomo* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *&* 19. ubi latiſsimè.

93 **Congregatio militaris Sancti Iacobi apud Hiſpanos.** Inſtituta ſub regula *Sancti Auguſtini* à quibuſdam *Hiſpanis Legionenſibus, & Callecis,* qui bonis in commune collatis, ſe ſuaque devovere tutandis chriſtianis à Maurorum incurſionibus, ijs maximè, qui ad S. Iacobum Compoſtellanum peregrinarentur, ope, & cura canonicorum regularium ſancti Eligij cuius cænobium non longe diſtat à Compoſtella, anno 1170. Pontif. Alexandro III. Alfonſo IX. Caſtellæ rege, Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Confirmata primum militia eſt à Iacyntho Cardinali, Alexãdri III. per Hiſpaniam legato, inſtituto in primum ordinis magiſtrum, *Petro Fernandes à ponte incalato,* vide *Marianam lib.* 11. *cap.* 13. ſecunda deinde adicẽta confirmatio eſt ab eodem Alexandro III. anno 1175. (à quo nonnulli huius militiæ originem auſpicantur.) *Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *capit.* 5. *&* 6. ubi refert ex *Franciſco Rades de Andrada,* quadraginta fuiſſe magnos huius militiæ magiſtros ad regem uſque catholicum Ferdinandum, cui ab Alexandro VI. anno 1493. delata eſt, cum ſibi, tum ſucceſſoribus, ordinis perpetua adminiſtratio. Vtuntur equites ſuper veſtem candidam, cruce rubra in formam gladij effigiata, capulo nimirum liliato, acie nuda, & inferius protenſa. Duo ſunt præcipua ordinis domicilia, alterum Veleſij, *Veles,* in Caſtella, alterum *Legione*: primum, omnium caput, eſt ſedes quondam magni magiſtri. Sunt in hoc ordine duo magni commendatores, ut vocant Caſtellæ, & Legionis. Scio nonnullos, inter quos *Lucas Epiſcopus Tudenſis, Vaſæus, Didacus Valera, Ambroſius de Morales, Illeſcas part.* 1. *Pontif. libr.* 4. *capit.* 81. *Rodriges tomo primo regul. quæſtione* 5. *articul.* 5. originem huius familiæ derivaſſe à *Ranemiro* hoc nomine primo, qui parva manu ingentes Maurorum copias fudit ad amnem quem Hiſpani vocant *Clavijo,* unde nomen prælio inditum del *Clavijo,* ducente Chriſtianorum copias Sancto Iacobo, quem rex ipſe cum multis, album prementem equum, ac vexillum rubra cruce diſtinctum manu præferentem ante acies conſpicatus eſt. Vide me in *hiſtoria mea Portucalenſi part.* 1. *capit.* 12. *& ſcribentes ad cap. ex parte, de Cenſibus.* Cæterum placet annus, quem deſignavimus, cum reliquis Hiſpaniæ ſcriptoribus, quos numerare longum eſſet. Lege *Caſſan. in Cathalog part.* 9. *conſ.* 7. *Polydor. de invent. lib.* 7. *capit.* 5. *Onuffrius anno* 1170. *Genebrard. eodem, Gualterum in tabula chronograph. ſectione* 12. *pagin.* 653. *Sanſouin. de origin. ordin. equeſt. libr.* 2. *Sylveſtr. Marulum in Occeano lib.* 3. *pagin.* 209. *Morigiam libr.* 4. *capit.* 4. *Iacobum Boſſium in hiſtoria militenſi tomo primo lib.* 2. *anno* 1160. *& tomo tertio lib. anno* 1560. *Caſtellam ferrer in integro tomo de hoc ordine,* ubi omnia illius ad unguem diſcutit, *Menenium in delit. equeſt. titul. ordo equitum Sancti Iacobi. D. Martin Carrillo in annalibus Cronologicis libro quarto Sub anno* 1175. *Azor. tomo primo lib.* 13. *capit.* 5. *&* 6.

94 **Congregatio militaris Sancti Iacobi apud Luſitanos.** Eadem ſunt eius initia, quæ *S. Iacobi* apud *Caſtellanos*, eadem regula, idem habitus, in teſſera vero nonnulla cernitur differentia, nam crux rubra in Luſitanis aciem gladij, quæ in caſtellana inferius protenditur, non refert, ſed ex inferiori cuſpide liliata etiam eſt, & cæteris æqualis. Decivit hæc militia à Caſtellana ſub cuius magiſtro erat, tempore *Regis Dionyſij*, qui ſuorum libertatem amabat maximè. Lege *Eduardum Nonium in chronico regis Dionyſij, Mariſium, & Antonium de Vaſconſellos in eodem, Bernardum de Britto in chronico Ciſtercienſi lib. 5. cap. 13.* Vltimus Magiſtrorum é Luſitanis fuit *D. Georgius Dux Conimbricenſis, & Averij* Ioannis regis hoc nomine ſecũdi filius, excipiente rege Ioanne III. deinde ſucceſſoribus, perpetuam huius ordinis adminiſtrationem, ut *ſupra in familia equeſtri Avizienſi dixi.* Caput ordinis fuit in oppido, *Palmella*, pro quo externi ferme ſcriptores ſcribunt mendoſe *Palmera*, inter Olyſipponem & Setobrigam, meridiem verſus. Scribunt de hac militia quos pro *Sancti Iacobi familia numero ſuperiori retuli, item Luſitani* proximè citati.

95 **Congregatio militaris Alcantaræ apud Hiſpanos.** Inſtituta primũ eſt in oppido (quod nunc ad Luſitanos, & ad diæceſim Lamecenſem *Lamego*, pertinet, tunc vero Civitatenſis, *Ciudad Rodrigo*, erat diæceſios) ad ripam Coæ ſito, vulgo *Riba Coa*, ea parte, qua ſeptentrionem verſus, Portucale cum Caſtella connectitur, appellant noſtrates *Pereiro*, ſub patrocinio *Sancti Iuliani, & regula Ciſterc.* id eſt, *Sancti Benedicti*, à nobili quodam equite Legionenſi D. *Suerio*, anno 1176. (alij non niſi 1156. inſtitutam contendunt, lege *Bernardum de Britto in chronico Ciſtercienſi lib. 5. cap. 3.* Pontifice Alexandro III. imperatoribus occidentis Henrico Ænobarbo, orientis Emmanuele Comneno, regnantibus in Legione, & Callecia Ferdinãdo II. in Caſtella Alfonſo VIII. cognomento *Bono*, in Luſitania Alfonſo Henriques, regum noſtrorum I. & maximo. Prima equitibus teſſera cucullus Ciſtercienſis & rubra faſcia, inſigne verò militare, ſive vexillum, pirus viridanti ramorum ſupellectile conſpicienda, in æquore ſive campo aureo, facta alluſione ad oppidum *Pereiro* ubi tunc prima militiæ ſedes: adi *Marianam hiſt. Hiſp. lib. 12. cap. 3.* Cæterũ anno Domini 1218. Nonio Fernandes S. *Iuliani* magiſtro, translatum eſt huius familiæ domicilium *Alcantaram*, oppidum prope Tagũ, ponte egregij operis ſatis notum, donantibus Martino Fernandes de Quintana duodecimo Calatravæ magiſtro, & equitibus eiuſdem ordinis, ſubcõditionibus, quas ex *Rades de Andrada* refert *Azor tom. 1. lib. 13. cap. 5. & 6.* Ab Alcantara, ſupreſſo priori nomine S. Iuliani do *Pereiro*, dicti in poſterum equites *Alcantarenſes*, qui etiã beneficio, & venia Benedicti XIII. quem ut verum pontificem colebant Caſtellani, anno 1411. cucullum, & nigram faſciam reliquerũt, aſſumpta cruce viridi, & liliata, in veſte candida: cui aliqui in maiori ſlipite aſſutam primo credunt (nunc certe non eſt) pirum, in memoriam prioris domicilij S. Iuliani do *Pereiro*. Eſt huius ordinis perpetua adminiſtratio apud reges catholicos, ut de *Calatrava, Sancto Iacobo, Avizio*, &c. ſupra dixi. Agunt de hac familia fere omnes quos pro Calatravẽſi retuli, *Ioãnes Petrus Guttier. in tract. de orig. milit. Alcantaræ, frater Bernard. de Britto in hiſt. Ciſterc. tom. 1. lib. 5. c. 3. Martinus de Viriana in chronic. Valent. Rades in chronic. Alcantaræ, Mariana in hiſt. Hiſp. lib. 17. cap. 11. Remanus in repub. lib. 7. c. 9. Caſſan in catholog. p. 9. conſid. 9. Polyd. de inven. lib. 7. cap. 5. Sanſovi. de orig. equit. lib. 2. titul. Alcantara, Morigia lib. 4. capit. 6. Sylveſt. Marul. in Occeano lib. 3. pagm. 227. Menen. in del. equeſt. titul. Alcantara*, ubi ponit formam profeſsionis militum Alcantarenſium *Azor tom. 1. lib. 13. capit. 5 & 6. Rodrig. regul. tom. 1. quæſtione 5. artic. 4. Tapia auth. ingreſſu* verbo, *monaſteria. cap. 42. num. 13. & cap. 49. num. 1.*

96 **Congregatio militaris montis gaudij apud Ieroſolymitanos.** Nihil de inſtitutore, & inſtitutionis anno, mihi conſtare potuit, credit *Menen. in dicta equeſt.* relato *Romano*, in cæpiſſe eàdẽ fere tempeſtate, qua Melitenſes, Templarij, & Teutonici, dicta *montis gaudij* à loco extra Ieroſolymitana mœnia, ubi primum eius domiciliũ erectum, *Mons gaudij* appellato, ordinem confirmavit Alexand. III. anno 1180. ut leges apud *Rades de Andrada in chron. Calatravæ cap. 18.* Appellarunt Hiſpani equit. montis gaudij de *Monfrac.* à præcipua in eo oppido eorum domo: in Catalonia, & Valentia, equites de *Mongioa*, quod idẽ eſt, ac montis gaudij: quotquot huius militiæ extabant per Hiſpaniam equites, ad *Calatravenſes* tranſiere, ut teſtatur idem *Rades* loco citato, & *Barnabas de montalvo in chronic. Ciſter. lib. 2. cap. 15.* ubi omnes pariter meminere equitum del *Trugillo*, qui in oppido eiuſdem nominis ſedem habuiſſe anno 1227. ſatis conſtat; adſcripti quoque ipſi militiæ *Calatravenſi*. Lege citatos *autores*, ubi etiam inuenies hos omnes fuiſſe *Ciſtercienſis inſtituti*, quod repetit *Miraus lib. 3. origin. monaſter. ubi de ordine Ciſtercienſi cap. 9.*

Congre-

97 **Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide..** De hac familia hæc invenire potui apud *Genebrardum, ſub Pontificatu Celeſtini III.* quem ipſe ponit an. 1192. An. 1190. 13. *Kalendas Decembris, authoribus quibuſdam civibus Brimæ, & Lubecæ* (urbes ſunt epiſcopales in Germania) *ordo Marianorum militum ad Teutonicorum formam, inſtituitur in Ptolemaide, magnis ſumptibus ædificato ibi Xenodochio, in uſum eorum, qui familiæ inſererentur: poſtea cum numerus creviſſet, ſeu colonias in Germaniam deduxerunt, ad Chriſto ſubigendas Slavorum, & aliorum infidelium ſeptentrionalium terras.* Eadem de eadem familia verba ponit *Gualter. in tab. ſæcul. 12. pagin. 665.* Erat hoc anno Pontifex Clemens III. Imperator Occidentis Federicus Ænobarbus, Orientis Emmanuel Comnenus. De inſigni, ſive teſſera, de habitu, ac alijs huius familiæ, utrum duret, vel omnino extincta ſit? Nihil invenire huc uſq; potui, mihi ſuſpicio eſt illum ad *Teutonicũ* acceſſiſſe, nec amplius extare, ſi tamen alius ab eo fuit.

98 **Congregatio militaris Chriſti apud Livonos.** Inſtituta ab *Alberto Livonum epiſcopo*, anno 1205. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Filippo, Orientis Baldovino Belga. Habuit ferè idem inſtitutum, quod habuiſſe Teutonicos ſupra monui. Datum credunt militibus pro teſſera *Cromerus, & Arnaldus Abbas Lubecenſis*, rubrum gladium, cum cruce pallio aſſuta. Verius tamen puto fuiſſe gladios duos ſanguineos, decuſſatim poſitos, ſive in ſpeciem *litteræ X.* capulis ad ſuperiorem partem erectis, mucronibus ad inferiorem. Confirmauit hũc ordinem idem Pontifex Innocentius III. eodẽ anno 1205. Vnitum poſtea *Teutonico*, teſtatur *Menenius in deli. equeſt.* ſed diſiunctum iterum ab eodem, idem auctor ſcribit. Nunc extinctus fere eſt, illius iuriſdictione Poloniæ ſeptris adiecta à *Segiſmundo Poloniæ rege*, quo tempore *Gvotardus Kethlerus* poſtremus equitum Chriſti apud Livonos magiſter, ordinem, & Romanã fidem pariter eiuravit, an. 1561. vide eundem *Menenium loco citato*, & *Bzovium tom. 13. an. 1205.* Invenies in libello, qui Eccleſiæ Romanæ habitus inſcribitur iconem equitem *ſpadatorum*, quos à duabus ſpatis decuſſatim poſitis, ſpadatos auctor appellat cum epigrãmate, quod hic tranſcribere non eſt otium, nec animus.

99 **Congregatio militaris IESV Chriſti.** Inſtituta à S. *Dominico familiæ Prædicatoriæ fundatore*, paulò poſt confirmationem ordinis ſui per Honorium III. anno 1216. ut ſupra dixi. Confirmavit hanc familiam idem Honorius III. & Gregorius IX. eius inſtitutum fuit, terras, & bona Eccleſiæ armis ab hæreticis Albigenſibus, nondum capta, tutari, erepta iam, vendicare: ad quod iuramento adigebantur milites in ipſo militiæ ingreſſu. Admittebantur pariter coniugati, ſed eo pacto, ut mortuis uxoribus, tranſire ad ſecundas nuptias non poſſent, imò in caſtitate viverent: oportebat quoq; ut ingredientibus uxores ſponte licentiam concederent in ſcriptis, item iuramento firmarent ſe maritos ab illa militia, cum opus eſſet, non impedituras: recipiebantur quoq; in hunc ordinem fœminæ: utebantur omnes habitu, & albo, & nigro, interdicto omni alio quocunq; colore. Extinctis Albigẽſibus deſijt eſſe hæc militia ſub hoc nomine, dicitur tamen nunc *ordo pœnitentiæ S. Dominici.* Confirmarunt ſub hoc ſecundo titulo Honorius IV. Ioannes XXII. Bonifac. IX. Innocent. VI. & VII. Eugenius IV. Xiſtus IV. Alexander VI. Agunt de hac familia ferè *omnes, quos ſupra retuli pro familia Prædicatorum.* Vide *Ferdinandum del Caſtillo in Chronic. Prædicatorum, part. 1. lib. 1. cap. 49.*

100 **Congregatio militaris S. Mariæ de Mercede apud Aragonios.** Inſtituta à *Iacobo huius nominis primo Aragoniæ rege*, ſub regula *S. Auguſtini*, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. Eadem illius eſt profeſſio, idem habitus, qui religioſis *Mercenarijs*, de quibus ſupra. Militarunt ſub eodem Mercenario generali ex prima Gregorij IX. confirmatione, anno 1230. Habuere tamen poſtea generalem ſuum laicum, nec ſacris initiatum, ſed eo iterum extincto, ad ſacerdotem, & religioſis patribus præſidentem, redire decreto Clementis V. & Ioañis XXII. Extinctos (ut vere ſunt) ſcribit *Sylveſt. Marul. in Occean. lib. 5. pag. 335.* non ſine maximo captivorum fidelium damno, verum ſcripſerat *lib. 3. pag. 228.* hos inſtitutos fuiſſe à *Iacobo rege Aragoniæ, hoc nomine 2.* unà cum equitibus *Monteſia*, de quibus ſtatim, anno Domini 1212. ubi duplicem, aut triplicem errorem invenire eſt, primum, quod anno 1212. regnantem faciat Iacobum II. cum regnare incæperit, an. 1292. Secundum, quod Iacobum primum ſanctiſſimæ Reginæ noſtræ Elizabethæ avum, eo anno 1212. regnantem, appellet Iacobum ſecundum. Tertium, quod eundem, & Monteſiæ, & Mercedis equitatus authorem, Iacobum credat, cum Monteſiæ author fuerit, & inſtitutor *Iacobus II.* Mercedis *Iacobus I.* Adde quartum errorem in habitu, nam ait equites mercenarios portaſſe crucem nigram pro teſſera, ſuper veſtem candidam, cum non niſi argenteam in

rubro æquore, atq; ſubtus hanc quatuor tænias, ſive palas rubras in ſcuto aureo, quod eſt ſtemma Aragonicum, portarint. Lege *Illeſc. 1. part. Pontif. lib. 5. cap. ult. Pinedam lib. 12. Monarchiæ, cap. 23. §. 4. Marianam de rebus Hiſpaniæ, lib. 12. cap. 8. Garibay lib. 32. compendij, cap. 6. Gualterum*, apud quem *Onuſſr.* & *Genebrard. in tabula, ſæculo 13. pag. 677. Sanſovin. lib. 2. Menenium in delitijs, titulo equites S. Mariæ de Mercede.*

101 ## Congregatio militaris Sanctæ Mariæ glorioſæ apud Italos.

Inſtituta à *Fr. Bartholomæo Vicitino, de Vicenſa ordinis Prædicatorum, eius poſtea urbis epiſcopo*, an. 1233. Pontifice Gregor. IX Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Balduino II. Leges huic familiæ impoſitas his fere verbis deſcribit *Carolus Cygonius de epiſcopis Bononienſibus, lib. 3. & lib. 17. & 19. de regno Italiæ. Vt tunicam albam, & ſubcinericeam togam induti, crucem purpuream in campo albo, duabus ſupra poſitis ſtellis, præferrent, ut viduarum, ac pupillorum tutellam ſuſciperent, ut paci, & concordiæ inter homines componendæ inſervirēt, &c.* Cæterum quia hi, una cum uxoribus, domi manebant, vulgo, *fratres gaudentes*, appellati ſunt, quo nomine etiam nunc audiunt in Italia, ubi eorum floret inſtitutum, maxime *Bononiæ*, & *Mutinæ*, ſub nomine *S. Mariæ matris Domini*. Lege *Rzovium tom. 13 anno 1261. num. 12. Bellovim cap. 8. Sylveſt. Marul. lib. 3. Occean. pag. 232.* qui inſtitutum dicit hunc ordinem tempore Vrbani V. cum tamen Vrbanum antecerit eius erectio, ab eo tamen confirmatus eſt. Adi præterea *Iacobum Boſium in hiſtor. milit. tom. 1. lib. 21. anno 1271.*

102 ## Congregatio militaris Chriſti apud Luſitanos.

Inſtituta ſub regula *Ciſtercienſi*, ideſt S. *Benedicti*, à *Dionyſio Luſitaniæ rege, ſanctiſſimæ Reginæ Elizabetha marito*, anno 1316. (alijs 1320.) Pontifice, & confirmante Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Primum huius militiæ domicilium *Caſtro Marino* Sylvenſis diœceſis in regno Algarbiorum collocatum eſt, ubi diu hæſit: inde tranſlatum Tomarium, *Tomar*, oppidum propriæ diœceſis, & proprio utens prælato, iuriſdictione pene epiſcopali, inter Conimbricam, & Vlyſſiponem, æquato fere itinere. Teſſera militibus, crux rubra, cuius quatuor brachia linea candida interſecat, formata pariter alia cruce candida, ſic, ut binæ cruces appareant rubra, & candida. Plures & ditiſſimas per Luſitaniam cōmendas poſſidet, illi Oriens, quem ſuis navigationibus Luſitani aperuerunt, veſtigalis eſt, nullus (ut plurimum) in hunc ordinem cooptatur, quem non maiorum nobilitas cōmendet, & ſuis, & proavorum rebus geſtis domi, militiæ ve, admitti dignus ſit. Lege lata cautum eſt, ut admittendi, per triennium ſaltem in Africanis præſidijs *Septæ, Tingis, & Maſagani*, inter frequentes Maurorum occurſus, & excurſus, virtutis ſpecimen ferant. Appellant Luſitani *ſervir comenda*, ideſt tantum temporis ibi eſſe, & militando inſumere, quantū lex, vel Regis diſpoſitio expoſcit ad cōmendam conſequendam. Religioſos huius ordinis, qui ſub clauſura vivunt, appellamus *frades de Tomar*, ſumpto nomine ab oppido, ubi inſigne, & ampliſſimum habent monaſterium, quod proximè ſequitur, ſed longo proximum intervallo, Vlyſſipponenſe, templū Virginis, cui à *Luce* nomen eſt memorandum, *D. Mariæ Luſitaniæ infantis*, Emmanuelis regis filiæ opus ad memoriam nominis ſempiternum. Sunt in hoc ordine dignitates plurimæ, præter magnum magiſtrum, cuius loco ſucceſſere, ut perpetui adminiſtratores, reges Luſitaniæ, poſt magiſtrum *Cōmendator maximus, Clavicularius, &c.* Agūt de hac militia *Chronicon regis Dionyſij, Galvanus, Pina, Eduardus Nonius de Leão, Antonius de Vaſconcellos, frater Bernardus de Britto, omnes in rege Dionyſio. Romanus in repub. chriſtiana, lib. 7. cap. 13. Sanſovin. lib. 2. Morigia lib. 4. cap. 4.* qui duo ultimi erectum aiunt hunc ordinem, ut *Belgium*, à Mauris oppugnatum, propugnaretur, ſcribentes Itala lingua *Belgia*, pro *Bethica*, ſua vel librariorum incuria, ipſi curent. *Caſan. in Cathal. part. 9. conſiderat. 8. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 5. Sylveſt. Marul. in Occean. lib. 3. pag. 225. Miræus de origin. religion. Ciſtercienſ. lib. 2. cap. 30. & lib. 5. orig. monaſt. cap. 9.* ubi ait, inſtitutum eſſe hunc ordinem, anno 1330. cum priori loco dixiſſet inſtitutum, ann. 1318. *Lobera in vita S. Froilani, cap. 19. Gualter. in tabula Cronograph. ſæculo 14. anno 1325.* apud quem *Genebrard. & Onuſſr. eodem ann. Illeſc. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 2. Platina in Ioann XII. Iacobus Boſius in hiſt. milit. tom. 2. lib. 1. ann. 1316. Arnoldus in ligno vitæ, lib. 1. cap. 91. frater Barnabas Montalvo in Chronico Ciſterc. lib. 2. cap. 18. Menenius in delitijs equeſt. tit. equitum Chriſti ordo, Llamas in Methodo, 3. part. cap. 21. D. Martin Carrillo in annal. Chronol. lib. 4. ſub anno 1319. Tapia authent. ingreſſi*, verbo, *Monaſteria, cap. 42. nu. 13. & cap. 49. nu. 1. Petrus Matthæus in ſumma, Conſtit. Roman. Pontif. ſub Pio IV. nu. 2. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 5. & 6.* Mitto ſcriptores alios Hiſpanos. Vide me in *hiſtoria mea epiſcoporum Portugalenſium, part. 2. cap. 15.* in fine. Notabis primò, ſcriptores pene omnes externos facere Ioannem XXII. huius militiæ inſtitutorem, ſuppreſſo Dionyſij regis nomine, cum ipſe verus fuerit militiæ huius inſtitutor, Ioannes tantum XXII. confirmator, quod tibi monitum volumus, ne beneficio regi, & inter ſui temporis reges, ob effuſam liberalitatem, *Alexandrum* dicto, erectæ, & fundatæ

tatę à ſe pręclariſſimæ religionis gloria pereat, ſed in alium transferatur, licet is ſit Dionyſij regis, ob geſtarum rerum copiam, ſplendor, ut ad ſui nominis claritudinem, ea luce non egeat. Adde illum ſanctiſſimam Elizabetham, quam Vrbanus V. Pontifex Maximus, in Diuorum album, anno 1625. 25. die Maij adſcripſit, habuiſſe uxorem, quo quid illuſtrius excogitari poterit? Notabis ſecundò, coſdem externos ſcriptores confundere hanc militiam cum alia Chriſti militia, quam idem Ioannes XXII. erexit in pontificatu ſuo, intra annum 1316. & 1318. quo ipſe pontificatum geſſit, vere tamen fuiſſe diverſas, ut dicemus inferius n. 114. Notabis tertiò, ſcriptores, qui de Dionyſio ſcribunt extrà Hiſpaniam, vocare illum *Petiocham* græcò vocabulo, quaſi diceres murorum erectorem, vel oppida muris cingentem; quod quàm verum ſit, ipſæ urbes, & oppida Luſitaniæ clamant, quæ fortiſſimis murorum repagulis munivit. *Ædificatorem*, ab ex ædificatis, & deductis novis colonijs dicere iure poſſent, item *Agricolam*, nam illo regnante, & opẽ ferente, inuij in regno Luſitaniæ ſaltus, ad ſuam uſq; ętatem, hominum ignavia inferaces, feraciſſimi redditi ſunt, & convalles illæ, quæ ob ſupernatãtes aquas, arari non poterant, ductis tubis, & canalibus exſiccatæ, nunc in fruges diſſoluuntur. Obijt Dionyſius annum agens 64. ſexto ſupra quadrageſimum regni ſui anno, menſe Ianuario ſalutis humanæ 1325. Iacet Odivellis in templo S. Dionyſij virginum Ciſtercienſiũ, prope Vlyſipponem, quod ipſe regio pluſquam ſumptu ædificarat, ſanctiſſima vero Eliſabetha iacet Conimbricę in monaſterio S. Clarę, à ſe ædificato, & virginibus eiuſdem inſtituti conceſſo. Obijt Stremocij nobili regionis transtaganæ oppido, 4. Iunij, anno à Chriſto nato 1336. Eius corpus anno Domini 1612. 25. die Aprilis, poſt eius ſepulturam annis 276. inventum eſt integrum, madidum, ſucci plenum, colore roſeo, carne vivida, rutilo capillamento, naſo, auribus, oculis, minime tabefactis, cedentibus ubi tangebantur membris, atq; in priſtinum locum redeuntibus, manabat è corpore ſuaviſſimus, ac iucundiſſimus odor, cernebantur integra, quibus involutum erat, veſtimenta: omniâ vitam ſpirabant. Aderant præſentes Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus D. D. Alphonſus de Caſtelbranco, epiſcopus Conimbricenſis, D. D. Martinus Alphonſus Mexia tunc Lerienſis, poſtea Lamecenſis, & Conimbricenſis epiſcopus. D. Franciſcus Vaz Pinto regij palatij Senator, iudices commiſſarij ad inquirendum, de vita, & miraculis Divæ Elizabethæ; aderat Rector Academiæ D. D. Ioannes Courinius, poſtea epiſcopus Algarbienſis, nunc Lamecenſis, unà cum ſapientiſſimis Theologiæ, iuris canonici, & civilis, ac medicinæ profeſſoribus, adfuere etiam alij tum religioſi, tum ſæculares, quos vel authoritas ſua, vel iudicum benevolentia admiſit: ecce tibi non ſine ingenti admiratione, & gaudio reginam ſuam non ſepulchro, ſed lecto, non inter mortuos iacentem, ſed leviter dormientem, omnes videre ſibi viſi ſunt. Datum omnibus ire in oſcula, ſacris pedibus advolvi, lambere veſtes illas, quæ divinitatem ſpirare credebantur, applicare ad tactum roſaria, cruces, & quidquid pium apud ſe quiſq; invenire poterat, leviter tamen, ac ſine tumultu, ne dormientis ſomnum interturbare viderentur. Sed de his alibi.

Congregatio militaris Monteſiæ apud Hiſpanos. 103 Inſtituta ſub regula *Ciſtercienſi*, ideſt, *S. Benedicti*, & Virginis Mariæ patrocinio à *Iacobo huius nominis ſecundo, Aragoniæ, & Valentiæ rege*, anno 1317. (alijs 1319) Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Dicta *Monteſia*, à *Monteſa*, oppido diœceſis urbis Valentiæ, ubi primum, & præcipuum huius militiæ domicilium erectum eſt. Vtuntur equites cruce rubra, plana, ſuper veſtem candidam. Vnitam eſſe huic familiæ aliam, quæ *S. Gregorij de Alfama*, (eſt Alfama oppidum Valentinum in diœceſi Tortoſana) dicebatur. Leges paſſim apud *ſcriptores Hiſpanos*. Crediderim fuiſſe inſtitutam à *Petro hoc nomine ſecundo, Aragoniæ rege*, an. 1201. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Filippo, Orientis Baldovino Belga. Verum confirmatam non invenio ante annum 1363. quo à Benedicto XIII. approbationem accepit, & 1369. *Monteſiana* unita eſt ab eodem Benedicto, quem pro vero Pontifice coluiſſe Aragonios, non ſemel monui. Agit de hac militia *Rades de Andrada in Chronic. Calatravæ cap. 16. Mariana de rebus Hiſpan. lib. 15. cap. 15. Zurita lib. 6. annalium, Aragon. cap. 26. Garibay lib. 32. cap. 11. Lobera in vita S. Froilani, cap. 19. Gondicalus Argote de Molina lib. 1. ſuæ hiſtor. cap. 32. Illeſc. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 2. Barnabas Montal. in Chronic. Ciſterc. tom. 1. lib. 2. cap. 17. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 5. Caſſan. in Catalog. part. 9. conſ. 9.* apud quem *Volaterr. in Antropologia, lib. 21. Sylveſt. Marul. in Occean. lib. 3. Morigia lib. 4. cap. 4. Llamas 3. part. Methodi, cap. 11. §. 10. Tapia authent. ingreſſi*, verbo *monaſteria, cap. 51. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 5. & 6.*

Congregatio militaris S. Stephani Papæ, & martyris, apud Florentinos. 104 Inſtituta à *Coſmo Medice magno Etruriæ duce*, atq; hoc nomine primo, ſub regula *S. Benedicti*, & nomine, ac nu-

ac numine *S. Stephani Summi Pontificis, hoc nomine primi, Florentiæ patroni*, anno 1591. Pontifice Pio IV. qui ſequenti anno eandem familiam confirmavit, Imperatore Occidẽtis Ferdinando I. tyranno, Orientis Solymano; deſignatus eſt in familiæ magiſtrũ ipſe *Coſmus Medices*, atq; eius in poſterum ſucceſſores, Etruriæ Duces. Inſtitutum militum, Mauros, & Turcas à Tirreno mari longe arcere: teſſera crux rubra, cum limbo aureo, forma, & ſpecie omnino Melitenſi ſimili, ſuper veſtem candidam, ex ſerico undulato. Sunt apud eos (quemadmodũ apud noſtrates. Avizij S. Iacobi, & Chriſti, milites) præter equites, *Sacerdotes*, itemq; *Servientes*, ut appellant, & *Donati*, aliquo tamen diſcrimine, *donati*, enim non quadrimembrem, ſed trimẽbrem præferunt crucem, abſciſo ſuperiori ſtipite. Melitenſium fere inſtituto vivunt, ſed caſtitatem tantum coniugalem profitẽtur, paupertatis vero loco, charitatem. Præcipua, & ampliſſima huius familiæ ſedes, totius ordinis caput, unà cum gubernatore familiæ magni ducis vices gerente, Piſis ſita eſt. Lege de hoc ordine *Conſtit. Pij IV.* datam anno 1562. 7. Iulij, incipit. *His qui pro religionis.* 4. *Bullarij*, *edit.* 2. Scribunt de hac militia *Onuſſr. anno* 1562. *Morigia lib.* 4. *cap.* 8. *Sylveſt. Marul. in Occean. lib.* 3. *Gualter. in tabula, ſæculo* 16. *pagin.* 745. *anno* 1562. *Illeſc. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 31. *Sanſovinus lib.* 2. *titulo equites S. Stephani, Menenius in delit. eodem titulo.* Vide præterea ſcribentes vitas magnorum ducum Etruriæ, ut *Aldum Manutium in vita Coſmi Medicis primi Ducis.*

105 ## Congregatio militaris Sancti Mauritij, apud Sabaudos.

Inſtituta ſub regula *S. Benedicti*, à Duce Sabaudiæ *Emmanuele Philiberto*, Emmanuelis régis Luſitaniæ ex filia Catharina, nepote, anno 1572. Pontifice Gregorio XIII. (qui eodem anno religionem confirmavit edito diplomate 16. Septembris, incipit *Chriſtiani populi, eſt ſextũ in Bullario, 2. edit.*) Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyranno Solymano. Inſtitutum militiæ eſt Sabaudiam ab hæreticis illæſam tutari, deinde totam Italiam, cuius ipſa clauſtrum eſt, & munimentum. Inſigne, ſive teſſera, crux alba, cuſpidibus in flores deſinentibus, appellant Galli *Florigeram*, ſuper veſtem holoſericam, ex tabino undulato, coloris purpurei, ſive carmeſinij. Deſignavit Gregorius, Emmanuelem, Philibertum, & ſubſequentes duces Sabaudiæ, perpetuos ordinis magiſtros. Duo ſunt præcipua ordinis domicilia, Nicœæ *Niſa de Provença*, ad littus Tirrenum in confinio Galliæ, urbis pulchræ, & ſatis munitæ. Alterũ Auguſtæ Taurinorum *Turím*, ducis Sabaudiæ regiæ. Militat ordo ſub tutela, & patronicio *S. Mauritij ducis Thebæ legionis*, quem domus Sabaudica impenſé colit. Incidit eius, & ſociorum ſolemnitas in 22. Septembris. Cæterum anno Domini 1572. auctus eſt ordo S. Mauritij ordine S. Laſari Hieroſolymitani, de quo nos ſupra *nu.* 85. quem Gregorius XIII. ipſi, conſtitutione lata, adunivit, declarato utriuſq;, ſive unius ex utroq;, magiſtro, eodem Emmanuele, & ſubſequentibus Sabaudiæ ducibus. Lege *Conſtitut. Pro commiſſa nobis*, de qua ſupra citato *num.* Dicuntur nunc milites *S. Mauritij, & S. Laſari*, ferunt utriuſq; ordinis teſſeram, nimirum intra crucem viridem S. Laſari, crucem candidam S. Mauritij, extantibus eius ramis ad angulos, ubi ſtipites crucis viridis inter ſe committuntur. Scribit de utroq; ordine latiſſimè *Guillelmus Baldeſſanus in ſacra hiſtoria Thebæa*, ubi eos erroris arguit, qui Mauritianã familiam ab Amadeo primo Sabaudiæ duce (is ille eſt, qui ſub nomine Felicis V. pontificatum aliquando geſſit, electus anno 1439. poſtea in gratiam Nicolai V. veri Pontificis pontificatũ depoſuit) inſtitutam eſſe ſcripſerunt. Agunt de hac familia fere omnes, *quos pro familia S. Laſari ſupra citavimus.* Lege præterea *Matthæum Belloium in hiſtor. Ludovici XI. regis Galliæ, lib.* 3. *Petrum Belloium in origin. equeſt. cap.* 20. *Franciſcum Modium in pandectis triumphalibus. Menen. in delit. equeſt. tit. ordo equit. S. Mauritij. Miræum origin. Benedict. lib.* 12. *cap.* 32. *Morigiam lib.* 4. *cap.* 7. *Sylveſt. Marulum in Occean. lib.* 3. *pag.* 207. *Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *& 6.*

Congregatio militaris Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, apud Gallos. 106

Inſtituta à *Philiberto Neresiano Gallo*, viro militiæ inſigni, ſub regula S. *Auguſtini*, ann. Chriſti 1609. Pontifice Paulo V. regnante in Gallia Henrico IV. Imperatore Occidentis Rodolfo II. Orientis tyrãno Amurate, incorporatus eſt huic ordini, ordo militaris *S. Laſari per Galliam*, inſtitutus primus magiſter *Neresianus*, qui eodem anno Pariſijs, ut teſtatur *Menenius tit. equit. S. Mariæ, &c.* In monaſterio ſuburbano S. Laſari Canonicorum regularium S. Auguſtini, nonnullos equites creavit, deſignata omnibus pro teſſera, cruce violacea, Virginis Mariæ effigie inſigni, ex collo pendente, pariterq; clamydi affixa. Nec *Carmelitani*, nec *Mauritiani* equites à nuptijs arcentur. Lege de hac familia *Menenium citatum, Miræum in rigin. Auguſt. lib.* 1. *cap.* 32.

Hæc ſunt, quæ de familijs equeſtribus religioſis, & votis ſe adſtringentibus, breviter commentari placuit: cæteræ, quæ ſecuntur, licet equeſtres familiæ ſint, tamen honorariæ tantum ſunt, & minime religioſæ, nec votorũ obligationibus ſubſunt, ac proinde ſub obligationem 107

tionem noſtri *text.* non veniunt, eas tamen hic adnectere, viſum fuit, ne curioſi lectoris aviditas, in hoc laborem noſtrũ requireret; porrò contraham me, & eorum, quæ ſuperſunt, breviarium tantùm faciam, remiſſo ad ſcriptores lectore, quos indigitabo, ubi planior, & plenior earum notitia.

108 **Congregatio militaris tabulæ rotundæ apud Anglos.** Hæc eſt prima omniũ, quas legerim, equitum congregatio, inſtituta ab *Arturo Angliæ rege*, quem ſub Pontificatu Simplicij, ab anno 468. uſq; ad 483. regnaſſe; ſcribit *Illeſc. in Pontif. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. Dicta *menſa rotunda*, ſive *orbicularis*, quod quatuor ſupra viginti athletas (*Caſſan. in Catalog. part.* 1. *conſuet.* 21. centum, & ſeptuaginta numerat) equeſtris ordinis rerum geſtarum gloria pares, equeſtribus item ornamentis condecoratos, pari honore, & amore, ad menſam orbicularem Arturus invitaverit, ne quis ſe alij prælatum prave iactaret, nec alij ſuppoſitum invide doleret. Oſtendi hac noſtra tempeſtate illam menſam, equitum nominibus inſcriptam, in *Caſtro Vintonienſi Hector Boetius lib.* 9. *de hiſtor. Scotica, Leslaus epiſcopus Roſſenſis de Scotorum rebus, lib.* 4. authores ſunt. Mihi, cui omnia iſta de rotunda tabula proximè ad fabulas accedunt, induci animus non poteſt, ut credam, nec ulli ad credendum author ero. Simili orbiculari menſa ſediſſe *duodecim Pares Franciæ*, apud Carolum magnum, & de vera Parium origine, ſcribit *frater Bernardus de Britto in Chronic. Ciſtercienſi, lib.* 3. *cap.* 11.

109 **Congregatio militaris Gineteæ, apud Gallos.** Inſtituta à *Carolo Martello*, anno 727. Pontifice Gregorio II. Imperatore Leone Iſaurico. Dicta *Gineta*, ab animalculo illo, quod ꝑ teſſera circunferebant equites in anulorum palliſve inſculpto, appellant *Genetam* Hiſpani, & ex eis Galli. Porro Gineta genus eſt muſtellæ, ſive vulpeculæ, pelle partim nigra, partim ſubcinericia, alternantibus inter ſe maculis, pulchritudine viris principibus commendabilis. Duplicem habuiſſe cauſam inſtituendi hanc militiam ſub *Gineta* ſymbolo, Carolum authores memorant: primam, ut in inſculpta *gineta* alluſio fieret ad nomen uxoris Ioannæ, quam ipſe ardenter deperibat, vocitabatq; nonnunquam Iañetam, Ginetam, & ſimilia amoris vocabula. Secundam, ut hoc argumento, ſive monumento, memoriam illius victoriæ ad poſteros tranſmitteret, in qua ipſe prope Turonem trecenta ſeptuaginta quinq; Maurorum millia, una cũm rege Abdirama, gladio abſumpſit. Lege *Baronium tom.* 9. *anno Chriſti* 725. Quia vero nobiliſſimum, & exercitatiſſimum Maurorum equitatum *ex genetis*, (ſic appellant eos equites, qui contractis ſtapedis ex equis depugnant) conſtaſſe animadvertit, voluit ſapientiſſimus rex, ut in *Ginetis inſculptis*, propter nominis ſimilitudinem devictorum equitum memoria ſervaretur. Vide de hac militia *Menenium in delitijs equeſtr. titulo, Ordo equitum Gineta in Gallia*, ubi alij.

110 **Congregatio militaris Lilij, apud Navarros.** Inſtituta à *Garcia rege Navarræ*, Sancij (quem Imperatorem Hiſpaniarum, multi appellant) filio, annis aliquot ante eius mortem (obijt anno 1053. teſte *Mariana de rebus Hiſp. lib.* 9. *cap.* 4.) in honorem B. Virginis, ob inventum à ſe eiuſdem magnæ matris ſimulachrum, cui ipſa, & *Stephania uxor*, magnifici operis fanum Anageri, *Naieta* poſuere. Datum militibus pro teſſera vaſculum candidiſſimis lilijs oppletum, ſive coronatum, ea ſpecie, qua ante Virginem ab Angelo ſalutatam depingi paſſim ſolet: hinc equitatui nomen deductum; ferre etiam ex lege tenebantur lilia candidiſſimi coloris phrygionico opere veſtibus intexta, lege *Petrũ Belloium in originib. equeſtib. & Menenium*, apud quos alij. Cæterum hunc *lilij* equitatum multi reijciunt in regis *Ferdinandi* (quem *Infantem de Antequera, annales Hiſpani*, nominant) tempora, inſtitutumq; ab eo tradunt anno 1403. Pontifice Bonifacio IX. Imperatoribus Occidentis Venceſlao, Orientis Andronico III. Addunt *prædicti ſcriptores*, regem in Eccleſia S. Mariæ oppidi Methymnæ campeſtris, *Medina del Campo*, teſſeram ritu ſolemni, unà cum aliquibus alijs, non tàm maiorum nobilitate, quàm rebus in bello præclare geſtis, adlegi promerentibus, ſuſcepiſſe: vas ſcilicet lilijs floridum, ſive è cuius ore lilia candidiſſima erumperent, una cum Grypho, quæ & lateri ſiniſtro affixa, & ſuſpenſa è collo geſtarent, videndus *Hieronymus Zurita in hiſtor. Aragon. lib.* 12. *cap.* 30. *Romanus in repub. chriſtian. lib.* 7. *Illeſc. in Pontif. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. ubi aiunt, vulgo dici hanc militiam *de la Tarraça de las açucenas, de la iarra de S. Maria*, quaſi diceres *vaſculi, liliorum, aut phialæ S. Mariæ*. Quid ſi hic lilij equitatus non unus fuit, ſed duplex? Suſpicor, inquire. Vide etiam infra *de equitibus lilij, apud Italos.*

111 **Congregatio militaris Canis, apud Gallos.** Inſtituta ab aliquo *ex Comeſtabilibus Franciæ domus Metmorancicæ*, quo anno, & à cuius nominis auctore, id temporũ iniuria abſumpſit, certum tamen eſt regnante in Gallia Filippo I. (cæpit is regnare anno 1059. deſijt anno 1106. *Baron. tom.* 12. *eiſdem annis*) erectam iam fuiſſe. Enim verò ſcribunt

ſcribunt nonnulli ad eius aulam acceſſiſſe *Butthardum*, quendam Metmoranciacum, nobili equitum manu conſtipatum, quibus, ut ipſi duci Comeſtabili, eadem omnino erant inſignia; collare nimirum ex cervorum capitibus intexum, pendente ad medium pectoris canis effigie. Lege *Filippum Moræum in tabula inſignium Franciæ, Menenium in delitijs equeſtribus.* Vbi addit erectam quoq; eſſe à domo Metmoranciacæ aliam equeſtrem familiam, cuius ſymbolum erat Gallus gallinaceus, ſed quo anno, vel quo auctore, nec ipſe prodit, nec *Petrus Belloius in originibus equeſtribus, cap.* 11. ubi de ea meminit.

112 Congregatio militaris Sancti Salvatoris, apud Aragonios. Inſtituta (ut ex *Belloio in originibus equeſtribus*, refert *Menenius infra citandus*) ab *Alphonſo hoc nomine I. Aragoniæ rege*, qui ſe Hiſpaniarum Imperatorem dici voluit, anno 1118. Pontifice Gelaſio II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Alexio Comneno. De ſymbolo, ſive teſſera huius militiæ altũ apud ſcriptores Hiſpanos ſilentium eſt, externi tantum aiunt eam inſtitutam fuiſſe ad debellandos Mauros, qui Cæſaraugustanum tractum occupabant. Cæterum exiſtimo capta Cæſarauguſta ad an. 1118. die 28. Decembris, regem hanc militiam inſtituiſſe, cùm ut poſteris eſſet victoriæ monumentum ſempiternum, tum ut hoc honore, qui præclare in prælio ſe geſſerant, haberẽt virtutis præmium, cæteriq; ad ſimilia aggrediendæ incitamentum. Necnon ut devoti bello milites in exigendis ab Aragoniæ finibus Mauris, pro virili elaborarent, ut revera ſequenti biennio exacti ſunt. Obijt *Alphonſus* in acie contra Mauros prope Fragam in acie ad Cingam amnem oppidum eſt Fraga in Aragoniæ finibus, qua parte Cataloniam attingunt) ann. 1154. ex *Mariana de rebus Hiſpan. lib.* 10. *cap.* 15. Lege de militia Salvatoris *Menenium in delitijs equeſtribus*, vbi *Ordo Salvatoris in Aragonia.*

113 Congregatio militaris Chriſti, apud Italos. Inſtituta à *Pontifice maximo Ioanne XXII.* intra annũ 1316. & 1318. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Teſſera equitibus Crux rubra, interſecante alia candida eiuſdem formæ, ac illa eſt, quam equites Chriſti in Luſitania circunferunt, addit tamen Itala limbum aureum, quo Luſitana caret. Crediderim ex hac militia deſumpſiſſe *externos ſcriptores*, occaſionem ſcribendi *Ioannem XXII.* Chriſti militiam apud Luſitanos fundaſſe, quod ſupra iam monui, venia tamen digni ſunt, cum utriuſq; erectio, in idem penè tempus inciderit, ac Luſitanam Ioannes XXII. confirmaverit, adde eodem nomine, & habitu utranq; inſigniri, ſed honore, & rerum geſtarum gloria interim quantum noſtra diſtat ab Itala? Latiſſimum ſane diſcrimen eſt, licet alia deeſſent, Luſitanam Chriſti militiam religioſam eſſe, Italam tantum honorariam. Lege de hac militia *Franciſcum Tarraphnam*, & *Ioannem Conſectium in Collectione privilegiorum Mendicantium, Menenium in delitijs equeſtribus.* Recurre ad *Militiam Chriſti, apud Luſitanos, nu.* 102.

Congregatio militaris Bandæ, 114
apud Caſtellanos. Inſtituta ab *Alphonſo hoc nomine XI. Caſtellæ rege, Maria Luſitana, S. Elizabetha ex filio Alphonſo, hoc nomine IV. Luſitaniæ rege, neptis, matrito*, anno 1332. Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Inſtitutam hanc militiam in urbe Victoriæ ſcribunt *Hiſpanorum annales*, lege *Marianam lib.* 16. *cap.* 2. Data equitibus (quam etiam rex ſibi geſtandam aſſumpſit) pro teſſera, tænia, Hiſpani dicunt *banda* (hinc militiæ nomen) rubri coloris, quatuor lata digitos, à dextro humero. Subtus ſiniſtrum brachium protenſa, ac corpori circunducta. Adlegi in hunc ordinem poterant niſi ingenui tantum, & quos maiorũ proſapia nobilitaret, quiq; grande virtutis ſpecimen, ſive in bello, ſive in aula regis haſtiludijs, & torneamentis, non ſemel edidiſſent. Excludebantur tamen nobilium primogeniti, ad quos parentum hæreditas devolvenda erat, cæteris quibuſcunq; admiſſis. Rex cum ſucceſſoribus militiæ magiſter deſignatus. Habitus hic honor longo tempore magno in pretio, conſequentum vero principum ſocordia, rerumq; humanarum inconſtantia, ita paulatim deſijt, ut vix aliquando fuiſſe per veſtigia eruamus. Lege *Marianam* ubi proximè. *D. fr. Antonium de Guevara epiſcopum Mendonienſem, epiſtola ad Comitem Beneventanum*, ubi egregia. *Sanſovin. de origin. equitum. lib.* 3. apud quem ſtatuta huius militiæ, & nomina primorum equitum, *Menenium in delitijs equeſt. Garibay in compendio, lib.* 4. *cap.* 7. *Romanum in repub. chriſtian. lib.* 7. *Illeſc.* 2. *part. Pontific. lib.* 6. *cap.* 19. *ſub Alphonſo XI. Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 6. ubi ait inſtitutum fuiſſe hunc ordinem, anno 1366. Sed mendum videtur eſſe in typographia, cum vero calculo Alphonſus obierit anno 1350. 6. Martij, annis ante ſupputationem *Azorij* ſexdecim. Is ille eſt *Alphonſus*, qui memorabili prælio ad *Saladum amnem*, unà cum ſocero *Alphonſo Luſitaniæ rege, hoc nomine IV.* reges Marrochianum, & Granatenſem debellavit, cæſis bello, fugaq; ſupra ducenta hoſtium millia, viginti tantum Chriſtianis deſideratis. Vide me in *hiſtor. mea epiſcopor. Portus alenſium*, 2. *part. cap.* 19. ubi latè de hac victoria.

Congre

115 **Congregatio militaris Guarteriæ, apud Anglos.** Inſtituta ſub patrocinio S. Georgij martyris, ab *Eduardo hoc nomine III. Anglorum rege*, ann. 1350. Pontifice Clemente VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioañe. Militum ſtatuta excribit *Sanſovin. de orig. equit. lib. 3.* Ferũt equites pro habitu clamydem cęrulei coloris, periſcellidem item, ſive tæniam cærulcam (Angelis *Guartier*, aut ſi mavis, ſubligare gẽmis, auroq; fibulatum, quo ſiniſtrũ crus infra genu involuunt, nos dicimus *liga*, his diſtinctum notis Gallica lingua, *Honiſoit, qui malypenſe*, ideſt, *male illi vertat, qui male cogitat*. Ferunt præterea equites collare, quod magnũ vocant, cum anniverſarius S. Georgij tutelaris dies quotannis 22. Aprilis recurrit, vel cum pro maieſtate regi, aut alicuius novi equitis in auguratiõnibus adſiſtere debent: fit hoc ex eadem tænia ſive faſcia ſæpius iterata, roſis alternatim rubris, & candidis intertextis, appenſa Divi Georgij imagine, ideſt, D. Georgio, feroci, & generoſo equo inſidente, atq; in haſtam prono, vulnusq; minitante. Nobiliſſimum totius equeſtris ordinis domicilium *Vindiſoijs* ſitum eſt. An illuc reges cum militibus ad natalitia S. Georgij 22. Aprilis celebranda, adhuc ſe conferant, ut moris erat, an turbata Calviniſmo religione, hæc etiam malus Dæmon interturbaverit? Mihi non conſtat. De regibus ab Eduardo inſtitutore ad Henricum uſq; VIII. illud teſtari poſſum, nihil eos habuiſſe ſolemnius, nihil celebraſſe magnificẽtius, nihil maiori luxu peregiſſe, quam D. Georgij ſacrum in oppido *Vindiſoijs*, præſentibus quotquot erant *Guarteriæ*, equitibus, atq; ultra divitiarum ſortem, regium apparatum æmulantibus. Vide *Polydor. Virgil. in Eduardo III.* Cæterum credunt aliqui inſtituendi ordinis ſub hoc ſymbolo, cauſam dediſſe regi periſcellidem ſuam, quod eam in prælio ubi *regem Scotiæ Davidem*, vivum ceperat (alij ad prælium, quo *Ioannem Galliæ regem* comprehenderat, referunt) militibus teſſeram præſcripſerit, ne Anglos p Gallis ferirent; quæ res quia felicitet ceſſerat, aſſumpta pro inſigni periſcellide, ordinem hunc texit honeſtiori quidem principio, quam quo alij derivant; aiunt enim *Ioanna Commiſſa Salisburgiæ*, eximiæ pulchritudinis, utinam, & pudoris! Fœminæ, quam rex unicè deperibat, coram Eduardo, vel cum ipſo Eduardo choreas agenti, ſubligare decidiſſe, regemq; illud à terra ſubſtuliſſe, ac ſibi reſervaſſe, male interim ſuſpicantibus, qui aderant, atq; inter ſe ſub murmurantibus. Quorum rex, ut ſiniſtram de fœmina opinionem elevaret, nec impudici latere quidquam amoris, palàm ut profiteretur, aſſumpta in argumentum honoris Ioannę periſcellide, ordinem hunc ſtabilivit, regium eſſe dictitans eiſdem periclitãtem fœminam condecorare argumẽtis, unde alij pravè ſuſpicioſi, dedecorandi occaſionem deduxerãt, enim vero, ut ſcite ſcripſit *Plutarchus, ne honorem multum depereas, & onus aliquando honorat, & decus dedecorat.* Adciri ad collegiũ periſcellidis ultra viginti ſupra ſex equites, nõ poſſunt, quos etiam oportet ex prima eſſe regni nobilitate, (ex Luſitanis unũ quẽ ſciam maioribus equalẽ ſeu æqualibus maiorem Alvarũ Vaz D'Almada comitem d'Abrãt. & D. Andreæ d'Almada proavũ adlectũ cõſtat) ipſo rege, & filio Principe Coriphęo. Adi *Polyd. in Eduar. III. lib. 19. Angl. hiſt. Menen. in delit. equeſt.* ubi alij. *Gualt. in tab. Chron. ſæc. 14. ann. 1350.* ubi *Genebrard.* & alij. *Illeſc. in Pont. p. 2. lib. 6. c. 4. Azor. tom. 1. lib. 13. c. 6.*

116 **Congregatio militaris Stellæ, apud Gallos.** Inſtituta à *rege Gallia Ioanne*, ſub patrocinio D. Virginis, triumq; Magorum, qui naſcentis Chriſti in cunabula, & rupem Bethlemicam ſtella duce inviſerunt, *Matth. 2.* anno 1352. Pontifice Innocẽtio VI. Imperatoribus Occident. Carolo IV. Orientis Calo Ioañe. Deſignatum eſt in huius familiæ domiciliũ, illud ipſum, quod *S. Audoenus* monachus Benedictinus habuit prope Pariſeos. Habitus, ſtella in pallij capuccio, ſive aliquo eminentiori loco, unde facile videri poſſet, adtexta addebatur præterea ſtellæ corona, cum lemmate, *monſtrant regibus aſtra viam*: hanc eandem è torque aureo ſuſpẽſam è collo ferebant equites, litteris circum circa illud idem ſymbolum ſignificantibus. Deſijt iam eſſe hæc militia apud Gallos, ſuccedentibus eius loco alijs, de quibus infra. De ea videbis *Genebrard. in Clement. VI. Gualterum in tabul. Chronograph. ſæculo 14. ann. 1350. pag. 699. Illeſc. p. 2. Pontif. lib. 6. cap. 4. Sanſovin. de origin. equit. lib. 3. Menenium in delitijs equeſtrib. Nicolaum Viguerium tom. 3 hiſtor. Bibl. Claudiũ Paradignum in ſymbol. heroicis. Ioannem Bodinum in ſua repub. cap. 4. Iulium Cæſarem Capucciũ Italè, de le empreſe, lib. 1. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 6.*

117 **Congregatio militaris Colũbę, apud Caſtellanos.** Inſtituta à rege Caſtellæ *Ioanne, hoc nomine I.* ann. 1390. 25. Iulij, in urbe *Segobiæ*, Pontifice Bonifacio IX. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orient. Andronico III. datus militibus p teſſera, aureus torques, radijs ſolaribus diſtinctus, pendẽte columbæ effigie, unde nomen militiæ derivatũ. Cæterũ percunte, hoc ipſo erectionis anno, Ioanne rege, una cum eodem hæc ipſa militia perijt, nec confirmari prius cæpit, quam evanuit, lege *Marian. de rebus Hiſpan. lib. 18. cap. 13. Roman. in repub chriſt. lib. 7. Menen. in delit. equeſt.* ubi addit inventũ eriã

& excogitatum ab eodem *Ioanne rege*, insigne aliud, quo armigeri, & inferioris notæ equites, qui præclare se in hastiludijs, & torneamẽtis, ac singularibus certaminibus gererent, condecorarentur, appellatum voluit, *de la raza*, rationis, qua forma, quaue specie fuerit, id omnino non prodit, nec ego legere me unquam memini.

118 **Congregatio militaris Nodi, apud Neapolitanos.** Instituta à *Ludovico rege Neapolitano, Ioanna regina marito*, anno 1352. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Tessera, sive militare symbolum, nodus erat ex filo aureo, & argẽteo pectori intextus. Agunt de hac militia *Matthæus Villanius in hist. sua, an.* 1351. *Pãdulfus Collenuccius lib.* 5. *hist. Neapolit. Ioannes Baptista Carrafa lib.* 5. *hist. Neapolit. Angelus Constantius lib.* 6. *hist. Neapolit. Nicolaus Annellus Pacca Neapolit. in libello ordinum, & societatum militarium regni Neapolit.* ubi priorum equitum nomina describit: *Ioannes Antonius Sumonte hist. Neapolit. tom.*2. *lib.* 3. *anno* 1352. *Menenius in delitijs equest. edit.* 2. *Macerata anno* 1623.

119 **Congregatio militaris Annũciatæ, apud Sabaudos.** Instituta ab *Amadeo VI. Sabaudiæ comite*, quem *Viridem* appellant, anno plus minusve 1352. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Erexit hunc equitatũ Amadeus, in memoriam *Amadei primi Sabaudiæ comitis*, cognomento *magni*, cuius virtute, & auxilijs Otoxanus Turcarũm rex, oppressam longa obsidione Rhodum fugiens, dereliquit, anno 1310. ut testantur fere omnes illius temporis scriptores, maxime *Iacobus Bosius in hist. Melitens. tom.*2. *lib.* 1. *an* 1310. ubi hunc Amadeum vocat quartum. Insigne equitum torques aureus in speciem collaris, quo alani canes circunligantur, ex quatuor lamellis aureis compositus, erantibus inter lamellam, & lamellam nodis amatorijs (sic apud externos scriptores appellari video implicationes illas quibus inter se pontificij galeri pendentes vittæ, & holoserici funiculi conglobantur, cum lemmate gentilitio galerus sup imponitur) illo lemmate *F. E. R. T.* quod si resolvas in totidem voces, quot in illo literæ visuntur, erit, *Fortitudo eius Rhodum tenuit.* Nimirum quia magni Amadei virtute actũ est, ut equites Rhodiani in sustinenda illa longa obsidione diu psiderent, nec hosti longe licet superiori, cederent. Pendet ex collari imago D. Virginis, cum Angelo nuntiante. Sedes, sive templũ ubi inaugurari solent milites est, apud *Petram Castellum*, oppidũ Sabaudiæ, in cœnobio Carthusiano. Lege *Philibertũ Pingonium in descriptione Augustæ Taurinorum, Vmbertum Vanderbaesium in rebus Sabaudicis, Iulianũ Taboet in republ. sua, Illesc. lib.* 6. *cap.* 4. *p.* 2. *Sansovin. lib.* 3. ubi statuta eiusdem ordinis ab Amadeo publicata transcribit. *Menen. in delit. equestr. Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 6.

120 **Cõgregatio militaris Draconis, apud Germanos, & Hungaros.** Instituta ab *Imperatore Segismundo*, anno 1418. Pontifice Martino V. Placuit christianissimo Imperatori, pro exornãdis equitibus suis, Draconis præcipitati effigies, cùm ut Deo gratificaretur devictum à se hæreseos monstrũ, extinctamq; longissimi, & periculosissimi schismatis hydram, quæ tot capitibus Ecclesiam divexarat, quot diximus *in hist. nostra Episcop. Portucalensium, p.* 2. *cap.* 22. ab electione scilicet Vrbani VI. anno 1378. usq; ad pontificatũ Martini V. anno 1417. tum ut equites suos moneret decertandum sibi cum eodem hæreseos Dracone, nec arma suspendenda, donec is ab Ecclesiæ cælo præcipitatus, terras metu liberans, æternis carceribus manciparetur. Vide *Petrum Bellonum in originib. militaribus, cap.* 22. *Menenium in delitijs*, ubi addit ex *Hieronym. Roman. in hist. Hispanica.* Ioañis hoc nomine II. Castellę regis tẽporibus Hispanum quendam *Moysen* (nomen Valentinum arguit) *Didacum de Valera*, virũ militaribus exercitijs clarum, trium ordinũ insignibus ab Alberto hoc nomine II. Romanorũ Imperatore donatũ fuisse, *Draconica* scilicet, tanquã à rege Hungariæ. *Tufinio* (ignotum mihi quale illud fuerit) ut à rege Bohemiæ, *collari disciplinarũ* (erat ex aquilis cadidissimis elaboratũ) tanquã à duce Austriæ. Lege eundem *Menen.*

121 **Congregatio militaris Velleris aurei.** Instituta sub patrocinio, & tutela beatissimæ Virginis, ac nomine S. Andreæ Apostoli, quem domus Burgundiæ ea imprimis colit, à *Philippo cognomento Bono Duce Burgundiæ*, anno 1429. Pontifice Martino V. Imperatoribus Occidentis Segismundo, Orientis Andronico III. Cepit Brugis Flandrorũ, mense Ianuario, quo die *Isabellam* (perperam nonnulli scribunt *Mariam*) *Lusitaniæ Infantem Ioannis, hoc nomine primi regis filiam, uxorem sibi adivit.* Desig nata est pro habitu equitibus, toga, lanea colore cinerea, (mutavit postea Carolus filius cognomento *Audax* in holoserica) cum torque aureo ex ignitabulis, & silicibus affabre composito, pendente ab illius medio agnículi spolio aureo, vulgari lingua *Toson*, ubi militiæ nomen *del Toson*. Fuere aurei velleris equites à prima sui institutione, non plures, quam undecim, & triginta, auxit postea ad unum supra quinquaginta Carolus quintus Imperator, cõmis

comitijs

cõmitijs Bruxellenſibus, anno 1516. Cæterum eò maieſtatis devenit hæc militia, ut potentiſſimi chriſtiani orbis Principes in illam cooptari, non cupiant tantum, ſed ambiant. Penès *Hiſpaniarum reges*, ut Filippi inſtitutoris hæredes, adlegendi equites arbitrium reſidet, etiam extra capitulum, conceſſione Gregorij XIII. & Clementis VIII. Lege quas argutias ex ferro hoc, & lapide igniario excuſſerit *Claudius Paradignus*, addita ignitabulo illa epigraphe *Ante ferit, quam flamma micet.* Velleri vero *Pretium non vile laboris.* Plura videri poſſunt apud *Franciſcum Roſerium tom. 3. cap. 109.* Angit nonnullos an ad Gedeonicum vellus, de quo *Iudicum 6.* an ad Iaſonicum, de quo paſſim poetæ, in ſymbolo hoc ſuo repexerit Filippus? Mihi fere certum eſt reſpexiſſe ad utrunq, ſed maximè ad Gedeonicum, tum ex nomine militiæ impoſito, *Virginis*, nimirum *Mariæ*, tum quia illo vellere *Mariam* præcipuè ſignificari, cui ille potiſſimũ volebat applaudere, concors Sanctorũ Patrum ſententia eſt, & inter eos *Tertulliani lib. de Carne Chriſti, cap. 21. & lib. 3. contra Marcionem, cap. 20. Ambroſij ſerm. 13. Chriſolog. ſerm. 143. Bernardi homil. 3. ſuper miſſus eſt. & ſermon. 2. de Annunt. Methodij in oratione de Hypapante Domini. Procli epiſcopi Conſtant. de Deipara, Sophronij ſerm. de Aſſumptione. Damaſc. oratione 2. de Dormitione Virgin.* Agit de hac militia multa, & cum multis, *Menenius in delitijs equeſtrib.* plura *Ioannes Belga monachus, & Abbas monaſterij S. Bertini, ex ordine Benedictino in urbe Andomari, Sainctomer. Galliæ belgicæ. in libello. quem lingua Gallica ſcripſit, de origine, progreſſu, & conſtitutionibus equitum aurei velleris, uſq; ad annum 1470.* Quorum perpetuus eſt Cancellarius Abbas S. Bertini pro tempore. Lege præterea *Heuterum lib. 4. rerum Burgundicarum. Florentium Hareum lib. 1. tumultuum Belgicorum, Harnoldum Mermanum in Theatro ſuo. Laurentium Cuperum de rebus Belgicis. Franciſcum Rogerium* ubi proximè. *Petrum à S. Iuliano originum Burgundicarum, cap. 28. Iacobum Meyerium annal. Flandriæ, lib. 16. Petrum Ribadaneira in vita S. Andreæ, 30. Novemb. in fine. Illeſc. 2. part. Pontif. lib. 6. cap. 12.* & plures alios.

122 **Congregatio militaris Cardui apud Gallos.** Inſtituta ſub patrocinio, & tutela beatiſſimæ Virginis à *Ludovico II. Borboniæ duce, cognomento Bono*, eodem fere tempore, quo illa *aurei velleris*, apud Burgundos erecta eſt, ab anno ſcilicet 1430. uſq; ad annum 1440. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Segiſmundo, Orientis Ioanne Paleologo. Collare ſive baltheus equitum ex lilijs, & quatuor Cardui foliis, aut floribus in crucis modum connexis, componebatur, addito lẽmate lingua Gallica, *Speranҫè*, ſpes, pendebat ex collari lamella quædam varijs liliorum floribus inſculpta, gentilitium nimirum eius familiæ ſtemma in æquore ex æquo rubro, & argenteo, addita etiam eâdem epigraphe *Speranҫè.* Declaratus eſt Borbonię dux huius familiæ caput, cum poteſtate adlegendi, quos adlegi dignos iudicaſſet. Lege *Menenium*, ubi habes non iniocunda de mente ducis in tali ſymbolo eligendo. Vide infra

Congregatio militaris Spicæ, apud Gallos. 123 Inſtituta à *Franciſco huius nominis primo Britanniæ Aremoricæ, ſive minoris, la petit Bretaigne ducis*, anno 1430. Pontifice Nicolao V. Imperatoribus Occidẽtis Federico III. Orientis Conſtantino III. regnante in Gallia Carolo VII. quem *Victorem* Galli nominant, teſſera equitum torques ex ſpicis aureis, inter ſe crucem componentibus, ac caudicibus in nodos amorum (dixi ſupra in militijs, quid ſint) complicatis, cum effigie pendentis muris pontici, ſive alpini, candidi, *Armellinum*, vulgus appellat, hac addita inſcriptione Gallica *Amavie*, ideſt, *ad meam vitam*, intellige, componendam, vel quid ſimile: quaſi ſignificare vellet nihil equiti chriſtiano, & qui ad nominis immortalitatem adſpiraret, faciendum eſſe, quod in famæ dedecus, aut animæ maculam, verti poſſet, ſumpto exemplo ab animalculo illo adeò puritatis amante, ut ſi quando antri ſui oſtium fimo à venatoribus conſpertum inveniat, ne illuc ſe recipiens illorum manus evadat, ſubſiſtat in medio curſu, gravius ſibi, & calamitoſius iudicans *fœdari, quam capi.* Hinc illud etiam *Alphonſi Cardinalis Archiepiſcopi Vlyſſi ponenſis, Emmanuelis Luſitaniæ regis filij*, reſponſum ad memoriam ſempiternum. Monebatur Princeps ſanctiſſimus, & religioſiſſimus à medico neſcio quo ſatis experto, & ſciente, ſed parum in divinis rebus prudente, ut in ægritudine permoleſta, & penè inſanabili, remedium ſibi ab actu venereo cum fœmina, peteret, ſin minus de ſua actum ſalute, & vita cogitaret. *At ego* (inquit) *malo mori, quam fœdari.* Macte animo *Alphonſe!* nunc cæleſtibus illis viridarijs, ubi cãdentia inter lilia candidiſſimus agnus depaſcitur, candidus, ceu Armellinus, experiris, quam tibi lucroſum fuerit *male potius mori, quam fœdari.* De hac militia lege *Menenium in delitijs equeſtribus.* Porro ſimilis familia equeſtri Armellini, ſive muris pontici inſtituta eſt à *Ferdinando rege Neapolitano, hoc nomine primo*, anno 1463. Pontifice Pio II. Imperatore Occidentis Federico III. Orientis tyranno Mahometo I. Perebant equites ſuſpenſum è torque aureo Armellinum, cæno undiq; circunſeptum, hac inſcriptione, *malo mori, quam fœdari.* Nimirũ quia inſtitutor rex ſororium ſuum *Marinum Martinũ*

ducem Sueſſæ, & Roſani principem, in ſe coniurantem, cum poſſet, noluit interimere, ne manus ſuas regio ſanguine contaminaret. Lege *Ioannem Pontanum lib. 1. de bello Neapolit. Carrafam lib. 10. hiſtor. Neapolit. Angelum Conſtantium lib. 20. hiſtor. Neapolit. Nicolaum Angelum Paccam de ordinibus, & ſocietatibus milit. regni Neapolit.*

124 Congregatio militaris Hyſtricis, apud Gallos. Inſtituta à *Carolo Aurelianenſiũ duce, & Galliarum rege, hoc nomine VII.* anno 1435. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Segiſmundo, Orientis Ioanne Paleologo. Equitum ſymbolum Hyſtrix iſetis ſuis obarmatus, è torque aureo ſuſpenſus, hac epigraphe, *comminus, & eminus*, Enimuero ea eſt huius animantis natura, ut aculeos ſuos, cum intendit cutem, miſſiles habeat, & paulò longius eiaculetur in canes, ſi infeſtius inſequantur, quorum etiam, cum propius urgent, ora transfigit, itaq; iaculis *comminus, & eminus* pugnat, lege *Plinium lib. 8. cap. 35. Iovium in ſymbolis heroicis. Ioachimum Camerarium in emblemmat. ſive ſymbolis.* Alluſum ad hanc Aurelianenſium teſſeram à neſcio quo, illo carmine ad Hyſtricem.

Spicula ſunt humili pax hæc, ſed bella ſuperbo,
Et vita ex noſtro vulnere, nexq;, venit.

Adi *Menenium in delitijs equeſtrib.* apud quem legere etiam eſt ſymbolũ quoq; ab hyſtrice petitum, cum elogio *Vltus avos Troia*, de cuius ſenſu, & anima, multa Authores citati.

125 Congregatio militaris Squamæ, apud Caſtellanos. Inſtituta à *Ioañe hoc nomine ſecundo, Caſtellæ rege*, incertum quo anno regni ſui, regnare incæpit, anno 1419. deſijt anno 1454. fuere interim Summi Pontifices Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus V. De teſſera, ſive inſigni militiæ, nihil omnino conſtat, tantum de nomine *Squamæ*, ea ſcribit *Hieronymus Romanus in Ioanne ſecundo, cap. 30. & 37.* quæ in altiſſima hac caligine, nec ſcintillam quidem accendant.

126 Congregatio militaris Sancti Georgij, apud Carinthios. Inſtituta à *Federico III. Imperatore Auſtriaco*, anno 1468. Pontifice Paulo II. tyranno Orientis Mahometo. Inſtitutus ordo eſt, ut iminentes Hungariæ, Styriæ, & Carinthiæ Turcas procul arceret. Habitus, crux rubra, & plana, qualis fere eſt omnium equitum S. Georgij, ut apud Genuenſes, & alibi. Sedes magni magiſtri (quem Principis dignitate auctum voluit Federicus) Meliſſadio Carinthiæ oppido amæniſſimo, ſita eſt, & ordo plurimis, & ampliſſimis privilegijs ſtabilitus. Lege *Lazium lib. 3. rerum Vianenſium, & Menenium in delitijs equeſtribus.*

127 Congregatio militaris S. Michaelis, apud Gallos. Inſtituta à *Ludovico rege Galliarum hoc nomine XI.* anno 1469. Pontifice Paulo II. Imperatore Occidentis Federico III. Orientis tyranno Mahometo, imperij Conſtantinopolitani everſore. Pro ordinis ſymbolo præferunt equites (quorum rex Galliæ ducem agit) collare aureum, intermixtus conchilijs, à quibus aliquando dicitur ordo *conchiliatus*, cum appenſa imaguncula Divi Michaelis Satanam è cælo præcipitantis, addito lemmate, *immenſi tremor Oceani.* Fundando ordini ſub patrocinio tanti Archangeli, anſam præbuit viſus à Carolo ſeptimo Ludovici victoris parente Aurelianorum urbem ab Anglorum impetu defendente, Archangelus Michael ante ipſas acies obvios quoſq; Anglorum proculcans, & feriens, Gallis vero animum addens, & auxilium. Vt autem collatum à D. Michaele beneficium ad poſteros tranſmitteretur, ordinem hunc equeſtrem erexit, & ſub eiuſdem Archangeli nomine, erectum voluit. Agunt de hac familia latè *Scriptores Gallici ad Ludovicũ XI. Sanſovin. lib. 3. orig. equeſt.* ubi militiæ ſtatuta latè recenſet, *Ioannes Tilius lib. 2. de rebus Gallicis, Franciſcus Modius lib. 5. ad Ludovicum XI. Menenius in delit. equeſt.* apud quem nomina priorũ equitum invenies. *Genebrard. in Paulo II. Gualter. in tabula Chronograph. ſæculo 15. anno 1469. Illeſc. in Pontif. part. 2. lib. 6. cap. 17.*

128 Congregatio militaris Sancti Georgij, apud Italos. Inſtituta ab *Alexandro VI. Pontifice Maximo*, inter annum 1492. & 1503. Maximiliano I. Imperatore. Attributa militibus ꝑ teſſera crux aurea, cum corona intra circulum aureum. Vide *Bernardum Lucemburgum in lib. de armorum militarium myſterijs*, hodie non extat; eorum inſtitutum fuit arma Turcis inferre. Vide etiam *Menenium* ubi proximè.

129 Congregatio militaris Sancti Petri, apud Italos. Inſtituta à *Leone X. Pontifice maximo*, anno 1520. Imperatoribus Occidẽtis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. De inſtituto conſtat ex *Bulla erectionis*, eodem anno, 20. Auguſti, incipit, *Sicut prudens.* Habitus, ſive teſſera, imaguncula D. Petri in auro ſculpta, pendens ad medium pectus ex torque aureo, cuiq; ex poſtero latere, ſive à tergo, Pontificis inſignia pro tempore exiſtentis adnecterentur, cum thyara, ſive regno, & clavibus decuſſatim adiectis. Confirmavit horum militum privilegia, quæ

quæ ampliſſima ſunt, Clemens VII. *Conſtitut. Miniſterio*, anno 1527. 3. Ianuarij, Paulus III. *Conſt. Providentia*, anno 1534. 1. Martij Pius IV. *Conſtit. Circunſpecta.* anno 1561. die 25. Auguſti. Lege *Chaconium in Leone X. Menenium in delitijs.*

130 **Congregatio militaris Crucis Burgundicæ.** Inſtituta à *Carolo V. Imperatore*, ann. 1535. 22. Iulij, die natalitijs B. Mariæ Magdalenæ ſacra, apud Tunetum Africæ urbem, quam ea ipſa die ab Hariadeno Ænobarbo vi armorum ceperat Pontifice Paulo III. Adciuit Carolus in hunc ordinem eos omnes, quorum ipſe virtutis in illa expiditione ſpectator, & admirator aderat. Deſignata pro honoris ſymbolo, lamella aurea, cum cruce Burgundica ex una parte, lignis duobus, ſive bacillis, truncatis ramis, & decuſſatim inter ſe connexis, adiuncto calybe igniario, ignem è ſilice excutiente, cum hac epigraphe *Barbaria*, quia nimirum illorum virtute, Africam (Barbariam Hiſpani vocant) ſubegerit. Ex altera vero parte Mercurij planetæ effigie, nam Mercurij die Tunetum captum, hoſtes cæſi, *Hariadenus* in fugam converſus, ingẽtem Cæſari adoream, militibus prædam, chriſtiano orbi ſecuritatem, peperere. Adi *Menenii in delit. equeſt. tit. Ordo crucis Burgundicæ.*

131 **Congregatio militaris S. Pauli apud Italos.** Inſtituta à *Paulo III. Pontifice Maximo*, anno 1541. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. De cuius inſtitutione late idem Põtifex *Conſtitut. Romanus Pontif.* anno 1541. 19. Iulij. Confirmavit Iulius III. *Conſtit. Circunſpecta.* anno 1549. 11. Aprilis. Moderatus eſt in partẽ privilegia Pius V. *Conſtit. Sacroſanctum*, & *Conſt. Quæ ordini.* Vide in *Bullario.* Habitus militum, ſive inſigne, brachium nudum, gladium diſtrictum manu præferens, veſti adiutum, vide in eadem *Conſtit. Pauli III. Romanus Pontifex.*

132 **Congregatio militaris Delilio apud Italos.** Inſtituta à *Paulo III. Pontif. Maximo*, anno 1546. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno, Orientis Solymano. Dicti *de Lilio*, quia ad tutanda litora in provincia Tuſcia, quæ (verba ſunt Pontificis in *Conſtit. In B. Petri ſede*, anno citato, die 2. Auguſti) adeo *amena, & iocunda eſt, ut cunctis doctibus ab illarum largitore Deo, referta exiſtat, ac merito lilium appellari, & illi lilio convallium, quod ſacra pagina cõmemorat Cant. 2. nu. 1. Si cæleſtia humanis compatanda forent, quodammodo comparari valeat.* Dicta præterea eſt *de lilio*, à teſſera, quam milites circunferunt, imaginem ſcilicèt D. Virginis Mariæ *ad quercum*, in lamella aurea inſculptã, cuius ex altera parte ſit lilium prægrãde, cærulei coloris in campo aureo, cum hoc lemmate *Pauli III. Pontif. Max. munus.* Sedes huius militiæ, apud Viterbum urbem Pontificiæ ditionis, ppe quam domus eſt Virginis à *quercu* nominatæ, eoquod in trunco quercus apparuerit eius ſimulachrum, de qua *Petrus Antonius Spinellus de B. Virgine tract. de feſtis, ac templis, nu. 54.*

133 **Congregatio militaris equitũ Piorum, apud Italos.** Sic dicta à *Pio IV. Pontif. Max. inſtitutore*, anno 1560. 23. Martij, Imperatore Occidentis Ferdinando I. tyrãno, Orientis Solymano. Teſſera militiæ imagẽcula D. Ambroſij epiſcopi Mediolanenſis (erat inſtitutor Pius ex urbe Mediolano) in lamella aurea inſculpta, & de collo ſuſpenſa, cui ex altera parte inſculpta quoq; ſunt eiuſdem Pij, vel Papæ ꝑ tempore exiſtentis inſignia, ſuprapoſita thyara, & clavibus pontificijs. Adi *Conſtitut. Pij patris altiſſimi*, edita ab ipſo Pio IV. in erectione huius militiæ, *Bellorum in origin. equeſt. Menenium in delitijs, &c.*

134 **Congregatio militaris S. Spiritus, apud Gallos.** Inſtituta ſub tutela, & nomine S. Spiritus, ab *Henrico hoc nomine III. Gallorum, & Poloniæ rege*, anno 1579. (alijs 1578.) Pontifice Gregorio XIII. Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyrãno Amurate III. Inſtituta eſt ſub nomine *S. Spiritus*, quod ea ipſa die, qua in Apoſtolos ſacrũ flamen Hieroſolymis deſcendit, Henricus ex duce Audium, *Anjò*, Poloniæ rex ſit electus, ac plura alia beneficia è cælo hauſerit, quæ grata animi ſignificatione cõpenſare ſtudens, hoc erecto ordine in primis gratificatus eſt. Deſignatus habitus equitibus pallium nigrum holoſericũ, liliorum floribus, flammisq; atq; alijs ex auro & argento heroicis notis phrygionatum, & torques aureas ex lilijs item, & flãmis undequaq; circũdantibus, cum literis, quæ vel Henrici fundatoris, vel præſentis regis nomina declarent elaboratus, appenſa cruce Militenſi ſimili, cuius in medio columbæ effigies inhæreat, quæ tamen non niſi ſolemni in augurationis die, hoc eſt ſacro ipſo Pentecoſte, ferri poſſit, cæteris quibuscunq; diebus decreta tantum crux holoſerica lutei, ſeu crocei coloris veſtibus adſuta, in bello vero argentea, alia inſuper collo innexa, ex vitta, ſive faſcia cærulea, ſuſpenſa. Placet hîc adnectere verba, quibus rex huius militiæ caput, cæteros equites in ordinem cooptat. *Ordo*, inquit, *hoc te paludamento ſui fraterni contubernij involuit, ad propagationem, & columen fidei orthodoxæ, & catholicæ religionis.* Ex inde torquem cervici imponens, addit. *Manu regia noſtra militia teſſeram accipe, ſacri Pneumatis*

torquem, ſit tibi in ſui memoria Servatoris Chriſti paſſio, cuius ſymbolum crucem veſtibus inſuendam tibi præcipimus, annuat Chriſtus, ne quam fidem votis, & Sacramento oppignoraſti, fallas: ſi ſecus feceris, ex albo militiæ expunctus, indictas decretis ordinis pœnas experieris. Adlegi in hoc collegium ex inſtituentis decreto, ultra centum equites non poſſunt. Statuta militiæ in publicum edidit *Barnabas Briſſonius parlamenti Lugdunenſis præſef.* Agit de hac familia latè *Cæſar Campana in hiſtor. mundi Italè ſcripta, lib. 9. anno* 1578. ubi recenſet primos huius militiæ equites, *Genebrard. ſub Gregor. XIII. Gualter. in tabula Chronograph. ſæcul. 16. anno* 1579. *Menenius in delitijs equeſt.*

135 **Congregatio militaris Lauretana, apud Italos.** Inſtituta à *Xiſto V. Pontif. Maxim.* anno 1586. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis tyranno Amurate III. Dicta *Lauretana*, quod in laudem D. Virginis Lauretanæ, & ad tutandam ipſam domum Lauretanam erecta ſit, ut Xiſtus ait *Conſtit. Poſtquam*, eodem anno die 5. Iulij. Habitus equitum lamella aurea è collo ſuſpenſa, in qua ex una parte ſit Virginis Lauretanæ ſimulachrum, ideſt Virgo ipſa, cũ puero Ieſu in brachio ſiniſtro, ex alia vero parte inſignia Pontificis pro tempore exiſtentis, impoſitis thyara, & clavibus, comodo, quo inter ſe committi ſolent. Lege eandem *Conſtitut. Poſtquam*, item *aliam*, eiuſdem Pontificis, anno 1588. 23. Iulij, incipit. *Romanum decet Pontificem*, lege etiam *Chaconium in Xiſto V.*

136 **Congregatio militaris ſanguinis Chriſti, apud Mantuanos.** Inſtituta à *Vincentio Gonzaga Mantuæ IV. & Monferrati duce II.* anno 1608. Pontifice Paulo V. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis Auſtriaco, in ipſa nuptiarum lætitia cũ *Margaritam Sabaudiæ, filio ſuo Francisco Gonzagæ, uxorem tradidit.* Habitus, ſive equitum inſigne, torques aureus ex varijs lamellis aureijs inter ſe alternatim cõnexis, quarum una, verba illa ex *Pſalmo 60. Domine probaſti*, ſcripta præferat, alia vero ſubſequens, virgulas, ſeu tela aurea ligata inter ſe, ac flamarum globulis ſuppoſita, deinde recurret prima, iterum ſecunda, &c. donec baltheus perfecte componatur. Suſpenditur ad medium pectus pixis aurea, quam hinc, inde, alati iuvenes duo ſuſtinent, ipſa vero tribus ſanguineis gutulis in medio apparentibus, corõnatur, ambiente pixidem hac epigraphe *Nihil iſto triſte recepto.* Erectum eſt ſodalitium hoc equeſtre in memoriam ſanguinis Chriſti Servatoris, cuius aliquot gutulas *Sanctus Longinus miles*, qui eius latus in Cruce aperuit, in ipſa paſſione collectas, una cum parte ſpongiæ Dominicæ, ſecum in Italiam adſportavit, & Eccleſia S. Andreæ *urbis Mantuæ* impenſè colit, & religioſiſſimè adſervat. Nomina eorum, qui ad Collegium primo adlecti ſunt, *Federicus Folinius in triumphis ſuis Italè ſcriptis*, ex ordine memorat, additq; ducem *Mantuæ*, perpetuum ordinis deſignatum eſſe magiſtrum, ab eodem Summo Pontifice Paulo V. Tranſcribunt eadem *Miræus in originib. equeſtrib. Menenius in delit. equeſt.* Cæterum de ſanguine Chriſti in paſſione effuſi, an ſcilicet aliquæ eius particulæ in terris remanſerint? An omnes gutulæ receptæ iterum ſint in corpus ſervatoris in ipſa reſurrectione? Dubia ſatis quæſtio eſt, & quæ miris modis autorum ingenia divexat. Dixi de illa, quæ mihi ſatis viſa ſunt in *hiſt. mea epiſcoporum Portugalenſ. ũ p. 1. cap. 12.* dicam plura *cap. Iuvitat, de conſecrat. diſt. 2.* ubi me vide. De ſanguine vero Mantuæ aſſervato dubitari non poteſt eſſe verũ Chriſti ſanguinem, & illius particulam, quem pro nobis patiendo Hieroſolymis effudit. Scribunt enim veteres *Francorum annales, Ado Vienenſis, Aymoinus, Regino, Abbas Veſpergenſis*, Leonem III. Pontificem Maximum Carolo magno id petẽte, contuliſſe ſe *Mantuam*, anno 804. ut de veritate ſanguinis Domini, miraculis multis ibi coruſcante, diligenti præmiſſa diſquiſitione, deceneret, atq; inde in Germaniam ad Carolum perrexiſſe, ut cum eo Chriſti Natalitia celebraret. Et quanvis *ijdem hiſtorici* non explicent, quid in illa quæſtione Leo decreverit, teſtatur tamen *Cardinalis Baron. tom. 9. anno* 804. *ſtatim in principio*, extare diplomata Pontificum, quæ nos de hac veritate non ſinant amplius dubitare. Addit *Cardinalis Bellarmin. lib. de ſcriptor. eccleſiaſt. in S. Athanaſio, obſervatione ad tom. 4.* §. *Liber de paſſione*, fieri non poſſe, ut ſi Pontifex aliter de illo ſanguine cenſuiſſet, tandiu conſervaretur contra ipſius decretum, maximè cum Leo III. tantus, ac talis Pontifex extiterit. Ad hæc, quotannis feſtum ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Mantuæ celebratur 12. Martij, ut ſcribit *Franciſcus Ferrarius in ſuo martyrolog. edito Venetijs, anno* 1625. Item Venetijs in Baſilica S. Marci, ubi *Dominus Ioannes Teupulus Patriarcha Venetus*, hoc feſtum introduxit. Scribit præterea *Ferrarius*, ubi proximè, in die Aſcenſionis Chriſti oſtendi populo ampullam chriſtalinam, cum tribus gutulis ſanguinis, maximo totius Mantuę, & vicinarum urbium concurſu, quæ omnes, non miraculoſum ſanguinem, ſed ipſiſſimum, qui è vulneribus Chriſti effluxit, adorare ſe credunt. Deduxi hucuſq; militares ordines ex annorum ſerie, aſſignatis unicuiq; inſtitutioni ſuæ temporibus, nunc, qui ſuperſunt, quaſi conjciam in numerum, cum nihil de inſtitutionis anno, & in aliquibus nihil de ipſo inſtitutore, invenire potuerim.

Congre-

137 Congregatio militaris Balnei apud Anglos. Inſtituta creditur in regno Angliæ, de anno, & inſtitutore *ſcriptores* ſilent. Dicta *Balnei* quod in privilegio inaugurationis, equites toto corpore balneis lavabantur, vt puri, putique ad ſacras cæremonias accederent. Portabant pro teſſera ex lacinia, ſive vitta purpurei coloris, pendentes coronas tres, in orbicello aureo inſculptas, cum hac epigraphe, *Tria in unum*. Lege *Guillielmum Caudenum in diſcription. Britaniæ.*

138 Congregatio Cardui Sancti Andreæ apud Scotos. Inſtituta à *Rege quodam Scotiæ* ſub nomine, & tutela S. Andreæ Apoſtoli, quem gens illa maximè colit. Teſſera equitũ torques aureus, ex carduum floribus intra orbicellos aureos incluſis, cum hoc lẽmate, *Nemo me impuné laceſſit*. Nimirum quia Carduus tractari, & contrectari volentibus, aſper eſt, & aculeis obarmatus, è collari pendet S. Andreas cruci ſuæ adnixus. Adi *Hectorem Boetium lib. 10. de rebus Scoticis, Ioachimum Cameratium in ſymbolis heroicis, Menenium in delit. equeſt.* Reccurre ad *numer.* 123. Alios etiam apud Scotos fuiſſe equites ex *Ruta* appellatos, quia nimirum ex rutæ ramis in auro effigiatis, collare è collo ſuſpendebant, cum eadem Sancti Andreæ imagine, leges apud eundem *Menenium* ubi proximé.

139 Congregatio militaris elephãtorum apud Danos. Inſtituta à *rege, neſcio quo Daniæ,* ſub tutela, & nomine Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Dicta *elephantorum*, ob elaboratum torquem ex elephantorum ſimulachris, turres dorſo ſuſtinentium, interpoſitis inter elephãtum, & elephantum, calcaribus equeſtribus: duo extremi proboſcide ſe intuentur, ac geminas catenulas aureas ſuſtinent, ex quibus Virginis effigies cum puero Ieſu, quam ſol ambit, luna ſuſtinet, demittitur. Ab extrema iterum imagine catenulæ aureæ duæ procurrunt, quibus adhæret orbicellus aureus, tribus clavis æquali à ſe ſpatio diſſidentibus, inſculptus. Lege *Menenium in delit, equeſt. tit. ordo elephãtorum.*

140 Congregatio militaris Cypri. Inſtituta *à regé quodã Cyprio, é domo Luſignana apud Gallos*, quo tempore illius regni ſtabat fortuna, nec in Turcarum tyrannidem inclinaverat. Teſſera equitum torques ex littera S. maiuſcula, ſive unciali, ſæpius iterata; laciniam auream circumvoluta, componebatur. Pendebat ab extrema lacinia gladius acie nuda, & argẽtea, capulo aureo, & deorſum protuſo, inerrãte in gyrum, gladij hoc lẽmatè Gallica lingua *Pur loyauté maintenir*, pro fide ſervanda. Enim verò in S. ſilentij nota apud Romanos, non vulganda amicitiæ ſecreta, ſed ſilentio involvenda, in gladio verò evaginato, nõ extimeſcenda pericula, ſed omnia pro amico adeunda, & ſubeunda palam huius ſodalitij comilitonibus, dabatur intelligi. Lege *Menenium in delit. equeſt. titul. equit. Cypri.*

141 Congregatio militaris Seraphinorum apud Suecios. Floruit hæc familia in regno Sueciæ, quo inſtitutore, idem mihi non claret. Geſtabant equites pro teſſera, torquem ex alatis ſeraphinorum capitibus conſpiciendum, medijs inter ſeraphim, & ſeraphim crucibus patriarchalibus, ſive primacialibus, quales vides ante ſe, & inpectore ſuo geſtare Primates Hiſpaniarum Archiepiſcopos Bracharenſes. Adi *Menenium, titul. ordo Seraphinorum.*

142 Congregatio militaris gladiorum, & galeæ apud Suevos. Ferebant huius equites teſſeram ex gladijs ita ſibi invicem adhærentibus, ut primi cuſpis, ſecundi cuſpidem tangeret, gladijs ſuper imponebatur caſsis muralı corona ex argento circuncincta, plumiſque virentibus gemmacens. Ergebantur ex utroque caſsidis latere vexilla duo argentea, decuſſatis haſtilibus, volitante in vtraque gallo rubro. Vide *Menenium, titul. ordo gladij.*

143 Congregatio militaris Calzæ apud Venetos. Renovatam tantum invenio hanc militiã anno 1562. inſtitutam nuſquam memini me legere, quod etiam ingenue profitetur *Leonardus floravantius in ſpeculo ſuo ſcientiæ univerſalis*, ubi addit, & ex eo *Menenius*, nihil ſibi hucuſque cõſtare de ſymbolo, ſive teſſera, horum equitum. An vero ſit alatus Leo, quem Veneti *S. Marci leonem* nominant, & ſuſpenſũ plures ex illa repub. nobiles è torque aureo geſtant, vulgò *equites Sancti Marcii* Mihi affirmare non lubet, ſuſpicari non piget.

144 Congregatio militaris Hungarica. Geſtant equites crucem viridẽ, clamide purpurei coloris, fundatos ſcribit *Hieronymus Megiſerus in tractat. de triplici equitum genere part. 2. cap. 16.* anno pluſminuſve 1400. Imagini horum equitum, quos veſtibus ad talos uſque demiſsis, cum cruce viridi in

dextro pallij latere, depingit *Iodocus Amanus de habitu cleri ecclesiæ Romanæ*, ſuppoſito epigrammate *Franciſci Modij*, illud lege, ſi vacat.

145 **Congregatio militaris Sancti Gerionis.** Vtebantur equites cruce patriarchali, triplici colliculo viridi ſuper impoſita. Suſpicor hos ipſos eſſe, quos Conſtantinopolitanos vocat *Iodocus Amanus libello* proxime citato, ac toga viridi, & pallio rubro, cum patriarchali cruce fulvi coloris, indutos depingit, ſubſcripto *Franciſci Modij* epigrammate, illum adi. Pórro *S. Gerionis* tutelaris feſtum incidit in 10. Octobris, paſſus eſt Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum. Lege *Baronium in notis eiuſdem dici.*

146 **Congregatio militaris naviũ apud Gallos.** Habuit pro teſſera duas nigri coloris naves, in campo aureo, cum tertia galeæ clipei ſuper impoſita, ferebant etiã equites collare ex cochleis, ſive conchilijs intra ſinum ſemilunæ incluſis, fortaſsis, ut ſignificarent Galli, devictos à ſe, non ſemel Turcas, qui ſemilunis, pro ſtẽmate utuntur, in expeditionibus navalibus Lege *Menenium, titul. ordo navalis.* Legere etiam eſt apud *Ioannem Antonium ſummonte tom. 2. lib. 4 anno 1381. hiſtoriæ Neapolitanæ* Carolum hoc nomine tertium, Regem Neapolitanum, militarem *navis* ordinem inſtituiſſe, cuius ipſe caput fieri voluit, refert ibidem *Ioannes Angelum Conſtantium in hiſt. Neapolit.*

147 Decurrimus hucuſque militarium ordinũ Collegia, erunt fortaſse aliqua, quorum hic requirantur nomina, non noſtra quidem culpa, ſed quod libris ea ſcripta non ſint, vel quod talium librorum, nobis copia non ſuppetat, non quia comparare undique non curemus, ſed quia in noſtram hanc Luſitaniam deficillime ab externis typographis tranſmittuntur. Satis ſit præcipua indegitaſſe, nunc ad alia.

148 **In Gloſſ. 1. Inter eos, & ſervos.** Docet Gloſſa, non dari differentiam inter ſervos, & originarios, ſequitur *Aldrobãd. in §. ſervitus num. 29. Inſtit. de iure perſonar.* cui ſuffragatur *textus in l. ne diutius*, ibi *Quæ enim differentia Cod. de agricol lib 11.* Contrarium obſervat Gloſſa, & Doctores communiter *in d. §. ſervitus, Gloſſa*, verbo *peculia in l. Si quis presbyter* C. *de Epiſcop. & clericis. Gloſſa 1. in cap. admittuntur infra eadẽ. Caſſ. in conſuetud. Burgund. Rubr. in principio*, communis ex *Aldrobãd.* ubi ſupra. Moventur quia, iura paſsim diſtingunt ſervos ab adſcriptitijs *d. l. ne diutius*, urget *cap. 2. ibi, ſint liberi, de iudæis.* Alij pro concordia mediam ſectantur viam, aſſerentes, apſcriptitios eſſe liberos, ſed nihilominus ſervilis eſſe cõditionis, quaſi inter ſervos, & liberos medium teneant, ita *Comanus lib. 2. iuris civilis cap. 10. Valaſc. de iure emphyt. quæſtione 37. numer. 6.* Tulector lege, & elige.

CAP. Mancipia chriſtiana. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani non poſſunt eſſe Iudæorum mancipia.*
2 *Chriſtiani chriſtianorum nõ fiunt ſervi ex bello.*
3 *Apoſtatæ à fide poſſunt eſſe chriſtianorum ſervi.*
4 *Chriſtianus poteſt habere ſervum Iudæum.*

IN textu, ibi, Perducite. Libertatem nanciſci chriſtianos, ſi iudæorum fiant mancipia, deciditur expreſſe *l. Deo nobis 57. C. de Epiſcop. & clericis & cap. multorum, de Iudæis*, & hoc licẽt iuſto bello capiantur, nec ad aliquod malum contra legem Chriſti à dominis excitentur, tenet *Covar. in regula peccatum part. 2. §. 11. num. 5. de regul. iuris in 6. Salon. tractat. de dominio quæſt. 3. artic. 1. poſt. 3. concluſionem Aragõ.* ibi *Sayr. in clavi lib. 9. cap. 6. num. 12.* qui indifferenter loquuntur, ſive iudæi ſint chriſtianis principibus ſubiecti ſive non: contra *Bart. leg. hoſtes ff. de captivis Sylu.* verbo, *furtum quæſtione 6. Soto lib. 4 de iuſt. quæſtione 2. art. 2. poſt. 3. concluſionem Molin. tom 1. de iuſt. tractat. 2. diſp. 53. & diſp. 37. §. ab hac concluſione*, qui aiunt chriſtianos fieri captivos iudæorum, & infidelium, ſi capiantur bello iuſto, & capientes non ſint ſubditi imperio chriſtianorum, quod etiam probabile iudicat. *Sayr. in clavi lib. 9. cap. 6. numer. 12.* non longe à fine, *Leſius de iuſt. lib. 2. cap. 5 dub. 4. numer. 12.* ubi allegat *Covar. in regula peccatum 2. part. §. 11. nu. 6. & dubio 5. num. 20.* & ſane non caret probabilitate ſua hæc ſententia, propter ius gentium chriſtianis, iudæis, & paganis cõmune, à quo introductum eſt captos bello iuſto eſſe ſervos, & cui derogari minimè poterit à principibus chriſtianis, in terris nõ ſibi ſubiectis. 1

Verum verò chriſtianus captus à chriſtiano in bello iuſto fiat ſervus? Reſponde non fieri ex præſcriptione, & conſuetudine introducta in honorem libertatis, qua per Chriſtum redempti ſumus ita *Leſius citatus dub. 4. numer. 12.* 2

Sayr;

Sayr. citatus cap. 6.n.10. ad medium, ubi appellat communem. *Bart. in l. hoſtis ff. de captivis.*

3 Quid ſi chriſtiani ſunt deſertores fidei, & apoſtatæ? Reſpondet *Bañes 2.2.tom.1.queſtion.40. art.1.dub.12. & tom.2. tract.de dominio queſtione 2. Salon. tract.de dominio quæſt.3.art. 1. poſt.4. concluſionem. Valent.tom.3.diſp.3. quæſt.16.puncto 3. Sayrus citatus cap.6.numer. 10. ad fin.* illos non gaudere hoc privilegio, ratio enim ipſa poſtulare videtur, quòd in honorem fidei introductum eſt, ut ipſis, qui fidem comtempſerunt, non proſit.

5 Poterit tamen chriſtianus habere ſervum iudæum, *cap. eiſi iudæos, de iudæis*, ita tamen, vt cum eo familiaritatem non ineat, *cap. ſæpe, cap. nullus cap. omnes 28 queſtione 1. Angel*, verbo, *iudæus, nu.* 3. ubi *Sylu. queſtione 3. dicto 1. Armil. num. 7. Tabien. queſtione 3. num.4. Sanch. tom.1. Decalogi. lib. 2. cap. 31. numer. 6.* ubi *num. 7.* & ſequentibus agit de decem caſibus, in quibus cauetur chriſtianis communicatio cum iudæis, qui referuntur. *cap. nullus, & cap. omnes, 28. queſtione 1. & capit. ad hæc, de iudæis, & conſtituit. 17. queſtione 4.*

CAP. Nulla officia. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Officia publica non debent iudæis committi.*

2 *Chriſtiani non debent à iudæis circũcidi ſub pœnà capitali.*

1 IN textu. Collige ex illo nulla officia publica iudæis debere iniungi, conſonat *textus in cap. cum ſit nimis, & in cap. ex ſpeciali, de iudæis Abb. in d. cap. cum ſit, num. 1. Molina de iuſtitia tractat.2. diſput.39. §. quintus eſt ad fin.* late *Salzedo in practic. capit. 22.* verbo, *Neophiti num.3.* qui plures refert, *Tiraq. de primog. queſtione 66. num.42.* ubi controvertit, utrum iudæorum filij habeant ius primogenituræ? qui omnes noſtri textus meminere.

2 Ibi, Circumciſi, Conſonat *textus in l.unic. Cod. ne chriſtianum mancipium*, ubi decapitatur iudæus, qui ſervum circumciderit, de quo *Molina d. diſp. 39. §. quintus eſt.* Adde *Afflict. deciſ. ult. num.14. Boerium deciſ.* 254. qui diſputant quomodo pœna capitalis intelligatur.

CAP. Fraternitatem. XV.

SVMMARIVM.

1 *Pater Molina textus meminit.*

2 *Contra præſumptionem iuris an admittantur probationes?*

IN textu. Collige, quòd ſi iudæus, paganus, vel hæreticus ſervum chriſtianum quocumq; titulo poſsideat, eo ipſo, ſervus ille libertatem conſequitur, nullo perſoluto pretio. Amplia, quòd ſi poſſideat ſervum nondum chriſtianum, & ſervus ille baptiſmum ſuſcipere voluit, eo ipſo quòd chriſtianus fuerit effectus, cõſequitur ſimiliter libertatem, & eſto dominus, poſtea fidē ſuſcipiat, non propterea ſervus ille amittit libertatem ſuam, *textus in l. Deo nobis, §. his ita. C. de epiſcopis, & clericis*, late *Pater Molina de iuſt. tractat. 2. diſput. 39. §. quartus eſt*, qui noſtri textus meminit, & eius materiam latè proſequitur. 1

In Gloſſa verbo, Dicitur. Docet *Gloſſa*, quòd contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio, de quo vide *Covar. de ſponſalibus 1. part. cap. 4. §. primo num. 3. Rojas ſingul fidei 166. Mexia in pragmat. taxæ panis conci. 1. n.145. Marſil. ſingul 116. Alciat. de præſumpt. in principio 2.part. ex num. 4.* refert alios *Cened. collectan. ad Decretales 131. num.3.* 2

CAP. Si quilibet. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Servi confugientes ad eccleſiam, an gaudeant illius immunitate?*

2 *Dictio*, Olim, *quid ſignificet?*

IN principio textus, ibi, Servus ad venerabilia loca cõfugerit? Vtrum ſervi confugientes ad eccleſiam gaudeãt eius immunitate? Vide *textum in leg. ſi ſervus C. de iis, qui ad eccleſiam confugiunt, & in cap. metuentes 17. queſtione 4. Gutierr. lib. 1. practicar. queſtione 1. num. 3. Gambacurta de immunitate lib. 4. cap. 12. num. 2. & cap. 13.* per totum. *Gregor. Lopez partit. 1. tit. 11. l. 3.* verbo, *Dargelo* noviter, & 1

ter, & eleganter *Ludovicus Correa in relectione cap. inter alia de immunitate eccleſiarum 3. part. num. 6.* & ſequentibus. *Azor. inſt. moral. part. 2. lib. 8. cap. 9. §. Quid dicendum.* Hoc tamen loco notandum eſt cum *Hoſtiens. ad cap. Inter alia de immun. Eccleſ. num. 5.* Servum ad eccleſiam confugientem poſſe dominum petere ſibi reſtitui, præſtito prius iuramento, de illum non offendēdo Ita *Ioan. Andr. ibi. nu. 7. Anchar. & Butr. in ſummario. Panor. numer. 1. verſ. ſeruus fugiens. Zabarella ante num. 1. & 5. Navar. cap. 25. num. 19. Maſcard. de probat. concl. 533. Soares de Pace part. 5. cap. 3. nu. 153. Cardoſ. in praxi Iudicum* verbo, *Servitus, num. 69. Ludovicus Rodulphin. quæſt. variar. lib. 2. queſt. 36. num. 11.*

2 In textu, ibi, Olim. Quæ dictio reſpicit tria tempora, præteritum, præſens, & futurum, ideo ad omnes poteſt aptari. *Fulgoſ. conſid. 22. numer. 3. Tuſchus tom. 2. littera D. concluſ. 319.*

CAP. Et ſi Iudæorum. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Toletan. 12. quando celebratum?*

2 *Chriſtiana mancipia eorum, qui in Inquiſitione damnāntur, an maneāt libera.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, ex Cōcil. Toletan. 12. Interfuerunt huic Concilio Epiſcopi numero triginta quinque, fuit celebratū apud urbem Toletanam, ſub die quinto Iduum Ianuar. era 719. anno primo Eruigij Regis, cum ex glorioſo Principis iuſſu in unum conuentū fuiſſent epiſcopi aggregati, & in Baſilica ſanctorum Apoſtolorum debitis in ſedibus locarentur. Vide *Garciam Loayſa in collectione Concilior. Hiſpan.* fol. 548. ubi in notis nonnulla adducit.

2 In textu. Vide *Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 39. §. quartus eſt*, ubi de materia. Vtrum autem chriſtiana mancipia eorū qui in tribunali Inquiſitionis de crimine hæreſeos, aut apoſtaſiæ à fide damnantur, libera maneāt? Vide *Alphonſum à Caſtro de iuſta hæreticor. punitione cap. 7. Simanc. de catholicis titul. 61. à num. 8. Peña ad 3. part. director. q. 119. commentar. 168.* Latiſſimè *Molin. de iuſt. tractat. 2. diſp. 40.* per totam, ubi tam de iure ciuili, quàm Canonico affirmativam partem multis fundamētis tuetur, adde *Suar. de fide diſput. 22. ſectione 5. num. 6. Sanch. tomo primo decalogi. lib. 2. capit. 24. à numer. 9.*

CAP. Præſenti. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Matiſconenſe quando celebratum?*

2 *Doctores qui de materia textus diſputant.*

3 *Dictio* Vbicumque *quam ſignificationem habeat?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cōcil. Matiſconenſi, 1. Quod fuit celebratum in Gallia anno Chriſti 582. anno 2. Pelagij Pontificis, & Guntheramni Francorum Regis cum viginti Canones in illo Concilio ſancitos fuiſſe conſtet, non niſi decem, & novem reperiuntur, ijdemque omnes ad morum emendationem, eccleſiaſticamque diſciplinā ſpectantes, complures vero ad iudæorum petulantiam coercendam. Vide *Baronium tom. 7. anno Chriſti. 582. ad finem.*

2 In textu. Conſonat *cap. ultimum de iudæis*, & de textus materia vide *Perez. lib. 8. ordinamenti tit. 3. l. 3. Gloſſa 1. Petalia in Rubr. de hæredibus inſtituendis numer. 187. Azevedum libr. 8. recopilationis titul. 2. lib. 2. numer. 29. Gregor. Lopez partit. 3. titul. 13. leg. 6. Gloſſa 5.*

3 In fine textus, ibi. Vbicumq; Quæ dictio eſt vniverſalis, apta comprehendere omnia loca, *cap. ad honorem, de uſupallij textus in l. ubicumque ff. de interrogat. actione* quæ diſponit ſcribentem poſſe ubicumque compelli recognoſcere manum ſuam de quo *Roman. conſid. 371. in caſu propoſito num. 2. & 3.* Limita quando profertur in materia reſtricta ad quædam loca, quia tunc importat ſolum illa loca reſtricta per alia iura, ita *Gemmian. conſid. numer. 92. verſ. Quia ad hoc Reſpondetur. Tuſchus tomo 2. littera D. concluſione 391.*

CAP.

CAP. Si ſervus abſente. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſervum à ſe ordinatum ſciẽter reddit in duplo.*
2 *Ordinati in minoribus nõ debentur in duplo.*
3 *Nec quibus legata eſt libertas, poſt aliquod tempus, & deeſt modicum.*
4 *Expectanda eſt iudicis ſentẽtia ad dupli ſolutionem.*
5 *Epiſcopi poſſunt tacitè diſpenſare, ubi poſſunt expreſſe.*
6 *Epiſcopi non poſſunt tacitè abſolvere à cenſura ubi poſſunt expreſſe.*
7 *Ex ratione futura non bene colligitur diſpenſatio præſens.*
7 *Ex taciturnitate, & patientia Epiſcopi non colligitur animus diſpenſandi in foro externo.*
8 *Poterit tamen colligi pro foro conſcientiæ.*
9 *Ex præcepto Epiſcopi de certa ſcientia, colligitur animus diſpenſandi.*
10 *Probatio huius ſcientiæ incumbit promoto.*
11 *Ex facto alieno, quod quis indagare tenetur, colligitur ſcientia illius.*

1 COlligo *ex textu*, Epiſcopum ordinantem ſervum alienum ſcienter teneri pretium eius domino in duplo reſtituere, manente ſervo libero, ſi presbyter, aut Diaconus ordinatus fuerit; quod intellige ſi Epiſcopus habeat unde ſolvat, vel præſentantes ipſum ad ordines, quod ſi inſcio Epiſcopo, & præſentantibus eſt ordinatus, vel ſi non habeant unde ſolvant, cogentur ipſi ordinati redire in ſeruitutem ad dominos, eo modo, quo dixi *in cap. Quis autem leges, ſupra n.* 2. ita ut presbyter amittat peculium, vel reddatur domino, vt ſerviat in honeſtis, non ut ſervus, ſed ut liber, Diaconus, & ſubdiaconus vicarium præſtent, ſin minus reddantur in ſeruitutem. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 1. *Suar. de cenſur. diſp.* 51. *ſectione* 3. *num.* 13. *Reginald. in praxi lib.* 30. *tract.* 4. *numer.* 63. *Henriq. lib.* 1. *de irregul. cap.* 8. *num.* 7. *& in Commen. littera D. Avil. de cenſur. part.* 2. *diſp.* 3. *dub. ult.* quidquid contra dicat *Sayr. lib.* 3. *Theſaur. cap.* 14. *num.* 5. ubi ait ſemper, & in omni caſu diaconum, & ſubdiaconum manere liberos, nec poſſe dominis ſervire, niſi in honeſtis, & decentibus.

2 In textu, ibi, Presbyter, aut Diaconus. Nihil tamen diſponit de ſubdiacono, aut de ordinatis in minoribus, ſed dicendum ſubdiaconum gaudere eodem Diaconi privilegio, ut præſentato vicario, vel pretio pro ſe, ſit liber, ita Doctores ſtatim allegandi. Ordinati verò in minoribus in omni caſu in quo contra domini voluntatem ordinantur, erunt ut ſervi, nec ad eos reſtituendos in duplo tenebuntur Epiſcopus ſcienter ordinans, aut ſcienter præſentantes ad ordinationem. Ita *Henriq lib.* 14. *de irregul. cap.* 8 *num.* 7. *& in Commentar. litter. D. Avila de cenſur. part.* 2. *diſp.* 3. *dub. ult.* ubi ſequitur ſententiam *Tolet. lib.* 1. *ſumma cap.* 59. *num.* 4. *Sayr. citatus cap.* 14. *num* 5. De Suario non ſatis colligere poſſum utra ſit in ſentẽtia, magis videtur inclinare etiam ordinatos ſcienter ab Epiſcopo in minoribus eſſe liberos, & pro eis duplã ſolutionem deberi. Vide illum *d. diſp.* 51. *ſect.* 3. *num.* 12. ad medium, ubi de hoc.

3 Quid ſi ſervo ordinato, ſciente Epiſcopo, & præſentantibus, legata ſit libertas poſt annum, & is adhuc non ſit completus, tenebitur ne adhuc epiſcopus, & præſentantes duplum ſolvere, & in caſu quo non poſſint, mulctabitur presbyter peculij amiſſione, diaconuſque, & ſubdiaconus tenebuntur, aut vicarium pro ſe præſentare, aut ſeipſos redimere, ne incidant in ſervitutem? Reſpondeo, tunc non deberi duplam ſolutionem, nec presbyterum mulctari amiſſione peculij, neque diaconum, aut ſubdiaconum teneri ad ſe redimendum, oblato vel vicario, vel pretio; quia fere nullius eſt momenti præiudicium, quod domino infertur; quod verius erit, ſi tempus quod adhuc ſupereſt ad conſequendam libertatem, ſpatio ſex menſium brevius ſit. Propleniori probatione adi *Sanch. lib.* 3 *de matrimonio diſp.* 18. *num.* 9. *& diſputat.* 23. *numer.* 13. *& lib.* 7. *diſputat.* 19. *numer.* 4.

4 In textu, ibi, Recompenſet. Dubitari poteſt utrum hæc dupla recompenſatio deberatur ſtatim, an ſpectanda ſit iudicis ſententia? *Suar. d. diſp.* 51. *ſectione* 3. *numer.* 12. ait ſtatim deberi, probat, quia hæc lex non eſt verè pœnalis, ſed fundatur in æquitate quadã, ita vt ſervi pretium reddi iubeat pro ſervo ordinato, alterum verò pro iniuria, & violentia, quam infert domino faciendo, eo invito, ſervum ſuum liberum, & quemadmodum ab ipſa ordinatione ſervus liber eſt, & tenetur dominus illum, reddita ſolutione, dimittere, ita etiam ſtatim ſolutionem deberi. Dicta ſupra

hæc

hæc valde probabiliter, sed probabilius dicẽdem non deberi statim, nisi æquam compensationem, ut videtur decisum *in cap. per venerabilem*, ibi *licet ordinator satisfacere domino teneatur, qui filij sint legitimi*, pro altera parte, quæ iustam satisfactionem excedit, expectanda erit iudicis sententia, ut potè clarè pœnali, satisque per actionem, quæ datur ipsi domino contra episcopum, vel præsentantes, recompensatur violentia, quam lex domino infert, pro servi libertate.

5 In Glossa verbo, absente, ibi, Circa notum. Ait episcopum circa notũ dispensare ipso facto, sive tacita dispensatione, quæ doctrina quæstionẽ gravissimam involuit, Vtrum episcopi in legibus Pontificijs, in quibus de iure, vel de cõsuetudine, aut peculiari commissione possunt dispensare; possint etiam id facere ipso facto, quod appellant tacitã dispensationem, & ex quibus signis talis tacita dispẽsatio colligi possit? Tu pro hac difficultate, de qua nõ satis explicate Doctores, flamè sequẽtes cõclusiones.

Prima conclusio. Episcopi in eis legibus in quibus propriè, & expressè possunt dispensare, possunt etiam tacite, nec id valorem dispẽsationis impediet. Est contra *Glossam in capit. 2.* verbo, *dispensatum de schismat*, ubi *Ioann. Andr. Anton. Abbas Cardinal. Anchar. Aman.* & alij, & *Glossa in cap. vnico*, verbo, *dispensare, de etate*, & *qualit. in 6.* ubi *Dominic. & Franchus*, *Innocent. in cap. veniens, de filijs presbyter.* ibi, *Anton. Abb. Cardinal. Henriq.* præter hos, *Imol. speculat. Bart. ad l. Barbarius, num. 12. ff de officio prator*, vbi *Iason. Horoscius*, item *Paulus Æneas de falco, Mandos. Rosel. Angel. Sylu. Navarr. Sarmien. Antonius Cucus Antesanus Gabriel, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumptione 20. Caietan, Henriq. Emman. Rodrig. Azor*, quos refert, & reijcit, *Sanches lib. 8. de matrimonio disp. 9. num. 15.* Sed eam tenent *Innocent*, *Bellamera*, *Lambertinus*, *Sylu. Mayol. Salzed*, *Navar. Bernard. Diaz*, *Paludan. Margarita Confess. Henriq. Medina*, &c, quod refert *Sanch.* citatus *num. 17. Suar. de legibus lib. 6. cap. 13. num. 13.* ubi seipsum refert *de censuris disp. 41. sect. 3.* Fundamenta leges apud *Sanch. & suarium* citatos, ubi de eius probatione satisime, & accuratissimè. Breviter probatur, quia tota ratio, cur Episcopus non possit dispensare tacitè, admittendo scilicet irregularẽ ad ordines, dando beneficium illegitimo, cui potest ex commissione iuris, vel speciali, cum scientia inhabilitatis, esset, vel quia requiritur causæ cognitio iuridica, vel quia requiritur dispensatio expressa verbalis, vel in scriptis, neutrum requiritur ergo, &c. Maior continet causas ob quas nostram conclusionem non admittunt Doctores citati contra illam. Minor probatur quoad priorem partem, non requiri, scilicet, causæ cognitionem iuridicam, quia in primis pro foro cõscientiæ talis cognitio causæ non est necessaria, sed satis est quód Episcopus sciat dari iustam causam dispensandi, & subditus existimet superiori talẽ causam esse notam. Deinde pro foro exteriori nulla ratione probatur esse hanc cognitionem iuridicã necessariam ad valorem dispensationis, sed sufficere ut dispensanti Episcopo constet de causa, ob quam dispensat in lege superioris, quomodocumq; id constet. Ita ferè *Suar.* citat. *tom. de legibus lib. 6. cap. 13. num. 16.* Probatur minor quoad secundam partem, nimirum non requiri dispensationem proferri verbo, vel scripto, quia id nullo textu probatur, ut expresse docet *Sanch.* citat. *disp. 4. num. 21. Cum Anton, Abb. Cardinal. & Probo*, quos ibi refert. Supponit hæc conclusio Episcopum verè habere causam dispensandi, hac tacita dispensatione, in lege superioris, alioquin ipsa dispẽsatio erit nulla, quod etiam procedit in expressa dispensatione, cum solum dispensare possit data causa vt bene notat *Sanch. & Suarez* citatus.

Sed contra, quia aliàs Episcopus communicando cum excommunicato illum censeretur ab excõmunicatione absolvere. Cõsequẽs est falsum ex, *Clement. Vnica de sent. excommun.* ubi etiam de summo Pontifice dicitur, quòd licèt scienter participet excommunicato, per hoc ipsum absolvere non censeatur, nisi aliter exprimat id se velle facere, ergo multo minus id de inferioribus episcopis dicetur, & colligitur *ex cap. cum consideres de sentent. excommunicat.* Ergo neque tacite aut solo facto episcopus censebitur dispensare in irregularitate. Videtur enim eadem ratio, & suponimus in episcopo potestatem ad utrumque. Respondetur aliud esse absolvere, & aliud dispensare. Primũ habet præscriptam in iure formam, secundum verò minimè: & ideo episcopi tenẽtur servare formam iuris in absolutione, non tamen in dispensatione cum nulla sit, & ita tenet *Glossa in cap. ult. d. 51.* verbo *qui concubinas*, & *Glossa in cap. Si qui sunt dist. 81.* & sequitur citatus *Navar. cap. 25. num. 74. & Antoninus in tractat. de irregul. cap. 6. num. 15. Reginald. lib. 30. tract. 2. sect. 5 n. 38.* in fine ubi citat. *Felicianum in fine tractatus de irregularit. Sayrus de censur. lib. 7. capit. 14. numer. 10.* 6

Cur autem non censeretur absolutus ab excõmunicatione cum quo Summus Pontifex communicavit *in dict. Clem. vlt.*? cum Romanus Pontifex independenter à iure positivo (cuius est ea forma) suprema habeat potestatẽ ad tollendam censuram? Dicendum est quod in eo casu non se declaravit Pontifex an vellet suo facto absolvere, & quando indicia sunt incerta, positivo stãdum est iuri quod formã præscribit ad absolvendum à censura, quamquam aliàs unicum Summi Pontificis verbum aut

nutus

nutus pro absolutione valeat. *Rebuf. in praxi benefic.* verbo, *Datū n.26. Suar. de cēſ disp.7. ſect.9.n.14.*

7 Secunda cōclusio. Non bene colligitur datā esse dispēsationē tacitā in aliquo impedimento, quod Episcopus nescibat, etiāsi cōstet illū dispensaturū, si de tali impedimēto sibi cōstaret. Est cōtra *Glossā in l Barbarius*, verbo. *Effecisse, ff de offic. prætor. Bart. in l.2.n.2. C. si servus aut libert. lib.10. Imol. in l. quidā consulebat, ff. de reiud. Anan. in cap.2. num 6. de schismat. Rom. conf. 216. num.7. & 8. Menoch. de præsumpt. lib.2. de præsumpt. lib.2. præsūpt. 20. num.13. & 26. Anton. Gabr. tom. 3. communem. lib. 1. tit. de præsumpt. conclusione 81. num.15.* Vtrum facile probatur, quia per voluntatē præsumptam de futuro, non tollitur obligatio præsens, quemadmodum per ratihabitionem futuram, nō datur iurisdictio præsens, nec per præceptum præsumptum, etiam de futuro, vel sub cōditione si adesset superior, non potest induci actualis obligatio. Et quamvis ob præsumptā voluntatem superioris, possit subditus aliquem actum sibi vetitum licitē exercere, id erit quando actus omnibus modis non est prohibitus, ut optime declarat *Suar.* citatus *tom. deleg. cap. 13. num. 20.* Probatur deinde, quia dispensatio non potest habere effectum, nisi ex dispensantis voluntate, voluntas autem ferri non potest in incognitum, ac proinde pro impedimento incognito consensus actualis dari non poterit. Authores pro hac nostra cōclusione videbis apud *Sanch.* citat. *disp. 4. num.11. 12. & 15. & Suarium* citatum, qui eam evidenter explicant, & defendunt.

8 Tertia conclusio. Taciturnitas, & patientia Episcopi videntis aliquem iure, in quo potest dispensare impeditum, exercere ea, quæ sibi interdicta sunt, non est sufficiens signum ad colligendam tacitam dispensationem pro foro externo, licèt facile possit contradicere. Eam tenent communiter *Canonista cum Innocent. & Host ad cap. veniens, de filijs presbyterorum.* sequitur *Suar. de legibus lib.6. cap.13. num. 21.* & retulit Authores *n.18.11.* sunt *Glossa in Clement. unica, de sententia excommunicat.* verbo *approbamus, Panormit. Card. Imol. Felin. Anton. Gabr. Silva benefic. Menoch. Sayrus*, quos trāstulit ex *Sanch. d. disputat. 4. numer. 25.* Licet contrarium sequatur ipse *Sanch. numer. 26.* cum Authoribus, quos pro sequenti conclusione referam. Probat *Suarius*, quia indicium taciturnitatis, non consensum, sed tantum permissionem inducit, quæ permissio potest esse sæpissime sine peccato, nam Episcopus causas occultas habere poterit ob quas hic, & nunc melius sit tali nō cōtradicere. Deinde licèt cū peccato aliquādo dissimulet, at maius peccatū videbitur sic per ipsam taciturnitatem dispensare. Vltimo quia tacere est potius pati, quā agere, & ad dispensationem actio dispensandi necessaria est, quæ ex passione non bene colligitur.

Quarta conclusio. Taciturnitas, & patientia 9
Episcopi aliquādo pro foro conscientiæ sufficit ad colligendam Episcopi dispensationem. Hāc ad minimū probant Authores, quos *n.26.* refert, & sequitur *Sanch.* Hi sunt *Menoch. Palud. supplement. Gabriel S. Antonin Vera Cruz. Saa, Azor*, qui omnes aiunt, etiā pro foro exteriori valere pro signo ad colligendam dispensationē, taciturnitatem, & patientiā Episcopi, cum facile impediri possit, & nō impedit; ergo à fortiori id iudicabunt in foro interno, ubi nō tāta probatio requiritur. Probat *Suar. c.13.n.22.* cōclusionē, non ex præcisa taciturnitate, & patiētia, sed ex aliquibus circunstantijs, quæ cum ipsis possūt cōcurrere, ut si intercederet aliqua causa, & occasio nō petēdi expressū cōsensum ab episcopo impedimēti sibi noti, qualis esset nimia familiaritas, necessitudo, cōsanguinitas, ex quibus præsumat inhabilis secū Episcopū videntē, & tacētē dispensare, quarū rerū iudiciū practicū efformare debet ipse impeditus, ut licitè exerceat eū actum, per quē credit secū dispensare Episcopū videntē, & tacentē. Adi ipsum *Suar. d.nu. 22.* ubi ait dispensationē hanc tacitam nunquam esse extendendā ultra illud opus, quod fit, corā prælato tacente, & patiēte, quod etiā advertit *Sanch citat lib 8. disp.4.n.10.* cū *Oldrad. Rebuf. Probo. Antō. Gabr. Menoc.* quos refert.

Quinta conclusio. Quando Episcopus præ- 10
cipit aliquid ex certa scientia subdito, quod sine dispensatione valere non potest, censetur tacitè dispensare cū subdito inhabili, ut si det beneficiū simplex illegitimo ex certa scientia, &c. Probatur ex *l. quidam, ff. de reiudicata* ibi, *Princeps enim qui illi dignitatē dedit, omnia gerere decernit, &c.* & verò, si non censeatur Episcopum dispensare, censebitur illum imperare repugnātia, & præcipere iniquitatē, quod tamē nūquā in existimandū est. Pro hac allegat *Suar de legibus lib.6. c.13.n.23. Rebuf. Anton. Gabr.* & alios quos sequitur: plures *Sanch de matrim. lib.8. disp. 4.n.1.* & sequētibus. Cæterū ut bene notat *Suar.* citatus, *& Sanch.nu. 7.* Vnde cūq; cōstet ex hac Episcopi scientia illi constasse de impedimēto, & in eo voluisse dispensare, satis erit, ut in bona conscientia sit promotus.

Pro foro verò exteriori, incūbet promoto 11
hanc tacitā dispensationē probare, ut optimè deducunt *Suar.n.24. Sanch.n* 5. nec ad eā probādam opus erit addi inliteris promotionis clausulam ex certa scientia, neq; ut ex scripti tenore, & facti narratione constet id esse factum ex certa Episcopi scientia, neq; ut vitiū, & inhabilitas promoti in litteris promotionis exprimatur, sed satis erit quęcūq; probatio, ex qua cōstet episcopū fuisse conscium inhabilitatis, ut optimè probat *Sanch.n.5.* ad quē *Suar.n.25.* in fine lectorem remittit; addens hanc quæstionē esse ab eo accuratè disputatam.

Non prætermittendum quod notat *Suarius* 12

n.24. *ad medium* bene ex facto alieno,quod quis indagare tenetur præſumi ſcientiam illius,ubi allegat pro ſe *Abbat. in cap. Innotuit, de elect. nu.9. & cap.penult. extra de regul. iuris*, adi illum.

CAP. Si ſervus ſciente. XX.

SVMMARIVM.

1 *Servus iniens matrimonium cum libera ignara ſervitutis, domino tacente, ſervitute ſit liber.*
2 *Annus repetitionis ſervi ordinati, ſine voluntate domini quando incipiat?*
3 *Servus debet probari per triennium ad religionem.*
4 *Servus factus monachus ſine voluntate domini, poteſt repeti per triennium & quando illud incipiat?*
5 *Servus factus profeſſus intra triēniū profeſſionis, quibus caſibus repeti poſsit?*
6 *Quando valeat profeſsio ſervi?*
7 *Servus invalide profeſsionem emittēs ex defectu libertatis, quando teneatur ad vota ſimplicia?*
8 *Epiſcopalis ordo liberat à forma ſervili, & à patria poteſtate, n.9. & ſequent.*
14 *Servos adſcriptitios lex luſitana ablegavit.*

1 IN textu,ibi,Sciente. Simile quid dicitur de ſervo cuius dominus cum ſciat eum in matrimonium velle ducere liberam,ignaram ſevitutis,tacet ipſam ſervitutem,& diſsimulat, *Authent. ad hoc C.de latina libert. & Authēt. de nuptijs, collat. 4. §. Si verò* verſ. *hoc autem decernimus*, & probat *Sanch. cum multis lib.7.diſp.20. numer.5.de matrimonio. Suar.in defenſione fidei lib.4. cap.11. §.Ratio autem eſt*,ubi noſtrum textū adducit,& ex illo deducit, ſervum ordinatione fieri liberum,quando dominus conſenſit,

2 In tex.ibi, Intra ſpatiū uni⁹ anni. Notat *Suar.de cenſur.diſp 51.ſect.3.n.3.cū Gloſſa hic* verbo *vivus Franch. & Panormit.cap.2. de ſervis nō ordinand.nu.6.* hunc annum computari à ſcientia domini non ab ordinatione ſervi,ſequitur præterea *Hoſt.in ſum.lib.1.tit. de ſervis non ordinād. Campanil.in diverſ. iuris rubr.11.cap.8.n.12. Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tom. 1.quæſt.17.art. 2.concl.4.in fine. Aſtens.in ſumma 2.part.lib.6.tit.20. quæſt.1. Richard.in 4.diſt.25 artic. 5. q.5. S.Antonin. 3.part.tit.20. cap.6. ſum. Pizanella* verbo *ſervus 2. & alijs* cum quibus *Sayrus de cenſur.lib.6.cap. 54. numer. 5. Reginald. in praxi lib. 30. tract.2. num.63.* Vide inferius *num.4.*

In textu,ibi, Legitimo proba- 3
to experimento. eſt hoc experimentū legitimum triennij ſpatium, ita deciditur à Bonifac. Pontifice *cap. Si quis incognitus 17 q.2.*ubi ſervus ingreſſus religionē abſq; domini licētia,poteſt ab eo intra eſt trienniū repeti, cui, ſi repetatur,tradendus cum omnibus, quæ ad monaſterium attulit, elapſo vero triennio iam repeti non poterit, niſi tam longe dominus abſit,ut triennium ad repetitionem non ſufficiat.

Quæres à quo tempore enumerandum ſit 4
hoc triennium? Reſpondet *Hugo relatus à Sylv.* verbo,*Religio. 2. quæſt.3. Azor. part.1.lib.22.quæſt. 3. cum Gloſſa eodem cap. Si quis incognitus*, verbo *intra triennium*, numerandum eſſe à die probationis inceptæ, verius eſt numerandum à die notitiæ domini,ita *D. Anton. 3.part.titul. 16. cap. 3. §.4. Roſella* verbo *Religio 2.num.2. Sylv.* verbo *Religio 2. quæſtione 3. Sanch. 2. tom. Decalog. lib. 5. cap.4.num.46.*& authores relati ſupra *num.2.*

Quid ſi ſervus intra triennium emittat pro- 5
feſsionem, poterit ne adhuc intra illud iam profeſſus à domino repeti, & revocari in ſervitutem? Reſpōdeo cum diſtinctione,vel enim ſervus fuit in culpa profeſsionis,quia ſciens ſe talem,& cum mala fide profeſſus eſt. vel putans ſe eſſe liberum, monaſterium fuit in culpa,quia debitam diligentiā omiſit, ante quam admitteret ad profitendum. Si primo modó poteſt repeti; nefraus ſua illi patrocinetur, ita *Hoſt.in ſum.tit.de voto* verſ. *quid ſi profeſſus. Archidiac. cap.ſi quis incognitus citat. quæſt. 2.nu.1.*& ibi. *Bellamer.num. 1. Turrecremat. num. 4. D. Antonin. 3. part.titul. 16.* verbo, *Religio 2. nu.2. Sylv.*verbo *Religio 2. quæſtione 3. Sanch. citat. num. 47.* Si ſecundo modo, reduci non poterit ad ſervitutē, ſed manebit profeſſus in monaſterio, quod quidem monaſterium domino tantundē ſolvet,vt illum ſervet indemnem, idque in pœnam omiſſæ diligentiæ. Ita Doctores citati, & præter eos *Tabien.*verbo. *Religio quæſtione 10. num.11.*

Maior dubitatio eſt. An talis ſervi profeſsio 6
valeat? Diſtinguendum puto: nam vel ea fit intra triennium notitiæ domini, vel poſt triēnium. Si hoc ſecundo modo,certum eſt profeſsionem valere,quia dominus conſentire videtur,non repetendo intra tēpus ſibi permiſſum , & ſervus ſuam libertatem præſcribit, monaſteriumque in illum iuriſdictionem acquirit, ſi & in ſervo, & in monaſterio bona fides detur, alioquin nunquam valebit præſcriptio ita *Angel.* verbo, *Religio numer.3. Tabiena* verbo, *Religio quæſt.10. num.11. Azor. part. 1.lib. 12.cap.1. quæſtione 3. Sanch. d.cap. 4.numer.* 44. Si profeſsio fit intra triēniū,& in caſibus,in quibus à domino poteſt revocari,de quibus *nu.5.*

Multo

Multo veriùs videtur profeſsionem eſſe irritam, quia ſervus non poteſt ſe tradere religioni, cũ ſit alieni dominij: ita tenet *Paludan. in 4. diſtinct. 38. quæſtione 4. art. 2. numer. 3. Azor. d. l. 12. quæſtione 3. Sanch. citat. num. 49.* Contra *Archidiac. in c. Si quis incognitus 17. quæſtione 2. num. 3.* & ibi *Bellamer numer. 1. & 2. Turrecrem. num. 3. Angelus*, verbo, *Religioſus num. 5. Sylv.* verbo, *Religio. 2. quæſtione 3. Tabien.* verbo, *Religio. queſt. 10. num. 11.*

7 Vtrũ verò in caſibus invalidę profeſsionis, in quibus ad ſervitutẽ revocatur; teneatur ad ſervanda tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ extra religionem, non ut ſolemnia, ſed ut ſimplicia? tractat egregiè *Azor. citat. quæſtione 3. & Sanch. num. 104.* ubi ambo affirmant; niſi ſervus profeſsionem emittens intenderit non obligare ſe extra religionem, ut habetur *in c. quidam, & capit. placet, de converſ. coniugat,* & pro hac iuris præſumptione in dubijs ſtandum eſſe etiam in foro conſcientiæ, late diſputat *Sanch. tomo primo Decalogi lib. 1. cap. 10. num. 18.*

8 In textu, ibi, Epiſcopalis enim ordo. Liberum eſſe Epiſcopum ab omni conditione ſervili, & adſcriptitia, atque curiali appellat *Azor part. 2. lib. 3. cap. 32. quæſtione 1.* conſtantem omnium opinionem, & bene ibi ſolvit cum *Gloſſa* hîc, hanc legem deſumptam ex *Authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis collat. 9.* nihil valere in iure Canonico quoad eam partem, in qua ait Epiſcopum teneri ſervitute Curiali.

9 In textu, ibi, Ius patriæ poteſtatis. Liberum eſſe Epiſcopum à patria poteſtate, probatur etiam *ex cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & Gloſſa l. 1. ad finem ff. ad ſenatus Conſult. Macedonian. Bart. in l. Marius C. de patria poteſtate l. 65. titul 5. part. 1.* ubi *Montalvus, & Gregor. Lopez. Molin. tom. 1. de iuſt. tractatu 2. diſput. 229.* verſ. *ſextus, Gloſſa*, verbo, *Illico Angel. num. 5. Pichard. numer. 3. in §. Filius familias. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis. Ioann. Gratian. regula 198. in principio, Covar. in c. quia nos, de teſtam. num. 5. Stephan. collect 446.*

10 Cæterum Epiſcopum exire à patria poteſtate, intellige quoad illos iuris effectus, qui epiſcopo ſunt nocivi, non verò quoad eos, qui ſint vtiles, ut patet *ex Authent. conſtit. quæ dignitas §. ult. collat. 6. Bart. l. item in poteſtate ff. qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Iaſ. nu. 49. Oroſcus column. 266. in l. patre furioſo, eodem titul. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuntius* verbo, *ſi abſque liberis. 2. numer. 52. de teſtamentis. Gregor. Lopez. in l. 14. titul. 18. Gloſſa final. part. 4. Pichard. in dicto §. Filius familias* ubi alios refert. *Ioann. Gratian. in regula 198. num. 6.* Vt autem ſcias qui effectus reſultantes ex patria poteſtate ſint filijs nocivi, vel utiles, leges *Gloſſam 1. & Ioann. Ovin. in §. primo numer. 27. Inſtit. de patria poteſtate, Pinel. in Rubr. C. de bon. maternis 2. part. num. 17.*

Hinc deducitur quod filius Epiſcopus retinet iura ſuitatis, ut conſtat ex *Authent. conſtit. quæ dignitas, §. illud. collat. 6.* & ibi notat *Angel.*, & appellat communem ſententiam, *Gomez 1. tom. cap. 9. num. 11. Gutierr. §. Sui num. 11. Inſtit. hæredum qualitate, & differen.* quos refert, & ſequitur *Gratian. regul. 198. num. 6. & 7. Molin. tom. 1. tract. 2 diſp. 229.* 11

An hæc etiam iura ſuitatis contineat regularis poſt profeſsionem, quæ tranſmittat ad monaſterium, ſicut tranſmitteret ad alios hæredes? Affirmat *Tiraquel. de retract. lignagier, §. 1. Gloſſa 8 num. 19. & in l. Si unquam*, verbo, *ſuſcepit numer. 42. Cod. de revocand. donat.* conſtat aperte *ex l. fin. C. de Epiſcop & clericis. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 2. num 5.* & præter ibi citatos tenet *in d. l. final. C. de Epiſcopis, & clericis Bald. nu. 4. Paulus nu. 3. Iaſon in l. patre furioſo, ff. it, qui ſunt ſui, vel alieni iuris num. 41.* ubi dicit communẽ *Gom. tom. 1. cap. 3 nu. 20. & cap 9. nu. 10. Guilhelm. Benedict. cap. Raynuntius, de teſtamentis*, apud quos videbis alios. Quod intellige 1. de monaſterio bona in cõmuni habente, *Bart. Authent. ingreſſi, in 2. lectura num. 64. C. de ſacroſanctis, Aretin. cap. in præſentia. num. 93. de probat. Pariſius in l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 50. ff de liberis, & poſthum*, & ibi *Marius Salamonius num. 40.* Intellige 2. ſi monachus non moriatur ante delatam hæreditatẽ, de quo *Gloſſa fin. in cap unico 17. q. 1. Felin. allegans plures in cap. in præſentia, num. 5. de probation.* probat optime *Sanches tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 12. num. 17.* apud quem multa de hoc argumento, & egregia. 12

De alijs dignitatibus, quæ liberant à patria poteſtate videri poſſunt *Platea in l fin. nu. 1. C. de decurionib. lib. 10. Molin. 1. tom diſp. 229. §. Octavus* de quibus etiã agit *Gregor. Tholoſanus ſyntagmat. iuris lib. 11.* per plura capita. *Covar. in cap quia nos, num. 5. de teſtam. Gregor. Lopez part. 4. tit. 18. l. 15.* verbo *Retener Thom. Valaſc. tom. 1. allegat. 29. à n. 82. uſque ad 96.* 13

In textu, ibi, Adſcriptitios verò. De hoc ſervorum genere latè egimus *ad c. Si quis obligatus num. 1. hac diſtinct.* Lex tamen Luſitana huiuſmodi ſervitutẽ ab his Regnis omninò ablegavit, *lib. 4. Ordinat. titul. 42.* de qua latiſsime *Valaſc. de iure emphyt. quæſtione 37. numer. 1. Caldas Pereira de empt. & vendit. capit. 30. numer. 36.* videbis etiam *l. 7.* ubi *Gloſſa 3. titul. 6. part. 6. lib. 1. & 4. titul. 9. lib. 7. recopilat. Maiolum de irregularit. lib. 1. capit. 35. Suares de cenſuris diſp. 51. ſectione 3. num. ultim.* 14

CAP. Admittuntur. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Servus multorum; licèt unus præstet libertatem, non potest ordinari.*
2 *Servus, quem dominus præsentat ad ordines, est liber.*
3 *Servus cui conceditur libertas, per aliquod tempus, potest ordinari.*
4 *Servus, cui promissa est à domino libertas intra certum tempus, sed nõ præstita, non potest ordinari.*

1 IN textu, ibi, A dominis consequi libertatem. Quid si servus multorum non ab omnibus dominis, sed ab uno consequatur libertatem? Dico non posse ordinari, quia adhuc est servus *l.1.* vers. *itaque C. de cõmuni servo manumisso*, & ibi, *Glossa*, verbo, *necessitatem, Salicet*, ibi *num.1 l.2. eodem tit.* & ibi, *Glossa*, verbo, *fiat. Gregor. Lopez. l.2. tit.22. part.4.* verbo, *edende*, & ratio est quia, servitus est individua, nec aliquis potest esse pro parte liber, & pro parte servus, ut probat *Glossa eadem l.2.* verbo, *ex parte, & l duobus ff. de liberali causa, & l. cum filius ff. de legat. 2. & l. iudicata ff. de except. rei iudicatæ*, sed nõ propterea erit vnius manumissio frustranea, & nugatoria, sed cogentur alij domini, si servus reliquum pretij offerat, aut aliquis pro eo, ut illum faciat liberum, acceptare, quod fit in favorem libertatis, contra *regul. l. nec emeret. C. de iure deliberandi, & l. invitum C. de contrab. empt.* sed expresse habetur *l. 1. in principio* vers. *Is itaque Cod. de communi servo manumisso*, neque in hoc statur iudicio maioris partis, contra *l. & servum & l. maiorem, ff. de pactis*, quod procedit etiam quamvis manumittens habeat minimã portionem in servo, ut docet *Bald. ad d.l.1. C. de communi servo manumisso, num.2.* unde colligit casum in quo minimum trahit ad se maximum, vide illum, *& Sanch. lib.7. de matrim. disp.24. n.17. Suares de censur. disp.51. sect.3. num. ult.*

2 In textu, ibi, Minime poterũt. Quid si potuerunt consequi libertatem, sed promissione post annũ, qui annus iã elapsus sit, & domini promissis non steterunt? Dico hos non posse ordinari ex defectu libertatis, quia licèt hæc debeatur servo ex obligatione naturali, ex qua diximus posse dominũ servo obligari *in cap. ex antiquis num. 2. hac ipsa distinct.*, tamen quia ea non præstita est, sed promissa, tales manent servi. Vide *Sanch. citat. num. 22.*

In text. ibi, Minimè potuerũt, 3
At ego suppono potuisse servum nanciscì libertatem à dominis per annum v.g. quo elapso reverterentur ad servitutem. Tunc quæro, Vtrum in eo casu possint ordinari? Respõdeo posse; quia libertas cõcessa pro certo tempore v.g. pro biennio, eo ipso est perpetua. *l. libertas, l. ideo, ff. de manumissis testament.* & ibi, *Glossa l. libertas*, verbo *non potest. & l. ideo* verbo, *supervacua est*, probat optime *Sanch. lib.7 de matrimonio disp.19. num.3. Contra supplementum Gabriel 4. disp.36. q.21. art.3. dub.2. Sot. in 4. dist. 35. quæst. unica art. 2. vers. 4. Ledesm. 2. p.4 q.54. art.1. ad fin. Emman. Rodrig. tom.1. sum. 2. edit. cap.203. num.3. Vega tom.2. sum. cap.34. casu. 67.* qui ex falsa opinione, nimirũ servum esse, cui libertas concessa est pro certo tempore, existimarunt hũc esse irregularẽ, & matrimoniũ cum illo contractum, fœminæ conditionem servitutis ignorante, esse nullũ; cum re vera nõ sit, quia talis, & verè est liber, & minime irregularis; Adi de materia *Connanũ lib.2. de iure civili cap.10. n.4.* qui textus meminit.

In textu, ibi, Nisi forte eorum petitio aut voluntas. 4
Licet hi ordinationem servorum possint petere, sine animo concedendi libertatem, tamen eo ipso, quod petunt, vel præsentant ad ordines, quidquid sit de voluntate manumittendi, servi manent liberi; quia tunc dominus scit, nec contradicit, quod sufficiebat ad libertatẽ, *cap. Si servus sciente supra*, imo tantum abest ut contradicat, ut potius petat.

CAP. Abbati. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non potest facere liberum servũ monasterij.*
2 *Nemo plus iuris potest in alium transferre, quàm ipse habet.*

IN textu. Collige ex illo non licere Abbati, vel monacho liberũ facere servum monasterij. Ratio est quã tradit. *Glossa* 1. Quia Abbas nihil habet proprij, *cap. nullo, cap. non dicatis* 12. *q.* 1. unde nõ potest facere recompensationem servi. Vide *Navarr. commentar. 2. de regularibus numer. 1. &* 8. & posita *ad cap. sequens, num.2.* Potest tamen Abbas cum cõsensu conventus manumittere servum, retento tamen ecclesiæ servitio argumento, *textus in capit. patet.* 12. *quæstione* 2. observat *Præpositus in præsenti, nu* 5. 1

In Glossa

2 In Gloſſa verbo, Proprium. Docet *Gloſſa*, quod nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habet, *Gloſſa* ſimilis verbo, *pro non dato in cap. quod autem*, & verbo, *niſi ius in cap. cura, de iure patronat. Gloſſa*, verbo, *nullus in cap. nuper, de donationibus inter virum, Reg. nemo plus* 55. *ff. de regul. iuris l. traditio*, 20. *ff. de acq. rerum dominio cap. Daibertum* 1. *quæſtione* 7. fallit tamen in aliquibus caſibus, de quibus agit *Gloſſa prima in dicta leg. traditio.*

CAP. Multos. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus fugitivus an acquirat monaſterio?*
2 *Monachus nil habet proprium, & ſervo comparatur?*

1 POſt principium textus, ibi, Dei ſervitium. Notat *Gregor. Lopez l. 3. tit. 18. p. 3. Gloſſa* 1. ad finem. ad hoc, quod religio ſervitus eſt; *Gloſſa Inſtit. de iure perſon. in principio*, neque per hoc dicitur minui hominis libertas, ut poſt *Speculat.* tradit idem *Gregor.* Vtrum autem per monachum fugitivum acquiratur monaſterio poſſeſsio, ſicut per ſervum, qui eſt in fuga? Vide *Bart. in l. 1. §. Per ſervum, n. 2. ff. de acq. poſſeſſione. Ripa in l. 1. nu. 151. ff. de vulgar. & pupillar.* latiſsime *Cevall. communis contra communem, quæſtione* 446. ubi *numer.* 4. noſtri textus meminit.

2 In textu ante medium, ibi, Servitute. Igitur monachus proprium nihil habet, & quaſi mortuus ſæculo reputatur. *Authent. ingreſſi C. de Sacroſan. eccleſijs*, faciunt quæ tradit *Petrus Vbaldes in tract. de canonica Epiſcopali quæſtione* 14. *num.* 9. *Hyppol. in principio, numer.* 38. *Inſtit. per quas perſonas. Covar. in capit.* 1. *num.* 21. *de teſtam. Menchac. de ſucceſſionum creatione §.* 21. *num.* 150. *Iacobus Sbrozius de officio Vicarij lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 1. & ſequentibus. *Navarr. conſil.* 2. *de regular. num.* 18. *Azor. inſt. mor. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *Franciſcus Leo in theſauro fori eccleſiaſtici part.* 2. *cap.* 1. *num.* 41. *Franciſcus à Corio Lino in tract. de caſibus reſervatis part.* 2. *caſu* 2. *de apoſtaſia num.* 30. *Aloyſius Ricc. in collect. deciſ. part.* 3. *collect.* 519. *Fr. Ioannes de la cruz. de ſtatu relig. lib.* 1. *c.* 3. *Campan. in diverſ. iuris tubr.* 12. *c.* 7. *& cap.* 16. *à nu.* 71. *Reginal. in praxi lib.* 18. *num.* 397. *Ludovicus Miranda in tract. de Sacris Monialibus quæſtione* 9. *Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarræ fol.* 85. & ſequent. *n.* 58. *&* 63. Ex quo colligo monachos, & moniales non poſſe tenere propria, ſed omnia dare debere ſuis ſuperioribus, à quibus illorũ neceſsitatibus ſubveniendum eſt, reliquum verò in uſus monaſterij eſt conferendum. Imo *Navarr. conſil.* 47. *numer.* 2. *de regular. & conſ.* 15. *num.* 2. *de ſtatu monach. Sanch. in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 28. *Aloys. Ricc. in praxi aurea reſol.* 194. affirmant, nullum ſuperiorem poſſe concedere monacho facultatem, ut aliquid retineat ad uſum irrevocabilem, & ita monachos nec civiliter agere, nec conveniri poſſe reſolvit *Gloſſa*, verbo, *aut monachum in cap. de perſona* 11. *q.* 1. *Gloſſa in l.* 2. verbo *non poſſunt ff. de in ius vocando Specul. in titul. de ſtatu monachor. in principio Capella Toloſſan. quæſtione* 20. Adde poſita *ad cap. ſupra proximum, num.* 1. Cum Epijkia *ad cap. ſeatum infra diſt.* 81.

CAP. Prohibendum. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Liberti ſæculariũ ſine conſenſu patroni non poſſunt ordinari.*
2 *Libertus quis dicatur.*

IN textu. Collige ex textu libertos ſæcularium ſine patroni cõſenſu ordinari non poſſe; nec obeſt quod Gloſſa recitat per contrarium dicens, cui dato, quòd patroni non fuerunt in ſæculo, & ſic erant mortui, non tamen poſſunt ordinari liberti, quia requiritur conſenſus hæredis, ut Gloſſa fatetur, ſecus eſt in eccleſia, quæ nunquam moritur, quam Gloſſam ſequuntur poſt *Ioann. de Deo Archidiac. & Præpoſ. in præſenti.* 1

In textu, ibi, Liberti. Libertus patrono oppoſitur, & reſpectũ ſignificat eius à quo libertus eſt: itaq; eundem hominem dicimus libertum, & libertinum; ſed libertum quidẽ eius, à quo eſt liberatus, genere verò, & conditione libertinum, ideſt exijt unum qui ſervitute (quam aliquando ſervierunt) liberati ſunt. Vnde Cicero *in Verrem. P. Trebonus fecit hæredem libertũ ſuum*, & poſt de eodem. *Equiti Romano libertinus homo ſit hæres*; cum enim dixit libertum, eũ patronum habere, cum libertinum, qua generis conditione eſſet, notavit; vide late *Sigonium de antiquo iure Romanorum lib.* 1. *cap.* 6. fol. 26. Adde poſita *ad cap. Si quis obligatus* 7. *num.* 3. *ſupra hac diſtinctione.* 2

DISTINCTIO. LV.

Ad principium dist. de corpore vitiatis.

TOtam hanc de corpore vitiatis commentationem ad tria capita reducere soleo. Primò vitiantur corpora propter mutilationem violentam, & peccaminosam mortaliter, quam quisque vel aliquis de suo iussu, vel consensu, in se ipsum exercet. Secundò vitiantur propter excessum contingentem, vel ex ipso sexu coporis, si sit duplex, ut in hermaphroditis, vel in ipsa magnitudine staturæ, si sit Gygas, vel in multitudine membrorum, si sit monstrum. Tertiò per defectum, vel circa proportionatam staturam, ut in Pygmæis; vel circa eiusdem staturæ rectitudinem, ut in giboſis, vel circa integritatem, & rectam dispositionem membrorum, ut in cæcis, mancis, claudis, distortis, strabonibus, &c. Vel circa vires, ut in ægrotis, maxime paralyticis, leprosis, epilepticis, comitiali, vel morbo gallico laborantibus. Cæterum hi excessus defectus, tribus præsertim locis contingere possunt, capite, manibus, pedibus, quia cum hæc tantum in humano corpore oculis sint exposita, horrorem, de formitatem, & scandalum, gignere apta sunt, unde irregularitas descendat. Nunc dicam de irregularibus per excessum, sive sexus, sive staturæ, nem de irregularibus per defectū staturæ, & virtū propter ægritudinem. De mutilatione sui ipsius dicam *in capit.* 1. 2. & 3. De defectibus, qui solent contingere, dicam *in capite. Si euangelica.* De ijs, qui manibus *in cap. Quia uiriem.* De his qui pedibus *in cap. Si quis in infirmitate*, sed præmittendi prius sunt Authores de hac irregularitate agentes; Item per respectum ad quem ex sacris ordinibus desumenda est irregularitas ex corpore vitiato.

SVMMARIVM.

1 *Authores de hac irregularitate agentes.*
2 *Irregularitas ex corpore vitiato num semper à sacerdotio sit desumenda?*
3 *Hermaphroditi sunt irregulares.*
4 *Viri, qui aliquando habuerunt sexum fœmineum non sunt irregulares.*
5 *Gygantes, & Pigmæi sunt irregulares.*
6 *Qui morbi faciant irregulares?*

AGunt de irregularitate ex corpore vitiato proveniente, *Canonistæ ad titulum de corpore vit, & titulo de clerico ægrotante. Hostiens. in sum. tit. de corpore vit. Albert. Trocius de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap. 16. Bertachin. de Episcop. lib. 2. q. 24. & 1. p. eiusdē q. 56. & 57. Corrasius de benefic. 3. p. cap. 6. Duaren. lib. 4. cap. 3. & 4. Placa de delictis cap. 24. & 25. Rebuff. tit. de dispensatione cum corpore vitiatis, Mandosius de signatura gratiæ eodem titulo. Villa Diego de irregularitate cap. 11. de corpore vit. Quinta dueñas Ecclesiasticorum lib. 1. cap. 6. Salzedo in practic. Bernard. Diaz. cap. 17. Mayol. de irregularit. lib. 1. à cap. 14. usque ad 26. & lib. 2. cap. 16. & 18. Vgolinus de irregularit. à cap. 46. usque ad 55. Cechas. de casibus reservatis, & consc. casu. 1. de irregularit. à num. 125. Felicianus de censu. titul. de irregularit. cap. 16. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 198 Graff. tom. 1. decision. lib. 4. cap. 27. num. 39. Sotus de iust. lib. 5. quæstione 2. art. 2. & in 4. distinctione 25. quæstione 1. art. 3. Aragon. 2. 2. quæstione 65. art. 1. ibi. Salon. controvers. 4 Sayrus in Thesaur. lib. 6. cap. 7. 8. & 9. Garcia de benef. p. 7. cap. 12. per totum. Summistæ, verbo, corpore vitiatis, ubi Angel Sylv. Tabien. Armil. Rosel. summa Corona 2. part. cap. de irregularit. numer. 4. Emmanuel Rodriges in summa tomo primo cap. 158. & quæstionum regular. tomo primo quæstione 24. artic. 1. Llamas 1. part. methodi cap. 12. à §. 4. Theologi Societatis Iesu. Molin. tomo 1. de iust. tract. 3. disp. 70. Henriq. lib. 14. cap. 8. à num. 1. Valent. tomo 4. disp. 7. quæstione 19 puncto 3. Toletan. in summa lib. 1. cap. 63. numer. 7. Avil. de censur. part. 7. dist. 3. à dubio 1. usque ad 4. Suar. de censur. disput. 51. sectione 2. & alij quos supra citati refetunt, apud quos videri possunt. Quibus adde Ægidium tom. 2. disput. 18 dubio 13. & Villalobos 1. part. summæ tract. 21. difficult. 35.* 1

Ventilari merito solet: Vtrum irregularitas ex corpore vitiato proveniens, desumi semper debeat per respectum ad sacerdotium, ita vt, quicumque non potuerit celebrare ex aliquo defectu corporis, eo ipso ab statu sæculari ascendere nō possit, nèc ad primā tonsurā, exē pli gratiā, qui caret utroq; pollice dextræ, & sinistræ, quia nō potest celebrare, nō possit etiā assumere primā tonsurā? Dico mihi videri val de probabile irregularē ex defectu corporis ad celebrandum, esse irregularem ad omnes alios ordines, & ex statu sæculari ad nullum posse assumi, quamvis ad omnes alios, præter sacerdotium, sit habilis, ita expresse tenet *Vgolinus de irregularit. cap. 52. §. 1. numer. 4. & cap. 64. num. 4 Toletan. lib. 1. cap. 57 num. 2. ad medium. Garcia de benefic. part. 7. cap. 12. à num. 28. Suar. de censur. disput. 50. sectione 3. num. 25. ad medium.* 2

& disp.

& *diſp.* 31. *ſect.* 2. *nu.* 11. & 15. *Sayrus*, non ſatis ſe explicat in hac quæſtione, primo enim nobiſcum ſentit in *Theſauro*, *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 8. ubi dicit irregularem ad ſacerdotium propter defectum alicuius partis ad celebrandum, ſimpliciter eſſe irregularem ad quemcunq; ordinem aſſumendum; non verò eum, qui tantum celebrare non poteſt ex aliqua deformitate; putà quia manus habet deformes, hunc enim exiſtimat poſſe inferiores ordines à ſacerdotio, ſuſcipere; ſed fallitur, quia qui habet deformitatem etiam corpore vitiatus eſt, ac proinde ſimpliciter irregularis. Cõtra nos ſentire videntur *Valent.* ſuperiori numero allegatus, item *Navarr. in Manual. cap.* 27. *nu.* 204. de eo, qui vinum non poteſt bibere, quem dicit poſſe ſuſcipere ordines minores; cum quo ſentit *Emmanuel Rodrig. tom.* 1. *ſumm. cap.* 158. *num.* 11. & 12. *Felician. de cenſur. tit. de irregularit. cap.* 16. *Valent. citat. punct.* 3. *Ludovic. Lopez in inſtruct. tom.* 2. *p.* 2. *cap.* 23. immo *Henriq.* citat *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 7. addit hunc qui vinum nequit bibere, bene poſſe fieri ſubdiaconum, & diaconum, ubi in Cõment. *littera N.* citat etiam *Majol. Alberic.* & *Anton.* Verum hæc nihil ad nos; quia qui vinum non poteſt bibere, non eſt corpore vitiatus, deinde addo, hunc non poſſe ordinari, nec ad primam tonſuram, ex inhabilitate ad ſacerdotium. Advertes tamen, has inhabilitates ex corpore vitiato; licèt reddant inhabilem ad ordinationẽ, non ſemper reddere ad adminiſtrationẽ in ſuſceptis; ut qui manum amiſit in diaconatu, bene poterit cantare evangelium; item qui cæcus factus eſt ſacerdos, bene poterit audire confeſſiones, &c. Solum ergo ad illos ordines, & actus erit irregularitas, qui poſt eorũ ſuſceptionem miniſtrari non poterunt; quãdo vitium corporis, non evenit ex propria culpa.

Hermaphroditi, ſive Androgini, illi dicuntur, qui in eodem corpore continent diſcrimen utriuſque ſexus. Si vero ab humaniorum litterarum profeſſoribus inquiras, unde hanc ſortiantur nomenclaturam? Reſpondet *Calius lect. antiq. lib.* 18. *cap.* 6. & *lib.* 19. *cap.* 12. *Ambroſius Calepinus ſub illo verbo.* Hermaphroditũ fuiſſe Mercurij, & Veneris filium, eximiæ pulchritudinis adoleſcentem, qui cum ſemel ad pellucidum, & limpidiſſimum fontem accederet, neque ullis, vel precibus, vel banditijs à Nympha illius fontis præſide ad concubitum inflecteretur, tandem nudus fontem ingreditur, illumq; arctiſſimè amplexata Nympha, à Dijs petijt, ut utriuſque amantis corpus in unum coaleſceret, in quo maſculus, & fœmineus ſexus integer remaneret. Ex quo figmento ortum duxit, ut homines utrunque ſexum amplectentes, Hermaphroditi dicerentur. De quõ extat venuſtiſſimum epigramma, apud *Pulicem poetam*, ut habetur in *theſauro lingua Latina.*

Cum mea me genitrix gravida geſtaret in alvo
Quid pareret ferrum conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phabus ait; Mars fœmina; Iunoq; neutrũ,
Cumq; foret natus, Hermaphroditus eram.
Quarenti lethum ſic Iuno ait: occidat armis.
Mars, cruce; Phabus, aquis; ſors data quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis,
Quem iuletam caſu, faber, & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis: caput incidit amne: ſubibq;
Fœmina, vir, neutrum flumina, tela crucem.

Cæterum de hiſce fabellis liceat alijs fabulantibus amplius fabulari; at nobis. Si igitur Hermaphroditi magis, aut aqualiter inclinant in fœminam, ſunt incapaces characteris, aut qui magis fœminæ ſunt, aut quia perfecti viri non ſunt. Ita *Suar. de cenſur. diſp.* 51. *ſect.* 2. cum multis. *Henriq. ubi ſup. lib.* 14. *cap.* 8. *nu.* 6. & in *Commen. littera X. Sayr. in theſaur. lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 24. Si magis propendant in viros, capaces quidem ſunt characteris, ſed maximè irregulares propter infamiam monſtroſitatis, & ubi ordinati reperiuntur, deponi poſſunt; ita citati Doctores. De hermaphroditis plura *Sanchez lib.* 9. *matrimonij, diſp.* 106. *Franciſcus Molinus de ritu nuptiarum, lib.* 1. *compar.* 1. *nu.* 25. & ſeqq. *Vgolin. de irregul. cap.* 48. §. 1. *nu.* 3. *Ægid. diſp.* 31. *dub.* 7. *nu.* 89. *Gutierr. de matrim. cap.* 119. *Bonacina de matrim. q.* 3. *punct.* 13. *num.* 26. & 27. De fœminis dixi ad *cap Pſalmiſta*, 20. *nu* 7 *diſt.* 23. 4

Non dubium quin aliquãdo ex fœminis facti ſint viri, ope tantũ naturæ ex ſententia peritiſſimorum medicorum. De Phætuſa Pithei uxore partui vicina id refert *Hyppocrates lib.* 6. *de moribus popularibus, ſect.* 8. ad finem. De Anamilia uxore Gorgippi, *Livius lib.* 42. & de muliere Spoletana 2. *belli punici tempore*, plures *Plinius lib.* 7. *cap.* 4. & *Agellius lib.* 9. *cap.* 4. *noct. attic.* ita factos memorant. Vide apud *Phlegontem lib.* 1. *de mirabilibus*, ubi de Philete Smirnæa, & de Æteta prius, poſtea Æteto Laodicæno. Habes exempla non certe miranda in *Iovialano Pontano*, *in hiſt. Neapolitana*, de uxore piſcatoris cuiuſdam Caietani, quæ poſt quatuordecim matrimonij annos, quibus duravit cum marito, in virum abijt. Item de Æmilia Antonio ſponſa civi Ebulano nupta, à quo poſt 12. matrimonij annum, facta vir decivit, & uxore ducta liberos procreavit. Item alia, quæ facta iam mater tribus filij, poſt pater effectus, nonnullos genuit. Mitto quæ *Corcinus Sabellicus lib.* 9. *exemplorum*, item quæ *Torquemada Dial.* 1. & *Michael Montana lib.* 1. *experiment. cap.* 21. & *Amatus Luſitanus*, *cent.* 2. *curat.* 39. ubi de Macia Pacheco, poſtea Emmanuele Pacheco, qui in Indiam profectus feliciter pro rege ſuo militavit, ac in patriam Eſgueiram ſoppidum eſt prope Averium diſtans à Conimbrica novem leucis) reverſus, ubi uxore ducta, civi-

tijs, quas militando comparaverat, per otium potitus est. Videbis etiam *D. Augustl. lib. 3. cap. ult. de civitat. Dei. Ovidium, & Virgilium de Cæneo, & Tyresia. Antonium Liberal. lib. 2. alterationum Nicandri.* Viros etiam fœminas fieri refert idem *Anton. Liberal.* de Sinorta, & Hypermnestra. *Phlegeton de mirabilibus, lib. 2.* de Tyresia *Ausonius lib. 1. epigrammat. 69.* sic de pavo pava facto, & de puero Beneventi puella reddito.

Fœmineam in speciem convertit masculus ales
Et fit de pavo constitit ante oculos.
Nec satis antiquum, quod Campano in Beneventi
Vnus ephebeorum virgo repente fuit.

De lepore etiam, & hyæna. *Ovidius Metamorphoseos decimo quinto.*

Alternate vices, & quæ modo fœmina tergo
Passa marem, nunc esse marem miremur hiænam

Sed de his satis; qui plura cupiat adeat *Delrium lib. 2. disquisitionum magicarum. q. 22.* Nunc dico fœminas viros factas ex sententia *Andreæ Laurentij in histor. Anotomica*, nunquam perfectè esse viros, sed habere aliquantulum ex priori sexu, ac mecum sentit citatus *Delrius*; ac proinde existimo hos semper esse irregulares; maximè si de tali metamorphosi constet propter horrorem, quem tales aspectu ingerunt, ita *Henriq. d. lib. 14. cap. 8. nu. 6.* Quanvis dissentiat *Suar. d. disp. 51. sect. 2. nu. 2.* ubi in hunc sensum explicat *Burgasium*, & *Socinum*, vide illum.

5 De Gygantibus, & Pigmæis; dicendum est eos fore irregulares, si gygantes proceri ita sint, & pigmæi, breves, ac contracti, ut videntibus risum moveant, alias ordinari poterunt; sic *Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 13. nu. 9. Vivald. tract. de irregularit. nu. 133. Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 8. num. 3. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. nu. 3. & in Comment. littera N. & littera L.* ubi bene advertit, in urbibus pumilorum, & Gygantum, ubi omnes pumili, & gygantes essent, nullum fore irregularem, quia ibi cessat deformitas, quam insolentia, & raritas eorum hominum afferre consuevit. De giboſis videbis *Sayrum*, cum multis, *in Thesaur. lib. 6. cap. 8. nu. 4.*

6 Defectus virium ex morbo diuturno, non tàm facit irregularem, quam ineptum ad ordines, dum huiusmodi dutat debilitas. Cæterum morbi contagiosi, ita vehementes, ut ulcerosum reddant deformem, & nauseam videntibus procreent, faciunt irregularem, sic aliquando est morbus gallicus; sic passim lepra, scabies multa, & iugis, & in pustulas protuberans sic; appoplexia, paralysis, sic morbus comitialis, sive caducus, aut herculeus, nostris *gotta caduca*, phthysis, pestis, denique omnes incurabiles, & apparentes, de quibus satis dilucide; & erudite *Henriq. d. lib. 14. cap. 8. nu. 8. Sayr.* citatus, *cap. 9.* per totum, *Suar. disp. 51. sect. 2. num. 17.* apud quos Authores videri possunt, & ibi, qui morbi susceptionem ordinum impediunt, qui ministrationem in susceptis, diximus aliqua in *cap. Vsq; adeo, 5, nu. 1. 2. & 3. dist. 33.*

CAP. Priscis. I.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi assumi possunt ad beneficia parochialia secularia.*
2 *Non est opus, ut causa assumendi, sit necessitas, & defectus idonei ministri secularis.*
3 *Non possunt habere beneficium simplex.*
4 *Non pensionem.*
5 *Episcopus debet inquirere de moribus, & vita ordinandi.*
6 *Illiteratus non debet ordinari.*
7 *Non bigamus.*
8 *Non corpore vitiatus.*
9 *Non servus.*
10 *Non curiæ addictus.*
11 *Non obligatus ad ratiocinia.*
12 *Non publicè pœnitens.*
13 *Expectanda sunt interstitia ad ordinationem.*
14 *Religiosus assumptus ad beneficium parochiale; tenetur habere socium sui ordinis.*
15 *Religiosus episcopus non tenetur ad socium sui ordinis habendum.*

IN textu, ibi, Monasterialibus. 1
Colligunt Doctores ex hoc textu, posse religiosos assumi ad beneficia parochialia secularia, quæ habeant curam animarum; sequuntur in primis *Glossa* hîc, & in *cap. In parochia*, verbo, *cum*, 16. q. 1, & in *cap. 2.* verbo, *majorem, dist. 58.* & in *cap. Quod Dei timorem*, verbo, *regimen, de stat. monach.* ubi *Host. nu. 8. Ioann. Andr. nu. 14. Anton. num. 11. Anchar. num. 6. & 11. Abbas nu. 3.* idem *Abb. in cap. fin. nu. 4. de clerico ægrotante*, ubi *Cardinal. nu. 9. q. 10.* idem *Abb. in cap. Deus, in fine, de vita, & honestat. clericorum.* ubi *Ioann. Andr. Anton. Anchar. Imol. Henriq. Federicus cons. 129. nn. 13. & cons. 136.* per totum. *Archid. 16. quæst. 1. in summ.* ad fin. & in *cap. fin. num. 2. dist. 58.* ubi *Dominicus nu. 2.* idem *Dominic. in cap. Cum, de beneficio. num. 9. de prabend. in 6.* ubi *Anchar. in fine. Franc. num. 9.* idem *Franc. in cap. Beneficium, num. 1. de regul. iuris, in 6. Felin. in cap. In nostra, corollar. 49.*

corollar. 40. nu. ult. notabil. 10. de reſcriptis. Rochus de iure patronat. verbo, *honorificum, q. 4. num. 13. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. à nu. 13. Bertachin. tract. de epiſcop. lib. 2. quæſt. 39. nu. 72. Selva de benefic. 3. p. q. 11. nu. 13. & q. 70. nu. 6. & 7. Corraſ. de benefic. p. 3. cap. 5. num. 13. tom. 15. tract. p. 2. Gregor. Lopez l. 25. tit. 7. p. 1.* verbo, *Egleſias, Roſella ſumma,* verbo, *Monachus, nu. 4. Angelus eodem nu. 3. Tabiena nu. 4. q. 3. Armilla nu. 5. Sylveſt.* verbo, *Religio, 7. quæſt. 4. & 6. Covar. in cap. 2. de teſtament. nu. 3. Navarr. lib. 3. conſil. tit. de ſtatu monach. conſ. 12. num. 5. Gambara de authoritate Legati à latere, lib. 8. & ult. num. 21. Cucus lib. 3. inſtit. moral. tit. 1. nu. 154. Villalobos in ſuis communibus opinionibus, littera* M, verbo, *Monachus, nu. 165. Monald. conſ. 69. nu. 4. vol. 2.* verbo, *Regularis. Saa,* verbo, *Religio, nu. 32. Graff. deciſionibus aureis, p. 2. lib. 3. cap. 20. nu. 6. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 13. & tom. 2. lib. 13. cap. 2. q. 8. Leſius lib. 2. cap. 34. dub. 2. nu. 6.* ubi adducit verba *cap. Quod Dei timorem, 5. de ſtatu monach.* quæ ſunt huius ſententiæ præcipuum fundamentũ. *Sanch. tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 35.* Quod intellige de iure communi, ſecluſa omni Papæ diſpenſatione; vide limitationes, quas apponit, & probat *Sanch. à nu. 36. uſq; ad nu. 70.* Hæc omnia intellige de iure antiquo; de novo videbis *Sanch. nu. 71.* ubi negat regularem capacem alicuius beneficij curati, abq; Pontificia diſpenſatione. Authores contra ſentientes leges partim, apud *Garciam de benefic. p. 7. cap. 10. nu. 20.* quos ipſe ibi videtur ſequi, partim apud *Sanch. citat num. 34.* quos reijcit. Quando verò ſit beneficium ſæculare, quando regulare, videbis per eundem *Sanch. eodem tom. lib. & cap. à nu. 11.* ubi latiſſimè, & diſertiſſimè *Garciam de benefic. part. 1. cap. 6. nu. 11. & part. 7. cap. 10. num. 1.*

2 In textu, ibi, Vel cunctis, vel ſufficientibus. Licèt hic textus videatur inquirere neceſſitatem Eccleſiæ curatæ ſæcularis, cui idoneus ſæcularis miniſter non inveniatur, ut in ea perfici poſſit regularis: tamen hodie ſatis eſt utilitas ipſius Eccleſiæ; licèt ſint miniſtri alij ſæculares; ita habetur in *cap. Pro utilitate, 16. q. 1.* ſequitur *Gloſſa in cap. Quod Dei timorem,* verbo, *regimeo, de ſtatu monach. Roch. de iure patronat.* verbo, *honorificum, q. 4. nu. 13. Roſella in ſumma,* verbo, *Monachus, nu. 4. Sylveſt.* verbo, *religio, 7. q. 3. Bonifac. in Clement. 1. de elect. nu. 45. & 65. Gregor. Lopez* ubi ſupra. *Emman. Rodrig. queſtion. regular. tom. 1. q. 34. art. 5. Covar. in cap. 2. nu. 3. de teſtam. Leſius* citat. *nu. ſuperiori. Sanch. num. 39.* ubi hanc ſententiam limitat *Hoſt. Abb. Lambert.* quos ibi citat. Adde non oportere hanc Eccleſiæ utilitatem oriri ex officio prædicationis, quam ipſe regularis aſſumptus debeat exercere, ut videtur ſignificare *cap. Quod Dei timorem, de ſtatu monach.* quia ut bene explicat *Roch. de iure patronat.* verbo, *honorificum, q. 4. nu. 13. Sanch.* citatus, *nu. 40.* ubi Prædicatio ſummitur latè pro officio inſtituendi parochianos, & docendi eos, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria.

Non tamen exiſtimes ita poſſe religioſum aſſumi ad beneficium ſimplex, ut poteſt ad curatum; quia nullius beneficij ſimplicis ſæcularis religioſus capax eſt; probatur in *cap. In nova actione, 16. q. 7.* & in *cap. Cum, de beneficio de prabend. in 6.* ita *Gloſſa in cap. Quorundam.* verſ. *Syracuſana, diſt. 74.* ita ex *Cardinal. Archid. Federic. Dominico, Hoſt. Abbat. Anchar. Bald. Ioann. Andr. Henriq. Franco, Præpoſit. Felin. Selva, Imol. Gambara Corraſio, Roch. Angel. Sylv. Roſella, Tabiena. Rebuf. Navarr. Gregor. Lopez, Covarr. Villalobos, Flaminus, Cuco, Sà, Azorio, Emman. Rodrig. Monald.* probat optimè *Sanch. d. lib. 7. cap. 29. nu. 75.* ibi. Vide, & *num.* ſeq. ubi negat poſſe in hoc epiſcopum diſpenſare. 3

Vt beneficij ſimplicis incapax eſt regularis, ita etiam penſionis, quæ ſolui debeat ex fructibus beneficij, vel ſimplicis, vel curati; tùm quia hæ penſiones, quibus beneficia onerantur, ſolum concedi poſſunt à Summo Pontifice, ut teſtantur *Sotus lib. 9. de iuſtitia, q. 7. art. 2. concluſ. 2. Tolet. lib. 5. ſumma, cap. 83. nu. 12. Aragon. 2. 2. q. 10. art. 4. col. 2. concluſ 3. Ludovic. Lopez 1. p. inſtit. cap. 303. col. 3. Emman. Rodrig. tom 2. ſumma, cap. 65. num. 6. Azor. tom. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1. Sanch. d. cap. 29. nu. 94.* tùm quia incapax beneficij ſimplicis, eſt etiam incapax penſionis, ut optimè probat *Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. num. 38.* cum multis, quibus adde *Zerolam in praxi epiſcopali, p. 1.* verbo, *beneficium,* vide eundem *Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 29. nu. 94.* cum quo hanc doctrinam, etiam extende ad penſionem ſuper beneficium regulare. 4

In textu, ibi, Eius vita requiratur. De quærendis ordinandorum moribus, & vita ante acta, adi *Henriq. lib. 10. de Sacrament. ordin. cap. 17. nu. 2.* ubi de ſcrutinio faciendo ab epiſcopo, de quo etiam latè *Graffijs 2. p. deciſion. aur. lib. 2. cap. 11. Vivald. in Candelabro de Sacrament. ordin. tit. de ætate, nu. 39.* vide *Trident. ſeſſ. 23. cap. 5.* de teſtimonio requiſitò à parocho, & magiſtro ſcholæ, in qua educatur neceſſario ordinandus in minoribus. 5

Ibi, Illiteratus. De ſcientia requiſita ad ſingulos ordines ſancitum eſt à *Trident. ſeſſ. 23. cap. 11.* ibi. *Minores ordines his, qui ſaltem linguam latinam intelligant;* de ſubdiaconis, & diaconis *cap 13.* ibi. *Litteris, & ijs, quæ ad ordinem exercendum, pertinent;* de ſacerdotibus *cap. 14.* ibi. *Ad docendum ea, quæ ſciri omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac miniſtri ādē Sacra-* 6

Sacramenta (diligentius examine præcedente) comprobamus, vide ſcribentes ad *cap. Cum Eccleſia, de election. denoton. in cap. Cum in cunctis, eodem tit. Navarr. in cap. Si quando, de reſcript. excep.* 11. *Vivald. in Candelabro, tit. de irregularitate ex defectu animæ, §. 5. nu. 93. Salzed. ad practic. Bernard. Diaz. cap. 21. verbo, ordinari. Henriq. de irregularit. cap. 8. §. ult. Graſſ. tit. 2. deciſion. lib. 1. cap. 11. num. 25. Emman. Rodrig. tom. 1. ſumma, cap. 162. nu. 1. Albertum de vero, & perfecto clerico, lib. 2. cap. 33.* & ſeqq. referam plures infra ad *cap. Pœnitentes, hac diſt.* dixi ad *cap. Illitteratos, diſt. 36.* vide *Garciam de benefic. 7. p. cap. 7. nu. 1. & 2.*

7 In textu, Non bigamus. Intellige de bigamia vera, quando quis duas uxores, etiam virgines, ſucceſſivè duxit, & cum utraq; conſummavit matrimonium, de quo *Vivald. in Candelabr. tit. de irregularitate, de prima ſpecie bigamiæ, n. 3. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 195. Flaminius de reſignatione benefic. lib. 5. q. 3. nu. 188. Cevall. commun. q. 558. Auſer. ad Capellam Tholoſ. q. 64. nu. 2. Suar. de cenſur. diſp. 49. ſect. 1. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 83. nu. 2.* Item de bigamia interpretativa cum duxit ab alio cognitam, & ipſe eam pariter cognovit, ſive cognita prius fuerit ab alio, ſoluta, ſive uxorata, de qua *Vivald. citat. nu. 4. Cevall.* ſupra. *Suar. ſect. 7. Tolet. lib. 1. cap. 61. verſ. Secunda eſt. Graſſ. tom. 1. deciſ. aur. cap. 27 nu. 38. Armilla*, verbo, *bigamia, nu. 2. Sanch.* ſupra *diſp. 84.* Secundo, cum duxit ab alio cognitam, licèt ipſe ignoraverit eius corruptionē, ita *Anchar. Ioann. Andr. nu. 3. Dominic. nu. 6. Franch. nu. 6. in cap. Vnico, de clericis coniugat. in 6. Guido deciſ. 138. Anfrer ad Capellam Tholoſan. q. 256. nu. 2. Purpurat. lib. 2. conſ. 408. nu. 2. Navarr. ſupra, cap. 27. nu. 195. Syl.* verbo, *bigamia, num. 4. Armilla nu. 2. Sanch. ſupra, diſp. 84. nu. 3.* vide poſita ad *cap. Si quis, 1. nu. 1. diſt. 33.* Tertio, cum cognovit uxorem ſuam ſibi adulteram, cum ſcientia ipſius adulterij, ut dixi ad *cap. Si cuius. 11. nu. 3. diſt. 34.* Item de bigamia ſimilitudinaria, quam quis contraxit inito matrimonio poſt ordinem ſacrum, vel profeſſionem ſolemnem validam, de qua vide poſita ad *cap. Quotquot. 27. q. 1.* interim lege *Bart. & Bald. in l. Nemo clericis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Suar. ſupra, ſect. 4. Sanchez diſp. 85.* Dixi de bigamia ad *cap. Si quis viduam, & cap. Vidua, diſt. 34.*

8 In textu, ibi, Vel corpore vitiatus. Dicam tota hac diſtinctione. Dixi iam pauca ad *cap. Maritum, 2. diſtinctione 33. num. 6.*

9 In textu, Vel ſervilis. Dixi *diſtinctione 54.* per totam.

In textu, Non Curiæ addictus. 10
Dixi tota *diſtinctione 51.*

In textu, ibi, Publicarum rerum nexibus. 11
Sunt hi obligati ad publica ratiocinia, de quibus ſatis.

In textu, ibi, Publice pœnitentes. 12
Redi ad *cap. Maritum, 2. nu. 9. & 10, diſtinct. 33.*

In textu, ibi, Diſcuſſus. 13
Intellige de ijs, qui interſtitia non expectarunt, de quibus *Trident. ſeſſ. 23. cap. 11. Henriq. lib. 10. de Sacrament. ordin. cap. 12. nu. 3.* Quibus modis quis interſtitia non ſervet, videbis per *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 40.* & tribus ſequentibus.

In Gloſſa, verbo, Monaſterialibus, ibi, Secum habere ſocium ſui ordinis. 14
Gloſſa tenet religioſum aſſumptum ad beneficium parochiale curatum, teneri habere ſecum ſocium ſui ordinis, quam opinionem ſine ulla diſtinctione, ſive Eccleſia utrunq; poſſit alere ſive non, ſive cōmodè dari poſſit ſocius, ſive non, decidere videtur *cap. 2. de ſtatu monach.* & *cap. Quod Dei timorem, eodem tit.* ubi *Abb. nu. 9.* ſequitur *Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 6. cap. 6. num. 36.* Contrarium ſentiunt *Gloſſa in Clement. 1. §. Ad hæc*, verbo, *clauſtrum, de ſtatu monach.* & ibi *Cardin. nu. 1. oppoſit. 4. Anchar. num. 32. q. 27.* idem *Cardin. in cap. Quod Dei timorem*, citat. *nu. 6. q. 4.* & ibi *Anchar. nu. 9. Ioann. Andr. nu. 17.* expreſſius in *cap. fin. nu. 1. & 2. de capell. monach.* ubi *Anton. nu. 4. Gregor. Lop. l. 24. tit. 7. p. 1.* verbo, *No le dever*, ubi omnes aiunt non eſſe neceſſarium in Eccleſijs non ſubditis ſuperioribus regularibus præficiendos, habere ſocium. Prima opinio verior eſt, ſecunda etiam poteſt tutò defendi.

Addiderim religioſum factum epiſcopum, 15
non obligari ad tenendum ſecum ſocium ſui ordinis, niſi ex quadam decentia, & honeſtate, lege *Caiet. 2.2. q. 185. art 8. dub. 1. Tabien.* verbo, *Epiſcopus, q. 6. à nu. 8. Azor inſt. moral. lib. 12. tom. 1. cap. 7. q 4. Sanch. tom. 2. Decalog lib. 6. cap. 6. nu. 21.*

CAP. Nullus pœniteat. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinans publicè pœnitētem, & biga-*

& bigamum per annum, ſuſpenditur à celebratione miſſarum.

2 *Tempus non currit ignoranti.*

1 IN textu, ibi, Anno integro. Meminit huius ſuſpenſionis per annum à celebratione, *Angelica*, verbo, *ſuſpenſio*, 1. *nu.* 3. *Tabiena nu.* 7. verſ. *Sexto, caſu* 2. *ſumm. Aſtenſ. p.* 2. *lib.* 7. *tit.* 16. *art.* 7. *caſu* 40. *Sylveſt.* verbo, *ſuſpenſio, nu.* 6. *Vivald. in Candelabr. tit. de ſuſpenſione, nu.* 54. & ſeq. *Henriq. lib.* 13. *de excommunicatione, & ſuſpenſione, cap.* 38. *nu.* 3. *caſu* 3. ubi in *Comment. littera I.* refert etiam *Covar. in Clement. Si furioſus, p.* 1. in principio. *nu.* 10. *Soteal.* verbo, *clero adſcript. §.* 2. *&* 3. *Suar. de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 5. *nu.* 6. ubi videtur ſentire hanc ſuſpenſionem non eſſe ipſo iure, ſed ferendam, de hac etiam *Sayr. in Theſauro, lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 20.

2 In textu, ibi, Potuerit hoc approbari. Ergo tempus unius anni, aut aliud brevius, nunquam currit ignoranti, ut voluit *Gloſſa*, verbo, *anno*, in præſenti *Bald. in cap.* 1. verbo, *ex quo ſciverit; qualiter olim feud. alien. poteſt. Iaſon. conſ.* 64. *in cauſa caducitatis, col.* 3. verſ. *Secundo requiritur.* refert alios *Tiraq. de retract. Lignag. §.* 35. *Gloſſa* 4. *num.* 22. qui noſtri textus meminit. Similiter tempus datum ad appellandum nunquam currit ignoranti, ſed ſolùm incipit currere in ipſo die, quo habetur notitia latæ ſententiæ. Latiſſimè rem probat *Menoch. conſ.* 120. *num.* 4. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1200. *num.* 6. *Burg. de pace, conſ.* 12. *num.* 13. *Surd. deciſ.* 265. *num.* 19. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 161. *nu* 4. *Alex. Trentaſinq. reſol.* 4. *nu.* 3. *& reſol.* 6. *nu.* 3. *de ſentent. & re ind. Caldas Pet. de renovat. emphyt. cap.* 13. *nu.* 8. *Sigiſmund. Scacc. de appellat. q.* 12. *nu.* 7. verſ. *Primo. Ignatius del Villar in ſylva reſponſionum, lib.* 1. *reſp.* 15. *q.* 4. *nu.* 14.

CAP. Pœnitens. III.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentes, & illitterati non poſſunt ordinari.*

2 *Non poteſt quis venire contra factum ſuum.*

1 IN textu. Collige ex illo, publicè pœnitentes, & illitteratos non poſſe ad ordines promoveri, de quo vide poſita ad *cap. Maritum*, 3. *num.* 9. *&* 10. ſupra *diſt.* 33. & ad *cap.* 1. *nu.* 6. ſupra, *hac eadem diſt.*

In Gloſſa 1. Diſputat *Gloſſa*, quando aliquis poteſt venire cõtra factum proprium, *Gloſſa ſimilis*, verbo, *reſtituas, in cap. Veniens, de filijs presbyterorum, Gloſſa*, verbo, *non perte, in cap. Diverſis, de clericis non coniugatis, Gloſſa*, verbo, *poſſe, in cap. Cum ſuper, de conceſſione prabendæ. Gloſſa* 1. *per textum*, ibi, in *l. Poſt mortem, ff. de adoptionibus. Bart. in l. Si non ſortem. §. Si centum, nu.* 12. *ff. de conditione indebiti.* 2

CAP. Si quis abſciderit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Authores agentes de mutilatione ſui ipſius.*

2 *Nulli licet ſe caſtrare.*

3 *Clericus, qui ſe mutilat incurrit excõmunicationem cap. Si quis ſuadẽte.*

4 *Reprehenditur Origenes, quòd ſe caſtraverit.*

5 *Sanctus Marcus, qui ſibi pollicem abſcidit, non fuit Marcus Evangeliſta.*

1 IN textu. Collige ex textu, cõmuniter eſſe peccatũ mortale, ſe ipſũ mutilare, & ſe mutilantem eſſe irregularem. De mutilatione ſui agunt *Canoniſta, tota hac diſt.* 55. *Theologi* cum *S. Thom.* 2. 2. *q.* 65. *art.* 1. ubi *Aragon. & Salon. ſummiſta*, verbo, *homicidium*, ibi *Sylv. q.* 2. *Navarr. in Manual. cap.* 15. *nu.* 11. *Ludovic. Lopez p.* 1. *inſtruct. conſcientia, cap.* 64. *Petrus Navarra de reſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. *Benedictus in ſumma de peccatis, lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 7. *Sayr. in clavi, lib.* 7. *cap.* 9. *à nu.* 34. *Tolet. in ſumm. lib.* 5. *cap.* 5. *à nu.* 3. *Saa in aphoriſmis*, verbo, *homicidium*, ad fin. *Leſius lib.* 2. *de iuſt. cap.* 9. *dub.* 14. *in tertia editione. Salzedo in practic. cap.* 17. *num.* 8. *Petrus Gregor. Syntagm. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 14. & ſequentibus. *Molina de iuſtitia, tract.* 3. *diſp.* 8. *nu.* 2. ad fin.

In textu, ibi, Abſciderit. Ratio eſt quia nullus eſt membrorum ſuorum dominus, nec illa poteſt abſcindere, ex impatientia, ira, aut aliqua paſſione, ſine peccato mortali. Ita Doctores, quos diximus agere de mutilatione ſui ipſius, locis ibi allegatis *nu.* 1. 2

In textu, ibi, Omnino damnetur. Quia is clericus duplici titulo ab ordinibus arcetur, & quia ſe ipſum mutilavit, & quia contraxit excommunicationem *cap. Si quis ſuadente.* De hoc ultimo *Tolet. in ſumma, lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 3. & allegat pro ſe *Ioann. Andr.* 3

Panor.

Panormit. Felin in cap. Cum contingat, 1. de sentent. excommunicationis. Adde Navarr. in Manual. cap. 15. num. 11. & cap. 27. num. 76. Philiarch. lib. 3. de offic. sacerdotis, cap. 33. Angles in floribus, nu4. de excōmunicat. art 5. diffinitione 3. conclus. 7. Iul. Clar. in practic. crimin. §. ult. q. 77. nu. 3. Menoch. de arbitrar. casu 287. num. 37. Graff. lib. 2. aur. decision. cap. 48 nu. 20. Sayr. in Thesauro, lib. 3. cap. 16. n. 20. ubi in fin. eiusdem nu. 20. affert contra se Tolet. lib. 5. cap. 8. sed hunc locum invenire non potui in meo, qui editus est Lugduni per Horatium Cardon, anno 1604. unde standum est pro loco à me allegato, lib. 5. cap. 5. num 3. ubi mecum sentit, vide limitationem additam à Navarr. cap 15. nu. 11. Ludovic. Lopez. in instruct. 1. p. cap. 64 Emman. Rodrig. in summa, tom. 1. cap. 80. vers. La decima tertia conclusion.

4 In Glossa, verbo, Clericus. Refert Origenem se eunuchum fecisse, ut liberius fœminis intra domos Evangelium prædicaret, sine periculo incontinentiæ, atq; hoc minimè obstāte sacerdotem creatum esse Cæsareæ, de quo facto Eusebius in historia ecclesiastica, lib. 6. cap. 6. Verum scito Origenem passim à Doctoribus peccati mortalis argui, propter hanc sui evirationem. Adi Baron. tom. 2. ad annum 208. Lessium lib. 2. cap. 9. dub. 14. nu. 98. in fin Sayr. in clari, lib. 7. cap. 9. num. 24. ad medium.

5 In eadem Glossa, ibi, Item Marcus. Refert Glossa S. Marcum, sibi ex humilitate pollicem præcidisse, ne fieret sacerdos; sed oportet advertere, non esse hunc Marcum illum, qui Evangelium scripsit, ut optimè probat Baronius lib. 2. ad annum 45. sed alium quendam Marcum Anachoretam, qui nisi id fecerit ex divina inspiratione, aut probabili ignorantia excusetur, proculdubio laudandus in eo non est. Vide Lessium lib. 2. de iustitia, cap. 9. dub. 14. nu. 99. ad medium, edit. 3. Redi ad cap. Maritum, 3. nu. 9. distinct. 33. & ibi dicta de Marco, intellige non de Evangelista, sed de Anachoreta.

CAP. Hi, qui se carnali. V.

SVMMARIVM.

1 *Ob animæ salutem non licet se castrare.*
2 *Eunuchi sunt ad libidinem promptiores.*
3 *Non possunt contrahere matrimonium.*

1 IN textu, ibi, Hi, qui se. Colligе ex textu, nec ad iuvandam animam, aut superandas carnales tentationes, licitum esse virilia abscindere, patet ex Canone 22. Apostolorum, & cap 21. Concilij Nicæni, ubi expressè deciditur. Rationem leges apud S. Thom 2.2. q. 65. art. 1. ad tertium, ita Soto, Aragon. Salon. à me relati in cap. Si quis abscideris, nu. 1. Sayr. & Lessius supra. Adde posita ad cap. Si quis pro agritudine, 9. nu. 2. infra, hac dist.

2 Ibi, Repugnare nescientes. Verè enim carni repugnare nescit, qui non ad ieiunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam confessionis, & augustissimę Eucharistiæ, sed ad amputanda virilia confugit, cum certum sit eunuchos libidine magis incendi, ut bene probant S. Basilius lib. de virginit. circa fin. Chrisost. hom. 63. in Matthæum, August. lib. 6. contra Iulianum, cap. 5. & de virginit. cap. 23. & 24. vide Gregor. Tholosan. in syntagm. iuris, p. 2. lib. 7. cap. 2. Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 7. num. 12. item expositores ad illud Matthæi 19. nu. 12. Sunt eunuchi, &c.

3 Licet libido in eunuchis effrænis sit, & indomita, tamen matrimonium inire non possunt, ex defectu veri seminis, quo eos natura distituit, ut ex doctrina Galeni probat Anton. Musa in Aphorismis Hyppocratis, & Galeni aphorismo 28. & Nicolaus Florentia de membris naturalibus, sermone 6. tract. 3. ad finem. Deciditur eunuchos inhabiles esse ad matrimonium à Sixto V. in quodam motu proprio edito anno 1587. quem totidem verbis referunt Petrus Ledesma de matrimonio, q. 58. art. 1. dub. 3. Gutierr. quæstion. Canon. in 2. edit. lib. 1. cap. 16. nu. ult. Vide Sanch. lib. 7. de matrimonio, disp. 92. à nu. 14. usq; ad 18. Stephan. Quaranta in summa bullarij, verbo, matrimonij impedimenta, in fine. Franc. Marc. Delphin. decis. 677. nu. 6. fr. Emman. Rodr. in summ. tom. 1. cap. 235. conclus. 2. num. 2. Vivald. in Candelabro, p. 1. tit. de matrim. nu. 237. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. in fine. Quam tamen doctrinam sic limita, ut si eunuchus altero tantum testiculo orbatus sit, matrimonium possit contrahere, potest enim emittere aptum semen generationi. Petrus Gregor. syntagm. iuris, lib. 7. cap. 2. nu. 18. Sanch. lib. 7. disput. 92. num. 14.

CAP. Qui partem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ad irregularitatem opus sit, ut quis sibi integrum membrum abscindat?*
2 *An sufficiat partem digiti abscindere?*
3 *Quomodo hæc irregularitas incurratur?*
4 *An percutiens debeat dare operam rei illicitæ?*

Irre-

5 *Irregularitas ex mutilatione non incurritur niſi cum mortali.*
6 *Ab ea excuſat quacunque ignorantia.*
7 *Culpa non requirit notorietatem.*
8 *Eccleſia qua ratione puniat voluntatis & nu. 9. uſq; ad 16.*
17 *Qui defectus in manibus faciat irregularem?*
18 *Qui retundit monetam excedentem iuſtum pondus, an committat crimen falſi?*

1 IN textu, ibi, Qui partem. Nota non eſſe opus, ut quis ſibi membrũ integrum abſcindat, aut partem aliquam celebrationi neceſſariam, ut verè ſit irregularis; ſed ſufficit talem ſibi mutilationem infligere, in qua peccet mortaliter, quanvis talis mutilatio caſu, aut ab alio ſine patientis conſenſu, aut iuſſu inflicta irregularitatem non induceret, notat *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 2. nu. 6.* & hunc textum non eſſe Innocentij, ſed Anaſtaſij, contendit *Illeſc. in hiſtor. Pontif. lib. 2. cap. 8. fol. 69. col. 4.*

2 In textu, ibi, Sibi metipſi. Recte ſibi, nam ſi alij partem digiti, imò totum digitum præſciderit, non eſſet irregularis, quia digitus membrum non eſt, ſic *Gloſſa in cap. 3. in principio, de homicidio, lib. 6. Cardinal. in Clementina, eodem tit. Panormitan. in cap. De diacono, nu. 10. qui clerici, vel vovent.* & in *cap. Cum illorum, nu. 8. de ſententia excõmunicat.* Vnde colligunt multi non eſſe reos ſtatuti, vel legis punientis illos, qui membrum alterius amputarent, amputãtes digitum, ita *Bald. in l. Servis, ff. de ſervis fugitivis, & in l. Reos, C. de accuſat. col. 2. & in l. Data opera, in 2. corollar. C. qui accuſare non poſſunt.* Colligitur ex *l. Idem Oſilius, ff. de edilitio edicto*, ubi dicitur, quòd habens amputatum unum digitum, non habet amputatum membrum, ſed manum & circa textum vide *Navarr. conſ. 2. de corpore vitiat.* & *conſ. 12. ad fin. de homicid. edit. 2.*

3 Ex hac doctrina, & alia ſimili colligit *Avila p. 7. de cenſur. diſp. 13. dub. 1. §. Ex dictis*, corollariũ unum, quod ipſe appellat valde notandum; nimirum poſſe te facere Petrum, V. g. irregularem, quin ipſe fias irregularis; ut ſi ei abſcindas pollicem dextræ, vel ſiniſtræ manus, quo deficiente, erit irregularis, quin tu irregularitatem incurras, quia membrum non præciditur, nam ut dixi, digitus non eſt membrum. Contra verò evenire poſſe, ut tu ſis irregularis præſcindendo alij membrum, cuius defectu non ſit irregularis, ut ſi abſcindas membrum genitale ſine culpa patientis, eris ipſe irregularis, non ille, quia membrum eſt occultũ, nec generat deformitatem; quæ doctrina neceſſaria eſt, & habet patronum *Covar. Clement. Si furioſus, p. 3. §. 8. corol. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 207. Henriq. lib. 14. cap. 8. nu. 3. & 4.* ubi in *Comment. littera F. Sayr. lib. 6. Theſaur. cap. 15. num. 70.*

In textu, Operi ruſtico. 4 Colligunt ex hoc textu multi, oportere pœnitentem ſe caſu, dare operam revelare, ut evadat irregularitatem mutilãtis ſe ipſum, quòd ſi rei illicitæ incumbebat, tunc dicunt irregularem eſſe, nec in ſuſceptis miniſtrare poſſe, ſine diſpenſatione, quã miſericorditer epiſcopus concedit. Authores ſequitur, & refert late *Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 7. nu. 14.* ad medium. Ego diſtinguerem, etſi res illicita eſſet illi prohibita ſpecialiter, ut eſt venatio clamioroſa, & chyrurgia per inciſionem, & aduſtionem, ut ſi ipſe venando ſibi, vel membrum occultum, vel partem membri amputaret, vel utendo igne, aut adustione eadem pateretur; ita diſtinguit *Suar. d. diſp. 51. ſect. 2. nu. 8.*

In textu, ibi, Volens abſcidit. 5 Non quacunq; voluntate, & abſciſione, ſed ea voluntate, & abſciſione, quæ cùm mortali ſit, ideſt, tali abſciſione externa, quæ ad mortalem culpam pervenerit, quia cum hac irregularitas contrahatur propter delictũ, neceſſe eſt ut delictũ ſit mortale, alioquin imparitas magna eſſet gravem pœnam pro levi delicto imponere, quod ad omnes alias cenſuras extendunt Doctores, ſed de irregularitate ex delicto, loquuntur ſpecialiter *Soto lib. 5. de inſt. q. 1. art. 9.* verſ. *Id autem, Navarr. ſuper cap. fin. 14. quæſt. 6. nu. 21.* & in *ſumma latina manuſcripta cap. 27. nu. 251.* verſ. *Octavo. Petrus Navarr. lib. 2. de reſtitut. cap. 1. in nova edit. dub. 6. nu. 61.* verſ. *Colligo ſecundo. Emman. Rodrig. 2. tom. ſumm. edit. 2. cap. 67. nu. 1. in fine. Bartholom. Ledeſm. dub. 5. de excõmunicatione, concluſ. 3. columna. 994. Baſſet 2. 2. q. 64. art. 8. tract. de irregularitate, p. 2. dub. 2. §. Dicimus ultimò. fol. 371. Salon eodem art. 8. ante q. controverſ. col. 1252. Ludovic. Lopez. 2. p. inſtruct. cap. 13. de excommunicat.* ad fin. *in ſolutione ad tertium. Sua in ſumm. verbo, irregularitas. cap. 1.* verſ. *Ad irregularitatem ex delicto. Henriq. lib. 13. de excõmunicat. cap. 24. nu. 16. in Comment. littera G.* & *lib. 14. de irregularitate, cap. 3. num. 1.* Licet contrarium cenſuerint in ipſa irregularitate ex delicto, dicentes ſufficere ad eandem incurrendam culpam venialem. *Caietan. 2. 2. q. 64. art. 8. columna. 3.* verſ. *Et confirmatur*, & in *ſumma*, verbo, *irregularitas*, verſ. *Scito*, & verbo, *interdictum*, in principio. *Caſtro. lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. documento 4.* in fine. *Cordob. in ſuo quæſtion. lib. 2. quæſt. 26.* verſ. *Neque mirandum. Aragon. 2. 2. q. 64. art. 8. fol. 194. col. 2.* verſ. *Dico quarto.* Sed animo probabiliter

omnes, cum nulla ſententia ſit communis, & inquaxi tenenda, ut bene probat *Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 33. nu. 29.* Redi ad *cap. Maritũ, 3. diſt. 33. nu. 6.*

6 Non tamen hinc colligas, ſtatim incurri irregularitatem ex patratione delicti, cui annexa eſt in Canone talis irregularitas, quia ſi cõmittens delictum procedat ex ignorantiâ talis irregularitatis, ſi ea non ſit craſſa, & ſupina, proculdubio irregularitatẽ non incurret. Quæ tamen ſit ea ignorantia, quæ dicatur craſſa, & ſupina, videbis per *Sanch. tom. 1. Decaleg. lib. 1. cap. 16. nu. 6.* ubi ignorãtiam vincibilem primò dividit in affectatam, & non affectatam, affectatam illam appellat, quaquis data opera affectat ignorare, ne ab actu, quem exequi cupit, retrahatur; non affectatam illam dicit, quando quis non eligit ignorare, at culpabiliter ignorat. Rurſus *nu. 7.* hanc non affectatam negligentiam (quæ ſemper eſt mortalis) ſubdividit in mortaliter culpabilem, quæ non eſt craſſa, & ſupina, & in craſſam, & ſupinam; craſſam, & ſupinam illam nominat, quando quis aut nullam, aut valde modicam ad ſciendum diligentiam adhibuit, vide illum, & ex hac notitia ignorantiæ vincibilis mortaliter in non craſſam, nec ſupinam, & in craſſam, & ſupinam intelliges optimè, quæ diſputat *lib. 9. de matrim. diſp. 32. à nu. 32. uſq; ad 34.* ubi concludit ignorantiam irregularitatis, & cenſuratum, in qua intervenit mortale, ideſt, quia non tantam diligentiam adhibui, quanta opus eſſet ad excuſandũ mortale, non ſufficere ad incurrendam cenſuram, niſi ea culpa mortalis procedat ex ignorantia craſſa, & ſupina, ideſt, cum vel nullam, vel adeò tenuem diligentiam appoſuimus, quæ p nulla reputari poſſit, non tamen ex dolo, ideſt, *à ſabiendas*. Porro de ignorantia vide quæ diximus ad *cap. penult. nu. 2.* ſupra, *diſt. 37.* & ad principium *diſt. 38. nu. 7.*

7 Quid ſi talis mutilatio non integri membri ſit occulta, nec de culpa mutilantis ſe, conſtet notoriè tam facti, vel ex confeſſione rei, erit nè ille irregularis? Non putat *Hoſtienſ. Cardinal. Butrius. & Abb. in cap. final. de corpore vitiati. Covar. in Clem. Si furioſus, 1. p. à n. 5. Plaza de delict. cap. 24. nu. 13. Syl.* verbo, *corpore vitiatus, q. 4. Navar. in Man. cap. 27. nu. 198. Vgolin. de irregularit. cap. 51. nu. 7. & cap. 52. nu. 5. Graff. in deciſion. aur. lib. 4. cap. 27. nu. 41. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. nu. 4. & cap. 19. nu. 4. Avila de cenſur. p. 7. diſp. 3. dub. 1. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 19. punct. 3. Ludovic. Lop. in inſtruct. tom. 2. p. 2. cap. 23.* & eſt valde probabilis ſententia. Sed probabilior non requiri notorietatem culpæ, nec rei confeſſionem, quia textus fundatur in puniendâ voluntate, quæ in mutilationem prodijt, licèt ipſa mutilatio, & voluntas ſit occulta per accidens; ita *Villadiego de irregularit. cap. 22. de corpore vitiato, Garcia de beneficˢ. p. 7. cap. 12. num. 5. Molin. de iuſt. tract. 3. diſp. 67. nu. 8. & diſp. 70. nu. 16.* & ſeqq. Videntur habere *Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 7. nu. 12.* ad medium, ubi ait mutilantes ſe, fieri irregulares, præſertim, ſi notoria ſit abſciſio. *Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 2. nu. 6.* ubi tantum ad incurrendam hanc irregularitatem, requirit culpam mortalem, probat, & ſequitur hanc partem latiſſimè *Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 63. nu. 8.* Allegant omnes *Gloſſam in cap. fin. de corp. vitiat.* ſed illa cũ priori ſententia aperte conſentit.

In textu, ibi, In illis voluntas eſt vindicanda. 8

Ergo Eccleſia punire poteſt actus internos? 9

Sic exiſtimarũt multi nulla adhibita diſtinctione, inter quos *Gloſſa, Clement. 1. §. Verum,* verbo, *ex ipſo, de hæreticis,* ubi *Cardinal. nu. 8. q. 7. Gloſ. 24. q. 2. in ſumm.* verbo, *qui verò. Goffred. ſumm. tit. de hæret. nu. 2. Abb. in proœmio Decreti.* verbo, *Rex pacificus, nu. 6.* & in *cap. Extirpand. in repetit. §. Cæterùm, nu. 21. de præbend.* & in *cap. fin. nu. 1.* in fin. *de hæret.* & in *cap. 2. nu. 13. de officio Ordinarij. Felin.* eidem *cap. fin.* in princip. & in *cap. Postò,* in princip. *de ſentent. excõmunicat. Repertorium Inquiſitorum,* verbo, *pœna, Gloſſa in cap. Cogitationes,* verbo, *puniuntur, de pœnit. diſt. 1. Stephan.* & *Paulus.* quos refert, & ſequitur *Imol. Clement. 1. nu. 18. de hæret. Bald. l. Si quis non dicam, 5. nu. 1. C. de epiſcop. & cleric. Ananias in cap. Si quis epiſcop. nu. 3. de hæret. Hyppolitus in l. Qui falſum, nu. 13. ff. de falſis. Roſella in ſumma,* verbo, *abſolutio, 1. num. 29.* & verbo, *excommunicatio, caſu 1. num. 1.* & verbo, *hæreticus, num. 14. Adrianus in 4. quæſt. 2. de confeſſione,* quæ incipit. *Reſtat nunc inquirere, §. Alij probant,* & *Quodlibeto 8. quæſt. 1. littera G. Albertinus de agnoſcendis aſſertionibus, quæſt. 33. num. 27. & 32. Giraldus Carter. Bonifac. Rota,* quos refert, & ſequitur *Cevall. in ſuis communibus, tom. 2. quæſt. 698. à nu. 9. Decian. in ſua pract. part. 1. lib. 5. cap. 41. num. 2. Rojas de hæret. part. 1. à num. 246. uſq; 270. Vela de pœnis delictorum, cap. 14. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſu 360. num. 6. & 7.* ubi omnes aiunt, hæreticum purè mentalem incurrere excommunicationem. Cæterum quia illa quæſtio graviſſima eſt, & de ea apud noſtros Canoniſtas ſatis non liquet, placet pro eius deciſione ſequentes ſtatuere concluſiones. Vide etiam poſita ad *cap. Verentibus, num. 3.* & ſequentibus, ſupra, *diſt. 27.* & ad *cap. Si quis eorum, nu. 2.* & ſeqq. *diſt. 30.*

Prima concluſio. Eccleſia de facto nihil poteſt in actus merè internos, ſive ut illos imperet, ſive ut prohibeat, & puniat, eſt contra omnes allegatos ſuperiori numero. Verum illam ſequuntur Doctores, qui videri poſſunt apud *Henriq. lib. 6. de pœnitentia, cap. 14. num. 6. Valent. 2. 2. diſput. 1. quæſt. 11. puncto 3. Vaſq. 1. 2. quæſt. 69. art. 4. diſp. 160. cap. 5. num. 22. Suar. de* 9

cenſur.

cenſur. diſput. 21. *ſect.* 2. *num.* 2. & *de legibus lib.* 4. *cap.* 12. *à nu.* 4. latiſſimè omnium *Sanch. tom.* 1. *Decalog. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 2. videri etiam poſſunt multi apud *Sayr. in Theſaur. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 14. & *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 21. Sumitur clarè ex *cap. Sicut tuis*, & *cap. Tua nos, de ſimonia*, & *cap. Erubeſcant. diſt.* 32. Summa omnium rationum eſt, quia ex nullo Scripturæ loco, aut Canone Pontificum, tàm acriter alioquin defendentium iuriſdictionem ſuam, hanc à Chriſto Domino datam eſſe Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionem, conſtare adhuc potuit, nec illam dare beneficæ, & ſuavi eius gubernationi expediebat. Ex hac concluſione infert *Sanch. num.* 3. cum *Sot. Emmanuel Rodrig. Caietan. Suar. Gutierr. Simanch. Cevar. Aragonio*, quos *num.* 2. allegarat. Hæreticum purè mentalem non incurrere excõmunicationem impoſitam hæreticis, & à quovis ſacerdote abſolvi poſſe, habente aliàs iuriſdictionem in peccata mortalia.

10 Secunda concluſio. Eccleſia poteſt reſervare peccata mere interna, & ſolo corde retenta. Eſt *Caietan. 2.2. quæſt.* 11. *art.* 4. in fine. *Aragon. eadem, quæſt.* 11. *art.* 3. *col.* 8. *Vgolin. de cenſur. Pontifici reſervatis*, 2. *part. cap.* 1. §. 1. *nu.* 11. *Suar. de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *nu.* 2. *Sanch. tom.* 1. *Decalog. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 4. ad medium, ubi advertit nullum peccatum purè mentale, nec etiam hæreſim Pontifici hucuſq; reſervari, licèt poſſit; verum non approbant conſtitutionem aliquorũ diœceſium, ubi epiſcopo reſervatur hæreſis mentalis, imò cupit ne talis reſervatio, aut hæreſis, aut aliorum peccatorũ mentalium fiat, licèt optimè poſſit, quia reſervatio eſt tantum denegatio iuriſdictionis ſacerdotibus, nè à talibus peccatis poſſint abſolvere, quæ iuriſdictio cum liberè confeſſarijs conferatur, liberè etiam auferri poteſt; vide ibi plura.

11 Tertia concluſio. Eccleſia poteſt imperare, vel prohibere, & punire actus internos, quatenus illi neceſſarij ſunt, vel ad eſſe phyſicum, vel ad eſſe morale actuum externorum, quos fieri imperat, vel prohibet, quanvis tales actus interni non ſatis manifeſtentur per externos. Probatur quia ad eſſe morale, & bonitatem talium actuum exteternorum requiruntur actus interni, ergo illos conſequenter imperat, ut in *cap. Omnis utriuſq; ſexus, de pœnit. & remiſſion.* cum imperat confeſſionem annualem externam, conſequenter imperat recognitionem peccatorum, dolorem neceſſarium, qui ſunt actus interni, qui non ſatis manifeſtantur per externam confeſſionem; item iubet confiteri peccata cordis, quia hæc omnia neceſſaria ſunt ad eſſe morale, & bonitatem confeſſionis externæ; ſic etiam in *cap. Dolores*, 9. *de celebratione miſſarum*, præcipitur recitatio officij eccleſiaſtici, ad quod neceſſaria eſt attentio, & devotio interna, quę non ſatis manifeſtatur in actu externæ recitationis, ac propterea cenſetur compręcepta, ita ut qui non recitaverit cum intentione, ſaltem orandi Deum, nec impleat præceptum, nec facit fructus ſuos, ut tenet *Suar. de legib. lib.* 4. *cap.* 13. *nu.* 10. cum *Navarr. de horis Canonicis, cap.* 13. *Sayr. in Theſaur. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 24.

12 Quarta concluſio. Eccleſia non poteſt imperare, vetare, vel punire actum internũ, qui non eſt neceſſarius ad eſſe phyſicum, vel morale, actus externi, de ſe alioquin boni. Probat *Suar. citatus, de legibus, nu.* 14. quia hæc lex ſive imperans, ſive prohibens verè eſſet de actu interno. Hinc ſequitur non poſſe imperari ſacrificium, vel recitationem officij divini pro tali, vel tali intentione, putà pro avertendo bello, peſte, tempeſtate, quia ſine tali intentione poteſt optimè conſtare bonitas moralis ſacrificij, & recitationis officij eccleſiaſtici, ut patet.

13 Quinta concluſio. Eccleſia non poteſt punire actum externum de ſe bonũ, propter aliquem actum internũ, qui illum vitiat, ut V. g. punire eleemoſinam, quæ de ſe bona eſt, ex eo, quod detur propter finem vanæ gloriæ. Probat *Suar. citat. nu.* 18. quia id verè eſſet prohibere, & punire actum merè internum, & qui nullo modo manifeſtatur in externo, quod eſt contra ſuperiorem concluſionem.

14 Sexta concluſio. Eccleſia poteſt per cenſuras, & irregularitatem punire actum internũ, ut manifeſtatur in aliquo externo mortali, quanvis talis manifeſtatio iudicialiter probari non poſſit. Hæc eſt omnium, qui aiunt hæreticũ, qui aliquo actu externo peccaminoſo mortaliter, & erroris manifeſtativo, licèt occultiſſimo in loco, & ubi nullũ habuit ſpectatorem, incurrere excõmunicationem impoſitam hæreticis. Hos referunt, & ſequuntur latiſſimè *Sayr. in theſaur. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 26. *Sanch. tom.* 1. *Decalog. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 6. præcipui ſunt *Angelus in ſumma*, verbo, *hæreticus, nu.* 2. *Sylv.* verbo, *excommunicatio*, 7. *caſu* 2. *num.* 4. *notabili* 2. in fine. *Caiet. ſumm.* verbo, *hæreſis*, in fine, & 2.2. *q.* 11. *art.* 3. in fine, *Sot. in* 4. *diſt.* 22. *q.* 2. *art.* 2. *Simanch. de catholicis inſtitut. tit.* 42. *nu.* 7. *Caſtro de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 15. *in corollar.* quod infert ex prima propoſitione, & *de iuſta hæretic. punit. cap.* 18. paulò poſt princip. *Villagut. de extenſ. legũ tit. de indice, & indicio, multi plexiq; eius ſpecie*, §. 58. & *tit. de extenſ. legum pœnal in ſucc. hæret. ad eorũ filios, num.* 96. *Tolet. in ſumm. excõmunicatione prima Bullæ Cœnæ, nu.* 10. *Avil. de cenſur. p.* 1. *dub.* 19. *concluſ.* 2. *Azor. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 4. *Vaſq.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *diſp.* 169. *cap.* 2. *nu.* 22. *Suar. de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *nu.* 2. Ex hac concluſione infert idem *Sanch.* cum *Soto, Vgolino. Aragonio, Medina, Corduba, Simanch. Navarr. Villagutio, Vaſquez*, & aliis, quos citat, hunc hæreticum externum, licèt occultiſſimum, incurrere confiſcationem bonorũ, & reliquas pœnas hæreticis impoſitas,

quia licèt ad executionem pœnarum requiratur probatio iudiciaria, illa non requiritur ad eſſu n incurſionem; ut patet in cenſuris, & alijs pœnis, quæ ipſo facto incurruntur. Ad hanc concluſionem pertinet noſter textus; licèt enim ipſa mutilatio ſit occultiſſima, & nullo
11 modo iudicialiter probari poſſit, quia tamen id eſt per accidens, & tantum defectu ſpectatorum, Eccleſiæ non poteſt innoteſcere, ab ea optimè puniri poteſt, ſententia à lege illata.

15 Septima concluſio. Eccleſia poteſt punire actum exteriorem de ſe malum, cum dependentia ab aliquo actu interno, à quo habet novam malitiam, licèt talis actus internus non ſatis declaretur per externum, nec ad illum in genere moris pertineat. Probatio facilis eſt, quia cum talis actus externus de ſe ſupponatur malus, ea malitia, quæ ſufficiat, ut
12 cenſuris puniatur, quod Eccleſia illum punire nolit, niſi addatur illa nova malitia actus interni, potius eſt clementia, quàm rigor, & extenſio pœnæ ad actus merè internos; ita *Suar.* elegantèr *num.* 20. Ad hanc concluſionem pertinet *cap. penult. de hæret. in 6.* & *Clement.* 1. §. *Verum, eodem tit.* ubi excommunicantur inquiſitores, qui ex odio, amore, vel lucro proceſſerunt, aut non proceſſerunt contra hæreticos,
13 ubi ipſe actus externus inquiſitorũ (vel omiſſio eius) ſupponitur alioquin peccaminoſus mortaliter, ſed illum punire non vult Eccleſia cum poſſet, niſi ſub illo actu interno odij, amoris, lucri, &c. Vnde ex quocumq; alio motivo, vel fine malus ſit, excommunicatione carebit, ut bene notat *Suar. citat.* & *Sayr. in Theſauro, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 25. Item pertinet ad hanc excommunicationem. *Clement.* 5. *de ſtatu monach.* ubi monachi Benedictini pergentes ad curias regum animo accuſandi prælatos, vel nocendi monaſterijs ſuis, excõmunicantur; quia ille profectus ad curias ſupponitur mortalis, verum illum Eccleſia excommunicationi ſubijcere noluit, niſi cum malitiæ, quam deſe habet, nova alia ſuper addatur, nimirùm intentio accuſandi prælatos, & nocendi monaſterijs. Tãdem huius concluſionis ſunt cenſuræ; ad quas incurrendas requiritur *ſcientia, temeritas, audacia,* quia eos actus externos de ſe malos noluit Eccleſia punire, niſi cum data opera, & ex compoſito fiunt, id enim important particulæ illæ, *ſcienter, audaſter, &c.* Vide *Suar.* citatũ.

16 Octava concluſio. Eccleſia beneficia ſua, vel indulgentias, vel quidquid pendet ex meta eius voluntate, conferre poteſt cum obligatione habendi aliquem actum internum, & non aliter. Huc pertinet *cap. Commiſſa,* §. 7. *de Electione, in 6.* ubi præcipitur acceptanti beneficium parochiale, ut habeat animum aſſumendi ordinem neceſſarium intra annum, vel ſi in ipſa ordinatione non habuerit, mentem mutet, & de facto, debito tempore ordinetur, de quo textu multa *Sot. lib.* 10. *de iuſtitia, quæſt.* 1. *art.* 6. ſatis intricatè, & minus ad animam, & ſenſum ipſius capitis; cum vera expoſitio ſit noluiſſe Eccleſiam dare illud beneficium, niſi cum onere habendi intentionem ſuſcipiendi intra annum ordinem presbyteratus, qui ſi non ſuſcipiatur, beneficiarius beneficiũ amittat, nec faciat fructus ſuos, huiusq; perceptos; confirmetur verò in beneficio, & faciat fructus perceptos ſuos, ſi de facto ordinetur in tempore ſtatuto. Quiquidem intellectus mirum in modum mihi placet, utpotè ſapientiſſimi *Suarij*, quem vide loco citato, *de legibus, num.* 28. ubi etiam aliam explicationem interpretatus etiam probabilem. De indulgentijs certum eſt non dari à Pontifice, nec illas aliquem lucrari, niſi apponat conditiones imperatas, ut ſi pro exturpandis, & evellendis hæreſibus, pro felici regimine Pontificis pro animabus Purgatorij, &c. Quæ intentio, actus eſt internus, & qui alioquin imperari, aut prohiberi non poteſt, ut diximus in noſtra quarta concluſione; aliud eſt enim ex pacto facere, & dare, ut do indulgentias, ut des orationes ſub tali intentione; aliud directè imperare, & punire, cum primum dependeat à voluntate ſubditi, non verò ſecundum. Atq; per hæc ſatis puto declarari, quid in actus internos poſſit Eccleſia.

Quæri hic ſolet, qui defectus in manibus faciant irregularem? Videndi ſunt pro hoc argumento *Sayr. in Theſauro, lib.* 6. *cap.* 8. *Avila de cenſur. part.* 7. *diſp.* 3. *dubio* 1. *Suar. de cenſur. diſput.* 51. *ſect.* 3. *à num.* 12. ubi late referunt Authores, qui de hac re ex profeſſo egerunt. Ex quibus colligo, qui trementes ſunt manibus, ita ut calicem, aut non poſſint tenere, aut cum periculo teneant, eſſe irregulares. *Sayr. citat. num.* 19. Item qui carendo digitis non neceſſarijs ad ſacrificium miſſæ, ſunt valde difformes. *Sayr. num.* 19. Item qui caret aliqua manu. *Sayr. num.* 18. Item, qui caret pollice, *Suar. citat. nu.* 12. Item, qui in totum caret unguibus, *Avil. citatus,* non verò, qui aliquibus caret, ſi ij imbecillitatem notabilem digitis non ingerũt; idem *Avila.* Qui ſex habent digitos non ſunt irregulares, nec qui minimum, & annularem habent in ſe adhærentes, vel ad invicem impoſitos, ſi non ſit nimia deformitas, cuius iudicium ſemper erit epiſcopis cõmittendum.

17

11

18

In Gloſſa 1. Docet *Gloſſa*, quod ſi quis haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere abſq; metu irregularitatis; quam excollit *Marſilius in l. Qui falſam, nu.* 100. *C. de falſis,* & per eam tenet, quòd is, qui retudit, & mutilavit monetam excedentem iuſtum pondus, & eam ad iuſtum pondus redegit, non commiſiſſe crimen falſi; quam opinio-

opinionem multis rationibus comprobavit *Alciat. reſponſ. 461.* quia non imminuit, qui ad iuſtum pondus redigit; nec deteriorem reddit, qui ſuperflua reſecat. De quo tamen dubitat *Menoch. de arbitrar. caſu 316. num. 38.* qui etiam noſtræ *Gloſæ* meminit, & quæſtionem latè proſequitur.

CAP. Si quis à medicis. VII.

SVMMARIVM.

1 *Nullus tenetur ad patiendam eviſcerationem propter ſalutem, ſi non ſit neceſſarius bono publico.*
2 *Qui ſe ipſum ex ſcientia artis chyrurgicæ abſcidit pro tutanda vita, non eſt irregularis.*
3 *Particulæ*, affectatio, audacia, ſcientia, *in cenſuris, quid importent?*
4 *Medici non ſunt irregulares.*

1 IN text. ibi, Propter langorem. Non puto teneri hominem permittere ſibi virilia ſecari, cum medici id iudicant neceſſarium, tùm propter dolores ingentes, qui in ipſa eviſceratione patiuntur, tum propter opprobrium, quod inde inter homines ſequitur, quod etiam verum eſt in alijs remedijs naturæ, nimium violentis, & acribus, iuxta illud. Marij, cum ei crus aperiretur, *non eſt*, inquit, *tanto dolore digna ſalus*, ita *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap 9. dub. 14. nu. 96. in 3. editione. Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. dub. 10. nu. 38.* non longe à fine. Verum ſi vita periclitantis neceſſaria eſſet bono publico, tùm teneretur, & obligari poſſet à Republica ad patienda remedia difficilia, & in quibus vehementiſſimi dolores præferēdi eſſent, quia ſi pro bono cōmuni tenetur quis pati mortem, quantō magis quidquid eſt citra mortem; ita præter citatos, *Leſſium*, & *Sayrum*, tenet *Sot. lib. 5. de iuſt. q. 2. art. 1. concluſ. 2. Aragon. 2. 2. quæſt. 65. art. 1.* ſtatim in principio. *Salon*, ibidem, *art. 1. controverſ. 2. Petr. Navarr. lib. 2. de reſt. cap. 3. nu. 102. & 103.*

2 In textu, ibi, ſe, cum ſanus eſſet. Rectè cum ſanus eſſet, quia tunc talis abſciſio neceſſaria non eſt ad tutandam vitam, & procedit ex inchoato homicidio, nam ſi neceſſaria iudicetur, & qui periclitatur ſit peritus in arte chyrurgica, poterit benè ſibi amputare virilia, & quodcumq; aliud membrum, quod vitam impedit, quin incurrat irregularitatem, ut expreſſè docet *S. Thom. 2. 2. quæſt. 65. art. 1.* ad medium. *Aragon.* & *Salon*, ibi *Sylv.* verbo, *homicidium*, 1. *q. 1. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 1. art. 1. concluſ. 2. Petr. Navarr. de reſt. cap. 2. nu. 97. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 9. punctō unico. Tolet. in ſumm. lib. 2. cap. 6. concluſ. 2. Sayr. citat. in clavi, lib. 7. cap. 9. nu. 35. Leſius lib. 2. cap. 9. dub. 14. nu. 102. §. reſponſ. non illa ſola.*

In textu, ibi, Affectant, audētq; 3
Quam advertentiam requirant hæ particulæ; *ſcienter, affectant, audent, temerè*, & ſimilia, quæ aliquando ponuntur in legibus ferentibus cenſuras, & irregularitatem, & utrum ſemper requiratur dolus in operante; item, an à talibus cenſuris excuſet culpa lata, quæ aliquando eſt cum ignorantia craſſa, & ſupina, videri poteſt per *Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 32. à nu. 36.* & quinq; ſequentibus, ubi ſolita eruditione rem hanc decidit.

In Gloſſa, verbo, â medicis. 4
Ait medicum licitè promoveri ad ordines, nec propter officiū medici, eſſe irregularem, quod intellige etiam de chyrurgis aduſtione, & inciſione ſecantibus, vel alijs quibuscumq; modis, ſi ex præceptis procedant artis, & infirmos ſuos admoneant, caveant ab his, quæ ſibi nocumento eſſe poſſunt, ſic colligitur ex *cap. Tua nos, de homicidio*, ubi *Panormitan. num. 3. Hoſt. in ſumma, lib. 1. tit. de ætate, & qualitate ordinandorum, §. ordo, Angelica*, verbo, *homicidium*, 2. §. 18. *Sylv.* verbo, *homicidium*, 2. *num. 13. Tabiena*, verbo, *medicina, num. 2.* & verbo, *irregularitas, nu. 11. Covarr. Clement. Si furioſus, part. 2. §. 9. num. 2. de homicidio. Sayr. in Theſauro, lib. 7. cap. 6. num. 8. Avila de cenſur. part. 7. diſp. 6. ſect. 1. dub. 10. concluſ. 1.* ubi citat *Navarr. Covarr. Henriq.* & alios, qui ibi videri poſſunt. De obligatione medicorum proveniente ex *cap. Cum infirmitas, de pœnit. & remiſſione*, & ex motu proprio Pij V. edito anno 1566. incipiente, *ſupra gregem Dominicum*. Videndus eſt latiſſimè, & diſertiſſimè *Sanch. tom. 1. Decalogi, lib. 3. cap. 16.* per totum. Item utrum medicus in curationibus poſſit uti opinione minus probabili, & quæ ei liceant in hac re, vide per eundem eodem *tomo, lib. 1. cap. 9. à nu. 37.* & ſequentibus.

CAP. Eunuchus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui iuſſu tyranni, ut evaderet mortem, ſe mutilaret, non eſſet irregularis.*
2 *Licet ad flectendum miſericordia tyrannum ſe mutilare.*

2 *Ob bonum commune patriæ poterit quis ſe mutilare.*

4 *Ridiculum eſt eunuchos ſacerdotes ferre ſuſpenſam è collo partem abſciſam.*

1 IN text. Vel ſi in perſecutione. Non tantum patiendo eviratione iuſſam à tyranno quis non peccabit, nec eſſet irregularis, ſed etiam ſibi ipſi eandem eviationem, & quamcunque aliam mutilationem, quæ non ſit partis neceſſariæ ad ordines, aut notabilem deformitatem inducat, ſibi inferēdo, ad conſervandam vitam, & fugiendum maius malum; quod de alio quocunq; membro non neceſſario ad vitam conſervandam, probat optimè *Leſius lib. 2. de iuſtit. cap. 9. dub. 14. nu. 101.* ubi bene reprobat *Sotum lib. 5. de iuſtit. q. 2. art. 1. concluſ. 3.* quem poſtea ſecuti ſunt *Salon, & Aragon. in 2. 2. q. 65. art. 1. Sayr. in clavi, lib. 7. cap. 9. nu. 37.* ad finem, contrarium ſentientem. Verum opinionem *Leſij*, quæ tenenda eſt, docent *Petr. Navarr. lib. 2. de reſtitutione, cap. 3. nu. 98. & 99. Sà in Aphoriſmis*, verbo, *homicidium*, in fin. *Tolet. in ſumma, lib. 5. cap. 9. nu. 4.* ubi *Tolet.* id probat inter alia facto Ioſephi illius Iudæi magni nominis hiſtoriographi, qui *lib. 2. belli iudaici, cap. 27.* ut idem *Tolet.* & ex eo totidem verbis *Sayrus* proximè citatus refert, ſe ſibi ipſi amputaſſe manum iuſſu tyrāni minantis ni faceret, ambas perditurū. Sed oportuit *Toletum* ipſum, & *Sayrum* locum *Ioſephi* citatum vidiſſe priuſquam referrent; non enim ibi ſcribit *Ioſephus*, ſe ſibi iuſſu tyranni alicuius manum amputaſſe, ut ambarum amputationem vitaret, ſed hoc à ſe, cum iudex eſſet, imperatum cuidam Clito coniurationis, neſcio cuius, authori. Adi *Ioſephum*, & fateberis.

2 Quod de mutilatione, & abſciſione alicuius membri iuſſu tyrāni ad ſervandam vitam, & vitandum maius damnum docet *Leſius*, id ipſum extendit, ut ſine peccato fieri poſſit ex propria voluntate, quando prudenter crederetur illum hoc facto ad miſericordiam commovendum, & quidem ex eodem fundamento, quod ibi collocat, rectè colligitur, quia tunc vitæ conſervatio ſpectatur, quæ aliter in periculo eſt, & maius malum minori hoc creditur avertendum. Adi illum *d. nu. 101.* ad finem, *§. Qui incipit ſecundo, &c.* Tu addè talem non futurum irregularem ex mutilatione, ſed aliunde ob defectum membri, aut partis neceſſariæ, ſi illa careat propter dictam occaſionem, aut ex notabili deformitate, quæ inde proveniret.

3 Vlterius procedit *Leſius* valde eſſe probabile, unumquem p. ſe poſſe mutilare, imò ſibi membrum amputare ob ſalutem patriæ, ſicut de *Zopyro* ſcribit *Herodot. lib. 4.* qui ſibi nares, aures, & labia præcidit, nobili quodam ſtratagemate, & ad patriæ, ac regis ſui honorem, ſapienter excogitato. Lege ſacros expoſitores ad *3. Regum cap. 20. nu. 35.* ubi de Propheta, qui ſe ipſum percuti iuſſit ab alio, quin hoc ex Dei revelatione faceret, de quo certè toto illo capite non conſtat, ut ſic aditus ad Regem pateret; de quo etiam *Leſius* loco citato.

In Gloſſa, verbo, Perſecutione. 4 Notat ridiculum eſſe eunuchos afferre ſecum teſticulos in pulverem comminutos, è collo ſuſpenſos, ut poſſint celebrare; ridet hoc etiam *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 200. Vivald. de irregularit. nu. 172. Tolet. lib. 1. cap. 63. nu. 4.* ad fin. ubi refert *Anchar.* & *Ioann. Andr. Avila de cenſur. p. 7. diſp. 3. dub. 1. §. Sequitur tertio*, verſ. *Erras autem*, quod etiam intellige de alijs partibus deficientibus. *Vgolin. de irregularitate, cap. 49. num. 5.* alij de quibus *Salzedo in practic. cap. 17. num. 13.*

CAP. Si quis pro ęgritudine. IX.

SVMMARIVM.

1 *Textus noſter à quo fuit conditus.*

2 *Covarr. noſtri textus meminit.*

1 IN ſupraſcriptione, ibi, Ex Martino Bracharēſi epiſcopo. Olim legebatur *Martini Papæ*; & ita habetur apud *Pannormiam lib. 3. cap. 56.* & apud *Gratian.* in impreſſione antiqua, ſed melius hodie legitur *Martini Bracharenſis*, ex Synodis Orientalibus, quod iam admonuerat *Covar in Clement. de homicidio, 1. part. in initio, num. 6.* poſt principium.

2 In textu. Collige ex illo, quod ſi quis non ſua ſponte, ſed vel à medicis caſu, aut per vim, & inſidias hoſtium, vel puer in cunabulis ſectus fuerit, & virilia, aliudve membrum amiſerit, promoveri poterit, & promotus iam, cum is caſus acciderit, in ordinibus ſuſceptis miniſtrare, ut ex noſtro textu proſequitur latè *Covar. in Clement. 1. de homicidio, p. 1.* in principio, *nu. 6.* & vide quæ ſcripſimus ad *cap. Si quis abſciderit, num. 2. & 4.* & ad *cap. His, qui, nu. 1.* ſupra, *hac eadem diſt. Rebuf. in praxi, 3. part. tit. de diſpenſatione cum corpore vitiatis, nu. 15. Campanile in diverſor. iur. tub. 11. cap. 17. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 200. Albert. Trot. de*

vere,

vero, & perfecto cler. lib. 2. cap. 16. num. 8. Sylveſter, verbo, *corpore vitiatus num. 3.* verſ. *neque eſt neſſarium, Placa in epith. delict. lib. 1. cap. 25. num. 1. Bellet. diſquis. cler. §. 7. num. 12. Cened. ad decretal. collect. 69. numer. 2. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 17. numer. 13.*

CAP. Si quis in infirmitate. X.

SVMMARIVM.

1 *Claudus an ſit irregularis?*
2 *An poſsit Epiſcopus diſpenſare cum claudo, ut celebret cum pede ligneo?*
3 *An prælatus regularis poſsit diſpenſare cum ſuo ſubdito claudo ut cum pede ligneo celebret?*

1 IN textu, ibi, Medicorum inciſione claudus. Loquitur textus de eo, cui poſt clericatum ſupervenit claudicatio, non de eo, qui claudus natus eſt, ſed dicendum primo eum, qui ita ſit claudus, ut cruribus, vel pedibus careat, eſſe irregularem, tàm ne primó promoveatur, quám ne poſt promotionem aſcendat, vel ad altare aſcendat. Dicendum ſecundò cũ claudo, qui poteſt ſtare ad altare, ſi habeat claudicationem ante ordines, & nec baculo, nec pede ligneo indigeat, niſi magna fuerit deformitas, poterit diſpenſari ut ordinetur, ſi cauſa iuſta id exigat, ſi claudicatio extra culpam claudicantis contigit. Idem dicendum eſt de promotione, ſequitur *Summ. Pizanella* verbo. *vitiatus corpore, §. Vtrum claudus. Angelica* verbo *corpore vitiat. 3. S. Antonin. 3. p. tit. 27. de irregularit. cap. 5. Sylveſt.* verbo *corpore vitiat quæſtione 5. Tabiena eodem tit. §. 1. in fine Navarr. in Manual cap. 27. num. 199. Mayol. lib. 1. de irregularit cap. 18. num. 2. Graff. lib. 4. cap. 27. num. 44. Sayrus in Theſauro lib. 6. cap 8. num. 22. Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 62. num. 1. Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 1. Avila de cenſuris part. 7. diſputat. 3. dubio 1. §. Sed circa, & ſeq. Suar. de cenſuris diſput. 51. ſect. 2. num. 11. & 13.* De ijs, qui habent pedes diſlortos, vel digitos pedum amiſſos videbis *Sayrum num. 23. Avilam citatum, §. ſequitur 3. Rebuf. in praxi 3. part. de diſpenſat. cum corpore vitiatis, num. 6. Molina de iuſtitia tract. 3. diſp. 70. num. 3. Trotium de vero clerico lib. 2. cap. 16. num. 9.*

2 Quærunt multi utrum Epiſcopus poſsit diſpenſare cum ſacerdote ut celebret cum pede ligneo? Ropondet *Hoſt.* quem refert, & ſequitur *Aſſens. part. 2. lib. 6. tit. 21. q 2. Roſella,* verbo, *vitiatus corpore Mayol. lib. 1. cap. 18. num. 3. Avila de cenſuris part. 7. diſp. 3. dubio. 2. §. Vnde ſit prima concluſio,* allegans *Angelum,* verbo, *corpore vitiatus nu. 1. Sylveſt. eadem quæſt. ult. Tabienam ibidem* poſſe diſpenſare cum religioſo. Non probat *Sayrus citatus num. ſuperiori,* ſed nullam affert rationẽ, nec authorem pro ſe, præter *Sylveſt.* verbo, *corpore vitiatus quæſt. 10.*

Roſella, & Mayolus citati contendunt religioſum ſacerdotem factum claudum poſt ſacerdotium, ita ut celebrare non poſsit, niſi cum pede ligneo bene diſpenſari poſſe à ſuperiori, ut ſic celebret, ſequitur *Avila* proximé citatus. 3

CAP. Lator præſentium. XI.

SVMMARIVM.

1 *Carentes membro occulto, vel externè mutilati, quando non ſunt irregulares?*
2 *Defectus dentium non facit irregularem.*
3 *Surdaſtri non ſunt irregulares.*
4 *Defectus digitorum in pedibus, & in manibus citra deformitatem non faciunt irregularem, nec barbæ tinctura?*

IN textu. Ex hoc *cap. Lator,* & ſuperioribus *cap. Si quis á medicis, cap. eunuchus, cap. Si quis pro egritudine, cap. Si quis in infirmitate,* colligunt, Doctores hãc regulam generalem, ut amiſsio alicuius membri occulti, vel patentis, qui exercitium ordinis non impedit, vel ob debilitatem, vel ob notabilem deformitatẽ, ſi ſine culpa patientis eveniat, nunquam habere annexam irregularitatem, ſive ut ordines non ſuſcipiantur, ſive in ſuſceptis non miniſtretur, lege *Suar. de cenſuris diſput. 51. ſect. 2. num. 4. Sayrum d. in Theſauro, num. 14.* ubi multos referunt. *Salzedo in practic. cap. 17. num. 8.* 1

Ex hac generali regula corollaria aliqua deducunt. Primum, qui non habet dentes non eſſe irregularem, quia non ſunt membra corporis, ac proinde eorum defectus irregularitatem non inducit. *Innocent. in cap. ſignificavit, & cap. expoſuit, de corpore vitiatis. Panormitan. in cap. ex parte 1. num. 5. eodem tit. Summ. confeſſor. lib. 2. tit. 1. quæſtione 42. Socin. in cap. ſententiam 4. part. principali quæſtione 31. ne clerici, vel monachi. Mayol. lib. 1. de irre-* 2

de irregularitate cap.24.n.1. Vivald. de irregularitate n.154. & ſequẽtibus. *Henriq.lib.14.c.8.n.2. in fine.* Adde neq; peccare neque eſſe irregularẽ hominem evellentem ſibi dẽtes ex aliqua cauſa, vel quia exerti ſunt, ut feciſſe S. Hieronymũ tollatur *Gloſſa in cap. qui partem* verbo, *digiti hac diſtinct.* vel quia illis opus habuit, ut pro glande plumbea in ſclopa ſternendis hoſtibus inſerirent, quod non ſemel contigit noſtris Luſitanis in obſidionibus Indicis, ut refert Maffeius lib.11.fol.218. & legiſſe in ijſdem hiſtoriis ſcribit *Leſius de iuſtitia lib.2.cap.9. dubio.14. num.100.* Neque prætermittam de eadem re venuſtiſſimum, & accutiſſimum epigramma, apud *Iacobum Bidermanum lib. 3. Epigram. 9.* ubi poſt multa ita concludit.

Qua novus iratis manibus furor arma miniſtrat?
Ore ſibi ut poſſit tela parare parit.
Prælia quis noſtris præfert Sanſonia? Sanſon
Maxilla, noſtri prælia dente gerunt.

Neque minori carminis concinnitate, & elegantia, eandem Luſitani militis audaciſsimam ſtrenuitatem, facinuſque memorandum deſcripſit. *Auguſtinus Maſcardus Sylvarũ lib.1. fol.47. Milet Luſinanus ex Maffeio.*

Æſtuat hoſtili vallatus ab agmine miles,
Dum premitur numero vultus, & arma cupit.
An ne ſibi hoc, dixit, voluit fortuna licere?
Scilicet illa mihi Martis ademit opem?
Ira ingens telum eſt; ira ſtimulante, miniſter
Deus vitæ, mortis vulnera dura geret.
Sic ait & dentem decuſſum vibrat in hoſtem,
Dente minor, tantis maximus exuvijs.
Dens flammis permiſtus abit, thalamoſque latentes
Pectoris, & vitæ depopulatur opes.
Diſce quid ira queat; pectus commutat in Ætnam,
Et vomit ore ferus lata per arma globos.

3 Secundum corollarium. Surdaſtros, id eſt qui non bené audiunt, & expeditè; item eos qui aliquas auricularum particulas vel amiſerunt, vel habent corroſas non eſſe irregulares. De ſurdaſtris tenent expreſſe *Mayolus citatus n.1. Graſſijs lib.4.cap.27. num.51. deciſion. aur. Vivald. ſupra num.156.* De auricula vide *Sayrum in Theſauro lib.6.cap.8. num.17. Navarr. lib.5. conſ.75. de ſententia excommunicat. Henriq. lib.14.cap 8.num.3. Avila de cenſuris diſp.51. ſect.3.num.13. ad medium;* ubi adde non opus eſſe ut ſacerdos audiat ſibi miniſtrum reſpondentem, ſatis enim eſt quod moraliter ſit certus illum reſpondere.

4 Tertium corollarium. Defectum digitorum in pedibus aut in manibus citra deformitatem non facere irregularem probat *Sayrus* citatus, *nu.19.* Barbã tingentes eſſe irregulares tradit *Mayol.lib.1. cap.21.verſ. ult.* quem refutat *Campanile diverſ. iuris Rubrica.11.cap.17.num.99.*

CAP. Præcepta. XII.

SVMMARIVM.

1 *Capellania poteſt dari in titulum.*
2 *Dictio* propter *quid ſignificet?*
3 *Gregorius Lopez noſtram Gloſſam ſequitur.*

1 IN verſ. Stephanus ibi Collatam dignitatem. Ponderat *Paulus Fuſchus de viſitatione lib.2. cap.11.numer.2.* & per illum docet, quòd capellania datur in titulum. *cap. Si quis dat.1. quæſtione 3.* quia eſt beneficium eccleſiaſticum. *Clement. diſpendioſam, de iudicijs,* namque habet ſpirituale annexum, *cap. Si quis abierit. 1. quæſt.3.* Imò appellatione capellarum veniunt etiam, & ipſæ parochiales eccleſiæ; *cap. Extirpanda, de prabendis, Abbas in cap. ex poſuiſti, num.6. eodem titul.* 1

2 Ibi propter. Quæ dictio importat nõ ſolum cauſam proximã, ſed etiam remotam, *Calderin. conſ.232. numer.2.* verſ. *& pro hac parte.* ubi dicit quod promiſſa remiſsio per locatorem conductori, propter bellum, debet fieri etiamſi bellum ſit remotũ, concordat. *Bald.conſ.329. numer.2.* verſ. *& ideo attendenda lib.1.* poſt alios *Tuſchus tom.2.littera D. concluſione 346.*

3 In Gloſſa verbo. Inferiores. Docet *Gloſſa,* non poſſe militem eſſe, qui caret teſticulis, quam ſequitur *Greg Lopez. partit.2. titul.21.l.12. Gloſſa 4.* argumento textus *in l. qui cum vno, ff. de re militari.*

CAP. Si evangelica. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ira à Chriſto Domino prohibita?*
2 *Racha quid ſignificet?*
3 *Tractant hoc capite authores de capitis vitijs, ad irregularitatem.*
4 *Defectus capillorum, ut plurimum, non facit irregularẽ, ubi de tonſura calvorum.*
5 *Oculo utroque orbatus eſt irregularis; item cæcus.*

6 Qui

6 *Qui caret dextro, vel ſiniſtro oculo, eſt irregularis.*

7 *Qui caret virtute videndi dextro oculo, non eſt irregularis.*

8 *Qui caret virtute videndi in ſiniſtro, an ſit irregularis?*

9 *Carens naſo, & manibus, eſt irregularis; quid de alijs vitijs naſi?*

10 *Surdus, & carens aure aliqua eſt irregularis, quid de ſurdaſtro, & carente auriculis?*

11 *Os diſtortum habens, corroſa labia, itẽ elinguis, & mutus ſunt irregulares.*

12 *Edentulus non eſt irregularis.*

13 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda eſt.*

14 *Regula Canoniſtarum circa irregularitatem.*

15 *Sacerdos contumelioſus in ſuum Epiſcopum, an ſit deponendus?*

16 *Quid ſi Epiſcopum interficiat, aut religioſus ſuperiorem?*

1 IN textu, ibi, Si euangelica. Alluſio eſt ad illud Chriſti Domini *Matt. 5. nu. 22. Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio*, qui locus mire vexat interpretes, cum videant non omnem iram eſſe peccatum. Nam *Sanctus Paulus Actorum 23. nu. 3. D. Petrus Actorum 8. nu. 20.* Imo *Chriſtus Dominus Matth. cap. 15. num. 7 & cap. 22. num. 18.* atq; alijs locis fuiſſe videntur irati. Vnde S. *Irineus lib. 4. cap. 27. S. Iuſtinus in epiſtola ad Zenam, & Serenum de vita Chriſtiana Chryſoſt. homil. 7. in Matth. Imperfect. homil. 2. in eundem, S. Auguſt. lib. 1. de ſermon. Domini. Theophil. & Euthym. in commentarijs huius loci*, explicant, non iraſcendũ temerè, & ſine cauſa, quomodo Chriſtus, & Apoſtoli iraſci non poterant. Verum hanc explicationem non probat *Maldonatus* eo loco, ſed de appetitione vindictæ, quæ tendit ad homicidium, ideſt de voluntate occidendi, Chriſtum Dominum loquutum exiſtimat; quæ voluntas, & appetitio ſive cũ cauſa, ſive ſine cauſa, ſemper mortalis eſt, cum nunquam liceat velle homicidium; ita etiam *Leſſius lib. 4. de virtute temperantiæ, cap. 4. dubio. 4. numer. 26.* & allegat. *Salon. 22. quæſtione 158. articul. 3. ad ſecundum.*

2 In textu, ibi, Vt ſi Racha. Verba Chriſti *d. cap. 5. num. 22.* ſunt. *Qui autem dixerit fratri ſuo Racha reus erit concilio.* Exiſtimãt non pauci *Racha* idem eſſe Syriaca, ac hebræa lingua, quod in latina pronomen, *tu*, nec plus ibi dixiſſe Dominum, quàm monſtraſſe contemptum illum, quo alios deſpicientes dicere ſolemus; *Abi tu* luſitanicè, *Andar daby*; ita *Chryſoſtomus Theophil. & Euthym. hic. Sanctus Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini*, putat eſſe vocem ſignificantem pauperem, mendicabulum, ita etiam *Ianſenius*: Quo etiam ſenſu dicere ſolemus Luſitani. *He hum pedinte*, idque per contemptum *Plautus* dixit in *aulular. hominum mendicabulum.* Addit S. *Auguſtin.* accepiſſe ſe aliquando ab Hebræo docto, vocem *Racha* eſſe interiectionem deſpicientis alios, & nihili facientis, ut latinis *Hem.* Ita etiam credidere S. *Gregorius lib. 11. in Iob cap. 4. & Rupertus in hunc locum Matth.* Sed exiſtimo cum *Maldonato* citato *Racha* Chaldaicã, vel Syriacam vocem, levem, & inconſtantem hominem ſignificare; Luſitani dicunt *Andar que ſois hum caſcavel.* Eſt autem noſtris, *caſcavel*, crepitaculum illud, quod viverris è collo ſuſpenditur, dum cuniculorum foraminibus immittuntur, quod quia nullius ponderis, & vacuum eſt, anſam præbuit Luſitanis, ita appellandi hominem nullius ceterbri. Vide etiam quæ ſcripſit Leſſius proximè citatus, in hanc rẽ, videri etiam poſſunt *Angelus Caninus de locis novi teſtamenti, Guido Fabricius in lexico Syrochaldaico, Barradas in concordia tom. 2. lib. 7. cap. 17. §. Si hæreſa.*

3 In textu, ibi, Illi, cui erutus eſt oculus. Spatiatur hîc nimium Canoniſtę, Theologi, & ſummiſtæ occaſione huius capitis in numerandis vitijs, quæ in ore videri poſſunt, & irregularitatem certam, aut dubiam videntur inducere. Dicam breviter, & ego de hac re, ne annotatoris videar metas tranſilire; vitia igitur quæ cernuntur incapite à collo uſque ad ſummum verticem incipiendo ab extrema capitis ſuperficie ſunt.

4 In capillis. Horum defectus non facit irregularem, nec in capite, nec in palpebris, aut mento, niſi nimiam afferant deformitatem, ut ex morbo aliquo infami, & Gallico prodierit ipſa allopeſia, id eſt defectus capillorum. *Sayrus in Theſauro lib. 6. cap. 9. numer. 6.* Hinc fit, ut calvi ad ferendam tonſuram, id eſt coronã nõ teneãtur, cum careant capillis, & impoſsibiliũ nulla ſit obligatio *cap. nemo, de regul. iuris in 6. & l. impoſsibilium, ff. de regul. iuris.* Tenent expreſſe *Clarus in pract. crimin. quæſtione 36. num. 17. Hyppolit Bonacoſe inter communes opiniones*, verbo. *clericus Nicolaus Vigu. lib. 3. methods iuris cap. 2. de privilegijs, & rebus clericorum, regul. 25.* verſ. *Quinta replicatio, Sanch. lib. 7. de matrimonio. diſp. 46. num. 9.* Vnde deobligantur in Luſitania à ferenda tonſura ea magnitudine, quã requirit ordinatio noſtri Regni *lib. 1. tit. 2. §. Os clerigos.*

In ocu-

5 In oculis. Orbatus utroque, & cæcus, irregularis eſt, nec celebrare poteſt, ſi in cæcitate ſit ordinatus. *D. Thom. 3. part. quæſt. 82. art. 10. ad tertium Sotus in 4. diſt. 13. quæſtione 1. art. 10. ad tertium, ſum. Pisanella* verbo, *vitiatus corpore, Sylv. ibi, quæſt. 6. Tabiena num. 2. §. 11. Aſbens. part. 1. lib. 4. tit. 13. art. 2. & part. 2. lib. 6. tit. 21. q. 6. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 20. num. 1. & 2. Sayrus in Theſauro lib. 6. cap. 8. num. 5. Suarius de cenſuris diſp. 51. ſectione 3. num. 13. Avila de cenſur. part. 7. diſp. 3. dub. 3. §. ex hac concluſione.* Summus Pontifex aliquando diſpenſavit cum cæco, ut ordinaretur Sacerdos, celebraret, imó eſſet Epiſcopus. Lege *Sotum num. 4. diſt. 9. q. 1. artic. 2.* qui teſtatur ſe vidiſſe Epiſcopum cæcum quotidie Trenti celebrantem, refert etiam *Avila citatus. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. num. 2.* ubi in *comment. litera M.* ait ſe vidiſſe plures cæcos diſpenſatos ad celebrandum, lege quæ de Roberto Scoto, Archiepiſcopo Armacano, Hyberniæ Primate, à pueritia cæco, ac Iulij Tertij legato ſcribit *Surius anno Domini. 1551.* Item *Mayolus* citatus. Hunc etiam appellat à puero cæcum *Nicolaus Orlandinus in hiſtoria ſocietatis Ieſu, lib. 3. num. 6.*

6 Qui caret aliquo ex oculis, etiam eſt irregularis, quia caret membro principali. Ita Doctores citati *Sayrus num. 7. in fine, Avila dub. 1. 4. hinc ſequitur. Suar. d. diſp. 51. ſect. 3. num. 11.* nec diſtinctionem admittit dextri, vel ſiniſtri, dummodo carentia ſit alicuius. Vide *Rebuf. in praxi 2. part. tit. de diſpenſat. cum corpore vitiatis nu. 11.*

7 Qui caret virtute videndi in dextro, ſed integrum habet oculum, & ſanum non eſt irregularis; ita iidem Doctores *Sayrus Avila, Suarius*, citati, *Navarr. in Manuali cap. 27. numer. 199. verſ. quarto dicitur, Henriq. lib 14. de irregularit. cap. 8. n. 2. Valent. tom. 4. diſput. 7. quæſt. 19. puncto. 3.* Verũ intellige ſi videat ſiniſtro.

8 Qui caret virtute viſiva in oculo ſiniſtro, licèt oculum habeat ſanum, & integrum ex ſententia multorum eſt irregularis, quia caret oculo Canonis. Ita ſpecialiter *Suar.* citatus, *nu. 15.* Dico tamen cum *Avila, & Sayro citatis* non eſſe irregularem, quando ita accutè cerneret oculo dextro, ut adaptatione miſſalis legere Canonem ſine indecentia, & deformitate poſſet. Mecum etiam ſentiunt. *Navarr. in Manuali cap. 27. num. 199. verſ. Quarto dico Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 2. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 20. nu. 4. verſ. illa quoque Rebuf. in praxi benef. 3. part. titulo de diſpenſat. cum corpore vitiat. Vivaldus de irregularit. num. 142. ſumm. Corona de irregularit. numer. 4. verſ. 6.* Nec diſſentit *Suar. d. num. 15.* cum in fine addit, hanc opinionem practicè eſſe probabilem. Cætera oculorum vitia, ut maculæ, albugines, & quæ ſunt huius generis, ſi faciãt de formen, & horrorem generent, irregularitatem pariunt, ex iiſdem Authoribus; ſi verò deformitas non ſit, ut aliquando non eſt in ſtrabonibus, & eos, qui ſalientes, ſive emiſsitios habent oculos, pertinebit ad iudicium Epiſcopi. *Sayr. d. cap. 8. num. 11. & 12. Avila part. 7. diſput. 3. dub. 1.*

In naſo. Quem ſcilicet natura ex *Plinio naturalis hiſtoriæ lib. 11. cap. 37.* 9
eminere tantum in hominibus fecit, vt præcipuam, & pulcherrimam faciei partẽ, & in qua vitia ſtatim oculis deprehendantur, igitur qui illo ſimpliciter carent, ſine vlla controverſia irregulares ſunt; Item qui naribus, dicimus Luſitani *ventas. Tabiena*, verbo, *diſpenſatio nu. 13. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 22. n. 2. Vivald. tract. de irregularit. num. 152. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. num. 3. Sayrus de cenſur. lib. 6. cap. 8. numer. 14. Avila part. 7. diſp. 3. dub. 1.* De naſo nimis longo, nimis brevi, & diſtorto, dicitur Levit. 21. *nu. 18. Non accedet ad miniſterium eius altaris, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi, vel tortuoſo.* Intellege cum ibi ſcribentibus, ita ut deformitatem, & horrorem gignat, & cernentibus pro ridiculo ſit, ut ille alius, de quo *Martialis lib. 12.*

Naſutus ſis uſque licèt, ſis denique naſus.
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas, &c.

Vbi videndus *Raderus*, & qui ſcribunt ad *Catulli* epigramata, ubi illud de amica Formiani.

Salve nec minimo puella naſo.

Proderit etiam adire ſacros interpretes ad locum *Cantic. 7. num. 4. Naſus tuus ſicut turris David.* Verum iudicium deformati naſi, an irregularitatem inducat dicet Epiſcopus. 1

In auribus. Surdus qui nullo modo poteſt audire, eſt irregularis, non vero qui male audit, id eſt ſurdaſter, vtrumque teſtantur *Mayol. num. 1. Vivald. nu. 156.* citati, item *Graſſ. lib. 4. c. 17. n. 50. to. 2. deciſ. Avila* ubi ſupra, *Sayrus* ubi ſupra *num. 17. Suarius diſp. 51. ſectione 3. num. 13.* citato. Intellige ſi vtramq; habeat aurem. De auriculis, id eſt, illa cartilagine, quæ aures circundat, dico cauſare irregularitatem, ſi omnino ſint amputatæ, ita *Sayr. num. 17.* cum multis. Idem credo de parte notabili, putat tamen *Avila* citatus *dub. 1. cũ Henriq.* quem ibi refert, amputationem auricularum, ſi capillis commodè tegi poſſunt, non facere irregularem, quod non admitterem, niſi cum ſine mutilati culpa id accideret, imó nec tunc auderem, ſed admittunt *Sayrus Henriq. & Vivald.* locis proximè allegatis. 10

In ore. Qui os nimis diſtortum habent; & in aliquam ex auribus protractum, certum eſt eſſe irregulares. Item qui labia habent corroſa, & lugendis, continendiſque vini ſpeciebus inepta, ita *Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 23. Vivald. de irregularit. num. 151.* 11

Henriq.

Henriq lib.14. cap.8.num.3. Sayr.lib.6.cap.8.num.15. De cæteris labiorum vitijs inſpiciet, & iudicabit epiſcopus. Huc pertinet carentia linguæ, quæ illi omnino avulſa eſt, vel ita impedita, ut verba formare non poſsit, nam tunc irregularitatem inducit. Ita *S. Thom. 3.part.quæſt.82.artic.* 2 *3. ad tertium. Tabiena*, verbo, *corpore vitiati, num.* 2. *Mayol.lib.1.de irregularit.cap.26.n.2. Vivald.n.* 362. *Graſſ. tom.2. lib.4.cap.27. num.50. Henriq.lib.* 14. *cap.8.num.2.* De bleſis, & qui caninam litteram (id eſt R. ſic á rodendo dictam) formare nequeunt, dicunt ijdem Authores non eſſe irregulares, & credo, ſi aliter non iudicet Epiſcopus.

12 **In dentibus.** Dixi ſupra *capit. 2.* De eorum uſu, neceſsitate, & venuſtate in corpore humano ſatis *Ariſtotelis lib. 3. de partibus animalium capit. 1. & lib. 2. de generation. animalium, cap. 4. & lib. 5. eodem titul. cap. 8.* Item in *problemat. quæſtione 65. ſectione 10. Philo iudæus lib. de ſpecialibus legibus, 3. Gregorius Nyſſenus oratione. 7. in Canticа*, congerunt multa ſcribentes ad *cap. 49. num. 12. Geneſis*, ibi. *Dentes eius lacte candidiores.*

13 **In textu, ibi, Suis excepiſſe regulis.** Nam cum lex generaliter loquitur, generaliter etiam explicanda eſt *l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. 1. §. Generaliter, ff. de legat. præſtandis, l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione*, ubi *Gloſſa* plures concordantias facit, *Gloſſa* etiam hic verbo *excepiſſe* citans *cap. conſuluiſti 2. quæſt. 5.*

14 **In text. ibi, Adipiſci nõ poteſt.** Eruunt ex hoc textu notabilem regulam noſtri Canoniſtæ, nimirum defectus omnes ſupervenientes iam ordinato, qui impedirent ordinem ſuperiorem nõdum ordinato, facere irregularẽ ſimpliciter ad eum ordinem, quem nondum accepit. *Paulus de irregularit. 5. part. tit. de corpore vitiat. num. 4. Sylveſt.* verbo, *corpore vitiati, num. 3.*

15 **In text. ibi, Sacerdotẽ propriũ.** Quærunt occaſione huius textus Doctores, an deponendus ſit, & tradendus curiæ ſæculari clericus in ſacris, qui contumeliam, vel iniuriam intulit in Epiſcopum proprium? Non credit *Gloſſa in cap. Si quis ſacerdotem*, verbo, *mox 11. quæſtione 1. & in cap. ſi qui ſunt*, verbo, *vituperatores 2. quæſtione 7. in cap. novimus*, verbo, *traduntur, de verbor. ſignific*, quod tamen intellige, niſi clericus ſit irregularis, ita etiam *Panormit.* in citato *cap. aſſi clerici*, ubi ait eſſe Doctorum communem.

16 At quid ſi Epiſcopum ſuum occidat? Scio ob mortem ſacriſtæ ſacerdotis Sancti Petri, interfecti à quodam ſacerdote, ut eo ſublato liberius bona eccleſiæ depræderetur, ipſum interfectorem fuiſſe curiæ ſæculari traditum à Martino V. ut interficeretur. *S. Antonin. 3.part. titul.28. de ſuſpens. cap.4. in fine, Sylveſt.* verbo, *degradatio, num.4. quæſt. 2. Bernard. Diaz in practic. crimin. cap. 90.* ubi tradit degradatum fuiſſe etiam aliũm ſacerdotem ab Epiſcopo Pariſiẽſi, Franciſcum Pericher, & à iudice ſæculari, amputata primum manu, occiſum ob mortem alterius ſacerdotis anno 1530. Hiſpali quoque menſe Iulio anno 1536. religioſos tres, certæ cuiuſdam familiæ regularis (quam honoris cauſa prætereo, nec laudo Bernardum Diaz hos, & religionẽ nominaſſe loco citato) Cardinalis Archiepiſcopus ſæculari curiæ tradidit, quòd Provincialem ſuũ impiè occiderint, quos primò litteram longam in ſuſpendio, ut ille alter luſit, factos, tandem eadem curia interficiendos curavit. Vide etiam quæ de alio ſacerdote monialem violante, ſcribit *Vivald. tract. de depoſitione, & degradatione, numer. 23.* His tamen non obſtantibus crediderim conſideratione opus eſſe magna in hac re, & conſulendum omnino ſummum Pontificem (niſi iam ipſe clericus eſſet incorrigibilis) à quo nõ dubito huiuſmodi curiæ ſæculari tradendũ, ac meritiſsimo ſuſpendendũ ab ordine. Ita poſt *Anan. in c.2. ne cleric. pugnant. in duello in fin. Anton. & Axe tin. in cap. cum non ab homine, col.9. in fin. de iudicijs, Decius in cap. aſſi clerici. col 23.* verſ. *& prædictam de iudicijs. Arnald. Albert. in cap. quoniam, colum. 124.* verſ. *Nihilominus de hæret. in 6.* quos ibi, refert, tenet idem *Bernard. Diaz* loco proximè citato. De clerico in minoribus nulla mihi dubitatio eſt, tradendum ſtatim curiæ ſæculari.

In Gloſſa verbo, invitus. Agit *Gloſſa* 17 utrum ſponſa vi cognita, poſsit ingredi religionem intra bimeſtre ſibi conceſſum? De quo vide *Sylveſt.* verbo, *divortium quæſtione 5. numer. 8.* ubi *Armilla numer. 6. Peres lib.5. ordinam. titul.1. leg.1. folio 12.* verſ. *circa præmiſſa. Gregor. Lopez part. 4. titul. 1. l 4. Gloſſa final. Valaſc. conſultatione 29. numer. 5. tomo primo. Barboſa in Rubrica de ſolato matrimonio 2. part. num. 106. Covar. in 4. Decreti 2. part. cap.7. §.4 n.10. Henriq. in ſum. lib.11. de matrimonio cap.8. numer, 10.* tradit latius *Sanches tomo primo de matrimonio lib.2. diſputat. 27. numer. 5. 6.* & ſequentibus.

DISTINCTIO. LVI.

Ad principium distinctionis.

SVMMARIVM.

1 *Species illegitimorum numerantur, & Authores de his agentes.*
2 *Expositi an inter hos numerandi?*
3 *Illegitimi quibus modis legitimentur.*
4 *Papa an possit legitimare pro civilibus in toto orbe terrarum?*
5 *Quod tempus inspiciendum ad prolis legitimitatem, vel illegitimitatem? & num. 6.*

1 COmmunis est ista irregularitas, quam presbyterorum filij incurrunt, omnibus, qui ex legitimo matrimonio nati non sunt. Porro illegitimorum species numerantur quatuor, naturales, nothi, spurij, manzeres. De naturalibus est *l. penult. & fin. Cod. de concub. iuncta l. Si quis officium. ff. de ritu nupt.* ubi, *scribentes*; De nothis, *Glossa in cap. Per venerabilem*, verbo, *naturalibus qui filij sint legitimi*, & ibi *Hostiens.* De spurijs est *Inlith de nupt. §. Si adversus*, De mãzeribus *Sayr. lib. 6. Thesaur. c. 10. num. 10.* De omnium inhabilitate ad ordines, & beneficia ultra scribẽtes ad *titul. de filijs presbyterorum in 6.* videbis *Hostien. in summa eodẽ tit. Covar. de benef. 3. part. cap. 2. Trotum de vero, & perfecto clerico, lib 2. cap. 1. & 2. Rebuf. in praxi tit. de dispensatione super defectu naturali, Lambertin. de iure patronat. p. 1 lib. 2. q. 7. art. 11. Gregorii Tholosan. in syntagm. iuris p. 2. lib. 10. c. 3 Villadiego de irregularitate c. 10. Mayol de irreg. c. 1. usq; ad 10. Bernard. Diaz. in practic. crimin. cap. 14. & ibi Salzedo, Mandos. de signatura gratiæ, tit. de dispensat. super defectu naturali, Paleotum de nothis, & spurijs,* præsertim *cap 57. Menoch. lib 2. de arbitr. casu 201. à num. 35. Flamin. de resignat. benefic. lib 4. quæstione 4. num. 8. & sequentibus. Vgolin. de irregularit. lib. 12. capit. 44. tit. 6 1 part. Navarr. in Manual. cap 27. num. 201. & cons. de filijs presbyterorum. Summistæ Angelum, Sylv, Rosel, Tabienam, Armillam*, verbo *illegitimus, Candelabr. tit. de irregularit. à nu.* 107. & deinceps, *& in append. cap. 2. de illegitimis Ludovicum Lopez instruct. conscientiæ 2. part. cap. 23. tom. 2. Emman. Rodrig. in summa tom. 1. cap. 16. & quæstion. Regular. tom. 1. quæst. 13. Petrum Ledesma in summa de matrimon. cap. 34. Sayrum lib. 6. Thesaur. capit. 10. & 11. per totum Gartium de benefic. part. 7. capit. 1. & 2. Graffium 4. decis. cap. 27. à nu. 52. Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* Theologos societatis Iesu. *Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 8. numer. 10. Tolet. in summa lib. 1. cap. 58.* ubi *Vincellus eius additionator. Suarium de censur. tom. 5. disp. 30. Avilam de censuris part. 7. disp. 3. dubio. 6. & sequentibus*, apud quos plura invenies.

Expositos numerãdos esse inter irregulares propter præsumptionẽ illegitimitatis, tenent. *Covar. in Clement. si furiosus 1. part. §. statim in principio num. 9. Ludovic. Lopez. 2. part. instruct. cap. 23. Candelabrum aureum tit. de irregularitate, à num. 2. Salzedo additionator ad Bernard. cap. 14. lectura C. verso. & huic loco Mayol de irregularit. cap. 11. Vgolinus eodem titulo cap. 44. §. 7. nu. 1. Castillo lib. 2. quotidianarũ controvers. cap. 19. num. 51. Emman. Rodrig. tom. 1. sum. cap. 16. num. 1. Sayrus in Thesaur. lib. 6. cap. 10. num. 39.* ad finem ubi allegat. *Angel in l. professio Cod. de testament. Alciat lib 3. de præsumpt. præsumptione 1. num. 12. Garc. de benef. part. 7. cap. 2. à numer. 8. Henriq lib. 11. cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 8. nu. 10. Vasquez. 1. 2. disp. 66. num. 48. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 58. num. 7. Avila de censur. part. 7. disp. 3. dub. 9. Rebellus de obligat. iustitiæ 2. part. lib. 1. quæstione 2. num. 15.* Negat pro illegitimis habendos *Anania in cap. 1. numer. 11. de infantibus expos. Felin. in cap. cum deputati num. 1. de iudic. Bermon. de public. concubinar.* verbo, *qui etiam filios, num 90. Paleotus* dicens, receptam opinionem *nullat de nothis, & spurijs cap. 63. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 396. Joann. Vela de panit. delictor. cap. 9. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unica sectione 24. num. 246.* probabilem iudicat *Suar. de censur. disp. 50. sect. 4 num. 4.* Veriorem appellat de rigore iuris *Sayrus d. lib. 6. cap. 10. nu. 39.* & quidem ita iudico, licet valde mihi placeat moderatio appositа à *Suario* citato, *num. 4.* ad medium, ubi ait petendam dispensationem ab Episcopo, qui illam facile præstabit, conformando se huic secundæ sententiæ, quæ, ut dixi, de iure verior est.

Illegitimi legitimantur ad effectum abolẽdæ huius irregularitatis, ijs modis, quos recẽset, *Suarius disp. 50. sect. 3.* per totum *Sayr. d. lib. 6. Thesaur. cap. 11.* per totum. *Garcia de benefic. part. 7. cap. 1 num. 70.* ubi latè referunt Doctores de hac materia tractantes.

Gravis, & antiqua quæstio est. Vtrum summus Pontifex legitimare possit ad civilia pro toto orbe christiano, ut possit ad ecclesiastica? Et procedit hæc quæstio, cum dispensatio fit, ut matrimonium contrahatur inter eos, qui tempore habitæ prolis inhabiles erant ad validè contrahendum, putà, quia consanguinei intra quartum gradum, sed postea validè contrahũt eum decreto legitimationis prolis habitæ, & habendæ. Negant prolem habitam tempore impedimenti dirimentis legitimari ad civilia per Papam extra terras ecclesiæ, per clausulã legitimantem illam, licet dispensatio fiat in radice matrimonij, *Molin. de primog lib. 3. c. 2 n. 11.*

Humada ad Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 15. partit. 2. Gloſſa 10. num. 7. Peregrin. de fideicõmiſſ. art. 24. á num. 70. Ludovic. Lopez. inſtruct. 2. tom cap. ult. concluſione 3. Sanches lib. 8. de matrimon. diſp. 7. num. 14. Fundamenta latè proponit idem Sanches citatus. Contrarium tenet *Guilhelm. Benedictus in cap. Raynuntius*, verbo, *& vxorem 1. á num. 202. Henriq. lib. 7. cap. 13. num. 5. in fin. Garcia de benefic. p. 7. cap. 1. num* 40. ubi plures deciſiones Rotæ pro hac parte adducit, in una tamen, quæ incipit *Pro illegitimitate, §. Verum aliqui ex dominis, &c.* hæc quæſtio ex profeſſo diſputatur, vide ibi.

5 Non minus gravis, & dubia eſt difficultas, à quo tempore proles cenſenda ſit legitima, naturalis, vel ſpuria? à tempore conceptionis, an nativitatis? v. g. concepta eſt proles inter duos conſanguineos in gradu dirimenti, ſed tempore nativitatis ex diſpenſatione, iam validè contraxerant, vel tempore conceptionis habiles erant ad cõtrahendum, tempore verò nativitatis inhabiles ex ſuperveniẽti dirimẽti impedimento. Prima ſentẽtia tenet, inſpiciẽdũ tẽpus bono prolis accõmodatius, ſive ſit conceptio ſive natiuitas; argumẽto *textus in, §. ſufficit. Inſt. de ingenuis, & in l. nuper. C. de naturalibus liberis, & in Authẽt. quibus modis naturales efficiãtur ſui, §. tribus. Hoſt. Ioãn. Andr. Cardin. & Collectar. in c. tãta, qui filij ſint legitimi. Salycet. in l. nuper*, citat. *Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. p. 2.* verbo, *Si no el hijo*, verſ. *Sed pone, & l. 1. tit. 13. p. 4.* verbo, *caſa, Rojas de ſucceſſionibus ab inteſtato cap. 7. n. 38. Alvarad. de coniecturata mente defunct. lib. 2. c. 3. n. 66. Spino de teſtamẽt. Gloſſa 15. nu. 118. Fachineus controverſ. lib. 3. cap. 50. Ludovic. Lopez. inſtruct. tom 2. cap. 57. Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 2. n. 2.* ubi alij. *Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 172. Sayrus d. lib. 6. Theſauri cap. 10. nu. 29.* ubi plures vide. *Marquecho de bonorum diviſione lib. 4. cap. 6. num. 18 & 21. Sanches de matrimon. lib. 8. diſp. 7. num. 19.*

6 Secunda ſententia ait, ex conceptionis tempore ſummendum eſſe, prolem eſſe naturalẽ, vel ſpuriam, aut etiam legitimam, ſequuntur *Cynus, & Paulus in l. cum ex libera C. de ſuis, & legitimis hæredib. Paulus & Albericus in l. Paulus. 11. ff. ſtatu hominis. Salycet. in l. & ſi contra Cod. de nupt. & in l. filius. C. de ſuis, & legitimis hæredib. Anton. in tract. de legitimat. col. 8. & 9. Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 4. n. 14.* videntur tenere *Bart. in d. l. Paulus*, ſequitur intrepidè *Bald, Angel*, & *Peregrin*, quos refert & ſequitur *Garcia de benef. p. 7. cap. 1. nu. 36. & 38.* Probabiliorẽ appellat *Suar. de cenſur. diſp 50. ſect. 1. n. 3.* Rationes optimas pro ea adducit *Sarmiẽt. lib. 1. ſelectar. cap. 1. à nu. 10.* quibus certe motus *Covar. in ultimis edit.* aliquantulum dubitauit de opinione ſua. Ego certe proli faverem, cum prima ſententia.

CAP. Presbyterorum. I.

SVMMARIVM.

1 *Filij presbyterorum ſunt irregulares.*
2 *Hæc irregularitas tollitur per profeſſionem religionis approbatæ.*
3 *An tollatur per vota biennij ſocietatis Ieſu?*
4 *An expulſis à religione profeſſis, vel poſt vota biennij à Societate hæc irregularitas reviviſcat.*
5 *Profeſſio non tollit irregularitatem ad dignitates.*
6 *An filiorum nomine in odioſis, veniãt nepotes?*
7 *An nepotes presbyterorum ex hoc ſolum ſint irregulares?*
8 *An poſſint auo immediatè ſuccedere in beneficio?*
9 *An nepos nõ legitimus poſſit ſuccedere auo presbytero ex teſtamẽto? & n. 10.*
11 *Locus non ſanctificat?*

IN textu, ibi, Presbyterorum. 1
Pares ſunt filij presbyterorum illegitimis (nam de legitimis dicam *in cap. Canonũ ſem hac diſt.*) ac omnes alij, qui legitimi non ſunt; de quibus in titulo huius diſtinctionis, circa textum, vide latiſsime *Cenedo ad Decret. collect. 62.*

In textu, ibi, Niſi aut in cœ- 2
nobijs. Tollitur hæc irregularitas ipſo facto per profeſsionem, in approbata à Sede Apoſtolica religione, *Gloſſa* hic verbo, *presbyterorum, & in cap. fin.* verbo, *Sedis Apoſtolicæ in fin. de filijs presbyteror.*, & alijs locis, quos *Gloſſa*, conglobat. *Palud. in 4. diſt. 41. quæſt. 3. art. 2. concluſione 2. S. Antonin. 3 part. tit 29. de irregularit. cap. 4. circa medium, ſumma confeſſor lib. 3. titul. 19. quæſt. 2. Sylveſt.* verbo, *illegitimus quæſtione 6. Angel. ordo 3. num. 13. Tabiena ordo 4.* poſt medium. *Navar. in Man. cap. 27. num. 201.* verſ. *Decimo dico. Vivald. de irregularit. numer. 126. Phyliarc. de officio ſacerdotij lib. 5. cap. 8. Angles in floribus 4. ſentent. in ſacramẽt. ordinis, artic. 4. Graſſ. lib. 4. cap. 27. numer 54. Sayrus lib. 6. Theſauri cap. 11. num. 3. Emmanuel Rodrig. tomo 1. quæſt. regular. quæſtione 13. artic. 1. Ioann. de Cruce de ſtatu relig. lib. 1. cap. 6. dub. 18 concluſione 2. Henriq. lib 14. cap. 8. num. 10.* ubi *Comment. litera Z.* plures refert. *Tolet. lib. 1. ſummæ cap. 68. num. 8. Valent. tom 4. diſp. 7. quæſtione 19. punct. 3. §. 2.*

Avila de cenſur. part. 7. diſp. 3. dub. 7. §. Quinto notãdum Suar. de cenſur. diſp. 50. ſectione 5 num. 12. cum alijs, quos apud eundem leges. *Reginald. lib. 30. tract. 2. num. 18.* noviſsimè omnium *Sanches to. 2. Decalogi lib. 5. cap. 5. à n. 12.* apud quem alij.

3 Dicunt *Henriq lib & c.* proximè allegato, & *Sanches* citatus *num. 13.* tolli etiam hanc irregularitatem per vota biennij Societatis Ieſu, quia ea verè voventes conſtituunt religioſos ex declaratione Gregorij Bullæ. *Aſcendente Domino*, præcipuè cum textus non requirat fieri religioſum per profeſsionem ſolemnem, ſed tantum fieri religioſum per quæcumque vota id fiat, *Emmanuel Rodrig.* citatus *tom. 1. quæſtion. regular. quæſtione 13. art. 1.* putat hanc irregularitatem tolli etiam per educationem in Religione approbata, cum animo illam profitendi, item per ingreſſum in ipſam religionem, per tyrocinnium, ſed non placet, nec etiam cum limitatione reincidentiæ, quam ibi apponit, optimè illum reijcit *Sanches* citatus *numer. 12.* Tu illum vide.

4 Quæſtio eſt. An ita extinguatur iſta irregularitas ex defectu natalium per profeſsionem, & per vota biennij in Societate, ut nec in expulſis ante ordinationem, ſed poſt profeſsionem, aut vota biennij illa irregularitas non perſeveret, ſed ij ordinari poſsint abſque alia diſpenſatione extra religionem? De profeſsione id non eſt dubium, cum ſemper profeſſus licèt expulſus, ſit veré religioſus. De expulſo non profeſſo à Societate, idem contendit *Sanches* citatus *numer. 14.* Sed non puto, quia hic amittit ſtatum, ratione cuius ei tollitur irregularitas, neque enim talis, quo tempore ordinari debet, iam eſt religioſus, ſed purè ſæcularis. Addo quod hac ratione fraus fieret legibus eccleſiaſticis, nam cum expulſio à Societate ſit frequentiſsima, & aliquando ex cauſis non ita gravibus, poſſent illegitimi poſt emiſſa biennij vota, procurare, conſequi demiſsionem, cum iam ordinari poſsint. Certè non ego primus experiar, & practicabo *Sanches* opinionem, imò puto eam bene conſideratam tandem diſplicituram Generali Societatis, ob occaſionem, quam illegitimis offert demittendi religionẽ; ſed nihil diffinio. Illud ſolũ hoc loco adverto quęſtionem hactenus excitatam, habere ſimilitudinem cum illa quæſtione, quẽ *Aloys. Ricc. in praxi aurea reſolut. 311.* dicit novam, & à nemine agitatam. Vtrum, ſcilicet, irregularitas ſublata per ingreſſum religionis, & per profeſsionem in eadem religione factam, iterum reviviſcat in eo caſu, in quo profeſsio per ſuperiorem annulletur? Cuius quæſtionis affirmativam partem amplectitur, aſſeritque illam irregularitatẽ reviviſcere. v.g. Petrus irregularis ingreſſus eſt religionem, & poſt elapſos quinq; annos affimavit, ſe per vim, & metum profeſsionem emiſiſſe, ideoque talis profeſsio per ſuperiorem pro nulla, & irrita fuit declata. In tali caſu egrediens Petrus à monaſterio, manet ut antea, irregularis. Quam concluſionem citatus auctor quinq; probat rationibus, quas vide loco allegato.

Dubitabis an per profeſsionem in religionibus tollatur etiam irregularitas ex naturali defectu circa dignitates obtinendas? Negativa pars eſt certa, eam tuentur *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 1. num. 3.* cum multis, *Suar. de cenſur. diſput. 50. ſect. 5. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 5. cap. 5. n. 16.* contra *Emman. Rodr. tom. 1. regular. q. 13. art. 5.* Vnde profeſſa monialis non poteſt eſſe Abbatiſſa, ſi ſit illegitima, ſine diſpenſatione; ita *Sanch.* citatus *num. 19.* cum multis quos refert *num. 19.* contra *Emman. Rodrig. tom. 1. regular. q. 13. art. 21.* & *Tabien.* verbo, *virginum conſecratio, nu. penult. & Paludanum in 4. diſt. 41. q. 3. art. 1. nu. 14.* qui nimium favere videtur huic opinioni. 5

In Gloſſa verbo. Filijs. Quærit utrum 6 in odioſis venia nt nepotes ſub filiorũ nomine? & negat; Gloſſam ſequuntur *Bart. in l. liberorum, ff. de verbor. ſignific.* quẽ cõmuniter ſequũtur Iuriſtæ, ut refert, & probat *Covar. li. 2. variar. c. 8. n. 2. Anton. Gabriel de verbor. ſignific. concl. 1. n. 34. Surdus de aliment. tit. 9. quæſt. 36.* ubi plures refert *Garcia regul. 205. Lara de anniverſarijs li. 1. c. 6. n. 5.*

In Gloſſa verbo, Filios. Quærit utrum 7 nepotes presbyterorũ ſint irregulares? Et reſpondet negative; vide inferius *in c. Cenomanenſem, nu. 8.* ubi doctrina ibi tradita ad nepotes presbyterorum extẽditur, per Authores, quos refero, & vide Gloſſam *in cap. ad extirpandas, de filijs presbyterorum, & in cap. Apoſtolica, 8. q. 1.*

Adde, nepotes legitimos presbyterorum ex 8 filijs illegitimis, poſſe immediatè ſuccedere avis in beneficijs, nec cõprehendi in *extravag. Clement. 7.* (de qua dicã *cap. Cenomanenſem,*) nec in Decret. *Trident. ſeſſ 25. de reformat. cap. 15.* ubi filij presbyterorum prohibentur in perpetuũ à beneficijs eccleſiæ, ubi patres beneficia habuerunt ita *Navarr. conſ. 9. de filijs presbyterorũ, n. 9. Spino de teſtament. Gloſſa 3. à nu. 23. Azor. lib. 6. p. 2. cap. 4. q. 17. Sayr. in Theſauro lib. 6. c. 10. n. 46. Garcia de beneſic. p. 7. cap. 3. n. 21. Vgolin. de officio, & poteſtate epiſ. cap 50. §. 7. n. 2. & §. 8. n. 2. Stephan. Gratian. diſceptat. forens. cap. 397. num. 6. Galett. in margarita caſuum conſcient.* verbo, *beneficium 1. Armendar. in addit ad recop. legum Navarra lib. 2. tit. 19. l. 1. de filijs presbyter. n. 1.* Contra *Rebuff. de pacific. poſſeſſ. à nu. 276.* aliàs 225. *Rojas de ſucceſſ. ab inteſtato cap. 20. à nu. 112. Mieres de maiorat. 2. part. q. 2. n. 25. Salzed. ad practic. Bernad. crimin. cap. 48. numer. 4. littera A.* qui oppoſitum ſimpliciter ſequuntur. Item contra *Leſium*, qui nõ ſatis bene ibi diſtinguit

lib.2.cap. 34.dub. 14.num.91. de ſucceſsione avita ante mortem, non verò poteſt mortem patris,adi illum.

9 Adderem hanc ſucceſsionem bene poſſe eſſe ex nepote illegitimo, ideſt, nato ex filij damnabili coitu, reſpectu aui, ita ut nepos talis immediatè ſuccedat in beneficio; ita tenēt *Gloſſa in cap. Apoſtolica 8. queſtione 1. Gambarus de officio legati lib. 7. Rubrica 1. queſtione 37. ex num.* 311.& cum magis communi. *Navarr. conſil. 9. de filijs presbyterorum á nu.1. Quintana dueñas* cum multis, *Eccleſiaſtic. lib.2.nu. 95. Spino de teſtament. Gloſſa 3. à num.23. Emmanuel Rodrig. tom.1. ſumma cap.29. num. 4. Vega.1 part. cap. 36. caſu 18. Azor. 2 part. lib.6. cap. 4. queſtione 17. Garcia de benefic. part.7.cap.3. nu.25.* ubi addit ita declaratum eſſe à congregatione Cardinalium,ſuper Trident. die 1.Martij anno 1589.

10 Nec levis eſt coniectura poſſe nepotem etiam non legitimum auo clerico ſuccedere ex teſtamento, *l. fin. 6.de naturalibus liberis, Rodericus Soares in l.9.tit.11. lib. 1. fori num.4.& l.1. tit. 6, lib. 3. fori §. Hac de filiorum, Anton. Gom. in l.9. Taurī num. 17. Didacus Perez in l. 22. titul. 3. lib. 1. hodie l.6. tit. 8. lib. 5. recupil. Ducū. Regula 366. limitatione 2. Paleotus de notbis, & ſpurijs cap. 53. Covar. in 4.part.2. cap.8. §. 5. nu. 11. Rojas de ſucceſſione cap. 20. Clarus §. teſtamentum queſtione 32. Pinel. in l. 3. Cod. de bonis matern. à num. 2. Parlador rerum quotidian. lib.1.cap. 16. num. 4 Valdes ad Rodoricum Soares* citatum, *d. num.* 4. ubi plures refert. *Molin. de iuſtitia tom.1. tract. 2.diſp. 167. concluſione 9. Surd. de aliment.titul.5. queſtione 7. num.* 41. *Peregrin. de iure fiſci lib. 3. titul. 18. numer. 47. Cald. Pereira queſtion. foren. conſ. 39. num.16. Bernard. Greu. ad practicam Camerę. Imperial. lib. 2. concluſione 115. num.* 15. Non poterit tamen nepos ex filia,vel filio illegitimo habere penſionē ſuper beneficium avi,illo vivente,ut avitæ incontinētiæ arceatur memoria,ut declaravit, *Congregatio Cardinalium ſuper Trident. ſeſſ. 25. de reformatione cap.*25. quam leges apud *Garciam de benefic. part.7.cap.* 3 *num.* 24.

11 In Gloſſa verbo,Cœnobijs,ibi, Locꝰ nō ſāctificat hominē. Similia dixit S. *Hieronymus epiſtola 13.* quæ eſt ad Paulinum,ibi. *Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene viviſſe, laudandum eſt, &c.* Quæ proſequens addit. *Singuli quique credentium, non locorum diverſitatibus, ſed fidei merito ponderantur. De Hieroſolymis, & de Britania æqualiter patet aula cæleſtis. S. Ambroſ. lib. 1. de paradiſo cap.* 4. ponderans, Euam in paradiſo factam, Adamum nobiliorem extra paradiſum, ut ſatis apertè dicitur *Genes. cap.2 num.*15. *Illud autem* (inquit) *quis extra paradiſum vir factus eſt,& mulier intra paradiſum,ut adverteret non loci, nō generis nobilitate, ſed virtute unuſquiſque gratiam ſibi comparare,&c. S. Auguſt. expoſitione 2.in Pſal. 29.Iob* (inquit) *in ſtercore eſt cautior,quam Adam in Paradiſo,nam Adam in Paradiſo conſenſit mulieri, ut de paradiſo emitteretur. Iob in ſtercore reſpuit mulierem, ut ad paradiſum admitteretur,&c.* Vide quæ ſubiūgit.Sunt etiam egregia verba *S.Gregorij homil.9. in Ezech. tom.2.cap.2.* ubi poſt multa de Sancto Petro Apoſtolo,ſubiūgit de Loth.*Loth.* (inquit) *in Sodomis ſanctus extitit,in monte peccavit.Geneſ.19. Quod antē loca mentem non muniunt,ipſe humani generis primus teſtatur parens,qui in paradiſo cecidit,&ſi locus ſalvare potuiſſet Satan de cælo non caderet, &c.* Quę proſequitur elegāter. Similia habet, *epiſt. 45.ad Pallad. presbyt. lib.8. Epiſt.ex Regiſtr.in diſt.* 3.

CAP. Hoſius. II.

SVMMARIVM.

1 *An ſpurius poſsit eſſe ſūmus Pontifex?*
2 *In malorum filijs imitatio timetur.*
3 *Semen humanum in ſe bonum eſt.*
4 *Ex illo parentum inclinationes filijs communicantur.*

IN textu. An ſpurius ſit inhabilis ad Cardinalatum,vel Papatum. 1
Vide *Gambarum de officio legati lib. 7.ex num. 72.& ex num.* 83. *Abb. in cap. per venerabilem nu.5. qui filij ſint legitimi. Tiraquel. de nobilitate cap. 15.ex num.* 31. plures refert. *Cenedo ad Decret. Collect.14. num. 2. & num.1.* Plura de filijs ſpurijs,& illegitimis tradit, quem latiſsimè videbis circa textus materiam. Adde *Iacobac.de conſil. lib 7. artic.6. pag.*494.

In textu, ibi, Parentum vitia. 2
Licet evenire poſſet,ut filij parētibus ſint diſſimiles,at ſemper præſumitur filios parentum mores imitaturos, nam ut ait *S. Albertus epiſtola* 59. *Plures ſunt iniquitatum hæredes, quam virtutum.* Ita *l.quiſquis, §. filij. Cod.ad l. Iuliam maieſt.* probat ex innumeris, *Tiraquel.l.7. connubial.part.7. Gloſſa 1. à num.*2. *Caſſaneus in Cathal. gloriæ mundi part. 11. conſideratione* 25. Adde ulterius *Chriſoſt. in cap. 25. Matth. homil. 45. in medio littera B.* ab illis verbis *Natura regula dicit, &c. D. Gregor. Nazianz. littera B. S. Ambroſ. tom.1. lib. de Noe, & arca cap.* 3. Declarant optimè Poetæ cum natum à ſaxis, rupibus, mari,ferisdicunt hominem immanem,agreſtem,indomitū *Homer. Iliad.7.* Dido ſcribens ad Æneā,& *Ovid.8. Metamorph & lib. 1. de triſtibus elegia 7. Virgil. 1. & 4. Æneid. Catull. de nuptiarum Pelei, & lib. 3. eleg.4. Tibul. lib. 2. eleg. 2.* & multi alij apud *Muretum* in dictum locum Catulli, *Servium, Pontanum,* 3
4
5

Cerdam in Virgilium, & alios. Plura dabunt ſacri interpretes ad *cap.* Matth. 7. *Non poteſt arbor mala, &c.*

3 In textu, ibi, Dei creatura eſt. De ſemine humano, quod peritiſsimi Philoſophi, & medici diffiniunt *ſubſtantia corporea vivētis partem, & reſiduum tibi optimè concocti*; leges, quę ſcripſerunt *Tiraquel. de legibus connubial l.* 15. *à numer.* 12. *Naclant. de vegetativa potentia Theor.* 13. *Valleſius de ſacra philoſophia cap.* 13. *Spinoſa in problema*, & alij cum *Conimbricenſ. de generatione.*

4 Licèt ſemen humanū Dei creatura ſit, & illud in ſe bonū, negandum tamē nō eſt pravas, aut optimas filiorū inclinationes ab illo provenire, dixit optimè *Ovid.* 4. *Methamorph.*

Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Videndus eſt de hac re *Macrob. lib.* 5. *Saturnal cap.* 11. ibi *Valet ad fingendas, atque animi ſimilitudines formandas vis, & natura feminis*, tranſcripſit totidem verbis *Agelius lib.* 12. *noctium Atticar. cap.* 1. *Gregor. homil.* 20. *in Evangel. D. Auguſtin. in Apocal. homil.* 14. *in fine. tom.* 9. *Calius. Rodigin. lib.* 3. *lect. antiquar. cap.* 29. *in fin. Tiraquel.* 7. *connub. part.* 7. *Gloſſa* 1. *numer.* 2. *& de nobilit. cap.* 31. *numer.* 293. *Bald. in l. Gallus §. Quidam recte, nu.* 2. *col.* 3. verſ. *in* 2. *Gloſſa magna, ff de liber. poſthum, Fulgoſius conſ.* 193. *num.* 1. *Thomas Grammaticus conſid.* 31. *numer.* 6. *Caſtro lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 9. vide, quæ doctè aggregat *Sanches tomo primo, Decalogi lib.* 2. *capit.* 27. *à numer.* 11. 12. 13. *&* 14. & deinceps.

CAP. Vndecumque. III.

SVMMARIVM.

1 *Vitia parentum filijs non imputantur.*
2 *Dictiones* recte, & ritè *quid ſignificent?*
3 *Ducñas noſtri textus meminit.*

1 IN textu, ibi. Collige ex illo, undecumq; naſcantur homines, ſi parentum vitia non ſectentur, honeſtos, & ſalvos futuros eſſe, quia non eſt omnino, nec de virtute, nec de vitijs parētum, aut laudandus aliquis, aut culpandus; proſequitur latè *Rebuf. in praxi* 2. *part. titul. de diſpenſatione ſuper defectu natalium num.* 1. qui noſtrum textum refert.

2 In textu, ibi, Recte. *Recte*, & *ritè* differūt, quia rectè reſpicit iuſtitiam, & importat iuſtè, & æquè factum. *Ritè* verò reſpicit ordinem, & ſolemnitatem. *l. generaliter, §. ſin autem non Cod. de rebus creditis*, ibi, *Non ritè illatum, rectè autē accuſatum. Decius in l. infantis, in prima lectura numer.* 1. *& in* 2. *lectura, num.* 2. *Cod. qui admit. Alexand. in l.* 3. & ibi, *Iaſon. numer.* 3. *ff. de liberis, & poſthum. Abb. in cap.* 1. *§. Vna vero, numer.* 1. *de ſumma Trinitate*, plures citat *Tiraquel. in l. ſi unquam in principio, num.* 33. *&* 35. *Cod. de revocand. donat.* & illa differētia communiter approbatur, ut affimat *Decius in l. lecta, num.* 21. *ff. ſi certum pet.* Sed contrarium imò quod iſta differentia non ſit vera, & quod aliquādo dictio *rectè* denotet ordinem iuris, & dictio *ritè* reſpiciat iuſtitiam, tenet *Iaſon. d. num.* 3. *& in l. ab hoſtibus, §. Si vir, numer.* 5. *ff. ſolut. matrimon. Decius dicto num.* 21. *&* 22. poſt alios *Tiraquel. d. num.* 35. plenius *Cenedo ſingulari* 98. quem videbis.

In fine textus, ibi, Nullum eſt crimen. 3 Proſequitur *Ducñas regula* 345. à principio.

CAP. Nunquam de vitijs. IV.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia delet peccata.*
2 *Inanis laus, quæ à parentum nobilitate deſcendit.*
3 *A malis bonum eſſe, glorioſum.*
4 *Barbacia Gloſſam ſequitur.*

1 IN textu, ibi, Fornicatorē ipſū, Notāt de Davide ſacri interpretes *Eccleſ.* 49. *num.* 5. *Præter David. & Ezechiam, & Ioziam; omnes peccatum commiſerunt.* Rectè ibi. *Lanſenius*; vide etiam quæ notantur *Luca* 7. *nu.* 44. de Magdalena *Vides hanc mulierem, &c.* de Divo Petro. *Ioann.* 21. *num.* 21. *Hic autem quid?* Quam pœnitentiæ vim ad peccata delenda incredibilem, non quidem multis, ſed gravibus, & concinnis verbis expoſuit *Dionyſius Petavius* noſtræ ætatis poeta ſanè per illuſtris cum in *tragedia* dixit.

Crimini ingemuit nocens.
Quæcunque luce, nulla parcendi mora eſt.

Quibus carminibus alluſiſſe videtur ad illud *Iſaiæ* 30. iuxta verſionem ſeptuaginta interpretum: *Cum ingemueris tunc ſalvus eris.* Quam contriti, ac mœrentis animi efficaciam latè oſtendit *Suar. tom. de panit. diſputat.* 4. *ſectione* 5. *§. Qua propter*, ubi hanc notam ex variis Patrum teſtimonijs reddit locupletiſsimam.

In tex-

1 In textu, ibi, Nec de virtute. Faciunt quæ pro hoc argumento de ſe *Marius* apud *Salluſtium* de bello Iugurtino, item quæ *Licus* apud *Senecam in Hercule furente*, audi quàm eleganter.

Non vetera patriæ iura poſſideo domus,
Ignavus hæres, nobiles non ſunt mihi
Avi, nec alieni inclytum titulis genus;
ſed clara virtus, qui genus iactat ſuum.
Aliena laudas, &c.

Vide vlterius, & quæ ibi ſcribuntur à Delrio lege ex patribus S. *Chryſoſt. 9. in Matth. Imperfectum in Matth. homil. 3. & Chryſoſt. homil. 2. in Ioann. tom. 3. S. Hieronymum epiſtola ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani, & epiſtola 4. ad Celantiam matronam, & epiſtola prima* quæ eſt ad Demetriadem *tom 9. Ambroſium in exhortatione ad virginem, & lib. de paradiſo cap. 4.* Ex noſtris *Rebuf. in praxi 2. par. tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium num 2.* qui textus memoratos materiam proſequitur, *Gerard. ſingulari. 33. Tiraquel. de nobilitate cap. 15. num. 3.*

3 In textu, ibi, A virtutibus prorſus alienis. Adi quæ notavit egregie S. *Gregor. lib. 1. Moral. cap. 1.* ad illud *Iob. cap. 2. num. 1. Vir erat in terra Hus*, ubi etiã *Pineda*, item, *Origenes lib. 1. in cap. 1. Iob. S. Baſil. in lib. conſtit. monaſtic. cap. 22.* & ſane nil mirum eſt, ſi ex ſe licibus arborum truncis, radicibuſque fœcundiſſimis dulces oriantur fructus; cũ ferme eadem ſit in trunco, & in ramis natura. Illud maiori erit admirationi, ſi ex Sylueſtri ſtipite mitia poma decerpantur. Vel ſi (ut autor eſt *Tarquinius Gallutius* noſtri ſæculi poeta egregius *lib. 1. Carmin. poemate. 2. in Chriſti natale*)

Sudant opobalſama truncis.
Sudat Achamenium rigido de robore coſtum.

Haud aliter maiore admiratione dignior, & glorioſior ille erit, qui ex improbis probus, ex turpibus honeſtus, ex vitioſis parentibus natus fuerit bene moratus. De quo vide *Mendoçam tomo 1. in lib. Reg. cap. 1. num. 1. ſect. 4.*

4 In Gloſſa verbo, Neſcio. Dicit ſingularem *Barbacia conſ. 57. col. 6. verſ. Præterea pondero, lib. 2. & in cap. ad audientiam, col. 4. de reſcriptis* relatus à *Tiraq. de nobilit. cap. 5. num. 6.*

CAP. Naſci de adulterio. V.

SVMMARIVM.

1 *Sacer venter quid?*
2 *Licet ab externa corporis phiſiognomia mores coniectari.*
3 *Deformis facies animum deformem arguit.*
4 *Corporis deformitas animi pulchritudine ſuperanda.*
5 *De Iephte voto quid ſentiendum?*

1 IN textu, ibi, Sacri vetris anguſtias, &c. Sacrum hoc, loco execrandum interpretor, nam ſermo eſt de cõcipiente ex damnabili coitu, docent interpretes Virgiliani ad 3. Æneidos *Auri ſacra fames*. Lambinus in illud Horatianũ. *Inteſtabilis, & ſacer eſſa*. Novitiot tamen lectio eſt, ſecretas ventris anguſtias, &c.

2 In textu, ibi, Hiſpidus tàm mente, Alluſio eſt ad locum *Geneſ. c. 25. n. 15.* ubi de Eſau *qui primus egreſſus eſt, rufus erat & totus in morem pellis hiſpidus.* Vbi notant interpretes incultam, & ſylvoſam (ſic appellat *Sanctus Chryſoſtomus.*) Eſau faciem, incultæ & ſylvoſæ mentis indicium præſtitiſſe. Congerunt multa de hac coniiciendi alienos mores arte, interpretes Martialis, præſertim *Raderus ad epigram. 54. lib. 2.*

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laſcus;
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

Adde licitam eſſe hanc coniecturationem ex arte phyſiognomica naturali, cum inter cõiecturas ſiſtit, ſiue eæ petantur ex metopoſcopia, ideſt frontis inſpectione; ſive chiromantia, id eſt manus delineamentis, ſive ex phyſiognomica, id eſt externa corporis habitudine, & diſpoſitione; dummodo coniecturas naturales non egrediantur; ita probant ex ſacra pagina *Proverb. 6. num. 12.* (ubi multa *Ferdinandus Quirinus de Salazar*) *& cap. 17. numer. 24. Eccleſiaſtici, cap. 8. num. 1. Paralypom. cap. 12. num. 8. Eſaiæ cap. 3. numer. 9. Delrius lib. 4. de Magia cap. 3 quæſtione 4. & 5. Azor. tom. 1. lib. 9. c. 16. in fine Leſius lib. 2. de iuſtitia c. 43. dub. 7. Sãch. to. 1. Decalogi lib. 2. cap. 38. numer. 44. Suarius tomo primo de religione lib. 2. cap. 10. numer. 14.* & ultra hos, *Navarr. ſumma latina cap. 11. numer. 31. Cirnelo de ſuperſtitione 2. part. cap. 4. Simãch. de catolic. inſtit. 23. numer. 18. Alcozer. in ſumma cap. 14. Petr. Navarra lib. 2. de reſtitutione cap. 2. part. 1. dub. 7. in nova editione 4. nu. 155. uſque ad 161. Ludovic. Lopez inſtruct. p. 1. capit. 41.* Porrigere, ut divinent, ſeu potius ut mentiantur, manum Ægyptijs, vulgo *Ciganas* (de quorũ origine ſatis multa *Delrius ſupra q. 5.*) utrum aliquando liceat? videbis apud *Sanchez*

citatum, *num.* 48. Agunt etiam de hac materia *Vgolinus de Censuris Pontificij reservatis part. 2. §. 2. num. 10. Farinac. de delictis quæst. 20. num. 112. & de Hæres. quæst. 181. num. 56. Hortens. Cavalcan. de brachio regio part. 3. num. 84. Ordinat. Lusitana lib. 5. tit. 3. §. 2.*

3 Hinc colligunt *Bald. l. 2. num. 5. Cod. quorū appellat. non recip. Paris. de syndicatu, Hyppolit.* & alij de quibus *Bovadilla in sua polit. a. lib. 1. cap. 8. nu. 82. Cevallos in communibus quæst. 248. nu. 13. Cavalcan. de brachio Regio part. 3. num. 84.* ex pluribus propter idem crimen accusatum, deprehensis primū subijciendum quæstionibus, ac tormentis eum esse debere, qui corpore deformior sit, cum internus animus per externā faciem, vt plurimum, propatetur.

4 Curabunt tamen qui corpore sunt deformes, vt interna animi pulchritudine splendeant, quod optima allegoria docuit *S. Gregor. Nazianz. oratione in Maximū. & D. Chrys. in Psal. 50.* rectè monet nō corporis, sed animi pulchritudinem esse suspiciendam. Nam *D. Paul.* vt ait *Nicephorus lib. 2. c. 37. Parvo fuit corpore cōtracto, & quasi introrso, atq. paulatim inflexo, habuit tamen mirandam interioris hominis pulchritudinem.* Illa præterea exigua Pauli statura præstantior Deo visa est, quā aliorum Gigantæa.

5 In Glossa verbo, Viros sanctos. Ait Iepthe sanctum non fuisse in eo, quòd temerarium iuramentum voluit servare; cū Glossa abeunt S. *Thomas epistola ad Hebr. cap. 11.* ubi eandem sententiā tribuit S. Hieronymo. Abit *Author quæstionum vtriusq; testamenti*, qui tribuitur, (sed falsò) S. Augustino, *1. part. quæstione 34.* Abit *Concil. Toletan. 8. cap. 2.* item *Anastasius Nicæus lib. quæstionum in Script. quæstione 36.* Imò *Tertullian. lib. 3. Poematum contra Marcionem in fine. Abulens. in cap. 11. Iudic. & Matth. 14. quæstione 32. Suar. tomo secundo de religione lib. 2. de voto cap. 16. à numer. 17.* præsertim *numer. 29.* Tamen Iepthe à peccato excusant *S. Hieronymus, epistola 34.* quæ est consolatio ad Iulianum. *Iustin. quæstione 99. ad Gentes*, ubi aiunt eum rem meritoriam fecisse, & vovendo, & votum implendo; idem censet *Caietan. in locum cap. 11. Iudicum.* Rem utrinque probabilem videtur iudicasse *Augustin. quæst. 49. in lib. Iudicum.* Non audet accusare *S. Ambros. lib. 3. officior. cap. 12.* Videndi sunt pro hac re *Serarius in cap. 11. Iudic. Ribera epistola ad Hebr. cap. 11.* & ibi *Cornelius de Cornel.* Mihi valde probabile est, Iepthe meritoriam rem fecisse, præsertim propter verba Hieronymi dicta *Epistola 34.* Vide *Azor*, cum multis, *1. part. lib. 11. capit. 14. quæstione 2.*

CAP. Sponsus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Christus ecclesiæ sponsus.*
2 *Ecclesia Christi ex gentilibus collecta.*
3 *Matrimonium ratum an propter adulterium alterius coniugis dissolvatur?*
4 *An sponsalia ob aliquius ex coniugibus fornicationem dissolvantur?*
5 *Ecclesia Christi separari ab ipsius charitate, & fide non potest.*

IN textu, ibi, Sponsus. Appellari Christum Dominū sponsum ex ipsius ore cōstat, *Matth. cap 9. num. 15. Marci. cap. 2. nu. 19. Luce cap. 25 num. 34.* item ex oraculo S. Ioannis Baptistæ. *Ioann. cap. 3. num. 29.* habetur etiam *Matth. cap. 25. num. 1. 5. 6. & 10. ad Ephes. cap. 5. nu. 25. & 31. & 32. Apocalips. cap. 18. num. 24. cap. 21. num. 2. & 9. cap. 22. num. 17.* Ad quæ loca videndi sunt interpretes *Maldonatus, Tolet. Iansenius, Barradas, Ribera*, & alij, quos ipsi referunt, atque ultra ab eisdem allegatos, legi commodè poterunt *Philo Carpathius Episcopus comment. in cap. 6. num. 8. Canticorum* ad illa verba, *Vna est columba mea S. Bernard. serm. 27. in Cantic.* ubi ex professo explicat verba *Apocalips. cap. 21. num. 4. Tanquam sponsam ornatam viro suo Augustin. lib. 4. de baptismo cap. 2. & 3. contra Donatistas*, item *lib. 6. cap. 3. & 34. & Symbolo ad Catechum. capit. 10. & Epistola ad Honoratum*; item *breviculo collationum cū Donatistis, collatione tertij diei, & lib 2. contra epistolam Parmeniani cap. 8 & lib. unico de unitate ecclesiæ contra Petiliani Donatistæ epistolam cap. 2. S. Cyprianus lib. 1. Epistolarum, epistola 6. ad Magnum*, & passim alibi. Plura cumulat de sponsa, & filijs Messiæ *Barradas tom. 1. lib. 2. toto cap. 15.*

1

In textu, ibi, Bonos, & malos. Alludit proculdubio Augustin. in his verbis (quæ desumpta sunt ex *lib. 22. cap. 64. contra Faustum*) ad locum *Matth. cap. 22. num. 10. Congregaverunt omnes, quos invenerunt malos, & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium*; ubi multa interpretes de ecclesia ex gētibus collecta, spretis, & reiectis Iudæis, de qua materia multa *Origenes homil. 8. in librum Iudicum tomo primo, & homil. 2. in Cantic.* ad illa verba *Genes. 9. numer. 27. Dilatet Dominus Iepthe Sanctus Hieronym. lib. 10. in capit. 35. Esaiæ*, explicans illa verba *Lætabitur*

2

bitur deſerta, & lib. 11. capit. 20. eiuſdem Prophetæ, ibi. *Vox clamantis in deſerto*, & lib. 12. *in cap.* 42. *nu.* 51. eiuſdem, ibi. *Sublevetur deſertum, & civitates eius*, & lib. 14. *in cap.* 54. eiuſdem, ibi. *Lauda ſterilis, quæ non paris*, & lib. 14. *in cap.* 46. *Ezech.* ibi. *Et cum intrabit populus terræ.* & in *cap.* 12 *Ionæ*, ibi. *Et factum eſt verbum Domini ad Ionam*, & lib. 1. *in cap.* 1. *Michæ*, ibi. *Ponam averſionem, &c.* & lib. 2. *in cap.* 3. *Abachuc*, ibi. *Fluvios ſcindes terræ*, & lib. 3. *in cap.* 11. *Zachar.* ibi. *Et aſſumpſi mihi duas virgas. S. Auguſtin. lib.* 10. *de civitate Dei, cap.* 4. ibi. *Anna mater Samuelis*, & lib. 22. *contra Fauſtum Manich.* explicans verba illa *Exod.* 2. *Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis*: & *ſerm.* 10. *de temp.* ubi de Haemo ex terra promiſſionis allato, *Numer. cap.* 13. & *ſerm.* 106. *de temp.* & *ſerm.* 108. *de temp.* ad hiſtoriam velleris Gedeonici *Iudi. cap.* 6. *Ambr. lib.* 1. *de Spiritu Sancto, in proœmio*, ubi etiam de vellere Gedeonis, & lib. 2. *cap.* 11. ubi de Hieremia miſſo in lacum, & lib. *de Iacob, & vita beata, cap.* 2. ubi de benedictione Iacob, ſubrepta Eſau, & lib. *de Apolog. David, cap.* 4. ubi de Æthyopiſſa uxore Moyſis, & lib. *de his, qui miſcentur myſterijs, cap.* 3. ubi de Namaan Syro. 4. *Regum, cap.* 6. & lib. 3. *ſuper cap.* 3. *Luca.* ubi de Ruth, & paſſim alibi.

3 ## In Gloſſa, verbo, Sponſus.

Tenet ſponſum ſeparari poſſe ab ſponſa p delictum ante conſummatum matrimonium; ubi ſi intelligit de ſponſo de præſenti, & per matrimonium ratum, ac de ſeparatione à vinculo, ut videtur ſignificare, falſum eſt; quia vinculum matrimonij indiſſolubile eſt, ut probat optimè *Sanch. lib.* 2. *de matrimon. diſp.* 13. *Rebellus de obligationibus iuſtitiæ, p.* 2. *q.* 15. *ſect.* 1. ſive ea inſolubilitas ſit tantum à iure divino, ut vult *Sanch. citatus*, cum multis, *num.* 7. ſive etiam à naturali lege, ut contendit *Rebellus citat. num.* 1. §. *Sit prima concluſio*, & §. *Sit ſecunda concluſio.* Atq; hæc concluſio diffinita eſt à Trident. quoad diſſolutionem matrimonij ex adulterio, *ſeſſ.* 24. *Can.* 7. Tractant egregie hanc quæſtionẽ *Sanch. lib.* 10. *de matrimon. diſp.* 2. *nu.* 2. *Rebell. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 15. *ſect.* 2. *Maldonat. in Matth. cap.* 19. *nu.* 9. §. *Difficilis hic locus.* Nec obſtat tolli poſſe per diſpenſationem Pontificis hoc vinculum matrimonij rati, ut de facto ablatum eſt à Martino V. & Eugenio IV. teſte occulato *S. Antonin.* 3. *p. tit.* 1. *cap.* 21. §. 3. ad fin. & à *Paulo III.* & *Pio IV.* ad preces *Navarr.* ut ipſe refert in *Manual. cap.* 22. *num.* 21. & *Gregorio XIII.* diſpenſante unico die cum undecim, ut ſcribit *Henriq. lib.* 11. *de matrimon. cap.* 8. *nu.* 11. *in Comment. littera F.* & tenent graviſſimi Authores, quos refert, & ſequitur *Sanch.* proximè allegatus, *nu.* 2. & *Rebellus ſupra q.* 15. *ſect.* 3. §. *Contrariam partem.* Nec etiam obſtat tolli poſſe per profeſſionem ſolemnem alterius coniugis, ut latè probat idem *Sanch. lib.* 2. *de matrimon. diſput.* 18. *num.* 8. ubi plures refert; *Rebellus de obligat. iuſtit.* 2. *p. lib.* 3. *q.* 4. *ſect.* 2. quia in utroque caſu tollitur vinculi per eundem, qui tale vinculum, & indiſſolubilitatem matrimonio præſtitit, nempe Deum; in primo caſu diſpenſationis per Vicarium ſuum in terris. In ſecundo caſu profeſſionis ſolemnis, p Chriſtum Dominum id concedentem profeſſioni, ut latè probat *Sanch. lib.* 2. *de matrimon. diſp.* 19. *nu.* 3. *Rebellus de obligat. iuſtitiæ, p.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 4. *ſect.* 3. *nu.* 29. ubi plures citant.

Si vero opinio *Gloſſæ* ſit ſponſum ſeparari poſſe ab ſponſa; hoc eſt diſſolut ſponſalia propter delictum, ideſt fornicationem, ſive carnalem, ſive ſpiritualem, tunc verè loquitur. Nam per adulterium carnale ſponſæ, vel ſponſi, diſſoluuntur ſponſalia. Ita *Abb. cap. Quemadmodum, de iure iurando, num.* 4. *Paludan. in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 4. *caſu* 1. *nu.* 17. *Brunell. de ſponſalib. concluſ.* 8. *num.* 4. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 455. *nu.* 5. *Covar.* 4. *Decretal.* 1. *p. cap.* 5. *initio, num.* 2. *Vivald. in Candelabr. in* 1. *p. de ſponſ. cap.* 5. *nu.* 34. *Ludovicus Lopez* 2. *p. inſtruct. de matrimon. cap.* 38. *Henriq. lib.* 11. *de matrimon. cap.* 14. *nu.* 6. *Sanchez lib.* 1. *de matrimon. diſp.* 55. *nu.* 4. *Rebellus de obligat. iuſtit.* 2. *p. lib.* 4. *q.* 8. *nu.* 8. ubi omnes indiſtinctè loquuntur de fœmina, & de viro. Item tenent communiter DD. cum *Sanchez num.* 3. *Rebello nu.* 9. de fornicatione ſpirituali, ideſt hæreſi. 4

In eadem Gloſſa.

Gloſſa ait ſponſam Chriſti dici Eccleſiam, quia adhuc per delictum ſeparari poteſt ab ipſo, quod intellige non de ſeparatione totalis Eccleſiæ, ſed de ſeparatione ſingulorũ per amiſſionem charitatis; nam eccleſiam univerſalem ſeparari non poſſe à Chriſto p amiſſionem gratiæ, videtur ſatis apertè colligi ex promiſſione Chriſti *Matth.* 28. *nu.* 20. *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi*, ut ſcite ibi explicat *S. Hieronymus*, & *S. Auguſtin. lib.* 6. *de Geneſi ad litteram*, & *tract.* 50. *in Ioann. Leo Papa epiſt.* 31. & 92. *D. Chryſoſt. in hunc locum. Mitt. homil.* 91. *Proſper. lib.* 2. *de vocatione gentium, cap.* 2. Colligitur etiam ex loco *Ioann. cap.* 14. *num* 16. *Ego rogabo patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis*, Ita explicant *Cirilus lib.* 9. *in Ioann. cap.* 45. *Tertullian. de præſcriptionibus, cap.* 28. Item colligitur ex *Paulo ad Epheſ.* 64. *nu.* 13. ubi de Spiritu Sancto ait. *Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam vero Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios verò Paſtores, & Doctores in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Vbi premendũ eſt verbum illud *occurramus*; quod erit in die iudicij, ad quod uſque tempus nunquam Spiritus Sanctus ſeparabitur ab Eccleſia; ita ſupponit *Sanchez de matrimon. lib.* 2. *diſp.* 13. *nu.* 1. *Rebellus* 5

2. p. de obligat. iuſtitiæ. lib. 2. de matrimon. q. 15. nu. 6. Azor. p. 2. lib. 5. cap. 21. q. 2. §. Quæres, Suar. de fide, diſp. 9. ſect. 3. De ſeparatione quoad fidem, ita ut nunquam in Eccleſia catholica vera fides deficere poſſit, res etiam eſt indubitata, ut hîc probat *Suarez in defenſione fidei, lib. 1. cap. 3.* per totum.

CAP. Satis perverſum. VII.

SVMMARIVM.

1 *Filij puniri poſſunt propter delicta parentum.*

2 *Eccleſia punit filios propter parentum delicta.*

3 *Filius non amittit dignitatem eccleſiaſticam, quam habet, propter delictum patris.*

4 *Cõmendam revocare quando poſſit Pontifex.*

5 *Filij reorum læſæ maieſtatis non amittunt beneficia, quæ poſſident, nec in poſterum poſſidenda.*

6 *Qui inſcius beneficium adeptus eſt ex ſimonia patris, eo ipſo iure privatus eſt.*

7 *An poſſint in bello interfici innocentes?*

8 *Iudex an poſſit damnare innocentem convictum, quem ex propria ſcientia novit innocentem?*

1 IN textu, ibi, Satis perverſum. Non intelligas eſſe perverſum filios puniri propter parentum delicta, ſeu ut veriùs dicam, puniri in filijs parentes. Cum Deus *Exod. 34. nu. 7.* dicatur. *Reddens iniquitatem patrũ filijs & nepotibus in tertiam, & quartam progeniem.* Maxime cum filiorum pœna plus afficiat parentes, & à crimine deterreat, ut optimè notarunt ſcribentes ad *l. Quisquis, §. Filij, C. ad l. Iuliam maieſt. Abb. in cap. Vergentis, nu. 3. de hæretic. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 33. nu. 8. & 12. & cenſ. 99. nu. 220. tom. 1. Neapolit. in Conſtit. Ciciliæ*, verbo, *ipſorum filij*, verſ. *Credo*, latè *Dueñas regula 345. Roman. ſingulari 686. Coſta in cap. Si pater, 2. p.* verbo, *Trebellianicas, nu. 7. Ambroſ. Vigna tract. de hæretic. q. 20. nu. 208. D. Auguſtin. Pſalm. 108. Tertul. lib. 2 adverſus Marcionem. D. Chriſoſt. homil. 20. tom 4. D. Gregor. relatus in cap. Eccleſia. 1. q. 4. S. Chriſoſtom. homil. 29. in Geneſ. tom. 1. Hieronym. tom. 4. lib. 6. in cap. 18. Ezechiel. Cicero epiſtola 12. ad Brutum in familiaribus. Sanches tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 27. num. 14.* verſ. *Quarto probatur.*

2 Imò Eccleſia in filijs delicta parentum punit, nam reddit irregulares filios hæreticorum fautorum, & defenſorum, *cap. 2. §. Hæretici, de hæreticis, in 6.* ut docent *Navarr. in ſumma, cap. 27. nu. 206. Ledeſm. 2. p. 4. q. 26. art. 2. Simanch. de catholic. tit. 9. num. 14. Salzed. ad practic. Bernardi Diaz, cap. 22. nu. 22. Mayol. lib. 5. de irregularitate, cap. 46. num. 5. Philiarc. de officio ſacerdot. tom. 2. p. 1. lib. 4. cap. 9. Vivald. Candelabr. ſacrament. in penult. editione, 2. p.* ubi *de irregularitate num. 75. Enman. Rodrig quæſt. regular. tom. 1. q. 24. art. 3. Henriq. lib. 14. de irregularit. cap. 5. nu. 4. Ayllon de cenſur. p. 7. diſp. 4. dub. 3. Valenz. tom. 4. diſp. 7. q. 19. puncto 3. Suar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. nu. 1. Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 6.* quem omnino vide. Quidquid contradicant *Tolet. in ſumma, cap. 25. num. 8.* quem ſequitur, & refert *Sayr. in Theſaur. lib. 6. cap. 10. num. 40.* Alias etiam pœnas impoſitas ab Eccleſia reorum filijs citat *Gloſſa cap. Vergentis*, verſ. *Canonis, de hæret.* & in *cap. Cum multa, 15. q. 8.* quæ, & alia quo propoſito deducit *Caſtro de iuſta hæretic. punitione, lib. 2. cap. 2. Covar. variar. lib. 2. cap. 18. Simanch. de catholic. tit. 29. nu. 5.*

Intelligendus igitur textus eſt. Primò de 3
executione ordinis, quem filius habet, nam ob delictum patris, propter quod filij puniuntur, non incurrit ſuſpenſionem, & privationem talis ordinis, ſi ante delictũ paterni ſententiam ordinatus eſt; ita *Mayol. lib. 5. de irregularit. cap. 46. nu. 6. Suar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. nu. 2. in fine. Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 10.* ubi meminit huius textus, & probat explicatione *Gloſſæ* hîc. Secundò intelligitur textus de privatione beneficiorum obtentorum à filio, ante declarationem criminis paterni, quod in filijs etiam punitur, nam ſuperveniens crimen non facit inhabilem ad beneficium iam obtentum, ex *cap. 2. §. Hæretici, de hæreticis, in 6.* & tradunt *Gloſſa in Clement. 1.* verbo, *obtinenda, de pœnis*, & ibi *Paulus*, & *Zenzelinus*, quos refert, & ſequitur *Cardinal.* verbo, *ipſius, nu. 3. q. 2. Imol. nu. 18. Bonifac. nu. 54. Anton. in cap. Vergentis, nu. 9. de hæretic.* & ibi *Abb. nu. 4. Felin. nu. 3.* verſ. *Nota caſum. Matth. de Affict. lib. 3. fæudorum, tit. quæ ſunt regalia, §. Et bona, nu. 18. Villadarga de hæretic. num. 141. Aufrer. deciſ. 120. ad Capellam Toloſan. additione 1. Montalvus l. 4.* verſ. *Dignidad. tit. 26. p. 7. Covar. lib. 2. variar. cap. 8. nu. 1. Repertorium Inquiſitorum*, verbo, *filij. Perez lib. 8. Ordinament. tit. 7. l. 1. Clarus lib. 5. recept. in practic. criminal.* verbo, *hæreſis, nu. 16. Otalora de nobilit. p. 4. principali, cap. 9. nu. 9. Peña in Directorio Inquiſit. 3. p. Comment. 163.* verſ. *Ego verò. Simanch. de catholic. tit. 29. nu. 2, & in Enchirid. iudicum, tit. 69. nu. 9.*

Decian,

Decian in practic. lib. 5. cap. 45. nu. 6. limit. 7. Roicda de incompatibilitate benefic. p. 1. cap. penult. nu. 100. Menoch. conſ. 805. nu. 33. & conſ. 808 nu. 36. tom. 9. Salzed. ad practic. Bernardi, cap. 114. Quinimò *Azeved. lib. 8. recopilat. tit. 3. l. 1. nu. 206.* 1 *Paramus de origine Inquiſit. lib. 3. q. 9. nu. 203. & ſeqq. Zechius in ſumma, tract. de fide, cap. 11. de hereſi, poſt 12. hæreticorum pœnam,* verſ. *Ampliatur ut prædicta. Villadiego Iunior. in foro iuſgo, in prolog. 11. nu. 73. Petrus Ledeſm. tom. 2. ſumm. tract. 1. cap. 6. poſt 17. concluſionem, difficult. 2. Lancellotus inſtit. iuris Canonici, lib. 4. tit. de hæretic. §. Bona quoq;* verbo. *filijs,* in fine. *Sanches,* qui ſuperiores refert, & ſequitur *tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 28. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. poſt quæſtionem 8. Suar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. num. 2.* in fine. *Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 63. edit. ult. aliàs cap. 69. num. 4. editione Lugdunenſi, anno 1604.* Contra multos, quos reprobat idem *Sanch. d. lib. & capite, toto nu. 27.* quorum aliquos refert, & ſequitur *Garcia de benefic. p. 11. cap. 10. nu. 77.* Verum illorũ fundamentis optimè ſatisfacit *Sanches citatus, nu. 37.* ubi illum vide, & limitationem, quam apponit *nu. 29.*

4 **Ibi, Voluptatibus.** Notat *Menoch. 15. remedio recuperanda, nu. 43.* & per illum docet, quod licèt Pontifex poſſit ad libitum revocare commendam, & commendatarium ſpoliare, hoc debet 2 intelligi cùm commenda eſt ad incertum tempus, nam ſi ad certum, & ad vitam, tunc ſine cauſa non aufertur, qui alios refert.

5 **In Gloſſa, verbo, Satis, ibi, Sed quid.** Ait *Gloſſa* filios reorum læſæ Maieſtatis, non privari beneficijs eccleſiaſticis obtentis, aut obtinendis ob crimen paternum; *Gloſſam* ſequuntur *Ioann. Andr. cap. Vergentis, nu. 5. de hæretic.* & ibi *Calderin.* quem refert, & ſequitur *Anania,* ibi *nu. 12. Cardinal.* ibi, in fin. *Abb. in cap. Cum Laici,* in fin. *de iure patronat. Franch. in cap. Vt commiſſi, nu. 3. notabili 7. de hæretic. in 6.* & ibi *Dominicus, §. Privandi. num. 7. Imol. in l. In inſulam, 42.* in fine, *ff. ſolut. matrimon.* & in *l. Cum filius familias, num. 7. ff. de verborum obligationibus, Alex. Addit. ad Bart. in l. Quisquis, C. ad l. Iul. Maieſt. Roman. ſingul. 693. Matth. de Afflict. lib. 9. fœudor. tit. quæ ſunt regalia. §. Et bona, nu. 118. Angel. de maleficijs,* verbo, *& eius bona,* verſ. *Quid ſi filius, nu. 27.* & ibi *Auguſtin. de Arimin. in Addit.* verſ. *Tu autem. Turrecrem. in cap. Si quis, 6. q. 1. nu. 7. Gygas tract. de crimine læſæ maieſt. lib. 3. tit 1. tota quæſtione 9. Ruinus conſ. 17. nu. 4. vol. 5. Hyppol. in rubrica. ff. de fidei iuſſor. nu. 120. Repertorium Inquiſit.* verbo, *filijs,* verſ. *Nota quod ſi. Deciſ. Capellæ Toloſan. 120. nu. 6. Roland. conſ. 16. num. 15. vol. 4. Zuſver. in addit. num. 1. Decianus in practic. crimin. lib. 7. cap. 41. nu. 11.* & *lib. 5. cap. 45. nu. 4. Cenſul. in addit. ad Farinac. deciſ. 62. part. 1. littera B.* 3 *ampliat. 1. Sanches tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 18.* contra aliquos, quos ibi refert pro beneficijs in poſterum obtinendis. Notabis inſup, quod ſi filij ad ordines promoti ſint ante parentis delictum; non privantur uſu ordinum; cum idem ius acquiſitum habeant, quo nemo abſq; culpa ſua privari poteſt; tradit *Mayol. lib. 5. de irregularitate, cap. 47. nu. 6. Suar. 5. tom. de cenſur. diſp. 43. ſect. 3. nu. 2.* in fine, qui multos refert; tradit noviter *Sanch. in ſumm. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 10.*

In eadem Gloſſa, ibi, Pecunia patris. 6 Docet *Gloſſa* filium, qui beneficium, adeptus eſt ob patris pecuniam, licèt ipſe filius id omnino ignoret, beneficium perdere, quia furtivum eſt; & allegat *cap. 1. 1. q. 5.* recte quidem, ut enim qui furtum facit, rem ſuam non facit, ſic qui beneficium tali modo adeptus eſt, beneficij fructus ſuos non facit, & collatio omnino nulla eſt, *cap. Ex inſinuatione, de ſimonia,* & *cap. Nobis, eodem tit.* ibi. *Penitus reprobanda. Abb. in cap. penult. de electione, num. 2.* & ibi *Barbacia, Anania in d. cap. Nobis, de ſimonia, num. 2. & 3. Coſmas in pragmat. ſanctionibus, tit. de election. cap. 1. Addino Capella Toloſ. 439 nu. 3. Caßadorus deciſ. 3. num. 3. de ſequeſtrat. poſſ. Gem. in regula triennali, q. 12.* verſ. *Et iſta. Rota apud Farinac. deciſ. 9. num. 7. Vega in ſumm. 2. p. cap. 101. caſu 33. Leßius de iuſt. & iure. lib. 2. cap. 35. nu. 142. Suar.* eleganter *tom. 1. de relig tract. de ſimon. cap. 38. nu. 35.* ubi alij. *Garcia de benefic. p. 8. cap. 1. nu. 6.* Contrarium, ſed non ita probabiliter, ſequuntur *Felin. in cap. Inſinuatum, de ſimonia. nu. 5. corraſ. 4. p. cap. 1. nu. 3. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 113. & conſ. 37. nu. 3. & conſ. 95. & 96. de ſimonia, Vgolin. tabul. 4. cap. 7. Covar. in regul. peccatum, 2. p. §. 8. nu. 8.* quos optimè convincit *Suar.* ubi ſupra, quem vide. Vtrum taliter proviſus ex hoc titulo colorato, gaudeat beneficio regulæ de triennali? Videbis quæ ſcribunt *Gomes in regula de triennali, q. 12. Vgolin d. tab. 4. cap. 6. §. 4. nu. 2. Leßius citatus, nu. 140. Rebuf. de pacific. poſſeſſ num. 241. aliàs 198. Garcia ſupra, num. 15.* qui omnes affirmant.

In eadem Gloſſa, ibi, Hoc tamen ſcias. 7 Vbi ait, quod multoties quis privatur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, & ultra ibi allegata per *Gloſſam,* notant Doctores de parvulis occiſis in expugnatione urbis hoſtilis, in bello iuſto, quos quidem, licèt interficere ſecundario, & indirectè, ut aiunt *Victoria in relectione de iure belli, num. 37. Aragon. 2. 2. q. 64. art. 6.* in fine. *Bañes 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 11. Valent tom. 3. diſp. 3. q. 16. punct. 3. Sayr. in clavi regia, lib. 7. cap. 12. num. 14. Leßius lib. 2. de iuſt. cap. 9. dub. 7. num. 37. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 7. q. 7.* quia licet parvuli, & innocentes

ſine

ſine culpa pereant, non pereunt ſine cauſa, ut hoſtes ſcilicet debellentur, qui aliter debellari non poſſunt.

8 Idem ferè caſus in innocente cognito evidenter, ut tali à iudice privata ſcientia, ſed ſecundum allegata, & probata reo, & convicto, quem nulla ratione poteſt liberare, hunc enim ex ſententia multorum damnare poterit, tàm in criminalibus, quàm in civilibus, quia licèt innocenter damnetur, non damnatur ſine cauſa, ideſt bono communi, quod poſtulat ut ſecundum allegata, & probata, iudex ſententiam ferat. Ita *S. Thom. 2.2. q. 67. art. 2.* & ibi *Caiet. Bañes, Salon, Aragon.* idem ſentit *Alex. de Ales p. 3. q. 34. membr. 1. art. 4. & q. 40. membr. 6. art. 2. §. 1. Henriquez de Gandavo Quodlibet. 3. q. 25. Altiſiodor. p. 3. ſumm. tit. in quibus ſit obediendum. Rich. in 4. diſt. 18. art. 3. q. 2. ad primum. S. Antonin. 3. p. tit. 9. cap. 2. §. 6. Ioann. Maior in 3. diſt. 53. q. 4. Abulenſ. in cap. 23. Exod. q. 6. Sylv.* verbo, *iudex*, 2. *queſt.* 5. ubi dicit eſſe ſententiam communem. *Tabiena*, verbo, *iudicare*, §. 5. *Sot. lib. 5. de iuſtitia, q. 4. art. 2. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 9. & 10.* & in *cap. Si quis, de pœnit. diſt. 7. nu. 129. Covar. lib. 1. variar. cap. 1. nu. 6. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 11. punct. 2. Tolet. lib. 5. ſummæ, cap. 6. nu. 11. & cap. 56. num. 3.* & ibi *Victorellus Additionator, Sayrus in clavi, lib. 12. cap. 8. nu. 13. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 2. queſt. 10.* in fine, apud quos, maximè apud *Covar.* videri poſſunt alij, quos referunt. Stant pro contraria opinione graviſſimi Doctores ex iurisperitis, *Martinus antiquus iuris Civilis interpres in l. Illicitas, §. Veritas, ff. de officio præſidis. Hugo in l. Prætor. ff. de iuriſdictione omnium iudic. Imuol. in l. à Divo Pio, ff. de regul. iuris. Calderin. Hoſtienſ. Panormitan. in cap. Paſtoralis, de officio delegat. Abb. in cap. 1. de officio ordin.* Ex Summiſtis *Angel.* verbo, *iudicare*, §. 7. *Saa in ſum.* verbo, *iudex*. Ex Theologis *Lyra in cap. 23. nu. 7. Exod.* ibi. *Inſontem, & inſtum. Adrian. Quodlibet. 6. art. 4. Petr. Navarr de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 161.* Elegantiſſimè omnium *Leſius lib. 2. de iuſt. cap. 29. dub. 10. à nu. 77.* qui certe optimè diſtinguit inter civilia, & criminalia, *à nu. 84.* ubi *nu. 45.* bene reijcit, *Covar.* & *num. 86.* & ſeqq. contraria ſolvit; utranque opinionem tute amplecti potes.

CAP. Dominus noſter. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus natus etiam ex gentilibus.*
2 *Multi in Chriſti genealogia adulteri.*
3 *Fidei opera adiungenda ad ſalutem.*
4 *Cur in chriſti genealogia ſpecialiter nominati Phares, & Zaran.*
5 *Rahab an fuerit meretrix?*
6 *Hebræis an eſſet licitum ducere alienigenas?*

IN textu, ibi, De alienigenis. 1
Probatur ex duabus fœminis Rahab, & Ruth, hac Moabitide, illa Cananæa, & Iericuntina. De Rahab ſcribit ſacer Hiſtoriographus *Ioſue 2.* & *Ioſue 6.* item *Paulus ad Hebr. c. 11.* De Ruth extat inter Canonicas integra hiſtoria, quæ Ruth inſcribitur. Intellige has veram Dei religionem accepiſſe, & de gentium erroribus tranſiſſe ad Iudaiſmum; videbis *Barradam tom. 1. concordiæ, lib. 5. cap. 3.* ubi multa de his fœminis. *Maldonatum in cap. 1. Matth. nu. 5. §. Sed alia hinc*; & interpretes communiter ad dictum locum *Matth.* De myſterio autem alienigenarum in Chriſti ſervatoris genealogia lege, quæ ſcribunt. S. *Ambroſ. in Comment. ſuper Lucam, cap. 3. & lib. de Salom. cap. 5. D. Chryſoſtom. homil. 3. in Matth. & homil. 5. de pœnit. Theodoret. epiſtol. ad Hebr. cap. 11. Rupert. in lib. Ioſuè, cap. 12. D. Hieronym. Comment. in Zachariam, cap. 3. & lib. 2. contra Iovinianum, lib. 2. pag. 27.* ubi explicat locum *1. Eſdræ, cap. 10.* pro ut refertur in *cap. Ieſus, diſt. 50.* Item & *Origen. homil. 2. in Cantica*, ubi de regina Sabba.

In textu, ibi, Adulterinis. 2
Hoc dicit propter Davidis adulterium, de quo *lib. 1. Regum, cap. 11.* Nam quod alij addunt Iudæ concubitum cum Thamar fuiſſe adulterinum; falluntur egregie cum, ex ſacra Scriptura *Geneſ. 38. num. 12.* conſtet apertè mortuam iam fuiſſe ſuam uxorem Iudæ, eo tempore, quo ipſe rem habuit cum nuru Thamar, quæ etiam vidua erat, nec ex illis verbis eodem *cap. 38. nu. 11. Iuda ad Thamarem. Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat filius meus Sela*, ſatis colligitur fuiſſe contracta ſponſalia inter ipſam Thamarem, & Selam, ut concubitus cum Iuda videretur adulterinus, etiam in ſententia eorum, qui volunt adulterium eſſe rem cum ſponſata habere; quos refert, & reprobat *Sanches tom. 1. matrimon. lib. 1. diſp. 2. nu. 2.* ubi plures, alios refert pro contraria ſententia, quam bene ſequitur *nu. 2.* Cæterum de pœnitentia Davidis ob adulterium, videndus eſt *S. Ambroſ. duplici apologia in David.* præcipuè *cap. 3.* ubi pulchrè de eius myſterio. *Hieronym. in Oſeam, cap. 1. & 2.*

In text. ibi, Operibus impleat, 3
Rectè, nam fides ſine operibus mortua eſt. *Iacob cap. 2. nu. 17.* ubi multa ex Patribus adducit *frater Balthaſar Paez*; videndi de hac re præter ſcribentes ad locum D. Iacobi, *Origenem in 4. homil. lib. Canticorum, & homil. 10. in cap. 21. Matth.*

tom. 3. S. Hieronym. Dialog. contra Luciferanos, & *lib. 8. in cap. 26. Eſaiæ, tom. 4. & lib. 1. in cap. 3. Abacuh* ad illa verba *Ficus enim non florebit;& cap. 2. Sophoniæ* explicans iliud. *Hæc eſt civitas glorioſa,& lib. 2. in cap. 17. Proverb. tom. 7.* ibi. *Quid prodeſt habere divitias ſtulto,* & in *cap. 19. eiuſdem libri,* ibi. *Pigredo immittit ſoporem, &c. S. Auguſtin. lib. 1. de doctrina chriſtiana, cap. 37. tom. 3.* & *lib.* cui titulus eſt, *Enchiridion, ad Laurent.* & *lib. de fide & operibus, tom. 4.* & *lib. Octoginta trium quæſtionum,* & *lib. 5. contra Fauſtum*, ubi bene expendit illa verba Chriſti Domini *Matth. 28. Baptizantes eos, & docentes ſervare omnia, &c.* & in *Pſalm. 101.* ibi. *Filij ſeruorum habitabunt, &c.* & *Pſalm. 127.* ibi. *Videbis filios filiorum tuorum*, ubi egregie explicat locum *Matth. 21.* de ficulnea non habente ficus. *S. Gregor. lib. 25. moral. cap. 10. in cap. 34. Iob.* Adde quæ cum multis ſæpe notat *Maldonatus*, præſertim in *cap. 9. Matth. nu. 2. §. Colligunt ex hoc*, & quatuor ſequentibus, & *Luc. cap. 7. nu. 50.* ibi. *Fides tua te ſalvam fecit*, & *Luc. cap. 7. num. 50.* & *Ioann. cap. 3. nu. 15.* ibi. *Vt omnis qui credit in ipſum.* & *cap. 6. nu. 29.* ibi. *Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum*, & *cap. 12. num. 42. & 43. §. 85.* & *cap. 14. num. 21. §.* ibi. *Qui habet mandata mea, & ſervat ea.* Ad quæ loca videantur etiam ſacri interpretes.

4 **In textu, ibi, Phares, & Zaran.**

Nati ſunt hi ex damnato concubitu Iudæ, & Thamaris, *Geneſ. 38. nu. 27.* licèt *D. Chryſoſt. homil. 26. in Geneſ.* conetur utrum ab peccato excuſare, ſed fruſtra, cum vere peccaverint mortaliter ex *S. Hieronym. in quæſt. Hebraic.* & *S. Auguſtin. contra Fauſtum, lib. 22. cap. 61. Ruperto* citato à *Barrada tom. 1. lib. 5. cap. 6.* cuius illa ſunt verba vere aurea. *Omnis gloria gentis Iudaicæ, cuncta nobilitas populi eius, ex hoc flagitio profluxit, ut omnes os obſtruatur, & de meritis ſuis nemo glorietur.* Cæterum cur hi duo fratres ambo nominentur in Chriſti genealogia, leges apud *S. Ambroſ. in Luc. S. Chryſoſtom. Theophilat.* & *Euthymium, in cap. 2. Matth. nu. 2. Barradam tom. 1. lib. 5, cap. 7.* in fin. *Maldonat. cap. 1. nu. 2. Matth.*

5 **In text. ibi, Inde poſtea Salmon.**

De hoc Salmone dicitur 1. *Paralipomen. 2.* fuiſſe filium Naathſon Principis filiorum Iudæ, cum egreſſi ſunt de terra Ægypti; hunc duxiſſe ſibi Rahab Chananeam, & Iericuntinam uxorem, ex eaq; genuiſſe Booz, conſtat ex *cap. 1. Matth. nu. 5.* quod occaſionem aliquibus dedit dubitandi. An Rahab vere fuerit meretrix, ut de ea habetur *Ioſuè 2. num. 1. & 2.* & *Ioſuè 6. nu. 11.* Quis enim credat virum Principem Salmonẽ, meretricem uxorem accepiſſe? Non meretricem, ſed cauponam, & hoſpitam fuiſſe, tenent nonnulli Hebræi ut Rabbi Salom, quem ſequitur Lyra ductus ex varia ſignificatione nominis Hebræi, *Zonach*, quod, & meretricem, & hoſpitam, ſive cauponam ſignificat, & ita vertit *Pagninus Vatablus, Arias Montanus, meritoriam.* Cæterum dicendũ eſt vere fuiſſe meretricem. Sic enim appellatur à *Paulo ad Hebr. 11. num. 3. Iacob cap. 2. nu. 25.* qui ambo utuntur voce græca, qua uſi ſunt ſeptuaginta interpretes meretricem, non cauponam ſignificante. Lege quæ doctè ſcribit *Maldonat.* de hac quæſtion. *in cap. 1. Matth.* Adde ultra ibi notata huius opinionis fuiſſe *S. Clementem, epiſtol. ad Epheſios, Irinæum lib. 4. cap. 37. S. Hieronym, epiſtola ad Pamachium*, quæ eſt proœmium Prophetarum. *Chryſoſtom. tom. 5. homil. 5. de pœnitentia, & homil. 3. in Matth. & homil. 40. ad populum, & oratione 40. quæ eſt in ſanctum baptiſma, & oratione 16. qua eſt de pauperum amore. S. Auguſtin. in quæſtionibus ſuper Ioſuè. q. 2. Ambroſ. lib. 2. de virginibus, & lib. 8. in Luc. cap. 16. Barrad. tom. 1. lib. 5. cap. cap. 8. Serarius in cap. 1. Ioſuè*, doctè *Ribera in epiſtola ad Hebr. cap. 11. nu. 3.* ubi *Iuſtinianus*, & *Cornelius de Cornelijs*, qui plures referunt *fr. Balthaſar Paes in epiſtola Iacobi, cap. 2. nu. 25.* Rationem dubitandi ſolvunt *Barrad.* & *Maldonat.* locis citatis.

Ex hoc Salmonis, & Rahab coniugio dubitant Doctores, utrum Hebræis liceret ducere alienigenas? Concluſio eſt affirmativa; ſi alienigenæ veram religionem prius amplecterentur, ut conſtat amplexatam eſſe Rahab, *Ioſuè cap. 2. nu. 11.* & *Ruth cap. 2. nu. 16.* de filia Pharaonis, probat *Sotto Mayor* ſtatim citandus ex *Pſalm. 44. num. 11.* Quia *Exodi 34. nu. 16.* ſolum idolatria redditur pro cauſa prohibitionis factæ *Deuteronomio 7. nu. 3.* Probatur facto Davidis 2. *Reg. cap. 3. nu. 3.* qui ſine reprehenſione duxit Maacham filiam Regis Geſſur. Item facto Salomonis, qui duxit Pharaonis filiam, 3. *Reg. cap. 3. nu. 1.* & poſt hoc coniugium immediate dicitur *nu. 3. Dilexit autem Salomon Dominum, &c.* ut benè expendit *Sottomayor in præfat. ad Cantic. Canticor. præfat. 2.* quod eſt de tempore, & occaſione, quam habuit Salomon ſcribendi *Cantic. Cantic.* ubi hanc opinionem multis probat, & §. *Sed tamen obijcit*, diluit obiectionem ex 3. *Reg. cap. 11.* Hanc ſententiam etiam docet *Barrad. d. tom. 1. lib. 5, cap. 8.* ubi allegat *Abulenſ. Maldonat. in Matth. cap. 1. nu 5. §. Sed alia*, & cõmuniter ſcribentes ad *cap. 34. Exod. nu 16. Deuteron. 7. nu. 3. & 23. nu. 17. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 23.* An verò ſi ex fœminæ in idolatria perſeverarent, valeret cum eis Iudæorũ matrimonium, an omnino eſſet irritum? tradit *Sanches de matrimonio lib. 7 diſp. 70.* ubi *num. 6.* refert Authores tenentes eſſe irritum iure divino; *numero* vero *ſeptimo*, refert cõtrarium ſentientes, quos ipſe ibi ſequitur & benè; idem iudicat *Rebellus de obligat. iuſtitiæ lib. 3. quæſtione 9. num. 2.* 6

CAP.

CAP. Ismael. IX.

SVMMARIVM.

1 *Agar an vere fuerit uxor Abraham?*
2 *Ismaelis, & Isaac discordia, quid?*
3 *Ancillarum, & secundarum uxorum filij, quomodo dicebantur?*

1 IN textu, ibi, Mater ancilla Agar. Ancillam Saræ appellari Agar constat ex multis sacrarum litterarum testimonijs, *Genes. cap. 16. nu. 1. & 8. & cap. 21. nu. 10. & cap. 25. nu. 12. Ad Galat. cap. 4. nu. 22. & 23. & 30.* Hanc verè fuisse Abrahæ uxorem, licèt minus principalem, docent ex Patribus *S. Augustin. in lib. de bono coniugali, cap. 9. 13. 15. usq; ad 20. & lib. 1. quæst. super Genes. q. 90. & lib. 16. de civitate Dei, cap. 25. & 34. Clemens Alexand. Stromat. lib. 2. pagin. 457. Cæsar Baronius annal. tom. 1. pag. 74. Genebr. Chronic. lib. 1. pag. 43. & 55. Bellarmin. lib. 1. de matrimon. cap. 11. & lib. 2. de Concil. cap. 8. Anton. Augustin. Archiepiscopus Terraconensis, lib. 1. de emendatione Gratiani Dialogo 15. pag. 151. & 155. Sotomayor in Cantica Canticor. cap. 6. nu. 7. fol. 101. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, &c.* ubi *pag. 1097.* editionis primæ commodè explicat *Tertullianum lib. 1. ad uxorem, pag. 603. & lib. de exhortatione ad castitatem, pag. 650. & lib. de monogam. pagin. 665.* item *D. Ambros. de Abraham lib. 1. cap. 4. & D. Hieronym. ad Agerutiam, de monog. tom. 1. pagin. 119. & lib. 1. contra Iovinianum, pag. 509.* vide quæ scripsit *Sanch.* de coniugio multiplici Patriarcharum, & hominum legis veteris, *lib. 7. de matrimonio, disp. 80. num. 18.* & recurre ad *cap. Christiana, 5. dist. 32. num. 1.*

2 In textu, ibi, Fraterna discordia. Pendet explicatio huius loci ex *cap. 21. num. 9. Genes.* ibi. *Cum ergo vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, &c.* ubi pro verbo, *ludentem*, legunt multi, *digladiantem, percutientem*, ita *Procopius* apud *Benedictum Fernandes in Genes. cap. 21. nu. 7. sect. 2. nu. 1.* ubi ad verbum transcribit, quæ *Lyra* habet in eodem loco, sequitur *Hieronym.* citatus, in *Glossa ordinaria, S. Thom. epist. ad Galat. cap. 4. nu. 29. lect. 8. Caietan in d. locum Pauli*, ad quem videndi sunt *Cornel. de Cornelijs, Iustinianus, Salmeiron.* & ad locum *Genes.* citat ibi scribentes, præsertim *Abulens. Honcalla Pereira, Cornel. de Cornelijs, Delrius, Oleastrius, Lippomanus in catena*, & multi apud eosdem. De separatione Ismael à populo Dei, ideſt ab Isaac, habes *Genes. cap. 10. nu. 10. & cap. 29. nu. 6.* & ibi interpretes. An autem discordia sit peccatum mortale? Vide *D. Thom. 2. 2. q. 37. art. 1.* qui resolvit discordiam, quæ per se concordiæ adversatur, peccatum esse mortale, nisi ex imperfectione actus excusetur.

In textu, ibi, Cuius magis filius erat. 3 Ancillarum, vel secundarũ uxorum liberi, primarum dicebantur, ut est vulgare in sacra pagina *Genes. cap. 16. nu. 2. & cap. 30. nu. 3.* & seqq. Dicebantur hi filij legales, ut bene notat *Glossa* hic, licet alij essent filij legales, de quibus latè *Barrad. tom. 1. lib. 5. cap. 30.* & interpretes *Deuteron. cap. 25. nu. 5. & Genes. cap. 38. nu. 9.*

CAP. Sigens Anglorum. X.

SVMMARIVM.

1 *Sanctus Bonifacius martyr quis fuerit?*
2 *Anglia à quo fidem acceperit?*
3 *Filij illegitimi an sint infames?*
4 *Milites cæteris castiores esse debent.*
5 *Hispania ob luxuriam capta à Mauris.*

1 IN suprascriptione, ibi, Bonifacius martyr. Fuit natione Anglus, Archiepiscopus Moguntinus; vixit temporibus *Gregor. 2.* qui Pontificatum nactus est *anno 715.* rexitq; usq; ad annum 731. Obijt Sanctus Bonifacius an. 755. Pontifice Stephano III. De Sancto Bonifacio multa tradit *Baron. tom. 9. annal. ad annum 755.* scripsit varias epistolas, quæ in lucem emissæ sunt Typographorum opere, Moguntiæ anno 1605.

In textu, ibi, Gens Anglorum. 2 Accepere hi fidem Christi à Ioseph ab Arimathia, de quo Evangelistæ *Matthæus cap. 27. Marcus cap. 15. Luc. cap. 23. Ioann. cap. 19.* ita scribũt *Gildas*, quem sequitur *Beda in historia anglicana, lib. 1. cap. 1. & 2. Baron. tom. 1. anno Christi 35. num. 5. Polydorus Virgilius lib. 2. historiæ Anglicanæ.* Prædicata est iterum fides Lucio Anglorum regi; iussu Eleutherij Papæ duodecimi à Petro, ex *Beda lib. 1. cap. 4. Polydoro*, & *Gilda* supra citatis, *Baron. anno Christi 596. nu. 9.* Duraruntq; in vera fide usq; ad annum Christi 1534. in quo ab ea defecit per hæresim Henricus VIII. anno regni sui 25. vide *Suar. in defens. fidei, lib. 1. cap. 2.* p totũ. Lege etiam *Francisc. Longum à Coriolano in suo Breviario chronolog. an. Dñi 1550. fol 411.*

In

In textu, ibi, Ignobiles. Ergo ſpurij illegitimi turpes, infamesq; perſonæ cenſentur, 3
textus ſimilis in *cap. Coniunctiones*, 35. *quæſt.* 2. & in *cap. Cum multa*, 15. *quæſt.* 8. Nam adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, nec ſtabilem ſedem ponent, de quo latè diſputant *Alciatus lib.* 10. *parergon. cap.* 8. *Palatius in repetitione capituli, notabili* 3. §. 10. *nu.* 3. *Menoch. de arbitrar. caſu* 464. *nu.* 17. *Paleotus de nothis, & ſpurijs, cap.* 55. *nu.* 1. qui omnes noſtri textus meminêre.

Ibi, Nec in bello fortem. Ponderat *Tiraq. l.* 15. *connubial. Gloſſa* 1. *nu.* 25. & ex eo notat vacantes libidini eſſe alijs in bello deteriores, 4
Angel. in l. Miles item haredem, §. *Mulier*, *ff. de militari teſtamento*, qui textus prohibet militem relinquere mulieri, in quam ſiniſtra ſuſpicio cadere poteſt. Vnde *Homerus lib.* 5. *Iliados*, ait quod Iuppiter Veneri rebus bellicis interdixit, tanquam his maximè adverſanti: vide eundem *Tiraq.* qui multa ex *Platone*, *Plutarcho*, *Galeno*, & alijs; refertq; textũ *Palatius in repetition. capituli, notabil.* 3. §. 10. *nu.* 2.

In textu, ibi, Hiſpaniæ. De hoc dixi ſatis 5
in *hiſtoria mea epiſcoporum Portucalenſium*, quam edidi anno 1623. in urbe Portucalenſi, cum eſſem eius epiſcopus, vide *p.* 1. *cap.* 11. *fol.* 119. ſunt ibi à me ſcripta valde conſona his, quæ in præſenti ſanctus Bonifacius, qui eo tempore in vivis erat. Quia tamen liber ille à me editus, ſolum maternæ, & vernaculæ Luſitanorum linguæ legendus inſervit, non quidem abs re faciam, ſi aliquid huic loco intexam, quod plurimarum nationum manibus teratur, & ſermonibus uſurpetur. Hiſpania igitur in turpiſſimum Maurorum iugum, & fœdiſſimam Mahometanæ gentis ditionem devenit, tùm ob indomitam effrænatamq; luxuriam, tùm præcipuè (ut auctor eſt *Franciſcus Longus in Breviario Chronicar. anno Domini* 704. *fol.* 208.) quia in debita reverentia, & ſubiectione Sedi Apoſtolicæ defecit, ut mox probabo. Luxuriam verò ſuam in eo teſtata eſt Hiſpania, quod non ſolùm Rex Rodericus Comitis Iuliani filiam violenter conſtupravit; ſed etiam regnante Vvytiza, ſic in omnem libidinem, ac turpitudinem ſolutis habenis præceps ruebat iuventus Hiſpana, ut ubique pudor, ubique legum integritas violaretur, & mira ſcelerum impunitas in toto regno vagaretur. Cum enim Principis mores ſunt corrupti, ipſi etiam cives, & clientes moribus ſunt perditiſſimis, & corruptiſſimis. Videatur *Baron. tom.* 8. *an.* 701. & 713. Quas vero vires habeat luxuria ad civitates funditus delendas imperiaq; evertenda, pulchrè inſinuavit *Michael Verinus in lib. ſententiarum*, cũ fœminas omnis peccati glutem appellavit.

Fœmina peccati gluten: latet anguis in illa.
Si ſapis hanc, cum ſit peſtis amara, fuge.

Et iure optimo luxuriam peſti cõparavit; quẽadmodum enim peſtis integram ſæpe urbem devaſtat, ac depopulatur: ita luxuria totius regni faciem, ac pulchritudinem demolitur. Quod verò attinet ad ſubiectionem Apoſtolicæ Sedi denegatam, iuvat hûc verba transferre *Franciſci Longi* ſupra citati. *Non alia*, inquit, *maior cauſa intercepiſſe excogitari poteſt, cur regnũ illud Deus impijs Sarracenis tradiderit conculcandum, quàm defectio à Sede Apoſtolica, non quidem in rebus fidei, ſed in iuriſdictione, & temporalitate.*

CAP. Niſi. XI.

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus tollit malam præſumptionem, monaſterium ingrediens.*

IN textu. Collige ex illo, quòd licèt ex delicto paterno præſumãtur filij laboraturi pluribus, et diverſis delictis, hoc tamen fallit, niſi tales filij religionem ſint ingreſſuri. Tradit *Alciatus de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 7. *num.* 2. qui noſtri textus meminit. *Lancellotus Conradus in templo omnium iudicum, lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. verſ. *Natalium.* Adde poſita ad *cap.* 1. *nu.* 2. & *cap.* 2. *nu.* 1. *hac eadem diſt.* 1

CAP. Apoſtolica. XII.

SVMMARIVM.

1 *Ad Papam pertinet diſpenſatio cum illegitimo ad ſacros ordines.*
2 *Ad beneficia, quæ habent curã animarũ.*
3 *Ad dignitates, & perſonatus; licèt non habeant curam animarum.*
4 *Ad epiſcopum pertinet diſpenſatio ad ordines minores.*
5 *Ad beneficia ſimplicia.*
6 *Ad penſiones.*
7 *Ad canonicatus etiam Eccleſiæ Cathedralis.*
8 *Licèt habeant annexam curatam.*

IN textu, ibi, Cõnivendo cum. Agunt hoc loco Doctores de diſpenſatione ſuper illegitimis, & concludunt eam, quoad ordines ſacros pertinere tantùm ad 1 2

Summum Pontificem *cap. 1. de filijs presbyteror. in 6.* ubi ſcribentes, *Suar. de cenſur. diſp. 50. ſect. 5. num. 1. Avila part. 7. de cenſur. diſp. 3. dubio 6. concluſ. 2. Henriq. de irregularit. lib. 14. cap. 8. nu. 10. Valent. tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19. puncto 3. §. 2. Tolet lib. 1. ſumm. cap. 59. num. 3. Leſius lib. 2. de iuſtitia, cap. 34. dub. 18. num. 86. Sayr.* cum multis, *lib. 6. Theſaur. cap. 11. nu. 5. Garcia de benefic. p. 7. cap. 2. nu. 51. & 52.* ubi plures refert.

2 Item quoad beneficia curata; ita Doctores ſupra citati.

3 Item ad dignitates, & perſonatus, licet non habeant animarum curam, ita *Gloſſa in cap. 1.* verbo, *beneficium, de filijs presbyterorum, in 6.* quam ſequuntur ibi *Archidiac. Anchar. Franch. num. 6. Dominic. num. 8. Albertus Trotus de vero, & perfecto clerico, lib. 2. cap. 2. num. 1. Petrus Gregor. tractat. de benefic. cap. 35. num. 7. Roſinacius eodem titulo, cap. 13. num. 28. Mandoſius de ſignatura gratiæ, titulo de diſpenſatione ſuper defectu natal.* verſ. *Ad dignitates. Sylveſt.* verbo, *beneficium, 3. num. 12. Armilla num. 25. Roſella,* verbo, *illegitimus, num. 11. Mayol. lib. 1. de irregularitate, cap. 8. num. 10. Petrus Ledeſma in ſumma de matrimonio, cap. 34. Sayr. lib. 6. Theſauri, cap. 11. num. 8. Garcia de benefic. part. 7. cap. 2. num. 53. Molin. de iuſtitia, tom. 1. diſp. 173. Henriq. lib. 14. de irregularitate, cap. 14. lib. 10. Tolet. lib. 1. ſumma, cap. 58. num. 3. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 3. dub. 6. concluſ. 2. Leſius lib. 2. cap. 34. dubio 18. num. 86. Avila de cenſur. part. 7. diſput. 7. Suar. de cenſuris, diſput. 50. ſect. 5. num. 6.* & plures, qui ab eo referuntur.

4 Ad epiſcopum tamen pertinet diſpenſatio cum illegitimis ad ordines minores; de qua *Gloſſa in cap. 1.* verbo, *per ſedem, de filijs presbyterorum, in 6. Hoſtienſ. in ſumma, lib. 1. tit. de filijs presbyterorum. Panormitan. in cap. Nimis, nu. 2. de filijs presbyter. Summa Aſtenſ. part. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. quæſt. 1. Summa Pizanella,* verbo, *illegitimus, §. Quis poteſt diſpenſare, Sylv.* verbo, *illegitimus, quæſt. 5. Bachon. 4. diſtinct. 25. quæſt. 6. art. 2. Ledeſma 2. 4. quæſt. 26. art. 2. tractat. de irregularitate, Petrus in 4. diſt. 14. art. 3. concluſ. 1. Tabiena,* verbo, *beneficium, 2. num. 16. §. Quarto decimo. Paleotus de Nothis, & ſpurijs, cap. 57. num. 6. Richard. in 4. diſt. 25. art. 4. cap. 17. num. 201. Vivald. de irregularit. num. 127. Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 8. num. 8. & 9. Graff. lib. 4. cap. 27. num. 57. Philiarcus lib. 4. cap. 8. Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 1. num. 8. Garcia de benefic. part. 7. cap. 2. nu. 48. Suar. de cenſur. diſput. 50. ſect. 5. num. 2. Henriq lib. 14. cap. 8. num. 10. Valentia tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19. puncto 3. §. 2. Avila part. 7. de cenſuris, diſp. 3. dub. 6. Tolet. lib. 1. ſumma, cap. 58. num. 3. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 3. Leſius lib. 2. de iuſtitia, cap. 34. dub. 18. nu. 86.*

5 Pertinet etiam ad epiſcopum diſpenſare cum illegitimo ad beneficium ſimplex; ita authores citati numero ſuperiori. An verò diſpenſare poſſit cum eodem, ut ſimul plura habeat beneficia ſimplicia? Videtur affirmare *Gloſſa in cap. final.* verbo, *ad ordines, de filijs presbyterorum, in 6.* cum *Selva de benefic. 3. part. quæſt. 12. num. 19. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 201. num. 156.* Negant, & bene *Franch. num. 4. Dominic. num. 8. in cap. fin. de filijs presbyteror. in 6. Sylv.* verbo, *beneficium, 3. num. 17. Armilla eodem, num. 32. Zerola in praxi, 1. part.* verbo, *Ordo, in fine. Garcia de benefic. part. 7. cap. 2. num. 50. Sae* verbo, *beneficium, nu. 19. Valent. tom. 4. diſput. 7. quæſt. 9. puncto 3. de ſecunda ſpecie irregularit. Avila part. 7. de cenſur. diſp. 3. dub. 6. concluſ. 2. Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 58. nu. 3. Azor. 2. p. lib. 6. q. 12.* qui addit, hoc verum eſſe, licet unicum beneficium non ſufficiat ad ſuſtentationem.

Pertinere etiam ad epiſcopum diſpenſationem obtinendæ penſionis, ſi illà detur loco beneficij; tenet *Gygas de penſionibus, q. 16. Rebuf. de diſpenſatione ſuper defectu natal. nu. 45.* & *tit. de diſpenſatione ad plura, nu 65. Cuchus inſtit. Canonic. lib. 2. tit. 8. §. In primis. Navar. conſ. 5. de filijs presbiterorum, & conſ. 61. nu. 3. Quintanaduenas lib. 1. cap. 6. nu. 6. Zerola in praxi, 2. part.* verbo, *penſionarius, §. 1. Zechius de benefic. & penſionibus, cap. 11. num. 7. Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. nu. 119.* licet aſtruant illegitimo non eſſe neceſſariam diſpenſationem ſpecialem ad penſionem, extra eam, quam habeat ad primam tonſuram. *Sarnen in reg. de annali, q. 2.* ubi refert deciſionem Rotæ, *Paleotus de nothis, & ſpurijs, cap. 58. num. 4. Gonçales Gloſa 5. §. 5. à nu. 24.* & alij, quos videbis apud eoſdem. 6

Pertinet etiam ad epiſcopum, ubi adhuc non viget diſpoſitio *Trident. ſeſſ. 24. de reformatione. cap. 12.* (quod ad canonicatum Eccleſiæ Cathedralis ordinem ſacrum requirit) diſpenſatio cum illegitimo ad talem canonicatum, & ubi ea viget adhuc ad eum pertinet cum illegitimo diſpenſato ab habente poteſtatem ad ordinem ſacrum, ita *Gloſa in cap. 1.* verbo, *beneficium, de filijs presbyter. in 6.* ubi *Archidiac. Lappus, Anchar. Franc. nu. 6. Dominic. num. 7. Oldrad. conſ. 215. nu. 6. Laſ. conſ. 104. vol. 1. Caldevin. conſ. 6. Diaztar. conſ. 4. de filijs presbyteror. nu. 4. Selva de benefic. 3. p. q. 62. Villadiego de irregularit. cap. 16.* verſ. *Circa irregularit. Gygas de penſionibus, q. 17. nu. 3. Petr. Gregor. de benefic. cap. 35. nu. 7. Tabien.* verbo, *beneficium, 2. nu. 14. & 15. Sylv. eod. nu. 11. Armilla nu. 25. Gambara de officio legati lib. 7. rubr. 1. q. 8. nu. 161. Garcia de benef. p. 7. cap. 2. num. 68. Azor. p. 2. cap. 3. q. 11. Suar. de cenſur. diſput. 50. ſect. 5. nu. 6.* ubi appellat receptam. *Leſius lib. 2. de iuſtitia, cap. 34. dub. 18. nu. 8.* Quidquid contradicant *Ioann. Monach. in cap. 1. de filijs presbyterorum, in 6. Bellamera deciſ. 362. Felin. in cap. Poſtulaſti, ſub nu 4. de reſcript. Coſmas in Pragmat. ſanct. tit. de collatione, §. Item cenſuit,* verbo, *Cathedralis.* 7

Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione, ſuper defectu natal. num. 10. & ſequentibus. *Vgolin. de irregularit. cap.* 44. §. 2. *num.* 3. *Mayol. de irregularit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. *Zerola in praxi, part.* 1. verbo, *Canonici*, §. 3. *Sayr. in Theſauro, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 13. *Henriq. lib.* 14. *de irregularitate, cap.* 8. *num.* 10. in fine. *Avila de cenſur. part.* 7. *diſput.* 3. *dubio* 6. & alij, qui per eoſdem referuntur. Verum *Mayolus, Zerola, Sayrus, Henriques, Avila*, & alij, apud eoſdem, loquuntur tantum poſt *Trident.* propter ordinem ſacrum annexum canonicatui; verum ego ſuppono illegitimum ad hunc ordinem eſſe diſpenſatum.

Non impedit hanc epiſcopi diſpenſationem ad canonicatum, illum annexam habere parochialem curatam, ſi hæc per vicarium curetur; ita notant *Garcia ſupra num.* 59. *Leſſius num.* 87. ubi alios citant. 8

CAP. Cenomanenſem. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatus ad ordinem ſacrum, & quaſcumq; eccleſiaſticas dignitates; an talis cenſeatur ad epiſcopatum?*

2 *Diſpẽſatus ad epiſcopatum; an talis cenſeatur ad Archiepiſcopatum?*

3 *Filij presbyterorum ex ante habito legitimo matrimonio, non ſunt irregulares.*

4 *Filij presbyterorum eccleſiæ Græcæ, quãdo non ſunt irregulares?*

5 *Filij legitimi presbyterorum non poſſunt immediatè patribus ſuccedere in eccleſijs.*

6 *Poſſunt ſuccedere parentibus intermedia perſona.*

7 *Filij clericorum in minoribus, non poſſunt ſuccedere immediatè parentibus.*

8 *Avis nepotes legitimi ex filio legitimo poſſunt in beneficijs immediatè ſuccedere.*

9 *Filijs patres immediatè poßunt ſuccedere in beneficijs, licèt verè non ſint legitimi.*

10 *Fratres fratribus immediatè poßũt ſuccedere in beneficijs.*

IN textu, ibi, Patienter ſuſcipimus. Intellige ad eam dignitatem, de qua ſpecialiter fit mentio, non ad aliam ſuperiorẽ diſpenſando; unde qui legitimatur ad dignitates eccleſiaſticas quaſcũq; adhuc eſſet inhabilis ad epiſcopatum; ita *Gloſſa in cap.* 2. in verbo, *dignitatum, de prabend. in* 6. colligitur ex *cap. Dilectus filius*, & ibi expreſſé *Panormit. nu.* 2. *de conceſſione prabenda.* idem in *cap. Cũ Vintonienſis, nu* 8. *de elect. Oldrad. conſ.* 14. *Roman. conſ.* 138. *Tabien.* verbo, *beneficium*, 2. §. 20. *nu* 24. *Sylv.* verbo, *legitimus*, q. 7. verſ. *Quartum. Sũma Aſtenſ. p.* 2. *lib.* 8. *tit.* 38. *art.* 4. *q.* 3. *Mayol. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 4. *Sayr. lib.* 6. *Theſauri, cap.* 11. *nu.* 28. licet repugnet *Henriq. lib.* 14. *cap.* 8. *nu.* 10. lege quæ de ſe ſcribit *Ioan. Andr. in additionibus ad Speculator. tit. de filijs presbyteror.* 1

Hinc colligunt multi habilitatum ad epiſcopatum, non ideo talem eſſe ad Archiepiſcopatum, tenet *Felin.* poſt *Innocent. in cap. Veniens, de accuſat. Panormit. in cap. Vintonienſis, nu* 8. *de elect.* & in *cap. Dilectus filius, nu.* 1. *de conceſſione prabenda*, ubi alios refert. *Tabien.* verbo, *beneficium*, 2. *nu* 24. §. 20. *Sylv.* verbo, *legitimus*, q. 7. verſ. *Quarto. Mayol. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. *Sayr. lib.* 6. *Theſauri, cap.* 11. *nu.* 29. ubi alij videri poſſunt. 2

In textu, ibi, Non ſunt intelligendi de fornicatione. Presbyterorum filios ex legitimo natos matrimonio nunquam prohibitos eſſe ordinari, certũ eſt, *Gloſſa in cap. Presbyter*, verbo, *presbyter, hac diſt.* 56. *Hoſt. in ſum. lib.* 1. *tit. de filijs presbyteror. nu.* 5. §. *Qui filij presbyt. Sũma Aſtenſ. p.* 2. *lib.* 6. *tit* 22. *art.* 4. *Sũma Pizanel.* verbo, *illegitimus*, §. *Quid d. filijs ſacerdotum. Sũma Confeſſ. lib* 3. *tit.* 19. *q.* 6. *S. Antonin* 3. *p. tit.* 29. *de irregularit. cap.* 4. in fine. *Mayol. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 2. *Sayr. lib.* 6. *Theſaur. cap.* 10. *nu* 45. 3

Quod intellige etiam de filijs presbyterorum Eccleſiæ Græcæ, habitis etiam in ſacerdotio ex uxoribus, quas duxerant ante ſacrum ordinem, quia hi ſunt legitimi, ut tenet *S. Thom. addit. ad* 3. *part. quæſt.* 53. *art.* 9. *Soto, in* 4. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 1. *Mayol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. Si tamen habiti ſint ab epiſcopo poſt conſecrationem ad epiſcopatum, licet ex uxoribus ante ſacerdotium habitis, erunt illegitimi, ut definitur in *ſexta Synodo Conſtantinopolitan. Can.* 12. Vide poſita in *cap. Aliter*, 14. *diſt.* 31. per totum. 4

Aliqua tamen ſunt, quæ circa beneficia filijs presbyterorum legitimis (idem etiam eſt de non legitimis) caventur in Decretalibus, præſertim in *cap. Ex tranſmiſſa, cap. Ad extirpanda, cap. Dilectus, de filijs presbyterorum*, quæ ſunt Alexandri tertij, & Innocentij tertij, editæ intra annum 1160. & 1212. Nimirum parcen- 5

tibus in Eccleſijs, quæ illorum eſſent, ſuccedere non poſſe, niſi inter media aliqua perſona, de quo ibi Doctores, *Decius in cap. Inter cæteras, de præſcript. num. 6. & 7. Navarr. in cap. Si quando, eodem titulo, in aſſuario, num. 3. & 4. Quintanaduenas eccleſiaſticum. lib. 2. à num. 92. Mayol. lib. 1. cap. 6. num. 5.* & alij, quos refert *Sayrus de cenſuris, lib. 6. cap. 10. à num. 45.* in quibus legitimis nihil immutatũ eſt à Clemente VII. in Bulla ſua, anno Domini 1533. 5. Iunij, quæ eſt 46. eiuſdem in ordine, & incipit. *Ad Canonum conditorem*; item nec à *Concilio Tridentin. ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 15.* cum loquitur tantum de natis ex illegitimo coitu, ut videbis per *Navarr. in dict. aſſuario, num. 3. Salzedo ad Bernard. Diaz. in praxi criminali, cap. 48. num. 41. littera B. Vega 1. part. cap. 36. caſu 18.* verſ. *Loquitur. Emmanuel. Rodrig. in ſumma, tom. 1. cap. 29. num. 4. Garcia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 18.*

6 Poterunt tamen filij legitimi, ſi intercedat media perſona (licèt beneficium de iure non poſſederit; ſed de facto tantum, titulo colorato, & qui poſtea nullus declaretur) patri ſuccedere in beneficio ſive curato, ſive non curato. Ita *Hoſtienſ. lib. 1. tit. de filijs presbyterorum, num. 5. §. Qui filij presbyter. Panormitan. in cap. Ad extirpandas. de filijs presbyterorum. Aſtenſ. in ſumma, part. 2. lib. 6. tit. 22. art. 3. queſt. 4. Summa Piſanella*, verbo, *illegitimus, §. Quid de filijs, Mayolus lib. 1. cap. 6. nu. 11. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 15.* Recurre ad *cap. Presbyterorum, num. 8. huc eàdem diſt.*

7 Quæ de filijs legitimis presbyterorum dicta ſunt, ita ut ipſi patribus immediatè non ſuccedant, extendentes ad filios clericorum in minoribus, diaconatu, & ſubdiaconatu, ex *Mayolo lib. 1. cap. 6. num. 4.* ex Bulla Clementis VII. citata ibi. *Præſertim ſacerdotum*, ſequitur *Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 45. §. Dico quarto*, verſ. *Quæ omnia hactenus. Garcia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 4.* Vnde in dimiſſo beneficio illius, qui duxit uxorem, & habuit filium, ſuccedere immediatè filius patri non poterit, nec cum eo poterit ad hunc effectum epiſcopus diſpenſare, imò nec legatus, *Gloſſa in cap. 1.* verbo, *tale, de filijs presbyterorum, in 6.* quam ſequuntur *Ioann. Andr. Monach. Specul.* & *Dominic.* & *Franch.* ibi, *num. 7. Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione, ſuper defectu natal. num. 32. Mandoſ. tit. de diſpenſatione ad beneficia in Eccleſia, in qua pater.* Quidquid neget *Gambarus de officio legati, lib. 7. rubr. 1. q. 34. à num. 306.*

8 Avis nepotes legitimi ex filijs legitimis immediatè, ideſt nulla intermedia perſona, poterunt ſuccedere in beneficijs, ita *Gloſſa in cap. Apoſtolica*, verbo, *prebendas, 8. queſt. 1. Archidiac.* ibi *Goffredus*, & *Raymundus*, quos refert, & ſequitur *Hoſtienſ. in ſumma, lib. 1. tit. de filijs presbyterorum, numer. 5. §. Qui filij presbyterorum*, verſ. *Sed nunquid. Summa Confeſſorum, lib. 3. tit. 19. queſt. 8. Summa Aſtenſ. part. 2. lib. 6. tit. 22. queſt. 2. art. 3. Pizanella*, verbo, *Illegitimus, §. Quid de filijs. Panormitan. in cap. Ad extirpandas, num. 8. de filijs presbyterorum. S. Antonin. 3. part. titulo 29. cap. 4.* in fine. *Mayolus in lib. 1. cap. 6. num. 14. Navarr. tom. 1. conſilior. conſil. 9. num. 10. de filijs preibyterorum, edit. ult. Sayr. lib. 6. de cenſur. cap. 10. num. 46.*

Filijs etiam patres ſuccedere poterunt im- 9
mediatè in beneficijs, & hoc licèt non ſint ex legitimo matrimonio, ita *Gloſſa in cap. Apoſtolica, 8. queſt. 1.* & poſt antiquos *Ioann. Andr. Cardinal. Butrius in cap. Quoniam. de filijs presbyterorum. Anchar.* & *Abb. in cap. Ex tranſmiſſa, eodem titulo, num. 7. Rebuf. in praxi, titulo de diſpenſatione ſuper defectu natal. num. 29. Bernard. Diaz. in praxi criminal. cap. 48. Quintanaducñas Eccleſiaſticon. lib. 2. num. 95. Emmanuel Rodriguez in ſumma, tomo 1. cap. 29. num. 4. Vega part. 1. ſumma, cap. 36. caſu 18. Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 44. & 45. in Theſauro. Leſſius de iuſtitia, lib. 2. cap. 34. num. 91. Azor. part. 2. lib. 6. cap. 4. queſt. 18. Gygas de penſionibus, queſt. 86.* quem vide ibi contra *Hoſtienſ.* cuius opinionem falſò dici poſſe in puncto iuris ſuſtineri, in quo etiam illam ſequitur *Mandoſius in praxi, tit. de diſpenſatione ad beneficia eccleſiaſtica, in qua pater*, quos bene reijcit *Garcia de benefic. p. 7. cap. 3. nu. 29.* 8

Fratres etiam fratribus immediatè ſucce- 10
dere nihil vetat; ita *Alan. in Vincent.* quos refert, & ſequitur *Panormitan. in cap. Ex tranſmiſſa, nu. 3. de filijs presbyterorum, & Ioann. Andr. in cap. In panis, de regul. iuris, in 6.* Suppetunt huius rei exempla ad faſtidium, nam ſibi in Summo Pontificatu ſucceſſere duo fratrum paria *Paulus 1.* & *Stephanus 2.* ad annum Domini 752. ut refert *Platina in vita Pauli I.* licèt inter Stephanum 2. (qui quatuor dies tantum vixit) & Paulum primum mediet Stephanus tertius, qui ſedit annos quinque, dies 28. authore *Bellarmino in Chronologia.* Verum ita referunt præter *Platinam Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 44. Azor. 2. part. lib. 5. cap. 44. queſt. 6. §. Ratum eſſe videtur.* Succeſſere ſibi etiam Benedictus VIII. & Ioannes XIX. fratres ad annum 1024. ita *Azor.* citatus, S. Iſidoro Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Succeſſit etiam eius frater S. Leander, & ut externa amittamus, Bracharæ Cardinali Domino Georgio à Coſta ſucceſſit eius frater etiam D. Georgeus à Coſta in Primatu Hiſpaniarum, & iterum Georgio Archiepiſcopo ſucceſſit Georgius Cardinalis, qui in gratiam fratris ceſſerat Archiepiſcopatus. Illa etiam Portucalenſi urbe continuò epiſcopatu ſucceſſere ſibi Dominus Didacus à Coſta, & D. Petrus à Coſta eiuſdem Cardinalis Georgij ex ſorore nepotes; de quibus nos multà in *hiſtoria noſtra epiſcop.*

piſcoporum Portucalenſium, part. 2. cap. 33. & 34. cum annotatione capitis; vide alios apud *Sayrum citatum.*

CAP. Quia ſimpliciter. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Motum probitas, & ſcientia illegitimo non tollunt irregularitatem.*
2 *Clauſulæ diſpenſationis Pontificiæ,* Dūmodo paternę incontinentiæ imitator non ſit, *quid operetur?*
3 *Illegitimi an recipiant characterem?*

1 IN text. Vitā ſuam religioſam. Nota ex hoc capite, & duobus ſuperioribus; nunquam ex merito, & virtutibus perſonalibus illegitimos amittere irregularitatem ex defectu natalium; habetur etiam in *cap. Litteras,* & colligitur ex *cap. 1. de filijs presbyteror.* & *cap. Innotuit, de electione,* ſequitur *Gloſſa in cap. De his, de accuſationibus.* Rationem habes apud *Suar. de cenſur. diſp. 50. ſect. 3. num. 17.* ubi Canones in contrarium ſolvit.

2 Solet tamen apponi in diſpenſationibus cum illegitimo, clauſula in Bullis Pontificijs. *Dummodo paterna incontinentia imitator non ſit.* Quam non importare conditionem, ſed inſtructionem, ac proinde eius defectum non vitiare diſpēnſationem, ſequitur *Iacobus de Puteo deciſ. 256. num. 1. lib. 1. Felin. cap. 2. nu. 1. de reſcriptis, Mandoſ. de ſignat. gratiæ, tit. de diſpenſatione ſuper defectu natal. column. 2. verſ. Sed advertendum. Sanches lib. 8. de matrimonio, diſp. 34. nu. 27.*

3 In textu, ibi, In ſuſcepto. Ergo ſi quis illegitime natus fuerit; licèt non habeat exercitium ordinis, recepit tamen characterem, ut ex noſtro textu colligit *Bernardus Diaz in practic. criminal. cap. 14.* verbo, *Illegitimi, num. 3.* addens quòd tales illegitimi ordinati non incurrunt novam irregularitatem, ſi ante obtentam novam diſpenſationem celebrant; ſequitur *Salzed.* ibidem, *littera D.* quam opinionem communem fatetur *Covar. in Clement. Si furioſus, §. 1. num. 3. de homicid. Navarr. in cap. Si quando, exceptione 11. de reſcriptis.*

DISTINCTIO. LVII.

CAP. Si quis. I.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Neocæſarienſe, quando celebratum?*
2 *Qui baptizatur in ægritudine mortali; eſt irregularis.*
3 *Quid ſi dilatio baptiſmi ſit lōga, ſed baptiſmus ſuſceptus ante ægritudinē.*
4 *Quid ſi baptiſmus ſuſcipiatur ob metū.*
5 *Irregularitas hæc eſt ad omnes ordines.*
6 *An datis duabus conditionibus, quas textus requirit adhuc is egeat diſpenſatione, & à quo præſtabitur?*
7 *Deſcendentes ex Iudæis an poſſint ordinari?*
8 *An ad diſpenſationem debeant concurrere ambæ hæ conditiones?*

1 AD titulum, ibi, Concilium Neocæſarienſe. Vide poſita ad *cap. Quoniam, 7. diſt. 16. nu. 7. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 19.* contendit Neocæſarienſe Concilium coactum fuiſſe ad annum ſalutis humanę, in quo Ancyranum celebratum, ideſt anno 316. vel paulò poſt, tempore S. Sylveſtri, qui rexit Eccleſiam ab anno 314. uſq; ad 336. per annos 21. & mēſes 10. ex *Bellarmini Chronologia.* Quanvis *Franciſcus Longus in ſuo Breviario Chronologico, anno Domini* 314. *fol.* 67. affirmet Neocæſarienſe Concilium coactum fuiſſe, anno ſalutis 314. aliquo tempore poſt Ancyranum.

2 In textu, ibi, In ægritudine. Agunt de hac irregularitate *Summa Confeſſorum, lib. 3. tit. 20. q. 1. & 2. S. Antonin. p. 3. tit. 26. de irregularitate, cap. 6. §. 2. Syl.* verbo, *irregularitas, quæſt. 23. Vivald. tract. de irregularit. num. 45. Sayr. in Theſauro, lib. 7. cap. 8. num. 30. Tolet. lib. 1. ſummæ, cap. 70. num. ult. Henriq. lib. 1. de irregularitat. cap. 4. num. 7.* ubi in *Comment. littera C.* plures refert, & eodem *lib. cap. 17. num. 4.* ubi etiam *Cōment. littera N. Covar. de homicid. 1. p. §. 2. nu. 7. col. 2. Salzed. in practic. cap. 22.* verbo, *Neophiti, nu. 2. Suar. de cenſur. diſp. 42. ſect. 1. nu. 5.* & alij apud coſdem. Rationem huius irregularitatis

tradit *Gloſſa*, verbo, *Sed ex neceſsitate*, quam ſequuntur omnes. At hæc irregularitas non eſt propter culpam, ut notat *Suar. d. nu. 6.* quanvis ea forte daretur, ut ſupponit *Henriq. citat. nu. 7.* paulò ante finem, ſed propter minorem eccleſiæ ſatisfactionem ex tali converſione.

3 Vnde non placet *Mayolus lib. 3. cap. 9. de irregularitate*, contendens etiam irregularem fore eum, qui nimis differt baptiſmum, licèt extra ægritudinem baptizetur, ſolum ex ipſa longa dilatione; ubi falſò dicit ſic teneri hìc à *Gloſa*, & à Doctoribus, cum utrumq; aliter ſe habeat; fundamentum eius optimè elidit *Suar.* mecum ſentiens *num.* 8. collige etiam ex textu, quòd licèt noviter converſus factus chriſtianus in ægritudine non poſſit presbyter ordinari, hoc tamen fallit ratione ſanctitatis vitæ, & ad hoc dicit hunc textum ſingularem poſt Romanũ. *Caſſaneus in Catalogo gloria mundi, 3. p. conſideratione* 50. in fine, multa ad hoc cumulat *Felin. in cap. Super his, nu.* 26. ad med. *de accuſat. Iaſon. in l. Iubemus, nu* 8. *C. de iudicijs, & nu.* 10. *&* 11.

4 Quid ſi baptiſmus accipiatur ob metum mortis, quam aliquis minatur, niſi fias chriſtianus? *Suarius* putat hunc ſic baptizatum eſſe irregularem, cum *Mayol. citat. lib. 3. cap.* 10. propter identitatem rationis in eo, qui ſic baptizetur, ac in eo, qui in ægritudine, cum utriuſque converſio appareat potius ex neceſſitate, quàm ex voluntate, quæ eſt ratio textus. Non diſplicet, ſed non audeo irregularitatem de novo introducere.

5 In textu, ibi, Presbyter. Videtur textus arcere tantum à presbyteratu huiuſmodi ſic baptizatum; maximè quia neophyti non arcentur à minoribus, ut bene probat *Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 64. num.* 5. Sed puto illum ſimpliciter eſſe irregularem, cum in hoc nullam diſtinctionem inveniam apud Doctores.

6 In textu, ibi, Studium, & fides. Duo requirit textus; primum, ut hic purget ſuſpicionem per fidei, & religionis manifeſtationem; ſecundum, ut neceſſitas miniſtrorum urgeat, quæ ſi ambæ ponantur, tenet *Gloſſa* hìc opus non eſſe diſpenſatione. Contrarium videtur verum, ut probat *Suar. d. diſput. 42. ſect. 1. num. 6.* Præſtabitur hæc diſpenſatio non à Sũmo Pontifice, ut vult *Mayolus citatus, cap.* 8 ſed ab epiſcopo, ut bene oſtendit *Suarius d. num. 6.* allegans *Turrecremat. Sylveſt.* & *S. Antoninum.*

7 In textu, ibi, Probabilis fuerit. Citat *Sanches in ſumma, lib. 2. cap* 28. *num.* 12. ad hoc, quòd deſcendentes ex Iudæis, vel Mauris, poterunt ad ſacros ordines, & beneficia promoveri, ſi iudicio epiſcopi ſint moribus, & chriſtiana diſciplina inſtructi, quia tales iam veterani chriſtiani cenſeri poſſint; & ibi fert alios, & alia.

In textu, ibi, Aut hominum 8
raritas. Colligit ex hoc textu *Turrecremata* ſufficere ad diſpenſationem epiſcopalem poni aliquam ex conditionibus requiſitis; ſcilicet purgationem ſuſpicionis, aut raritatem miniſtrorum, nam utitur terminis diſiunctivis, ita ſentit pariter *Suar. d. num. 6.* contra *Mayolum citatum, lib. 3. cap.* 8. qui utramq; requirit. Vide *Covar. in Clement. 1. de homicidio, 1. p. §. 2. nu. 7. verſ. Tertiò.*

DISTINCTIO. LVIII.

CAP. Nullus ad eccleſiaſticum. I.

SVMMARIVM.

1 *Regularis non poteſt aſſumi ad honores eccleſiaſticos ſine licẽtia ſui prælati.*
2 *Non indiget tali licentia ad impetranda beneficia à Summo Pontifice.*
3 *Religioſus non indiget licentia ſui prælati, ut acceptet Summum Pontificatum.*
4 *Licentia generalis facta religioſo à ſuo prælato, ut conſentiat cuicumq; electioni de ſe facta, non valet.*
5 *Religioſus ſemel promotus ad beneficia ſæcularia, non indiget ad novam promotionem licentia ſui prælati.*
6 *Cuius ſit prælati hanc licentiam epiſcopo præſtare.*

IN textu, ibi, Officium. Non pro- 1
hibetur tantum monachis ordinari ſine licentia proprij Abbatis, ſed etiam quoslibet honores eccleſiaſticos, vel ſæculares acceptare, ita ut ſi ſecus faciant, ipſa electio omnino ſit nulla, conſtat ex *cap. Si religioſus, de electione, in 6.* ibi. *Et in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto iuribus evacuetur omnino.* Ita *Franch. eodem cap. Si religioſus*, in principio, *ante nu.* 1. *notabili* 1. *Cardinal. in Clement. final. num.* 11. *q.* 8. *de electione. Emman. Rodrig. regular. tom* 1. *quæſt.* 34. *art.* 5. Probat etiam *Sanch. tom. 2. Decalogi, lib. 7. cap. 29. num.* 57. ex noſtro textu, ubi illum conceptis verbis refert.

Quæres

2 Quæres primò. Vtrum regularis indigeat licentia ſui ſuperioris ad impetranda beneficia à ſummo Pontifice, aut ad conſtituendum procuratorem, qui illud impetret? Reſpondeo negativè, ita *Miles in Repert.* verbo, *Religioſus nu.* 4. *Sanch.* citatus *num.* 57.

3 Quæres ſecundò. Vtrum ſi religioſus eligatur in ſummum Pontificem, adhuc indigeat licentia prælati ſui, ut Pontificatum acceptet? Reſpondeo negativè, quia electio ad ſummum Pontificatum eſt ipſius confirmatio (ut dixi *in cap. in nomine Domini. 1. numer. 8. diſt. 23.*) & ſic abſolvit religioſũ à iugo regularis diſciplinæ. Deinde quia electioni Pontificis ſola hæreſis opponi poteſt, *cap. licèt, de elect.* ita ſentiunt *Cardinalis d. cap. licèt, de electione num.* 12 *quæſtione* 28. *& in Clement. finali quæſt. 2. num. 6. eodem titul. &* ibi *Anchar. num. 2. notabili. 2. Imol.* ibi, *in fine Felin. in cap. cũ primo de ſentent. & re iudicat. Syl.* verbo, *votum* 3. *quæſt.* 4. *Roſella votum* 2. *in fine, Pigrolotus addition. ad Roman. ſingul.* 106. *Barbatia de præſtãtia Cardinalatus quæſtion.* 1. *num ult. Roſellus de poteſtate Imperatoris, & Papæ cap.* 79. *n.* 54. *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *numer.* 112. *Sanches* proximè citatus *num.* 58. *contra Gloſſam in cap quam ſit.* verbo, *ad ordinandum* 18. *quæſt.* 2 *Ioann. Andr. in cap. Ioannis,* 8. *de regular. Abb. in cap. fin. nu.* 3. *de voto, & in cap. quod Dei timorem, num.* 2. *de ſtatu monach Dominic in cap. Si quis de alterius hac eadem diſtinctione* 58. *Franch. in cap. ſi religioſus, in principio ante num.* 1. *notabili* 1. *de elect. in* 6. *Berous in cap. Raynuntius num* 382. *de teſtam. Bonifac. in Clement. finali, num.* 30. *&* 31. *de elect. Robus de iure patronat.* verbo, *honorificum quæſt.* 4 *num* 13. *Lambertinus eodem tract. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 19. *num.* 22. *Faber. in diff. ſenatus Sabaudiæ tom.* 1. *lib.* 3 *tit.* 2 *de epiſcopis & clericis diffinit.* 33. *Bertach. in ſuo Repertorio,* verbo, *licentia in fine Villa Diego de origine, & poteſtate Cardinalium quæſt.* 5. *num.* 33. habentur eius opera *tom.* 13. *tract p.* 2. *Roſella,* verbo, *monachus num.* 6. *Syl.* verbo, *Religio* 7. *quæſt.* 9. Sed poſtea mutavit ſententiam ubi ſupra. *Gregor. Lopez l.* 22. verbo, *Egleſias tit.* 7. *part.* 1. *Emmanuel Rodrigues tom.* 1. *regularium quæſtione* 34. *articul.* 5. *Saa.* verbo, *Religio, numer.* 63.

4 Quæres tertiò. An ſufficiat licentia generalis data religioſo à ſuperiori, ut in qualibet electione de ſe facta conſentiat? Reſpondeo negativè quia ita explicatum eſt in *Clement. fin. de elect.* Imò nec valebit licentia ſpecialis, ut regularis conſentiat electioni ſuæ, ſi forte fiat in tali eccleſia vacante, ita *Gloſſa in eadem Clement.* verbo, *ſi quam,* & ibi *Cardinal. quæſtione* 10. *num.* 13. *Imol. num.* 11. *Bonifac. num.* 26. Sed debet licentia eſſe ad conſentiendum in tali electione de ſe iam facta in tali eccleſia, ita *Gloſſa* verbo, *nullius in eadem Clement.* & ibi *Paulus, & Cardinalis quæſt.* 1 *num.* 14. *Imol. num.* 12. *Bonifac. num.* 27. qui bene addit *num.* 28. ſufficere licentiam ad eam dignitatem ſub conditione, ſi iam religioſus eſſet electus ad illam, ſequitur *Sanch. num.* 61. *d. cap.* 29.

Quæres quartò. An religioſus ſemel ex legitima ſuperioris licentia ad beneficium ſæculare, ad quod poteſt, translatus, ſi poſtea ad aliud tranferatur, adhuc egeat licentia ſuperioris? Reſpondeo non egere, quia religioſus ſemel factus prælatus, vel parochus, eximitur ab obedientia ſuperioris regularis, & fit ſui iuris, ita *Imola in Clement. 1. de elect. num.* 41. *Anchar. in cap. ſi religioſus, num. ult. de elect. in* 6. *Lappus & Franch.* ibi *numer.* 3. quanuis Francus videatur dubitans loqui, nec etiam indigebit licentia Epiſcopi ad novam promotionem, magis quã indiget ſæcularis aliquis clericus, ut bene notat. *Sanches d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 64. 4

In textu, ibi, Abbas loci. 5

Quærunt hîc Doctores à quo ſuperiori præſtãda ſit facultas regulari, ut conſentiat electioni ſuæ? *Calderinus conſ.* 3 *num. unico, de regularibus, Dominic. in cap. ſi religioſus in principio num.* 7. *de elect. in* 6. *& in cap. quandam,* 9. *volentes, num.* 5. *Franch.* ibi *num.* 2. *notabili* 4. *eodem titul.* Dicunt eum ſuperiorem debere hãc facultatem præſtare, qui profeſsionem acceptat, ſive per ſe immediatè, ſive per aliquem inferiorẽ ſuum, ut ſi acceptet Provincialis, ſeu Generalis à Generali, vel Provinciali; præſtanda erit. Melius *Lappus, & Paulus in cap. ſi religioſus,* ut eos refert *Dominic.* proximè citatus *num.* 7 *Ioann. Andr. eodem cap. ſi religioſus nu.* 2. *Anchar num.* 3. *in fine Franch.* ibi *in principio num.* 1. *notabili.* 3. *Anchar. in Clement. finali, num.* 1. *notabili.* 2. *de elect.* & ibi *Cardinal. quæſtione* 2. *&* 3. *num.* 6. *&* 7. *Imol. quæſt* 2. *numer.* 4. *Bonifac. num.* 30. *&* 33. Qui omnes aiunt, id eſſe prælati conventus, ubi religioſus electus moratur, quẽ textus appellat loci Abbatem. Quod etiam procedit in Mendicantibus, nec contrarium probat *cap. Quorundam, de elect.* ubi Cardinalis contendit hanc facultatem debere præſtari à Generali. Quod intelligo niſi aliud in eorum conſtitutionibus, aut privilegio particulari caveatur. De quo videndus eſt. *Frater Ioannes de Cruce de ſtatu religioſo, pro fratibus prædicatoribus lib.* 1 *cap.* 6. *concluſ.* 5. verbo, *etiam de minoribus dubitatione* 7. Pro religioſis Societatis Ieſus videndus erit *Sanches tomo ſecundo. Decalogi. lib.* 7. *capit.* 29. *numer.* 67.

CAP. Si quis de alterius. II.

SVMMARIVM.

1 *Authores qui textus meminere.*

2 *Novitius poteſt ordinari ſine licentia ſui ſuperioris, & à quo epiſcopo id fiet?*

3 *Novitius capax eſt beneficiorum ſecularium.*

4 *Beneficia regularia an conferri poſſint novitio?*

5 *Authores agentes de diſpoſitione Tridentini ſeſſ. 14. de reformatione cap. 10.*

6 *Regularis aſſumptus ad beneficia, quando egeat conſenſu Conventus.*

7 *Cogendus eſt ſuperior iniuſte negans cõſenſum ad electionem ſubditi.*

8 *A quo ſuperiore cogendus ſit ſuperior negans conſenſum?*

9 *Nullus religioſus eſt capax beneficij alterius religionis.*

10 *Moniales aſſumi poſſunt ab alio monaſterio eiuſdem ordinis ad Abbatiſſas.*

11 *An ſemper requiratur licentia epiſcopi ad egreſſiones monialium exemptarum?*

12 *Quæ pœna imponatur epiſcopis in hoc capite?*

13 *Nullus cum eo communicet in ſacris Canonibus; quæ pœna ſit?*

14 *Religioſus poteſt eſſe prælatus in eccleſia ſeculari.*

15 *Monachus poteſt eſſe epiſcopus.*

16 *Monachus nõ poteſt eſſe Canonicus ſæcularis.*

17 *Religioſus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi?*

1 IN textu, ibi. Meminere huius textus *Angelica*, verbo, *Suſpenſio 1. num. 6. Tabiena eodem num. 7.* verſ. *6. caſu 5. Sylv. nu. 6.* verſ. *5.* & verbo, *irregularitas num. 9. Sotus diſt. 25. quæſtione 1. artic. 7. Vivald. titul de diſpenſatione nu. 79. Sayr. in Theſauro. lib. 4. cap. 6. num. 24. Henriq. lib. 13. de excommun. & ſuſpenſione capit. 38. num. 1. & Comment. littera N. Suar. de cenſur. diſputat. 31. ſectione 5. numer. 5. in fine.*

2 In textu, ibi, Vel ad clericatũ. Quid ſi promovendus ad clericatum ex alterius monaſterio ſit novitius, indigebit an licẽtia Abbatis, & cõventus? Reſpondeo negativè ita *Sanch. tom. 2. Decalogi. lib. 6. cap. 10. numer. 22.* ubi rationes optimas pro hac re adducit. At à quo epiſcopo ordinabitur novitius? Reſpondeo 1. valde probabile eſſe novitium nõ poſſe ordinari ab eo epiſcopo ubi monaſterium eſt, in quo ipſe novitiatum exercet, niſi is coincidat vel cum epiſcopo originis, vel domicilij, quia per ingreſſum in tyrociniũ non cenſetur mutatum domicilium, ita *Henriq. lib. 7. de ſacramento ordinis cap. 23. num. 3. & in Comment. littera G. & lib. 14. de irregularit. cap. 9. num. 2. & Comment. littera F.* probat ex *cap. cum nullus, de tempor. ordinand. in 6.* de quo videbis poſita ad titulum *diſtinctionis 71.* ubi late de hac re; favent *Henriq. Lappus, & Paulus*, quos refert, & ſequitur *Franch. in cap. 2. in principio numer. 2. de ſepultur. in 6.* & ibi *Domin. num. 4. Cardinalis in cap. de his quæſt. 5. de ſepultur*, & ibi *Henriq. num. 25. Petrus de Vbaldis, de canonic. epiſcop. cap. 9. num. 33.* habetur *tom. 5. tract. part. 2. Zechius de Repub. eccleſiaſtica tit. de regularibus cap. 3. num. 9. Suarius de religione tom. 2. tractat. de voto cap. 11. num. 9.* ubi omnes teſtantur novitiũ per ingreſſum religionis non mutare domicilium, cum non habeat animum permanendi in religione, ſed tantũ experiendi an ſibi conveniat talis religio, quem tamen animum neceſſarium eſſe ad acquirendum domicilium, probat optime *Sanch. de matrimon. lib. 3. diſp. 23. num. 1.* & nos dicemus ad *d. titulum diſtinctionis 71. à. num. 9.* Reſpondeo 2. probabilius eſſe talẽ poſſe ordinari ab epiſcopo illius loci, in quo novitius exercet tyrocinniũ, ita tradunt *Franch. in cap. cum nullus, in fine de tempor. ordinand. in 6.* & ibi *Anchar. num. 4. Henriq. in cap. de his, num. 16. de ſepultur. Anton. Cucus lib. 3. inſtit. maior. tit. 1. nu. 94.* idem tenent Doctores qui aiunt novitium habitatione acquirere domicilium, hi ſunt *Gofredus in ſumma tit. de ſepultur. num. 7. Hoſtien. in cap. de his ad fin.* verſ. *quod ſi quis, de ſepult.* ubi *Ioann. Andr.* & alij, quos citat, & ſequitur *Sanch. tom. 1. Decalogi lib. 4 cap. 39 nu. 20.* Rationes optimas pro hac ſecunda reſponſione leges apud eundem *Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 10. numer. 21.* Summa eſt novitium ex ſe habere animum perſeverandi in religione, ac proinde acquirere domicilium, & conſequenter poſſe ordinari ab epiſcopo eius loci, in quo eſt in novitiatu, non aliter, ac cæteri profeſſi; qui ibi ubi in monaſterio ſunt domicilium cenſentur habere, ut optime probat *Bart. in l. 1. num. 14. ff. ad municipal. Lucas de Peña in l. cives, column. 2.* verſ. *& nota hic Platea* ibi *numer. 2. Cod. de incolis. lib. 10.*

Vt ad ordines, ita etiam ad reliqua beneficia eccleſiaſtica ſæcularia aſſumi poterit novitius, ſi aliunde non ſit incapax, tenent *Franch. in cap. Beneficium num. 1.* verſ. *in eadem*, & ibi *Gloſſa* verbo, *poſſideri de regular. in 6.* ubi etiam refert *Paulum, & Lappum, Tiraq. de retract. Lignag. Gloſſa 8. §. 1. nu. 37. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 3. quæſtione 1.* 3

Sanch.

Sanch. tom. 2. Decalogi cap. 4. lib. 7. num. 22. Garcia de benefic. part. 7. cap. 10. num. 6. Contrarium ſuſtinent, ſed minus bene *Gloſſa in d. cap. beneficium*, verbo, *conferendum* & ibi *Lappus, Anchar. & Dominic. Angel.* verbo, *novitius num. 23.* & ibi. *Tabiena quæſt. ult. Cucus lib. 3. inſtit. maior. titul. 1 numer. 95. Tapia in Anth. ingreſſi*, verbo, *ſua cap. 2. num. 11. iuncta num. 13. in ſolutione ad quintum. Zechius de Republica eccleſiaſtica tit. de regularibus cap. 3. num. 10. Lan. elot. inſtit. iuris Canonici lib. 1. tit. de regularibus §. & ſi contigerit*, verbo, *conferendum* Rationes pro vera ſolutione afferunt *Sanch. & Gracia* citati.

Dixi *ſæculària*, quia benebeficia regularia conferri non poſſunt novitio, ſed debent conferri expreſſe profeſsis, *cap. cum nullus, de elect. in 6. Clemẽt. 1. de ſupplenda neglig. prælat. & Clement. 1. §. ſane 2. de ſtatu monach. Paul. Lappus, Dominic. num. 6.* verſ. *in eadem Gloſſa, ibi* verbo, *nullus, Franch. num. 1. circa finem in cap. beneficium, de regularibus in 6. Garcia de benefic. part. 7. cap. 15. num. 4. Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 4. num. 24.* ubi benè advertit, hoc procedere de iure antiquo, nam de moderno *Concilij. Trid. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 20.* ibi *Regularia beneficia, &c.* Expreſſe deciditur dari poſſe beneficium regulare ſæculari, dummodo profeſsionem faciat, quæ quidem fiet habito integro novitiatus anno, aliàs eſſet nulla, ut elegantèr concludit *Garcia* citatus *d. part. 7. cap. 10. numer. 15.* Contra *Gonçales de menſibus, & altern. Gloſſa 8. num. 87.*

De hac diſpoſitione Concilij Trident. præter citatos *Garciam Goncales, & Sanch.* videndi ſunt *Rebuf. reſpos. 113. & de nominat. quæſtione 15. Selva de benef. part. 3. quæſt. 11. nu. 13. Navarr. conſ. 9. de prebendis Flaminius de reſignatione lib. 4. quæſt. 5. num. 12. Emmanuel Rodrig. regul. tomo 1. quæſtione 34. art. 3. Zerola in praxi Epiſcopali part. 2.* verbo, *beneficia, num. 5. Azor. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæſtione 23. Aloyſius Biccius in Collect. deciſio. part. 4. collectan. 763.*

In textu, ibi, Sine licentia Abbatis, & monachorum. Notat *Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 27. num. 66.* Tunc ſolum indigere regularem aſſumptum ad beneficium eccleſiaſticum ſæculare, præter licentiam Abbatis, licentia etiam conventus, quando beneficiũ, ad Abbatem cum conventu pertinet, affertque pro ſe *Roſellam*, verbo, *Monachus n. 4. Sylveſt.* verbo, *Religio 7. q. 3.* additq; Sanches vltra licentiã Abbatis, requiri etiam licentiam epiſcopi, quando bedeficium pertinet ad epiſcopum, ſi ab alio, quàm ab ipſo epiſcopo, regularis aſſumatur, ita *Cucus lib. 3. inſtit. maior. titul. 1. nu. 154. Sylveſt. & Roſela* proximè citati. *Emmanuel Rodr. regul. tom. 3 quæſt. 53. art. 2. Leſsius lib. 2. de iuſt. quæſt. 41. dub. 12. num. 98.*

Quid ſi Abbas, & ſuperior cum iuſtè eligitur regularis, conſentire nolit ex iniuſta cauſa in eius electionem? Reſpondeo, cogendũ eſſe à ſuperiore ſuo, ut conſentiat; argumentò *textus in cap. nullus, de iure patronat*, ita Gloſſa *in cap quam ſit*, verbo, *ad ordinandum 18. quæſt. 2. Innocent in cap. poſt tranſlationem num. 2. de renuntiatione*, & ibi *Hoſt. num. 4. & in cap. quod Dei timorem, num. 8. de ſtatu monach.* & ibi. *Ioann. Andr. num. 14. Abb. num. 12. Henriq num. 5. in fine Anchar. in cap. Si religioſus, num. 4 de elect. in 6. Dominic.* ibi *numer. 9. Gambara de authoritate legati à latere lib. 8. cap. ult. nu. 23. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 19. num. 13. Roch. eodem tract.* verbo, *honorificum quæſt. 4. num. 13 Roſella in ſumma*, verbo *Monachus num 6. Sylveſt.* verbo, *Religio 7. quæſtione 9: Gregor. Lopez l. 25.* verbo, *Igleſias tit. 7. part. 1. Anton. Cucus lib. 13. inſtitut maior. tit. 1. num. 154. Emman. Rodrig. regular. tom. 1. quæſtione 34. art 5. Leſsius lib. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 1. num. 97. Sanch. tomo 2. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 68.* ubi contraria optimè elidit. 8

At quis erit iſte ſuperior, qui renuentẽ electioni ſubditi ſui, conſentire coget? Reſpõdeo id pertinere in primis ad prælatum ipſius ſuperioris, qui nõ vult conſenſum præſtare, ſiue ille Provincialis ſit, ſive Generalis, qui quidem Provincialis, aut Generalis, ſi inferior nolit, poterit eam licentiam concedere, cum ad eos devolvatur, etiam in extra iudicialibus, per textum *in cap. Quamquam, de electione in 6. & cap. Romana, de ſupplenda negligentia prælatorum, eodem lib.* ſic tenent *Imol.* quem ibi refert *Dominic. num. 8. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1 quæſt. 6. art. 19. num. 13. Roch. eodem tract.* verbo, *honorificum quæſt. 4. num. 13. Sanch. d. tom. 2. lib. 7. cap. 29. nu. 69.* Contra Gloſſam *in cap. Si religioſus in principio*, verbo, *obtenta in fine de elect. in 6.* ex *cap. nullus, de iure patronat.* qui non loquitur de noſtro caſu, ſed de eo, quãdo epiſcopus denegat iniuſtè licentiam offerendi decimas, in quo ait conſulendum eſſe ſummum Pontificem, ut illum cogat, quod valde diverſum eſt.

Solet hìc etiam diſputare nonnulli Doctores. Vtrum ſaltem ex licentiâ ſui prælati poſsit epiſcopus aſſumere religioſum, vel religioſam ad ſuperiorem, vel Abbatiſſam alterius monaſterij diverſi ordinis? Reſpondent communiter nullum religioſum eſſe capacem beneficij regularis dignitatis, alterius religionis, *cap. cum ſingula, de prebendis in 6.* Adeò ut acceptans fiat per illum textum ineligibilis, & inhabilis, ut ei aliàs conferatur, docet *Rebuf. in praxi benefic. tit. de diſpenſatione cum regularibus num. 2. & duplici ſequenti Navarr. Comment. 4. de regul. num. 23. Emmanuel Rodrig. regul tom. 1. quæſtione 34 art. 8. Gonçales de menſibus, & alternat. Gloſſa 8. á numer. 96. uſque ad 100. Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 29. num. 29.* 9

An Epiſ-

10 An Epiſcopus poſsit transferre ab uno monaſterio ad alium eiuſdem habitus, & inſtituti moniales ſibi ſubditas, ut ibi exerceant officiũ Abbatiſſæ, magiſtræ novitiarum, &c. & hæc ſit iuſta egrediendi à monaſterio cauſa, quin conſulatur ſummus Pontifex? Affirmat *Gloſſa cap periculoſa* verbo, *perpetua de ſtatu regular. in 6.* & ibi *Ioann. Andr. numer.* 5. verſ. *Gloſſa non credo. Franch.* ibi *in fine. Dominic.* 11. *Sylveſt.* verbo, *Religioſa quæſt.* 16. *dicta* 2. *Navarr. lib.* 3. *conſil. in prima editione de regularibus conſ.* 48. *num.* 3. *& in ſecunda editione tit. de ſtatu monach. conſ.* 5. *num.* 3. *& Comment.* 4. *num.* 48. *notabili* 4. *de regularibus, Collectan privilegiorum mendicant.* verbo, *clauſura monialium caſu.* 3. *Gutierr. quæſtion. Canon. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10 *&* 11. *Llamas in methodo curationis in appendice in fine poſita ad §.* 10. *Emman. Rodrig. regular. tom.* 1 *quæſtione* 49. *art* 5. *corol.* 1. *Sanch. tom.* 2. *Decalogi lib* 6 *cap.* 15 *num.* 45. *frater Ioannes de Cruce de ſtatu relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub* 4. *§. ſecunda cauſa legitima.* Habetur clarè in *Trident ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 7. ibi *Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eod. monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſsit, &c.* Quare minus bene *Azor. part.* 1 *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſtione* 1. *& Zerola in praxi Epiſcopali ſecunda editione*, verbo *moniales ad* 16 *quæſitum, dub.* 8. id negant, quamvis *Zerola* addat *part.* 2. verbo, *moniales, dub.* 8. ita decidiſſe ſacram Cardinalium congregationem, quod de epiſcopo, id de cæteris ſuperioribus regularibus affirmat *frater Ioannes de Cruce de ſtatu relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 4. *§. ſecunda cauſa.*

11 An verò in hoc, & ſimilibus caſibus egreſſionis monialium exemptarum à iuriſdictione epiſcopi, requiratur præter licentiam prælati religionis; licentia etiam epiſcopi? Reſpõdent 1. *Graff. 1. part. deciſ. lib.* 4. *cap.* 23. *numer.* 6. *Navarr. in lib.* 3. *conſil. in editione prima tit. de regularib. in conſ.* 48. *num.* 6. *& in ſecunda editione titul. de ſtatu monach. conſ.* 5. *num.* 6. *Llamas in Methodo curationis in apendice*, quẽ in fine collocat §. 5. non requiri in monaſterijs regularibus ſubiectis? Reſpondent 2. *Confectius de privilegijs ordinum mendicant. tit.* 20. *cap.* 4. *Capuccinus in annotationibus ad compendium privilegiorum mẽdicant.* verbo *Clauſura monialium in fine*, requiri licentiam epiſcopi in tribus caſibus egreſsionis, numeratis à Pio V. in ſuo motu proprio, qui incipit, *Decore, & honeſtate*, edito anno 1569. *Kalendis Februarij*, cũ id expreſsè ibi ſtatuatur. Reſpondet 3. *Navarr.* mutans ſententiam, *Comment.* 4. *num.* 60. verſ. *Tertia quæſtio de regular. Azor. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſt.* 1. verſ. *Item quærebatur, Zerola in praxi epiſcopali part.* 2. verbo, *moniales dub.* 8. *Sanches* 2. *tom. Decalogi lib.* 6 *cap.* 15. *num.* 28. *frater Ioannes de cruce de ſtatu relig. lib.* 1 *cap.* 5. *dub.* 3. ſemper requiri hanc facultatem epiſcopi unà cum facultate ſuperioris regularis, quia id expreſsè præcipit Pius quintus, de cuius motu, nec *Navarr. nec Graff. reſponſione prima* meminerunt, licèt meminerit *Llamas*, & tenuerit, non requiri etiam poſt eum licentiam epiſcopi, ſed ſufficere ſuperioris regularis, iuxta diſpoſitionem *Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 2. iuxta quam allegandus erat motus Pij, ſed non bene. Addunt tamen *Emman. Rodr. frater Ioannes de Cruce, Sanch.* locis proximè citatis, & *Llamas* citatus §. 9. motum Pij quinti per non vſum non obligare in Hiſpania, ubi ſolum regulares ſuperiores ſine epiſcopo concedunt egrediendi facultatem monialibus ſibi ſubiectis, de quo valde dubito.

12 In textu, ibi, Suæ tantummodo plebis communione. Dubium eſt, an hæc pœna excommunicatio ſit, an ſuſpenſio? *Suarius de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 5. *num.* 5. *in fine* putat eſſe excommunicationem, ſed talem, quæ iam non ſit in uſu. *Hẽriq. lib.* 13. *de excõmunicatione & ſuſpenſione cap* 38 *num.* 1. *& in Comment. littera K.* aut ſibi videri hanc pœnam pertinere ad quandã ſuſpenſionem, ita etiam *Sayrus in Theſaur. lib.* 4. *cap.* 6. *num* 24. *Vivaldus tit. de ſuſpenſione titul.* 79. Dixi nonnulla de ſimili pœna *in cap. placuit, numer.* 5. *diſt.* 18. ibi me vide.

13 Sæpè etiam invenies in ſacris Canonibus hãc pœnam. *Nullus cum eo communicet.* De quà *in cap. Epiſcopi* 11. *q.* 3. conferendi circa ea ſunt *Panormitan. in cap. ſi diligenti num.* 34. *de foro competent Dec. in cap.* 1. *de rudicijs lect.* 2. *numer.* 24. *Vgolin. de cenſur. eccleſiaſtic. tab.* 2. *cap.* 28. *num.* 3. *Sayrus lib.* 1. *Theſaur. cap.* 11. *num.* 14. *Suar. de cenſur. diſp.* 18. *ſect.* 4. *à num.* 6. & vide eundem *diſp.* 24. *ſect.* 1. *num.* 5.

14 In Gloſſa verbo, Maiorem. Colligit *Gloſſa* ex hoc textu monachum poſſe eſſe prælatum in eccleſia ſæculari, de quo dixi *in cap Priſcis, n.* 1. *diſtinctione* 55. ubi hanc Gloſſam retuli.

15 In Gloſſa, eadem, Tenet non eſſe dubium monachum ad epiſcopatum aſſumi poſſe, probat ex *cap ſtatutum* 18 *quæſtione* 1. *Gloſſam* ſequitur. *Abb. in cap. Quod Dei timorem, de ſtatu monach. Selva de benefic.* 3. *part. quæſt.* 70. *Covar. in cap.* 2 *de teſtamentis*, non longè à principio, *Corraſius de benefic.* 3. *part. cap.* 5. *num.* 14. *Gregor. Lopez l.* 13. *titul.* 5. *part.* 5. *Garcia de benefic. part.* 7 *cap.* 10. *num.* 30. *Gonçal. de menſibus, & alternat. Gloſſa* 7. *num.* 48. ubi pro ea adducit *cap. quorundam* 24. *cap. ſi religioſus* 27. *cap. nullus religioſus*, 28. *de electione in* 6. *& Clement.* 1. *de elect.* Verùm verò teneatur ad ferendũ habitum religionis ſuæ, & an incurrat excõmunicationẽ *cap.* 2. *ne clerici, vel monachi in* 6. docet optimè *Sanch.* cum multis *tom.* 2. *Decalogi lib.* 6. *cap* 6. *num* 22. *&* 23. an teneatur habere ſocium ſui ordinis? Dixi *in cap. Priſcis, num.* 15. *diſt.* 55.

In Gloſſa

16 In Gloſſa eodē verbo, Maiorē.
Quærit. Vtrum regularis poſsit eſſe canonicus in eccleſia ſæculari, & inclinat in partem affirmativam; probatque ex *cap. quorundam, diſt.* 74. ubi id ſupponitur, nec reprehēditur; probare etiam poſſet ex *cap. Deus qui, de vita, & honeſtate clericorum*, ſequitur *Gloſſa in eodem cap. Deus qui, in fine, & Hugo* quē ibi refert *Matth.* relatus à *Cardinali in Clement. num.* 24 *quæſt.* 27. *de election. Bertachin. tract. de epiſcopo lib.* 2 *in initio quæſtione* 36. *num.* 67. *in fine.* Verius eſt nec canonicatus, nec alicuius beneficij ſimplicis ſæcularis eſſe capacem religioſum, ut probavi *in cap. Priſcis, num.* 3. *diſt.* 55. ibi invenies.

17 In Gloſſa eodē verbo, Maiorē.
Quærit, an regularis poſsit eſſe vicarius epiſcopi, & admittit partem affirmatiuam tam hic, quàm *in cap. in nova*, 16. *q.* 7. cum Gloſſa abeunt *Abb. in cap. fin. de clerico ægrot. Cardinal in Clement.* 2. *num.* 17. *quæſt.* 16. *de reſcrip* & ibi *Iſmol. nu.* 25. *Archid. num.* 9. *Rebuf. in praxi benefic. tit. de vicarijs epiſcopotum num.* 30 *Navar. Cōment.* 2. *de regularibus in fin.* verſ. *addo is, & Cōment.* 4. *num.* 15. verſ. 9. *& lib.* 3. *conſil. titul. de regul. in prima edit. conſ* 65. *num.* 3. *& in ſecunda edit. conſ.* 74. *num.* 3. *Mandos. de ſignat. gratiæ*, verbo, *licentia*, verſ. *Monachi licentiā. Anton. Cucus lib* 2. *Inſt. maior. tit.* 8. *num.* 58. *Emman. Rodrig. regular. tom.* 3. *quæſt.* 76. *art. ult. Sbrozius* cū multis, *de vicario epiſcopi lib.* 1. *quæſt.* 38. *num* 4. *Sanch.* verbo, *Religio, num.* 60. *Azor.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 43. *quæſt.* 10. *Sanches tom.* 2. *Decalogi lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 88. quod extendit ad vicarium capituli ſede vacante. Includuntur etiam in hac opinione Gloſſæ mendicantes, quia illis hoc non vetat. *Clementina in pleriſq; de elect.* nec *Clem.* 1. §. *ad priorātus*, quia hæ ſolū hoc interdicūt mēdicātibus qui ad nō mēdicantes tranſierunt, unde potius
2 ſupponunt alios poſſe vicarios eſſe epiſcopi, quare male *Cardinalis Alexand. in præſenti ad finem Rebuf.* citatus *num.* 32. *Azor. quæſt.* 10. Dum mēdicantes excipiunt. Fiet tamen hoc de licentia ſui prælati, ut videbis apud *Sanches* citatum *num.* 89.

DISTINCTIO LIX.

CAP. Qui eccleſiaſtici. I.

SVMMARIVM.

1 *Salzedo noſtri textus meminit, & eius materiam proſequitur.*

IN textu. Collige ex illo non poſſe ſacerdotem eſſe, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. Tum quia is alios edocere non poteſt, quæ nunquam ipſe didicit; tàm etiam quia alij ſe conformare nequit, cum nunquam ipſe ſtatum eccleſiæ regendo expertus ſit. Multa adducit *Salzedo in pract. cap.* 22. verbo, *Neophiti num.* 2. ubi ad medium noſtri textus meminit. Alia notabilia non colligo, nec aliter proſequor, quia idem cap. de verbo ad verbum eſt poſitum ſupra *in cap.* 2. *diſt.* 36. ubi vide. 1

CAP. Si officia. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non debet pompam quærere.*
2 *Dictio* hinc *quid ſignificet?*
3 *Raritas, res commendat.*
4 *Legitimatio Principis non prodeſt ad ſpiritualia?*

IN textu, ibi, Qui pompam. Reprehēdit Pontifex epiſcopos, qui quærentes pompam in multitudine presbyterorum, ordinant eos in locis ſolitarijs, ut eis ordines conferant, quibus aliud conferre non poſſunt, tranſcripſit *Rex Alphonſus partita* 1. *titul.* 22. *l.* 16. vbi *Gloſſa* 1. *noſtri textus* meminit. 1

Ibi, hinc. Quæ dictio denotat tempus currere de momēto ad momentum, quia incluſivè ponitur; *Barth. num.* 1. *Roman. num.* 10. *& Iaſon. in l.* 1. *ff. ſi quis caut. Bald. in l. eos* §. *ſi autem, col.* 2. verſ. *Quæro autem an dict. C. de appellationibus Angel. conſ.* 404. *col.* 2. verſ. *& hoc importat, Alex. conſ.* 75. *num.* 5. verſ. *Quinimo, vol.* 2. laté *Dominicus in cap.* 1. *col.* 4. verſ. *Nota ex iſta Gloſſa de reſtitut. ſpoliat. lib.* 6. & ibi *Francus num.* 5. *Guido Pap. deciſ.* 270. ubi tamen dicit aliter ſervari, de quo eſt textus *in l. placet* iunctā Gloſſa verbo, *abbinc C. de ſacroſanctis eccleſijs*, quam ad hoc dicit ſingularem *Roman. dicto num.* 101. plures ſequitur *Tiraquel. de retractu lignag.* §. 1. *Gloſſa* 11. *num.* 23. alios refert *Canedo ſingular.* 59. *numer.* 1. 2

In fine textus, ibi, Rarum eſt quod magnum eſt. Igitur raritas omnes res commendat, frequētia, & numerus eas viles facit, ut ex pluribus probat *Tiraquel. de nobilitate cap.* 37. *nu.* 22. *Gregor. Lopez. part.* 2. *titul.* 13. *l.* 18. *Gloſſa* 4. qui uterque 3

1 uerque noſtri textus meminere. Adde *Franciſc. de Meydeça, tom. 2. Reg. cap. 3. num. 1. ibi, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis.*

4 In Gloſſa verbo, Quis. Docet *Gloſſa* quod legitimatio Principis nihil commodat quo ad ſpiritualia, ſequitur *Perez. lib. 5. ordinamenti tit. 2. Leo. pag. 94.* verſ. *Regula tertia*, de quo late *Covar. de ſponſalibus 2. part. cap. 8. §. Octavo*, ubi plura videnda ſunt. Doctores *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.*

CAP. Hoc ad nos. III.

SVMMARIVM.

1 *Licet clericis ſervire eccleſiæ propter dignitates conſequendas.*
2 *Dictio* Hoc *quid ſignificet?*

1 IN textu. Ponderat *Navarr. in cap. inter verba, Corolar. 2. num. 23. concluſione 5.* & ex illo deducit, licere clericis ſervire in eccleſia Dei, cum ſpe aſcendendi ad dignitates, & honores, *Gloſſa 1.* in præſenti *Gloſſa in cap. conſuluit, de uſuris*, verbo, *ſperãtes cap. quid proderit, 61. diſt.* ubi vide poſita, *ad c. cõſuluit, 74. diſt.* multa ex autoribus ſacris, & pfanis tradit idẽ *Navarr. d. n. 23.* & ſequentibus, de quo etiam late hîc diſputat *Turrecrem. num. 1. Præpoſitas, num. 2.* faciunt quæ tradit *Covar. lib. 1. Variar. cap. 20. num. 4.*

2 In Principio textus, ibi, Hoc. Quæ dictio eſt demonſtrativa *l. hoc articulo, &* ibi *Bart. ff. de hæredibus inſtituendis* idem *Bart. in l. 1. in principio num. 2. ff. novi operis nunciatione. Paris ſing. conſ. 20. num. 48. vol. 2. & conſ. 19. num. 7. & conſ. 33. numer. 20. Oſaſcbus deciſ. 52. numer. 12. & deciſ. 102. num. 4. Rebuf. in l. unica, notabili 4. num. 20. Cod. de ſentent.* Aliquando iſta dictio eſt relativa, & refertur ad proximiora, *Rebuf.* ubi proximè *Gloſſa 1. num. 173. Paris. conſ. 20. numer. 49. & conſ. 35. num. 20. vol. 2.* Tandem eſt repetitiva præcedentium, & de novo aliquid inducit, *Paris. conſ. 95. numer. 19. vol. 2. Benedictus in cap. Raymundus*, verbo, *Alitrorbe manit. 4. de teſtamentis. Iaſon. in Acatera, in principio numer. 23. ff. de legatis 1. plures*, & plura refert *Cened. ſingular. 59. num. 4.* & ſequentibus.

CAP. Ordinatos. IV.

SVMMARIVM.

1 *Cœleſtinus Pontifex quis fuit?*
2 *Appellatione dignitatis, an comprehẽdatur epiſcopa[illegible]*
3 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
4 *Teſtis declarans dictum ſuum non tenetur iterum iurare.*
5 *Tiraquelus noſtram Gloſſam meminit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Cæleſtinus. Qui fuit patria Romanus, ex patre Priſco: creatus Põtifex anno Domini 423. tempore Theodoſij iunioris, miſit ſanctum Germanum in Britanniam, & eam ab hæreſi Pelagiana liberavit. Anno 432. octavo Idus Aprilis ex hac vita migravit in cœlum, cum ſediſſet annos octo, menſes quinque, & dies tres. Recenſetur à Gennadio *cap. 54.* inter ſcriptores eccleſiaſticos, vide latiſſime *Baron. tom. 5. anno Chriſti 424.* & ſequentibus. Ferunt hoc tempore Diabolum perſona Moyſis indutum, multos Iudæos decepiſſe dũ eos, ex Creta in terram promiſſionis ad ſimilitudinem hiſtoriæ veteris ſicco pede per mare deducere pollicetur, multi enim ex his falſum Moyſem ſecuti, in vndis periere, ſoloſq; illos evaſiſſe, qui tunc Chriſtum verum eſſe Deum credidere, ut tradit *Platina in eodem Cæleſtino ad finem.*

2 In principio textus, ibi, Dignitatis faſtigium. Igitur appellatione dignitatis, comprehenditur epiſcopalis dignitas, ut notavit *Præpoſitus in præſenti*, de quo dubitat *Gloſſa*, verbo, *dignitatum in cap. 2. de prabend. lib. 6.* faciunt quę tradit *Spinas in ſpeculo teſtamentorum Gloſſa 4. principali, num. 44. Caſador. deciſ. 4. de iure patronat. & deciſ. 13. ut lite pendente; & deciſ. 1. de dilationibus. Covar. practicar. cap. 36. num. 2.* verſ. *hic accedit, & in numero 4. & in num. 7.*

3 Ad medium textus, ibi, Quiſquis Doctor. Quæ verba tranſtulit *Rex Alphonſus partita 2. titul. 31. l. 9.* ubi *Gloſſa 1.* noſtrum textum citat. Adde *cap. cum in magiſtrum 49. de cleric. &* ibi *Gloſſa 2.* noſtri textus meminit.

In Gloſſa

4 In Gloſſa verbo, Ordinatos, ibi, Propter connexionem. Sic in ſimili licèt teſtes debeant iurare, aliàs dictum eorum non valet, *l. iuris iurand. Cod. de teſtibus, cap. tuis quæſtionibus, & cap. nuper eodem tiuul.* Tamen ſi teſtes velint declarare dictum ſuum obſcurum, non tenentur iterum iurare, quia talis declaratio non dicitur nova teſtificatio, propter cauſæ connexionem, ita *Bart. in l. heredes palam. §. Si quod poſt num. 7. ff. de teſtament. Alexand. in l. qui bona, §. Si quis ſtipulatus in fine, ff. de dãno infect. Salicet. in l. final. C. de teſtibus, poſt alios Hyppolit. in l. 1. §. Si quis ultro, num. 70. ff. de quæſtionibus.*

5 In eàdem Gloſſa, ibi. Quoad præſumptionem. Licèt enim non noceat quod inter alios actum eſt, alijs non vocatis, quoad plenũ præiudicium, nocet tamen quoad aliquam præſumptionem, ſive facit qualecumque præiudicium, unde ius illorum vacillat. *Gloſſa in l. 1. verbo, præiudicium, ff. de exceptionibus rei iudic. Gloſſa per textum ibi, in l. à ſententia, in principio, ff. de appellat. Gloſſa in cap. cum ſuper,* verbo, *interpoſitam de reiudicata,* poſt alios *Tiraquel. tes inter alios acta, limitatione 19. nu. 55.* qui noſtræ Gloſſæ meminit. *Surdus de alimentis tit. 1. q. 126. n. 12. Alexand. Treutating. Variat. reſolut. lib. 2. tit. de iudicijs, reſol. 17. num. 49.*

DISTINCTIO. LX.

CAP. Nullus Epiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus olim conferebat archidiaconatum, & beneficia quocumq; tempore vacantia, quod hodie limita.*

2 *Epiſcopus acceptâs alternativam, ſi reſideat, confert beneficia vacantia in menſe* Februarij, *Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, Decembris: & quando incipiat gaudere alternativa?*

3 *Epiſcopus, accepta alternativa, ſi abſit in principio menſis Aprilis, & poſtea revertatur die 10. & die 15. vacet beneficium, Papa reſervatur.*

4 *Epiſcopus, accepta alternativa, ſi non reſideat, ad ſummum conferi beneficia vacantia in duobus menſibus.*

5 *Beneficiatus debet eſſe in tali ætate, ut poſſit promoveri ad ordinem, quem beneficium, aut dignitas requirit, & quæ ætas ſufficiat in Cathedrali.*

6 *Canonicatus in Collegiata debet eſſe in ætate 14. annorum, & an exiſtens in ætate 7. annorum, poſſit penſionem obtinere?*

7 *Epiſcopus debet eſſe 30. annorum.*

8 *Papa ſolus diſpenſat in defectibus ætatis.*

9 *Rebuffus noſtram Gloſſam ſequitur.*

IN textu, ibi, Epiſcopus. Licét regulariter textus probet ſecundũ Gloſſam 2. hîc, quòd collatio archidiaconatus ſpectet ad Epiſcopum, per textum *in cap. Epiſcoporum 74. diſt. & cap. 1. 25. diſt.* Ex eo quod habeat intentionem fundatam, ut ad eum ſpectet collatio, & inſtitutio omnium beneficiorum ſuæ civitatis, & diœceſis *cap. nullus omnino 16. quæſtione 7. & Abb. in conſ. 106. num. 3 lib. 1. Antonius de Pretis de iuriſdictione Epiſcopi cap. 1. num 2. in 2. vol. tract. quocumque tempore vacarent, Gloſſa in cap. quãquam* in verbo, *devoluatur,* verſ. *ut igitur,* & verbo *ſecus de electione in 6.* & *Staphileus de grat. expect. §. 1. & num. 28.* Hodie verò poſt *extravagãtes, ad regimen, & execrabilis de præbend.* & *regulam Cancellariæ 8. reſervatoriam,* ad epiſcopum ſolum pertinet collatio beneficiorum vacantium per quatuor menſes ſingulis annis, nempe Martiũ, Iunium, Septembrem, & Decembrem, ſi vacatura in illis cõtigerit, *Staphileus de litteris Gratiæ expectant. numer. 6. Ioann. Franciſcus Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſtici, 2. part. cap. 3. num. 2.* 1

Niſi vigore alternativæ, quæ ei conceditur quandiu apud eccleſiam, aut diœceſim ſuam verè, ac perſonaliter reſideat dumtaxat, in ſex menſibus, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris beneficia vacantia conferre poſſit; poſtquam per patentes litteras manu propria ſubſignatas, ſeuque ſigillo munitas, & in ſua quiſque civitate, & diœceſi datas declaraverit alternativam prædictam acceptare, & litteras ipſas ad Datariã Papæ tranſmiſerit, quibus ab eo receptis, & in Dataria recognitis, tunc demum, & non antea incipit eadem gratia alternativæ gaudere, ut in eadem regula 8. §. *Inſuper.* Cuius duplex forma videnda eſt apud *Ginſal. ad dictam regul. Gloſſa 62. in fine.* 2

3 Sed quid ſi epiſcopus, acceptata alternativa, ſit abſens in principio menſis Aprilis, & poſtea revertatur die decima, & die 15. eiuſdem vacet beneficium, an Epiſcopus illud poſsit conferre vigore alternativæ? Dic quòd non, ſed Papæ reſervatur; quia licet beneficium vacaverit in menſe Aprilis, epiſcopo tunc reſidente, qui menſis vigore alternativæ ſpectat ad ordinarium, attamen cum epiſcopus in principio menſis fuerit abſens, ceſſavit commodum alternativæ ad eius favorem, & fuit acquiſitum ius Papæ, ita ut totus menſis fuerit ei reſervatus, ut ſæpius reſolvit Rota Romana, & ſignanter in una Papien. beneficij coram Martino Andrea lunæ 10. Aprilis 1627. & in alia Faventina Canonicatus, 16. Decembris 1585. coram Blanchetto, & in alia Segobien. beneficij 26. Martij 1604. coram Iuſto, & in alia Elvens. beneficij, 22. Maij. 1599. coram. Milino, & in eadem coram Ludoviſio poſtea Gregorio Papa 15. die 30. Octobris 1620.

4 Epiſcopus enim poſt acceptionem alternativæ; ſi non reſideat, habet duos menſes fixos ad conferendum, videlicet. Iunium, & Decembrem duntaxat, qui nunquam fuerunt reſervati, nec ex regula de 8. nec ex vi alternativæ, ut tenuit Rota in una Sulmonenſ. alternativæ 14. Maij. 1610. coram Lancellotto, & in dicta Papien. beneficij coram Martino Andreæ, & *Garcia de beneficijs, 5. part. cap. 1. num. 506. in fine.* Licet quod nec in his duobus menſibus poſſe conferre, teneat *Gonçal in regula* 8. *Cancellaria, Gloſſa* 43. *num.* 121. verſ. *Ex adverſo uſque ad num.* 132. Atque ita ſi Archidiaconatus vacaverit in menſe Epiſcopi, ipſe ſolus confert, ſi verò in menſe Apoſtolico, ſummus Pontifex providet iuxta ſupra dicta.

5 In Gloſſa 1. ibi, Si talis ſit. Ergo ſufficit quòd beneficiatus ſit in tali ætate, ut poſsit promoveri ad ordinem, quem beneficium, vel dignitas requirunt, licèt ſit tantùm prima tonſura inſignitus, *cap. cum in cunctis de elect. cap. 2. de conſtitution. lib. 6. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reformatione cap.* 12. ubi Congregatio declaravit, quòd in omnibus cathedralibus canonicatus omnes habent annexum ordinem ſacrum, ita ut ætas legitima ad obtinẽdũ canonicatũ in cathedrali ſit expletio vigeſimi ſecũdi anni, ut refert *Garcia de benef. 7. p. c. 4. n. 70. Molina de iuſtitia tract. 2. diſput. 573. ad principium, Vega in ſumma 1. part. cap. 96.* licèt ſufficere attingentiam vigeſimi ſecundi anni teneant *Saa*, verbo, *beneficium num. 31. Zerola in practica Epiſcopali, 1. part.* verbo, *beneficia, §. primo* verſ. *ad dignitat. Azor. 2. part. Inſtit. moral. lib. 6. cap. 5. quæſtio. 3. Leſsius lib. 2. capit. 34. dub. 20. numer. 109. §. Adverte tamen.* & dicta ætas ſufficit, etiamſi parochialis eccleſia ſit unita canonicatui, ut tradit *Hieronymus Gonçal ad regul. 8. Cancellar Gloſſa 9. num. 4.*

In eccleſia vero collegiata ſufficit ætas quatuordecim annorum ad obtinendum canonicatum, & dimidiam portionem in cathedrali, imo iure antiquiori ſufficiebat ætas ſeptem annorum, ut eſt *textus in cap. ex eo* ibi *In pupillari ætate exiſtens, de electione in 6.* & alij citati per *Gonçal* ubi ſupra *Gloſſa 5. num. 94.* Quod Concilium Tridentinum poſtea correxit, diſponens quòd nullus ante attingentiam quatuordecim annorum, poſsit beneficium obtinere, idem refert *Aloyſius Riccius collect. 860. & 1272. in fine* licet ad penſionem obtinendam ſufficiat ætas ſeptem annorum. *Gratian. diſceptat. forens. capit. 397. à numer. 17.* & ſequentibus. 5

Epiſcopus autem debet trigeſimum annum ætatis expletum habere, ut tradunt *Azor. Inſtit. moral. 2. part. lib. 6. cap. 5. Reginald. in practic. pœnit. lib. 50. tract. 3. num. 163. Bertachin. in tract. de Epiſcopo lib. 2. numer. 54. & Ioann. Franciſcus. Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſt. 1. part. capit. 3. num. 7. per textum in cap. cum in cunctis de electione. Leſsius ſupra numer. 107.* licèt Iuſtinianus in novellis ætatem 35. annorum in epiſcopo requirat, ſed ſervatur quod eſt de iure Canonico ſtatutum. Multa tradit *Petrus Gregor. ſyntagm. iuris part. 2. lib. 15. cap. 12.* 6

Solus Papa in huiuſmodi defectibus ætatis diſpenſat, ſecundum *Gloſſam in cap. cum dilectus de electione, & l. 1. & 2. Cod. de ijs, qui veniam ætatis,* & tradit *Ioann. Franc. Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſt. 2. part. cap. 3. num. 15.* 7

In Gloſſa verbo, Epiſcopus ad fin. Docet *Gloſſa* quòd licèt electio pertineat ad Capitulum, confirmatio verò ad epiſcopum, *cap. cum eccleſia de electione*, valet tamen conſuetudo in contrarium, ſequitur *Rebuf. ad leges Gallie. 3. tomo in præfatione titul. de conſuetudine num. 92.* 8

CAP. Nullus in præpoſituram. II.

SVMMARIVM.

1 *Calixtus Pontifex quis fuit?*
2 *Præpoſitura an ſit dignitas?*
3 *Decius noſtri textus meminit.*

In ſuper-

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Calixtus De quo vide poſita ad *cap. 1. diſtinctione 12. & ad cap. presbyteris* ſupra *diſt. 27.*

2 In textu, ibi, In præpoſitum. Præpoſitura dignitas eſt per ſe, quanvis ſit nomen generale ad omnes, qui habent prælationem *Gloſſa*, verbo *præpoſiti in cap. 1. de ætate, & qualitate Gloſſa*, verbo, *præpoſituras in cap. 1. de conſuetudine lib. 6.* & an hoc ſit de iure, vide *Rotam deciſione 17. de conceſſione prebendæ, & deciſione 4. de electione in novis*, & ibi *Additio littera A.*

3 In textu, ibi, Niſi diaconus. Igitur textus requirit, quòd à principio ſit diaconus ille, qui debet in archidiaconum ordinari, ſed *Decius in cap. cum in cunctis, 4. Inferiora de electione n. 3.* ait, ſufficere ſi poſtea faciat ſe promoveri in diaconum, *ſicut decanum præpoſitum, & ſimiles, ſufficit poſtea promoveri in ſacerdotes*, licèt à principio ſacerdotes non exiſtant, & ibi noſtri textus meminit.

CAP. Innovamus. III.

SVMMARIVM.

1 *Senex in beneficijs debet iuniori præferri.*
2 *Ordinatus invitus non tenetur continere.*
3 *Ordinari poteſt laicus invitus, quando deſunt clerici.*

1 IN text. ibi, Adoleſcẽtibus. Notat Tiraq. *de iure primogen. in præfatione num. 132.* & per illum docet, quòd ſeniores in beneficijs, debẽt iunioribus præferri, iuvat *textus in cap. cum in cunctis* ibi, *Ætate maturitas, de electione, & in cap. Eccleſia veſtra in ſecundo* ibi, *In ætate pati defectum*, & ibi. *Ætatis matura, eodem titul. Rochus de iure patronatus*, verbo, *honorificum queſtione 15. col. 2.* verſ. *comprobo etiam.* Adde poſita *ad cap. quando 5. num. 8.* ſupra *diſt. 24.*

2 In Gloſſa verbo, Ordinari. Conſtituit *Gloſſa*, concluſionem quòd quis nõ debeat invitus ordinari, & amplietur, ut ſic coactè ordinatus non teneatur continere, ut per *Aloyſ. Riccium collect. 1579.* Imó poſsit matrimonium contrahere *Rota 1. part. diverſ. deciſ. 560. & 591.* etiamſi credens ordinem eſſe validum per novem annos illum exerceret. *Navarr. conſ. 4. num. 9. & 10. & per totum de ijs, quæ vi, & Gonçal ad regul. 8. cancellar. Gloſſa 31. num. 38. & 39.* Adde poſita *ad cap. geſta num. 2. diſtinct. 74.* Hoc tamen limito cum textu, & Gloſſa hìc non procedere, quando beneficium habet ordinem ſacrum annexum, quia tunc non præciſè cogitur ordines ſuſcipere, ſed datur ei optio, ut dimittat beneficium ſi recuſat ordines accipere, & debet præcedere ſuſpenſio ab officio, quaſi quædam excõmunicatio, quã ſi cõtemnit, ſequitur beneficij ſubtractio ut hìc, & *in cap. forte 23. queſtione 4.* & *Gloſſa*, verbo *queritur. 74. diſt.*

Limito ſecundo, quando deficiunt clerici in republica Chriſtiana, quia tunc laici poſſũt cogi ab ordinarijs, ut ordinentur, & fiant miniſtri ſacramentorum, ne deficientibus miniſtris, deficiat ſacramentorum adminiſtratio: ut ex *Hojeda de incompatib. benefic. 2. part. capit. 9. num. ultim. & Lambert. de iure patronat. lib. 2. art. 18. queſtione 7. princip. numer. 6.* verſ. *fallit. 3.* tradit *Thom. Vallaſcus allegatione 2. num. 13.* & vide poſita *ad cap. Geſta num. 5. infra diſtinctione 74.* Nota tamen quód ſi beneficiatus acceptet curatum, qui requirit ſacrum ordinem animo ſe non ordinandi, ſed ut percipiat fructus, tenetur ad reſtitutionem, niſi mutata voluntate promotus fuerit intra annum ex textu *in cap. cõmiſſa, & cæterum de electione in 6.* 3

CAP. Nullus in Epiſcopum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt eligi, niſi ſit in ſacris.*
2 *Subdiaconatus dicitur hodie ſacer ordo.*
3 *Epiſtolam canẽs in peccato mortali, an peccet mortaliter?*
4 *Nobilis præfertur ignobili.*

1 IN textu, ibi, In ſacris. Ex quo collige concluſionem, quòd epiſcopus non poteſt eligi, niſi in ſacris cõſtitutus *cap. 1. & cap. Oſtiũ, & ly ſecundum infra 61. diſtinctione, cap. dudũ, 1.* & ibi *Gloſſa, & in cap. cum in cunctis de elect.* ſaltem per ſex menſes ante promotionem ex

Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. de reformatione latè *Azorius inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. §. ſeptimo*, qui noſtri textus meminit. Imo quòd ſufficiat ut ſit conſtitutus in minoribus, colligitur ex *cap. 1. 77. diſtinctionis, & cap. à multis, de ætate, & qualitate, & Bertachin lib. 2. de epiſcopis, num. 19. in 2. vol. tract.* dum tamen habeat ætatem requiſitam ad dictam dignitatem.

2 Ibi, Diaconatum. textus diaconatum, & presbyteratum, ſacros dumtaxat ordines appellat. Hodie verò additur etiam ordo ſubdiaconatus, qui dicitur ſacer, ut eſt *textus in cap. Erubeſcebat ſupra 32. diſtinctione, & cap. à multis §. Verum de ætate, & qualitat.* & tradit *Raſtaur. de Imperatore quæſtione 29. num. 3. in 12. vol. tract. Panuin. de viſitatione 2 part. quæſtione 6. nu. 24. vol. 14. tract. Martinus Ledeſma ſecunda 4. quæſtione 36. articul. 3. fol. 409. col. 2. in principio Bellarm. de ſacramento ordinis lib. 1. cap. 7.* verſ. *ſunt autem qui docent ex noſtro textu*, quod olim ſubdiaconatus non erat ordo ſacer, licet eſſet ſacramentum, de quo latè *Vaſquez. de ſacramento ordinis diſputatione 248. cap. 3:* & vide quæ ſcripſimus *ad cap Si quis eorum 7. num. 6. & 7.* ſupra *diſtinctione 32.*

3 Et ideo canens epiſtolam, ſicut evangelium in peccato mortali, peccat mortaliter. *Sylveſt. in ſumma*, verbo, *baptiſmus, 3. num. 5.* verſ. *quarto, utrum*, & verbo, *clericus ſecundo num. 2. Victoria de ſacramento baptiſmi num. 29. & de confeſſione num. 136.* & citati per *Petrum Cened. 2. part. collect. 63. num. 3. Galet. in Marg trita caſuum conſcientiæ*, verbo, *Ordo numer. 2.* licèt *Suar. tom. 3. de ſacrament. diſp. 46. ſectione 3.* verſ. *de aliis*, contrarium probabilius exiſtimet, quod antea dixerat *Soto in 4. diſtinctione 1. quæſtione 3. art. 6. & diſt. 24. quæſt. 1. artic. 4.* circa finem, quia illa actio procedit à ſacramento ordinis, & terminatur ad Euchariſtiam, & qualiter ſubdiaconatus olim nō fuit annexa continentia, vide *Ægid. Coninck de ſacramento ordinis diſput. 20. dub. 11. numer. 109.* & poſitā *ad cap. Si quis eorum numer. 6. & 7. diſtinctione 32.*

4 In textu, ibi, Expectatæ Religionis. Ponderat *Tiraquel. de nobilitate cap. 5. nu. 7. in fine*, & per illum docet, ſi in beneficijs quæratur de nobili, & ignobili, æqualibus meritis, & ſcientia, ſemper nobilis erit præferendus, quia nobilitas gradum adijcit; quod ante dotuerat *Bald. in leg. neminiliceat 11. per textum ibi, num. 6. Cod. de advocatis diverſorum iudicium*, quem ſequitur *Felin. in Rubr. de maioritate, & obedientia num. 2.* alios refert idem *Tiraquel.* loco citato iuvat textus, *in cap. de multa in fine de præbendis.*

DISTINCTIO. LXI.

CAP. Sacerdotale. I.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt eligi epiſcopus quantumcumque ſit perfectus.*
2 *Propter ſcandalum poteſt impediri ne electus confirmetur.*

IN textu, ibi, Sacerdotale. Ideſt epiſcopale, & ſic colligitur ex textu quòd laicus non poteſt eligi in epiſcopū quantumcumque ſit perfectus, ſed tantum poſtulādus, idem habetur *in cap. 2. & in cap. obitum 14. infra eàdem.* Nec obſtat, quod dicitur de beato Nicolao, qui ex laico fuit electus epiſcopus, & de Severo, qui ex lanificio fuit aſſumptus ad epiſcopatum; & de Ambroſio, qui nondum baptizatus, fuit electus Archiepiſcopus, ut infra *eàdem diſt. cap ſtatuimus 7.* verſ. *è contra*: quia ut reſpondet ibi, *Gloſſa* verbo, *his omnibus*, id factum fuit divina inſpiratione, *ex can. ult. 4. q. 3.* & ideo non eſt trahendum in conſequentiā, vel fuerunt poſtulati, ut eſt *textus in cap. Epiſcopus 10. infra eàdem.* 1

In Gloſſa Quam dicit ſingulare *Barbatia conſ. 11. nubl. 12. col. 1.* & ex illa dedotit, quòd ſi oriatur ſcandalum in populo poteſt impediri, ne electus confirmetur epiſcopus, vnde dicitur *in cap. cum teneamur de præbendis*, quòd ad evitādum ſcandalum habilis cenſetur inhabilis; facit *l. qui eadem, ff. de ſiccariis*, ubi acceleratur mors propter vitandum ſcādalum, & quod voluit *Innocentius in cap. inquiſitioni de ſententia excommunicationis num. 5.* ubi dicit quod ſi Papa mādat aliquid, per quod timentur mala futura eccleſiæ, non eſt illi parendum, quia generatur ſcandalum, multa tradit idem *Barbatia d. nu. 12.* alia congerit *Covar. in regul. peccatum part. 1. num. 5. ad med.* qui noſtram Gloſſam optimam appellat. 2

CAP. In ſacerdotibus. II.

SVMMARIVM.

1 *Hormiſda Pontifex quis fuit?*
2 *Paulus Euſcus noſtri textus meminit.*

3 In

3 *In electione epiſcoporum eſt maior cura adhibenda.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Hormiſda. De quo vide poſita ad *capitulum quin Diaconus. 29. ſupra diſt. 50.*

2 In textu. Cuius meminit *Paulus Fuſchus de viſitatione lib. 1. cap. 18. numer. 27.*

3 In textu, ibi, Curã perſpicuã. Probat textus quod in epiſcopis eligendis eſt maior cura adhibenda, quàm in alijs, idem tenet, *cap. mittamus 4. infrà eadem,* quanto enim res eſt maior, tanto maior eſt inquiſitio faciẽda, *cap. ordinator 59. diſt. cap. quantumlibet 47. diſt. cap. quieſcamus 42. diſt. cap. ult. 7. quæſtione 2.* Cum epiſcopus debeat eſſe vir bonæ vitę, litteratus, conſtitutus in ſacris, ex legitimo matrimonio natus, in temporalibus circunſpectus, & in ſpiritualibus, qui poſsit iura eccleſiæ tueri, prudens, docilis, temperatus, caſtus, ſobrius, cautus, humilis, affabilis, miſericors, in lege Dei inſtructus, in ſcripturarum ſenſibus acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, doctus, pauidus, maturus, Deo, & hominibus placens, hoſpitalis, & irreprehenſibilis, moribus ornatus, & manſuetus, & qui reprehendi non poſsit, quæ omnia probantur ſupra 38. *diſt.* vbi vide poſita *ad cap. omnes 6. & in cap. Epiſcopum 6. infra eadem, cap. cum in cunctis in principio de electione, & in Authent. quomodo oport. Epiſcopi. §. 1. & §. hæc autẽ de Deo, collat. 1. & Speculator de elect. §. 1. verſ. celebrata, & verſ. & etiam poteſt,* & vide quæ ſcripſimus *ad cap. 2. diſt. 23. Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. de reformat. ante med. & ſeſſ. 14. de reformat. in proœmio poſt princip.* Hac de re copioſe etiam agit *Coſm. Magalianus in ſuo opere hierarchico, ſive de Eccleſiaſtico principatu,* præſertim ad *Caput. 3. epiſtola 1. ad Timoth. ſectione 1.*

CAP. Non negamus. III.

SVMMARIVM.

1 *Summi Pontifices ex humilitate ſe ſervos ſervorum Dei appellant.*

2 *Paulus in ſuis titulis ſe dicit ſervum Ieſu Chriſti.*

3 *Epiſcopus non debet eligi, qui ſit ſolẽniter pœnitens.*

IBI, Humilitatis. Et ideo ſummi Pontifices propter humilitatem ſe ſervos ſervorum Dei appellant, *cap. relatum 36. in fine de ſententia excommunicat. & in proœmio Decretalium,* verbo, *ſervus,* ex quo provenit, quòd ut Papa gloriam mundi contemnat, dum conſecratur, ante illum ſupra in ſummitate arundinis, elevatæ comburitur, & clamando dicitur, *Sic tranſit gloria mundi Pater ſancte,* ut latè per *Navarr. in repet. cap. inter verba 11. quæſtione 3. concluſione 5. num. 77. & Ludovicus Gomes in cap. 1. n. 45. & 46. de conſtit. in 6.* licet alij exponant illud *ſervorum,* hoc eſt *divorum Petri & Pauli,* ſicque videtur ſentire *Glo.* verbo, *per te in cap. quoties 9. 1. quæſtione 7.* & de illis verbis *ſervus ſervorum Dei,* vide ingeniosiſſime *Ponce de Leon in reſpõſione ad Vvaramundũ hæreticũ Calviniſtam cap. 2. Anaſtaſius Germon. de hilaritate, §. Servus ſervorum num. 1.* Primus enim omnium qui ſe ſic ſcripſit fuit Divus Damaſus Papa I. ut conſtat ex epiſtola eiuſdem ad Stephanum Archiepiſcopum, quæ invenitur inter opera Clementis Papæ. Aptè etiam advertit *Flamin. de reſignat. benefic. lib. 8. queſt. 7. num. 101.* quod Papa de ſtylo non ſit appellat ſervum ſervorũ Dei, ut ſi appareret Bulla ſine huiuſmodi inſcriptione, de falſo eſſet ſuſpecta, & de humilitate in Pontifice requiſita, vide late *Lancellotũ Conradum in templo omnium iudicum lib. 2. cap. 1. §. 1. verſ. humilis,* vbi *num. 1.* noſtri textus meminit. Illud etiam non leve humilitatis argumentum in Pontifice requiſitæ, quod eligendus Pontifex colloceturin ſelle perforata, ut illi hoc ſigno palam fiat, quo pretio ſit habenda humilitas, ut optimè advertit *Petr. Gregor. Syntag. iuris, part. 2. lib. 15. capit. 3. numer. 21. Dionyſ. Paul. de vera quatuor patriarchalium Sedium erectione cap. 18. numer. 12.*

1

Sic Divus Paulus in titulis ſe dicit ſervum Ieſu Chriſti ad *Roman. cap. 1. verſ. primo & Divus Iacobus cap. 1. verſ. 1.* perſonæ quippe Dei miniſterio proprius eſt participatæ, humilioribus conſentire debent, & imitati quod diſcipulos docuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut miniſter veſter. Matth. c. 22. Marci capit. 10. cap. nullus primus 9. quæſtione 3.* & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus dictus eſt formam ſervi accepiſſe ad *Philippenſes capit. 2.* Iuſtinianus etiam ſervum ſe dicit ultimũ Dei, *in l. 1. Cod. offic. præfect. Prætor;* dixit & Antigonus Rex filio ſuo, quem immodeſtiorẽ præter modum videbat, *An non noſti fili regium noſtrum nobilem eſſe ſervitutem?* ut refert *Ælianus lib. 2. var. hiſtor. cap. 20.* Qua ratione exiſtimat *Ximenes in concord. canon ſecundo in proœmio decretalium,* uſu receptum fuiſſe, ut Pontifices ſummi, Imperatores, & Reges, ſolum nomine pro-

2

prio deſcribantur, omiſſo cognomine, quod proprium ſervorum eſt cum in iure noſtro ſæcitum fuerit, ſervos nomine proprio tantum modo eſſe nominandos *l. cum precum Cod. de liberali cauſa.*

4 Ibi, De pœnitentibus. Probat quòd Epiſcopus non debet eligi, qui ſit ſolemniter pœnitens: cum pœnitentia ſolēnis faciat quē irregularem, ut probat *textus in cap. ex panitentibus, cap. in ea parte, cap. ſi quis poſt, cap. Canones, cap. pœnientes ſupra* 50. *diſtinctione*, ubi vide, & tradit *Covar. in Clement. Si furioſus*, 1. *part. initio numer.* 10. Adde quæ ſcripſimus *ad cap.* 2. *num.* 9 *ſupra diſtinct.* 33.

4 In textu, ibi, Nec. Quæ dictio importat copulam eorum quæ ſequuntur, ideo ſi mādatur alicui, ut deponat aliquem, ſi eum reperiat malæ vitæ, nec ſufficientē in litteris, requiruntur duo copulata, quod ſit malæ vitæ, & non ſufficiens in litteris. *Bald. conſ.* 432. *Caſus talis eſt vol.* 5. *Tuſchus tomo ſecunda littera D. concluſione* 312. Inſuper de natura huius dictionis eſt continuare eandem materiam. *Bart. per textum ibi in l.* 2. verſ. *Nec cogitur* ubi *Gloſſa ff. de ſolutionibus, Iaſon. in l. ſi unus in principio numer.* 9. *per eum textum ff. de pactis. Pariſius conſ.* 111. *num.* 25. *vol.* 1. plures ſignificationes tradit *Caued. ſingular.* 63. *num.* 3. & ſequentibus.

CAP. Miſerum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter quis dicatur, & à quo?*
2 *Magiſtri dicuntur præceptores cuiuſcūque diſciplinæ.*
3 *Magiſter dicitur Doctor in Theologia, Medicina, & Philoſophia, i. artibus.*
4 *Magiſtri vocantur Doctores legum, & Canonum.*
5 *Magiſter eligi non debet, qui non fuit bonus diſcipulus, & Doctor dicitur à docendo.*

1 IN textu, ibi, Magiſtrum. Magiſter appellatur is, cui cura rerum incumbit, & qui magis diligentiam, & ſolicitudinem rebus, quibus præeſt habet *l. quibus* 57. *de verbor. ſignificat.* ſic à magis magiſter, ut à minus miniſter; ſic magiſter epiſtolarum magiſter ſcrinij, ideſt à conſilijs primus, & in *fin. Cod. de magiſtris ſacrorum ſcriniorum lib.* 12. Inveniemus etiam in poſtremis libris Cod. eius ſignificationis titulos, *de Magiſtro equitum, magiſtro peditum, magiſtro militum pro tempore, de magiſtro rei privatæ, & litterarij veſtis, de magiſtro utriuſq; militiæ, & de magiſtro officiorum*, ideſt *Palatinorum ordin. & de officio magiſtri officiorum.*

Dicuntur, & cuiuslibet diſciplinæ præceptores magiſtri à monendo, vel monſtrando 2
d. l. quibus 57. *& l. qualem*, 19. *§. final, ff. de receptis arbitr.* & magiſter pro præceptore artium mechanicarum *l.* 5. *§.* 3 *ff ad l. Aquiliam*, Magiſtri litterarij, & magiſtrationes pro docendi poteſtate *l. unica Cod. de ſtudijs liberalibus urbis Romæ lib.* 11. *& cap.* 12. *de quibuſdam* 37. *diſtinct.* Magiſtri litterarum pro neceſſarijs artibus, liberali buſque diſciplinis *in l. Archiatros* 8. *Cod. de metatis, & epidemiticis lib.* 12. Magiſtri ſtudiorum, doctoreſque *l. Magiſtros* 7. *Cod. de profeſſor. lib.* 10. Sic *in c.* 1. *tit. de magiſtris, &c.* D. Hieronymus ſcribit ſuper Epiſtola ad Epheſios lib. 2. eum ſolum mereri dici magiſtrum, qui, à quo, & in quo quidquid dubitatur poſsit inveniri.

Magiſter noſter proprie, & abſolutè doctor 3
in Theologia dicitur, quia, & imitari debeat Deum, qui dicit; *Vocatis me magiſter & Domine, & benedicitis ſum utique.* Magiſtri quoque Doctores in Medicina vocātur *in l. magiſtros. C. de profeſſoribus*, qui gradū etiā in Philoſophia acceperunt, magiſtri dicuntur; ſed cum adiuncto magiſtri in artibus.

Vocantur, & legum Doctores, legum magi- 4
ſtri *in §. penult. proomij pandectar.* & ita de Doctore in iure Pontificio, notat etiam *Hoſtiens. in ſumma tit. de magiſtris, Gloſſa in Clement.* 2. *de magiſtris.* Tamen *Gloſſa ad Authent. habita Cod. ne filius pro patre, ad* verba, *Dowino, & magiſtro* exiſtimat Doctores legum dominos dici, reliquarum verò facultatum magiſtros, & *Rebuf. ad §.* 1. *de collat. in concordatis* in verbo, *magiſtro* verſ. *ex cōſuetudine* ait, ita obſervari ex conſuetudine, & *puto*, inquit, *eos recuſaſſe nomen magiſtri, ne facerēt contra dictum Chriſti, Matth. cap.* 23. *ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter unus eſt Chriſtus.* Notat poſtea aliquando etiam artifices vocari magiſtros in arte, & differenter magiſterium eorum, & litteratorum ordinari; quia quando artifex vocatur magiſter, hoc nomen poſt proprium eius ponitur, ut Ioannes magiſter faber, vel latomus, quando verò doctor in Theologia, & altera diſciplina dicitur magiſter, illud magiſter ante it, ut magiſter noſter Ioannes, idem notat *Hoſtienſis in ſumma de magiſtris.*

In textu

5 In textu, ibi, Qui nunquam diſcipulus fuit. Igitur in magiſtrũ eligi non debet, qui nunquam fuit bonus diſcipulus; ut textus hic, cuius meminit *Guillielmus Durandus de modo generalis Concilij celebrandi, rubrica* 18. *num.* 5. *in vol.* 2. *tractat.* & *Panorm. de viſitat.* 2. *part. q.* 9. *num.* 73. *in vol.* 14. *tractat.* idem probant *cap. Si clericatus,* 16. *q.* 1. *cap. Officij,* 38. *cap. Cum in magiſtrũ,* 49. *de elect. cap. Ordinatos,* ſupra, 59. *diſt.* & *l.* 9. *tit.* 31. *partit.* 2. Multò enim tempore diſcendum eſt, quæ poſtea doceamus *cap. Sic vive,* 16. *q.* 1. & qui remum tenere non diſcit, ſecundum locum in tabernaculo tenere non debet præſũmere, *cap. ante omnia,* in fine, *diſt.* 40. Doctor enim dicitur à docendo, quod poſſit docere, quæ antea bene didicerit, *d. cap. Cum in magiſtrum,* 49. *de electione,* & *cap. Si Rector,* 43. *diſtinctionis.*

CAP. Miramur. V.

SVMMARIVM.

1 *Superior propter tumultum, non faciat contra decreta ſanctorum Patrum.*
2 *Domus quid dicatur, & quid veniat illius appellatione?*
3 *Senex debet præferri iuniori.*
4 *Eligentis conſideratio eſt, eligere ſecundum Deum, & non ſecundum carnem.*
5 *Labor quid ſit; & plura de labore.*
6 *Dignitates non ſunt ambitioſe ſuſcipiendæ.*
7 *Procurans epiſcopatum an peccet?*
8 *Electus præſumitur aliis melior.*

1 IN textu. Ex quo nota iuncta *Gloſa* 1. quòd Archiepiſcopus eligendus ſit magis exercitatus, ita ut pro nullius perſona faciat contra decreta ſanctorum Patrum, nec propter tumultum populi, nec propter ſedandam diſcordiam; qui tamen habet poteſtatem regendi multitudinem, poteſt diſpenſare ex cauſa in lege humana, quæ ſuæ authoritati innititur; ut ſcilicet in perſonis, vel caſibus, in quibus lex deficit, tribuat licentiam, ut præceptum legis non ſervetur. Si autem abſque ratione pro ſola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in diſpenſatione, aut erit imprudens; infidelis quidem, ſi non habet intentionem ad bonum commune; imprudens ſi rationem diſpenſandi ignoret, propterquod dicit *Dominus in Luc. Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Vide *Archidiac. in cap. Conſequens, nu.* 8. ſupra, *diſt.* 11. *Tiraquel. de pœnit. cauſa* 51. *num.* 7. qui textus meminit.

2 In §. Quod ſi, ibi, In domo. Domus ſecundum Græcos dicitur tectum, ꝓpriè autem ſecundum leges dicitur ubi ſedes, & tabulas habemus, familiarũq; rerum conſtitutionem, *l. in l. Cenſoria, ff. de verborum ſignificatione,* aliquando ſumitur pro domicilio, *l.* 1. §. *Domum, ff. de aleatoribus;* hîc autem ſumitur pro templo, ſeu Eccleſia Dei, ut *Gloſa,* verbo, *domui,* in principio, 89. *diſt.* & domus appellatione quid veniat? *Federic. de iur. vocand. nu.* 28. *vol.* 3. *tract. fol.* 2. & *Ioann. Lecirter de primogenitura. q.* 4. *art.* 8. *nu.* 7. *lib.* 2. *vol.* 13. *tract. Carpan. ad leges Mediolani,* 1. *tom. cap.* 434. *nu.* 35. & 36. & 2. *tom. cap.* 335. *nu.* 34. & *cap.* 347. *num.* 5. & *cap.* 375. *nu.* 56.

3 In verſ. Quid eſt, ibi, Maturitatem ætatis. Et ita ſenex debet præferri iuniori, ut ex noſtro textu tradit *Tiraq. de iure primog. in præfat. num.* 182. Sic Romani in omni genere vitæ ſapientiſſimi leges annales ſcripſerunt, quibus grandiorem ætatem ad Conſulatum, & cæteros magiſtratus conſtituebant, ut ex *Tullio, Livio,* & aliis retulit idem *Tiraquel. nu.*168. Faciunt quæ tradit *Navarr. in cap. Si quando, de reſcriptis, excepti.* 7. *num.* 4.

4 In §. Sicut, ibi, Rectum. Præcipua conſideratio eligentis eſt eligere rectè ſecundum Deum, & non ſecundum carnem, *cap. Grave, de prabend.* non ſecundum pecuniam, ut de ſimonia per totum *cap. Quisquis, de elect.* non ſecũdum corruptionem aliquam, ſed ſecundum Deum. *cap. Conſtitutus, de appellat.* multra tradit *Navarr. in cap. Si quando, de reſcriptis, excepti.* 17 *nu.* 1. *Rebuf. in praxi, p.* 1. *tit. pœna, contra collatores, nu.* 10. qui uterq; noſtri textus meminêre.

5 In §. Merito, ibi, Pro laboribus. Labor eſt functio quædam corporis, vel animi gravioris operis, vel muneris, ſecundum *Cicer. in Tuſcul.* 2. Labor dicitur pater gloriæ, & famis obſonium, ut tradit *Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, part. ultima, conſiderat.* 48. *Cicer. lib.* 2. *de natura Deorum. Pariſ. de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 3. *nu.* 218. & ferocitatem carnis domat *Stephanus Coſta de ludo* 2. *art. principali, nu.* 36. *vol.* 4. *tractat.* & ideo ex textu colligitur, quod labore a hos

ſuperans, aliis præponi debet, idem tenet *Signorel. de homodeis, in quæſt. Vtrum præferendus ſit doctor, an miles, num.* 21. *vol.* 12. *tractat.* cum labor ſit non debeat eſſe ſine remuneratione, & fructu, *cap. fin.* & ibi *Gloſſa* verbo, *laborem*, 7. *q.* 1. *Gregor. Lopez in l.* 14. *Gloſſa* 1. *tit.* 6. *p.* 3. & *Hieronym. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. Gloſſa* 4. *num.* 17. ſaltem in alia vita.

6 Ad fin. textus, ibi, Ad honores. Dignitates enim non ſunt ambitioſè ſuſcipiendæ, *cap. Sicut is*, 1. *q.* 6. *cap. Vos autem*, 16. *q.* 1. *Archidiac. hîc nu.* 10. Sed an officium ſæculare poſſit appeti, & quæri pecunia data? Reſpondendum videtur cum *Geminiano in cap.* 1. *de homicidio, in* 6. Quod ſic, dummodo ſit idoneus, & cupiat aliis prodeſſe, & non obeſſe, & pecunia detur publicè, non obſtante *l.* 1. *C. ad l. Iuliam, de ambitu*, quæ prohibet aliquem ad officium promoveri pretio, vel ambitione, quia ſecundum *Gloſſam in l. Barbarius, ff. de officio prætor.* loquitur quando ſecretè datur, quia tùc præſumitur contrà dantem, *l.* 1. *C. de famoſis libell.* ſed nihilominus iure noviori, ex Conſtitutione Pij V. anno 1571. menſe Decembris, 8 prohibetur quis abſolutè promoveri ad officium pretio, vel ambitione ſub pœna confiſcationis, degradationis, amiſſionis officiorum, tam ſæcularium, quam eccleſiaſticorum, ac demum ultimi ſupplicij, ut tradit *Navarr. in Manual. cap.* 25. *nu.* 7. & vide *Novell.* 8. *in Authent. ut iudices, ſine quòque ſuffragio.*

7 Ad fin. textus, ibi, Notari ambitus ſolent. Igitur procurans epiſcopatum peccat mortaliter, ſaltem propter ſcandalum, *cap. final.* 1. *q.* 6. *cap. Per noſtras*, 26. *de iure patronatus*, per quæ iura ita docet *Caietan.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 5. *Valerius Reginald. in praxi, lib.* 5. *tractat.* 1. *nu.* 46. verſ. *Secundo modo*, & verſ. *Tertio modo*, ait quòd procurans epiſcopatum per vim, fraudem, vel ſubreptionem, mortaliter peccat. An peccet ille, qui appetit epiſcopatum propter bona temporalia, etiamſi non ſit illo indignus? Vide *Caiet.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 1. *Sylveſt.* verbo, *epiſcopus*, *q.* 5. *concluſ.* 1. & 2. *Navarr. in Manual. cap.* 25. *num.* 15. *Soto de iuſtitia, & iure, lib.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *Reginald. in praxi, lib.* 30. *tractat.* 1. *nu.* 46. & non præſumi bono exitu perfici, quæ malo ſunt inchoata principio, ex noſtro textu deducit *Alciatus de præſumpt. regul.* 2. *præſumpt.* 32. *nu.* 1. Imò apertè conſtat ex illa inter latinos vulgatiſſima paræmia: *Malè parta, malè diſſabuntur.*

8 In Gloſſa, verbo, Pro laboribus. Docet Gloſſa eo ipſo quo quis electus eſt præſumi eſſe aliis meliorem, *cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Cum in iuventute*, in principio, *de præſumpt.* late *Bart. in l.* 1. *C. de dignitatibus, lib.* 12. poſt alios *Tiraq. de pœnis, cauſa* 51. *num.* 94. ubi noſtræ Gloſſæ meminit, & eius materiam proſequitur.

CAP. Epiſcopum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopatus eſt dignitatis culmen, & proprie dignitas.*

2 *Epiſcopus non cõſecratus à tribus epiſcopis, an dicatur conſecratus?*

IN textu, ibi, Conſtituì ad Eccleſiæ principatum. Nota quòd cum epiſcopatus ſit culmen dignitatis, ut in *cap. Mirantur*, ſupra, *Gloſſa in cap.* 2. *de prabendis, in* 6. *Zerola in praxi epiſcopali*, 2. *p.* verbo, *Epiſcopi*, verſ. *Decimo tertio*, conſonat *Trident. ſeſſ.* 24. *de reformatione, cap.* 1. & *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6. & *ſeſſ.* 6. *de de reformat. cap.* 1. ante medium, exornat *Boſſius de ſignis Eccleſiæ, tom.* 2. *lib.* 16. *cap.* 2. & proprie eſt dignitas *cap. Venerabilis*, in fin. *de prabendis*, ſingularis ſecundum *Andr. Sicul. in cap. Dilectus, col. penult. de officio delegat. Maſtrillo de magiſtratibus, lib.* 5. *cap.* 10. *nu.* 12. *Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *conſider.* 25. *Anaſtaſ. Germon. de induſtiis Cardinal.* verbo, *Epiſcopus*. Ex qua ſuprema epiſcoporum dignitate, imò omnium dignitatum apice, & faſtigio ortum duxit, ut Papa nunc Romæ, nunc totius Eccleſiæ ſe dicat epiſcopum, ut egregiè obſervarunt *Flamin. de reſignat. lib.* 11. *q.* 13. *nu.* 132. *Baron. tom.* 8. *annal. anno* 595. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *prooem. num.* 8. *Caſtill. Borell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 4. *num.* 10. Hinc etiam fit, ut ipſe Summus Pontifex epiſcopos vocet fratres, quaſi ſibi æquales, Reges vero, & Cardinales vocet filios, tãquam ſibi inferiores, & inæquales. Quod etiã adnotavit *Felin.* & *Dec. in cap. Cum venerabilis, n.* 2. *de excep. Coſmas in pramagni. tit. de numero Cardinal. in Gloſſa* verbo, *Cardinales*, & ideo ad epiſcopalem dignitatem, non poteſt eligi quis ni, ſi ſit probabilis vitæ, ut hîc textus, & textus ſimilis, & ſingularis ſecundum *Cardinal.* ibi in *Clement.* 1. *de renuntiatione*, & *Gloſſa ſingularis in cap.* 2. *de prabend. in* 6. ſecundùm *Abbat. in dicto capite Venerabilis*, & exiguntur etiam mores probati *cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Indecorum, de ætate, & qualitate*, & in *Authent. quomodo oporteat epiſcopus*, §. 1. *novella* 6.

In

2 In Gloſſa, verbo, Conſtitui, ibi, Solus. Cum tres epiſcopi requirantur in conſecratione epiſcopi, ſicut tres Apoſtoli Petrus, Iacobus, & Ioannes, ordinaverunt Iacobum primum Archiepiſcopum, *cap. Porrò*, infra, *66. diſt. cap. Epiſcopi, cap. Comprovinciales*, 64. *diſt.* in principio, & *cap.* 1. 63. *diſt. cap. Quod autem*, 67. *diſt. Gloſſa* cõmuniter recepta, verbo, *ſine tribus*, *in cap. Ne epiſcopi, de temporibus ordinat.* ubi dicitur, quod aliter epiſcopus non dicitur conſecratus,& probat *textus* 1 *in cap. Fraternitatem, cap. Epiſcopi*, infra, 80. *diſt. Sylveſt.* verbo, *conſecratio*, 1. *nu.* 1. *Azor. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 3. *Bellarmin. lib.* 4. *de notis Eccleſiæ, cap.* 8. ante med. *Ægyd. Coninck. de Sacramento ordinis, diſp.* 20. *dub.* 9. *nu.* 82. *Henriq. in ſumm. lib.* 10. *cap.* 24. §. 1. *Paul. Comit. reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 48. *nn.* 13. *Alagona in compendio iuris canonici, pag.* 98. *Vivian. in rationali primi libri iuris Pontific. pag.* 278. Ex quibus auctoribus hanc collige concluſionem. Si epiſcopus propria ſolum auctoritate alterum conſecraret, illum non manere conſecratum, neq; ullam ordinis poteſtatem, vel caracteris extenſionem recipere.

CAP. Quid proderit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui vadit ad horam pro denario, an committat ſimoniam?*
2 *Serviens epiſcopo ſpe futuræ remunerationis beneficij, an contrahat ſimoniam?*

1 IN textu, ibi, Per ſtipendia clericos militaſſe. Nota ex *textu*, iuncta *Gloſſa*, quòd canonicus, qui vadit ad horas ſimpliciter p denario, non committit veram ſimoniam, ut tenet *Gloſſa*, verbo, *receperit*, ad fin. in *cap. Vnico, de clericis non reſident. lib.* 6. quam dicit celebratiſſimam *Navarr. in cap. ult. nu.* 56. *de pœnitentia, diſt.* 5. *Abb. in cap. Ex parte, nu* 4. *de officio delegat. Coſmas in pragmat. ſanct. tit. Quomodo divinum officium ſit celebrandum*, verbo, *modulentur, fol.* 101. & *Archid. in cap. Sicut*, 8. *q.* 1. *D. Antonin.* 2. *part. ſumm. tit.* 1. *cap.* 5. §. 17. verſ. *Secundo nota.* Niſi cauonicus intendat illas diſtributiones tanquam pretium divini officij, quia tunc eſſet ſimoniacus, ut ait *Vincentius Filliucius tom.* 2. *tract.* 34. *p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 29. ſaltem mentalis. *Abb. in cap. Conſuluiſti, nu.* 2. *de celebrat miſſ.* de quo vide *D. Thom. Quodlibet.* 8. *art.* 11. *q.* 6. *Sylveſt.* verbo, *ſimonia, queſt.* 6. *Covar. lib.* 1. *variar. cap.* 20. *num.* 5.

Nec etiam committit ſimoniam ſerviens epiſcopo ſpe futuræ remunerationis beneficij, quod aliqui limitant, dum ſine omni pactione,& conditione ſerviat. Nec epiſcopus directè pro ſervitio ei providere intendat in beneficio, ut tenent *Gloſſa*, verbo, *Promiſerat. cap. Cũ eſſent*, 12. *de ſimonia. Gonzal. ad reg.* 8. *Cantell.* §. 4. *proœm. nn.* 51. & 52. vide *Covar.* 1. *variar. cap fin. nu.* 3. *Archid. in cap. Sunt in Eccleſia, nu.* 3. 8. *q.* 1. *Tolet. in ſumma, lib.* 5. *cap.* 90. *num.* 4. *Navarr. in Manual. cap.* 23. *nu.* 106. *Zerola in pract. epiſcopal.* 1. *p.* verbo, *ſimonia*, verſ. *Vndecimo. Capicius deciſ.* 42. Sic non incurrit ſimoniam, qui epiſcopo indigenti pecuniam mutuat principaliter, ut ei ſubveniat, eumq; benevolum habeat, licet mediatè,& remotè ſperet ſe poſtea aliquod ſpirituale beneficium ab eo eſſe accepturum, ut ſupponit *Navarr. in Manual. cap.* 23. *nu.* 101. quod verum eſt, etiam ſi omnino donaſſet eadem intentione, ut poſt eundem *Navarr.* docet *Suar. tom.* 1. *de religion, lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 38. *num.* 6.

2

CAP. Statutum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ignarus quare eligi non poteſt?*
2 *Novus homo, & iuvenis quis dicatur?*
3 *Seniores præponũtur iunioribus, & privilegia ſenectutis.*
4 *Laicus an poſſit fieri epiſcopus?*

1 IN textu, ibi, Inſtitutionum neſcij. Collige ex textu, quòd ignarus litterarum non poteſt eligi in epiſcopum; de quo ſæpe alijs in locis. Addes *Azor. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. §. 7. qui bene declarat, quis dicatur illiteratus. *Menoch. de arbitrar. caſu* 425. *nu.* 40. & ideo debet eſſe litteratus, & bonæ ſcientiæ, ut eſt *textus in cap. Cum in cunctis*, & ibi *Gloſſa*, & *DD. cap. Cum nobis.* & *cap. Congregato de electione, cap. fin. de ætate, & qualitate. cap. fin.* ſupra, 51. *diſt. Authent. de ſanctiſſim. epiſcop.* §. *Clericos, collat.* 9. latè *Canus de locis theologicis, lib.* 8. *cap.* 6. verſ. *Principio*, qui textus meminit.

1

Ibi, Novi. Novus homo *lib.* 7. *Livij* in fin. *de bello Macedonico* dicitur, qui primus plebeius ex familia ſua curulem ædilitatem adeptus eſſet,& ibi. Novis hominibus nobiles opponuntur, nobile dicti, qui maiorum

2

maiorum ſuorum habebant imagines, & quia ædilitas curulis ſolis patritijs, & nobilibus deferebatur; dum vero delata erat plebeo, fiebat ex novo nobilis. Hinc apud Ciceronem novi homines illi dicũtur, qui nullis avorum imaginibus illuſtres, ad honorum gradus in republica evehebantur. Quo ſenſu novum hominem ſe dicit idem *Tullius oratione in Verrem*, & alibi ſæpius. Si tamen *Silio Italico* credendum eſt, regio ex ſanguine *Tullius* ſtirpem ducebat. Ita ille.

Tullius eratas rapiebat in agmina turmas.
Regia progenies, & Tulli ſanguine ab alto.

Iuvenis dicitur, qui non numeratur inter ſeniores, iuxta conſuetudinem civitatis, *l. Non aliter, §. fin.* & ibi *Bart. ff. de legat. 3.* & dicitur iuvenis uſq; ad 50. annos, *l. Si ſterilis de action. empti*, imò uſq; ad centum annos ſi diſciplinatus non poteſt, ſi creditur *Bald. in l. fin. §. Filijs*, in fine, *C. de bonis, quæ liberis.*

3 In Gloſſa, verbo, Novi. Quatenus dicit, quòd ſeniores ſemper præponũtur iunioribus, idem tenet *Guillielm. in cap. Raynuntius*, verbo, *in extremis, nu. 6. de teſtament.* & *Menoch. conſ. 126. nu. 22. & 26.* quia iuvenes non bene regunt. *Reſtaurus de Imperatore, q. 73. nu. 11.* & ſeq. *vol. 12. tract.* Privilegia, & prærogativę ſenectutis ſunt videnda per *Tiraq. de primogenijs, in præfatione, à nu. 108. uſq; ad 114.* qui noſtram Gloſſam refert, & eius materiam latè proſequitur *Paleotus in ſpeciali tract. de ſenectute. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, p. 11. conſiderat. 17. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 328. à num. 1.* & ſeq. *Aloyſ. Riccius collectan. 1623. & 1862.* & ultra hæc, citat per *Cened. 1. p. collect. 9. num. 5. Decius in cap. Clerici, num. 3. de iudicijs*, latè *Dueñas reg. 208.* in principio.

4 In §. His omnibus. Nota quòd licèt electio, nec activè, nec paſſivè cadat in laicũ in ſpiritualibus, iuxta notata *in cap. Maſſana, de elect.* ſi tamen laicus fuerit vitæ, ſanctitatis, & legalitatis maximæ, poteſt eligi in epiſcopum, ut eſt textus in præſenti, quem ad hoc magni facit *Felin. in cap. Super his, num. 16.* poſt med. *de accuſat.* & poſt *Butrar.* extollit *Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, 3. p. conſiderat. 50.* ad fin. Optimè *Tiraq. de pœnis temperand. cauſa, 148.* qui plura refert; iuvat *textus in cap. Niſi, §. Na pro defectu, de renuntiatione*, ibi. *Et ideo imperfectum ſcientia poteſt ſupplere perfectio charitatis.*

CAP. Neophytus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Neophytus quare prohibeatur in epiſcopum ordinari?*
2 *Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus?*
3 *Tiraquel. noſtræ Gloſſæ meminit.*

1 IN textu. Collige ex textu, quòd Neophytus, ſeu nuper plantatus in fide, vel religione, prohibetur in epiſcopum ordinari, & eſt ſimilis *textus in cap. Quoniam, 1. ſupra, 48. diſt.* ubi vide poſita. *Paul. epiſt. 1. ad Timoth. cap. 3.* ne elatus in ſuperbiam, tanquam religio Chriſtiana plurim. ũ eo egeat in iudicium, & laqueum Diaboli incidat. Si tamen ceſſet cauſa, & ſe humiliter gereret, eligi poſſet, ut hìc; quia ceſſante ratione conſtitutionis, ceſſat conſtitutio, ultra citata per *Archidiac. his num. 4.* Vide *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, nu. 55. & nu. 130. & 215.* & ſequentibus, qui textus meminit, & vide circa illum *Salzed. in pract. cap. 22. Covar. in Clement. Si furioſus, 1. p. §. 2. nu. 7. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 205.* poſt principium, latiſſimè *Auguſtinus Barboſa de officio epiſcopi, part. 1. tit. 2. Gloſſa 17.* ubi *num. 6.* noſtri textus meminit.

2 In Gloſſa, verbo, Cauſa, ibi, Ceſſat actu. Docet Gloſſa ceſſare effectum quando ceſſat cauſa, non ſolũ actu, ſed & exemplo; ita ut non poſſint trahi in perniciem exempli, aliàs non ceſſaret effectus, quam dixit magnæ authoritatis. *Tiraq. tract. ceſſante cauſa, limitatione 26.* adducens *textum in l. Si quis aliquid, § Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, ff. de pœnis.*

3 In eadem Gloſſa ad fin. ibi, Impulſiva. De materia Gloſſę vide *Tiraq. ceſſante cauſa, limitatione 1. nu. 1.* & vide *textum in l. 2. §. ultimo*, & ibi *Gloſſa, Bart.* & alij, *ff. de donationibus, l. Generali, §. Duas, ff. de uſu, & uſu fructu legato, l. Cum tale, ff. de condit. & demonſtrat. cap. Ex parte, in 2.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *cauſa, de converſione coniugatorum.*

CAP. Oſius. X.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulare quid ſit, & poſtulatio quod ius tribuat poſtulato?*

Appella-

2 *Appellatione ſcholarium, quid veniat?*
3 *Schola nomen pluribus poteſt accommodari etiam mulieribus.*
4 *Bernadus Diaz noſtram Gloſſam dicit ſingularem.*
5 *Differentia inter electionem, & poſtulationem.*
6 *Gratianus impugnatur, & defenditur. & numeris ſequentibus.*

1 IN textu, ibi, Poſtulari. Poſtulare quid ſit *Paulus de Cittadinis de iure patronatus, art. 3. p. 6. nu. 85. & 86. in. 15. vol. tract. fol. 394.* & poſtulatio quod ius poſtulato tribuat? *Selva de beneficijs, 3. p. q. 1. nu. 30. fol. 51. vol. 15. tract. Summiſta*, verbo, *poſtulatio*, & *Præpoſ.* hîc, & plura de poſtulatione vide latè per *Gregor. Toloſ. ſyntagm. iuris, p. 2. cap. 12. nu. 19.* & ſeqq. & *p. 3. cap. 6. nu. 21.* & ſeqq.

2 In Gloſſa, verbo, Scholaſticus, ibi, Ideſt litteratus. Appellatione enim ſcholarium veniũt
3 Doctores, *Petrus Lenauderius de privilegijs doctorũ, q. 43. in vol. 14. tract. p. 4. fol. 85.* Licet Doctores magis amplum habeant privilegium; idem *Petrus Lenauder. 2. p. §. 23.* ubi ſupra, & nomen ſcholæ pluribus actionibus poteſt ex ſua ſignificatione accommodari, ita ſcholaſticorum, & ſcholarium à verbo vaco, do operam alicui rei. Inde in *Cod. Iuſtiniani ſchola Palatinarũ. l. fin. Cod. de delator. lib. 10. ſacrarum largitionũ. l. pen. C. de pal. ſacrar. largit. lib. 12.* Scholares devotiſſimi militares, *l. 2. C. de can. larg. lib. 10.* Scholæ militares, ubi, & Tyrones milites exercentur, *l. 3. C. de Tyron. lib. 12.* Scholares qui militant in Principis ſacro palatio, & ibi aliquod gerunt officium, & ibi comites, præfecti vè ſcholarium, *l. 1. 2. & 3. C. de privilegijs, lib. 12.* ſcholæ agentium in rebus, *l. 1. Cod. de agentibus in rebus, lib. 12.*

3 Schola eſt locus ubi aliquid diligenter diſcitur, vel docetur vacatione facta ab alijs negotijs. Vnde illud *Ciceronis* dictum, *Nunquam minus ſolus, quàm cum ſolus, nec minus otioſus, quàm cum otioſus.* Otium illud litterarum negotioſum intelligendo, vide *Laurent. Vallen. lib. 4. elegantiar. cap. 61.* Ita ſcholaſtici, vel ſcholares dicti, qui litteris dant operam, & litterarum cauſa peregrinantur. *Authent. habita, C. ne filius pro patre;* & ſcholarium nomine continentur, etiam mulieres ſi quæ ſint, quæ ſtudeant in ſcholis, ut de veteribus puellis meminit *Livius lib. 3. de Virginea*, & alijs. *Plinius lib. 1. epiſtola 17. & l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. & l. Si patrono, 15. C. de negot. geſtis.*

4 In Gloſſa, verbo, Sed aliud, ad medium. Docet *Gloſſa* poſſe quem ordinari, ſi fuerit nominatus, vel poſtulatus ad aliquam dignitatem, quam ſequitur *Mayolus de irregularitate, lib. 4. cap. 15. n. 3.* & dicit inſignem *Salzed. in pract. cap. 18. nu. 6.* licet bene limitet hoc iam non procedere poſt deciſionem Concilij Tridentini.

5 In §. Sed aliud. Docet *Gratianus in præſenti*, differentiam inter poſtulationem, & electionem, aiens quòd clericus alterius diœceſis non eligitur, ſed poſtulatur; quam doctrinam nonnulli reprobant, ex eo, quia vel iſte clericus diœceſis eſt liber, ab alia cura Eccleſiæ, & tunc videtur dicendum poſſe eligi, quia nullibi id reperitur prohibitum, ut tenuit *Gloſſa*, verbo, *aliam, in cap. Cum inter canonicos, 21. de electione*; vel eſt obligatus alteri Eccleſiæ curatæ, & tunc licet non poſſit dimittere aliam Eccleſiam, ſine ꝓprij epiſcopi conſenſu, *cap. Admonet, de renuntiat.* cum multis ibidem. Tamen licitè poteſt elegi, iuxta textum expreſſum in *dict. cap. Cum inter canonicas*, ac per conſequens poſtulari nequit iuxta regulam, quam in hac materia tradit *Gloſſa in cap. ult. de poſtulat. prælat.* prope fin. quòd ſicut poſtulandus non poteſt eligi, ita eligendus non poteſt poſtulari, quare in hoc reprobatur *Gratianus à Turrecremat. in præſenti, num. 8.*

6 Vt tamen *Gratiani* dictum defendatur, ſupponendum eſt, quòd clericus alterius diœceſis, dum in propria eſt idoneus, eligi non poteſt, ut expreſſè probatur in *cap. Nullus*, infra, *61. diſtinct.* & conſtat ex authoritate *Navarr. in miſcell. 38. de orat. nu. 3.* qui aſſerit, prætermittendum eſſe digniorem alterius diœceſis, dum eſt dignus in propria, quod minimè eſſet dicendum, ſi clericus alterius diœceſis, ſtante digno in propria, eſſet eligibilis; idq; efficaciter probant directè prohibentia verba *dict. cap. Nullus.* Nec obſtat *cap. Cum inter canonicos, de electione*, propter quod *Gloſſa* ibi, verbo, *aliam*, cõtendit clericũ alienæ diœceſis eſſe eligibilem; & *dict. cap. Nullus*, procedere de honeſtate; nam reſpondetur, quòd licet clericus alienæ diœceſis eligibilis non ſit, ſtante digno in propria; tamen dum à maiori, & ſeniori parte capituli eligitur extraneus, creditur non eſſe in propria idoneum, ita ut contrarium aſſerenti non credatur, niſi notorietas ſit in contrarium, vel in continenti offerat probationem.

7 Cum igitur *Præpoſitus*, de quo, in illo *cap. Cum inter canonicos*, eſſet electus à maiori, & ſaniori parte capituli, non fuit audita querela aduerſarij ſimpliciter aſſerentis, intra diœceſim fuiſſe alium idoneum; & tanquam ex

frivola

frivola causa appellatio rejicitur, ut inquit Pontifex. Ex quibus constat, non bene *Glossam* ubi supra, de honestate textum illum intellexisse, & melius dicendum electionem de extraneo, si constiterit esse idoneum in propria civitate, esse nullam; quidquid *Turrecremat.*, & *Archidiac. in d. cap. Nullus*, cum *Innoc. in d. cap. Ne pro defectu*, & in *cap. Tua de his, quæ fiunt à Prælat. Hostiensis* dictum reprobent, qui in *cap. Ne pro defectu, de electione*, tenuit quòd Prælatus ad quē ob negligentiam devolvitur potestas eligendi, teneatur eligere de propria diœcesi, si est idoneus; aliàs cassetur electio, cuius dictum recipit *Abb. in d. cap. Ne pro defectu, nu. 7.*

8 Secundo dicendum, quòd ille, qui est alligatus curæ alterius Ecclesiæ parochialis, potest ad aliam eligi, ut probat *Turrecrem. in præsenti, num. 8. Abb. in d. cap. ult. num. 6. & 8.* quidquid *Glossa in d. cap. ult.* repugnet, contra quam est textus expressus in *dict. cap. Cum inter canonicos*, & in *cap. Si Abbatem, de electione, lib. 6.* cum multis alijs. Ratio autem, ut per *Abbat. dicto num. 8.* est, quia inter parochum, & Ecclesiam non datur matrimonium spirituale, quia non habet perfectum pastorale officium, nec vinculum perpetuum, quod est de substantia matrimonij; unde fit, quod licèt episcopus non possit transire in religionem, sine consensu Pontificis, *cap. Nisi cumpridem*, vers. *Rerum, de renuntiatione. Soto lib. 10. de iustitia, quæst. 2. art. 4.* Parochus vero potest sine consensu episcopi religionem profiteri, *cap. Duæ, 19. quæst. 2.* optimè *D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 6. in corpore*, ubi *Caietan.* latè materiam examinat.

His suppositis dictum *Gratiani* excusatur, 9 fatemurq; quód ille est postulandus, qui eligi non potest; contēdimus tamen clericum alienæ diœcesis non esse eligibilem, si idoneus detur in propria. Vnde fit consequens, quod clericus alterius diœcesis non est postulādus, dum datur in propria idoneus; non sic, si fuerit clericus propriæ diœcesis, alteri Ecclesiæ addictus, quia hic eligi potest; nec de illis aliquod verbum *Gratianus in præsenti*, quidquid *Turrecremat. in præsenti, num. 8.* contrarium *Gratiano* imponat.

CAP. Episcopus. XI.

SVMMARIVM.

1 *Electio episcopi, quando competebat Capitulo, petebatur confirmatio à superiori.*

2 *Episcopus eligitur cum in consistorio præconizatur.*

3 *Episcopus confirmatur, quādo facto processu de vita, & moribus expeditur cedula in consistorio.*

4 *Divus Ambrosius, an fuerit postulatus ab Imperatore?*

IN textu, ibi, Decreti subscriptionibus. Nota quod facta electione 1 episcopi, capitulum scribit superiori, scilicet Metropolitano, aut Primati, vel alteri, qui sit superior, quo deficiente scribit Papę litteras sigillo Capituli, & singulorum munitas, & à Canonicis subscriptas, quæ litteræ *decretum* appellantur; in quo electio facta seriatim narretur, & confirmatio petatur sub forma tradita per *Speculat. de electione*, §. 1. vers. *Celebrata igitur*, & probat *cap. Innotuit*, & *cap. Cū inter, de electione*, quod tamen intelligo verum, quando ius eligendi episcopum Canonicis Cathedralis competebat, ut in *cap. In Genesi, cap. Ecclesia, in 2. cap. Cumana, cap. Cum in veteri, cap. Congregato*, & *cap. Bona, in 2. de electione, cap. Cum Ecclesia, de causa possessionis, & proprietat.* & *cap. Constitutus, de appellat.*

Hodie vero cum electio episcoporum Sum- 2 mo Pontifici reservetur, ut in *regul. 2. Cancell.* (licet non possit facere, ut nulli sint episcopi, *Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 30. in fine.*) eligitur episcopus cum in consistorio præconizatur, & præconizatio habet vim electionis, cum fiat tantum ad effectum nominandi personam ad episcopatum assumendam; ut si quis sciret aliquod impedimentum quominus taliter præconizatus assumi deberet, illud manifestare posset: & ista præconizatio nullum tribuit ius, aut iurisdictionē; nec potest quis illius vigore fructus percipere: cum episcopus nominatus, donec à Papa fuerit provisus, se in iurisdictione, & fructuum perceptione immiscendo, sit intrusus, *cap. Quod sicut*, in principio, *de elect. Oldrad. cons. 246. nu. 1.*

Confirmatur postea, quando alia die in eo- 3 dem consistorio fabricato prius processu super vita, & moribus promovendi, expeditur cedula, quæ vocatur consistorialis, quæ habet vim supplicationis in Dataria expeditæ; & illa est matrix super qua litteræ Apostolicæ expediuntur; & ante illarum expeditionem illa cedula dicitur gratia informis, ut informis gratia dicitur supplicatio, *Gomez de infirmis resignat. q. 18. num. 1.* Cætera noto ad *cap. Omnes, num. 4. supra, dist. 38.* & ita non est cur in subscriptionibus, & decretis Canonicorum immorer, cum de illis pateat apud *Bertachinum lib. 3. de episcopis, à num. 18.* & seqq. fol. mihi 150. & vide quæ latè dixi ad *cap. 2. supra, dist. 23.*

In §.

4 **In §. Sic beatus.** Inquit *Gratianus*, quod beatus Ambroſius ab Imperatore Valentiniano poſtulatus eſt, & non electus, ſed expreſſé videtur convinci ex eiuſdem *Gratiani* dictis in *cap. Statuimus*, in fine, ſupra, *hac eadem diſt.* ubi inquit, Ambroſium fuiſſe electum, quod etiam expreſſé probatur in *cap. Valentinianus*, infra, *63. diſt.* Quinimò etſi poſtulatus fuiſſet, non foret ab Imperatore, qui non habebat ius eligendi, & poſtulatio eſt facienda ab electoribus. *Turrecremat. in cap. Oſius, §. Sed aliud, num. 13. hac diſt.* quare reprobatur *Gratian.* ab eodem *Turrecrem.* & in præſenti. Tu dic, beatum Ambroſium fuiſſe electum, ut poſtularetur, *Gloſa in cap. Valentinianus*, idq; patet ſi expendas, quod Ambroſius Ethnicus erat, & ut talis epiſcopatus incapax, & non debebant canonici contra notiſſimas iuris regulas hominem plenum impedimentis, & extra catholicam Eccleſiam conſtitutum eligere. Nec obſtat ſi dicas, poſtulationem non fuiſſe Imperatoris. Reſpondeo enim poſtulationem ab electoribus fuiſſe factam, ſed illi authoritatem ab Imperatore impertitam, qui pro poſtulatione interceſſit coram Pontifice, & propter hoc dicitur Ambroſius ab Imperatore poſtulatus à *Gratiano* hîc.

CAP. Nec emeritis. XII.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus in beneficijs, incolis debet poſtponi.*
2 *Index non debet eſſe exterus.*
3 *Proviſiones Apoſtolicæ contra huiuſmodi ſtatutum, an valeant?*

1 **IN textu.** Quatenus habet, quod extraneus in beneficijs debet poſtponi incolis; idem habetur in *2. de electione, & in l. Eccleſiaſticis, 11. C de epiſcopis, & clericis. Lopez. in l. 13. tit. 15. partit. 1. Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. in finalibus verbis. Coſmas in pragmatica ſanctione de collationc*, verbo, *alij. Covar. practicar. cap. 35. num. 5. Gonzal. ad regulam 8. Cancellariæ, Gloſſa 9. §. 1. num. 37.* Imò expreſſé prohibetur exterus habere beneficia in hoc regno; ex proviſione Regis Emanuelis, anno 1512. die 18. Februarij; ut tradit *Cabed. de patronatib. regia corona, cap. 29.* ubi idem etiam dicit de iure Franciæ, Caſtellæ, Aragoniæ, Navarræ, & aliarum civitatum Italiæ, per *Salzed. in practic. criminal. cap. 54. num. 2.*

Quod amplia in iudice, qui non debet eſſe exterus, *l. Verum. de incolis, lib. 10. Caſtro in practica Luſitania, lib. 1. cap. 2. §. 6. Miranda de ordine iudiciali, quæſt. 4. art. 6.* quæ ampliatio fallit in Romana Curia, ubi iudices non niſi exteri eſſe debent, & an ſit iuſta lex, vel ſtatutum, quòd beneficia eccleſiaſtica, & officia ſæcularia non conferantur exteris, ſed oriundis ex oppido, civitate, aut ex regno, videndi ſunt *Mandoſius in regula 16. q. 39. Covar.* ubi ſupra, *Heirda de benefic. 1. p. cap. 23. à nu. 48. & cap. 24. à nu. 43. & nu. 86. & à nu. 115. Selva de beneficijs, 2. part. quæſt. 23. à nu. 34. & 3. part. quæſt. 26. à nu. 1. Alciat. regul. 1. præſumptione 37. in tractatu de præſumpt. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 14. Caſſan. in Catalogo gloria mundi, part. 11. conſiderat. 22. & Spino de teſtamentis, Gloſſa 3. princip. ex num. 32.* 2

An proviſiones Apoſtolicæ contra huiuſmodi ſtatuta iuſtè impediantur manu Regia? vide *Covar. practicar. cap. 35. num. 6. & cap. 36. num. 3. verſ. Hoc ipſum fieri, Salzedo in practica, cap. 54. à num. 17. Vivald. in Candelabro eccleſ. in explicatione Bullæ Cœnæ, caſu 14. num. 101. Rojas ſingular. 148. Avendaño de exequendis mandatis, cap. 1. nu. 32. verſ. Item ex eadem*; pro quo vide citatos p *Gabriel. Pereira de manu Regia, præludio 2. nu. 24.* 3

CAP. Nullus. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textum meminêre.*
2 *Civitas, & diœceſis, an ſit idem?*
3 *Dum aliquis invenitur eiuſdem Eccleſia, non debent beneficia extraneis concedi.*

IN textu. Cuius meminit *Rebuf. in praxi, part. 3. tit. Regula quod quis intelligat idioma, Gloſſa 1, nu. 1. Gregor. Lopez. partit. 1. tit. 15. l. 13. Gloſſa 3. ad med. Covar. practicar. cap. 35. nu. 5. Rochus de iure patronat.* verbo, *honoriſicum, nu. 45.* qui noſtrum textum vocat pulcherrimum, *Staphilæus de litteris gratiæ, titulo. Nona forma pauperum, nu. 25.* qui etiam dicit noſtrum textum notabilem, addens quòd licèt loquatur de promovendo in epiſcopū, tamen ratio illius cōmunis eſt etiam ad beneficia inferiora. 1

Ibi, Civitatis. Civitas, & diœceſis ſunt ſynonima, ut tenet *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloſſa 51. nu. 75.* & civitas continetur ſub nomine diœceſis in ſtatutis, conſtitutionibus, & privilegijs; ſecus in reſcriptis contentioſis, *cap. 1.* 2

& cap. ſignificavit de officio ordinar. cap. cum tibi de verbor. ſignificatione, & Archidiac. hic num. 2. Coſm. in pragmatica ſanctionum tit. de collat. verbo, *diœceſi* folio mihi. 80. & in materia favorabili venit civitas appellatione diœceſis, *Ægid. Bellam. deciſ.* 641. & etiã in materia odioſa, quãdo verbũ *diœceſis* profertur á lege, vel cõſuetudine generali *Balb. deciſ. 6. per c. 1. de rerũ permut in 6.* Sed nõ venit quãdo profertur in reſcriptis, ſeu diſpoſitionibus particularibus *Fabric. deciſ. 6. Cod. de verbor. ſignificatione Gonz. al.* ubi ſupra *Gloſſa* 43. *num.* 194. 195. *& 196. & Aloyſ. Riccius collect.* 1387.

3 Ibi, Nullus. Ergo dum aliquis invenitur ex propria diœceſi, alijs eſt præferendus, de quo vide *Soto lib. 3. de iuſtitia q. 6 art. 2. pag. 6. §. En naſcitur, & pag. 8. ad quartum* ubi textus meminit, iuvant quæ tradit *Ducãs reg.* 203.

CAP. In ordinatione. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Sanior pars quæ dicatur?*
2 *Vitia opponuntur fortitudini?*

1 IN textu, ibi, Pars quãvis parva. Licet enim parti maioris monaſterij ſemper ſtandum ſit, ut tradit *Iacob. Novell. de iure prothomis §. 7. n. 33. in 17. tom. tract.* non conſiſtit tãtum in numero, ſed in dignitate, & authoritate perſonarum. *Rodoan. de rebus eccleſiæ non alienãdis q. 37 nu. 9.* quia non ſufficit maior pars, niſi ſit ſanior, ut per eundem, *num. 8. Abb. in cap. eccleſia veſtra in 2. §. nos ergo num. 7. de electione* per *illum* textum, quem ad hoc dicit eſſe notabiliter menti tenẽdum; licet in dubio maior pars præſumitur etiam ſanior, argum. *cap prudentiã, de officio delegat. Rodoan.* ubi proxime *nu. 17.*

2 In textu, ibi, Vitia. Vitia opponuntur fortitudini, & quale in his ſit peccatum, vide *D. Thom. 2 2. quæſt. 125.* & ſequentibus *Leſſium de iuſtitia lib. 2. cap. 1. dubitatione 6.*

CAP. Studij. XV.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando ſit à Papa, poteſt eſſe ſub conditione, non verò quando ſit ab inferioribus.*
2 *Gratia de beneficio, cũ clauſula, ſi vacat, non reddit gratiam conditionalem.*

1 IN textu, ibi, Declinare poſsit electio. Quatenus probat, quod electio poteſt fieri ſub conditione, intellige verum, quando fit à ſummo Pontifice, ut ait *Decianus lib. 1. conſ. 8. num. 73. Archid. Dominic. & Cardin. in cap. Paſtoralis 7. quæſtion. 1. Felin. in cap. inter cæteras ad fin. de reſcript.* qui poteſt ſolus ſub conditione ad tempus, & ex arbitrio beneficia conferre, ut in *d. cap. Paſtoralis, & cap. propoſuit. de conceſſ. prebed.* Non verò quando fit ab inferioribus collatoribus, qui prohibẽtur eligere per vota conditionalia, alternativa, & incerta, ex *textu in cap. in electionibus 2. de electionibus lib. 6.* Licet poſsit eligere ſub modo, ut per *Decian. d. conſ. 8. nu. 75. & num. 91.*

2 Niſi conditio de ſua natura inſit, utpote gratia facta de beneficio cum clauſula, *ſi vacat*, non reddit gratiam conditionalem, ſed dicitur pura ex communi, *in d. cap. in electionibus* ubi *Geminianus num. 2. Franc. num. 4. Decius in l. actus legitimi, ff. de regul. iuris Rota coram Pamphilio in una Verdunen. decanatus 6. Martij, & 28. Iunij 1595.* licèt *Gloſſa*, verbo, *incerta* in fine *in d. cap. in electionibus* dicat quòd electio ſub ſimili conditione fieri non poſsit. Vltra hæc vide *Canar. 3. variar. cap. 16. nu. 21. & Aloyſ. Riccium collect. 796.*

CAP. Obitum. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Viſitator, ſeu Adminiſtrator eſt, qui per Papam eccleſiæ cathedrali datur & poteſt beneficia conferre.*
2 *An in ſpiritualibus detur acceptio perſonarum?*
3 *Textus intelligitur de Viſitatore, & nõ de Cõmendatario.*

1 IN textu, ibi, Viſitationis. Viſitator hic dicitur, qui per ſummum Pontificem eccleſiæ cathedrali datur, qui dicitur etiã adminiſtrator, ut per *Franciſc. Pavin. de viſitatione 1. part. quæſtione 1. num. 27. in vol. 14. tractat.* qui poterit beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi cõferre, ut *hic; & Selva de benefic. 2. part. quæſtione 6. nu. 3. in vol. 15. tract. fol.* 37. ab officio removere. Idem *Pavin.* ubi ſupra *1. part. quæſtio. n. 51. fol. 117.*

Secus

Secus ſi ab alio, quàm à Papa fuerit conſtitutus, ut tenet *Archid. in cap. quoniam nu. 1. infra eadem*, & de materia huius textus, & quæ poteſt huiuſmodi viſitator, vide *Azor tom. 2. lib. 5. cap. 35. Boer. deciſ. 2. nu. 4.* qui textum refert, & intelligit.

2 In §. Commonemus, ibi, De altera eligit. Ergo in ſpiritualibus datur acceptio perſonarũ, de quo vide latiſſimè *Soto lib. 3. de iuſtitia quæſtione 6. art. 2.* qui noſtri textus meminit.

3 Ibi, Fraternitati. Per hunc textum docet *Roman. conſ. 350.* in caſu quem ſequuntur DD. *in cap. ſi conſtiterit de accuſationibus*: Papam poſſe revocare commendam in eccleſiæ vtilitatem factam, ſecus in utilitatem perſonæ; textus ſimilis *in c. conſtitutum 7. q. 1.* Sed hæc iura non loquuntur in commendatarijs, ſed in viſitatore, qui eccleſiæ ſolet, dari, donec illi proviſum fuerit, *cap. penult. de ſupplenda neglig. Prælator. lib. 6.* ut bene advertit *Rebuf. in praxi part. 1. titul. de commendis num. 67.* de quo agit *Paulus Fuſchus de viſitatione lib. 2. cap. 9. num. 3.* qui noſtrum textum meminit.

CAP. Catinenſis. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Induſtria perſonæ quando cenſeatur electa?*
2 *Ambitioſus non poteſt eligi epiſcopus, nec ſchiſmaticus.*
3 *Neque excommunicatus, aut ſuſpenſus.*
4 *Dictio* mox *quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi, Per te. Nota quòd per iſta verba ſemper cenſetur induſtria perſonæ electæ, ſicut etiam quando in lege, reſcripto, vel cõmiſsione apponitur verbum *ſuper te, tu, & nõ alius, tu tu, tu ipſe*, vel ubi apponuntur verba cõfidentiæ perſonæ, cui talia cõmittuntur ſignificantia, pro ut ſi dicat, *tuæ circunſpectioni, tibi, de quo ſingularem confidentiã habemus*, & alia per quæ, ſive tacitè, ſive expreſſè huiuſmodi induſtria electa cenſeatur. Inter quæ non erunt illa verba *tuam conſcientiam oneramus*, vel *iubemus*, aut *præcipimus*, notant *Abb. & Felin. numer. ult. in cap. quoniam §. 15. de officio delegat. Rota deciſ. 8. de cõceſſ. prabend. & in novis deciſ. 443.* licet contrarũ cum communi reſolvat *Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 4. Gloſſa 1. num. 11. Iaſ. in l. 1. de iudic. numer. 12. Cod. de iudic.* & quando generaliter cenſeatur electa induſtria in publicum, vel privatum favorem, *Iaſ.* ubi ſupra *num. 11. Tiraq. in l. ſi unquam*, verbo, *revertatur num. 52. C. de revocand. don. Menoch. conſ. 17. num. 7. & conſ. 54. num. 5. & 421 & conſ. 69. num. 57. & conſ. 93. à n. 16.* & ſequentibus, & de vi diſpoſitionis requirentis perſonalitatem *Pedamont. deciſ. 113. num. 2. uſque ad 10. Menoch. de arbitrar. q. 54. num. 30. & caſu 205.* & vide de Gloſſam verbo, *publice in Clement. 1. de vita & honeſtate clericorum.*

Ibi, Canonibus inimicum. 2
Inter quæ connumeratur ambitioſus, qui non poteſt eligi epiſcopus *cap. Nullus itaque 1. q. 1. cap. ſicut 1. quæſt. 6. cap. 1. de clericis non reſidentibus*; ambitioſus enim eſt, qui deſiderat præeſſe, non prodeſſe: nam qui deſiderat epiſcopatum, ut poſit, & non præſit, bonum opus deſiderat *cap. qui epiſcopatum 8. quæſt. 1.* & merito *in cap. offic. de electione, & electi poteſtate*, huiuſmodi verba affert Gloſſa: *ambitio bene repellit quemlibet à dignitatibus* neque enim decet, ut ad faſtigiatum eccleſiaſticæ dignitatis culmen, per fraudulentos ambitionis gradus aſcendatur. Quod optimè docent *Peres l. 1. in princip. tit. 16. lib. 2. Ordin. pag. 373. Greger. l. 3.* verbo, *obiſpado tit. 17. part. 1. Azeved. l. 1. num. 2.* cum ſequentibus; *titul. 5. lib. 3. nov. recopil. Babadil. in ſua politica lib. 1. cap. 3. numer. 67.* Neque immeritò *Auctor muſæ panegyricæ ad Gaſpar Pinto Societatis Ieſu* (quanvis eam germani Michaelis nomine inſcripſerit) *lib. 2. variæ muſæ*, viris optimis turpe, & indecorum eſſe dixit, ſi, non meritis ſed ambitione nixi, ad honores aſcendant.

Vos etiam pudeat ſuperare, & vincere ſummos.
Ambitione gradus; meritis aſcendere pulchrum eſt.
Quò vocat altus honor.

Nec ſchiſmaticus poteſt eligi *cap. quia diligentia 5. de electione* niſi cum diſpenſatione revertatur ad fidem *Gloſſa, & DD. in cap. nos conſuetudinem* ſupra *12. diſt.* qui nec conſecrat alios, nec dici poteſt conſecratus, ſed execratus *cap. nos conſuetudinem 12. diſtinction. cap. pudenda 24. quæſtione 1.* Neque inimicus hoſpitalitatis eligi debet epiſcopus *in ſumma 85. diſtin. & cap. 1. & cap. ult. 50. diſtinctione, & §. 1. c. domus 42. diſtinctione.* Vide *Sanch. in præcepta decalogi lib. 2. c. 36. num. 18. Garciam de benef. part. 11. c. 10. §. 1. numer. 161.* Nec qui longo tempore incontinens fuit, textus in præſenti, cuius meminit, & late exornat, *Auguſtinus Barboſa de officio Epiſcopi titul. 2. Gloſſa 4. à numer. 9.*

Neq; excommunicatus *cap. Peſtilaſti, 7. de cleric. excommunic. miniſtr. Gloſſa, & DD. in cap. Per inquiſitionem, & cap. De illa, de electione, ſpecul. de lib. concept. §. fin.* ad fin. *Archidiac. in cap. Nullus* 3

add. 3. infra, 63. dist. etiam excõmunicatione minori *Glossa in l. cap. De illa, & cap. Si celebrat, de cleric. excõmunicat. ministrante*, licèt possit eligere. Neque suspensus potest eligi in episcopum, *cap. 1 Cum dilectus, 8.* ubi *Glossa*, verbo, *suspensus*, & *cap. Per inquisitionem, 26.* & ibi *Glossa de consuetud.* Immò nec postulari, per *Glossam*, & *DD. in d. cap. De illa, de electione*, & notat *Glossa in cap. Cum dilectus*, suprà citat. sive sit suspensus à beneficio, ut in *cap. Qui inquisitionem*, cum *Glossa de elect.* sive ab officio, de *in d. cap. Cum dilectus*, secundũ dictam *Glossam*, per *cap. Cum bone, de etate, & qualit.*

4 **Ibi, Mox.** Quæ dictio denotat modicũ intervallum, & ponitur pro incontinenti Bart. & *Salic. in l. 1. C. de rebus vtriusq. Glossa.* & *Bart. in l. Momentanea, C. unde vi. Glossa notabilis in Authent. de incestis nuptijs*, in princip. vers. *Mox. Textus in cap. 3. de verbor. significat. Abb. in cap. Quia propter, nu.* 17. per illum *textum*, & ibi *Glossa*, verbo, *Mox, de electione.* Aliquando tamen denotat intervallũ, & ponitur p postea *l. 1.* & ibi *Glossa*, verbo, *Mox*, & *Dec. nu.* 28. *ff. de rebus vtriusq. Iuniq. in l. Si unquam*, verbo, *Postea, nu. 1. C. de revocandis*, & plures significationes huius dictionis, *mox*, vide per *Glossam in cap. 1*, verbo, *non mox*, 20. *q. 2.* & per *Glossam in cap. Quia propter*, verbo, *Mox, de electione*, plures refert *Cened. singulari*, 61. *nu. 1.* & seqq.

Ad cap. Bene. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa episcopos cõsecratos vocat fratres.*
2 *Monachus potest eligi episcopus, si superior consentiat.*
3 *Monachus factus episcopus, non habet fructuum dominium, nec bonorum proprietatem.*
4 *Aprutium Italiæ regio.*

1 **IN textu, ibi, Fraternitas.** Nota quod causa, cur Papa vocat omnes episcopos fratres, ut in *cap. Per venerabilem, §. Sunt autem, qui filij sint legitimi*, est ob participationem dignitatis episcopalis, ut in *cap. Præterea, 51. dist. cap. Fratres, de pœnit. dist. 5.* vocati namque in partem solicitudinis, *cap. Fundamenta, §. Decet, de elect.* dũmodo episcopi sint consecrati, non aliter. Nam non consecratos vocat filios, ut cæteros clericos, & laicos etiam Principes; *cap Quam graui, de crimine falsi.* Deus omnium pater, nos filij eius creatione, & regeneratione p fidem, *cap. 1. de sum. Trinit.* Vicarius eius unus in terris Sũmus Pontifex, qui ut pater filiorum, sic omnium curam habere debet in plenitudinem potestatis, non ut alij in partem solicitudinis vocatus, *cap. Ad honorem, de authorit. & usupallij. cap. Cuncta, cap. Aliorum, 9. q. 3.*

2 **In fine textus, ibi, Monachus, & ibi, Promoveri.** Probat textus, quod monachus potest eligi episcopus; ad idem *textus in cap. Nullus religiosus, de elect. in 6. Innocent. in cap. Post translationem, de renuntiat.* Dum tamen suus superior consentiat ei acceptanti electionem de se factam. Aliter monachus non potest consentire, *Glossa in d. cap. Nullus*, & in *cap. Si religiosus, cap. Quam sit, cap Quorundam, eod. tit. in 6.* Etiam an monachus factus episcopus sit solutus à statutis suæ regulæ? die quòd non; *Glossa*, verbo, *Prædicatores, in cap. Quorundam, de elect. in 6. Covar. in cap. 1. de testam. nu.* 18. si non impediant Pontificale officium, ut deferre habitum secundum *Thom. 2. 2. q. 185. art. 4.* & *cap. Clerici*, in fin. *de vita, & honest. cleric.* & vide semper *Caiet. in opusc. 27. quæst. 22. Suar. tom. 5. disp. 23. sect. 4. num.* 34. *Reginald. in pract. pœnitent. lib. 18. nu.* 406. Quæres hoc loco. Si aliquis ex monacho in episcopũ assumptus, propter aliquod delictũ ab episcopatu deponatur, & in monasterium ad agendam pœnitentiam detrudatur, utrum possit iterum ad episcopatum revocari? Est cõmunis auctorũ opinio negativa. Ita *Mayol. de irregul. lib. 3. cap. 6. nu. 4. Flamin. de resignat. lib 5. q. 3. nu.* 242. concordat *textus in cap. Post translationem, de renuntiat. cap. Hoc nequaquam, 8. q. 1. cap. Temporis, §. Idem, eadem causa, & quæstione.*

Et non potest similiter comedere carnes, quarum usus est monachis prohibitus, ut est *Glossa ult. in cap. Carnem, de consecrat. dist. 5.* vide *Zerol, in pract. episcop. 1. p.* verbo, *episcopus*, vers. 8. non tamen habet fructuũ dominium, & pprietatẽ bonorũ. *D. Th. 2. 2. q 88. art. 11. ad 4. & q 185. art. 8. Molin. de iust. tract. 2. disp. 140.* ad fin. *Lessius lib. 2. de iust. cap 41. nu. 29. & cap. 40. nu. 113. Navar. de reddit. p. 1. defens. monitu 11. nu. 13.* 3

In textu, ibi, Aprutium. Aprutium est Italiæ regio inter Apuliam, & Picenum, ubi multi populi; sunt in ea civitates Aquila, Adria, Sulmo, Orrona, Arpium, Aquinum, & aliæ. 4

Ad cap. Quoniam. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Visitator, quot modis dicatur?*
2 *Papa solus dat huiusmodi administratorem, & quæ potest?*
3 *Capua urbs Italiæ.*

IN

1 IN textu, ibi, Viſitator. Ideſt adminiſtrator, ac cuſtos rerum *cap. fin. de ſupplenda neglig. prælat. in 6.* & interceſſor *cap. Conſtitutum, 7. q. 1.* & cuſtos, & œconomus, alibi commendatarius, *cap. Nemo, de elect. in 6.* ubi *Gloſſa*, verbo, *viſitator*, noſtrum textũ citat, de quo *Boer. deciſ. 2. nu. 29.* faciunt quæ tradit *Gloſſa* per illum *textũ in cap. Is, cui, de elect. lib. 6. Rebuf. in praxi, p. 1. tit. Requiſita ad collationem, nu. 17. & 19.*

2 In textu, ibi, De proventionib⁹. Ex quo nota, quòd huiuſmodi viſitatori incũbit cuſtodia bonorum Eccleſię vacantis, ut hîc *Gloſſa*, verbo, *redditu*, & omnis ſolicitudo totius epiſcopatus in civitate, *cap. Obitum, ſupra eodem cap. Quoniam, 12. q. 1.* & ſolus Papa dat huiuſmodi epiſcopatus adminiſtratorem cum plena poteſtate, ex qua omnia adminiſtrator poteſt p inde, ac verus epiſcopus, & confert beneficia, quod alij adminiſtratores, vel œconomi ab epiſcopis inferioribus, beneficijs vacantibus præpoſiti, vel à Capitulo epiſcopatui ſedę vacante conferre non poſſunt, *cap. fin. §. fin. de ſupplenda neglig. prælat.* propter plenitudinem poteſtatis, quam habet Papa in beneficijs, *cap. Propoſuit, de conceſſione præbend.* De poteſtate huiuſmodi viſitatoris, vide in *cap. Is, cui, 42. de elect.* & in *cap. Conſtituerum, 7. q. 1.* Tempus huiuſmodi adminiſtrationis à Papa conſtitutũ non eſt: ſecus in alijs adminiſtratoribus conſtitutis ab epiſcopis; quibus ultra ſex menſes non poteſt cõmendari, *cap. Nemo, 15. de elect. in 6.* vide hîc *Præpoſitum*, & in *cap. Obitum, ſupra eodem.*

3 Ibi, Capuanę Eccleſiæ. Capua urbs Italiæ; olim totius Campanię præſtantiſſima, quam Vulturnus amnis interfluit, camporum latitudine, in quibus ſita eſt, ita dicta, licèt *Livius* à Capij Sãnitium duce dictam exiſtimet. Habet maximã diem horarum 15. & diſtat ab Alexandria verſus occaſum horis 3. *Ptolem. lib. 3. tab. Europa. 6.*

DISTINCTIO. LXII.

CAP. Nulla. I.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio epiſcopi facta ſine conſenſu populi, an caſſetur?*
2 *Præpoſitio*, De, *quid ſignificet?*
3 *Pontifex an debeat inſtituere epiſcopos ſine conſenſu regum?*

1 IN textu. Ex quo videtur ꝓbari, quod conſecratio epiſcopi requirat populi conſenſum, idem *textus in cap. In nomine*, verſ. *Nulla. 23. diſt. cap. Licèt, 8. q. 1.* Facta tamen ſine dicto conſenſu non caſſatur conſecratio, ut hîc *Gloſſa*, verbo, *nec à plebibus.* Dicitur autem populus conſentire expreſſe, vel tacitè, eo ipſo quòd non diſſentit ſecundum dictam *Gloſſam* per *cap. Si ſervus*, ſupra *diſt. 54.* & *l. 2. ff. ſolut. matrimon.* & facit *reg. Qui tacet, de regul. iur. in 6.* Sed quomodo hoc intelligatur, vide *Azor. in ſumm. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. verſ. Tertiò*, qui noſtri textus meminit. 1

2 In textu, ibi, De. Quæ præpoſitio regulariter cauſam materialem, & immediatam ſignificat, ſicut ſi dicatur, *cultellus eſt de ferro*, cauſa materialis eſt ferrum, tradit *Bald. in l. Ex hoc iure, nu. 14. ff. de iuſtitia, & iure*, *Pavinus de poteſtate Capit. præludio 1. nu. 1. Pariſ. conſ. 18. nu. 37. vol. 3.* ſecus ſi iungatur loco, ut quia dicatur, *Antonius de Vliſſippone*, quia denotat originem, ut tradunt *Bald.* & *Pavin.* ubi proximè. Vnde ſi ſtatutum ponat certam pœnam accuſato de homicidio, non habebit locum in eo, qui mandavit cõmitti homicidium; quia dictio, *de*, ſignificat cauſam propriam, & immediatam, & mandans non fuit cauſa proxima, & immediata, ita tenet *Bald. in l. Non dubium, notab. 5.* & ibi *Caſtrenſ. nu. 11.* & *Iaſ. nu. 24. C. de legib.* & plures alias ſignificationes vide per *Cened. ſingulari 10.*

In Gloſſa 1. ibi, Invito. Igitur epiſcopi electi non ſunt à Romano Pontifice inſtituendi, niſi epiſtolam approbationis à ſuperiori obtinuerint. Nam & Regis intereſt noſſe qui ſint, qui Eccleſias intra eius provinciam ſunt adminiſtraturi; ut poſt *Innocent.* & *Abbatem*, tradit *Covar. in regul. poſſeſſor. 2. p. §. 10. verſ. Olim*, latè *Palatius in introductione rubr. num. 29.* ante finem, qui uterq; noſtram *Gloſſam* ſequuntur, & ante illos *Benedictus in cap. Raynuntius*, verbo, *Et uxorem nomine Adeleſiam, nu. 367. Igneus in l. Neceſſario. §. Non alias, nu. 331. ff. ad Silenianum. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, p. 5. conſiderat. 24. nu. 294.* 3

CAP. Docendus. II.

SVMMARIVM.

1 *Vanæ voces populi non ſunt audiendæ.*
2 *Conatus, an, & quando puniatur non ſecuto effectu?*

1 IN textu, ibi, Populus non ſequendus. Vanæ enim voces populi non ſunt audiendæ *l. Decurionum, 12. C. de pœnis, l. Ad beſtias, 31. ff. eodem. cap. Vnuſquiſq;, 22. q. 4. Præpoſitus in cap. Canones, diſt. 15. nu. 5.* ad med. *Imol. in cap. Grave, nu. 20. de prabendis.* Sunt qui opes non iudicio perpetuo, ſed impetu conferunt Eccleſiæ, & mox revocare ſatagunt *cap. Sunt qui, 17. q. 4.* Socrates iudicium vulgi reiecit, vulgus enim motui cedit, ut ligna ſecuri. Imò nulli chriſtianorũ eſt incognitum iudicium populi erga Dominum noſtrum, qui primo eum excepit, ut Regem, & acclamationibus benedicebat. *Benedictus qui venit in nomine Domini, Matth. cap. 21.* & *Luc. cap. 19.* & paucis poſt diebus clamavit. *Tolle, tolle, crucifige eum;* & electione ſua prætulit illi homicidam latronem Barrabbam *Matth. cap. 21. Marc. cap. 15. Luc. cap 23.* Scimus, & quomodo populus Lyſtris D. Paulum adoravit, ut Deum, & Barnabam, ſtatim verò perſuaſus à Iudæis, lapidaverit eum, & traxerit extra civitatem, exiſtimans eum iam mortuum *Actor. cap. 14.* & vide circa textum *Mantua lib. 1. dialogo 20.*

2 Ibi, Conatus. An, & quando puniatur non ſecuto effectu, ſunt videndi *Menoch. de arbitrar. caſu 360. nu. 36.* & ſeq. & *conſ. 101. nu. 66. Afflict. in Conſtit. Neapol. lib. 1. rubr. 11. nu. 1. Socin. reg. 31. Dueñas reg. 35. Maſcard. concluſ. 138. nu. 2. Cened. 2. p. collect. 92. nu. 5. Aloyſ. Riccius collect. 326. 766. 1867. & 1895. Buer. deciſ. 316. nu. 2.* & plerunque affectus non punitur niſi ſequatur effectus. *Dueñas reg. 35. Thomas de Thomas in floribus legum, reg. 18. Bened. Ægydius in cõment ad l. Ex hoc iure, ff de iuſt. & iur. p. 1. cap. 7. nu. 32. Franc. Galet. in margarita caſuum conſcientiæ,* verbo, *affectus, Brunus à Sole in locis cõmunib. eodem verbo. Farinac. in praxi crimin. part. 1. q. 17. num. 49. Cardin. Fuſcus tom. 2. littera C, concluſ. 544.* Si quæras quænam ſint atrociſſima delicta, in quibus puniatur conatus nullo ſecuto effectu? Reſpondent plerunque Doctores, eſſe crimen læſæ Maieſtatis, ſimoniæ, aſſaſinij, veneficij, & crimen quod cõmittit ille, qui alium veneno vult interficere. Vnum tamen eſt notandum, quòd licèt in atrociſſimis delictis puniatur conatus, non ſecuto effectu, ſecũdum *Bart. Bald. Hyppol.* & *DD. in l. Is, qui cum tela, C. ad l. Cornel. de ſicar. Felin. in tractat. quando conatus punitur;* non tamen punitur eâdem pœna; tradunt *Grãmat. voto 8. nu. 9. & voto 9. nu. 8. & deciſ. 11. & 74. Marſil. in l. Vnica nu. 224. C. de raptor. virgin.* & vide *Afflict. deciſ. 21. & 276.* fallit textus, quando pœna infligitur contra attentantem, ut textus hic. quia quando aliqua prohibentur tentari; quicumq; conatus ſufficit ad incidendum in cenſuram Sedis Apoſtolicæ, ut ait *Archid. in præſenti,* & vide latiſſimè *Tuſch. tom. 2. in principio, concluſ. 544.* & ſeqq. & *cap. Pro humani, de homicidio, in 6.*

CAP. Nullus. III.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus qui non eſt legitimè electus, an poßit conſecrari?*
2 *Dictio,* nullus, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Collige ex textu, quod epiſcopus, qui non eſt legitimè electus, non poteſt conſecrari, idem *Gloſ. in cap. Si qui,* & *cap. Ordines, 1. q. 1.* & *Archid. hic, Bertach. in tract. de epiſcop. 2. p. 3. p. lib. 3. nu. 2.* Imò conſecratio non valet, quãdo electio fuit invalida. *Ioann. Andr. in cap. Licèt, de tranſl. epiſcop.* & *Bald. in cap. 1. in fin. de his, qui feud. dare poß. in uſibus feudorum,* quos ad hoc refert, & ſequitur *Bertachin. de epiſcop. lib. 3. in 4. p. 3. part. tit. de cauſa finali, de effectu conſecrationis epiſcopi, num. 6. fol. 158. in vol. 2. tract. in antiqua impreßione, & in noviſſima, vol. 13. p. 2. fol. 323.* ſed male eos intelligit, & peius citat.

2 In textu, ibi, Nullus. Quæ dictio eſt univerſalis negativa, & omnia excludit *Bart. conſ. 47. Puccinus* in principio, *lib. 2.* quem ſequitur *Tuſc. tom. 2. littera D. concluſ. 316. Abb. in cap. Cum ad noſtram, 37. nu. 5. per illum textum, de elect. Gom. in cap. Mulieres, nu. 18. de iudicijs, lib. 6. Tiraq. in l. Si unquam,* verbo, *revertatur, nu. 93.* & ſeqq. & *nu. 229. & 243.* Aliquando non eſt univerſalis negativa. *Abb. in cap. ult. nu. 35. de præſcriptionibus,* p textum in *cap. Abbas, iuncto cap. Non ſolum, §. Pro talibus, 18. q. 2.* ubi ille textus non obſtante dictione, *nulla,* non excludit præſcriptionem longiſſimam. *Tiraq. de retractu conventionali, §. 1. Gloſ. 2. nu. 12.* alia tradit *Cened. ſingulari 67.*

DISTINCTIO. LXIII.

IN SVMMA.

1 *Fundatores Eccleſiæ omnes efficiuntur patroni.*

1 AD Gloſſam in ſumma, verbo, Laici, ad finem. Collige ex illa, quòd licèt fundatores Eccleſiæ æqualiter non contribuerint ad dotationem ipſius, attamen omnes efficiuntur patroni,

patroni,& ita eſt patronus ille,qui dedit modicũ, ſicut ille,qui dedit multũ,de quo vide *Abb. in cap. 3. de eccleſijs ædificandis numer.* 4. ubi hanc Gloſſam appellat bonam, cum quo illam limitabis, & ibi vide *additionem littera A. Rochũ de iure patronatus* verbo,*eccleſiam fundavit quæſt.* 3. & verbo, *conſtruxit quæſtione* 2. & verbo, *dotavit quæſt.* 11. *num.* 19.

CAP. Nullus. I.

SVMMARIVM.

1 *Laici electioni cum Canonicis intereſſe prohibentur,etiamſi ſint Reges.*
2 *Canonici an poſſint ſeparatim conſentire in actibus capituli?*
3 *Eccleſia vocatur congregatio fidelium, eccleſia malignantium,quæ dicatur?*

1 IN textu. Collige ex textu quód laici electioni cum canonicis intereſſe prohibentur,idem *textus in cap. Maſſana de electione,& Extravag. Debent,Bonifacij. 8 inter communes de officio ordinar.* citati per *Henriq. Boteum de Synodo Epiſcopi 2. part. num.* 34. *in* 2. *vol. tract.* Laicus namq; etiamſi ſit patronus, nõ poteſt ex conſuetudine ius intereſſendi in electione prælati ſibi vendicare; *Selva de beneficijs* 2 *part. quæſtione* 23. *num.* 30. *vol.* 15. *tractat.* niſi ex privilegio, ut ait *Petrus à Biaxio. in directorio electionum* 1. *part. cap.* 1. *num.* 4. *in fine, & num.* 5. *in vol.* 14. *Tractat. fol.* 64. Sic non debẽt laici electioni Pontificũ ſe inſerere, etiamſi Reges ſint,idque ſub anathemate prohibetur; de quo videbis latiſsimè *Baronium tom.* 10. *Annalium anno Chriſti* 869. *numer.* 52. *ad finem,&* 53. cum ſequentibus, qui textum refert late *Caſtaldus de Imperatore quæſtione* 99. *&* 109.

2 In Gloſſa 1. ibi, Separatim. Docet *Gloſſa* Canonicos non poſſe ſeparatim in actibus Capituli conſentire, quia liberiùs, & maturiùs fit deliberatio per congregatos; quam opinionem docet *Innocent*; *Berout, & Abb in cap. in Geneſi de electione Bart. in l. omnes populi* verſ. 3. *quæritur, ff. de iuſtitia,& iure*, quos, & alios refert, & latè comprobat *Felinus in cap. cum omnes numer.* 24. *de conſtitutionibus*, qui noſtræ Gloſſæ meminit, & vide ibi *additionem littera B.*

3 In Gloſſa verbo, Eccleſia, ibi, Quandoq; vocatur congregatio fidelium. Idem *Numer. capit.* 20. verſ. 4. *& Regũ* 1. *cap.* 17. verſ. 47. *&* 3. *Regum cap.* 8. verſ. 14. Verum eccleſia malignantium,& congregatio malorum conventicula in iure nominantur, quæ prohibentur *l. conventicula* 15. *Cod. de Epiſcopis, & cler. l.* 3. *Cod. de. haret. Pſal.* 25. verſ. 5. Vnde eſt eccleſia malorũ,& eccleſia Dei, *Actorum cap.* 20. 1. *ad Timotheum, cap.* 3. verſ. 5. *Matthæi cap.* 16. verſ. 18. *cap. Sed & illud* 27. *quæſt.* 2. *cap. legimus* 93. *diſt. cap. in novo, & cap. quamvis* 21. *diſt. c. ſacroſanctæ* 27. *diſt.* Quæ eſt una, *cap.* 1. §. *Vna de ſumma Trinit. cap. ſcire debes* 7 *q.* 1. *cap. pudenda cap. ſchiſma* 24. *q.* 1. & Catholica, *cap. palam,* 11. *diſt.* caput eius eſt Chriſtus *ad Epheſ. c.* 4. verſ. 22. *cap.* 5. verſ. 23. *&* 1. *ad Corinth. cap.* 12. verſ. 27. *cap.* 1. §. Sed ubi *de ſacroſ. unct. cap. Romani de iure iur.*& illa *corpus Domini* dicitur 1. *Corint. cap.* 12. verſ. 12. *&* 27. *Vnum ovile, & unus paſtor. Ioann. cap.* 10. verſ. 16. & illius univerſalis paſtor, *cap. quicumque cap. alienat* 24. *quæſtione* 1. *cap. Eccleſiæ paradiſo* 45. *de conſecratione diſt.* 4. Adde poſita *ad cap. ult. infra diſt.* 81.

CAP. Adrianus. II.

SVMMARIVM.

1 *Bibliothecanus eſt,qui ſcripta habet recondita.*
2 *Antiqua electio ſummorum Pontificum.*
3 *Filij Imperatorum dicuntur etiam Auguſti.*
4 *Laicus poteſt ad electionem invitari.*

1 IN textu, ibi, Bibliothecanus. Id eſt librorũ de poſitarius, qui ſcripta, & negotiorum geſta, pro exemplaribus apud ſe habet recondita, ut hîc *Archid.* & locus, ubi reponuntur, vocatur *archivum*, ſeu *archivas*, vel *chartophilacium* Gloſſa verbo, *chartophilacio in cap.* 1. *de probat. Cenet.* 2. *part. collectan.* 167. *num.* 4. *Stephan. Quarantæ in ſumma bullarij*, verbo, *archivus*; alibi dicitur *guzophilacium*, alibi *phylacteria ſcribarum*, alibi *enchiridion Gloſſa in ſuperſcript. cap. ſanè de pœnit. diſtinctione* 3. *cap. oblationes* 90. *diſtinctione.*

2 In textu, Ad medium, ibi, Neminem laicorũ Principum. Non poſſunt igitur Reges ſemet inſerere electioni,vel promotioni epiſcoporum,ut notavimus ſupra *cap.* 1. & ex noſtro *textu*, notavit

Præpoſitus in cap. Canones num 2. poſt medium, ſupra *diſt.* 15. eleganter *Baronius tom.* 10. *Annalium anno Chriſti* 869. *num.* 52. & ſequentibus, verſ. *promotiones*, ubi verba noſtri textus refert, & de antiqua electione ſummorum Pontificum, vide omnino *Burſatum conſ.* 226. qui latè agit qua forma per 256. annos à nato Chriſto creationes Pontificum, electiones epiſcoporũ, & beneficiorum inferiorum collationes ſint progreſſæ, & vide ad quod adducat noſtrum textum *Azor. part.* 2. *inſt. moral. lib.* 5. *cap.* 16. verſ. *Hinc factum eſt.*

3 In Gloſſa verbo, Auguſtos.

Docet *Gloſſa* quod filij Imperatorum dicuntur etiam Auguſti, ſic appellantur Reges, filij Regis *l.* 2. §. *exactis. ff. de origine iuris*: ubi Iuriſconſultus dicit exactos Reges numero multitudinis, cum unus tãtum Rex eſſet ſcilicet Traquinus, & ita verba *d. l.* 2. intelligit *Zozius*, & poſt eum *Cagnolus*, quos refert, & ſequitur *Tiraq. in l. ſi unquam in præfatione num.* 21. quod plane aſſerit *Gloſſa in cap. ult.* 22. *quæſt.* 1. ex eo textu qui Regem vocat quempiam filium Regis. Idem *Tiraq de iure primogen. quæſtione* 33. *num.* 5. & utrobique noſtræ Gloſſæ meminit, *Antonius Gomez tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 5.

4 In Gloſſa verbo, Invitatur.

Nota ex *Gloſſa*, quód laicus & ſi intereſſe non debeat electioni, ut *in cap.* 1. ſupra diximus, poteſt tamen ad eam invitari, ut ibi ait *Archid. num.* 1. & vide *Felin. num.* 8. *in cap. Apoſtolica de excep.*; qui noſtræ Gloſſæ meminit.

CAP. Valentinianus. III.

SVMMARIVM.

1 *Valentinianus Imperium adeptus anno Domini.* 369.

2 *Principibus, & laicis quare prohibeatur ne huiuſmodi electionibus ſe immiſceant? & an eorũ legibus teneantur clerici.*

3 *Imperator an poſsit excommunicari à quocumq; epiſcopo, cui ſubſit, & n.* 4.

5 *Eligens indignum quomodo puniatur?*

6 *Imperator non debet habere ordines ſacros.*

1 IN textu. Principum authoritatem in electionibus prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum non interveniſſe primis chriſtianorum temporibus, non eſt in dubium revocandum; cum nec chriſtiani illi eſſent, vel ſi eſſent, fidem profiteri vellent, & potius perſequerentur chriſtianos, quam eis conſultum vellent; fuerunt, & pij Imperatores, qui conſultò etiam tantum onus depoſuerint, & reliquerint eccleſiaſticis perſonis. Valentinianus qui Imperium adeptus eſt circa annum Domini 369. noluit de electione epiſcoporum cognoſcere, ſed ad alios epiſcopos munus relegavit, qui cognoſcerent qualis eſſet ex ſacra pagina eligendus, ut habetur, *lib.* 7. *hiſtoria tripartitæ cap.* 8. ex quo textus ille fuit deſumptus, & vide *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformatione, c.* 17. *in fine, & c.* 20. *in fine* latiſsimè *Caſtaldus de Imperatore quæſt.* 100.

Communis ratio prohibitionis factæ Principibus, & laicis, ne electionibus ſe immiſceant, ſumi poteſt ex eo, quód omnibus interdicta ſit de rebus eccleſiæ diſponendi, vel ſtatuendi facultas *cap. non placuit.* 23. *cap. laicis* 24. & ſequentibus. *cap. Si quis Principum* 16. *quæſt.* 7. *cap. bene quidem* 96. *diſt.* etiam ſi in favorem eccleſiæ aliquid agant ſtatuendo, idque propter defectum poteſtatis, *cap. eccleſia* 10. *de conſtit. Azor. inſt. mor. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 4. & *part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. *quæſt* 9. *Caldas Per. de nominat. emphyt. quæſt.* 16. *num.* 28. *Sanches tom.* 2. *Decal. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 4. *Surd. conſ.* 301. *num.* 9. *Soar. de legib. lib.* 3. *cap.* 34. Illud tamen uberioris doctrinæ gratia adnotandum eſt, laicorum leges, & ſtatuta, quando aliquid ſimpliciter diſponunt, neque iuri Canonico contradicunt, ſi debitam habeant honeſtatem, ſaltem vi directiva ligare perſonas eccleſiaſticas. Ita *Tiraquel. de retract. lig.* §. 1. *Gloſ.* 13. *num.* 4. *Cotta in memorab.* verbo, *Clerici ligantur. Matienſo l.* 7. *Gloſ.* 2. *num.* 17. *tit.* 11. *& l* 1. *Gloſſa* 1. *num.* 2. *tit.* 25. *lib.* 5. *nova recopil. Mexia in tract. taxæ panis concl.* 5. *num.* 3. *Hieron. Portoles in tract. de conſortibus, & fideicom. legalibus cap.* 31. *num* 3. Exemplum ſit. Quando iuſta rerũ pretia à laicis taxantur, tunc ſi clerici ſuũ frumentum, vel alias res venales velint exponere, obligantur laicorum ſtatutis pretia taxantibus. *Navar. in Man. cap.* 23. *num.* 88. *Bann.* 2. 2. *quæſtione* 67. *art.* 1. *dub.* 2. *Sot. lib.* 1. *de inſt. quæſt.* 6. *art.* 7. *Bellarm. lib.* 1. *de clericis cap.* 28. & alij apud *Suar.* ſupra citatum. *Sayr. in clavi regia part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 16. *Vaſquez de leg. diſput.* 167. *capit* 4. Ratio vero ob quam laici prohibentur aliquid circa clericos ſtatuere eſt, ne inordinata fiat confuſio, vel contentio *cap.* 1. *ſuper hac diſt.* Ordo namque confunditur, ſi ſua iuriſdictio cuique non ſervatur, *cap.* 29. *pervenit.* 11. *quæſtione* 1. extat in conſtitut. Apoſtolicis D. Clementis *c.* 31. & 35. Nota eſt hiſtoria vindictæ Dathan. & Abiron. & aſſeclarum ob uſurpatam poteſtatem contra Moyſen, eo quod voluerint, ut ille, divina tractare, *Numer. cap.* 16. *Eccleſiaſt. cap.* 45. verſ. 22. & docet nos exemplum Oze, qui

quando

quando reduceretur arca Domini, manum ad aream extendit,& tenuit eam,quoniam calcitraverant boves, qui eã ducebant, & declinaverant eam, iratuſque eſt Dominus ſuper temeritate,& percuſsit eum,& mortuus eſt ibi iuxta arcam 2. *Regum cap.* 6. verſ. 6. *&* 1. *Paralipom. capit.* 13. verſ. 9. non enim erat Levita.

3 In textu,ibi, Eius monita ſuſcipiamus. Igitur Reges, & alij Principes etiam Imperatores, iure cõmuni attento, nullum habent exemptionis privilegium quominus ab epiſcopis excommunicari poſsint, *cap. Duo ſunt.* 96. *diſt.* ubi beatus Ambroſius Theodoſium Imperatorem excõmunicans, ab eccleſia excluſit, quouſque pœnitentiam egit, de qua *in cap. cum apud Teſalonicam* 11. *quæſtione* 3. & Valentinianus Imperator in præſenti epiſcopum poſtulabat,cui ipſe & alij Principes capita ſua ſubmittere, unde etiam Principes tàm maioris ordinis, quàm etiam inferioris, epiſcopis non obedientes, à conſortio fidelium, & à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alienos fieri probat *textus in cap. ſi autẽ* 11. *quæſt.* 3. & denique Reges, eorumque filios excommunicari poſſe, niſi ſpeciale habeant privilegium, probat *textus in cap. ne aliqui de privilegijs lib.* 6. Ex quibus,atque alijs hanc regulam affirmativam conſtituit *Gloſſa*,verbo,*excõmunicavit in d.cap.duo ſunt*, recepta communiter ex *Dueñas regula* 378. *ampliatione prima*, & poſt *Mandoſium* eleganter comprobat *Vgolinus de cenſuris tabula* 1. *cap.*17. §. 1. *&* cap. 2. §. 12. *num.* 5. *Caſtaldus de Imperatore quæſtione* 50. *num.*24.& ſequentibus,*& quæſtione* 65.*num.*7.

4 Contraria tamen opinio quòd Reges, & Imperatores ab ordinariorum poteſtate exẽpti ſunt,& à ſolo Papa excõmunicari poſſunt, poſt *D. Antoninum, & Sylveſtr.* notat *Henriquez in ſumma lib.*13.*cap.*25. §. 5. & ſecurè tradit *Emmanuel de Saa in Aphoriſmis*, verbo, *excommunicatio*, *num.*15. *Graſſ. in aureis deciſionibus lib.*4. *c.* 6. *num.* 11. verſ. 7. fundamentum eſt,quia ſtatuto, vel ſententia quantumcumque generali Ordinariorum, & Epiſcoporum non poſſunt ligari exempti à poteſtate ipſorum, ut probat *textus, in cap.* 1.§. *in eos,de privilegijs lib.*6. *textus notabilis, in cap.*1. verſ. *Ex parte de conceſsione præbendæ, eodem lib.* cum ſimilibus, quæ latè exemplificat *Vgolinus de cenſur.d.tabul.* 1. *cap.*17.§.6. *á numer.*5. *Graſſ.d.cap.*6.*num.*2.

5 In Gloſſa verbo, Super vos. Eligens indignũ quomodo puniatur, *Rebuf.in praxi p.*1.*titul. Pœna contra collatores num.*10. & ſequentibus. *Cened.*2.*par collect.*56.*num.*6.*& Gonçal. ad regul.*8. *Cancell. Gloſſa* 4. *à num.*51.& ſequentibus. *Covar. in regul peccatum* 2.*part.* §.7. *numer.* 2. *Salzed in pract. cap.* 21. & novisſimè *Vincentius Filliucius in ſumma tomo* 2.*tract.*32. *cap.*7. *num.* 186. *&* 187.& quod eleganter congerit *Palatius in repetitione cap.notabili.* 3.§.26.*num.* 11.*Decian.tract. criminal.lib* 4.*cap.*9.*numer.*2. qui noſtri textus meminere. *Tiraquel. limit.*1.*numer.*32.§.*Hoc ſermone. Bellacomb.tomo* 1.*commun.opinionum lib.*1.*art.*5.*num.* 22.*pag.*171. *Molina de primogen.lib.*2.*cap.*4 *num.* 38. *Caldas Per.de poteſt.elig. cap.*1.*nu.*60. cum quibus dic, eligentes ſcienter indignum, privari ipſo iure electione,& ius eligendi amittere, & ſimiliter patroni eccleſiaſtici,qui dicuntur eligere,privantur jure præſentandi. *Aloyſ. Ric. in collect.* 1026. *&* in *praxi aurea reſolut.* 441. *Mart Antonin.ſac.reſolut.lib.*1.*reſolut.*19.*num.*15. Epiſcopos peccantes in collatione beneficiorum eſſe excommunicatos excommunicatione Papali, ait idem *Vincentius Filliucius tom.* 1. *tract.* 15. *de cenſuris cap.* 9.*num.*201. verſ.*Dico* 2.

In Gloſſa ultima. Ait *Gloſſa* quoſdã dixiſſe,quòd Imperator debebat habere ordinem ſubdiaconalem , quos meritò Gloſſa reprehendit, ſequuntur *ſpeculator in tit.de legibus* §. *Nunc ollendẽdendum* verſ.29. *Bald. Abb.* & alij,quos refert,& comprobat *Decian.in pract.criminali lib.* 4. *capit.*9. *num.*4. verſ. *Quia reſpondetur. Rationale divinorum officiorum lib.* 2.*cap.*8.*nu.* 6. 6

CAP. Pòrro. IV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt eligendus authoritate Apoſtolica,non Regio favore.*

2 *Electivæ dignitates nõ vacant in Curia Romana,quod limitabis.*

IN textu. Nota quod Epiſcopus eſt eligendus authoritate Apoſtolica,non Regio favore ſecundum *Archid. hic num.* 1. & *cap. quod quidam* 1. *quæſt.* 1. *& cap. Si quis autem in Gloſſa ubi.*1. *quæſt.*6. Electio enim facta per ſæcularis poteſtatis abuſum,eſt ipſo iure nulla *cap.* 39. *Hinc eſt* 16. *quæſt.* 1. & habetur in *Nicæna ſynodo* 7.*ſub Adriano*,1.*anno Domini.* 790. *cap. Si quis epiſcopus* 16.*quæſt.* 7. *Anſelm. lib.* 6.*cap.*8.*Anton de Roſel.de poteſtate Imperat.n* 48. *vol.*14.*tract.fol.* 333.*in antiqua impreſsione & Petrus à Biaxio in Directorio electionum.*1.*p.cap.*10.*nu.* 1.*fol.* 64. *eodem vol.*14. & eſt excõmunicandus talis electus, ut hìc *cap.*5. *cum Gloſſa*, verbo, *recipi. & cap.præterea de iure patron.* & ht ineligibilis *cap. quiſquis de elect.& Petrus à Biaxio* ubi ſupra 2.*part cap.*11.*num.* 1. 1

In textu,

2 In textu, ibi, Trevirenſi. Licet enim dignitates electivæ nõ vacent hodie in Curia Romana, nec in eis locum habeant reſervationes, *textus in pragmatica titulo de reſervationib. cap.* 1. & ibi *Gloſſa cap.* 4. *§. ſtatuit. de electione*, qui textus videtur decidere hanc quæſtionem, dũ dicit, ut electio in dictis eccleſijs ſine impedimento, aut obſtaculo omnino fiant, quæ verba imponere videntur, quód eligere debentes poſsint abſque aliquo ad electionem procedere. Hoc tamen fallit in eccleſia Trevirenſi, Colonienſi, & Ravennatenſi, in quibus electio ſolùm ſpectat ad Papam, & ita intelligit noſtrum textum *Gloſſa*, hic verbo, *Eligi* quã ſequitur poſt alios *Boerius deciſ.* 2. *nu.* 4.

CAP. Super ordinationem. V.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Pariſienſe* 1. *quando celebratum?*
2 *Paſchalis Papa coactus conceſsit Imperatori inveſtituras Epiſcoporum.*
3 *Celeſtinus tertius reprobavit cõſuetudinem, quòd electio de voluntate ſæcularis fiat.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Pariſienſi 1. Celebratũ anno Domini 560. ſub Pelagio 1. Iuſtiniano Imperatore ut tradit *Padilba in epitome Conciliorum fol.* 33. Sed melius *Baronius tom.* 7. *annalium* docet fuiſſe celebratum anno Chriſti 559. Pontifice Ioanne I. in quo Concilio ſanctiſsimi Galliarum Epiſcopi inſurgentes adverſus Regios miniſtros, qui in res eccleſiarum manus inijciebant quotquot id facere auderent, anathemate feriendos eſſe ſanxerunt, non in angulo, Regum timore ſynodum coegerunt, ſed Pariſijs, ubi Rex ipſe degere conſuevit. Præerat tunc eccleſiæ Pariſienſi ſanctus Germanus, quem æſtuantẽ zelo eccleſiaſticæ diſciplinę authorem fuiſſe eiuſmodi congregandi Cõcilij Baronius autumat. Interfuerũt Epiſcopi quindecim, ſtatueruntq; Canones novem tantum numero, ſed virtute pollentes, quibus Regum, eorumque miniſtrorum ſibi nimium ſumentium, temeritatem repreſſerunt.

2 In text. ibi, Ordinationẽ Regiã. Quia non recipitur, qui Regia ordinatione Epiſcopale culmen eſt adeptus, propter quæ Põtifices multa mala, & afflictiones ſuſtinuerũt: Papa namque Paſchalis ſecũdus cum Cardinalibus ab Henrico V. eſt in carcere detentus, anno Domini 1100. ubi multis eſt affectus iniurijs, teſte *Antonio ſpecul. hiſtoriali* 2. *part. tit.* 17. *cap.* 1. *in principio*, ita ut coactus ſit Papa Imperatori concedere inveſtituras epiſcoporum, ut à carcere liberaretur. Quam tamen conceſsionem poſtea congregato Concilio Lateranenſi, 100. epiſcoporum anno Domini 1112. tanquã per vim impetratam revocavit, anathematizato, excommunicato, & à gremio eccleſiæ ſeparato Henrico V. ut tradit *Matthæus Pollanus in vita Paſchalis* 2. & facit *cap. ſi quis clericus* 16. *eſt duobus* ſequentibus 16. *quæſt.* 7. Nicolaus II. qui ſedem adeptus anno 1059. & ſtatuit in Concilio Lateranenſi ſummum Pontificem nõ eſſe niſi à Cardinalibus eligendum *cap. in nomine Domini*, 23. *diſt.* Alexander II. eius ſucceſſor anno 1063. re ipſa confirmavit, *cap. Præter hoc* 32. *diſtinct.* & inſuper ſtatuit ne quis ab ullo laico beneficia eccleſiaſtica acciperet, *cap. per laicos* 16 *quæſt.* 7.

Cæterũ anno Domini 1073. electus à Cardinalibus, & ordinatus in ſummum Pontificẽ Gregorius VII. ſtatim admonuit Henricum IV. Imperatorem, ne deinceps largitione corruptus epiſcopus, vel beneficia per ſimoniacã cupiditatem alicui committeret aliter ſe uſurum in illum, & delinquentes cenſuris eccleſiaſticis, quod cum contemneret Imperator, primum proviſos notavit cenſuris, & ipſum Imperatorem contumacem, ut ait *Platina in eius vita Antoninus in* 2. *part. hiſtoria ſummæ cap.* 1. §. 21. Creſcenteque protervitate, in ſummum Pontificem Imperatoris: iterum Concilium Romanum Epiſcoporum 110. collectum anno Domini 1076. & ibi anathemate notati Gilbertus Ravennatenſis Archiepiſcopus, Hugo Cardinalis, & ipſe Imperator; omnesq; ſimoniaci, & qui à laicis reciperent inveſtituram, ut ſcribunt *Vincent. in ſpeculo hiſt. lib.* 26. *cap.* 82. *Cranzius lib.* 5. *hiſtoria Saxonia cap.* 6. *Platina*, & alij. Tandem alio Concilio ipſum Imperatorem imperio privavit, ut narrant prædicti Authores. Summo namque Pontifici omnes Principes mundi ſubijciuntur, ex citatis per *Cened.* 2. *part. collect.* 167. *num.* 1. Celeſtinus III. qui adeptus ſedem anno 1191. reprobavit conſuetudinem, quod electio de voluntate ſæcularis poteſtatis fiat *in cap. cum terra* 14. *de elect.* & idem Gregorius IX. creatus Pontifex anno Domini 1227. *in cap. Sacroſancta* 51. *de elect. & in cap. Maſana* 56. *eodem tit.* in quo emendata eſt conſtitutio Clementis III. qui creatus Pontifex anno 1188. quæ eſt *in cap. nobis fuit* 25. *de iure patron.*

CAP.

CAP. Non est. VI.

SVMMARIVM.

1 *Populus non debet eligere episcopum?*

1 IN textu. Statuit Concilium Laodicense non debere à populo, episcopum eligi, nec ipsius intemperantē cupiditatem, nulla probitatis ratione habita, debet clerus sequi, ut benè advertit *Bursatus lib.2.cons.126 num.10.* qui nostri textus meminit, licet Pontifices, ut fides christiana augeretur, quandoque antea toleratsent, ut plebis arbitratu episcopos clerus eligeret. *cap.1.supra distinctione 62 cap plebs 11. infra hac eadem distinct.* advertit *Bursatus d.nu.10.* Adde posita *ad cap. non licet infra hac distinct.*

CAP. Omnis. VII.

SVMMARIVM.

1 *An Reges habeant ius conferendi beneficia, vel dignitatem ecclesiasticam?*

1 IN textu. Collige ex illo irritam esse electionem presbyteri, vel diaconi à principibus factam: ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad sæculi potestates, quia nullus de manu laici beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam, nec Episcopatum, Abbatiam, vel aliam ecclesiam capere potest. *cap. si quis 3. fin.* cum multis sequentibus *16.q.7.* & de pœna clericorum recipientium episcopatus, vel alia beneficia ecclesiastica de manu Principum; Vide *Anton. Sicul in tract. de potestate Regia quæst.35.* Quod tamen limita nisi à sede Apostolica Principes sint privilegiati, ut possint conferre, vel eligere, *cap. Electus de prabendis cap. cum inter, de consuetudine Glossa in cap. Imperium dist.10. & in summa 16. q. 7.* de utroq; vide latè *Castald. de Imperatore q. 100. Baron tom. 9. annal. anno Christi 787. nu.38.* ubi integrè originale refert, & ait dignum esse quod Regum omnium domus foribus inscribatur. Fuit hæc synodus celebrata anno Adriani Pontificis 16. Constantini, & Irenes Imperatorum anno 8.

CAP. Non licet. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Non eligantur à populo, qui sunt promovendi ad clerum.*

1 IN textu. Docet Martinus Pontifex non posse eligi à populo, qui sunt promovendi ad clerum, de quo vide posita *ad cap. non est, supra eadem. Gregorius Lopez partit. 1. titul. 19. l ult Glossa 10. cap. preterea 4. de iure patronatus,* & ibidem *Abb. nu. 11. Zabarel. quæst. 2. Selva de benef. 3. part. quæstione 4. Paris. cons. 44. vol. 4. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. 3. part. quæst. 1. art. 12. & 14. Cassadorus decis. 35. ad regul. cancellariæ Covar. in cap. Tua nobis 17. numer 8. de testamentis.* Porro de Martino vide quæ scripsimus ad *cap. si quis distinctione 24. & ad cap. 1. distinctione 27.*

CAP. Quia. IX.

SVMMARIVM.

1 *Laici ratione privilegij possunt, & debent interesse non ad eligendum, sed ad consentiendum.*

2 *Laici si ex causa vocantur ad electionem cessante causa non debent vocari.*

3 *Dictio quia quem importet?*

4 *Metropolitanus recipiens pallium transmissum confirmatus.*

1 IN textu. Laici ratione privilegij possunt, & debent interesse electioni non ad eligendum, sed ad consentiendum, ut hic textus in superscriptione, & *Petrus à Biaxio in direct. electionum 1. part. cap. 10. num. 5. Selva de benef. 11. part. quæst. 7. numer. 25. & 26. in vol. 15. tract. fol. 26. impressione antiqua.* Cæterum omnes istos Canones, qui dicunt laicos vocari ad electionem intelligit *Hugo* de patronis *cap. Abbatem 18.q.2. Glossa,* verbo, *Principis in c. Reatina 16. infra eodem,* & vide *cap. nobis 25. de iure patron,* vel erant vocandi ad tempus ex causa, ut *Archid.* hîc, videlicet propter schismata, quæ tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos, & Græcos, qui ecclesiam Romanā quotidie vexabant, ut per *Cardinal. Alban. in*

tract.

CAP. Plebs. XI.

SVMMARIVM.

1 *Fletus est prima vox, quam emittit homo; litibus, & querelis manet expositus.*

2 *Superior cogit subditos sua conservare, honestè vivere, alterum non ladere, ius cuique tribuere.*

3 *Citatio debet fieri ad electionem; & quis possit contradicere.*

1 IN textu, ibi, Flevit. Prima vox, quam emittit homo natus, est fletus, quo se natũ esse etiam conqueritur, & à supplicijs vitam auspicatur, ut prosequitur. *Plinius in proœmio lib. 7.* quasi illæ lacrymæ in ipso vitæ limine editæ, sint futuri laboris divinatrices, & auguratrices. Quod pulchrè expressit *D. Augustin. lib. 21. de civit. cap. 14. Quæ quidem*, inquit, *infantia, quod non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit, nesciens prophetat quodammodo.* Neque minus venuste *Tertul. lib. de anima cap. 19. Mentior*, inquit *si non statim infans, ut vitam vagitu salutavit, hoc ipsum testatus sensisse, atque intellexisse quod natus est.* Imo idem Tertul. observavit, pueros vagientes suum incipere fletũ per litteram A. puellas verò per litteram E. quasi illi in Adamum suas iactent querimonias, hæ verò in Evam, tanquam in caput, & originem totius calamitatis, quam nascendo lacrymis prosequuntur, & omnes incipientis vitæ ærũnas non cantibus, sed vagitibus excipiunt. *Petrus Comestor in sua historia scholastica capit. 18. in lib. Genes. Masculus*, inquit, *recenter natus vlulando dicit A. mulier verò E.* & quidem hominibus adeo naturale est, vitam lacrymis exordiri, ut magni portenti loco habeatur, unum Zoroastrem Bractianorum Regem in nativitate risisse, ut, auctor est *D Augustl. lib. 21. cap. 14. de civit. & Plin. natur. histor. lib. 7. cap. 16.* Omnia querelis, & contentionibus videntur exposita, litibus obnoxia, vel invidia, vel malitia, vel aviditate hominum, vel superbia, & libidine dominãdi potissimum. Sathan lapsus ob peccatum à beatitudine, lites inter hominem, & Deum suscitavit *Genes. cap. 3.* dehinc, & à gradu, & sede paradisi dejectus homo, sensit in se ipso repugnantem legem carnis, & salutis, seu mentis bonæ, *ad Romanos cap. 7. versi. 23.* secumq; & cum alijs suæ speciei progenitis, cœpit dissidere, quomodo verò poterit homo cum alijs pacificè vivere: qui secum pacificè non degit parumque esset adhuc dissidere, si aliud malũ multò maius non adderetur, nempe insidiæ quæ vel contra naturam hominis iudicantur ab Ethnicis; *l. 2. ff. de iust. & iure.* Sunt enim fere omnes lites inter fratres, consanguineos, socios, vicinos, & huiusmodi, inter præpositos, & subditos, quarum causa, quodquis nolit, quæ sua putat, ab alio vsurpari, vel nolit usurpata relinquere; vel aliena cupit usurpare, vel potestate abuti, vel legitimæ potestati non obtẽperare.

Quibus medicamentum, & remedium adhibitum per potestatem superiorum, quæ potest cogere subditos sua conservare, & suis esse contentos, restitutis cuique, quæ eius sunt: item & honestè vivere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere *l. Iustitia, §. iurit. ff de iust & iure*, & ita ratio quare metropolitani, & indices maiores, veluti præsides, & Rectores Provinciæ constituti sunt, est ne potentiores, humiliores iniurijs afficiant, neve defensores eorum calumnioſis eos iniurijs infectẽtur, aut ne sub specie tributorum illicitæ exactiones fiant *l. illicitas 6. §. ne potentiores & §. illicita ministeria, ff. de officio præsidis.* Idcirco iudiciorũm vigor in medio positus est, nequisq; sibi permittere valeat ultionem *l. nullus Cod. de iudicijs*, & quia frustra sunt leges, & constitutiones deficientibus ministris, qui eas exequãtur *l. 2. §. post originem, ff. de origine iuris. Cavalcabus 1. p. decis. 10. nu. 12.* Sed iam læta transijt ætas, & tristis, ac pertrigida hiems sævit. 2

Ibi Convocare. Nota ex textu quód citatio debet fieri ad electionẽ; idem tenet *Bertachin. in tractat. de episcopis lib. 1. 3. p. à n. 9. usq; ad 39. ex cap fille. 35. de elect.* ultra citat. *per Archidiac.* hic alioquin non vocatus, & contemptus potest contradicere, & plus valet illius contradictio quã electio aliorum, *c. bona, 36. de elect.* cõtradicere enim potest aliquis ex electoribus. *Petrus à Bexio in directorio electionum, 3. p. cap. 29. n. 2. fol. m. hu. 79, in vol. 14. Tract. in antiqua impressione, & ibidem Casal. de Bomcompagnis de potestate Papa, nu. 40. folio 350.* Quemadmodum unus canonicus potest agere pro ecclesia sua, etiam alijs in vitis *Glossa, & Archidiac. in cap. Nicæna. 31. dist. Glossa* verbo *apponere in cap. ex parte 20. de ex. test. prebenda.* Imò princeps ex nulla causa potest contradicere electioni si sua intereſit, ut si timeat ne electus sit ex adversarijs, vel hostibus Regni, exploratol, & si possit hoc probari, electio debet retractari *Innocent. in cap. super his nu. & de accusat.* & habetur in *Concilio Basilensi, & Pragmatica sanctione, §. verum tamen.* Vide *Præpos. in cap Ioan. 4. num. 2. supra eodem Azar tom. 1 instit. moral part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio quæritur*, qui nostri textus meminit. 3

CAP. Noſſe. XII.

SVMMARIVM.

1 *Stephanus quintus adeptus ſedem anno 886. ſe ſervum ſervorum Dei appellavit.*
2 *Futurum pro præterito ſæpe ponitur.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Stephanus ſervus. Iſte Stephanus dictus eſt à Platina quintus, & adeptus ſedem anno Domini 886. in quadam epiſtola, ex qua iſte textus eſt deſumptus. *Anſelmus lib. 6. cap. 36.* & ſe ex humilitate ſervum ſervorum Dei appellavit, ut alij ſummi Pontifices, ut noto *ad cap. 2. ſupra 61. diſt.* & de Stephano vide quæ dixi *ad cap. enim vero 4. ſupra diſt. 19.* & meminit noſtri textus. *Azor in ſumma moral. part. 2. lib. 3. capit. 28. verſ. Tertio quæritur.*

2 In textu, ibi, Fore. Id eſt, perveniſſe: futurũ enim ſæpe pro præterito ponitur, *l verbum erit, 123. & l verbum oportebit, §. fin. ff. de verborum ſignific. & l. Titius 25. §. Lucius ff. de liber. & poſthum.* Vnde infertur, quòd gratia ad beneficium vacaturũ comprehendat iam vacans *Gloſſa*, verbo, *vacaturam in cap ſi poſtquam 13. de prabend. in 6.* ubi *Gemin. num. 6. & Franc. nu. 4. & Gloſſa*, verbo, *notoria in Clem. 1. de conceſſ. prabend.* ubi *Vital nu. 36. Miles in repertorio, verbum futuri temporis. Alex. conſ. 136. num. 5. lib. 5. Oldrad conſ 310. num. 4. Roman. conſ. 333. num. 3. Dec. conſ 275. Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria, Gloſſa 11. num. 51.* cum multis antecedentibus, *num. 78.* & fuit deciſum in Rota Romana, in una Lamacen. Canonicatus 6. Aprilis. 1629. coram Cavalerio.

CAP. Epiſcopos. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrari nõ poteſt illigitimè electus.*
2 *Æmilia protẽditur à Ravenna uſque ad Placentiam.*

1 IN textu, ibi, Poſt electionem legitimam. Nam illegitimè electus non poteſt conſecrari, ut *in cap. nullus 3. ſupra 62. diſt.* & ibi diximus *n. 1.* Neque etiam quin, ob eſt examinatus, *cap. qui epiſcopus*, & ibi *Gloſſa 23. diſt.* & eſt *Gloſſa*, verbo, *ignota in cap. de Petro 4. ſupra 47. diſtin.* & quoad clerum electio ponitur in præſenti propriè, quoad vero populum improprié, ut hic ait *Archid.* & noſtri textus meminit *Azor in ſumma moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. verſ. Tertio quæritur.* 1

In Gloſſa. Docet *Gloſſa*, quod Æmilia dicitur à Ravenna uſq; ad Placentiam, reliqua pars Lombardiæ dicitur Liguria, ſic vocata à Rege Liguro; de his habetur *in cap. de Liguribus 43. infra 23. quæſtione 5.* advertit *Turrecrem. in præſenti num. 1.* in Regione Æmiliæ ſunt urbes, Herminum, Cæſena, Saſſina, Faventia, Ravena, Forum, Livij, Bononia, Ferraria, Imola. 2

CAP. Litteras. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non cogitur dare poſtulatum, quando habet iuſtam cauſam.*
2 *Epiſcopus debet ordines celebrare in ſabbatis quatuor temporum.*

1 IN text. ibi, Et ius eũ cõcedere. Nota ex textu, & Gloſſa hic, quod Epiſcopus nũ cogitur dare poſtulatum, *c. Archidiaconũ Florentinũ 85 diſt.* quãdo habet iuſtã cauſam cõtradicendi, *cap. 1. in fin & cap. 2. 1. quæſt. 2. & in Authent. de ſanctiſſimis Epiſcop. §. aliam autem collat. 9.* Quemadmodũ pater non cogitur emancipare filium ſuum *l. non poteſt. 31. ff. de adopt. §. filij. Inſtit. Quibus modis patria poteſtas ſolvitur. Socinus reg. 353.* Sed ſi epiſcopus abſque iuſta cauſa neget, malè facit, *cap. omnis qui 7. quæſt. 1.* & poteſt per ſuperiorẽ cogi, argum *cap. Nullus de iure patron. & cap. nunc vero 9 quæſt. 3.*

Ad finem textus, ibi, Sabbato. Poteſt namque epiſcopus ordines celebrare in ſabbatis quatuor temporũ anni, & in ſabbato ante Dominicam Paſſionis, & in vigilia Reſurrectionis, ut ex noſtro textu deducit *Gregor. Lopez. p. 1. tit. 5. l. 13. Gloſſa 2.* Vide *cap. quoniã §. cæterum 75. diſt. & cap. de eo, de temporibus ordin.* Imò ſi ordines illis diebus perfici nõ poſſint, propter epiſcopi infirmitatem, ſeu ordinandorum multitudinem, poterit ſequenti die Dominicã de mane perficere, dum tamen ipſe, & ordinandi adhuc ſint ieiuni, *cap. quod à patribus, & cap. ſequenti 75. diſt.* 2

CAP.

CAP. Principali. XV.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum morte mandantis, an, & quando expiret?*
2 *Dictio* Ideo *quid ſignificet?*
3 *An in omni beneficio reperiatur ius patronatus, & num.* 4.

1 IN fine textus ibi, ſi vixerimus Ex quo nota quòd mandatum, & receptũ re integra morte mandãtis ſolvitur; quinque ampliationes, & duodecim limitationes vide per *Anton. Gabr. de procurator concluſione* 3. & decem limitationes per *Socin. regula* 254. & tres per *Marſil. ſing.* 44. & undecim per *Aloyſ. Ricc. collect.* 312. Item fallit in gratijs Apoſtolicis, quæ non expirant morte concedentis, *cap. ſi cui de prabend. in* 6. *Anton. Gabr. tit. de prabendis, concluſione* 1. *à num.* 3. ut per *Gonzal. ad regul.* 8 *Cancellariæ Gloſſa* 12. *à num.* 33. *Navar. conſ.* 3. *num.* 1. *ſub tit. de privileg. in novis Gutter. pract lib.* 2. *quæſt.* 74. *& canon. lib* 1. *quæſt* 11. *num.* 6. *Gironda de privilegiorum explicat nu.* 1079 *Marc Anton. var. lib.* 1. *cap.* 74 *nu* 9. Vnde gratiam, ſeu mandatum de providendo in forma digni, nullo modo expirare morte Papæ concedentis re integra, ſed adhuc poſſe executorem ad illius executionem procedere, tenuerunt *Sanches de matr. lib.* 8. *diſput.* 28. *num.* 87. *Nicol. Garcia de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 300. *& nu.* 301. Fallit etiam in procuratore Regis, qui eo mortuo poteſt conqueri de ſpolio facto cõtra Regiam coronam. *Cabed. de patronatibus Regia corona, cap.* 9 *num.* 4.

2 In verſiculo, Ideo. Quæ dictio eſt illativa, quia infert ex præmiſſis *l. & ideo. ff. de legatis præſtãdis*, & ſic denotat cauſam finalem, & propterea inducit claram demonſtrationem, quòd movetur ex præmiſſis, quæ ſi vera nõ ſunt, ceſſat liberatio, vel quilibet contractus. *Socin. conſ.* 119 *num.* 20. *in fine, & num.* 21. *lib.* 1. *Craveta conſil.* 192. *numer* 21. *Abb. conſ.* 81. *lib.* 1. *poſt alios Tuſch. tom.* 1. *littera D. concluſione* 289.

3 In Gloſſa 1. Collige ex Gloſſa ex ſẽtentia Vgonis in omni genere beneficiorum reperiri ius patr. ex fundatione, cõſtructione, ſeu dotatione. Sequitur *Abbas in cap. cum inter de electione. Archidiac. in cap. lectis, infra eadem diſt. Bald. in cap Quanto de iudicijs. Rochus de iure patron.* verbo, *in eccleſia, q.* 1. *&* 2. *Covar. in regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 10. *num.* 5. Sed obſtat maxime, quòd ſummus Põtificatus beneficium eſt eccleſiaſticũ, probat *textus in cap.* 1. *de maledicis*, tradit *ſylva de benefic.* 1. *part. q.* 2. *nu.* 26. *Navarr. in Apologia de redditibus queſt.* 1 *monitu.* 23. *n.* 1. *Hojeda de incompatibilitate* 1. *part. cap.* 1. *n.* 2. & tamen conſtat in illo ius patr. non dari, nec tale unquam cogitavit Magnus ille Conſtantinus, qui fabricam templi Romæ inſtituit, & multis donis exornavit, de quo agit *textus in cap futuram* 12. *queſt.* 1. *& in cap. fundamenta* 17. *de electione lib.* 6 conſtituens, ipſam Romam caput mundi, ut conſtat ex donatione ipſius Conſtãtini, quæ habetur 1. *tom. Conciliorum pag. mihi* 742. licet Imperator defenſor Romanæ eccleſiæ nũcupetur, & uti talis illam defendere tentaatur, & ita contrariam ſententiam tenent nonnulli, prout refert Gloſſa in præſenti, cũ quibus ipſa remanere cenſetur.

Sed prior opinio tenenda eſt, quia appellatione eccleſiarum omnes comprehenduntur, advertit *Lambertinus de iure patronatus lib.* 1. *part.* 1. *queſt.* 1. *art.* 1. *nu.* 16. iuvat *Tridẽt ſeſſ.* 25 *de reformatione, cap* 9. verſ. *Reliqui.* Nec obſtat ſupra poſita difficultas, ſatisfit enim, ſi advertas, ius patron. de quo agimus, reperiri in eccleſijs, quæ ab ipſis patronis per fundationes, conſtructiones, ſeu dotationes in eſſe producuntur, quod in ſummo Pontificatu aliquo modo conſiderari non poteſt, liquidem à Chriſto Domino promiſſus *Matth. cap* 16. ſuper firmiſſimam petram; per illa verba Ioannis cap. ult. *Paſce oves meas* fundatus, gratijs infinitis dotatus, & ſuo, ac ſuorum martyrum ſanguine conſtructus, eccleſiæ verò iam in eſſe productæ divitias, & bona dedit Conſtantini, & aliorum Imperatorum pietas, de quo *in cap. Conſtantinus* 96. *diſt.* ac proinde potuit D. Petrus, & quilibet alius Pontifex ſibi eligere ſucceſſorem, pro, ut initio naſcentis eccleſiæ factum eſſe probat *textus in cap. Si Petrus, & in cap unde* 8. *q.* 1. & Pontifice negligente, electio pertinebat ad Epiſcopos eccleſiæ, & ex poſt facto iure humano ad Cardinales pertinet, ut habetur *in cap. licet extranda, de electione. & in cap. ubi periculum illo tit. lib.* 6. explicat late *Martinus Ledeſma* 2. 4. *queſt.* 16. *art.* 4. Sed de hoc vide poſita ad *cap. Si Petrus,* 8 *queſt.* 1. 4

CAP. Reatina. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ex privilegio, præſentat Epiſcopos in ſuo Regno.*
2 *Vbi de conſuetudine requiritur cõſenſus alicuius Domini, illo abſente, ſufficit conſenſus vicarij.*
3 *Tuſculum civitas Latij.*

1 IN textu. Probat textus qualiter poteſt Principi mors defuncti epiſcopi denũtiari, & eius aſſenſus de alio eligendo requiri, ſi hoc habet ex privilegio, vel conſuetudine; pro ut habet Rex Hiſpaniarum privilegium præſentandi epiſcopos in ſuis Regnis *l.18.tit.5.partita* 1. ubi *Gregorius* verbo, *antigua coſtumbre; & l.2. tit.16.lib.1. Ordinam, Covar. regula poſſeſſor 2.part. §. 10.num.6. Caſſan. in catalogo gloriæ mundi part. 5. conſider. 24. verſ.99. Perez l.3.tit.3.lib.1.Ordin.pag.70.Azeved. l. 1. titul. 6. lib. 1. nova recopil. Menchaca controverſ. illuſtr.cap.22.nu.14. Spino in ſpeculo teſtamen. Gloſſa 4.prin. num.13. Gutier.pract.lib.3. quæſt.13.num.72. Bobadilla in ſua polit. lib.2. cap. 18. num. 215. Quintana de eccleſ.lib.1. cap.5.nu.4.Cabed.de patronatibus Regiæ corona cap.37.numer. 2. Azor in ſumma morali part.2.lib.3.cap.18.* verſ. *Tertio Gonzal ad regul. 8. cancellariæ Gloſſa* 43. *num.60.* teſtatur *Caſtaldus de Imperatore quæſt.100. num.6. Palat. de beneficijs in Curia Romana vacantibus §. 9. col. 2.* citata per *Cened.1.part.collectan 51. num.3.* Sed de hoc inferius tractabimus ad *cap.cum longe hac eadem diſt.* & aliqua diximus ad *cap.2 diſt.23.* Illud hoc loco obſervandum eſt, huic iuri quod Hiſpaniæ, Luſitaniæ, & Galliæ reges habent præſentandi epiſcopos, non derogare reſervationes factas per regulas Cancellariæ, de omnibus eccleſijs Cathedralibus pro ſummo Pontifice, eiuſque diſpoſitione, ut egregiè adnotarunt *Covar.pract. cap.36. n.2. Azeved. l.1.tit.6. lib.1.nova recop. num. 6. Palat. de benefic. in curia vacantibus §. 11. Nicol. Garcia de benef.part. 5.cap.1. num.219. Gonzal. ad reg.8. Cancel. Gloſſa 24. num. 153. Cabed. de patronatu regiæ coronæ cap. 10. num. 3. & cap. 35. num.7. Cened. ad Decret.Collect.79.num.2.*

2 Ait tamen *Compoſtel.in cap. quod ſicut de electione*, non poſſe de conſuetudine introduci, ut conſenſus Principis requiratur ad electionem de certa perſona. Notavit etiam ibidem, quòd ſi de conſuetudine eſt, ut conſenſus Principis, Comitis, vel Archiepiſcopi requiratur ad electionẽ, & illi ſint abſentes extra Regnũ, Comitatũ, vel Archiepiſcopatũ ſuũ, ſufficit proregẽ vicarium talis perſonæ requiri, & ſic obtinuit in cauſa Cantuariẽſis Archiepiſcopi, argumẽto *textus in cap.ex frequentibus de inſtitutionibus*, refert, & ſequitur. *Turrecrem. in præſenti ad finem. Præpoſitus numer. 1. in fin. Bald.in cap. cum conſuetudinis de conſuetudine, Angel. in l. adoptio col. 2.ff.de adoptionibus*, poſt alios *Palatius in introductione Rubricæ num.25.ad med.*

3 Ad finem textus, ibi, Tuſculanam. Tuſculum olim inter inſignes Latij civitates numeratum, Federici Ænobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus deletum, eo quód Imperatori inferenti bellum Pontifici auxilio fuiſſent Tuſculani, hodie obſcurus eſt vicus, quem Romani Friſcatam vocant. Iuxta illud oppidũ ager erat Tuſculanus, qui Tullij Ciceronis villa ſatis erat nobilitatus. Quo in loco cum ipſe Tullius aliquando ruſticaretur, egregium, & per elegantem librum concinnavit, quẽ vocavit *Tuſculanas* dato nomine ab ipſo loco.

CAP. Nobis. XVII.

SVMMARIVM.

1 Azor *noſtri textus meminit.*
2 *Reatis civitas eſt in Vmbria.*
3 *Gloſſa textum exponit.*

1 IN textu. Cuius meminit *Azor inſtit.moral. part. 2. lib. 3. cap.18.* verſ. *Tertio quæritur.*

2 In textu, ibi, Reatina eccleſia. Reatis civitas eſt in Vmbria, Italiæ umbilicus, teſte *Plinio naturalis hiſtoriæ lib. 3. cap. 22.* ex qua Veſpaſianum originem duxiſſe fertur.

3 In Gloſſa. Exponit verbũ *Dominus* ex humilitate dici, cum Imperator filius eccleſiæ vocetur *in cap. Si Imperator 96. diſtinct.* ſequitur *Præpoſitus in præſenti*, ſed melius verbum *Dominus* intelligitur reſpectu ſubditorum, ſuorum cum non adiungatur meus, vel noſter, obſervat *Turrecr. hic* ad finem.

CAP. Lectis. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur.*
2 *Dictio* nunc *quid ſignificet?*

1 IN textu. Collige ex illo. Imperatoris epiſtolam in electionis confirmatione deſiderari, nam in præſenti Stephanus Papa noluit confirmare electionem epiſcopi in Reatina eccleſia electi, niſi prius videret epiſtolam Imperatoris: ad idẽ *cap.cum inter univerſas, de electione* ibi, *Vice Regia poſtuletis aſſenſus cap.cũ terra eodẽ tit.* ibi *Non prohibemus quin Regis requiratur aſſenſus*, tradũt latè *Palatius de beneficijs in Curia vacãtibus, §.9. col.2.* latiſſimé *Covar.in regula poſſeſſor. p.2. §.10.nn.5.* verſ. *Olim,*

olim, ubi noſtrum textum appellat optimum; quia mortuo prælato Cathedralis eccleſię, non eſt procedendum ad electionem, niſi prius mors Regi nuntietur, ut tradit idem *Palatius in introductione Rubricæ num.* 25. qui etiam ibidē noſtri textus meminit, *Rochus de iure patronatus.* verbo, *in eccleſia quæſt.* 1. *num.* 2.

2 Poſt principiū text. ibi, Nunc. Quæ dictio eſt præſentis temporis *Bald. in auth. contra eum regatus num.* 1. *Cod. ad Trebellian.* ſequitur *Tuſchus tom.* 2. *littera D. concluſ.* 317.

CAP. Metropolitano. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum, & civium voluntate an Metropolitanus ſit eligendus?*
2 *An ſemper optimus debeat eligi?*
3 *Conſecrari ubi debeat Metropolitanus?*
4 *Argumentari poteſt ab ordine verborum.*

1 IN textu. Decidit Leo Papa clericorū, & civium voluntate Metropolitanum eſſe ordinandum, facit *D. Hieronymus ſuper Levit. cap.* 8. & refertur *in cap. licet ergo* 8. *quæſtione* 1. *Requiritur autem* (inquit) *in ordinando ſacerdote, etiam populi præſentia, ut ſciāt omnes, & certi ſint, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotiū, & hoc atteſtante populo, ſecundum illud Pauli. Oportet autem illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt;* proſequitur latè *Soto de iuſtitia lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 2. *concluſione* 9. verſ. *Accedit* 3. qui noſtri textus meminit.

2 In text. ibi, Optimus ordinetur. Ergo qui promovet aliquem minus dignum, omiſſo digniore, peccat mortaliter, ut tradit *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. & *quæſt.* 185. *art.* 3. & ex noſtro textu deducunt *Ducū regula* 236. *Rebuf in praxi part.* 1. *tit. Pœna contra collactores, num.* 6. *Spinus in ſpecul. teſtamentor. Gloſſa* 18. *in principio, num.* 8. ad finem, latè *Navarr. de oratione miſcelan.* 38. *num.* 1. & ſequentibus *Perez lib.* 1. *ordinam. tit.* 6. *l.* 2. *fol.* 150. *col.* 2. ad fin. accedit *Concil. Trident ſeſſ.* 24 *de reformat. cap.* 1. & *cap.* 18. quidquid doceat *Gloſſa* verbo, *quæ præſtantior.* 8. *q.* 1. & *Gloſſa*, verbo, *ne malus in cap. Monaſterium* 16. *q.* 7. & *in cap.* 2. *de officio cuſtodis*, pro concordia vide quæ ſcribam ad *cap. ult. hac eadem diſt.*

In Gloſſa 1. Quatenus probat, quòd Metropolitanus debet cōſecrari in civitate Metropoli, & non alibi, ad idem, *textus in cap. ult.* & ibi *Gloſſa* 52. *diſt.* & *cap.* 1. *diſt.* 16. & *cap. ſi Archiepiſcopus de temper. ordin. Syveſter. in ſumma*, verbo, *conſecratio* 1. §. 1. & *Bertachin. lib.* 3. *de epiſcop. part.* 2. 3. *num.* 1. *fol.* 157. *in* 2. *vol. Tract. & Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* Hodie verò tam Archiepiſcopi, quam epiſcopi conſecrantur, ubicumque eis libet, ſecundū *Zerol. in practic. Epiſcopali* 1. *part.* verbo, *conſecratio prælatorum, num.* 3.

In Gloſſ. verbo, Ex presbyteris. 4 ex qua notat *Archidiac. hic num.* 1. quòd ab ordine verborum poteſt argumentari, quod argumentum an, & quando procedat? vide *Everard. in Topica iuris loco* 1. per totum, & *Claud. Cantiuncula in Topica legal. cap.* 13. *in vol.* 1. *tract. fol.* 260. *in impreſſione antiqua*, & hanc Gloſſam comm. ēdat *Dominic. & Petrus, notabili* 2. *in cap. mandato de prebend. lib.* 6. *Felin in cap. cum dilecta* verbo, *ordo ſcripturæ de reſcript. Caſtillus de uſufructu. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 46.

CAP. Si in plebibus. XX.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus quando Archipresbyter ruralis eſt mortuus an debeat illuc ſe tranſferre?*
2 *Dignus Paſtor debet eligi.*

1 IN textu. Qui textus videtur probare quod Archidiaconus civitatis, quando Archipresbyter eccleſiæ ruralis eſt mortuus, debet ſtatim illuc ſe tranſferre, & curam illius eccleſiæ gerere, *arg. cap. illud. c. nē liceat.* 12. *q.* 2. ut ipſam plebē regat Archidiaconus, donec ibi ordinetur Archiepreſbyter, ſed hīc textus, & *cap. illud & cap.* 2. 82. *diſt.* loquūtur in eccleſijs ſpecialiter Archidiacono ſubiectis, ſecundū *Innocent. in cap.* 1. *in Gloſſa*, verbo, *quia*, vt eccleſiaſtica beneficia *Gloſſa*, verbo, *de iure cōmuni in cap. bona de appellat.* vel dic quòd hoc competebat, iure antiquo, quod hodie per ius nouum, & contrariam conſuetudinē, ſicut alia circa Archidiaconū eſt correctū, ut tradit *Zerol in pract. epiſcopali* 1. *part* verbo, *Archidiaconus.* At noſtri textus meminit *Garcia de benef. p.* 7. *c.* 16. *nu.* 13. qui latè materiam proſequitur.

Ibi, Dignus Paſtor cōſtituatur. 2 Ergo ad officiū Epiſcopale ſufficit quod dignus eligatur, prætermiſſo digniore: nam alicui

negotio præfectum eligere debens ſatis officio ſuo functus eſſe videtur, ſi dignum hominem pro negotij conditione præfecerit. Contrariã tamen opinionem tenet *Alexander Raudenſis deciſ. Pizana 34. in principio, & à numer. 179. Rebello de obligationibus iuſtitiæ. lib. 3. quæſt. 4.* quos refert, & ſequitur *Auguſtinus Barboſa Luſitanus de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 1. tit. 2. Gloſſa 3. num. 29.* faciunt, quæ tradit *Diuus Thomas 2. 2. quæſtion. 185. art. 3.* circa aſſumptionem alicuius ad Epiſcopatũ in illis, quæ conſiderat ex parte eius qui aſſumitur, & ex parte illius, qui aſſumit. Vide *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione cap. 1.*

CAP. Agatho. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* Pro *ponitur hîc conſecutive.*
2 *Conſuetudo dandi certam pecuniã Imperatori quãdo Papa confirmabatur, tollitur.*
3 *Vitalianus quando fuit ſedem adeptus?*

1 IBI, Pro. Dictio *pro*, non imponitur hîc cauſativè, ſed conſecutivè, ſic *in cap. ult. 74. diſt.* de cuius ſignificatione. Vide *Tiraquel. ceſſante cauſa limit. 20. num. 28.* latè *Tuſchus tom. 2. littera D. concluſione 342. Genes. ſingulari. 81.* Nam quod hîc dabatur erat quaſi recognitio beneficiorum à Principibus Romanæ eccleſiæ collatorum, argũmento *cap. cõsuetudinem 12. q. 2.* quæ hodie regalia dicuntur. Vnde æquũ erat, ut aliqua reciprocatio beneficiorũ fieret Imperatori, quæ nullo alio tempore meliùs fieri poterat, quàm cum electionem Pontificis cõfirmare debebat, hæc enim dies numeratur inter feriales, *l. omnes dies in fine C. de fer.* Sed poſtea quod primó offerebatur gratuitó, cæpit exigi tanquam debitum. *Ioannes Petrus Bimius conſ. 36. nu. 6. vol. 6.*

2 Ideo placuit Papæ Agathoni, & Imperatori Conſtantino quarto Pogonato, vt hæc conſuetudo tanquam mala penitus eliminaretur, ut hîc textus, ſicut etiam eliminatur conſuetudo offerendi oblationes voluntarias, quas fideles in aliquibus feſtivitatibus offerunt gratuitò: ita ut inviti ad eas cogi nõ poſsint, ſaltẽ quoad quantitatem, vel ſpeciem rei oblatæ: *Bernard. Diàs reg. 499. Covar. variar. cap. 17. num. 3. Marian. Socin. de oblat. libello 3. fol. 320. in volum. 15. Tract.*

3 *Franciſcus Leo in ſuo Theſauro, fori eccleſiaſtici, 2. part. capit. 13. numer. 33. & 44.* noviſsimè *Gabriel Pereira in tractatu de manu Regia parte prima cap. 15.* per totum à fol. 140. vide *Præpoſitum hîc num. 4.*

Ibi, Item Vitalianus. Qui adeptus eſt ſedẽ anno Domini 657. ut habetur in Pontificali Romano Vaticano in illius geſtis, ſed fuiſſe creatum anno 655. tradit *Baron. tom. 8. Annal.* De ipſo autem Vitaliano hæc habet Anaſthaſius. Hic direxit reſponſales ſuos ſecundum conſuetudinem cum ſynodica in Regiam urbem ad pijſsimos Principes, ſignificans de ordinatione ſua, & dum ſuſcepti eſſent, renovantes eccleſiæ privilegia reverſi ſunt. Per eoſdem reſponſales direxit Conſtans Imperator beato Petro evangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis ornata in circuitu, moritur Vitalianus Pontifex anno Domini 669. ſexto Kalendas Februarij, cum ſediſſet annos quatuordecim, & menſes quinque, cuius probitas ita effulſit, ut inter ſanctos Pontifices adſcriberetur, vide *Baron. dicto tomo 8. anno Chriſti 669. in principio.* 3

CAP. Adrianus. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Imperator quare olim Papam confirmabat? & num. 2.*
3 *Sedes pro dignitate Epiſcopali accipitur.*
4 *Sedes Epiſcopales Cathedrales dicuntur.*
5 *Reges ſunt patroni, & defenſores eccleſiarum.*
6 *Reges Hiſpaniæ, & Luſitaniæ non ſubſunt Imperio.*
7 *Imperator an ſit Dominus totius mũdi?*
8 *Intellectio l. deprecatio, ff. ad l. Rodiã de iactu.*

IN textu. Imperator olim de facto, nõ de iure Papam confirmabat, ut hîc, & in Concilio Lateranenſi habito ſub Adriano I. anno Domini 773. præſente Carolo magno, & epiſcopis 153. ſed hoc fuit in remuneratione ex eo, quód Carolus Magnus vocatus fuit ab Adriano ad defendendas res eccleſiæ, ut *Gloſſa 1. hîc.* Sed hodie totum eſt contra, pro quo ſunt videndi *Reſtaurus de Imperatore quæſt. 99. num 2. & 3. fol. 70. vol. 12. Tract. & Corſetus de poteſtate Regia 5. part. nu. 69. fol. 103.* 1

eodem

eodem volumine, latè *Cened. p. 1. collectan. 64. nu. 1. Burſatus conſil. 126. nu. 3. & 4. Palat. de benefic. in curia vacantibus, §. 9. col. 1. Rebuf. in Concordat. in proœmio*, in principio, verbo, *Rex*. Cum Imperator nomen, & iura imperialia obtineat à Papa, ut tenent *Hugo in tractat. de officio quatuor Prælatorum, tit. de duplici Papæ poteſtate, num. 2. fol.* 189. *& de poteſtate ſæculari, & eccleſiaſtica, cap.* 179. *in vol.* 14. *tract.* tres rationes vide per *Gloſſam*, verbo, *affici, in cap. In Synodo*, 23. *infra eâdem.*

2 At bene *Greiſerus in defenſione Bellarmini, tom. 1. lib. 2. de Romano Pontifice, cap.* 29. verſ. 6. *argumentum, fol.* 810. ait *Gratianum in præſenti*, Canones à Segeberto ſchiſmatico confictos incaute in decreto intuliſſe, quod multis argumentis probat *Cardinalis Baronius tom. 9. annal. anno Chriſti* 774. *num.* 13. verſ. *Res accidit.* Nam tantum abeſt, ut Carolus ſibi arrogare voluerit electiones Pontificum, & epiſcoporum, ut potius ſuo promulgato decreto, eas ſtatuerit eſſe liberas, ut probat idem *Baron.* Neque obſtat, quod noſter textus habetur etiam apud *Ivonem in Pannonia, cap.* 135. cum tamen Ivo Segebertum ætate præceſſerit: quoniam Pannonia non dicitur Ivonis, quia ſit ab Ivone compoſita, ſed quia ſit ex decreto Ivonis maxima ex parte decerpta; advertit *Bellarminus de ſcriptoribus eccleſiaſticis, tit. de Gratiano*, verſ. *Secundo, fol.* 185. Vide *Navarr. in rubricam de iudicijs*, 17. *principali, nu.* 70. qui noſtri textus meminit.

3 **Ibi, Sedem.** Sedes pro ipſa dignitate epiſcopali accipitur, ut *tit. Ne Sede vac. aliquid innovet*, ideo ſedes vacare dicitur, quando non eſt epiſcopus, & repleri quãdo epiſcopus in ea eſt. Cathedra ita ꝓ ſede, & poteſtate epiſcopali, ut *Matth. cap.* 23. verſ. *Secundo. Iuſtinianus in §. Sic igitur à nobis, in Authent. ut iudices ſine quoquo ſuffragio, & novell.* 8. ſedem vocat, ibi. *Qui tuam rexerit ſedem*, in Græco, *cathedram*. Cathedras, & dignitates ſimul dixit prælatorum *Nicolaus* 2. *epiſtola Mediolanenſi ſcripta, & in cap.* 1. 7. *q.* 1. Cathedra dicta epiſcoporum poteſtas, quia munus ſit epiſcopi docere per ſe, vel per alios, commiſſum ſibi populum, *cap. Inter cætera*, 15. *de offic. ord.* docebant etiam olim epiſcopi in ſolio, vel cathedra, ut ait *Euſebius lib. 7. hiſtoria eccleſ. cap.* 5. *&* 26. *not. ad Clement. Dudum*, ad verbum, *Cathedram de ſepultu.*

4 Vnde, & epiſcopales Sedes Cathedrales dictæ, quæ & matrices, ut matres à quibus aliæ diœceſes generatæ, & gubernatæ ſunt. *cap. Venerabili*, 22. *de verborum ſignificatione.* Summi Pontifices dicuntur ſuper Cathedram præeminentiæ paſtoralis conſtituti divina diſponente clementia. *Clement.* 2. in princip. *de ſepultur.* apud *D. Chryſoſtom.* in primatu, & in cathedra conſtitui, ait *cap. fin.* 40. *diſt.* Ideo dignitas Sedes Apoſtolica hîc dicitur, ubi eius Prælati ſedent, & in *cap. Si à Sede*, 31. *de prabend. in 6. cap.* 15. *regamus*, 24. *q.* 3. *cap.* 34. *Mutationes. cap.* 44. *Tempora*, 7. *q.* 5. *& alibi ſæpe* & dicitur à Græcis ſedes hæc epiſcopalis, ut in Synodo Græca Conſtantinopolitana in templo Sapientiæ, habita ſub Photio Patriarcha. Apoſtolica Sedes, quæ Romæ eſt, dicitur: quòd inter Apoſtolos Dominus primam illam dignitatem poſuit. *Ioann. cap. fin. Matth. cap.* 16. atq; Apoſtolica authoritate ab Antiochia Romam translata, *cap.* 1. *&* 2. *& cap. Mutationes*, 7. *quæſt.* 1.

In Gloſſa 1. Ex qua collige, quod Imperatores, & Reges ſunt patroni, & defenſores Eccleſiarum, & epiſcopatuum regni, *Pariſ. de Puteo de ſyndicatu, nu. 3. fol.* 361. *in 2. vol. tract. & Reſtaurus de Imperatore, q.* 100. *nu.* 26. *fol.* 71. *in* 12. *vol. tract. impreſſione antiqua*, & ideo ſi beneficiati, & prælati perturbentur in ſuis Eccleſijs, Reges tenentur illos defendere, & protegere, *cap. Regum. cap. Adminiſtratores*, 23. *q.* 5. *Gutierr. lib.* 1. *Canonic. quæſtion. cap.* 34. *ex num.* 22. *Menoch. de recup. poſſeſſ. remedio* 15. *ex nu.* 211. *& de retinend. poſſ. remedio* 3. *q.* 52. *ex nu.* 323. *& de adipiſcend. poſſ. remed.* 9. *nu.* 43. *Petrus Cened.* 1. *p. collect.* 5. *num.* 3. *&* 2. *p. collect.* 4. *nu.* 3. *&* 4. *& Aloyſ. Riccius collect.* 270. *Gabriel Pereira de manu Regia, cap.* 7. *num.* 1. *part.* 1. 5

In Gloſſa, verbo, Per ſingulas. Docet *Gloſſa* Regem Hiſpaniæ Imperatori non eſſe ſubiectum, ut p *Covar. in reg. peccatum*, 2. *p. §. 9. Navarr. in cap. Novit, de iudicijs, notabili* 3. *nu.* 32. *& in rubrica de iudicijs, §.* 17. *num.* 70. *& Avendañ. de exequend. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. & eſſe communem ſententiam contra Feraldum cõprobat *Parladorus rerum quotidianarum, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. & plures alios, quos copioſè refert *Cened. ad Decretum collect. 64. nu.* 3. quibus adde omnium pleniſſimè diſputantem *Valdeſium de Regum Hiſpaniæ dignitate, cap.* 18. per totum, & de noſtro Portugalliæ regno notant omnes per textum ibi, in *cap. Grandi, de ſupplenda negligentia prælatorum, lib. 6.* & deducitur ex noſtra *Ordin. lib.* 3. *tit.* 64. dum iubet leges Imperiales ſervari ea ratione tantum, quòd in ſe habeant bonam rationem, non quòd in hoc regno legis habeant authoritatem; notavit *Cabed.* 2. *par. deciſ.* 7. *nu.* 4. *& deciſ.* 8. *nu.* 3. Idem de Regibus Franciæ, ꝓbat *textus in cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi.* 5. *part. conſiderat.* 28. *Petrus Gregor ſyntagm. iuris, lib.* 47. *cap.* 14. *num.* 13. *Oldrad.* qui etiam loquitur in Hiſpania, *conſ.* 69. ad fin. 6

Verum ijs obſtat, quia Imperator totius mundi dominus appellatur, in *lege deprecatio, ff. ad l. Rodiam de iactu*, & colligitur ex authoritate Evangelica, *Luc. cap.* 2. *Exijt edictum à Cæſare* 7

Augusto, ut describeretur universus orbis. Ex qua hæreticum esse negare Imperatorem esse totius mundi dominum, ait *Bart. in l. Hostis, ff. de captivis,* & docuit *Glossa,* verbo, *in Germanos, in cap. Venerabilem, de electione. Bald. & Angel in l. Benè à Zenone, C. de quadri. præscript. Iason. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Roland. cons. 88. num. 7. & 28. vol. 1.* & est communis sententia ex multis, de quibus *Alphanus collectan. 4. Gabriel lib. 5. communium, tit. de acq. rerum dominio, conclus. 2. Castaldus de Imperatore, quæst. 52.* & plures, quos refert *Cevall. quæst. 576.* quibus adde *Tuschum lib. cõmunium, tom 4 littera I. conclus. 33.*

2 8 Sed respondetur verius esse Imperatorem nunquam fuisse totius mundi dominum, quia nulla ratio, attento iure naturali, vel humano, hoc concludit, ut bene prosequitur *Oldrad. cons. 69. Cassan. d. considerat. 28. Menchaca Illustrium q. 20.* latissimè *Covar. d. §. 9. nu. 5. Soto de iustit. lib. 4. q. 4 art. 2. Molina de iustitia, disp. 30.* Nec obstat *d. l. deprecatio*; nam superba illa totius mundi appellatio, quam sibi Imperator usurpat, ab omni ratione est aliena, ut per supra citatos; vel per hyperbolem potest intelligi, vel melius per synedochem, accipiendo partem pro toto, quia scilicet magnæ parti cogniti orbis dominatur; vel intelligendo de illis partibus mundi, quæ Imperatori erant subiectæ, & sic restringendo ad terminos habiles, iuxta receptam doctrinam *Glossa,* verbo, *ab omnibus, in cap. 1. de constitutionibus, Glossa 1. in l. 1. C. de sacrosanct.* cum similibus, de quibus *Pretis de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 2. interpretatione 4. dubio 2. sect. 3. nu. 57. & 41.* Sic etiam intelligitur authoritas illa Evangelij *Luca cap. 2.* Confirmatur denique, quia Imperator ipse profitetur aliquas esse gentes sibi non subiectas, *l. Postliminium,* in principio, *ff. de captivis, l. Mercatores, C. de nundinis, & mercator. l. Cunctos populos, C. de summa Trinitate.* Adde posita ad *cap. ult. num. 3.* supra, *dist. 1.*

CAP. In Synodo. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Bellarminus, & Baronius nostri textus meminère.*

2 *Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis olim vocabatur sancti Salvatoris, fuit Ecclesia Romæ.*

3 *Pœna mortis nunquam in iure Canonico intelligitur de naturali, sed de spirituali, hoc est excommunicatione.*

4 *An eadem res possit per aliquem donari, & simul confirmari?*

5 *Quando Reges possunt privilegijs renuntiare cum præiudicio successorum.*

6 *An possit Papa potestatem alicui dare, ut ipsummet deponat?*

1 IN textu. Quem notat *Præpositus in cap. Canones, nu. 3.* supra, *dist. 15.* & vide optimè *Baron. tom. 9. annal. anno Christi 774. nu. 13.* vers. *At non alterius,* qui nostrum reprehendit *Gratianum,* & impostorem vocat cum Leonis Pontificis nomine 8. textum hunc referat; & vide eundem *num. 15.* vers. *Verum quod dicitur,* & *tom. 10. anno Christi 964. nu. 21. & nu. 22.* refert integra verba nostri textus, dicens hanc constitutionem, etsi verè fieri contigit, nullius esse roboris, cum à Leone Pseudopontifice, & sic non à legitimo Papa sit promulgata, quem vide *num. 23.* & sequentibus, circa textus confutationem. Adde *Gretserum in defensione Bellarmini, tom. 2. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 29.* vers. *6. argumentum, Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis,* verbo, *Gratianus,* vers. *Secundo, fol. 185.*

2 In textu, ibi, sancti Salvatoris. Hodie vocatur Ecclesia sancti Ioannis Lateraniædificata, per mandatum Magni Constantini, in monte Celio in suis palatijs, & consecrata per Papam sanctũ Sylvestrum, & fuit prima Ecclesia, quæ Romæ fuit ædificata, & hæc vocatur Ecclesia Romana, quæ supra alias habet principatum, quam solus Deus fundavit, & ab ipso Salvatore primatum obtinuit, ut ait *Petrus de Monte, de primatu Petri, nu. 11.* & habet infinita privilegia; ita ut solum contra Ecclesiam Lateranensem præscribatur spatio centum annorum, ut ait *Salycet. & Antiqui, in Authent. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* ut reperitur declaratum in tabulis æreis in ingressu portæ principalis, ad latus dextrum dictæ Ecclesiæ muro infixis.

3 In fine textus, ibi, Vltimis supplicijs. Nota tamen, quòd ubi in iure Canonico fit mentio pœnæ mortis, nunquam venit mors naturalis, sed spiritualis, hoc est excõmunicatio. *Farinac. in praxi. criminali. de delictis, & pœnis, 1. p. q. 19. usq; ad nu. 12.* Hîc verò ultimum supplicium vocatur perpetua depositio secundum *Prepos. nu. 3.*

4 In Glossa. Docet *Glossa,* an una, & eadem res possit per aliquem donari, & insimul confirmari; & an

inter

inter eum, qui donat, & eum, qui confirmat, neceſſariò ſit diſtinctio, *Gloſſa ſimilis in cap. Inter dilectos, 6. de fide inſtrumentorum, Gloſſa*, verbo, *confirmavit, in cap. Cum inter canonicos, 21. de electione, & in cap. 1. de elect. lib. 6.* tradunt *Bart. Iaſon. nu. 26. Dec. nu. 21. Curtius num. 23.* per *textum ibi, in l. Et quia, ff. de iuriſdictione omnium iudic. l. Si donatæ, 37. §. 1. ff. de donat. inter virum,* poſt alios *Felin. in cap. Cum Bertoldus, nu. 4. de ſententia, & re iudicata, Suar. allegat. 8. nu. 16.* qui noſtræ Gloſſæ meminerunt.

5 In Gloſſa ultima poſt princip. Controvertit Gloſſa, quando Imperatores poſſint ſuis privilegijs renunciare, de quo videbis late *Boer. deciſ. 31.* qui diſputat, an potuerit Rex Galliæ renunciare privilegio inſtituendi Pontificem ſuis maioribus conceſſo?

6 In Gloſſ. verbo, Apoſtolicam. Controvertit Gloſſa, an Papa poſſit poteſtatem alicui dare, ut ipſummet deponat? Et in crimine hæreſis, & de conſenſu Cardinal. affirmat, imò in omnibus ſe poſſe ſubijcere. Quę quidem doctrina falſa eſt quoad poſteriorem illius partem. Primò. Papa non poteſt ſe ſubijcere imperatori, ut illius iuriſdictioni ſubiectus civili vere maneat, & obligatus; ita *Canoniſtæ in cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtitut.* ubi *Panorm. num. 7.* & *Felin. nu. 2.* & *Bald. in leg. Eſt receptum. Cod. de iuriſd. omnium iudic.* & *Theologi in 4. diſt. 18. & 19.* & probatur, quia nec Imperator eam habet poteſtatem, nec etiam Summus Pontifex ſupra omnes alios, ne dum ſupra ſe ipſum, quia nemo dat, quod non habet. Deinde quia exemptio Papæ eſt privilegium non intuitu perſonæ, ſed in honorem Chriſti datum, cui non poteſt Papa renunciare, ſicut nemo poteſt renunciare privilegio in favorem communitatis conceſſo. Secundo. Fallit *Gloſſa*, quia Pontifex non poteſt ſpirituali poteſtati, quoad vim coercivam ſe ſubmittere, ut latè *Bellarmin. de concil. lib. 2. cap. 18.* & *Suar. in defenſione fidei, lib. 4. cap. 7. num. 3.* & probatur, quia omnis iuriſdictio eccleſiaſtica pendet, & manat à Summo Pontifice, ipſe vero non accepit poteſtatem coercivam ſupra ſe ipſum, quia nullus niſi volens poteſt ſe punire, non tamen cogi, ergo neq; alteri poteſt eam poteſtatem communicare, unde colliges non poſſe per cenſuras compelli. Ita *Suar. de cenſur. diſput. 5. ſect. 1. num. 27.* & deinceps *Sayr. lib. 1. Theſaur. cap. 1. nu. 22.*

Non erit tamen negandum poſſe Papam ſe ſubmittere iudicio alterius, tanquam arbitro, non tanquam proprio iudici iuriſdictione utẽti in perſonam ipſiusmet pontificis: qui modus eſt voluntaria ſubiectio. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. ad 2.* Dixi voluntaria, quia p vim, & tyrannidem pontifex iudicabitur ab aliquo id permittens, vel eligens ad vitandum maius malum, & tunc nulla intervenit renunciatio privilegij, quia pontifex à nullo poteſt iudicari, ipſo etiam conſentiente. Recurre ad *cap. 9. nu. 6. diſt. 19.* & ad *cap. Nunc autem, 7. num. 5. diſt. 21.* Quoad priorem vero partem vide ad *cap. Si Papa, diſt. 40.* & adde poſita ad *cap. Satis evidenter, nu. 1. & 2. 96. diſt.*

CAP. Saloniranæ. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Mandanti prohibita à iure non debet obedire; & quãdo quis deobligetur?*
2 *Excõmunicatio quomodo cognoſcatur, an ſit latæ ſententiæ, vel ferendæ?*
3 *Ratihabitio epiſcopi non confirmat ordinationem factam.*
4 *Pontifex non poteſt illatam eccleſiæ iniuriam remittere.*
5 *Appellari poteſt à ſententia excommunicationis conditionali.*
6 *Appellare non poteſt excommunicandus, ut ſolvat penſionem, ſi penſioni conſentit.*
7 *Excommunicatus ſub conditione, ſi iudex ea pendente decedat, an maneat excommunicatus?*
8 *Excõmunicatus ſub conditione, an mutato domicilio maneat ligatus?*
9 *Iniuria ab aliquo remiſſa, debet per iudicem vindicari.*

IN textu, ibi, Iuſſiſſent. Ex quo collige, quòd mandanti prohibita à iure nemo debet obedire, *cap. Dilectus, 15. de tempor. ordinand.* & dum certo ſunt iniuſta mandata etiam ſuperiorum, non ſunt implenda, *cap. Iulianus, 11. q. 3. Gregor. de Valentia tom. 3. diſput. 5. q. 3. part. 2. Aldrete de religioſa diſciplin. tuenda, lib. 2. cap. 4.* quia nec authoritas ſuperioris iubentis excuſat à peccato, *cap. Quicumq;, cap. De rebus, 12. q. 2. cap. Docuimus, 11. q. 3. cap. In canonibus, 16. q. 1. cap. Decimat, 16. q. 7. l. Furti. §. Qui iuſſu, ff. de his, qui notantur infam. l. Servus, ff. de action.* Excuſabitur tamen in relevatione aliqua ex parte pœnæ, non tamen in totum. Si modo qui exequitur coactè faciat ex iuſſu, vel metu ſuperioris, ut hîc *textus in cap. Amputatis, 86. diſt.* 1

86. *diſt. cap. Dixit*, 24. *q.* 1. *cap. Diaconi*, 28. *diſt. cap. Milet*, 23. *q.* 5. vel ſi dubium ſit, an præceptum ſit iuſtum, vel iniuſtũ, *cap. Quid culpatur*, 23. *q.* 1. *l. Ad ea, ff. de regul. iur.* Præſumitur enim pro ſuperiore, & pro perſona publica, quòd benè iuſſerit, & ſtatuerit, & ideo exequendum eius mandatum, *l. Servo invito, §. Cum prætor ff. ad Senatusconſultum. Trebel. l. penult. ff de iuſtitia, & iure*, & iuſſus ſuperioris an, & quando excuſet? ultra *Archidiac.* hîc *nu.* 4. vide *Aloyſium Riccium, collect.* 1372.

2 Ibi, Sub excommunicationis. Nota quòd iſta excommunicatio non eſt latæ ſententiæ, ſed comminatoria. Idem *Gloſſa*, verbo, *ſub excõmunicatione, in cap.* 1. *delocato & Gloſſa, fin. in cap.* 1. *de ſagittarijs, & Gloſſa fin. in cap. Cum eſſet, de teſtamentis*, late *Peres lib.* 8. *Ordinam. tit.* 5. *l.* 1. *pag.* 176. *col.* 1. verſ. *Quæri ſolet*, qui noſtri textus meminit. Et quomodo cognoſcatur, an ſit latæ ſententiæ, vel ferendæ, vide *Sylveſt. in ſumma*, verbo, *Excommunicatio, in* 1. *nu.* 22. *Navar. cap.* 27. *nu.* 12. *Tiraq. in l. Si unquam*, verbo, *revertatur, à num.* 32. *C. de revocand. donat.* Notari tamen debet, quòd quando ſunt Canones, vel præcepta iudicum, ut aliquid fiat, vel non fiat ſub pœna excommunicationis, licèt non ſint verba latæ ſententiæ; tamen tranſgrediens dicta præcepta, vel Canones cõminatorios, excommunicabitur ſine monitione; ita tenet *Bartholomeus Humada in l.* 10. *tit.* 9. *partit.* 1. *Gloſſa* 1. *nu.* 8. *fol.* 88.

3 In verſ. Ego autem. Ponderat *Rebuffus in praxi, p.* 1. *tit. formula dimiſſoriarum, num.* 14. & ex illo docet, quòd per ratihabitionem epiſcopi non confirmatur ordinatio iam facta, ſine dimiſſorijs præcedentibus, quia ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum, *regula ratum, de regul. iuris, lib.* 6. & tantum hîc relaxat epiſcopus ex corde iniuriam, quam ordinatus ſibi fecerat.

4 Ad finem textus, ibi, Relinquere non poſſunt. Igitur Papa non poteſt illatam Eccleſiæ iniuriam remittere, ut ex noſtro textu deducit *Boerius deciſ.* 220. *num.* 5. *Gloſſa, in cap.* 1. verbo, *punire, de pœnis, lib.* 6. *Gloſſa* 1. *in cap. Contingit. de ſentent. excommunicationis*, ex inde inferens, quòd pater non poſſit remittere necem, aut iniuriam filio factam, alijs filijs, & fratribus iniuriati invitis, argumento *textus in cap. Quintavallis*, ibi. *Pro offenſa, quam filia ipſius.* & ibi *Bald.* in princip. *de iure iurando*, tradit poſt alios idem *Boerius d. num.* 5.

5 In Gloſſa, verbo, Sub excommunicationis, ibi, à tali excommunicatione poteſt appellari. Amplia iſtam regulam, quòd à ſententia excommunicationis conditionali poſſit appellari ante adventum conditionis, etiam ſi proferatur excommunicatio his verbis; *Ex nunc pro tunc ex tunc*; ut ſi iudex dicat niſi ſatisfeceris creditori intra menſem ex nunc excommunicatus ſis; per hoc non videtur quis excommunicatus à tempore ſententiæ; ſed tunc demum poſt impletam conditionem, quia licèt adverbium ex *nunc*, ſit præſentis temporis, tamen futurum effectum denotat, & appellatio interpoſita ante adventum conditionis ſuſpendit ſententiam excommunicationis latam, ut ait *Sylveſt.* verbo, *Excommunicatio, in* 2. *num.* 1. verſ. 15. *Navarr. in Manual. cap.* 27. *nu.* 272. verſ. *Undecimo quid. Covar. in cap. Alma*, 1. *p.* §. 10. *à num.* 4. & *Gutierr. lib.* 1. *Canonic. cap.* 4. *ex nu.* 20.

Limita primò, niſi conſenſus ipſius excommunicandi accedat in ſententia, vel præcepto iudicis, ut ſit frequentiſſimè in Romana Curia, ubi qui reſervationi penſionũ factæ à Papa conſentiunt; ſi excommunicentur ea conditione, ut ſi penſionem intra certum terminum non ſolverint, ratione huius conſenſus, non poterit qui cõſentit, appellare ab hac ſententia excommunicationis, pendente conditione, neq; ante diem ſecundum *Alb. in cap. P. & G. nu.* 9. in fine, *de officio delegati. Iaſon. in l. Si convenerit, num.* 22. *ff de iuriſdictione omnium iudic. Catelianus Cotta in memorabilibus*, verbo, *appellari, Caſador. deciſ.* 12. *de reſcript. & deciſ.* 2. *de penſion. ſuper reg. Navarr. d. cap.* 27. *nu.* 272 verſ. *Duodecimo.* Limita ſecundò, in excommunicatione latæ ſententiæ, quia tunc per appellationem non ſuſpenditur excommunicatio, *cap. Paſtoralis*, 53. §. *Verum, de appellat. cap. Is, cui*, §. *fin. de ſententia excommunic. in* 6. *Capell. Tholoſ. deciſ.* 299. *&* 300. 6

In eadem Gloſſa, ad finem. 7 Aſſerit Gloſſa excommunicatum ſub conditione, etiam ſi iudex, ea pendente, decedat, nihilominus adveniente conditione, ligari. Sed obſtat quòd cenſuræ latæ ſub conditione, non cenſentur latæ dum promulgantur, ſed dum conditio advenit, & excommunicatio in propoſita ſpecie non poteſt fingi, ſeu cenſeri lata tempore advenientis conditionis; ſicut namq; impoſſibile eſt, quòd iudice mortuo illa ſententia feratur, ita quoq; id impoſſibile eſt perfectionem, *l.* 3. §. *Ex contrario*, ibi. *Contra naturam, iuncto fine, ff. de acq. poſſeſſ. Bart. receptus in l. Si is, qui pro emptore, nu.* 22. *ff. de uſucapionibus. Gomes* 1. *tom. cap.* 3. *num.* 2. Accedit in confirmationem, nam receptum eſt in fictionibus translativis de tẽpore ad tempus, neceſſariam omnino eſſe habilitatem extremorum, nempe

tempo-

temporis, à quo fictio oritur, & temporis ad quod trahitur, *Bart. receptus in d. l. Si is, qui pro emptore*, & ibi latè reſolvit *Iaſon. à nu.* 105. quidquid *Alciatus lib. 3. paradoxorum, cap.* 16. hanc cõmunem ſententiam evertere nitatur. At in præpoſito deficit habilitas extremorum; tempus enim extantis conditionis non eſt habile in potentia, mortuo iudice, à quo ipſa excommunicatio cauſam habet, *cap. Sententia*, 11. *quæſt.* 3. *Gloſſa penultr. in cap.* 2. *de officio ordinar.*

8 Vide contrariam opinionem ſatis probat *Gloſſa in cap. à nobis*, 1. *de ſententia excõmunicat. Archidiac. in cap.* 2. *de conſtitutionibus, lib.* 6. Quidquid contrarium cum *Gloſſa* hic tueantur DD. communiter *Bald. nu.* 9. *in cap. Præterea*, 2. *de appellationibus. Ioann. Andr. in regula, cum ſunt iura, lib.* 6. Poterit tamen cõmunis opinio defendi, quando poteſtas ferendi prædictas cenſuras competeret iudici mortuo, ratione ſuæ dignitatis, ſeu officij, tunc nam & ſemper adeſt, vel ſucceſſor iudicis mortui, qui idem iudex reputatur, *cap. Quoniam de officio delegati, l. Proponebatur*, 76. *ff. de iudic.* vel ſaltem ipſa dignitas, ſeu officiũ, quod nunquam moritur, *cap. Si gratioſè. de reſcriptis, lib.* 6. Sic ſanè rectè defenditur *Gloſſa* noſtra, ut ſcilicet mors iudicis non impediat quominus cenſuræ ſub conditione latæ ſuam obtineant vim, quando poteſtas ferendi illas ei competierit nomine dignitatis, ſeu officij. Sic aliàs non videtur tuta ſententia, *Gloſſæ in cap. Præterea, de appellationibus*, aſſerentis excommunicatum ſub conditione, mutato interim domicilio, nihilominus adveniente conditione ligari, parum nam & advertit huiuſmodi excommunicationem ante conditionis eventum, latam non cenſeri, & cum per mutationem domicilij deſierit quis eſſe ſubditus, *Gloſſa* 1. *in cap. Dilectus*, 2. *de reſcriptis*, haud dubiè prædicta cenſura non ligabit, iuxta *reg. cap.* 2. *de conſtitutionibus. lib.* 6. obſervat ibidem *Archid.* & in *cap. Vbicumq;*, *nu.* 4. 13. *q.* 2. *Hoſtienſ.* & *Butrius in d. cap. Præterea.*

9 In Gloſſa, verbo, Relaxari. Ex qua nota, quòd poſſumus quæ in nos committuntur remittere, quæ verò in Deum commiſſa ſunt, non niſi cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia debemus relaxare, *cap.* 28. *Si is*, 23. *q.* 4. Hinc eſt quod iniuria honeſtæ perſonæ illatæ, etiam ab eâ remiſſa, vindicatur per Curiam, *Iacobus de belle viſ. tit. de iniurijs, nu.* 67. qui etiam refertur in *vol* 4. *tract. fol.* 36. *antiquæ impreſſionis*, ut pœna applicetur Fiſco. *Paris. de Puteo de ſyndicatu*, 9. *Dicit conſtitutio, nu.* 15. *vol.* 2. *tract. fol.* 384. *eadem impreſſione.*

CAP. Cum longè. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui noſtri textus meminere.*
2 *Reges Hiſpaniæ, & Luſitaniæ habent ius præſentandi Epiſcopos, & Archiepiſcopos. & nu.* 3.
4 *In generalibus derogationibus non cõtinentur Regni patronatus.*
5 *Archiepiſcopus Toletanus, an præcedat Bracharenſi? & nu.* 6.
7 *Tutela eſt onus, & eam adminiſtrare eſt officium virile.*

IN textu. Cuius meminere *Gregor. Lopez l.* 18. *tit.* 5. *part.* 1. *Bovadilla in ſua Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 215. *Gutierr. practicar. lib.* 3. *q.* 13. *nu.* 72. *Mariam. in hiſtoria Hiſpania, lib.* 24. *cap.* 16. *& lib.* 25. *cap.* 5. ubi ait, quòd Papa Adrianus VI. conceſſit Carolo V. Imperatori, & eius ſucceſſoribus ius præſentandi epiſcopos Hiſpaniæ, qui antea providebantur ad ſupplicationem Regum, de quo etiam meminit *Gil Gonçales de Avila in ſua hiſtoria de Salamanca, lib.* 3. *cap.* 18. quem refert, & ſequitur *Garcia de benefic.* 5. *p. cap.* 1. *nu.* 218. Contrarium ſcribit *Pereira à Caſtro de manu Regia, tom.* 1. *fol.* 234. *nu.* 76. qui habet, hoc ius præſentandi in Luſitania eſſe à tempore Regis Alphonſi V. & vide *Azeved. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *nu.* 4. *Spinam in ſpeculo teſtamentor. Gloſſa* 4. in principio, *num.* 3. *Covar. in reg. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *ex nu.* 5. *Humada l.* 18. *tit.* 5. *Gloſſa* 1. *fol.* 49. *Didacus Perez lib.* 1. *Ordinamenti, tit.* 6. *l.* 2. *ex pag.* 149. *verſ. Item Regis Hiſpaniæ*, poſt alios *Cened. q.* 22. *nu.* 27. & vide quæ ſcripſi ad *cap. Qui epiſcopus*, ſupra, 23. *diſt.* & *cap. Regina, hac eod. diſt.* 1

Ex quibus collige optimis rationibus defendi ius, quo Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Reges potiuntur in Eccleſijs Cathedralibus nominandi, ſeu præſentãdi epiſcopos, & Archiepiſcopos ad eaſdem quoquo modo vacantes. Probatur quia ius providendi Eccleſias Cathedrales ad Summum Pontificem ſpectat, vel ad eos, quibus ipſe Pontifex permiſerit. Conſtat autem ex antiquiſſimis temporibus, quæ omnium hominum memoriam excedunt, Hiſpaniæ, & Luſitaniæ Regibus, hoc ius nominandi ad Eccleſias Cathedrales eſſe permiſſum: ergo de iure iſto minimè videtur dubitandum. Facit, & alia ratio, quæ maximè convenit noſtris Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Regibus, quos conſtat Regna, & Eccleſias à Maurorum manibus, 2

nibus, & poteſtate eruiſſe, ut meminit *Gloſſa penult. in d. cap. Adrianus*, in fine, & quia Eccleſias ipſas maximis ex parte erexerunt, & ampliſſimis redditibus exornarunt, ut latiſſimè proſequitur *Thomas Boſius de ſignis Eccleſiæ, lib. 20. ſigno 87. cap. 6. Valdeſius de dignitate Regum Hiſpaniæ, cap. 21.* & in ſingulis Regibus Luſitaniæ, præſertim in Rege Alphonſo I. in Ioanne III. & in potentiſſimo Emmanuele ſigillatim, *probat Caſtenius à Paſconcellos in ſuis elogijs, ſive anacephal.*

3 Vnde non ſolum ex privilegio Romani Pontificis, ſed etiam ex generali iuris communis conceſſione, qua conſtruentibus, aut dotantibus Eccleſias conceditur poteſtas præſentandi ad eaſdem, videtur hoc ius Principibus Hiſpaniæ, & Luſitaniæ competere, ut voluit *Archidiaconus in cap. Electio, diſt. 12.* & poſt *Baldum*, & alios *Palat. in introductione, rubricæ de donat. inter virum, nu. 24.* & poſt alios *Covar. in d. regul. Poſſeſſor. 2. p. §. 101. à num. 5.* & alij, quos refert *Oened. ad Decret. collectan. 64. nu. 1.* quibus adde *Camill. Borrellum de præſtantia Regis catholici, cap. 50. à nu. 4. Azeved. ad l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat.* per totum, & de Eccleſijs Cathedralibus noſtræ Luſitaniæ *Cabed. de patronat. Regia corona, cap. 37. num. 1.* & per totum; facit tandem ratio, quia maximè intereſt Regum, atque univerſæ reipublicæ, ut qui eliguntur ad epiſcopatus Regni, Principis inimici, aut ſuſpecti non ſint, propter periculum ſeditionis, & ne Regni pandantur conſilia, ut poſt alios advertit *Borrellus*, ubi proximè.

4 Non obſtat etiam reſolutio, quod iuſtiſſimè Eccleſia conceſſum laicis, & principibus ſæcularibus privilegium, ex iuſtis rationibus abrogavit in *cap. 2.* incipit *Adrianus*, cum ſequentibus, *63. diſt.* quia reſpondetur in his generalibus derogationibus non contineri, ſed potius exceptum cenſeri ius nominandi, & eligendi, ſuper Cathedralibus competens Imperatoribus, Regibus, & Principibus alijs. Imò ex eiſdem rationibus inviolabiliter eis eſſe ſervandum, ut iubet *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* 5 verſ. *Exceptis patronatibus*, notat in ſpecie *Azeved. d. tit. 6. l. 1. num. 41.* Sicut etiam receptum eſt non comprehendi idem ius in reſervationibus, quæ per regulas Cancellariæ factæ ſunt de omnibus Eccleſijs Cathedralibus, pro Summo Pontifice, eiuſq; diſpoſitione: nam exceptum eſſe ius patronatus ad Reges, & alios Principes ſpectans; notavit *Gloſſa ad reg. 40. Cancellaria*, & poſt eam, & *Rebuf. in praxi beneficiali, 3. p. ſignatura, nu. 61.* cum ſequentibus, & *Lambertin. de jure patronat. lib. 2. part. 3. q. 9. art. 11.* per totū. Notavit *Azeved.* ubi proximè. *Covar. practicar. cap. 36. num. 2.* & alijs, de quibus *Oened. ad Decret. collectan. 79. num. 2.* quibus addo *Gonzales ad regul. 8. Cancellaria, Gloſſa 24. anno 153. Cabed. de patronatibus, cap. 10. num. 3. & cap. 35. num. 7.*

In textu, ibi, Maneat Toletano Pontifici. Igitur per hæc verba concedit Papa Archiepiſcopo Toletano, ut præſentatos per Regem Hiſpaniæ, & Galliciæ poſſet confirmare, & conſervare; quod aliqui putant eſſe magnam prærogativam Archiepiſcopi Toletani, contra Archiepiſcopum Bracharenſem, prætendentem ſe Primatem Hiſpaniarum; quia ſi fuiſſet Primas, illi fuiſſet data huiuſmodi poteſtas, ut ait *Præpoſitus hîc, verſ. Nota*, quem probat *Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 9.* verbo, *Primado*, qui inepte pro hac opinione citat *Albericum in rubric. de ſtatu hominum*, ad fin. pro quo facit, quod dicit *Ioannes Franciſcus de Panvinis de officio, & poteſtate Capituli Sede vacante, præludio 6. nu. 13. vol. 15. tract. fol. 170. in impreſſione antiqua, & in noviori, tom. 13. part. 2. fol. 412.* ubi enumerans omnes Primates, Bracharenſis non meminit. At hæ nebulæ à Doctoribus exhalatæ non poſſunt veritatem obſcurare, ſed in aeres, & fumos evaneſcunt. De quo citius opus integrum in lucem edere curabimus, & contentioſam hanc litem, quà rationibus, quà Doctorum argumentis ita dirimemus, ut Leberide cæcior habeatur, qui hūc Bracharenſis Sedis Primatum non agnoverit. 5

Interim non obeſt textus in præſenti, ubi ob Regis Hervigij abſentiam conceditur facultas Toletano inſtituendi, & confirmandi epiſcopos, & Metropolitanos. Idem enim decretum iuri, & prærogativæ aliorum Antiſtitū nullo modo derogat. Accedit Gothis omnia obtinentibus eum Canonem nullius effectus fuiſſe. Vnde meritò *Gloſſa in præſenti*, verbo, *Privilegio*, dicit potius onus, quàm ius Primatiæ conceſſum fuiſſe Toletano epiſcopo; ſequitur *Turrecrem. num. 2.* Maximè cum textus ille deſumptus fuerit ex Concilio Toletano, quod nullum Primatiæ ius concedere poterat, & dato quòd potuiſſet, hoc non fecit, ſed tantum contulit quandam poteſtatem confirmandi prælatos electos, nec ullum verbū invenies per totam textus ſeriem, in quo de iure Prælatiæ fiat mentio, imò potius reſervat ius, & privilegium cuiuſcumq; aliæ provinciæ, ibi. *Salvo privilegio cuiuscumq; provinciæ.* Quam traditionem maximo rationis pondere firmatam firmat *Navarr.* qui veritatis magis, quam Platonis amicus, *tom. 2. relect. in cap. Accepta, de reſtitut. ſpoliatorum, in ſolut. 8. oppoſitionis, num. 31. fol. mihi 150. col. 2. littera C.* Archiepiſcopum Brachacharenſem Hiſpaniarum vocat Primatem. Sit hic pro multis, inter quos eſt etiam *D. Maur. Ferrer. in hiſtor. B. Iacobi, lib. 1. cap. 14. fol. 53. & frater Prudent. Sandoval lib. 1. de antiquitat. civitat. Tudenſ.* 6

In Gloſſa,

7 In Gloſſa, verbo, Atq; Galliciæ, in addit. Vbi habetur, quod omnis tutela eſt onus. Idem tenet *l. Meminimus*, in fin. C. *de legitim. hæredib.* & *l. Tria onera. de excuſat. tutor.* Eam tamen adminiſtrare eſt officium virile, ut tenet *Nepos de monte Albanio, de except. art.* 11. *nu.* 23. *fol.* 84. *in vol.* 9. *tract. in impreſſione antiqua, & in noviori. tom.* 3. *part.* 2. *fol.* 105.

CAP. Clerici. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Plebs non debet iam electioni intereſſe.*
2 *Plebs eſt collectio ignobilium, & quæ perſonæ ſub plebe contineantur?*

1 IN textu. Licet enim plebs debebat olim electioni conſentire, iam hæc poteſtas omnino eſt abrogata, ex *cap. Non eſt permittendum*, 6. ſupra, *hac eâdem diſt.* Et ex antiquiſſimo Sardicenſi Concilio habito ſub Iulio I. circa annum ſalutis Dominicæ 340. refertur in *cap. Oſius*, 21. *de electione*, ubi eam reddit rationem, ne ad clamorem populi fiat electio, quia manifeſtum eſt potuiſſe plures eorũ, qui ſynceram fidem non habent, pretio, & mercede corrumpi; iunctis multis, quæ de vulgi levitate, & inconſtantia, & vanis populi vocibus non audiendis, per *textum in l. Decurionum*, C. *de pœnis*, & in *l. Ad beſtias*, in principio. ff. *eodem tit.* cum ſimilibus, latè proſequitur *Petrus Gregor. ad Decretales, tract. de electione, cap.* 5. *à nu.* 18. & ex Platone, & alijs Philoſophis, *Marcus Mantua ſingulari* 194. Facit etiam ratio, quia prælentia, & acclamatio populi libertatem tollit, ut probat *l. Si privatus*, ff. *qui, & à quibus*; ceſſante verò libertate, ceſſat, & irrita eſt electio, *cap. Vbi periculum*, §. *Ceterum, de electione, in* 6.

2 In textu, ibi, Plebis. Plebs eſt collectio ignobilium, *Aulus Gelius lib.* 10. *noctium Atticarum, cap.* 20. in qua gentes civium patritiæ non ſunt. *Guido le Roville de iuſtitia & iuriſtitia, cap.* 5. *in* 1. *vol. tract. fol.* 32. Non tamen hæc appellatio plebis tam plena eſt, quàm populi, apud Romanos; qua omnes cuiuscumq; generis homines, & cives continebantur plebei, ſenatores, equites, & ſacerdotes. Strictior autem plebeorum nuncupatio, à qua excludebantur alij; §. *Plebiſcitum, Inſtit. de iure naturali*, & *l. Plebis*, 238. ff. *de verborum ſignificat. Iſidor. lib.* 9. *etymologiarum. cap.* 8. Multitudo ignobilium in *diſt.* §. *Plebiſcitum*, & *Iuſtinian. in Novella* 6. *Quomodo oport.* §. 1. vocat laicos idiotas, & *Paulus* 1. *Corinth. cap.* 14. verſ. 16. *cap. Seculares*, 33. *quæſt.* 2. *cap. Seculares*, 19. *de conſecrat. diſtinct.* 2.

CAP. Vota. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Electio eſt ſedativa rixarum.*
2 *Hæretici huius temporis confutantur.*

1 IN textu, ibi, Per pacem. Cum enim electio ſit ſedativa rixarum, ut tenet *Ioan. Cirner de primogenitura, lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 3. *fol.* 106. *vol.* 13. *tract.* Ideo ſæculares, & populus ſæpe permittebantur adeſſe electioni cum clero; de quo agit *Burſatus lib.* 2. *conſ.* 126. *nu.* 3. qui noſtri textus meminit.

2 In textu, ibi, Civium. Ex his verbis ineptè colligũt hæretici huius tempeſtatis, electionem epiſcoporũ ad populum iure divino pertinere. Contrarium namq; demonſtratur ex authoritate *Pauli ad Hebr.* 5. dum ſcribit neminem debere aſſumere ſibi honorem, niſi vocetur à Deo, tanquam Aaron. Conſtat autem à Moyſe electum eſſe Aaron, abſq; populi multitudine. *Exod. cap.* 4. dum ſequenti. Sicut etiam idem Moyſes alios miniſtros ſolus legitur elegiſſe, *Exod. cap.* 18. Confirmatur deinde ex variis rationibus, propter quas hanc poteſtatem iuſtiſſimè populo, & laicis interdixit Eccleſia, quas ſupra tetigimus, & conſtat ex *cap.* 2. *de electione, cap. Non eſt permittendum*, 63. *diſt.* cum alijs, quæ repetere non oportet. Ex quibus ita contra Lutherum, Calvinum, & alios eorum ſectatores, latè comprobat *Bellarmin. lib.* 1. *de clericis, cap.* 7. per totum; & eſſe conſtantem, & veram omnium catholicorum ſententiam, teſtatus *Azor. tom.* 2. *inſtit. moral. lib.* 3. *cap.* 28. *q.* 4.

CAP. Quia ſancta. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Baronius de noſtro textu dubitat.*
2 *Conſuetudo facit non eſſe delictũ, quod alias eſſet.*
3 *Imagines ſanctorum ſunt venerandæ, ſicut illorum reliquiæ.*
4 *Succeſſores prædeceſſorum facta mutare poſſunt, ſi ſint pernicioſa.*

1 IN textu. Collige ex decreto Stephani Papæ; electionem Romani Pontificis debere fieri præsentibus legatis Imperatoris, sed de veritate huius decreti, & quòd non sit Stephani, multum dubitat *Baronius tom. 9. annal. anno Christi 816. num. 101.* per totum. Præsertim cum Ludovicus Imperator anno sequenti, in constitutione à se edita de donatione facta Romanæ Eccl. siæ, declarat liberam esse velle electionem, & coronationem Romani Pontificis, nec ad aliud teneri, qui creatus est Pontifex, nisi ubi est consecratus legationem mittere ad ipsum Imperatorem, ut ponderat idem *Baronius*, loco supra
2 citato, quem legito; & circa materiam textus vide late *Boerium decis. 31.*

2 Ibi, Consuetudo. Collige ex textu, quòd consuetudo in recipiendis muneribus, facit non esse delictum, quod aliàs esset delictum, *cap. Objeciuntur, 22. q. 4.* & an in delictis excuset, *Glossa*, verbo, *consuetudine*, in fin. *in cap. Deniq, dist. 4. Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 23. nu. 34.* & 35. *Covar. 2. p. de matrimon. cap. 7. §. 3. nu. 5.* ad finem. *Roland. cons. 58. num. 19. lib. 4 Perus decis. 62. num. 14. Seraphin. de privileg. iuram. privil. 83. num. 56. Gutierr. pract. lib. 3. q. 29. nu. 22. Mexia de tassa panis, consi. 3. nu. 25.*

3 In Glossa, verbo, Destruxit, in fine, ibi, Memoria Dei. Et ideo imagines sanctorum, sicut reliquiæ sunt venerandæ. *Durandus in Rationale divinorum, lib. 1. cap. 3. Petrus Cened. 2. part. collect. 32. num. 1. & 3. & 3. part. collect. 34. num. 1.* vide *Cassan. in Catalogo, 3. part. consider. 43. & 47. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 43. num. 3. ad 21.* & illarum violatores puniendi, *l. Quæstuas, ff. ad l. Iul. Maiest. Menoch. de arbitrar. casu 376. Boer. decis. 301. num. 17. Simancha. de catholic. instit. cap. 33. à num. 17.* latissimè *Franciscus Suar. in defensione fidei, lib. 2. cap. 11.* per totum, & *cap. 12.* Iacobi Britanniæ Regis argumenta adversus imaginum adorationem, mira ingenij subtilitate, ac dexteritate dissolvit. Verùm verò sanctorum reliquiæ maiori veneratione, & cultu habendæ, atque adorandæ sint, quàm eorundem imagines? Respondeo, si loquamur de genere, sive specie adorationis, eandem omninò adorationem *dulia* exhiberi reliquijs, & imaginibus sanctorum absolutè tamen nobiliorem, sive maiorem deberi reliquijs. Ratio est quia, reliquiæ sunt quædam partes sanctorum intrinsecæ: imagines verò sunt quid extrinsecum. Deinde inferior adoratio tribuitur imagini, quàm prototypo, ut auctor est *Vasquez tom. 1. in 3. part. disp. 108. cap. 16.* Sed reliquiæ sunt partes prototypi, ergo maiori adoratione dignæ sunt. Vide *Suar. citat. lib. 2. cap. 10.* ubi multa doctè congerit de reliquiarum veneratione.

In Glossa, verbo, Destruantur. 4 Successores prædecessorum facta mutare possunt, si viderint ea perniciosa *Michael Vlantus de regimine mundi, secunda principali quæstione, num. 3. vol. 14. tract fol. 284. in impressione antiqua, & in noviori, tom. 16. fol. 103. Episcopus Theles. in Thesauro fori eccles. 1. part. cap. 1. num. 13.* licet de honestate teneantur servare pacta prædecessorum. *Restaurus de Imperatore, quæst. 114. nu. 18. vol. 12. tract. in impressione antiqua, & in noviori, tom. 16. fol. 30.*

CAP. Cum Adrianus. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui nostri textus meminere.*
2 *Inimicus quomodo præsumatur ex non salutatione?*

IN textu. Cuius meminit, & eius materiam eleganter prosequitur *Baron. tom. 9. annalium, anno Christi 774. num. 15.* vers. *Sed, & repugnat, & num. 16.* vers. *At quod dicunt, & anno Christi 816.* in fine. Adde *Boerium decis. 31. Bursat. cons. 126.* in principio. *Xuar. allegat. 8. num. 10.* 1

In Glossa ultima, ibi, præsumitur inimicus. Docet Glossa ex eo, quòd quis non vult salutare alium præsumi inimicum, quam dicit singularem *Barbatia in cap. Repellantur, de accusationibus*, & ibi *Abbas nu. 2. & in cap. Olim, num. 6. de iniurijs.* Intellige si talis antea solebat illum salutare, vel si salutatus ab illo non respondit, *Felin. in proœmio Gregoriano, num. 19. Gygas de crimine læsæ Maiestatis, tit. quomodo, & per quos quæst. 2. nu. 34. Hyppol. in l. 1. §. Præterea, nu. 8. ff. de quæstionibus*, refert alios *Mascard. de probationibus, vol. 3. conclus. 1159. nu. 16. & 17.* quibus adde *Navarr. de restitutione, lib. 2. cap. 1. nu. 102. fol. 337.* 2

CAP. Ego Ludovicus. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Ludovicus renuntiavit privilegio electionis.*

2 *Romanus*

2 *Romanus Pontifex, an dicatur Vicarius Chriſti?*
3 *Donatio Conſtantini, an fuerit valida?*
4 *Vrbs, & civitas, an ſit idem?*
5 *Dictio, ſeu, quid ſignificet?*

1 IN textu. Hic Ludovicus renuntiavit privilegio electionis ſub Paſchali I. qui adeptus eſt ſedem Pontificalem, anno Domini 817. *Aurelius in 2. part. biblior. ſpecul. tit. 16. cap. 1. §. 2.* Sicut alij imperatores renuntiarunt, ut dixi in *cap. Quia*, 28. *nu. 3. ſupra, hac diſt.* Vnde Nicolaus I. in Synodo Romana, anno Domini 858. approbante Ludovico II. Imperatore, inſtituit ne Princeps ullus ſæcularis, aut Imperator Concilijs clericorum intereſſet, niſi de fide ageretur; nam unc licere, & par eſſe cenſuit, ut conſtat ex epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorem Orientis, quæ incipit *propoſueramus*, relata in *cap. His nam, 96. diſt. ex Anſelmo lib. 1. cap. 75.* & Imperator hic nihil de novo concedit, ſed conceſſa ab Imperatore Conſtantino Magno Sylveſtro, & eius ſucceſſoribus confirmat, ut teſtatur *Photius Patriarcha, tit. 8. Nomocan. cap. 1.* & *Gloſſa* hic, verbo, *Villicules*, & *cap. Conſtantinus, 96. diſt.* & vide *Baron. tom. 9. annalium, anno Chriſti 816.* in fine; cum quo intelliges *& anno 817. num. 9. & 10.* qui integram litteram noſtri textus refert, & *num. 14.* in fine, & *num. 15. Boer. deciſ. 31. & deciſ. 39. num. 1. Pallat. de benefic. in Curia vacantibus, §. 9. col. 1.*

2 Poſt principium textus, ibi, Vicario tuo. Ergo Romanus Pontifex dicitur Vicarius Petri, ex quo ſequi videtur, ut non Chriſtus, ſed Petrus Romano Pontifici authoritatem tribuerit, ut nonnulli hæretici contendebant; ſed contrarium reſolvendum eſt cum *Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 17.* verſ. *Prima opinio*, ubi hunc textum refert, & eius argumento reſpondet, & vide poſita ad *cap. Concilia, 17. diſt. Navarr. de indulgent. notab. 29. num. 1.* ad fin. *Alphonſus de Mendoça in Quodlibetis, quæſt. 4. Scholaſt. §. 2.* in fin. *pag. 268.* Ex eo verò, quod Summus Pontifex in terra Chriſti vices gerat, egregiè obſervarunt aliqui Doctores, Chriſti, & Pontificis tribunal, ſive conſiſtorium eſſe unum omnino, & idem in ſpecie. Ita *Hoſtienſ. in cap. Quando, de tranſlatione epiſcopi. Troil. Malveſ. de canonizat. Sanctorum, dubio 2. num. 10. Selva de benefic. part. 3. quæſt. 8. num. 26. Caſtald. conſil. 414. num. 1.* verſ. *His præſuppoſitis. Pariſ. conſil. 5. num. 26. & conſil. 68. num. 126. lib. 1. Menoch. conſil. 51. num. 13. lib. 1.*

In Gloſſa, verbo, Viculis, ibi, Fuerant conceſſa. 3 Docet Gloſſa donationem Conſtantini factam Romanæ Eccleſiæ valuiſſe; dicit communiter receptam *Navar. in cap. Novit de iudicijs, notab. 3. nu. 76. Paulus Fuſch. de viſitat. lib. 1. cap. 21. Covar. 4. variar. cap. 16. nu. 8. Menoch. conſ. 149. nu. 39. Alexi conſ. 24. nu. 23. lib. 3. Caſtr. conſ. 70. vol. 1. nu. 7.* ultra citata p *Petr. Cened. 2. p. collect. 109. nu. 4. Prapoſ. hic nu. 2.* de quo vide poſita ad *cap. Conſtantinus, 2. 56. diſt.*

In Gloſſa, verbo, Territorium, ibi, Quid ſibi. 4 Vrbs, & civitas idem ſunt, *l. Sicut proponis, & l. Singularum, C. de adiuuijs privatis. Bart. in l. Sed, & reprobari, §. final. in 2. col. in lectione Nicolai de Neapol ff. de excuſat. tutor.* dicitur ab *urno*, ſeu *aratro*, civitas muribus cincta, nam in urbe condenda aratrum circum ducebatur, ut murorum ſpatia definirentur *l. Papillus, 239. ff. de verbor. ſignif. cap. Si civitas, de ſententia excõmunicat. in 6.* & an ſit appellanda civitas, quæ epiſcopum non habet, vide citatos per *Cened. 2. part. collect. 101. nu. 1. Bart. in l. ult. nu. 3.* verſ. *Nam in uſu ff. de collegijs illicitis, & in Extravag. Qui ſint rebelles*), verbo, *Lombardia. Rebuff. in Concord. tit. de collationibus, §. Volumus*, verbo, *in civitatibus*, cum quibus reſolve, civitatem dici non poſſe illam, quæ proprium epiſcopum non habet. Vnde, quando novus epiſcopatus inſtituitur, villa, vel oppidum ubi erigendum eſt, prius civitatis nomine, & honore decoratur, ut optimè probat *textus in Extravag. Salvator*, verſ. *Volentes, de præbendis inter communes*, & notat *Petrus Gregor. 1ei beneficiaria, cap. 17. num. 2.* vide poſita ad *cap. Epiſcopi, 3. num. 1.* & ſequentibus, infra, *diſtinct. 80.*

In Gloſſa, verbo, ſeu. 5 Dictio, *ſeu*, non auget, quia ponitur in ultimis, *Abb. tum communi in cap. Inter cæteras, de reſcriptis*, ſed quia ponitur inter conformia, ſecundùm *Dec.* ibidem, *num. 6.* & quando ponitur inter diverſa; vide *Hieronym. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloſſa 48. num. 17.* & *Gloſſa 52. num. 3.* & circa hanc dictionem vide latiſſimè *Cened. ſingular. 15. Cardinalem Tuſchum tom. 2. littera O. concluſ. 372. pag. 653.*

CAP. Inter nos. XXXI.

1

SVMMARIVM.

1 *Electio, & conſecratio Romani Pontificis, quomodo fiat?*

1 IN textu. Dicit textus electionem, & conſecrationem Pontificis non niſi iuſtè fieri debere. Tu dic. Quando Summus Pontifex creatur, electores perſonam deſignant, ſolus autem Chriſtus immediatè confert dignitatem, & poteſtatem. Dico ſecundò. Poteſtas eligendi, & deſignandi perſonam, data fuit hominibus. Dico tertiò. Modus eligendi Pontificem non fuit à Chriſto Domino præſcriptus, ſed Eccleſiæ commiſſus eſt. Dic tandem. Ad Sedem Apoſtolicam præcipuè ſpectat præſcribere, & ordinare modum eligendi Summum Pontificem, de quibus vide 2 late *Suar. de fide, diſp.* 10. *ſect.* 4. & circa textum vide latiſſimè *Baron. tom.* 9. *annal. anno Chriſti* 774. *num* 16. *&* 17. *& tom.* 10. *anno Chriſti* 847. *num.* 10. *&* 11.

CAP. Conſtitutio. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Baronius noſtri textus meminit.*

1 IN textu. Vide circa illum *Baron. tom.* 9. *annalium, anno Chriſti* 774. *num.* 16. verſ. *At quomodo, & num.* 17. verſ. *At quod dicunt.* Adriani Pontificis anno 3. & Conſtantini Copronymi Imperatoris, anno 34. qui *Baron.* noſtrum textum refert, & eius materiam proſequitur.

CAP. Tibi Domino. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Imperator præſtat Papæ iuramentum fidelitatis.*
2 *Revocatio procuratoris non valet niſi fuerit intimata.*
3 *Pater, & filius, an, & quando cenſeatur una, & eadem perſona?*
4 *Delictum familiæ, quando obliget dominum?*

1 IN textu. Collige ex textu, quòd Imperator Otho promiſit Ioanni XII. qui ſedem eſt adeptus anno Domini 955. de eo iuvando, & quòd nihil ipſe, neque ſucceſſores eius in ordinatione ſtatuerent, ſine conſenſu Ioannis, ut tradit *Anſelmus lib.* 4. *cap.* 37. & *Antonius in ſpeculo hiſtoriali, 2. part. tit.* 16. *cap.* 1. §. 16. Vnde etiam probat, qualiter Imperator præſtat Papæ iuramentum fidelitatis; idem tenet *textus in Clement. Ne Romani, de iure iurand.* & *Petrus à Monte in Monarchia Conciliorum, tit. de origine Imperatoriæ Maieſtatis, quæſt.* 4. *num.* 81. *in* 2. *vol. tract. in impreſſione antiqua, & in noviori, tom.* 3. *part.* 2. *fol.* 309. & *Ioann. Cirier de primogenitura, lib.* 3. *queſt.* 7. *num* 9. *Epiſcop. Theſeſin. in theſauro fori eccleſ.* 1. *part. cap.* [illegible] *nu.* 20. *ubi etiam nu.* 46. dicit quòd Imperator, qui à Papa non eſt coronatus, non dicitur Imperator ex *Baron. annal. tom.* 10. *anno* 871. §. *Dicit autem, & §. Illud autem, & annal.* 888. §. *Eodem anno, tom.* 10. *& anno* 960. *num.* 4. & ſequentibus, qui noſtrum textum refert, & vide ad quod notes hunc textum *Felin. in cap. Si diligenti, num.* 1. *de præſcript.*

In Gloſſa 2. poſt principium. 2 Quam vocat magiſtralem *Felin. in cap. Ex parte decani, num.* 7. verſ. *Secunda regula, de reſcriptis,* & per illam docet, quòd tunc mandatum procuratoris habentis mandatum ad ligandum dominum, ligat eum, etiam quando procurator eſt revocatus, & ignorat revocationem factam à domino; quod etiam ampliat procedere in maleficijs, quia non ſufficit revocare mandatum de maleficio committendo, niſi etiam notificetur revocatio mandatario.

In Gloſſa eadem ad fin. ibi, Pater, & filius. 3 Quando cenſeatur unà, & eadem perſonà, vide *Marſilium in l.* 1. *Cod. de raptoribus. Guillielmus in cap. Raynuntius,* verbo, *mortuo,* 2. *ex num.* 36. *Oldrad. conſ.* 224. *num.* 25. *Tiraquel. in l. Si unquam,* in principio, *num.* 15. 25. *&* 33. *& de primogenitura quæſt.* 40. *num.* 58. *Felin. in cap. Aſſerte, nu.* 5. *de præſumpt. & in cap. Ex parte decani, num.* 19. *de reſcriptis,* vide etiam *cap. Contradicimus,* 21. verſ. *Hac authoritate,* 35. *quæſt.* 1. & *Valaſc. conſult.* 122. *num.* 25. *& conſ.* 126. *num.* 5. *&* 12.

In Gloſſa, verbo, Meo. 4 Familiæ delictum quando obliget dominum, vide *Aloyſ. Riccium collect.* 1550. *Romanum conſ.* 152. *nu.* 4. *Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 40. *Tuſchum tom.* 3. *littera F. concluſ.* 76. Circa quam quæſtionem illud breviter etiam concludendum eſt, iuxta plurimorum auctorum opinionem, delictum perpatratum à filio, vel famulo, vel conſanguineo, vel amico præſumi factum de mandato patris, domini, conſanguinei, & amici, quando tale delictum cedit in aliquam illorum utilitatem, vel ſatisfactionem. Ita *Franc. Marc. deciſ.* 423. *nu.* 5. *&* 6. *p.* 1. *Plaça de delictis, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 53. *num.* 3. cum ſequentibus. Quod tamen limitabis, ſi dominus patiatur famulos perſiſtere

cere in tali delicto. *Antonius Gom. variar. tom. 3. cap. 3. nu. 47. Maſcard. de probation. concluſ. 1003. nu. 36. & concluſ. 1012. num. 2. & concluſ. 1300. num. 1.* cum ſequentibus. *Farinac. part 4. conſ. 26. num. 9. & conſ. 55. num. 29. Gurdus de alimentis, tit. 9. quæſt. 26. num. 117.* Vnde univerſaliter loquendo, familiæ delictum toties dominum obligabit, quoties ex illo aliquid culpæ in eundem dominum redundaverit.

Ad cap. Sacrorum. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Navarrus noſtri textus meminit.*
2 *Domicilium proprium quod dicatur, & quæ ſit propria diœceſis?*
3 *Pontifex an ſit à ſolis Cardinalibus eligendus? & num. 4. & 5.*

1 IN textu. Quem refert, & eius materiam latè proſequitur *Navar. in rubric. de iudiciis, dectmè ſeptimo principali, nu. 70. Baron. tom. 9 annal. anno Chriſti 774. verſ. Nam quod in primis.*

2 In text. ibi, De propria diœceſi. Proprium domicilium, quod dicatur, & quot modis contrahatur, decem modos ponit *l. 2. tit. 24. partit. 4.* vide *Barboſ. ad Ord. lib. 2. tit. 56. nu. 1. & textus in cap. 5. de parochijs. Covar. 1. variar. cap. fin. Menoch. conſ. 80. num. 9. 13. & 15. Aloyſ. Riccium collect. 115. 846. 1583.* At nomine diœceſis continetur civitas, ut ſupra dixi in *cap. Nullus, 12. diſt. 61.* & vide *Aloyſ. Riccium collect. 1387.* ſicut appellatione familiæ continetur Princeps familiæ, *l. Familia, ff de verborum ſignificatione,* & nomine provinciæ civitas Metropolitana, *cap. Scitote, 6. quæſt. 3. Balb. de præſcript. in 4. quæſtione, num. 1. & 4. Præpoſitus* hic *num. 1.*

3 In §. Ex conſtitutionibus, verſ. 1 Nunc autem. Docet Magiſter *Gratian.* Romanũ Pontificem authoritate Nicolai Papæ non eſſe à ſolis Cardinalibus eligendum. Sed ex eo convincitur, quia ſolis Cardinalibus reſervari electionem Romani Pontificis eſt decretum Alexádri III. in *cap. Licet devitanda, de electione,* & eſt authoritas *Concil. Viennenſ. in Clement. Ne Romani, de electione,* & *textus in cap. Vbi periculum, de electione, lib. 6.* Quinimò, & hoc authoritate Nicolai, in *cap. In nomine, 23. diſt.* ad quem hic reſpexit *Gratian.* ſtatutum fuiſſe, tenet *Turrecremat. & Præpoſ. in d. cap. In nomine,* & multum tempus Alex. III. Cardinalibus ſolis fuiſſe ius eligendi colligitur ex eodem *cap. Licet,* qui ſolum de novo conſtituit duas cardinalium partes in eligendũ conſentire debere, ut optimè advertit *Bellarmin. de cleric. lib. 1. cap. 9. col. 1.*

4 Tu ſupponc, quòd Pontifices pro varietate temporum varias Romani Pontificis eligendi formas præſcripſerunt, & per mille annos decem, & ſeptem mutationes contigiſſe, inquit *Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 7. verſ. 3.* inter quas illa, quæ hodie obſervatur, ut ſolis Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, ius hoc eligẽdi deferatur, ut proſequitur *Dec. & Abb. in d. cap. Licet devitanda. Turrecr. & Præpoſ. in d. cap. In nomine. Ledeſm. 2. 4. q. 26. art. 4.* Laudabilior fuit, convenientior, & magis ſchiſmatum expultrix, ut elegãti ſtylo oſtendit *Bellarm. d. cap. 7.* p totum; idq; variis deciſionibus comprobarunt Romani Pontifices, in *d. cap. Licet, & in d. cap. Vbi periculum, & in d. Clement. Ne Romani, de elect.* quæ conceſſio declaratur ita ut maneat hæc poteſtas in uno de collegio Cardinalium ſi unus tantũ ſuperſit *Abb. in d. cap Licet,* in fin. ubi *Decius.*

5 Illud autem dubium eſt, an conſtitutionem Nicolai, in *cap. In nomine, 23. diſt.* hoc ius ſolis Cardinalibus cæperit deferri, qua in re *Gratian.* hîc negativam, *Præpoſ. Turrecr. & Archidiac. in d. cap. In nomine,* affirmativam partem videntur aſſerere. Illa tamen conſtitutione diligenter inſpecta, circa illam conſidero, quòd Nicolaus Papa ſtatuit in ipſa conſtitutione obſervare in Romani Pontificis electione omnia, quæ in alijs inferiorum electionibus obſervabantur, & ſic ſtatuit, ut Cardinales, Epiſcopi, & clerici electionem celebrarent, additq; quod reliquus clerus ad aſſenſum novæ electionis accedat. Ex his prænotatis facile Gratiani dictum in vero ſenſu deſenditur. Nam licet Summus Pontifex ex illa Nicolai conſtitutione à ſolis Cardinalibus eſſet eligendus, tamen hoc fieri debebat in præſentia cleri Romani, qui aſſenſum factæ electioni præſtabant, in quo ſenſu inquit Gratianus, quod electio non fiebat à ſolis Cardinalibus, & ſic intelliguntur dicta *Gratiani in initio, 79. diſt.*

CAP. Obeuntibus. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus aliquando ponitur pro cõſilio.*
2 *Ad quos canonicos ſpectet electio epiſcoporum?*
3 *An electio epiſcopi abſq; conſenſu religioſorum ſit valida?*
4 *Intellectus noſtri textus.*

1 IN textu, ibi, Conſenſu, Nota quòd ubi aliquid debeo facere cum conſenſu alterius, niſi voluntatem ſuam habuero, nihil poſſum; cum conſenſus dicatur quaſi ſimilis ſenſus. *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloſſa 471. nu. 23. & 25.* quod ſimul mecum conſentire debui, & ego ſecum, alias non eſt conſenſus, ſed diſſenſus, ut *§. 1. 29. quæſt. 1.* Aliquando tamen ponitur conſentus pro conſilio, *cap. 1. & 2. ibi n. 65 diſt. & Gonzal.* ubi ſupra, *Gloſſa 46. nu. 80. & 81. & Gloſſa 48. nu. 15. ex cap. 2. de foro compet.* Sed qui tenetur conſilium alicui adhibere, non tenetur illud ſequi *cap. Cum olim, 7. de arbitris. cap. Licet, de regul. iur.* apud *Gregor. l. fin. C. de iure emphyt. l. Quidam decedens, §. Papinianus ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. ff. ubi pupill. educ. debent. Gonzal.* ubi ſupra, *Gloſſa 46. à nu. 61. uſq; ad nu. 75.*

2 Ibi, Canonici de Sede epiſcopali. Ad quos ſpectat electionem epiſcoporum, non tamen ad omnes, qui eiſdem Eccleſijs inſerviunt veluti capellanos manſionarios, & alijſmodi, ſed ad ſolos canonicos, qui vocem habent in Capitulo, & ad communes tractatus vocari ſolent; quos ita diſtinguit *Gloſſa, verbo, aſſiſtos, in cap. penult. de clericis non reſidentibus*, recepta ex multis, de quibus *Zerbius de repub. eccleſiaſtica, tit. 24. nu. 2.* quia hoc novum ius tempore ius eligendi epiſcopum reductum noſcitur ad ſolum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ut conſtat ex *textu in cap. Congregatio, 16. q. 7. cap. 1. cap. Cum terra, 14. cap. Cum inter, 18. cap. Quia propter, 42. de electione. Petrus Gregor. de elect. cap. 6. nu. 6. Duaren. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, lib. 5. cap. 1. vers. Recte Corraſius. de ſacerdotio, p. 4. cap. 1. à nu. 28. Selva de benefic. p. 3. q. 22. nu. 9. & 26.*

3 Nec obſtat textus in præſenti, dum decidit electionem epiſcopi factam ſine conſenſu religioſorum, & clericorum non valere, quia ultra ſolutionem *Gloſſæ 1. in præſenti*, omiſſa etiam ſolutione *Ioannis Andreæ*, quem ſequitur *Ripa in cap. Cum Eccleſia, nu. 122. de cauſa poſſeſſionis*, qui voluerunt, quòd licet ſit contra ius commune, quod canonici excludantur ab epiſcoporum electionibus, non ita eſt contra ipſum ius commune, quòd clerici diœceſis ſimul cũ canonicis coeligant, convincitur enim expreſſè ex *d. cap. Cũ Eccleſia*, dum expreſſè probat ad ſolos canonicos, ſeu clericos Cathedralis Eccleſiæ huiuſmodi electionem pertinere, & expreſſius per *textũ in cap. Cum dilectus*, ad fin. *de conſuetudine*; ibi. *Quæ iuri cõmuni præiudicet*, iuncto ibi. *Alioquin Aldenſibus monachis ius eligendi Abbatem adiudicare cogetis.* Advertit bene *Aub.* ibi *nu. 43. vers. Tertia* cui non ſatisfacit *Ripa*, proximè citatus.

4 Non abſurdè tamen videbatur tentari poſſe textum in præſenti, non dare clericis extraneis vocem in electionibus, ſed ſolum conſilium; ita ut ſi præſentes inveniantur in electione, ab ea non excludantur, ſed conſilium ab eis ſit requirendum, non verò ſequendum, iuxta regulam *textus in cap. Cum olim, de arbitris*, de quo ſupra *nu. 1.* ut notavit *Gloſſa* hic, verbo, *conſenſu*, ſequitur *Bellamera*, explicans non eſſe conſilium hoc de habitantia, & validitate electionis, ſed de bene eſſe, ſequitur etiam nuper Cardinalis ſancti Xisti, & Alexandrinus, ſed melius ipſe Alexandrinus, ex Archidiacono adverſit reſolutionem hanc eſſe contra *Ioannem Andream* præſenti, ex quo conſtat conſilium religioſorum, de quo antea dixerat poni, pro conſenſu, & ſine eo invalidam eſſe electionem, ut patet ex fine textus, ibi. *Quod ab eis conſenſu eorum, & conſenſus factum ſuum ſtrictum habuerunt, & ita*, quare bene docent tutiorem eſſe ſolutionem *Gloſſæ prima*, quod ea deciſio contraria conſuetudine ſit abrogata.

CAP. Si fortè. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Prælati non ſatisfaciũt ſuo muneri, quã ſi de digniori Eccleſiæ prouideant.*
2 *Quod procedit non ſolum per viam collationis, ſed etiã per viam electionis.*
3 *Patroni debent præſentare illos, qui maioribus iuuantur meritis.*
4 *Mortiferè peccant, qui omiſſis dignioribus, dignos eligunt.*
5 *Quod tamen non procedit in beneficijs ſimplicibus.*
6 *Non tenetur quis ad reſtitutionem, ſi omiſſo digniori dignum eligat.*
7 *An hoc procedat quando proviſio beneficij fit per concurſum, & oppoſitionem? & num. 8.*

1 IN textu, ibi, Qui maioribus iuvatur meritis. Controvertũt Doctores in præſenti utrum ſufficiat, quod patronus, vel epiſcopus indignum præferat, ac ſub inde teneri, ſufficere ſi eligere idoneum, omiſſo etiam digniori. Tu rem ſatis involutam ſequentibus diſtinctis concluſionibus. Sit prima concluſio. Prælati non aliter ſatisfaciunt ſuæ obligationi, quam ſi de digniori Eccleſiæ prouideant. *cap. Licet, 8. q. 1. textus* optimus in *cap. 2.* & ibi *Gloſſa, verbo, melioris, de officio cuſtodis, textus in cap. 2. de iure patron. Tridem. ſeſſ. 24. cap. 1. & 18. de reformat.*

reſol-

reſolvunt D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. Rebuf. in praxi tit. Requiſita ad bonam collationem à num. 23. Syluester, verbo, electio 1. nu. 18. Sanch. lib. 3. de iuſtit. quæſt. 9 articul. 1. Sarmiento de redditibus 1 p. tit. cap. 4 num. 2. plures, quos ſequitur Covar. in regula peccatum 2. part. §. 7. numer. 3. Salzedo in practica cap. 21. littera G. & littera H. Nam in rebus publicis datur obligatio eligendi ſemper dignio-
rem l. ad ſubeundā. Cod. de decurionibus lib. 10. & in Authen. de monachis, §. ordinatione collat. 1. & conſtat inter res ad bonum publicum pertinentes, non minimum locum habere prouiſio
nes eccleſiarum; Vaſquez in opuſcul. moralibus in tractat. de beneficijs, num. 50. & ſequentibus.

2 Secunda concluſio. Prædicta ſententia procedit non ſolum quando per viam collationis eccleſiæ prouidentur, ſed etiam quando per viam electionis, adhuc enim prouidentes tenentur eligere illum qui maioribus iuuatur meritis, ut probat textus noſter in præſenti, textus in dict. Authent. de monachis, §. ultimo optime Trident. d. cap. 1. reſolvunt ſupra citati; dicit communē Covar. d. numer. 3. quidquid contrarium teneat Gloſſa verbo, qui præſtantior in d. cap. licet 8. quæſt. 1. Gloſſa penult. in d. cap. 2. de offic. ordinis, Gloſſa verbo magis in cap. conſtitutis de appellationibus, refert plures Lambertinus de iure patronatus lib. 2. 1. part quæſt. 10 art. 3. num. 6. Padilla in l. cum quidam num. 19 ff. de legatis 2. quibus non favet textus in cap. cum nobis verſ. illius de electione, ſiquidē textus ille tantum convincit factam electionem de digno, prætermiſſo digniori, validam eſſe, cuius rei eam rationem reddit Diuus Thom. 2. 2. quæſtione 63. articul. ſecundo ad tertium quia aliàs omnis electio, vel præſentatio calumniā pateretur, daretur que locus pene infinitis litibus, ſi electiones eo prætextu revocari permitterentur, quod quidem neque tolerandū, neque Reipublicæ chriſtianæ convenire teſtantur iura, de quibus Covar. d. §. 7. num. 4. & 5. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 5. num. 47.

3 Tertia concluſio. Patroni etiam ſuo muneri non ſatisfaciunt, niſi præſentaverint illos, qui maioribus iuventur meritis, conſtat namque ſuo modo ſaltem partialiter concurrendo teneri eccleſiæ de prælato prouidere, ac proinde debere digniorem offerre, prout in ſpecie reſolvit Sotus d. lib. 3 de iuſtitia quæſt. 9. art. 1. Covar. d. §. 7 nu. 5. communis ex Decia conſ. 95. Vaſquez in opuſc. moral. tit. de beneficijs, num. 73 & ſequentibus licet contrarium teneat Gloſſa. verbo, maioribus in cap. 3. de iure patronat. & Gloſſa. ult. in cap. monaſterium 16. quæſt 7. Lambertinus, qui alios refert d. quæſt. 10. art. 3. numer. 17. Robus verbo, honoriſicum quæſt. 21. numer. 52. quibus non favet textus in d cap. monaſterium, ibi, qui voluerit, & in cap decernimus, ibi, idoneos 16. quæſt. 7. Nam ibidem dicitur dignos eſſe recipiendos ad effectum, ut indigni repellantur, non verò ut digniores prætermittantur, advertit Covar. d. nu. 5. Quod tamen non procedit, ubi quis ex proprio patrimonio eccleſiam, vel oratorium cōſtituxit, ea adiecta conditione, ut ex ſuis cognatis in perpetuum ſacerdos præſentetur, tunc enim poterit præſentare quem voluerit, dummodo indignus non ſit, ut per Sot. lib. 3. de iuſtitia queſt. 6. art. 2 col. 14. verſ. mox.

4 Quinta concluſio. Mortifere peccant, qui omiſſis notabiliter dignioribus, dignos accipiunt, quia non ſatisfaciunt obligationi ex lege humana, vel divina proueniēti. D. Thom. 2. 2 quæſt. 63 artic. 1. & quæſt. 185. art. 3. Cajetan. in ſumma, verbo, Accepto perſonarum. Syluester, eodem verbo & verbo, electio. 1 quæſt. 16. refert alios. Soto de iuſtitia lib. 3. quæſtione 6 articul 2 & lib. 10. quæſt. 2 art. 3. Ubaldus de officio ſacerdotis, 2. part. lib 4 cap. 23. Valentia 3. tom. diſput. 5 quæſt. 7. punct. 2. Tolet. in ſumma lib 5 cap. 4. verſ. 4. Abb. nu. 7. & Decius n. 23 in cap. conſtitutus 2. de appellat. Covar. in regula peccatum 2 part. §. 7 num. 4. & 5. Navarr. in Man. cap. 17. numer. 73. & de oratione miſcellanea 38. Peres in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti. Padilla in l. cum quidam num 19 ff de legat. 2. Cevallos in ſuis cōmunibus quæſt. 659 num. 1 plures refert. Garcia de beneficijs 7. p. cap. 16. num. 1. & eſt ratio, quia dimittere digniorem ſine cauſa, violatur iuſtitia diſtributiva, & committitur peccatum acceptionis perſonarum, quod illi contrariatur, & eſt mortale ex genere ſuo.

5 Quinta cōcluſio. In beneficijs ſimplicibus, & ſine cura, ſufficit quòd dignus eligatur, etiā omiſſo digniori, nam Concilium de ſpe copatibus, & curatis tantum loquitur, & ita docet Petrus Navarra de reſtitut. lib 2. cap 2 num 172 & à nu. 182. quem ſequitur Gutierr. lib. 2. Canonicarū, cap. 11 num. 12. & 18. ergo, quod ſi aliud diceremus, omnes fere prælati eſſent in ſtatu damnationis; prouidentes dignis beneficia ſimplicia, prætermiſſis dignioribus; Vega in ſumma 2. part. capit. 17. caſu 1. Ledeſma in ſumma 2. part. tractat. 7. cap. 2. concluſione 7. Garcia de beneficijs part. 7. cap. 16. num. 17. iuvat quæ tradit Leſſius de iuſtitia lib. 2. c. 34. dubio 14. licet contrarium doceat Vaſquez in opuſcul. moral. tract de beneficijs nu. 78. quæ ſententia procedit non ſolum in patronis laicis, ſed in eccleſiaſticis, ex Lambertino de iure patronatus part. 1 lib 2 q 10. art. 3. ad fin. ſequitur Garcia ubi proximè nu. 18. ubi poſt alios dicit, in patronis laicis ſufficere dignum præſentare, etiam ad curata.

6 Sexta concluſio. Non tenetur quis ad reſtitutionem, ſi omiſſo digniori, dignum eligat; nam reſtitutio tunc neceſſario requiritur, quando alicui damnum eſt illatum in re ſibi debita, ut propria, non verò in debita ut communi, quia ut inquit Sanctus Thom. 2. 2. q 16. art. 1. ad 3. alio modo debetur alicui quod eſt cōmune, alio modo quod eſt proprium, &

in hoc casu princeps, vel alius prælatus dignior rem omittens in officio publico, vel beneficio ecclesiastico, non infert ei damnum in re propria, sed in re communi, & sic peccat contra iustitiam distributivam, quæ ad restitutionem non obligat, ita docent *Soto de iustitia lib. 4. q. 6. art. 3 ad 6. Ledesma 2. 4. quæst. 18. art 2. Navarr. in Manual. cap. 17 num. 72. Covar. in reg. peccatum 2. pa. §. 7. num 6. Paez lib. 1. ordinamenti tit. 6 in l. 2. Medina de primogenijs lib. 2. ca. 5. num 57. Spinus de restitut. in Glossa 18. num. 9. & 10. Gutierez lib. 2. canonicarum cap. 11. à num. 47. Cevallos in suis communibus quæst. 659 num. 12. Toletus in summa lib. 5 cap. 4. verti. Quarto. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 34. dubio 15.* & magis placet *Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 15. quæst. 12.* sequitur *Rebellus 1. part. lib. 3. q. 4. & 5.* quidquid contrarium docent aliqui quos refert *Garcia de beneficijs part. 7. cap. 16. num. 50.*

7 Maior difficultas insurgit, quando per concursum, & oppositionem beneficij provisio facienda sit. Vtrum teneatur quis ad restitutionem, si omisso digniori, dignum eligat? Pars affirmativa verior multis doctoribus videtur, quia ex huius edicti propositione, quidã quasi contractus obligatorius inter digniorem, & electores resultat, ex quo oritur obligatio, prout in casu subhastationis, in qua promittitur res plus offerenti, concludit *Bart. in l. licitatio ff. de publicanis*, unde omittens dignioremc censetur offendere non solum iustitiam distributivam, verum etiam commutativam, ortam ex illo quasi contractu & ex fide in illo data. Iuvat quia eligentes constituuntur iudices à lege inter oppositores, ut illos examinent, & dignioremd suo suffragio declarent, atque ideo si scienter iniquè iudicent minus dignũ esse dignioremd, veluti lædentes in iure quæsito ad restitutionem tenebuntur, iuxta illa, quæ de iudice iniuste iudicante resolvunt communiter Doctores, & ita in specie tradit *Molina lib. 2. de primogenijs cap. 25. num. 59. Bartholom. de Medina instructione confessariorum in septimo præcepto, §. 32.* quem sequitur *Petrus Navarr. lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 178.* plura refert *Gutierr. Canonicar. lib. 2. cap 11. num 55.* cum sequentibus, *Vasquez. in opusc. moral. tract. de benefic. num 117.*

8 Pars negativa alijs placet, quia ex edicto, seu oppositione tantùm promittitur beneficium, præbenda, seu cathedra ipsis oppositoribus, & inter ipsos, illi, qui secundum formam oppositionis dignior fuerit iudicatus, atque ideo licèt verum sit quòd ex eo habent ius quæsitum oppositores contra illos, qui oppositores non sunt, etiam dignissimos; nõ verò inter ipsos habet ille ius quæsitum, qui verè dignior est, nõ enim promittitur beneficium, nisi tantũ illi, qui fuerit electus à maiori parte secundùm formam oppositionis, is enim dignior reputatur; unde quamvis lex præcipiat, ut eligentes verè digniorem eligant, tamen si contra fiat, læditur solum iustitia distributiva, quæ ad restitutionem non obligat ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 1.* & ita hanc opinionem tenuit. *Sot.* supra citatus, *cui penulti. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 74. vers. Nec obstat. Ledesma 2. 4. quæst. 18. artic. 2. ad finem. fol. 256. vers. Secunda conclusio Mercado de contractibus lib. 6. capit. 17. folio 357. §. Tanti disen los Theologos. vers. Esto no lo sigo. Garcia de benef. 7. part. cap. 16 num 43.* Hodie tamen extat constitutio Pij. V. qua decretũ est, ut si in concursu dignior fuerit repulsus, ad superiorem recurrat, qui re perspecta iniustã repulsionẽ revocet, cuius meminit *Garcia* ubi proximè *num. 61.* Tu lector lege, & elige. De indigno autem accepto extra controversiam est, obligationem restituendi ex tali acceptione resultare.

DISTINCTIO. LXIV.

CAP. Episcopi. I.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus saltem à tribus episcopis est consecrandus.*

2 *Boerius nostram Glossam sequitur.*

IN textu, ibi, Tres Episcopi, Ex quo collige, quod Episcopus est saltẽ à tribus Episcopis consecrandus, idẽ dicit *textus in cap. Episcopum 6. infra eádem, & Selva de beneficijs 3. part. quæst. 38. num. 5. Vincentius Fillucius in summa tom. 2. tract. 9. de sacramento ordinis cap. 5. num. 106.* & notavi in *cap. Episcopum. 5. numer. 3. supra 61. dist.* & an mortaliter peccet, si conscius peccati mortalis consecretur, videndus est *Azor 2. tom. lib. 3. cap. 30. vers. duodecimo*, cum quo resolve, illam opinionem esse valde probabilẽ, quæ affirmat peccare mortaliter episcopum, qui peccati conscius ad consecrationẽ accedit. Ratio est quia per consecrationẽ, accipit quandam potestatem ordinis, sive facultatem conferendi *Sacramenta*, proindeque accedens in peccato, facit contra sanctitatem debitam sacramento, & consequenter peccat mortaliter: confirmandus est à Metropolitano, vel Primate, cui subest nullo modo, ut hic *Archidiac. & cap. Episcopum 6. & cap. illud 7. infra eádem.*

In Glossa

2 In Gloſſa verbo, Litteris ad fin. Notat *Boerius deciſ* 1. *n.* 39. & per illã docet quòd
1 ubi conſenſus requiritur certo determinato tempore pro forma, non poteſt talis conſenſus præſtari, etiam per illum, qui eſſet abſens, vel juſto impedimento detentus, per textum in *cap. Quia propter, de electione*; faciunt quæ tradit *Bartbol. in l. Titio pupul. ff. de inter prælegata Baldus in l. uxorem. Cod. de teſtibus*, de quo etiam *Ducã. reg.* 283.

CAP. Ordinationes. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi comprovinciales ſunt convocandi in conſecratione alij epiſcopi.*
2 *Dictio* ſimul *quid ſignificet?*
3 *Dignus ſemper præſumitur, qui nõ noſcitur indignus.*

1 IN textu. Collige ex decreto Anacleti Pontificis, omnes Epiſcopos qui fuerint in provincia debere conveniri ad conſecrãdum epiſcopum comprovincialem; nec obeſt, quòd fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora, & conſecratio tam Archiepiſcopi, quã epiſcopi poteſt fieri per pauciores Epiſcopos, & ſic videtur inconvenienter ſtatutum, quòd vocentur omnes comprovinciales epiſcopi in conſecratione epiſcopi, vel Archiepiſcopi. Reſpondetur enim cõvenientiſſimè factum eſſe, ne lupus pro paſtore præficiatur in eccleſia. Ad hoc enim ut bonus appareat ingreſſus epiſcopi, debet ex plurimũ cõſilio approbari, non enim eſt veriſimile, quòd qui multorum conſilio aſſumitur, ingrediatur quam ex vitæ merito, & doctrinæ ad ſubditorum fructum, & animarum ſalutem, quia ubi multa conſilia, ibi ſalus, ut dicitur *Proverbiorum cap.* 11.

2 In textu, ibi, Simul. Quæ dictio eſt congregativa, ideoque ſiquis inſtituat fratrem hæredem, cum hoc, quòd bona ſua debeat communicare ſimul cum fratribus ſuis, importat ſimultaneam communicationem, ut ipſe fratribus, fratres ſibi communicent, de quo late *Bart. conſ.* 4. *factum tale num.* 3. *in fine, & num.* 4. *lib.* 1. ſequitur *Tuſch. tomo ſecundo littera D. concluſione* 376.

3 In Gloſſa verbo, Aſſenſum, ibi, Dignum debet æſtimare. Ex qua colligitur quòd dignus ſẽper præſumitur, qui non noſcitur indignus, idem *Gloſſa fin. in cap. unico de ſcrutinio in ordine faciendo cap. final. de præſumpt.* ubi *Felin. à num.* 1. *cap. dudum* 16. *in fine de præſumptione Alciat. reg.* 3. *præſumptione* 2. *&* 3. *in principio, Hieronymus Gonzal. ad reg.* 8. *cancellariæ Gloſſa* 4. *numer.* 164. & ſequentibus. *Tiraquel. de præſcriptionibus* §. 1. *Gloſſa* 2. *pag.* 87. *verſ. Sed quæd. Bernard. reg.* 65. *Ducãs reg.* 75. *Socin. reg.* 39. *Cened. ad ſextum Collectan.* 29. *num.* 1. & 2. Nota tamen primò, quòd quando agitur de ſalute animæ nemo præſumitur bonus. *Menoch. lib.* 5. *de præſumpt. præſumptione* 5. *num.* 29. *Vaſquez* 1. 2. *queſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 65. *cap* 3. *Salas* 1. 2. *quæſt.* 21. *tract.* 8. *diſp. unica. ſect.* 17. *num.* 15. *Sanch. in decalog. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 10. & 50. Nota ſecundo quòd quãdo quis vult promoveri ad eccleſiam, debeo inquirere de eius qualitate *Butrius in cap. Sicut*, 11. *num.* 9. *de electione in* 6.

CAP. De abiectione. III.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Arauſicanum primũ quãdo celebratum?*
2 *Epiſcopus an poſsit à duobus epiſcopis conſecrari?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Arauſicano primo. Concilium Arauſicanũ primum fuit celebratum in Gallia anno Chriſti 442. ſub Leone 1. Pontifice, & Imperatore Valentiniano; in quo decretum fuit de rebus ad epiſcopos, presbyteros, & alios fideles pertinentibus, ut tradit *Padilla in epitome conciliorum fol.* 21. refertur *tom.* 1. *conciliorum.*

2 In textu, ibi, Duo præſumpſerint ordinare. Præcipit concilium Arauſitanum, nõ debere Epiſcopum à duobus epiſcopis ordinari, non tamen eſt de iure divino, ut fiat à tribus, vel pluribus epiſcopis, & Papa poteſt hanc formam mutare, quãvis illa ab Apoſtolis fuerit inſtituta, ut tradunt *Hugo, & Præpoſitus in cap. Petro, infra 66. diſt.* quos ſequitur *Gregorius Lopez partita* 1. *tit.* 5. *l.* 28. *Gloſſa* 2 & notatur *in cap. Archiepiſcopus, & in cap. ne qui epiſcopi de temporibus ordinationum*, faciunt quæ tradit *Azeredo ad Conſtit. Piſanam*

Piſanum lib. 2. cap. 14. littera B. Vide me infra cap. Porro, citato, num. 1.

CAP. Comprovinciales. IV.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*
2 *Vniverſitas extincta eſt, ſi omnes Canonici mortui eſſent præter unum.*

1 IN textu. Cuius meminit *Gregorius Lopez partit. 1. tit. 5. l. 28. Gloſſa 1.* ubi alia iura adducit *Azor. tom. 2. lib. 3. c. 39. verſ. ſecundo.*

2 In Gloſſa verbo, Iuſſu, ibi, Penes unum. Imó ius univerſitatis non poteſt cadere in uno, unde ſi omnes canonici mortui eſſent præter unum, extincta eſſet univerſitas, ut patet in *cap. Bonæ memoriæ de electione. l. ſi grege, ff de legat. 1. & cap. ſi forte 65. diſtinct. infra* ubi *Archidiac. nu. 3.* reſpondet ad contraria.

CAP. Extra. V.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium, quod eſt plurimorũ ſententijs confirmatum, integrum eſt.*
2 *Dictio* extra *quid ſignificet?*

1 IN textu. Probat quòd integrum eſt iudicium, quod plurimorũ ſententijs confirmatur: idem textus in *cap. prudentiam de officio delegati*, quod confirmat *Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 11.* ubi dicit quòd convivium, ad quód plures conferunt, melius eſt, quàm una ſimplex menſa; ſic iudicia multorũ ſæpe meliora ſunt, quàm uniuſcuiuſque, & ſubiungit quód multitudo minus ſubiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna congeries, ſic etiam plures, quam pauciores incorruptibiliores ſunt, at cum unus iudicat, ſic ira, vel alia huiuſmodi perturbatio vincat, neceſſariũ eſt iudicium corrumpi; ſed in multitudine difficile foret omnes iraſci, atque deviare, ait enim *textus in cap. de quibus 20. diſt.* quód facilius invenitur quod à pluribus exquiritur, & idem *textus in l. fin. Cod. de fidei commiſſis* latè *Tiraquel. de pœnis cauſa 1. numer. 63.* qui noſtri textus meminit. 1

Ibi, Extra. Quæ dictio importat remotionem, & ſeparationem *l. ſubſequentem, ff. de verb. ſignificat. Bero in l. 1. §. 1. in fine ff. de officio præfecti Iouan. Andr. in cap. ſtatutum, nu. 9. de reſcriptis lib. 6.* & ibi *Geminian. in §. In nullo, num. 2.* ubi dicunt, quòd etiam ſumitur pro dictione *præter*, ponitur etiam dictio *extra* pro contrario ad dictionem *intra*, ut quod non eſt intra, cenſeatur extra *l. 1. §. ſive autem, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva Alciatus conſ. 1. nu. 11. lib. 2.* latè *Thuſcus tom. 3. concluſ. 280.* 2

CAP. Quia. VI.

SVMMARIVM.

1 *Privilegia Metropolitani.*
2 *Conſuetudo immemorialis privilegium inducit.*
3 *Aggreſſus quando ſuum aggreſſorem poteſt occidere.*

IN textu. Cuius littera eſt obſcura, ſi credimus *Bellamera in præſentiam, & Turrecrem. in principio*, qui colligunt quòd Metropolitanus debet à ſuis ſuffraganeis conſecrari, & non ab alijs, Hæc enim ſunt privilegia Metropolitanorum, ut conſecrent ſuos epiſcopos, & provincialium, ut conſecrẽt ſuos Metropolitanos, de quo vide *Ancharranũ in cap. nullus num. 5. de iure patronat.* 1

In Gloſſa verbo, Antiquitas. Dum dicit, quòd conſuetudo privilegium inducit, intellige dum tamen ſit immemorialis. *Anton. Gabriel. de præſcript. concluſione 1. Caſan. in conſuetud. Burgund. Rubrica 1. col. 99. & in Catalogo gloriæ mundi, 8. part. conſideratione 20. Covar. in cap. cum in officijs num. 9. de teſtam. Antonius Gom. de contractibus cap. fin. num. 27. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 6. num. 11. Marſil. ſing. 8. Valaſc. de iure imphyt. quæſt. 8. num. 36.* 2

In Gloſſa verbo, Patiamini. Aggreſſus quando ſuum aggreſſorem poteſt occidere, ſunt videndi *Dec. conſ. 459. Boer. deciſ. 168. num. 6. Aloyſ. Riccius collect. 792. & 296.* & vide noviſimè *Vincent. Filliuciam tom. 2. tractat. 29. cap. 3. à num. 34. uſque ad 42.* Poteſt etiam aggreſſorem innocentis occidere, nec ex hoc incurritur irregularitas *Vincentius Filliuc. in ſumma tom. 2. tractat. 20. capit. 5. de tertia ſpecie irregularitatis nu. 158.* 3

num.158.& 259. contra *Navarr. cap.27.num. 213. & Sylveſt.* verbo, *homicidium 1.queſt.9.*& quãdo præſumatur aggreſſor, *Tiraq. de pœnis cauſa 62. Cotta in memorabilibus*, verbo, *mortuus. Boerius deciſ.237. Altiaſus regula 3. præſumptique 39. Menoch. de arbitrar. caſu. 363. & Maſcard.de probat. concluſ. 1228.& 1244.* Quo modo autem probetur quòd quis fuerit aggreſſor, latè explicat *Farin.in praxi crimin.part.5.queſt.125.num.436* cum ſequent. *Menoch.remed.9. recup. num.47.& de præſump.lib.5. præſump.3 num.13.*

CAP. Epiſcopum. VII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, oportet, *quid ſignificet?*
2 *Subſcriptio præſentium quare requiratur in electione?*

1 IN textu, ibi, Oportet. Quod verbum deſignat neceſſitatem, quandoq; honeſtatem, quandoq; officium *Gloſſa 1. in cap.1.25 queſt.1.& cap. vt quæ dist.25.* vers. *oportet de electione, cap. 1. de libelli oblatione Gloſſa* verbo, *oportet in cap.1.de præſcriptionibus lib. 6. Gloſſa*, verbo, *oportet in cap. cum ab uno de ſententia, & reiudicata, eodem lib.*& utrobiq; Doctores *l.3 §. Eos. ff. de muneribus,& honoribus, l.1.§. diuus, ff. de ſepulchro violato.*

2 Ibi, Subſcriptiones. Vocat præſentiã, epiſtolas, vel litteras, quibus abſentes ſuum ſignificant aſſenſum, ſed dubitatur ad quid exigatur ſcriptio præſentium? Reſpondet *Turrecr.* quòd ad cautelam, ne quis ſcrupulus, vel retractatio poſſet oriri.

CAP. Illud. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, generaliter, *quid ſignificet?*
2 *Littera textus exponitur.*

1 IN textu, ibi, Generaliter. Quæ dictio dupliciter ſumitur; aliquando indefinite, ſine ulla coarctatione, veluti ſi detur generaliter poteſtas Prioribus civitatis in omnibus agendis. *Bald. conſ.379. Quando ſuper facto num.4. lib.3.* Aliquando cum quadam limitatione, ut quando alicui conceditur generaliter arbitriũ ſuper adminiſtratione, & gubernatione navis, quia tunc extra negotium navis illa generalitas nihil operatur *Bald.* ubi proximè *numer.5.* vers. *Secundò* poſt illum *Tuſchus tom.2. littera D. concluſione 282.*

2 In fine, textus, ibi, Epiſcopum non eſſe. Non intelligas hoc quantũ ad conſecrationem, & characterẽ, ſed quantum ad executionem epiſcopalis officij, niſi diſpenſativè agatur cum eo, ut poſt *Hug.* tradit hic *Archidiac.* Vel ideo dicitur, quòd repellendus venit ab epiſcopatu, quia ſe ingeſſit, *cap qualiter de electione* advertit *Turrecrem. in præſenti.*

DISTINCTIO. LXV.

CAP. Sanè. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudicandum eſt ſecùndum communem opinionem.*
2 *Impetus omnia mala miniſtrat.*
3 *Dictio*, aliàs, *ſummitur in bona ſignificatione.*
4 *Cauſam contradictionis non aſſignans, habetur pro conſentiente.*

1 IN textu, ibi, Cõmuni cõſenſu. Notat *Marian. Socin.conſil.1 num.146.* & ex illo deducit, quòd debet iudicari ſecundũ communem ſententiam *Bart. in l fin. Cod.de pœna iudic. qui male iud. textus in l. 1. ff. de officio quæſtor.* ibi, *Crebrior apud veteres*, plura congerit *Corneus conſ.186. Quamquam præſens conſultatio. col. 1. vol. 3.* qui etiam noſtri textus meminit *Gregor. Lopez part. 1.tit.14. l. 10. Gloſſa 1.* Ratio autem ob quàm ſecundum communem ſententiam ſit iudicandum, eſt quia illa præſumitur verior opinio, & ideo in iudicijs ſequenda, quæ à maiori Doctorũ parte crebrius recipitur, ut *textus in l. athletas 4. in principio, ff. de his qui notantur infam. & in l. ita vulneratus 51. in principio ff. ad leg. Aquiliam. Tiraquel. de pœnis temper. cauſa 51.n. 63.* cum ſequent. *Bernard. Greveus ad pract. cameræ imperialis lib.1.concl.153.conſid.1.num 5.*

In Gloſſa

2 In Gloſſa verbo, Animoſitate, ibi, Impet' cũcta mala miniſtrat. Idem tenet in cap. 34. inter hæc, de pœnit. diſt. 3. & in deliberatio omnibus eſt neceſſaria, quæ indomitos hominum calores poteſt refrenare, cap. 28 anteriorum, 2. quæſt. 6. & ſunt tituli in iure civili de iure deliberandi, ut in ff. lib. 28. tit. 8. & in Cod. lib. 6. tit. 30.

3 In eadem Gloſſa, ibi, Aliàs. Dictio aliàs ſumitur in bona ſignificatione, cap. quiſquis 87. diſt. & quomodo ponatur Bertachin. in Repert. 1. part. verbo, aliàs fol. 89. Prepoſ. in §. aliàs num. 1. 24. diſtin. & natura huius dictionis eſt excludere virtum, vel qualitatem, cui adiũgitur, & alia includere Gloſſa magna in Clement. quod circa, de elect. circa med. Gemin. conſ. 88. col. penul. verſ. Natura enim.

4 In Gloſſa, verbo, Contradicãt. Quatenus probat, quòd cauſam cõtradictionis non aſsignans, habetur pro conſentiente, cap. 1. §. Quocirca. de ijs, quæ fiunt à maiori parte, cap. Nicæna 31. diſt. & vide de materia, quæ tradit Tuſchus tom. 2. littera C. concluſione 747. & 749. & 751. Hippolit. in l. 1. §. Præterea num. 106. ff. de quæſt. qui noſtræ Gloſſæ meminit.

CAP. Non debet. II.

SVMMARIVM.

1 *Præſentari quis poteſt per litteras, niſi præſentia perſonæ requiratur.*

2 *An credatur litteris, ſine adminiculo teſtium?*

1 IN textu, ibi, Per epiſtolas. Ex quo nota quòd præſentari quis poteſt per litteras, idem habetur in l. procuratorem, ff. de procurator, niſi præſentia perſonæ requiratur, ut in contrarijs allegatis in Gloſſa, ubi electa eſt induſtria, & perſona argum. cap. is, cui 12. de officio delegati. Limner artifices, ff. de ſolut. & vide Gloſſam verbo, litteris in cap. Epiſcopi ſupra 64. diſtinctione.

2 In textu, ibi, Faciant. Notat Decius in cap. poſt teſtimonium, num. 10. de probationibus, & per illũ docet, quòd creditur litteris ſigillatis cum authentico ſigillo, abſque adminiculo teſtium in rebus pertinentibus ad officium ſigillantis, Innocentius in cap. 1. de fide inſtrumentorum, Bald. in Rubrica Cod. de fide inſtrum. verſ. Secundum ſupplementum, tradit iudicatum Rota variis in locis, teſte eodem Decio. Hinc eſt, quòd creditur litteris cum ſigillo, in quibus iuriſdictio demandatur Archidiac. & Dominicus in cap. ſi à ſubdelegato, in principio, de officio delegati lib. 6. Cardinal. in Clement. 1. in principio, de procuratoribus, de quo latè idem Decius d. num. 10. cum quo ampliabis & limitabis.

CAP. Epiſcopus. III.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus maioris partis an, & quando præiudicet?*

2 *Habentes rem communem, an poſſint ſuper illa diſponere, ſi omnes non conſentiant?*

1 IN textu, ibi, Plurimorum. Ex quo collige, quòd conſenſus maioris partis præiudicet; quòd limitatur per Gloſ. hic eodem verbo, & Felin. in cap. cum omnes, num. 15. de conſtit. & Bernard. Dias regula 449.

2 In Gloſſa, verbo, Plurimorum. Collige quòd habentes rem communem ut ſinguli, non poſſunt ſuper illa diſponere, niſi omnes conſentiant. Gloſſa 3. in cap. Archiepiſcopus, de temporibus ordin. & in cap. quia verbo, Vice omnium, de electione Gloſſa 1. in cap. cum omnes, de conſtitutionibus, l. per fundum, ff. de ſervit. ruſtic. l. ſi quis hoc, §. Quoties, ff. qui, & à quibus. Recipit autem ista regula quinque fallentias, de quibus Gloſſa, in præſenti, & in d. cap. cum omnes, & in cap. ſi plures 16. quæſt. 7. latè Felin. in d. cap. cum omnes, num. 15. qui noſtræ Gloſſæ meminit.

CAP. Perſona. IV.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus refert Primati conſecrationem ſuffraganei.*

2 *Metropolita quis dicatur?*

3 *Pœna ſtatim debet executioni mandari, & quando poſsit differri?*

In tex-

1 IN textu. Ex quo nota cum Præpoſito hîc, quòd Metropolitanus debet referre Primati conſecrationem ſuffraganei. Primates enim alicubi locum Patriarcharum tenent, ita ut non niſi nominis ſono differre videãtur *c.1.2. & 3. infra 99. diſt.* Primates adhuc, & Patriarchæ in provincijs propriis, quibus præſunt pro Metropolitanis ſunt, *l. ſancimus 29. §. fin. C. de ſacroſanct eccleſijs.*

Metropolita idem eſt, quod Archiepiſcopus, à numero, ſeu (ut ait Iſidorus) à menſura civitatum appellatus, quod ſub ſua poteſtate debeat habere decem, aut duodecim epiſcopos, ſicut provinciæ decem, aut duodecim civitates, *cap ſcitote 6. quæſtione 3.* vel clariùs Metropolita dicetur, qui in matre, ſeu præcipua civitate provinciæ ſedem habet, unaquæq; enim provincia ſolet unam civitatem habere cæteris præſtantiorem, & matricem, niſi & alteri privilegio præeminentia quoque indulgeatur, *l. 1. Cod. de metropolis. lib. 11.*

2 In Gloſſa, verbo, moræ. Ex qua collige, quod pœna ubi eſt imponenda, nulla mora debet differri, ſed ſtatim executioni debet mãdari. Idem *textus in cap. ſicut 2. q. 1. & cap. cum apud 11. q. 3. & cap. Adam 80. de pœnit. diſtin. 1.* & an, & quando executio ſententiæ differatur, ſunt videndi *Cepol. cautela 2. Caſs. in in conſuetud. Burgũd. Rubr. 1. §. 5. num. 124. Iulius Clar. in practic. crimin. quæſt. 97. & 98. Blanch. in pract. crimin. fol. 154. & Hyppolit. de Marſil. ſimiliter in practica cap. 23. num. 5. Covar. practicar. cap 23. num. 5. & in regula peccatum in principio, num. 5. Practica Luſitaniæ lib. 3. cap. 21. à num. 18. & lib. 5. cap. 1. num. 99. Aloyſ. Riccius collect. 386. 1257. & 1924.*

CAP. Placet. V.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Carthaginenſe ſecundum quando celebratum?*
2 *Conſecratio epiſcopi non tenet inconſulto Primate.*
3 *Conſecratio epiſcopi debet fieri ubi voluerit* Metropolitanus.

IN ſuperſcriptione, ibi, In Cõcilio Carthaginenſi ſecundo. Celebratum era 428. 14. Kalend. Iunij circa tempora Siricij Papæ in quo præfuit Genedius epiſcopus, refertur *1. tom. Conciliorum fol. mihi* 500. ſub Valentiniano Auguſto 4. & Theodotio.

In textu, ibi, Inconſulto. Ex quo nota, quòd inconſulto Primate conſecratio Epiſcoporum ſuffraganeorũ non debet fieri, quia cum ſit caput provinciæ ſine eo cõſecratus non recipit executionem, ſecundum *Innocet. in cap. Nec epiſcopi de tempor. ordinat. nu. 2.*

Ibi, Quocumque. Conſecratio debet fieri in quocumq; loco, vbi voluerit Metropolitanus *c. qui in aliquo 51. diſt. & cap ſi quis 8. infra hac eadem diſt. Stephan. Quaranta in ſumma Bullarij*, verbo, *Archiepiſcopi authoritas, n. 4. verſ. Septima authoritas.*

CAP. Mos. VI.

SVMMARIVM.

1 *Conſtantinopolis olim erat urbs Regia, nova Roma, cõmunis patria? & n. 2.*
3 *Sedes prima, eſt Romana, ſecunda Conſtantinopolitana.*
4 *Patriarchæ Conſtantinopolitani contẽderunt cum Papa de primatu ſedis.*

IN textu, ibi, Parilis. Ex quo colligitur, quòd Romana eccleſia eſt in quibuſdã ſimilis Conſtantinopolitanæ, & pro ea ponitur, ut ait *Gloſſa* verbo, *Romanorum in cap. ſane 24. q. 2.* cũ patriarcha in ſuo patriarchatu habeat eandem poteſtatem conſecrandi epiſcopos, quã habet Romanus epiſcopus ut hîc *Præpoſit.* Conſtantinopolis enim olim erat ſedes Imperij, urbs Regia, nova Roma, cõmunis patria, ut Roma, ut tenet *Reſtaurus de Imperatore quæſt. 77. n. 7. & 8. fol. 63. in vol. 12. tractat.* Vnde ineptè ex noſtro textu execrabilis Brutus nititur probare, non omnes perſonas ſubeſſe Romano Pontifici in ſpiritualibus, pro ut illum refert *Marta de iuriſdict. p. 1. cap. 10. n. 8.* ſed verba noſtri textus nihil pro eo concludunt, nõ enim valet cõſequentia, *epiſcopus Alexandrinus habeat curam Ægypti*, &c. Ergo eximitur à iuriſdictione Pontificis, quia Romanus epiſcopus habet curã univerſalem omniũ, quam exercet per ſibi ſubalternatos epiſcopos. Paſchaſius enim epiſcopus in Concilio Chalcedonenſi actione 16. ſic citat hunc Canonem: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, mos autem perdurat*; advertit *Martha de iuriſdiction. p. 1. cap. 15. num. 2.* & ſequentibus & vide latè *Covar. lib. 4. variar. cap. 14. n. 11. poſt med.*

Neque obſtat verba noſtri textus ibi. *Parilis mos*, quia nõ referũtur ad authoritatẽ univerſalẽ Pontificis, quã ſuper alias eccleſias ex iure, &

à Christo habet, sed tãtum ad illam particulare n ordinandi potestatem, quam iuxta mores
2 metropolitani in suis provincijs exequebatur; hæc enim ex more antiquo erat, ut quilibet metropolitanus, vel Patriarcha in sua provincia, ad cleri, & populi electionem episcopos confirmaret, ordinaret, consecraret, sacramẽtalia conferret. Nec verba repugnant, quin censeatur Pontifex maior in primatu, licet par
2 sit in hac ordinandi potestate, exemplo Apostolorum, qui ut dicit textus in *c. in nouo 21. dist.* cum Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsum tamen eorum Principem esse non dubitatur; prosequitur eleganter *Bursatus tom. 1. cons.* 109 *num.* 33. & sequentibus, præcipue *nu.* 38. Alij exponunt *paritis*, idest *similis*. u. quemadmodum omnes obedirũt Romano, simili modo in Ægypto Alexandrino pareant, ut innuit *Glossa in præsenti Bursatus, n.* 43. quem late videbis, & *nu.* 44. veram nostri textus litteram reponit.

3 Atque sub Phoca Imperatore, & Bonifacio III. aperte declaratum iterum primam sedem esse Romanam, secundam Constantinopolitanam, ut scribit *Paulus Diacon lib.* 4. *historia Longobardicæ, cap* 21. *& Beda de temporum ratione.* Repetita nihilominus à quibusdam alijs Patriarchis hæc ambitio, & superbia, sed pluribus cõcilijs, & sacris comitijs compressa, & iudicatũ
1 pro primatu sedis Apostolicæ, & Romanæ, scripsit *Irenæus lib.* 5. & in Cõcilio Palestino cõstitutum, scripsit, & *Tertullianus de præscript. contra hæres, & lib. de pudicitia, Cyprianus lib.* 1. *epist.* 8. *& lib.* 3. *epist.* 11. *& lib.* 4. *epist.* 8. *& tract. de simplic. Prælat. Origen tractat.* 5. *in Matth. homilia* 17. *Beda in natali sancti Benedicti. Carolus Magnus lib. de imaginibus. Damascenus lib. de defunctis*, & fuit dictum in secunda synodo Nicæna. *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 14. *num.* 11. qui latissimè.

Imò cum aliqui patriarchæ stultè contẽderent de primatu sedis cum summo Pontifice,
4 tamen fuerunt superati. Sic Anatolius Patriarcha habuit in eo oppugnatorem acerrimum summum Pontificem Leonem, ut eius epistola 51. ad Anatolium indicat, & epistola 52. & 53. Martiano Imperatori, & Pulcheriæ Augustæ scriptæ, & controversiam sopierunt. Quẽadmodum tempore Pelagij, Ioannes, & qui ei successit Cyriacus Patriarchæ Constantinopolitani, qui & primatum ausi sunt sibi vsurpare supra sedem Romanam, habuerunt contrarium defensorem Gregorium primum, ut liquet ex epistolis eius *lib.* 4 *epist.* 76. 78 *&* 80. *& lib.* 6 *epistola* 168. 169. *&* 170. & vide quæ ex nostro textu deducat *Bart. in repetitione l. de quibus, num.* 28. *ff de legibus Narbona in relectione cap.* 2. *de consuetudine lib.* 6. *part.* 2. *fundamento* 1. *numer.* 10.

CAP. Quoniam. VII.

SVMMARIVM.

1 *Hyerusalem multipliciter fuit vocata.*
2 *Dictio*, tamen, *quid significet?*

IN textu, ibi, Eliæ idest, Hierosolymorum. Elia vocata est civitas Hierosolyma, ab Elio quęstore, qui situm civitatis mutavit, ut Glossa autumat, sequitur *Turrecremata in præsenti*, sed melius dic ab Elio Adriano Imperatore. Nam cum Hierusalem esset Iudæorum gente orbata, & veteribus incolis prorsus dilituta, geneque frequẽtata exterorum hominum, deinceps cum esset à Romanis occupata, nomen commutavit, & ad honorem Elij Adriani Imperatoris, qui eam divicit, illustrandum, Elia appellata est, ut tradit *Rusin. cap.* 7. *Eusebius in historia ecclesiastica lib.* 4 *cap.* 6. Fuit enim Hierusalem urbs Iudæę, totius Orientis clarissima, de qua meminit *Cicero pro Flacco, & Suetonius in Nerone.* Salem etiam dicta. *Geneseos* 14. Nuncupata est etiã *Iebus*, quia post Melchisedech. Iebusæi eam possederunt. *Iosue capit.* 5. *Iudicum cap.* 19. Dicta etiam *Solima* à Salomone, qui in ea pulcherrimum templum Domino construxit. 1

Ibi, Tamen. Quæ dictio est adversativa, ideo applicatur adversativæ dispositioni *Bald. cons.* 195. *laudare vos, num.* 11. vers. *Secundo lib.* 2. atque ex sui natura restingit omnia præcedẽtia *Bald.* ubi proximè, *nu.* 12. vers. 3. *sequitur. Tuschus tom.* 2. *littera D. conclusione* 387. *Ioannes Petrus Birnius cons.* 159. *n.* 10. *&* 11. *tom.* 2. *Carolus Ruinus cons.* 2. *nu.* 9. *vol.* 2. *& cons.* 1. *nu.* 12. *vol.* 4. per textum *in l. & hærede, §. quid tamen ff. acquirenda hæreditate.* 2

CAP. Si quis. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Cõsecratus absente Metropolitano, debet eũ infra duos menses visitare quod amplia.*
2 *Pœna non visitantium limina, & vbi dicantur limina?*
3 *Infirmus, nec iusto impedimento detentus, nõ tenetur visitare Metropolitanũ, & quæ impedimenta excusent?*

In textu

1 IN textu, ibi, Impletis duobus menſibus. Probat textus quòd epiſcopus conſecratus, abſente metropolitano, licèt de eius commiſsione, debet eum infra duos menſes viſitare, ut tenet *Præpoſ.* hîc, quod ampliandum videtur in epiſcopis Italiæ, quì ſingulis annis limina Apoſtolorum viſitare debent, *cap. iuxta 93. diſtin. vt. in Gloſſa hîc*, verbo, *impletis in fine*. Sed hodie eſt bulla Sixti V. publicata Romæ die 20. Decẽbris 1585. apud *Quaranta*, verbo, *Apoſtolorum limina, & Ioann. Franciſc. Leo in Theſauro fori eccleſ. 3 part. cap. 8. de ſuſpenſione n. 56.* ubi habetur quòd
1 patriarchæ Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Itali, tertio quoque anno; Hiſpani, Galli, Germani, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & cæteri omnes, qui in Europa ſunt citrà mare Germanicum, & Belticũ, ac omnium Inſularum maris Mediterranei quarto anno, & qui intra Europæ fines ſunt his provincijs remotiores, atque etiam Africani littoribus noſtris adverſi, ac inſularum maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ, citra continentem novi orbis quinto anno. Aſiatici verò, & qui extra Aſiam, & alijs novis terris Orientalibus, meridionalibus, Occidentalibus, & ſeptentrionalibus, tàm in inſulis, qàm in continentibus, & denique in quibuslibet mundi partibus, decimo quolibet anno à tempore ſuſcepti muneris, conſecrationis, vel pallij traditionis, ſãctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare tenentur.

2 Alioquin ab ingreſſu eccleſiæ, ac etiam ab adminiſtratione tam ſpiritualium, quàm temporalium; nec non à perceptione fructuũ ſuarum eccleſiarum, à capitulis eorum, omni exceptione, & mora ceſſante, interim exigendorum, & in opus fabricæ, ſeu ornamentorũ eccleſiæ emptionẽ, prout maior neceſsitas exegerit inſumendorum ipſo facto tandiu ſunt ſuſpenſi, donec à contumacia reſipiſcentes relaxationem ſuſpenſionis huiuſmodi à Sede Apoſtolica meruerint obtinere, ut *in 2. part. Bullarij cap. 17. §. ad hæc autem, & §. iubemus pag. 47.* & ſunt viſitanda loca ubi eſt Papa, & non ubi
1 ſunt ſancta corpora, ut ex *Abb. in cap. Ego N. nu. 6.* ubi *Felin. num. 9. de iurè iur.* & alijs tradit *Gonzales ad regul. 8. Cancellar. Gloſſa 13. §. 1. n. 9.* quia ubi eſt Papa, ibi dicitur eſſe Roma ut ibi, *Gonzales num. 3.*

3 Ibi, Infirmitate. Ex quo nota limitationem ad concluſionem, quam ſupra attulimus, nẽpe quòd infirmus nõ teneatur viſitare metropolitanũ, ſi infirmitas ſit grauis, idẽ probant *textus in cap. ſi aggrauans 5. q. 3. c. querelam de præbend. l. quæſitũ 60. ff. de reiud.* Idẽ eſt ſi alio iuſto impedimẽto detineatur *cap. pervenit, cap. Epiſcopus 18. diſt. cap. pervenit, 80. diſt. c. quia diverſitatem, de conceſſione prebenda*, ut ſi metu, vel ob inimicitias capitales venire deterreatur, *c. bona memoria de elect. cap. ex parte 47. de appellat. cap. ſive 33. q. 2. l. ſi locus 59. de iudic.* vel ſi adverſa navigatione impediatur *l. fin. ad l. Rhod. de iactu.* vel ſi obſeſſus eſſet in aliquo caſtro, quo egredi non poſſet; & quæ dicantur iuſta impedimẽta, quæ excuſent. Vide *Gloſſã*, verbo, *in neceſsitatibus in cap. pervenit, 5. 18. diſt. & cap. 11. qui de conſecrat. diſt. 4.*

CAP. Forte. IX.

SVMMARIVM.

1 *Plures periti an debeant adhiberi, an ſufficiat unus?*
2 *Par in parem an, & quãdo habeant imperium?*
3 *Tacens quando conſentire videatur? & numeris ſequentibus.*

IN textu. Quem citat *Decius in cap. Propoſuiſti num. 10. deprobat.* & ex illo 1
deducit, quòd licèt cõmunis opinio dicat, quòd quãdo requiritur peritia, ſi plures periti in loco reperiantur, plures debent requiri, ſicut in ſimili de alia provincia convocantur epiſcopi, & idem in teſtibus qui de loco ad locum tranſmittuntur *l. ſi quando Cod. de teſtibus c. conſtitutus, de fideiuſſoribus*, & in ſubſidium uni non creditur: ipſe tamen Decius contrarium tenet per textum in *§. quod autem* verſ. *Neque* ibi, *Aut etiam unus, ſi unum ſolum civitas habeat in Authent. de non alienand. Bart. in l. 1. in principio, ff. de ventre inſpiciendo.* Nec obeſt noſter textus quia ad illum reſpondet *Alexander in l. 1. §. fin. de verborum obligat.* quòd cum hîc requirantur duodecim epiſcopi, mens legislatoris fuit, quòd epiſcopi vicini vocarentur, quia non eſt veriſimile tot epiſcopos eſſe in una civitate, ſed iſtam rationem reijcit *Decius d. nu. 10. verſ. Nec obſtat*, & aliam tradit, nempe quòd in præſenti erat facta determinatio perſonarum, quæ requiruntur; unde cũ eſſent neceſſariæ, ſecundum numerũ taxatũ, ſi non ſunt in loco, vocãtur ex vicinis locis, ut numerus impleatur.

In Gloſſa, verbo, Cõvocet, ibi, 2
Par in parem. Par in parem an, & quãdo habeat imperium, ultra Gloſſam hîc, vide *Iacob. de belle viſu in practic. indic. titul. de fuga reorum numer. 63. vol. 4. tractat. fol. 50. impreſſione antiqua, & l. ille à quo §. tempeſtivum ff. ad Trebell. l. nam magiſtratus, ff. de arbitra. l. præſimus, §. Penultim. Cod. de appellat.*

pellat. l. digna vox. Cod. de legibus l. 1. in fine, ff. de alienat. iudic. mutat. causa facta, cap. innotuit. de elect. Surd. conſ. 47. num. 11. & ſequentibus Iul. Clar. in §. fin quæſt. 38. nu. 3. verſ. quæro. Alex. conſ. 7. n 9. verſ. præterea lib. 5. Natta conſ. 122. num. 9. Deciſ. Pedamont. 139. num. 20. Bald. conſ. 97 num 1. lib. 3. & conſ. 123. nu. 3. lib. 5. latiſsime Tuſchus tom. 6. littera P. concluſione 89.

3 In Gloſſa, verbo, Tacuerit, ibi, Alibi pro conſentiente. Idem regula qui tacet 43. ubi Dynus de regul. iuris in 6. & l. qui tacet ubi Decius. ff de regul. iuris. Damas. reg. 47. Aloyſ. Riccius Collectan. 1040. Quam regulam ampliat etiam in iudicialibus, ut tacens ſemper præſumatur conſentire Bart. in l. 1. de appellat. in l qua dotis nu. 68 ff ſoluto matrimonio Gerard ſingul. 36. & patientia cum taciturnitate inducit conſenſum in caſu poſito, per Hyppol. de Marſil ſingul. 77. Patientia, & ſingul. 330. & 344. Fallit. 1. in præiudicialibus l. 8. §. invitus, ff. de procurat. Guido ſingul. 1008. & Roman. ſingul. 588. Abb. in cap pervenit in fine de empt. & vendit. Quod tamen ſublimita,
1 niſi taciturnitas redundaret in favorem piæ cauſæ, quia tunc præiudicat, ex Tiraquel. de privilegijs piæ cauſæ privilegio. 131. & de retractu Ligu. §. 1. Gloſſa 9. à num. 30.

4 Fallit. 2. quando eſſet aliqua coniectura nõ contradicendi, ut quia iuſta erat cauſa erubeſcentiæ, ut in l. penuli. ff. de furtis, quam ſic intelligu Gloſſa d. §. invitus, vel quia tacens etiamſi contradiceret, nõ poſſet actum impedire, iuxta l. ſepe, ff. de reiudic. idem de coniectura metus reverentialis, voluit Bart. in d. l. qua dotis, num. 23. approbatus per textum in cap. 1 §. ult. de diſpenſat. impub. in 6. Fallit. 3. ſi talis conſenſus pro ſolemnitate eſſet neceſſarius, tunc enim taciturnitas non ſufficeret iuxta cap penult. de reiudic in 6. voluit Tiraq. l. 26. connubial. Gloſſa 5. num. 5. Iaſ. in d. l. qua dotis num. 123.

5 Fallit. 4. in actu, qui procedit per viã facti tunc enim non datur occaſio ita vehemens contradicendi, ac proinde conſentire non videtur, textus in l. invitum ff. de ſervit. & ideo qui videt rem ſuam poſsidere, & non contradicit, non ob id conſentire ex tit. de præſcript. ultra hæc vide quindecim-fallentias per Capr. reg. 56. nu. 40. & lex per Iaſ. in d. l. qua dotis, num. 69. & quãdo patientia in iudicijs habeatur pro cõſenſu, Bart. per textum ibi in l. 1. Cod. de relat. Felin. citatus, per Pinel. in l. 2. 3 part. cap. 3. num. 27. in fine, C. de reſcind. vendit. Petrus Gregor. lib. 2. partitionum iuris Canonici tit. 13. cap. 3.

DISTINCTIO. LXVI.

CAP. Archiepiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *Suffraganei omnes debent intereſſe cõſecrationi ſui Archiepiſcopi.*

IN textu. Collige ex illo, quòd omnes ſuffraganei debent intereſſe conſecrationi ſui Archiepiſcopi, idem tenent textus in cap. qui in aliquo in fine 51. diſt. cap. ſi Archiepiſcopus 6. cum ſequentibus, de tempor. ordin. Stephanus Quarant in ſumma Bullarij, verbo, Archiepiſcopi authoritas, num. 4. verſ. 6. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 5. l. 28. Gloſſa 1. qui textus meminit; nã quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari; cap. 1. 54. diſt. cap. licet 8. quæſt. 1. regula quod omnes, 29. de regul. iuris in 6. Azored. ad Curiam Piſanam, lib. 2. cap. 14 littera B. ubi textum citat. hodie verò Papa conſecrat omnes Metropolitanos, vel ſuo mandato iubet conſecrari, Gloſſa in cap fin. 2. diſt. per cap pudenda, 24 quæſt. 1. Item, & Patriarchas, & Cardinales Gloſſa, verbo, Apoſtolica in d. cap. pudenda.

CAP. Pórro. II.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ad conſecrationem Epiſcopi, tres Epiſcopi requirantur?*
2 *Iacobus fuit primus Archiepiſcopus.*
3 *Apoſtoli fuerunt Epiſcopi, & an eſſent ſacerdotes vivente Chriſto, num. 4.*

IN textu. Collige ex textu ad rationem conſecrationis epiſcopi pertinere ut fiat à tribus epiſcopis, de quo late agit Azor tom. 2. inſtit. moral. lib. 3. capit. 30. verſ. Quæret item, Henriq. in ſumma lib. 10. cap. 7. num. 3. optimè Vaſquez de ordine diſput. 243. cap. 6. Controverſia tamen eſt, utrũ ad hanc ordinationem ita tres requirantur, ut ſi fiat à paucioribus, nulla omninò ſit ordinatio, de quo ſũt videndi Antoninus in ſumma part. 3. tit. 14. c. 16. §. 9. poſt medium Sylveſter verbo, conſecratio. 1. in principio Armilla eodem verbo, nu. 2. Gloſſa in §. Ne epiſcopi de tẽporib. ordinationũ late Vaſq. ubi proximè, n. 59. & ſe-

& ſequenter ubi *num. 64.* noſtri textus meminit: Vide etiam quæ dixi ſupra, *cap. De abiectione 64. diſt. num. 3.*

2 In textu, ibi, Iacobus. Ex quo nota quòd Iacobus, qui dicitur iuſtus, ſeu frater Domini noſtri Ieſu Chriſti, (vel quia fuit conſimilis Chriſto in facie, vel quia fuit filius Alphei fratris Ioſephi viri Beatæ Mariæ) fuit primus Archiepiſcopus Hieroſolymorum, ordinatus, & electus ab Apoſtolis, teſte *Anacleto epiſtola 2. ad epiſcopos Italiæ*, conſecratus per ſanctum Petrum, Iacobum maiorem, & ſanctum Ioannem fratrem ſuum. *Hugo de Celſo in Repertorio* verbo, *Archiepiſcopus, num 3. ex l. 28. tit. 5. part. 1.* & hunc textũ inducit *Caiet. de authoritate Papæ cap. 2. poſt med. ad quæſt.* Vtrum Apoſtoli parem poteſtatem habuerint immediatè à Ieſu Chriſto cum Petro? De quo diximus *in cap. in nouo 21. diſt.*

3 In Gloſſa, verbo, Ordinatus, ibi, Ergo Apoſtoli fuerũt epiſcopi. Idem tenent *Ludouic. in addit. ad tract. de poteſtate Papæ nu. 10. vol. 14. fol. 355.* & *Anton de Roſel. de poteſtate Imperatoris & Papæ nu. 24. fol. 328. eodem vol. in impreſſione antiqua*; eleganter *Caietan. de authoritate Papæ cap. 4. verſ. ad authoritates*, qui noſtræ Gloſſæ meminit, & de quæſtione late diſputat. *Turrecrem in præſenti nu. 1. verſ. Reſpondeo.*

4 In eadem Gloſſa, ibi, Apoſtoli erant ſimplices ſacerdotes. Quòd Apoſtoli, vivente Chriſto, non fuerunt, niſi ſimplices ſacerdotes, *Selva de beneficio part. 1. 4. num. 17. & 31.* & nomina ſacerdotum, & epiſcoporum erant ſynonima, ut notat *Gloſſa, verbo, poſtea in cap. legimus 93. diſt.* & ex *textu in cap. Olim 95. diſt. Anton. de Roſellis in tract. de Concil. quæſt.* Pontifex an poſsit contra Apoſtolum, *num. 34. fol. 42. verſ. in vol. 2. Tractat.* Verũ poſt, quam ſchiſmata oriri cæperunt in eccleſia, & alij dicerent, Ego ſum Pauli, ego Apollò, ex presbyteris unus electus fuit in ſingulis maioribus civitatibus, qui alijs præeſſet; dictuſque ſolus epiſcopus *cap. legimus 93. diſt.* à quo tẽpore ſimplices presbyteri epiſcopi dici deſierũt, niſi ad id munus ordinati fuiſſent. *Euſebius lib. 6. cap. 3. & in hiſtoria tripartita lib. 8. cap. 24.* Sunt enim duo ordines, à Dño noſtro Ieſu Chriſto conſtituti, diſcipulorum, & Apoſtolorum, in locum diſcipulorum ſucceſſerunt presbyteri; in locum Apoſtolorum epiſcopi, & pro patribus nati ſunt filij, iuxta *Pſalm. 44.* & ibi *Auguſtinus*, ut dolet, & refertur *in cap. Dominus 93. diſtinctione, cap. ambæ 12. quæſtione 2. cap. in nouo 21. diſtinct.*

DISTINCTIO. LXVII.

CAP. Reliqui. I.

SVMMARIVM.

1 *Ordinantes, & ordinati debent eſſe ieiuni.*

2 *Dictio, multa, verificatur in duobus, vel tribus.*

IN textu, ibi, Ieiunantes. Ex quo collige, quòd ordinantes, & ordinati debẽt eſſe ieiuni; idem habetur *in cap. 4. quod à patribus 77. diſtin. & cap. ut epiſcopi 6. de conſecrat. diſt. 5.* & *Ioann. Franc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. 1. part. cap. 4. num. 20. in fine*, idem eſt in celebrante miſſam, *cap. nihil contra 7. quæſt. 1. cap. liquido 54. de conſecrat. diſt. 2. cap. ut ieiuni, & ſeq. de conſecrat. diſt. 1.* & de materia textus. Vide *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 38. art. 1. & q. 40.* 1

In Gloſſa, verbo, trium, ibi, Multi poſſunt dici tres. Imò, & duo cum dictio *multa* non ſit ſignum vniverſale, ſed verificatur in duobus, vel tribus tantum, ut tenet *Ioãnes Campoz, de petit, & reſtitut. dotis quæſt. 46. num. 2. fol. 92. in vol. 6. Tract. in impreſſione antiqua, & in noviori tom. 6. fol. 274. Abb. in cap. ex noſtrum num. 5. de rebus eccleſ. non alienand.* Multitudo tamẽ perſonarum non conſtituitur ex numero quatuor perſonarum ad effectum adunantiæ, & conſpirationis prohibitæ. *Baldus conſ. 319. nu. 2. lib. 2. Tuſcibus tom. 5. littera M. concluſione 427.* adducit *Bald. textum in l. fin. Cod. de Iudæis*, qui parum aut nihil facit, tu vide textũ qui in terminis cõducit *in l. 4. §. 1. ff. de vi bonorum raptorum.* 2

CAP. Epiſcopus. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſolus nũ poteſt deponere presbyterum, nec Papa Cardinalem.*

2 *In depoſitione diaconi, & ſubdiaconi requirũtur tres epiſcopi, & quid in depoſitione epiſcopi?*

1 IN textu, ibi, Solus. Ex quo colligè, quòd episcopus ſolus non poteſt deponere presbyterum ut eſt *textus in cap. felix 15. quæſt. 7.* In depoſitione enim ſacerdotis requiruntur ſex epiſcopi, niſi quando ſit propter hæreſim, quo caſu unus tantum ſufficit, convocatis tamen Abbatibus, prælatis, religioſis, & litteratis diœceſis *cap. 1.* & ibi, *Gloſſa, & DD. de ſervis non ordinãd.* Amplia in Papa qui ſolus, non poteſt de poteſtate ordinaria deponere Cardinalem, niſi, & collegium Cardinalium præſtet aſſenſum ſecundum *Innocent. in cap. ex geſtis de cleric. non reſidentibus* ſecus de abſoluta, & ita procedit, quod dicit *Abb.* ibi contrarius.

2 In depoſitione verò diaconi, & ſubdiaconi requiruntur tres epiſcopi, *cap. miramur*, ubi *Gloſſa, & DD. de ſervis non ordinand.* & in depoſitione clerici in minoribus unus epiſcopus ſufficit, *cap 2. in principio de pœnis in 6.* In depoſitione epiſcopi conſecrati requiruntur duodecim epiſcopi, 2. & 3 *quæſtione 8 cap. fin. 2. quæſtione 5. Gloſſa & DD. in cap. non poteſt de re iudicata*, præter proprium Metropolitanum *cap. 1. & 2. 15 quæſt. 7.* Si verò non eſt conſecratus, ſex epiſcopi ſufficiunt *cap. illud*, & ibi, *Gloſſa 23. diſt. Archidiac. in ſumma 3. quæſt. 8. num. 1.*

DISTINCTIO. LXVIII.

CAP. Sicut. I.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus, & ordinatus morientes, ſi poſtea reſurgant, non debent, iterum baptizari, vel ordinari.*

2 *Quod limitabis, niſi dubitent.*

1 IN textu. Probat textus, quód ſemel baptizatus, vel conſecratus iterum baptizari, vel conſecrari non debet. Amplia in eo, qui reſurrexit poſt mortem, qui non debet iterum baptizari, vel ordinari *Guillelm. Benedict. in repet. cap. Raynuntius 2. part.* verbo, *Mortuo itaque teſtatore in 1. num. 324.* & cit. per *Petrum Cened. 2. collect. 171. num. 8.* Baptizatus enim, & ordinatus etiam poſt mortem non deſinit eſſe baptizatus, & ordinatus. *Selva de benefic. 1. part. quæſt. 5. num. 161. per Gloſſam in cap. 2. 76. quæſt. 7.*

2 Quod tamen intelligè, ſi fuerunt baptizati, vel ordinati in forma eccleſiæ, aliàs male baptizatus, vel ordinatus, iterũ ordinatur, & baptizatur, *cap. Rachertum 1 quæſt. 7. & Gloſſa* hic verbo, *Conſecratus*, Item in dubio, ut ait *Abb. in cap. de quibus num. 1. 2 & 3. de baptiſmo. Præpoſitus in cap. ſeq nu. 1.* & quod tales tàm ordinati, & baptizati incurrant irregularitatem, ſi iterum ordinentur, tradit *Navarrus in Man. cap. 27. num. 247. Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 20. Gloſſa 3.* qui noſtri textus meminere.

CAP. Presbyteri. II.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri non debent ordinari à non epiſcopis.*

2 *An Papa ſolo verbo, eſto ſacerdos poſsit creare aliquem ſacerdotem?*

3 *Præſumatur quis in dubio potius non baptizatus?*

1 IN textu. Qui agit de presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos cõſtat epiſcopos non fuiſſe, de qua materia vide *Soar. de cenſur. diſput. 31 ſect 1. nu. 57. & diſp. 40. ſection. 8. num. 4. Campanile diverſor. iuris Canonici Rubr. 9. cap. 1. 2.* & ſequentibus.

2 Dubitabis an poſsit Papa ſolo verbo, *Sit presbyter*, aliquem Sacerdotem creare? *Angel. in l. 2. Cod. de crimine ſacrilegij*, quem ſecutus eſt *Felin. in cap. 1 num. 23.* verſ. *fallit. 4. de conſtit. Et additio ad Abb.* verbo, *ſis presbyter lit. A. in cap. Firmiter de ſumma Trinit. & fide Catholica*. *Vna verò. Plamin. de reſignat. beneficio lib. 8. quæſt. 5. num. 70. Marc. Anton. Cucb. in inſtit. Maior lib. 4. tit. 11. nu. 70.* affirmativè docent. Contrarium tamẽ aſſerit *Abbas* citat. & *Rutilius Benzonius de anno Iubilæi lib. 2. cap. 27. Blaſi. Navar. de ſacro Eccleſiæ principatu lib. 2. cap. 12. Henrique in ſumma tit. de Confirmat. in Gloſſ.* dum, *reijcit Scotum in 4. d. 7. quæſtione 1. de Confir.* verſus finem, ſupponentem, Papam abſentem poſſe conſecrare epiſcopos ſolo verbo, de cuius mente alij videant. Fundamentum autem huius aſſertionis mihi ſtabile videtur ex eo quia *Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. de ſacramento Vnct.* loquens circa miniſtros quos vult eſſe Eccleſiæ presbyteros, ſubiungit eo nomine non ætate ſeniores, aut primores venire ſed aut epiſcopos aut ſacerdotes ab ipſis rectè ordinatos per impoſitionem manuum presbyterij ergo non ſolo verbo *eſto ſacerdos*, quis poterit ordinari. Deinde omnia ſacramenta conſtãt ex materia & forma, quæ pro libito variari non poſſunt, ut ſalva illorum ſit ſubſtantia, ait *Trid. ſeſſ. 21. cap. 2.* atquí in eo caſu nec traditio calicis cum vino, & aqua, & patenæ cum hoſtia, nec impoſitio

priſtino mapolim ab ordinante, ut materia eſſet. Nec forma Accipe poteſtatem, & Accipe Spiritum Sanctum, &c. ergo talis ordinatio nulla foret: Tandem nullus miniſter ordinarius poterit id efficere ex commiſſione Summi Pontificis; prout nemo Doctorum adhuc auſus eſt affirmare, ergo nec ob excellentiam de Summo Pontifice id eſſe poſſibile iudicabitur. Valet conſequentia, quia non apparet quominus communicaretur ea poteſtas ſi foret in Pontifice.

3 In Gloſſ. verbo, Et conſecrentur, ibi, Potius non baptizatus.

Probat, quod in dubio præſumitur quis potius non baptizatus, idem tenet *cap. Parvulos. de conſecrat. diſt. 4. Alciatus de præſumpt. reg 2 præſumpt. 4. n. 1.* & ideo *A non. cautela 25.* gloriatur ex *textu in cap. 1. de homicidio, in 6.* ſe feciſſe quendam homicidam evadere mortem, allegando quòd occiſus non erat baptizatus, cum unuſquiſq; naſcatur ſine baptiſmo; idem conſuluit *Decius conſ. 184. à num. 4.* de qua qualitate occiſi nec dum probata, quòd erat chriſtianus, ut puniatur occidens pœna aſſaſſini, *Caſſan. conſ. 1. nu 23. in 3. quæſtione. Cœpa in memorabilibus*, verbo, *quæſtus. Covar. 2. Variar. cap. 20. nu. 10. verſ. Quinto.* Sed licet, quòd dictum eſt, procedat in vivo; tamen in mortuo præſumitur quis baptizatus, *cap. Sacros. de conſecrat. diſt. 4.* ut ſuffragia Eccleſiæ ei proſint, *cap. Non eſtimemus, & cap. Anima, 13. quæſt. 2.*

CAP. Eccleſijs. III.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſemel cõſecrata non debet iterum conſecrari.*
2 *Eccleſia polluitur ex copula inter virũ, & uxorem.*
3 *Conſecratio non eſt neceſſaria, quando pollutio eſt occulta.*

1 IN textu. Iubet Nicænum Concilium non deberi Eccleſiam ſemel conſecratam iterum conſecrari, nam ſacrilegium eſt, circa ſubiectum repetere conſecrationem, quæ eidem ſubiecto virtutem indelebilitet inhærentem producit; quia prædicta iteratio multum detrahit virtuti indelebili, quaſi ſupponens poſſe tempore extingui, *cap 2. de Sacramentis non iterandis*, tradunt *D. Antonin. in ſumma. 2. p. tit. 2. cap. 21. §. 5. Sot. in 4. diſt. 3. q. 2. art. 3. 4. Tertio arguitur. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad tertium.*

In textu, ibi, Cuiuscũq; ſemine. 2

Vnde ex copula etiam licita habita in Eccleſia, qualis eſt inter virum, & uxorem polluitur Eccleſia conſecrata, *cap. Accuſatio, 2. quæſt. 7. Selva de benefic. p. 1. in 5. quæſtione. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 257. Sot. in 4 d. diſt. 13. q 2. art. 3. §. Ad quarto*, curioſe *Tiraq. in l. Connubial. l. 15. nu. 106.* qui textus notandi, & *Gloſſa*, verbo, *ſeminis, in cap. Vnico, de conſecrat. eccleſ. vel altaris, lib. 6.* ita ut indigeat reconciliatione per epiſcopum, *cap. Aqua, 9. de conſecrat eccleſ.* & ideo fuerunt ſublata vigiliæ, quæ olim fiebant in Eccleſijs, ut *Ord. lib. 5. tit. 5.* ubi *Auguſt. Barboſ. nu. 3. & 4.*

Ceſſat tamen reconciliatio, quando pollutio eſt occulta. *Sylveſter*, verbo, *Conſecratio, 2. §. 5. Scot. in 4. diſt. 23 q. 5.* vide *Salzed. in præct. cap. 39. Sanches lib. 9. de matrimon. diſp. 15. à num. 23.* Si verò Eccleſia non eſt conſecrata, reconciliatur per ſimplicem ſacerdotem. *Covar. lib. 3. variar. cap. 20. num. 3. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 251. Vivald. in Candelab. tit. de interdicto, nu 84. Ioann. Franc. Leo Epiſcop. Theleſin. in Theſauro fori eccleſ. 1. p. cap. 5. nu. 9. 10.* & ſequentibus, ultra congeſta per *Petrum Cened 2. p. Collect. 135. nu. 1.* Quæ autem Eccleſiæ præſumantur conſecratæ, *Maſcardus de probationibus, vol 2. concluſ. 582. Cened.* ubi proximè, *num. 6.* 3

CAP. Quanvis. IV.

SVMMARIVM.

1 *Abbas noſtri textus meminit.*
2 *Chorepiſcopi qui fuerint?*
3 *Dictio, Amplius, quid ſignificet?*

IN textu. Quem ponderat *Abb. in cap. Antiquis, nu. 23. in præſcriptionibus*, & ex illo deducit quod ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, per inferiorem præſcribi non poſſunt, *cap. Quanto, de conſuetudine*, ſed alia, quæ ſunt iuriſdictionis, ſive ſpectant ad legem diœceſanam, ſive ad legem iuriſdictionis poſſunt præſcribi, meminit etiam noſtri *textus Gregor. Lopez part. 1. tit. 10. l. 12. Gloſſa 5.* & *part. 2. in 4. l. 7. Gloſſa 13.* 1

In textu, ibi, Chorepiſcopis. 2

Erant autem Chorepiſcopi olim presbyteri, qui in Pagis, aut oppidis curam animarũ exercebant loco epiſcoporum, ut hodie fere faciunt parochi, *Chora*, enim Græcè, *Pagum*, Latinè ſignificat, quaſi in Pagis, & in Villis, &

1 loco episcoporum, &c. eorum Vicarij sint constituti, de quibus late agunt *Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 17. Henriq. in summâ, lib. 10. cap. 23. §. 2. Petrus Gregor. Syntagm. iuris, lib. 15. cap. 12. num. 46.* & sequentibus. *Filliuc. tom. 2. tract. 9. de Sacramento ordinis, cap. 5. num. 103.* & 104.

3 In textu, ibi, Amplius. Quæ dictio est repetitiva præcedentium; *Signorolus consil. 208. Factum sit se habet, num. 3. vers. Præterea. Tuschus tom. 2. littera D. conclus. 246.* latius *conclus. 286. Paulus de Castro cons. 88. lib. 1.*

CAP. Chorepiscopi. V.

SVMMARIVM.

1 *Chorepiscopi quare sint sublati?*
2 *Nomine remoto, removetur vigor, titulus, & effectus.*
3 *Dictio, super, quid significet?*

1 IN textu. In quo Damasus Lusitanus Pontifex (de quo vide posita ad *cap. Huic soli, dist. 17.*) Chorepiscoporum institutionem improbat, ut pravam, & sacris canonibus, & scripturæ contrariam; quia in illis nullum habet fundamentum, sed potius conflat solos duos gradus maiorum, & minorum Sacerdotum Christum Dominum instituisse, scilicet episcoporum, & presbyterorum. Porro ambitione crescente Chorepiscopi se pro episcopis gerebant, suoq; officio non contenti audebant maiores ordines, & omnia episcopalia exercere, & aliquando consecrationem, quæ episcoporum est propria, extorquebant; & ideo meritò eorum ordo à Pontifice [illegible] dicuntur; explicant, post antiquiores *Conradus Bunnus de cæremoniis, lib. 2. cap. 4. Concilia quæ sub hoc Concilio habita sunt in Damaso, epistola 9. pagina 377. Petrus Bolus in Coronata Canonico, cap. 9. post multos Henriq. in summa in lib. cap. 23. num.*

2 In text. ibi, Nomen non habet. A quo enim removetur nomen, removetur, & vigor, titulus, & effectus, *l. à nullo, & ibi Odofr. & Bart. C. de feriis, & Nicolaus Everard. in Topicis legalibus loco 4. ubi ethymologia, nu. 1.* quem etiam *verbo Res* 3 à nomine dignitatis.

3 Ibi, Super. Quæ dictio apposita alicui solutioni super certa re, operatur, quod illa res dicatur hypothecata; *Bald. cons. 182. num. 2. lib. 4.* ubi loquitur in donatione Regis Cypri. Quod etiam procedit in mutuo, & alio contractu celebrato, ut (si dico) tibi mutuare tibi decem super tali libro, libet est hypothecatus. *Negusantius de pignoribus, membro 1. 3. partis principalis, nu. 5.* ideo ut pensione assignata super fructibus beneficij, fructus beneficij sunt hypothecati. *Romanus cons. 388. late Tusch. tom. 2. littera D. conclus. 383.*

CAP. Quorum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi dicuntur filij Ecclesiæ per baptismum, & alia Sacramenta.*
2 *Ecclesia dicitur multis modis.*

1 IN textu, ibi, Filios genuit. Ex quo colligo, quod episcopi dicuntur filij Ecclesiæ per baptismum, & alia Sacramenta, *cap. Qui abstulerit, 12. q. 2. cap. Renuntiat, 32. q. 4.* & Ecclesia licet dicatur mater, *vel. 1. de exceptionibus;* & *Glossa* hic, verbo, *Ecclesia.* Interdum tamen vocat episcopos patres, *Durandus de modo generalis Concilij, rubric. 4. num. 28.* quia eam protegunt, & defendunt, ut hic *Glossa*, verbo, *Patres.* Vnde si episcopus Ecclesiam non defendat, & [illegible] Ecclesia dicitur vidua, *cap. 2. §. Sed neque, de translat. episcop.* Sicut vidua dicitur mulier, quæ habet maritum inutilem, *Glossa*, verbo, *ordinatam, in fin. C. ad leg. Flaviam, de plagar.* de quo notavimus ad *cap. Vltimò, nu. 3. vers. 34.* & nostrum textum notat *Azor. part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tenio quæritur*, in principio, ad hoc, quod episcopi dicuntur Apostolorum locum tenere. *Gregor. Lopez partita 2. tit. 10. l. 3. Glossa 7.*

2 In Glossa, verbo, Ecclesia. Ex qua nota, quòd Ecclesia dicitur multis modis vocatis per *Glossam* hic, in verbo, *Ecclesia, tot. Quærelam. de vitâ & honestate clericorum, & Glossam in cap. Cum clerici, de verbor. significat. Durant. in Rationali divinorum, lib. 1. cap. 1. Sylvest.* verbo, *Ecclesia, 1. Petrus à Monte in Monarchia Conciliorum*, in principio post nu. 16. *fol. 92. in vol. 2. tract.* & *Silvanus de tenebris, p. 2. q. 5. num. 11.* & 38. *vol. 15. tract. fol. 10.* & 12. *impressionis antiquæ.* Interdum ponitur etiam pro beneficio, ut hic *Hieronymus Gonsal. ad reg. 8. Cancellariæ, Glossa 4. num. 178.* De aliis Ecclesiæ significationibus vide *cap. Viduæ ult. infra, dist. 81.* plura dicenda non indigna, quæ videantur

DIS TIN-

DISTINCTIO. LXIX.

CAP. Quoniam. I.

SVMMARIVM.

1 *Abbates conferre poſſunt primam tonſuram ſuis ſubditis dumtaxat.*
2 *Parochus an poſsit conferre primam tonſuram?*
3 *Examinatio requiritur in benedictione Abbatum.*

1 IN textu, ibi, In proprio monaſterio. Ex quo collige, quòd Abbates licèt conferant primam tonſuram, non tamen alijs, quam ſubditis, ut *Præpoſit. hîc, nu. 1. ex cap. Cum contingat, de ætate, & qualitat. Faber. deciſ. 21. C. de epiſcop. & cleric. Greg. Lop. partit. 1. nu. 6. l. 22. Gloſſa 2.* qui noſtri textus meminit. Sed Abbates nondum benedicti, illam conferre non poſſunt, ſecùndum *Innocent. in cap. 1. de ſupplenda negligentia prælator. Berlachin. de epiſcop. 2. p. lib. 3. nu. 9. in 2. vol. tract. fol. 156. & dict. cap. Cum contingat, & cap. Abbates, de privileg. in 6.* Neque etiam ſi ſint benedicti, poſſunt diſpenſare in interſtitijs, ſed debent petere ab epiſcopo, ut diſpenſet attentis iuſtis cauſis. *Auguſtin. Barboſ. in remiſſ. ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 11. num. 5. ex Quaranta addit. in ſumma Bullarij*, verbo, *ordo*, & *Aloyſ. Riccius deciſ. 8.*

2 In Gloſſ. 2. ibi, Credo quòd ſic. Improbat *Campanil. diverſor. iuris Canon. rubric. 6. cap. 2. nu. 12.* exiſtimans Gloſſam docere, ut liceat cuicũq; ſimplici ſacerdoti tonſuram conferre, quod etiam tribuit *Innocentio in cap. Cum contingat, num. 1. de ætate, & qualitate.* Parochos etiam tonſuram conferre poſſe firmat, *Abbas in cap. Quanto, nu. 9. verſ. Quamvis de conſuetudine*, uſus tamen Eccleſiæ reſiſtit, & propterea eius ſententiam iuſtè refellit *Sot. in 4. diſt. 25. queſt. 1. art. 1. ad ſecundum. Campanil. d. nu. 12.* De ratione ob quam tonſura in Eccleſiam fuit introducta, & eius ſignificatione, vide elegantes *Vaſquez. de Sacramento Ordinis, diſp. 250. cap. 2.* & quæ ſcripſimus ad *cap. Non liceat, 32. num. 3. ſupra, diſt. 23.*

3 In Gloſſa, verbo, Impoſitio, ibi, Benedictio. Sed in benedictione Abbatum eſt neceſſaria examinatio, ſecundum *Archidiac. hîc nu. 6.* ubi *Præpoſit. nu. 2.* in fine, & notant *Innocent.* & *Hoſtienſ. in cap. Venerabilem, de electione*, præterquam in Ciſtercienſibus. *Innocent. in cap. 1. de ſupplenda negligentia prælatorum.*

CAP. Non oportet. II.

SVMMARIVM.

1 *Exorciſmus quid ſit, & ad quem finem inſtitutus?*
2 *Sententia illorum, qui affirmant exorciſmis ineſſe virtutem naturalem ad fugandos dæmones.*
3 *Concluditur talem virtutem non eſſe naturalem, ſed ſupernaturalem.*
4 *Ad quas perſonas ſpectet facere exorciſmos; & utrum hæreticis, vel infidelibus concedatur dæmonia eijcere?*
5 *Vtrum ad exorciſmos requiratur puritas conſcientiæ?*
6 *Vtrum liceat exorciſtis aliqua à dæmone interrogare? & num. ſeqq.*

1 IN textu, ibi, Exorciſare. Vt rem altius, & veluti à ſuo capite, & fonte deducamus, oportet prius dicere, quid ſit *exorciſmus*, ut aliquas deinde quæſtiones non vulgares, nec paſſim tritas aperiamus. Igitur *exorciſmus* idem eſt, quod *adiuratio*, & deducitur à verbo, *exorciſo*, quod tàm Græcis, quàm Latinis ſignificat *adiurare*, ſive religionem injicere, & metu temeratæ religionis hominẽ, vel dæmonem perterrefacere, ipſiq; neceſſitatem imponere ea proloquendi, de quibus rogatur. Vnde apud *Vlpian. l. 1. ff. de extraord. cogn.* verbum, *exorciſo*, proprium eſt impoſtorum, magorum, & incantatorum, teſte etiam *Plinio lib. 28. cap. 2. Nicol. Plove de Sacramentis, 1. p. cap. 5. num. 2. in vol. 14. tract. fol. 9. Petr. Gregor. lib. 16. ſyntagm. cap. 5. Petr. Thyreo p. 3. diſp. de dæmoniacis, cap. 37.* & ſequent. *Tertull. in apologetico, cap. 32. D. Auguſtin. lib. 10. de civitat. cap. 22. Ægydio Bellano q. 71. dub. unico, num. 31. Caniſio de Sacramentis in genere, fol. 176. Suar. tom. 2. de religion. lib. 4. cap. 2. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. num. 16.* & ſequent. *Iſidor. epiſcopo Hiſpalenſi, lib. 2. de officijs eccleſ. cap. 20. Exorciſmus*, inquit, *ſermo increpationis eſt contra immundum ſpiritum; per quem diaboli nequiſſima virtus, & inveterata malitia, vel violenta incantatio expulſa fugitur.* Sylveſt. verbo, *exorciſta*,

Delrio

Delrio disquis. Magicar. lib. 2. sect. 8. & lib. 2. q. 30. sect. 3. Alberto Tractio lib. 1. de perfecto clerico, cap. 19. nu. 9. Iosepho Iuliacum scriptore, lib. 8. antiquit. cap. 2. Eymerico Augerio cap. 4. lect. 5. de Sacramento bapt.) fol. 404. Quis fuerit primus exorcismorum auctor, & inventor, iam supra diximus *distinct. 23. cap. 17. nu. 3.* ubi gravissimorum auctorum opinionem secuti sumus, asserentium, Salomonem fuisse primum exorcisandi inventorem. Hoc loco est animus referre, sed non suadere rem memoratu dignam, cuius fides sit apud auctorem *Celium lect. antiq. lib. 2. cap. 8.* quo loco affirmat quosdam aliquos homines, quibus ab ipsa natura inditum est, ut dæmoni sint metuendi, prorsus & formidolosi; cum enim nascantur in ea siderum connunctione, & signorum concurrentia, hinc illis quædam est innata qualitas, quæ ipsos tartareis potestatibus reddat formidolosos. *Notandum*, inquit, *est, exorcistas vulgò nuncupari, qui dæmonibus adventu suo plurimum incutiant terroris. Eiusmodi verò nasci virum, prodiderè mathematici, qui loco nono Martem habuerit, vel in domo propria, aut Iovis, aut in altitudine peculiari, neque in horoscopo fuerit Iupiter.*

2 Quod vero attinet ad virtutem, quam ad fugandos dæmones habet exorcismus, prima quæstio esse potest. Verum exorcismo insit aliqua virtus intrinseca, & naturalis adversus diabolicas potestates, vel potius tota illa virtus sit supernaturalis, & à Deo communicata. Aliqui graves Theologi affirmant illam virtutem esse physicam, & naturalem. Ita *Sot. in 4. dist. 6. q. 2. art. 3. Richard. & Palud.* apud *Raphaelem de la Torre ad 2. 2. q. 90. art. 2. disp. 9. nu. 7. Brigens. in Reg. 16. Figueroa in Flaza universal. disput. 33. de ins. Exorcismo, fol. 129. Raymundus Lullius ab eo relatus. Goropius in Hermathen. lib. 2. fol. 6.* Vnde alibi quidam auctores, dæmoniacum surdum, mutumque difficilioris curationis, quia non percipiat vim exorcismi, quasi vox illa habeat vim aliquam naturalem. Probat deinde hanc opinionem *Andreas Laurentius lib. 1. de virtute Regis Galliæ ad curandas strumas, cap. 5.* Ex eo quod Iapyx quidam fabe conspicuus inveniatur, qui naturam hominis dæmoniaci applicatus, illum statim dæmone obsessum liberet. Fertur præterea Chrysolithus hepar tostum, colloq; appensum, adversus omnia necromantica unicum esse remedium. Item Sardius, Chrysolitus, Calcedonius, adversus omnes diaboli illusiones miram habent virtutem à natura insitam, ergo etiam exorcismis aliquid inest ad dæmones pellendos naturalis efficaciæ. Aliud argumentum defumunt hi auctores, ex *cap. Nam. 7. q. 3.* ubi notat *Glossa*, carnem hædinam dæmones provocare, idcoq; episcopo dæmone obsesso fuisse denegatam: ergo si datur virtus naturalis dæmones provocans, quid mirum, si detur etiam virtus naturalis dæmones fugans? Hæc sunt præcipua huius opinionis fundamenta, alia omitto videnda apud *Emmanuelem de Valle de incantationibus, seu exorcismis, opusculo 1. sect. 1. cap. 2. nu. 12. 13. 14.* & sequentib. *Serarium in cap. 8. Iob, q. 4. & 5. Delrium lib. 6. cap. 2. q. 3. sect. 2. Franciscum Mirandulanum lib. 7. de rerum prænotione. Ioannem de Pineda de rebus Salomonis, lib. 3. cap. 29. nu. 6. §. Sed exorcismis.*

Vera tamen conclusio sit. Exorcismi non habent aliquam virtutem physicam, & naturalem ad fugandos dæmones: sed totam habent efficaciam quatenus continent signum crucis, invocationem nominis IESV, comminationem divinæ vindictæ erga dæmones, tandemq; preces Ecclesiæ humiliter supplicantis. Cuius virtutis à Deo inditæ ea est efficacia, ut exorcizantes per modum imperij dæmones fugent; nam ex *Luca cap. 10. nu. 17.* & *Marci 16. nu. 17.* Constat, non solùm discipulis, sed etiam reliquis fidelibus datam à Christo D. potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, illos nempe, qui flexuosis insidiarum spiris, & tortuoso collo, se in catholicorum pectoribus insinuare studeant, ut illos dolis, & fraude victos in omnium miseriarum voraginem pessumdent, tartaroq; devoveant. Nostram conclusionem superiori modo explicatam, tenent *Delrius, Serarius, Mirandula, Pineda, superiori numero relati.* Eandem amplectuntur *Ægid. Bellam. q. 71. dub. unico, num. 31.* ubi *Tertull.* & *D. Augustin. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 2. nu. 6. 7. 8.* & sequent. *Sanch. Decalog. lib. 2 cap. 42. nu. 16.* & sequent. *Petrus Thyræus part. 3. cap. 37.* Ex qua divina virtute exorcismis quodammodo infusa, docte colligit *Sanch. citatus*, non debere exorcisantes dæmonem adiurare voce deprecationis, sed quadam voce imperij, sive imperioso sermone, ipsi iubendo, ut instar vilissimi mancipij domino Deo suo obediat, nutuiq; obtemperet. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 2.* & ibi *Caietan. ex 1. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 8. Sylvest.* verbo, *adiuratio, q. 7.* & ibi *Angelus nu. 3. & 4. Tabien. nu. 6. Soto lib. 8. de iust. q. 3. art. 2. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 2. nu. 8. & 9. Lessius lib. 2. de iust. cap. 42. nu. 70. & 71. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2.* & contrarium facere est peccatum mortale, ut docent *Caietan. Sylvest. Tabiena, Armilla, & Navarr.* quos sequitur *Sanch. loco citato.* Huius vero imperij in exorcisantibus requisiti, meminit *Lactantius lib. 4. cap. 27.* *D. Cyprian. ad Demetr. proconsulem. Adiurantur*, inquit, *à nobis, & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessorum corporibus eiiciuntur dæmones.* Vbi vides sanctissima exorcismorum verba tormentis æneis, sive bombardarum displosionibus comparari. Quemadmodum enim ad horrisonum æneæ fistulæ strepitum, & horribilem bombardæ sonitum aves perterrefactæ, toto cælo aufugiunt, & disiuncto agmine,

agmine, alijſq; trepidantibus ad montes, & ſolitudines ſe recipiunt: ita dæmones ad exorciſmi voces quodam nodo examinati conſternantur. Hanc fugam venuſtè expreſſit *Prudentius in ſua Apotheoſi*, ubi presbyterum exorciſantem, dæmonem fugientem ita inducit.

Intonat Auriſles Domini, fuge callide ſerpens:
Exue te membris, & ſpiras ſolve latentes,
Mancipium Chriſti cur corruptiſſime vexas?
Deſine. Chriſtus adeſt, humani corporis ultor.
Non licet, ut ſpolium rapias, cui Chriſtus inhæſit.
Pulſus abi vitioſe liquor, Chriſtus jubet: exi.

Hanc exorciſmorum efficaciam, hoc impetum, hanc virtutem latè, doctèq; invenies diſcuſſam apud auctores citatos, *num.* 1. 2. & 3. Quantam verò efficaciam, inter cæteras exorciſmorum cæremonias, contineat ſanctiſſimæ crucis ſignum, cecinit *Paulinus natali* 8. *Sancti Felicis.*

Nos crucis invictæ ſignum, & confeſſio munit,
Armatiq; Deo mentem, non quærimus arma
Corporis: & quãquam membris videamur inermes:
Arma tamen gerimus, quibus, & ſub pace ſerena.
Contra incorporeos animis decernimus hoſtes.

Quam ſalutiferæ crucis invictam, & nunquam ſuperabilem poteſtatem agnoſcens mater Eccleſia, ideo in exorciſmis non ſemel utitur hoc crucis ſigno. Imò, ut auctor eſt *Tertullian. cap.* 3. *de corona militis, ad omnem progreſſum, atq; promotum: ad omnem aditum, & exitum: ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubicula, ad ſedilia,* frontem ſigno crucis munit Eccleſia.

4 Secunda quæſtio eſſe poteſt. Ad quas perſonas præcipuè ſpectet facere exorciſmos? Reſpondeo hanc poteſtatem dæmones eijciendi per exorciſmos omnibus univerſim hominibus tam laicis, quàm eccleſiaſticis conceſſam fuiſſe; primariò tamen, & veluti principalius conceſſa eſt viris eccleſiaſticis. Ita omnes fermè Theologi cum *Petro Thyræo part.* 3. *cap.* 37. & probatur ex *Luca cap.* 10. & *Tertulliano cap.* 11. *de corona militis*, ubi affirmat ſe vidiſſe milites inter belli ſanguinariam crudelitatem, & horrentes armorum, ac lituorum ſtrepitus, immundos ſpiritus exorcizando eijcere. Eſſe verò id munus præcipuè conceſſum viris eccleſiaſticis, docet *Baron. tom.* 1. *anno* 56. *Cornelius Papa ſcribens ad Fabium Antiochenum. Euſeb. lib.* 6. *cap.* 35. *D. Hieron. in epiſt. ad Titum, cap.* 3. *Sanch. in Decalog lib.* 2. *cap.* 42. *nu.* 18. & cum eo *Sylveſt. Valentia*, & *Delrius*, & plerunque Theologi, & Canoniſtæ agentes de gradu exorciſtarum. Quæres tamen hoc loco. Vtrum exorciſta hæreticus, vel quilibet alius non catholicus valeat dæmones eijcere? Reſpondeo negativè cum *Petro Thyræo cap.* 40. Ratio eſt quia, ejectio dæmoniorum ſolum promiſſa fuit Chriſti fidelibus, veram, & catholicam fidem amplectentibus, ut habetur *Marci cap. ult. Signa eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient*; ergo hoc privilegium neutiquam hæreticis, vel infidelibus dandum erit. Fateor tamen me legiſſe apud *Epiphanium adverſus Elionitas. hæreſ.* 30. Joſephum adhuc Iudæum, & non credentem in nomine IESV, obſeſſum hominem à dæmonio liberaviſſe. Id tamen illi ob peculiare privilegium conceſſum eſſe credo, ob exin iam divinæ, & Moſaicæ legis obſervantiam, cum adhuc Chriſti nomen illi non eſſet notum.

Tertia quæſtio eſt. Vtrum ad dæmones ex corporibus eijciendos, requiratur in exorciſtis puritas conſcientiæ ab omni mortali peccato liberæ? Nullus profectò ibit inficias, plurimũ conducere, & expedire, ut qui tali officio funguntur, vitæ ſanctitate polleant, & nulla peccati lethalis conſcientia graventur; hoc tamen omnino neceſſarium non eſt, ſed poterit homo exiſtens in peccato mortali, obſeſſum corpus à dæmone liberare. Latè hanc ſententiam probat *Petrus Thyræus cap.* 39. ex varijs locis ſacræ paginæ, *Matth.* 7. *Luca* 9. & 10. ubi homines peccatores legũtur hæc miracula edidiſſe. Ratio huius rei eſt, quia exorciſmi non quidem ex ſolo opere operantis, ſed ex opere operato habent hanc efficaciam dæmonia expellendi: ergo quanvis in peccato mortali exerceantur, illam habebunt vim. Ita *Sanch. in Decalog. lib.* 2. *cap.* 42. *nu.* 16. *Suar.* 3. *tom. in* 3. *part. q.* 65. *art.* 4. Notandum verò, exorciſmos non ſemper habere effectum infallibilem, ſed aliquando fruſtrari ſuo effectu, vel ob modicam fidem miniſtri, vel ob hominis dæmoniaci culpam, vel ob maiorem illius utilitatem, vel ex aliquo occulto Dei iudicio. Ita *D. Auguſtin. lib.* 83. *quæſtionum, quæſt.* 79. *Victoria de Magia q.* 6. *nu.* 24. *Sotus in* 4. *diſt.* 6. *q.* 2. *art.* 3. *Valentia* 2. 2. *diſput.* 6. *q.* 8. *punct.* 2. *Suar. citatus. Delrius lib.* 6. *diſquiſ. magicar. cap.* 2. *q* 3. Si inquiras, cur exorciſmus factus à viro probo, & iuſto ſæpius cõſequatur effectum, quàm factus à viro peccatore? Reſpondeo cum citatis Doctoribus, rationem eſſe, quia vir iuſtus dæmonem potentioribus, ac robuſtioribus armis aggreditur, nempe gratia ſanctificante ornatus, & pulcherrimo Charitatis, Fidei, & Spei ſatellitio ſtipatus; at verò vir impius, & aliquo peccato mortali contaminatus, imbecilliora habet arma, & ſuæ iniquitatis conſcius, nil magnum à Deo audet ſperare, imò potius ſibi timère, ac proprijs meritis diffidere. Quam ſpem viris probis, improbis verò timorem comitem indiviſum eſſe dixit *Alphonſus Iannarius in ſuis poematibus, tom.* 2. *fol.* 18. *pag.* 2.

Vir male, nonne tuo timor eſt in pectore clauſus?
Vir bone, nonne ſinu ſpes tua clauſa tuo eſt?

Quid

Quid ergo mirum eſt, ſi timens, ac pavens homo improbus, ſuas vires in irritum, & in caſſum fundat dum & dœmonem, tanquam ſibi infeſtum, & intentum inimicum omni ſtudio conatur abigere, eundem ob mortale peccatum ſibi amicum magis conciliet? Quid mirum ſi vir probus, & nullius peccati conſcius, qui omnes ſuas ſpes in Deo ſitas, collocatasq; habet dœmones muſcarum inſtar abigat?

6 Quarta quæſtio eſt. Vtrum liceat exorciſtis aliqua per curioſitatem inquirere ab illo dœmone, quem volunt ejicere? Hanc quæſtionem doctiſſimè ventilatam, & omnino diſcuſſam invenies apud *Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 42. nu. 23.* In cuius reſolutione, ut clarius procedatur, ſequentes ſtatuo concluſiones.

7 Prima concluſio. Licitum eſt à dœmone interrogare ea, quæ expulſioni conducunt. Ita *Leſſius, Sylveſter, Valentia, Thyræus*, relati à *Sanch. loco citato.* Imprimis ergo licet à dœmone rogare, quod nomen habeat? Quænam fuerit ingreſſus cauſa? Quibus ſignis, vel qua data conditione egredietur? Vnus ne, vel plures corpus occupent? Similiter licebit illum cogere ad aliquâ dicendam veritatem, V.g. Chriſtum eſſe natum, mortuum, crucifixum, in Euchariſtia poſitum, & ſimilia. Ita *D. Thom. 2.2. q. 95. art. 4. ad 1. Caietan. 2.2. quæſt. 90. art. 1. Tabien.* verbo, *invocatio, nu. 2. quæſt. 1. Sotus lib. 8. de iuſt. quæſt. 3. art. 2.*

8 Secunda concluſio. Si exorciſta per curioſitatem roget à dœmone res vanas, & inutiles, per modum imperij, venialiter peccabit. Vt ſi roget, quid modo novi fiat apud Iapponas, Indos, & Garamantas? Quos habuit exitus Arcturus Anglorum Rex? Ita *Suar. tom 2. de relig. lib. 4. cap. 2. nu. 9. Valentia 2.2 diſp. 6. q. 8. punct. 2. col. ult,* verſ. *Ad tertium Sanchez in Decalog. lib. 2. cap 42. nu. 25.* & apud illum *Caiet. Sylveſt. Leſſius, Tabiena, Armilla, Sotus, Navarra, & Medina.* Si verò ſimiles res à dœmone interrogentur per modum deprecationis; vel cum intentione aliquid ab illo addiſcendi, tanquam à magiſtro; vel firmam, & certam fidem illi adhibendo, erit peccatum mortale, ut doctè probat *Sanch. loco citato.* Atque hæc ſint ſatis pro exorciſmis. Qui plura cupis, vide auctores allegatos numeris ſuperioribus.

DISTINCTIO. LXX.

CAP. Neminem. I.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non profeſſi egent titulo ad ordines.*

2 *Enumerantur varij tituli ſufficientes ad ordinationem, ante Tridentinũ.*

3 *De iure requiritur titulus ad primam tonſuram, & minores, non de conſuetudine.*

4 *Epiſcopo debet conſtare de titulo ordinandi.*

5 *Beneficium debet ſufficere ad victum honeſtum.*

6 *Quale dicatur beneficium ſufficiens ad victum honeſtum.*

7 *Oppidani, & concives præferendi ſunt in beneficijs aliunde ortis.*

8 *Qui ſunt ex gremio alicuius Eccleſiæ, alijs qui ſunt alterius præferantur.*

9 *In Hiſpania, Portugallia, & Francia, non admittuntur ad beneficia, qui non ſunt ex Regno.*

10 *Ordinari poteſt quis ad titulum patrimonij ſui, & tale patrimonium debet actualiter poſſideri.*

11 *Patrimonium debet conſiſtere in rebus immobilibus, & fructiferis.*

12 *Quale dicatur patrimonium ſufficiens?*

13 *Vtrum qui Muſices, vel capellæ annuæ, vel Grammatices lectionis ſtipendio vivunt queant ordinari?*

14 *Pater tenetur facere patrimonium filio volenti ordinari.*

15 *Donatio patrimonij facta filio, eſt irrevocabilis.*

16 *Patrimonium excedens vires legitimæ, & tertiæ donantis deducendum eſt, quoad exceſſum ad collationem.*

17 *Vtrum ſasisfiat Trident. per retentionem patrimonij ſine uſu fructu?*

18 *Patrimonium alienari non poteſt poſt ordinationem.*

19 *Vtrum alienatio patrimonij ſine requiſitis in Tridentino ſit valida?*

20 *Redonatio patrimonij facti ſub ea conditione: ſi fiat ante ordinationem valet; poſtea vero minime.*

21 *Pacta inter donantem patrimonium, & donatariũ de redonatione poſt obtẽtam aliam ſuſtentationem validũ eſt.*

22 *Patrimonium fictum debet domino reſtitui, & uſus fructus illius.*

23 *Quæ pœna ſit deprehenſis in fraude patrimonij?*

24 *Pacta*

24 *Pacta inter donantem ficte patrimonium, & donatarium non ſunt ſimoniaca.*

25 *Vtrum de licentia epiſcopi alienare poſſit patrimonium ordinatus, quin habeat unde vivat?*

26 *Vtrum ſit neceſſaria licentia epiſcopi ſi clericus habeat unde vivat?*

27 *Fundatores poſſunt vocare clericos cõſanguineos ad beneficia à ſe inſtituta.*

28 *De requiſitis in eligendis.*

29 *An gradus conſanguinitatis in hac vocatione cõputentur canonicè, vel civiliter?*

30 *Vtrum præferendi ſint deſcendentes per viam maſculinam?*

31 *Quomodo, & quando cenſeantur illegitimi excluſi? & numeris ſequentibus, uſq; ad 42.*

43 *Capellaniæ quando poſſunt eſſe titulus accipiendi ordines? remiſſivè*

44 *Beneficia regularia dabantur in titulum regularibus.*

45 *Beneficia regularia, regularibus, & ſecularia, ſecularibus danda ſunt.*

46 *Regulares hodie ordinantur ad titulum profeſſionis.*

1 IN textu, ibi, Neminem, &c. Certè ut comprehenderet clericos ſæculares, & regulares profeſſos, de quibus dicam infra, verbo, *Monaſterio.* De non profeſſis regularibus, eſt hodie Bulla Pij V. edita anno 1568. 14. Octobris, Pontificatus ſui anno 3. in qua ſuſpenſionis pœnam imponit regulari non profeſſo, qui ordinem ſactum ſuſcepit ſine titulo, eo modo, quo illum requirit *Trident. ſeſſ. 21. de reformatione. cap. 2.* à qua conſtitutione exempti ſunt Patres Societatis IESV, qui ordinantur ante profeſſionem ſolemnem, poſt tria vota ſimplicia, ex Bulla Gregor. XIII. & XIV. & Patres Congregationis Sancti Ioañis Evangeliſtæ, de quibus ſupra *cap. 12. diſtinct.* 54. De aliis tractat *Henriq. lib. 10. de Ordine, cap. 17. num. 3. in Comment. littera S. Suarius de cenſur. diſp. 31. ſect. 1.* & alij, apud *Garciam de benef. part. 2. cap. 5. num. 13.* Sed advertes Concilium Tridentinum, loqui tantum de clericis ſæcularibus, *dicta ſeſſ. 21. cap. 2.*

2 In textu, ibi, Abſolutè. Intellige cum *Gloſſa* hîc, ſine titulo. Porro tituli varij enumerabantur ex iure antiquo, ad quos epiſcopi poterant clericos promovere. Primò, ad titulum beneficij, ut hîc, & *cap. Sanctorum ſequenti*, vide *Quintanad. eccleſiaſt. benef. lib. 3. à num. 11. &* 27. quod duravit ad tempora Alexand. III. & Innocentij III. qui condidêre *cap. Epiſcopus, & cap. Tuis, de prabendis*, ubi patrimonium pro beneficio ſtatuunt ſufficere, qui eſt ſecundus titulus. Tertiò, ad titulum paternæ hæreditatis, *dict. cap. Epiſcopus.* Quartò, ad titulum alieni beneficij, *cap. Poſtulaſti, de iure patronatus, cap. Per tuas, 3. cap. penult. de ſimonia*, ubi Doctores, & *Abbas, in cap. Cum ſecundum Apoſtolum, de prabendis, num. 11. Felin. In cap. Innoſtra, de reſcriptis, num. 31. Gambara de officio legati, lib. 6. à num. 131.* Quinto, ad titulum ſtipendij ab epiſcopo ſibi aſſignandi, ſuper fructus ſuæ menſæ epiſcopalis, *cap. 2. & cap. Epiſcopus, de prabendis. Abb.* ubi proximè, *num. 11.* Sexto, ad titulum penſionis à laico aſſignatæ ſuper bonis ſuis, *Felin. in cap. Poſtulaſti, de reſcriptis, num. 8.* & alij. Verum hodie *Tridentinum ſeſſione 21. de reformatione, cap. 2.* requirit titulum beneficij, pacificè poſſeſſi, vel patrimonium, aut penſionem eccleſiaſticam; ibi vide.

3 In textu, ibi, Eccleſiaſtica ordinatione. Nota ex *Gloſſa* hîc, verbo, *neminem*, neceſſarium eſſe titulum ad ordinationem in minoribus. & in prima tonſura, ita etiam *Gloſſa in cap. 2. de prabendis*, communiter approbata, ſecundum *Immolam*, ibi *Navarr. conſil. 14. num. 1. de temporibus ordinandorum. Quintanad. eccleſiaſt. benefic. lib. 3. num. 4. & 17. Suar. de cenſuris, diſput. 31. ſect. 1. num. 33. Garcia de beneficijs, part. 2. cap. 5. num. 3.* Contra *Vgolin. de irregularitate, cap. 61. num. 2.* Verum hodie aliud ſervatur, nec in minoribus ex conſuetudine titulus requiritur, *Gloſſa in cap. 2. de prabendis*, recepta, & ibi *Decius numer. 29.* & *Navarr.* proximè citatus, *num. 1. Flaminius Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 2. queſt. 6. num. 4. Salzedo ad praxim criminal. Bernardi Diaz. cap. 18. num. 5. Quintanaduen.* ubi proximè, & videtur probari p Trident. quod ſolum loquitur de ſacris ordinibus, ut præter citatos *Salzedum, Quintanaduen. Navarr.* optimè notarunt *Vgolin. de irregularitate, cap. 61. num. 2. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. ſumma, cap. 15. num. 16. Petr. Ledeſma in ſumma, 1. part. tit. de Sacramento Ordinis, cap. 7. in fine.*

4 In textu, ibi, Manifeſtè. Vult text. ut epiſcopo ordinanti manifeſtè conſtet de titulo ordinandi, aliter ſi ſine diligentia, ſufficienti ad excutiendam veritatem, data opera admittit; tunc ſubintrabunt pœnæ, *cap. Cum ſecundum, & cap. Si epiſcopus, de prabendis*, ubi ju-

betur epiſcopo ſic ordinanti, ut tali provideat de bonis ſuis ad honeſtam ſuſtentationem, quoadusq; provideat de beneficio congruo; vide *Reginald. part. 3. lib. 31. tractat. 2. ſect. 4. numer. 52. Cened. 2. part. collectan. 33. num. 1.* Quod ampliatur, ut hæc obligatio tranſeat ad ſucceſſores, ut tradit *Ioann. Andr.* & Doctores, in *cap. Paſtoralis*, in fine, *de iure patronat.* niſi epiſcopus, qui ordinavit, vivat; *Henriq lib. 10. cap. 17. §. 4. Quaranta in ſumma Bullarij*, verbo, *ordo*, verſ. *Quia hæc.* Amplia, licet epiſcopus ordinaverit aliquem, qui iam prius erat in ſacris conſtitutus. *Quaranta*, ubi proximè, verſ. *Obligatio. Filliucius tom. 1. tractat. 17. cap. 5. num. 91.* & licet ordinatus nolit, quod perſona epiſcopi ſit ſibi obligata ex ijs, quæ tradit *Gonçalez regula 8. Gloſſa 5. §. 10. num. 13. Garcia 2. part. cap. 5. num. 181. Cenedo 2. part. Collectan 33. num. 2.* Amplia, in Capitulo Sede vacante. *Quaranta*, verbo, *Ordo*, verſ. *Secundo*, extende *Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 4. in Gloſſa*, ſic alias ſi epiſcopus conſecraverit Eccleſiam indotatam, eam tenetur dotare, *Gloſſa*, verbo, *conſecranda, in cap. Cum ſicut, de conſecratione eccleſiaſt.*

§ In textu, ibi, In Eccleſia.

In qua ſcilicet beneficium habeat, quod beneficium debet ſufficere ad victum honeſtum ordinandi; aliter non ſufficiet ad titulum pro ordinatione, ut probant *Navarr. conſil. 14.* & *conſil. 23. de temporibus ordinand.* & *de oratione, cap. 21. num. 11. Flaminius de reſignat. beneficiorum, lib. 2. num. 13. Henriq. lib. 10. cap. 17. num. 3. Emmanuel Rodrig. tom. 2. ſummæ, cap. 15. num. 3.* & 6. *Petr. Ledeſm. in ſumma, 1. part. cap. 7. de Sacramento Ordinis, concluſione 5.* & 7. & alij, quos refert, & ſequitur *Garcia de benefic. 2. part. cap. 5. num. 107.*

6 Si quæras quale nam beneficium dicatur ſufficiens ad victum honeſtum? Reſpondeo, illud beneficium dici clerico ſufficiens ad honeſtam, & congruam ſuſtentationem, quod ipſi, & familiæ ſuſtentandæ ſatis eſt. Ita *Azor. inſtitut. moral. lib. 6. cap. 10. quæſt. 8.* Quænam verò quantitas huic ſuſtentationi ſufficiat, iudicis arbitrio eſt relinquendum. *Flaminius lib. 5. de reſignat. queſt. 6. num. 131. Beja in reſponſ. caſuum conſcient. part. 4. caſu 26. verſ. Quod ſi quæras. Zerola in praxi epiſcopali*, verbo, *beneficia.* Si enim clericus fuerit ex viris primæ nobilitatis, maiorem exigit redituũ quantitatem, quàm alius ex infima plebe natus; ac proinde totum id ex clerici maiori, vel minori qualitate menſurandum eſt, ut egregiè advertit *Beja citatus.* Vide etiam *Tiraquel. de nobilitate, cap. 20. num. 13.* & *num. 142.*

7 In textu, ibi, Suæ civitatis.

Recte *Gloſſa hic*, notat præſentandum potius eſſe clericũ ciuſdem diœceſis, & oppidi, quàm externum; quod intellige ſi ſit idoneus, & allegat *cap. Hortamur, ſequenti diſtinct.* ad quæ ego nonnulla; ita etiam *l. In Eccleſijs, Cod. de epiſcopis, & clericis. Coſmas in proœmio pragmat. ſanct. §. Nam Eccleſiarum*, verbo, *externum*, *Rebus de iure patronatus*, verbo, *honorificum*, *num. 47.* & 48. *Rebuff. de nominat. quæſt. 9. num. 57.* alias 58. *Carraſ. 3. part. cap. 5. num. 9. Mandoſ. regul. 16. queſt. 41.* & 43. & *conſil. 27. a num. 18.* & *conſil. 55.* ſtatim in principio, *Gregor. Lopez. in l. 1. titul. 15.* verbo, *præſentare*, & *l. 13.* verbo, *de aquel. part. 2. Azeved. in l. 14. num. 10. tit. 13. lib. 1. recopilat. Dueñas regula 202. Hojeda de incompatibilitate, cap. 23. num. 85. Spino de teſtamentis, Gloſſa 3. a num. 32.* & *72. Surdus de alimentis, tit. 2. quæſt. 93. a num. 9. Ioann. Gutierr.* referens alios *conſil. 2. numer. 23.* & *24. Cevallos in communibus, quæſt. 693. Villar del patronado de Calatayud. 3. part. num. 7.* & *8. part. coſtumbre 4.* Vbi late agit, qui dicantur filij parochianorum.

Adderem in una, eademq; civitate, ubi 8
ſunt plures Eccleſiæ, præferendum eſſe illum, qui ex gremio Eccleſiæ eſt, *cap. 2.* & *cap. Obitu, diſtinct. 61.* & *cap. Metropolitano, diſtinct. 63.* ad quas recurre *cap. Ne pro defectu, de electione. Cuchus inſtitut. maiorum, lib. 4. tit. 1. num. 127. Sot. de iuſtitia, & iure, lib. 3. quæſt. 6. art. 2. ad 4. Petr. Navarr. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 196. Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 9. num. 5.*

Hinc ſatis patet, ſtatutum, ſeu legem ex- 9
cludentem extraneos, & admittentem tantum oriundos, & naturales, ex tali regno ad beneficia, eſſe ſacris canonibus conſentanea, ut ſunt in Gallia, ut teſtatur *Coſmas in proœmio pragmat. ſanct. §. Nam Eccleſiarum*, verbo, *exterorum*, ad finem. *Selva de beneficijs, 3. part. quæſt. 26. Carraſ. 3. part. cap. 5. num. 12. Rebuff. de pacifica poſſeſſ. num. 265. alias 217.* & *in praxi de reſcriptis mixtis, num. 7. Guillelm. Benedict. in repetitione cap. Raymuntius*, verbo, *& uxorem nomine, in 5. num. 482.* & ſequentibus. *Carolus de Graſſal. lib. 2. regal. Franciæ, in repetitione 8.* idem habetur in Caſtellæ regnis, ut *l. 18.* & ſequentibus, *tit. 3. lib. 1. ordinamenti*, ubi *Didacus Peres hodie l. 14.* cum ſequentibus, *tit. 3. lib. 1. recopilat.* ubi *Azevedo, Cevar. practicar. cap. 35. num. 5. Hojeda de incompatibilitat. benefic. lib. 4. quæſt. 7. Sabagum in cap. Eam te, de reſcriptis, a num. 24.* latè *Salzed. in practic. Bernardi Diaz. cap 54.* apud noſtrates Luſitanos. *Ordinatio Regia lib. 2. titul. 13. §. 1.* & *tit. 55.* de qua *Cabedus de patronatibus regiæ coronæ, cap. 29. Pereyra de Caſtro de manu Regia, tom. 2. cap. 642. num. 30.* & ſequentibus, & *num. 38.* Vtrum tamen penſio exteris dari poſſit, vide eundem *num. 40.* & ſequentibus.

In textu,

10 In textu, ibi, Sive poſſeſſionis. Explicat *Gloſſa hic* 1. de patrimonio, & allegat *cap. Tuis, de prebendis*, ubi clarè deciditur poſſe quemquam ordinari, ad titulum patrimonij ſui, de quo etiam *Trident. ſeſſ.* 21. *de reformatione, cap.* 2. qui limitationem addit, pro ordinandis ad titulum patrimonij, ideſt, *iſi tantum, quos epiſcopus iudicaverit admittendos, pro neceſſitate, & comoditate Eccleſiarum ſuarum, &c.* quia ſufficit patrem eſſe divitem, & quod pauper non dicatur, qui patrem habet divitem. *Sard. de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 12. & *quæſt.* 33. *num.* 30. & *quæſt.* 133. *num.* 3. & *quæſt.* 108. *numer.* 8. & *tit.* 7. *quæſt.* 37. *num.* 3. *Molina de iuſtitia, tom.* 1. *tractat.* 2. *diſput.* 146. *Flaminius lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 28. *Sanchez lib.* 8. *de matrimonio, diſput.* 19. *num.* 21. Sed opus eſt actu poſſideri patrimonium, ita *Trident. dict. cap.* 2. ibi. *Obtinentes*, & ibi. *Patrimonium, vel penſionem mere ab illis obtineri*, ita *Garcia part.* 2. *cap.* 5. *num.* 92. *Aloyſ. Riccium collectan.* 566.

11 Et hæc poſſeſſio debet conſiſtere in re immobili, & fructifera, iuxta declarationem S. Congregationis ſuper *Trident. ſeſſ.* 21. *de reformatione, cap.* 2. quam adducit *Garcia de beneficijs, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 96. *& num.* 105. addit ordinatum ad titulum patrimonij non conſiſtentis in re immobili, & fructifera, incurrere pœnas, ſi quæ eſſent poſitæ contra ordinatos ſine titulo, quod non admittunt *Navarr. conſil.* 34. *de tempor. ordinator.* & *Zerola in praxi*, 2. *part.* verbo, *dimiſſoriæ*, qui monent, ut ordinandi curent mobilia in immobilia convertere. *Ludovic. Lopez inſtructor. negotiant. lib.* 2. *cap.* 45. verſ. *Quædam dubiola. Rodrig. tom.* 2. *ſumma, cap.* 15. *numer.* 7. videntur ſentire ſufficere patrimonium in rebus mobilibus, quod colligo exemplo, quod adducunt de pecunia præſentata pro titulo epiſcopo. Verius credo, quod ait *Garcia*. Ratio eſt quia. Si patrimonium ſuper rebus mobilibus conſtituatur, non plane ſatisfiet menti Concilij Tridentini, cum res mobiles facilè extinguantur, & conſumantur. *Azor. inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *quæſt.* 7. *Vgolin. de officio epiſcopi, cap.* 26. §. 10. *num.* 1. *Riccius in praxi, fori eccleſ. deciſ.* 515. *in* 1. *edit. & reſolut.* 273. *in* 2. *edit.* Notant verò aliqui Doctores, ſi detur penuria ſacerdotum, poſſe aliquem ſine patrimonio ad ſacros ordines promoveri, dummodo adſit, qui ei ſpondeat omnia victui neceſſaria. Quod à ſacra Congregatione fuiſſe deciſum referunt *Flamin. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 11. *Armendar. in addit. ad recopilat.* legum *Navarræ lib.* 2. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrimonio clericorum, num.* 2. *&* 3. *Campanil. in diverſor. iuris, rubr.* 8. *cap.* 4. *num.* 1.

12 Quale vero dicatur patrimonium ſufficiens ad honeſtè vivendum; prudentis ordinarij arbitrio relinquendum, argumentum *l.* 1. *Et quæ ibi Doctores, ff. de iure deliberandi*; ut ex *Salzedo, Flaminio, Emmanuele Rodriguez. Vgolino, Zerola, Genuenſ.* & *Ledeſma*, deducit optimè *Garcia* 2. *part. de benefic. cap.* 5. *num.* 112. ubi addit cum *Petr. Ledeſm. Navarr. de oratione, cap.* 21. *numer.* 11. *& miſcellan.* 62. *de oratione, num.* 3. verſ. *Facil. Flamin. de reſignat. lib.* 5. *quæſt. ult. nu.* 156. beneficium, vel patrimonium non debere eſſe pro qualitate ordinandi, ſed ut decenter, & honeſtè vivat quicumq; clericus. Licet contrarium ſentiant *Rebuff. in praxi, tit. de reſcriptis in forma communi, num.* 24. *Caldas Pereyra in l. Si curatorem, Cod. de in integrum*, verbo, *læſi, num.* 132. *Zerola in praxi epiſcopali*, verbo, *demiſſoriæ*, §. 5. *dubio* 4. *& part.* 2. *eodem verbo*, ad finem. *Emmanuel. Rodrig. tom.* 2. *ſumma, cap.* 15. *num.* 9. *Candelabrum, Salzedo*, & alij, quos bene reijcit *Garcia citatus, num.* 117. & ſequentibus.

13 An verò, qui patrimonium ſufficiens non habet, ſi ſit muſicus, vel habeat ſalarium, ex lectione aliqua grammaticæ, vel præſentatus ſit ad aliquas capellanias admotum amovibiles, vel confraternitates, ex quibus omnibus ſufficientiſſima ſuſtentatio conſtituatur poſſit ordinari? Lege *Zerolam in praxi epiſcopali part.* 1. verbo, *demiſſoriæ*, §. 51. *num.* 2. *Genuenſ. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ, cap.* 81. *num.* 2. *Garcia de beneficijs, part.* 2. *cap.* 5. *num* 126. qui omnes negant, & benè, imò ita deciſum eſſe à ſacra Congregatione Cardinal. ſuper *Trident.* refert *Garcia citatus, num.* 126. Nec poteſt quis ordinari ad titulum de futuro, & in ſpe etiam certa. *Salzedo in practic. cap.* 18. *num.* 6. *Garcia dicto cap.* 5. *num.* 130. Poteſt tamen ordinari habens coadiutoriam, *Gonçalez ad regul.* 8. *Gloſſa* 5. §. 9. *num.* 6. Si ratione illius poſſit congrue ſuſtentari. *Garcia dicto cap.* 5. *num.* 132. An Doctor Theologiæ, vel iuris Pontificij, ſine patrimonio poſſit ordinari. *Gonçalez Gloſſa* 4. *num.* 36. *Garcia num.* 128.

14 Quæres utrum pater teneatur patrimonium donare filio volenti ordinari? Negat *Aymon conſil.* 136. *num.* 2. *lib.* 1. *Rojas de ſucceſſ. cap.* 7. *num.* 49. *Ayora de partitionibus*, 2. *part. cap.* 13. *num.* 17. *Salzedo ad Bernard. Diaz. in practic. cap.* 18. *num.* 16. Affirmant *Avendaño reſponſ.* 17. *num.* 4. *Sanchez lib.* 4. *de matrimonio, diſputatione* 26. *num.* 7. ad medium; nam pater tenetur dotare filiam volentem ingredi religionem, ex *Bartol. in l.* 1. §. *Si parens, ff. Si quis à parente fuerit manum. Bald. l. Quoniam novella, Cod. inofficioſo teſtament. Everardus in topicis, loco* 39. à matrimonio carnali ad ſpirituale, *Bald. item in l. final. Cod. de dotis promiſſione, num.* 5. *Gomes l. Tauri*, 29. *num.* 14. *Baeça de non meliorandis dotibus filiarum, cap.* 14. *num.* 1. Ergo etiam tenebitur ad dotandum filium pro aſſumendo ſtatu ſacerdotali, nec enim facilè maior ratio aſſignabitur.

per *text. in Authent. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Sed, & hoc præſenti, collatione 9.*

15 Si pater filio faciat talem donationem, non poterit amplius illam revocare, utpote factam ex cauſa onerola, & cum epiſcopo aliter non ordinante; ita docet *Ciſneros in l. 17. Tauri, col. 2.* verſ. *Idem in donatione,* & ibi *Tellius Fernandes num. 82. Avendan. reſponſ. 17.* verſ. *ult. Matienzo in l. 1. Gloſſa 9. num. ult. lib. 5. nova collect. Covar. in cap. Raynald. §. 2 num. 7. de teſtament. Andr. Angulo in l. 1. de meliorat. Gloſſa 10. num. 7. Gutierr. practic. quæſt. lib. 2. quæſt. 65. num. 9. Salze l. ad Bernard. cap. 18. num. 15. Mercado lib. 3. de diviſione bonorum, cap. 6. num. 90.* & multi alij, apud *Garciam*, quos ipſe ſequitur *part. 2. cap. 5. num. 157.* An conferanda ſit intra legitimam filij donatio illi facta pro patrimonio, diſputant egregiè *Alvarus Vallaſcus de partitionibus, cap. 13. numer. 77. Molina tom. 1. de iuſtitia, diſput. 231. & 237.* Partem affirmantem nimirum eſſe computandum patrimonium in legitima, ſequitur *Covar.* proximè citatus, *num. 7. Avendan.* teſtatur eſſe opinionem veriſſimam, *dict. reſponſo 7.* in fine. *Graſſijs lib. 2. cap. 97. num. 68. Menchac. de ſucceſſ. creatione, lib. 3. §. 22. num. 44. Peres in l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordinament. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. ſumma, cap. 15. num. 8. Molina, Vallaſcus, & Gutierr. citati,* atque alij, apud *Garciam 2. part. cap. 5. num. 158.* quibus ipſe aſſentitur. Contra *Fabium Igneym Aymon. Caſſan.* quos refert, & ſequitur *Rebuf. in praxi, tit. de reſcriptis in communi, tit. 25. Antonius Gomes in l. 29. Tauri, num. 21.* & ibi *Tellius Fernandes, num. 16. Dueñas regula 222. num. 3. Rojas de ſucceſſionibus, cap. 37. num. 46. Matienzo in l. 3. tit. 8. Gloſſa 2. num 14. Azored. lib. 10. tit. 6. numer. 29. & 30. lib. 5. recopilat. Gracian. regula 95. num. 6. & Quintanad. eccleſ. benefic. 2. part. lib. 3.* Non videntur diſſentire *Caldas Pereyra in l. Si curatorem, Cod. de in integr.* verbo, *laſis, nu. 103. & 132. Spino de teſtament. Gloſſa 18. num. 66. Mendez de Caſtro in l Cum oportet, Cod. de bonis quæ liberis, num. 265. Avendan. in l. 29. Tauri, Gloſſa 3. num. 8.*

16 Quæro amplius. Vtrum ſi donatio patrimonij exceſſerit vires legitimæ, & tertiæ parentis donantis, reliquum deducendum ſit ad collationem, ut inde fratrum aliorum legitimæ ſuppleantur etiam in eis caſibus, in quibus patrimonij alienatio fieri non poſſit ex *Tridentin. ſeſſ 21. de reformatione, cap. 2.* Vide de hac quæſtione *Vallaſcum*, citato loco, *de partitionibus, cap. 13.* qui ex fundamentis ibi adductis negat. Verum ego puto affirmandum maximè in noſtra Luſitania, ubi ex Ordinatione *lib. 4. tit. 97. §. 3.* pater non poteſt donare filio, aut filiæ niſi intra vires ſuæ legitimæ, & tertiæ, & ſi quid amplius donatum fuerit, debet deduci ad ſupplendas legitimas aliorum filiorum, *l. 1. ff. de inofficioſo dot. Authent. Vnde ſi parens, Cod. de inofficioſo teſtament.* Nec huic alienationi patrimonij poteſt reſiſtere *Trident.* cum debeat fieri in conicientia, nec debeat reſiſtere alienationibus neceſſarijs, maximè cum fiunt ex legis authoritate, ex *l. 1. ff. de fundi dotalibus, l. Alienationes, ff. familiæ erciſcundæ, Ioannes Cephalus conſil. 64. num. 13. lib. 1. Gama deciſ. 199. num. 3. Lancellotus de attentatis, 2. part. cap. 4. limit. 7. numer. 3. Flaminius lib. 2. reſignat. benefic. queſt. 3. num. 39.*

Vlterius exiſtimo, nunc poſt *Tridentin. ſeſſione 21. de reformatione, cap. 2.* verè vocari patrimonium poſſeſſionem, quia ſemper vult Trident. ut retineatur actualis poſſeſſio, & dominium talis patrimonij, donec poſſidens habeat unde honeſtè vivere poſſit, prohibens illius alienationem; nec ſufficit ſi ordinatus habeat proprietatem, & dominium patrimonij ſine uſu fructu. *Decius in cap. Epiſcopus, de prebendis, per l. final. §. Ipſum, Cod. de bonis quæ liber.* de qua materia, quia quotidiana eſt, & ſæpe uſu venit, nec de ea ita clarè loquuntur Doctores, ſequentes ſtatuam concluſiones. 17

Prima concluſio. De iure antiquo prohibita non erat patrimonij alienatio poſt ordinationem, licet fieret ſine licentia epiſcopi, *Gloſſa final. in cap. Tuis de prebendis,* & ibi *Imola,* & *Abbas num. 8. Felinus in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtitut. num. 8.* & ibi *Decius num. 17. Selva de beneficijs, part. 1. quæſt. 3. num. 8.* ubi Gloſſam dicit ab omnibus receptam *Covar. in cap. Raynald. de teſtament. §. 2. num 7. Rodoanus de rebus Eccleſiæ, rubric. 33. caſu 13. Gratian. regula 165. num. 7. Gutier. practic. lib. 2. quæſtion. 65. num. 10.* dicit communem *Cevallos quæſt. 527. num. 1.* Contrariam tamen ſentiunt etiam de iure antiquo, idem *Cevallos num. 2. & 3. Ioann. Andr.* Dominic. & *Franchus in cap. Si epiſcopus, de prebendis, in 6.* qui explicant ſi patrimonium fuit in titulum aſſignatum. 18

Secunda concluſio. Poſt Trident. nulla eſt alienatio patrimonij non ſervatis ibi requiſitis. Moveor ex verbis *Trident. dict. ſeſſ 21. de reformatione, cap. 2.* ibi. *Illa deinceps ſine licentia epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint*; ubi verbum, *nullatenus,* actum quemcumq; invalidat ex *Gloſſa in Clementin. 1.* verbo, *nullatenus, de ſequeſtrat. poſſeſſ. Felin. in cap Cum acceſſiſſent, num. 8. de conſtitut.* & alijs, quos ſequitur *Sanches lib. 6. de matrimonio, diſput. 32. numer. 7.* & ultra ibi allegatos, tenet etiam *Garcia part. 2. de beneficijs, cap. 5. numer. 178.* cum multis. Moveor 2. ex appoſitione, verbi, *poſſint,* quæ verba ambo ſimul inducunt nullitatem ex eodem *Sanches dicto lib. 6. diſput. 38. num. 20.* verſ. 7. & *Garcia num. 177.* qui plures citant. 19

Conclu-

Concluſionem noſtram apertè defendunt *Navarr. conſ. 17. num. 2. & conſ. 21. num. 4. & conſil. 22. de temporibus ordinat. Flamin. de reſignat. beneficij, lib. 2. quæſt. 6. num. 17. Molina tom. 1. de iuſtitia, tract. 2 diſp. 238.* ad finem. *Emmanuel Rodrig. tom. 2. ſumma, cap. 15. num. 2. & 5.* quos refert, & ſequitur *Sanches lib 6. matrimon. diſput. 37. num. 7.* & ultra ibi allegatos, ſequuntur *Cevallos in ſuis communibus, quæſt. 527. Quintanad. Eccleſ. benefic. lib. 3. num. 73. Tolet. lib. 1. ſummæ, cap. 48. num. 18. edit. Duaci anno 1608.* quos refert, & ſequitur *Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 179.* Adde *Avilam de cenſur. part. 3. diſp. 5. dubio 6. §. Sit tamen ſecunda concluſio. Henriq. lib. 13. de excommunicatione, cap. 28. num. 3.* & *Covar. in cap. Alma, part. 1. §. 11. num. 7.* quos allegat *Avila*, ut probet dictionem, *nullatenus*, qua utitur Concilium, reddere actum nullum; idem *Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 17. num. 3.* eodem modo loquitur de alienatione patrimonij, ac de reſignatione beneficij; conſtat vero ex omnibus, reſignationem eſſe nullam, cum ſit contra formam Tridentini. Contra hanc concluſionem ſentit *Petrus Ledeſm. cap. 7. de Sacramento Ordinis, concluſ. 6.* dicens probabilius eſſe hanc alienationem non invalidam ipſo iure. *Suar. de cenſur. diſpu. 31. ſect 1. num. 38.* ad medium, verſ. *Si vero conſideremus, &c.*

20 Tertia concluſio. Qui verè accipit patrimonium ab aliquo, ut ad illius titulum ordinetur, cum pacto, ut donanti reſtituatur, ſi reſtitutio, & redonatio fiat ante ordinationem, valebit; ſi poſt ordinationem, nulla erit. Prima pars, quod valeat reſtitutio ante ordinationem, probatur, quia nullibi talis alienatio ante ordinationem cenſetur prohibita. Ita *Quintanad. Garcia de benefic. part 2. cap. 5. num. 170.* & videtur ſentire *Sayr.* cum multis, quos refert, dum aiunt, hunc peccare mortaliter in tali revocatione ante ordinationem, & patrimonium eſſe fictum: ſi enim non valeret renuntiatio, certe patrimonium fictum non diceretur. Lege *Sayr. in theſa. lib. 4. cap. 15. num. 23.* Contrarium tamen, eſſe ſcilicet irritam, etiam ante ordinationem, tenet *Henriq. lib. 13. cap. 37. num. 2. littera B.* Secunda pars ſatis probata manet ex ſecunda concluſione, neq; pactum redonandi poſt ordinationem valet, quia illi reſiſtit lex *Tridentini in dict. ſeſ. 21. de reformatione, cap. 2.* per notata ad *l. Pacta, quæ contra, ff. de pactis*, & facit regula *cap. Cum magiſter, de conſtitut.* de qua ibi *Abbas num. 16. Felin. num. 77. Decius num. 67. Ripa num. 70.* & quod tradit *Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. Matienzo in l. 6. Gloſſa 8. tit. 8. lib. 5. recopilat. Spino de teſtament. Gloſſa 16. num. 48. Molin. de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 169.*

21 Quarta concluſio. Qui dat verum patrimonium poteſt apponere conditionem, ut ſibi reſtituatur, cum ordinatus habuerit unde honeſtè vivere poſſit, modo à Concilio Tridentino declarato *dict. cap 2.* Probo concluſionem, quia tunc talis alienatio, non prohibetur à Tridentino; ita *Garcia num. 169. citatus.*

Quinta concluſio. Patrimonium fictum, 22
nunquam fuit verum patrimonium, nec ſufficiens ad effugiendas pœnas contra ordinatos ſine titulo (ſi quæ adhuc ſunt poſitæ de quo infra) & qui illud accipit, tenetur in conſcientia illud reſtituere fictè donanti. Hanc latè probat *Sanches lib. 6. de matrimon. diſput. 32. num. 8. contra Angulum de meliorat. lib 6. Gloſſa 4. nu. 9. Sanch.* ſequitur *Garcia dict. cap. 5. num. 152. & 153. Avila part. 3. de cenſur. diſput. 5. dubio 5. §. 3. concluſ.* qui aliquos viros tacito nomine refert; contra *Henriq. lib. 13. cap. 37. num. 2.*

Sexta concluſio. Deprehenſa fraude, & 23
conſtito, quod promiſſio patrimonij fuit ficta, & donatio tantum verbalis, punietur per ſententiam iudicis, donans, amiſſione patrimonij, propter fraudem commiſſam, contra Eccleſiam. Ita *Sanches* cum multis, quos refert *dict. lib. 6. diſput. 32. num. 8.* ad medium, & ultra ibi citatos, tenet *Emmanuel Rodriguez tom. 2. ſumm. cap. 15. num. 7. in ſumma, cap. 7. de Sacramento Ordinis, concluſ. 6. diffinit. 5. Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 152. Avila part. 3. de cenſur. §. proximè citato, fine.*

Septima concluſio. Pacta inter donantem 24
ficte patrimonium, & ipſum ordinandum, nullo modo ſunt ſimoniaca, nec pertinent ad prohibitionem, & ſuſpenſionem impoſitam in *cap. Per tuas, 3.* & *cap. Si quis ordinaverit*, quod eſt penult. de ſimonia. Probatur quia, aſſignatio patrimonij non eſt aliquid ſpirituale, cum vendi, & emi poſſit; ergo qui circa patrimonium paciſcitur, non paciſcitur circa ſpirituale; ergo in tali pacto ſimonia non reperitur, cum tecum ago de non petendo, vel deretrodonando. Aliter eſt in caſu *cap. Si quis ordinaverit*, & *cap. Per tuas*, quia ibi intercedit pactum ſimoniacum cum beneficiario præſente, ad titulum ſui beneficij, & cum epiſcopo ordinante, de non inquietando eos ſuper proviſione, & ſuſtentatione. Ita ſequitur *Garcia de beneficijs, parte 2, cap. 5. num. 168. Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 48. num. 11. edit. Duaciana, anno 1608.* in fine, ubi ait ita declaratum eſſe, & ſervari in ſignatura Pœnitentiariæ. *Suarius* aliquo modo vocat hunc promittentem fictè patrimoniũ præſentantem, ſed ut apud eundem videbis *de cenſuris, diſput. 31. ſect. 1. num. 35.* difficillime ad illum extendit pœnas dictorum *capitum Per tuas*, & *cap. Si quis ordinaverit, de ſimonia*, quanvis *tom. 1. de religione, lib. 4. de ſimonia, cap. 38. num. 5.* non ita timide loquatur; vide illum.

25 Octava concluſio, Patrimonium de licentia epiſcopi alienari poteſt, etiam antequam ordinatus habeat unde honeſtè vivat, ſitq; id licite, ſi cauſa ſuperſit; illicitè, ſed valide, ſi non ſuperſit. Habet duas partes, prima de abſoluta alienatione de licentia epiſcopi, quæ probatur ex verbis *Trident. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 2.* 25 ibi. *Aliq; illa dem. eps ſine licentia epiſcopi alienari.* Secunda pars de licite, vel illicitè conceſſa facultate, pendet à cauſis concedendi, de quibus *Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 188.* de valore alienationis ex licentia epiſcopi, patet ex *Trident.* quod tantum licentiam epiſcopi requirit, nihil explicans de cauſa licita, vel non licita, ita *Garcia citatus*, quem vide.

26 Nona concluſio. Patrimonium valide poterit alienari ſine licentia epiſcopi, cum ordinatus habuerit, vel beneficium, vel unde honeſte vivere poſſit; ita videtur ſupponere *Trident. dict. cap. 2.* ibi. *Donec beneficium eccleſiaſticum ſint adepti, vel aliunde habeant unde vivere poſſint.* 26 Quod maximè probatur, quia de iure communi licebat iſta alienatio, ut dixi ſupra concluſione 1. quod in dubio non cenſetur correctum. Ita expreſſè tenet *Cevallos commun. opinion. quæſt. 561. à num. 22.* maximè *num. 30.* & ſequentibus. *Garcia de benefic. part. 2. cap. 5. nu. 186.* videtur tenere *Flamin de reſignat. lib. 1. q. 6. num. 16. Stephanus Gratian. recept. forenſ. cap. 159. num 14.* Quidquid contradicat *Quintanad eccleſ. beneſ lib. 3. num. 72. Cened. practic. lib. 1. quæſt. 11. nu 9.* ſufficiant hæc de patrimonio, pergamus ulterius.

27 **In textu, ibi; Poſſeſſionis.**

Explicat *Gloſſa*, quod potius ſunt clerici inſtituendi, de quorum bonis fundata eſt Eccleſia, & allegat *cap. Cum ædeo, de reſcriptis*; quod textus omnino ſilet de hac materia; & quidem veriſſima eſt doctrina Gloſſæ, ſi fundatores conſanguineos clericos vocent ad beneficia à ſe erecta, quos vocare poſſe, certum eſt, *l. In traditionibus, ff. de pactis Filin. in tract. quando littera Apoſtolica, num. 1.* verſ. *Corroborari poteſt. Rochus de iure patronatus*, verbo, *honorificum, quæſt. 18.* in fin. *Lambertus 3. part. lib. 2. quæſt. 5. art. 4. num. 8. & 11 Peraſl. 1. tit. 6. lib. 1 Ordinament.* verſ. *Ex quibus. Hojeda de incompatibilit. benefic. cap. 23. num. 132. & cap. 24. nu. 107. Azeved. l. 14. tit. 3. lib. 1. num. 13. Gutierr. conſ. 2. num. 3. Cened. collectan. 83. ad Decretal. Lara de anniverſarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. num. 1. Covar. regul. peccatum, 2 part. §. 7. num. 5. Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 16. num. 2. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 25. Hieronym. Gonçalez de menſibus, & alternat. Gloſſa 5.* ſtatim in principio, *num. 103.* ubi erudite de hac materia. Nec alijs facta beneficij collatio valebit, ſi aliquis ex vocatis ſe opponat, & ſibi fieri collationem petat. Ita *Cardin. conſ 48. Didacus Peres*, ubi proximè, verſ. *Quod adeo procedit. Gutierr. conſ. 2. num. 3. Azeved. l. 14. tit. 3. lib. 1. num. 13. Cened. collectan. 83. in Decretal.* & alij, cum quibus *Garcia de benefic. part. 7. cap. 16. num. 6.*

Notabis tamen ſemper in his vocationibus præintelligendam eſſe conditionem, *ſi habiles ſint*, non aliter *l. Vt gradatim*, verſ. *Et ſi lege, ff. de muneribus, & honoribus, l. 1. §. Prator. ff. qui ſatis dare cogantur*, & ibi *Bartol. Iaſon. num. 4.* & *Proſcius.* Appellat communem doctrinam *Azeved. l. 4. tit. 17. lib. 4. recopilaſ. num. 8.* docent ſpeciatim in beneficijs *Azor. 2. tom. lib. 6. queſtion. 25. Garcia de beneficijs, part. 7. cap. 16. numer. 12.* 28

Ex conſanguineis præſentandus ſemper erit proximior, idq; reſpectu fundatoris, non ultimi capellani, ſi nihil ipſe declaret; de prima parte tenent *Lambertus 3. part. lib. 2. quæſt. 5. art. 4. num. 12. Corduba in ſumma, quæſt. 72.* ubi ait ſemper proximiorem ex habentibus qualitates à teſtatore, & inſtitutore eſſe magis dilectum; ita etiam *Ludovic. Lopez inſtruct. conſcientia, tom. 1. cap. 137. & tom. 2. part. 1. cap. 107. Emmanuel. Rodrig. tom. 1. ſumma, quæſt. 34. art. 7. Azeved. conſ. 16.* in principio, *à num. 12. uſq; ad 19. Lara de anniverſarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. num 7. Garcia citatus, num. 17.* ubi benè reſolvit argumentum, ex *l. Vnum ex familia, §. Si de falſidia, ff. de legat. 2.* De ſecunda parte ideſt de proximitate reſpectu fundatoris, tenent expreſſè *Cevallos commun. quæſt. 398. Lara de anniverſarijs, & capellis, lib. 2. cap. 2. à num. 7.* cum *Lamberto*, quem ibi refert *3. part. lib. 2. quæſt. 5. art. 4.* quod limita, niſi vocatio fuerit ad inſtar maioratus, & fiat per verba de futuro, ex nomine, & familia fundatoris, quia tunc proximitas erit reſpectu ultimi poſſeſſoris, notant *Lara*, & *Lambertus, citati Cabedo 2. part. deciſ. 51. num. 4.* lege *Petrum Cavallum conſ. 60. num. 8.* & 16. & de hac vocatione conſanguineorum, vide Doctores ad *l. Cum ita, §. In fidei commiſſo*, ubi *Peralta*, & *Sarmient. ff. delegat. 2.* & *l. Si cognatis, ff. de rebus dubijs, Covar. practic. cap. 38. Iulium Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 76. Hieronym. Gabr. conſ. 86. 107. 121. Menchac. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 27. Simon de Pretis de interpretatione ultimarū voluntatum, lib. 3. dub. 3. ſolut. 3. Anton. de Petra de fidei commiſſ. quæſt. 11. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. Peregrin. de fidei commiſſ. art. 20. Anton. Theſaurus.* qui plures refert *deciſ. Pedemontan. 65.* & ſequentibus. *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. numer. 46. Craſſus de ſucceſſione, §. Fidei commiſſo, quæſt. 18. Avendan. in l. 40. Tauri, Gloſſa 20. num. 17. Azeved. conſil. 2. numer. 5. Mieres de maiorat. 2. part. cap. 8. Gutierr. practic. lib. 3. quæſt. 66.* & *quæſt. 398.* ubi non pauci. *Garcia de Beneficijs, part. 7. cap. 16. num. 19.* 29

An

30 An præferendus ſit ad capellaniam ſacerdos qui eſt per viam maſculinam, illi qui per fœmininam? Vide ſcribentes ad *l. maximum vitium, C. de liberis præteris*, & reſolve negativè cum *Garcia* citat. *num.* 21. Quia in capellanis huiuſmodi non agitur de conſeruanda agnatione. Si quæras, qua ratione faciendæ ſint cõputationes graduum in capellanis, ad quas vocãtur proximores cõſanguinei, iure canonico, an civili? Leges, quæ ſcribit pro eccleſiaſtico *Cevallos comm. quæſt.* 198. *num.* 9. *Parlador. different.* 120. *num.* 11. *Anton. Matth. de via, & ratione iurit lib.* 2. *num* 14. Cæterum pro iure Cæſareo, & civili, leges ex juriſtis *Gloſſam. in* §. *Hactenus inſtit. de gradibus, & an Iuriſconſultus*, verbo, *item liberi*, ubi *Bart.* §. *final, ff. eodem tit. Imol. in rubrica. ff ſolut. matrim. num.* 6. *Alex. in l. fin. Cod. unde legit, num.* 7. *Bald. Salicet. Alex. Iaſon. & alij in l fin. C. de ſucceſſorio edict. Filin. in cap ex litteris, num* 4 *de conſtit. Gozadin, conſ.* 19. *Guillelmus in cap Raynuntius de teſtament.* verbo, *& uxorem nomine Adalaſiam nu.* 85. *Tiraq. de retract. linag.* §. 1. *Gloſſa* 9. *num.* 22. *Mieres de maiorat. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 11. *Covar* 4 *Decretal.* 2. *part. cap* 6. §. 6. *num* 8. *Carer. lib.* 2. *de ſponſ. cap.* 3. *in fine. Garcia de benef: part.* 7. *cap.* 16. *num.* 25. Ex Theologis *Palludanus in* 4 *diſt.* 40. *quæſt. unica art.* 3. *concluſione* 3. *S. Antonin.* 3 *part. titul.* 1. *cap.* 14. §. 2. *concluſione* 3. *Angelus*, verbo, *matrimonium* 3. *impediment.* 6. *in principio Armilla*, verbo, *matrimonium, num.* 22. *Tabiena* verbo, *impedimentum impedimento* 3. *num.* 2. *quæſt.* 1, *fine. Ludovic. Lop inſtruct. conſcientiæ tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 49. ubi de impedimento conſanguinitatis *notabili* 4. *Henriq. lib.* 12 *cap.* 19. *num.* 2. *Rebel. de obligat. iuſt part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 5. *n* 3. ubi ſe remittit ſententiæ *Covarruviæ* loco citato, *Sanchez. de matrimonio lib.* 7. *diſput.* 7. *numer.* 8. qui omnes aiunt, in ſucceſsionibus gradus numerandos eſſe ea ratione, qua eos numeravit ius Cæſareum, in matrimonijs verò diſpoſitionem, & numerationem eſſe iuris canonici.

31 Quæſtio celebris eſt. Vtrum in caſu in quo non conſtet demente teſtatoris, cẽſeantur etiã vocati deſcendentes illegitimi? Placet in hac re aliquãtulũ immorari, dabit veniam lector, forſan non ſine magno ſuo emolumento, ſi attendat quam crebræ ſint in hac re difficultates, & quantum operis, ac laboris in ſumẽdũ, ut ex longiſsimis authorum tractationibus, quaſi è puteo aliqua veritas extrahenda ſit: conabimur igitur extrahere, ac brevi papyro videndã, & fruendam omnium oculis exponere.

32 Adverto igitur 1. diſponentem de cuius voluntate dubitatur, de re duplici poſſe diſponere, de ea quæ ad ſplendorem familiæ ſuæ, & conſervandam domus nobilitatem ſpectet, vel de ea quæ nihil, aut parum huic fini conducit. Adverto 2. Diſponentem vel poſſe diſponere per verba civilia, vel per verba naturalia: verba civilia ſunt quibus utitolet, ut ſi vocet natos ex familia agnatione, domo, calata, proſapia, genealogia, ſtipite, ſtirpe ſua, & ſimilibus (Luſitane, *aos de minha familia, caza, genealogia, proſapia, tronco deſcendencia, &c.*) Verba naturalia (cum arguat logicus, verba ſignificare tãtum ex inſtituto, ne ipſe arguam illum falcem velle immittere in ſegetem alienam) ſunt ea, quibus effectus naturæ explicari ſolent; ut ſi vocet filios, nepotes, deſcendentes, conſanguineos è ſanguine, ſemine, generatione ſua. Luſitane *à meus filhos, netos, deſcendentes, de meu ſangue, de minha geraçaõ, de minha ſemente, meus parentes, &c.*

33 Adverto 3. dubium eſſe poſſe. Vtrum verba, quibus utitur diſponens, ſint civilia, & iuris, an naturalia ſive naturæ. Adverto 4. Illegitimos hìc de quibus dubitatur varie conſiderari poſſe: vel ipſi ſunt illegitimi in ſe, ſed deſcendentes ex legitimis, vel ſunt legitimi in ſe, & deſcendentes ex illegitimis, rurſus vel iſta illegitimitas, quam ipſi habẽt in ſe, vel ex aſcendentibus ſuis, eos facit filios naturales vel deſcendentes ex filijs naturalibus, vel eos facit ſpurios, vel deſcendentes ex ſpurijs. 3. iſta illegitimitas, vel eſt ex parte patris, vel ex patre matris. 4. vel ex damnabili, & punibili coitu, vel non. His poſitis, rem ſic per ſequentes cõcluſiones deduco.

34 Prima concluſio. Certum eſt nullos vocari illegitimos (ſuppono nõ cõſtare de contrario, quocumque modo conſtet) ad diſpoſitiones maioratus, emphyteuſis, capellaniæ, quæ ad nomen conſervandum & familiam ſtabiliendam, honorandamque domum, & progeniem inſtituũtur, de hac pauci dubitãt, illã ſequũtur quotquot aiunt illegitimos quoſcumq; nullo modo pertinere ad familiam, ſtirpem, &c. Hi ſunt *Bart. in l pronuntiatio,* §. *familiæ. num.* 2. *ff. de verborum ſignif.* ibi *Bald. num.* 4. *Angel. Imola, Alex. & alij in l. de facto,* §. *Si quis rogatus* 1 *ff. ad Trebel. Filin. in cap. in præſentia de probationibus numer.* 23. *Guillel. in repet. cap. Raynuntius de teſtament.* verbo, *Raynuntius de Clera à num.* 33. *Rochus de iure patronat.* verbo, *competens quæſt.* 2 *num.* 10. *Lambert.* 2. *p. lib.* 1 *quæſt.* 2. *art.* 27. *Tiraq* cum multis *de nobilitate, cap.* 15. *numer.* 11. & ſequentibus, *& de retract. linag.* §. 1. *Gloſſa* 8. *num.* 4. *Paleotus de notbis, & ſpurijs cap.* 59. *& 61. Mieres de maiorat. part.* 2. *quæſtione* 2. *num.* 19. *Mantica de coniecturis lib* 8. *tit.* 12. *nu.* 20. *Menoch de præſumpt. lib.* 4. *præſumptione.* 88 *numer.* 5. *& 13. Peregrin. de fideicommiſ. artic.* 12. *num.* 82. *Farinac. in praxi criminal.* 1. *part. quæſtione* 13. *num.* 53. *Tuſch. tom* 2 *concl.* 414. *littera S.* cum multis quos refert. Ex Hiſpanis *Rojas de ſucceſſ. cap.* 20. *n.* 104. *Molin. de primog lib.* 1. *cap* 4 *nu.* 46. & ſequentibus, *Villar del patronado de Calatayud.* 4. *part.* §. 3. *nu.* 30. *Gutier. pract. lib.* 2. *queſt.* 155 *num.* 1. *&* 3. *Matienzo in rubric.*

in rubric. tit. 1. num. 126. & in l. 7. tit. 21. Gloſſa 2. nu. 2. lib. 5. recopilat. Gregor. Lop. l. 1. tit. 11. part. 7. Gloſſa 4. Caſtillo, in l. 74. Tauri num. 24. Anton. Gomez in l. 7. Tauri num. 4. Velaſq. de Avendan. in l. 40. Tauri Gloſ. 11. num. 43. Carvantes in l. 10. Tauri, num. 34. Garcia de benef. part. 7 cap. 16. numer. 44. Gonçal. de menſibus, & alternat. Gloſ. 5. ante §. 1. numer. 121. Ratio principalis eſt, quia per illegitimos non ita decoratur, & illuſtratur familiæ ſplendor, & nobilitas, cum eorum pater ſit incertus.

35 Secunda concluſio. Cum vocantur deſcendentes per verba iuris (de quibus nos in 2. advertendo) ut ſi vocet inſtituens natos ex familia, domo, caſata, proſapia, ſtipite, genealogia linea, ſtirpeve ſua adhuc de iure communi cenſentur excluſi omnes illegitimi, vel ab illegitimis, deſcendentes. Ita omnes ſupra citati, & in ſpecie *Bart. in l. pronunciatio, §. familia ff. de verbor. ſignif. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 12. n. 84. Lara de anniverſar. & capell. lib. 2. cap. 2. num. 25.* ubi alios refert. *Garcia de benef. part. 7. cap. 16. n. 40. Gonçal. de menſibus, & alternat. Gloſſa 5. ante, §. 1. num 121.* Fundamentum eſt, quia tales nõ ſunt de familia, domo, ſtipite, &c vocantis, ut dixi in 1. concluſione. Quod eſt extra dubiũ, quãdo illegitimitas eſt ex parte patris quia illegitimi nõ dicũtur nec ſũt de parẽtella patris ex *Butrio in cap. per venerabilẽ qui filij ſint legitimi*, quẽ refert, & ſequitur *Alexand. Rochus, & Lãbert.* citati *in 1. concluſione*, & patet ex *l. ſi ſpurijs, ff. Vnde cognati, & §. vulgo quæſitos inſt. de ſucceſſ. cognat. Felin. in cap. nonnulli, §. ſunt, & alij, num 56. de reſcriptis, Tiraq. Guillelm Bened. Rojas, & Mol.* citati *in 1. concluſ.* Præterea *Spino de teſtam. Gloſ. 16. n. 26. Villalpand. in l. 22. tit. 1. part. 7. §. 42. nu 7. &* alij multi.

36 Tertia concluſio. Si diſpoſitio fit de rebus parum, aut nihil attinentibus ad ſplendorem, conſervationem, aut ſtabilimentum familiæ, licèt fiat per verba iuris de quibus in 2. concluſione, ſi illegitimi ſunt legitimati à Principe, cenſentur vocati. Ita *Tiraquel. in l. ſi unquam*, verbo, *ſuſceperit liberos, à num. 63. ſeu 77. Covar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 4. & §. 10. num. 2. Antonius Gomez in l. 9. Tauri, num 66. & 69. Rojas de ſucceſſ cap. 23. Monlin. de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 44. & lib. 2. c. 11. n. 18. Azevedo in l. 6. tit. 8. lib. 5. recopilat. num 4. Molin tom. 1 de inſt. tract. 2. diſp. 173. & tom. 2. diſp 559 n. 5. Peregrin. de fideicõmiſſ. art. 23. n. 26. Cavallos com. quæſt. 2. à num. 1. l. 4. tit. 15. part. 4.* & ibi *Gregor. Lop.* Doctores Hiſpani ſcribentes in *l. 12. Tauri. Canoniſta in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.* Fundamentum eſt, quia tunc legitimati cenſentur de familia per reſcriptũ principis, ac proinde ut tales vocantur á diſponente, & ſi legitimatio fuerit á Pontifice, erunt capaces rerum eccleſiaſticarum, puta eccleſiarum ad quas vocentur, qui ſunt de familia. ut præter citatos docent adhuc *Tello in l. 12. Tauri, Ioan. Garcia de nobilitate Gloſſa 21. Gama deciſ. 21. & 279.* & ibi *Flores*, qui plures refert. *Cæſar de Graſſis in ſua deciſion. tit. qui Filij ſint legitimi, Suarius de cenſuris diſp. 50. ſect. 5. num 7. Sayr. in theſauro lib. 6. cap. 11. num. 5. Avila de cenſur. par. 7. diſp. 3. dub. 6. notabili. 4.* denique Doctores ſcribentes in *cap. 1. §. 1. de filijs preſbit. in 6.*

Quarta concluſio. Si diſpenſatio fit in rebus 37
parum, aut nihil attinentibus ad ſplendorem, cõſeruationẽ, aut ſtabilimẽtũ familiæ, licèt fiat per verba iuris, de quibus in 2. cõcluſione, adhuc cẽſẽtur, vocari naturales, ex parte matris. *Ital. hac parte l. ſi ſpurius l. Modeſtinus, ff. unde cognati, Spino de teſtament. Gloſſa 16. num, 31. & 60. Palenas de nothis, & ſpurijs cap. 41. num. 3. & cap. 43. num. 1. Peregrin de fideicomiſſ. art. 22. num. 85. Azevedo conſ. 24. num. 37.* Quod omnes etiam extendunt ad ſpurios, dummodo non ſint ex damnabili, & punibili coitu, illos impediente matribus ſuccedere, ut bene advertunt *Paleotus* proximè citatus *Covar in 4. 2. part. cap. 28. §. 5. num. 15. Anton. Gomez l. 9, Tauri, num 13. Molin. de iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſp. 167.* de quibus etiã ſpurijs ex damnato, & punibili coitu, qui nec patri nec mẽtri poſſunt ſuccedere, videre poteris, quæ congerit, *Emman. Barboſ. in remiſſionibus ad ordinationem Regiam Luſitanam lib 4. tit. 93. à num. 3. uſq; ad* 11. Ratio noſtræ concluſionis eſt, quia naturales filij pertinent ad familiam, cognationem, & domum matris, ut probant *leges ſi ſpurius, l ſi Modeſtinus citatæ*, & cum illis eſt connunctio, ex parte matris, ut bene arguit *Felin.* cum multis *in cap. non nulli, §. ſunt de reſcriptis, numer. 57.* quia ſemper mater eſt certa, *l. quia ſemper, ff. de in ius vocando.*

Quinta concluſio. Si diſpoſitio fit in rebus 38
parum, aut nihil attinentibus ad ſplendorem, conſervationem, & ſtabilimentum familiæ, licèt fiat per verba iuris, de quibus in 2. concluſione. Adhuc ex conſuetudine vocati cenſẽtur in Hiſpania filij naturales. Ratio eſt, quia hi gaudent nobilitate parentum, ut patet ex *l. 1. tit. 11. p. 7.* & ſunt de domo, genere, agnatione, ſtirpe, parentella eorum, ita *Gregor. Lop. l. 1. tit. 11. part. 7.* citata, *Ioann. Garcia de nobilitate Gloſſa 20. n. 36. & Gloſ. 21. n. 33. Azeved. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat. n. 31. Cerpãt. l. 10. Tauri, n. 164. Cevall. q. 2. n. 47. & quæſt. 203. n. 6.* qui plures referunt. *Molin. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 165. Villalpando in l. 22 tit. 1. part. 7. §. 42. numer. 3. fine. Rojas de ſucceſſ. cap. 15 num. 22. Matienzo in Rubric. tit. 1. num. 126.* & ſequentibus, *& in l. 7. tit. 11. Gloſſa 2. num. 5. Gutier. lib 2. part. quæſt. 155. num. 2. & lib. 3. quæſt 81. nu. 7 Flores de Mena quæſt. 16. §. 1. num. 9.* & alij, quos refert, & ſequitur *Garcia de beneficijs part. 7. cap. 16. num. 49.* In Luſitania idem videtur dicendũ quia filij naturales admittuntur ad hæreditatem, patrum non habentium legitimos, ſi ipſi velint eos ex teſtamento hæredes relinquere *lib. 4. ordinat. tit. 92. §. 3.* de qua *Caldas Pereyra in l. ſi cura-*

ſi curatorem, verbo, *ſine curatore, nu. 96. concluſ. 2. & quæſt. forens. conſil. 27. num. 8. Vallaſcus conſ. 94. n. 8.* Vide etiam remiſsiones *Emmanuelis Barboſ. ad* citatum locum *Ordinat. regia, num. 4.* Naturales plebeorum certum eſt eſſe parentum hæredes æquè, ac legitimos apud noſtrates Luſitanos, *lib. 4. ordinat. tit. 92. ante §. 1.* Ac proinde certum eſt vocari, æquè ac legitimos in quacumque diſpoſitione. Videbis de hac ordinatione. *Molin. tomo 1. de iuſtitia tract. 2. diſp. 166.* verſ. *de iure huius. Valaſc. conſ. 94. num. 9. Cabedo 1. parte deciſ. 100. & 101. Caldas Pereira in l. ſi curatorem*, verbo, *ſine curatore, nu. 94. & quæſt. forens. lib. 1. q. 12. nu. 7.* ubi reſolvit hoc intelligendum de filijs in hoc regno natis, & non extra. Diximus de vocatione illegitimorum cum fit per verba iuris, nunc dicamus de vocatione eorundem cum fit per verba naturalia, & exprimentia affectus.

39 Sexta concluſio. Cum vocantur deſcendẽtes per verba affectus naturę explicantia, qualia ſunt filij, nepotes, deſcendentes, Luſitani dicunt, *meos filhos, meos netos, meos ſobrinhos, parentes de minha geraçaõ de meu ſangue*, & ſimilia, & diſpoſitio non pertineat expreſſe, clare, & aperte, ad ſplendorem, & ſtabilimentum familiæ; certum eſt, vocari legitimos ex illegitimis deſcendentes. Hanc probat multis *Gonçales de menſibus, & alternativis Gloſſa 5. ante §. 1. numer. 115.* Primo quia prædictus nepos legitimus, eſt habilis, & idoneus, ad quaſcumque dignitates, & honores, quãvis ſit à patre ſpurio, *cap. nunquam diſt. 58.* 2. quia nepos legitimus natus ex patre ſpurio, poteſt legitimè hæres inſtitui, tam abavo, quam ab alio quocumque *Gloſſa*, verbo, *aperimus in l. final. Cod. de naturalibus liberis, Alex. num. 4. Iaſon. nu. 24. in l. Gallus, §. Quod ſi is. ff. de liberis, & poſth. Covar. 4. decretal. 2. p. c. 8. num. 13, Anton. Gomez l. 9. Tauri num. 17. Paleotus de nothis, & ſpurijs c. 55. n. 1.* & ſequẽt. 3. quia licèt fœminæ excludantur à maioratu, & progenitura, ſeu fideicõmiſſo, tamẽ earum filij admittũtur cum non agatur principaliter de conſervanda agnatione, ſed præcipuè fundatur in maſculinitate, *Decius, conſil. 103. nu. 8. Rubeus. conſ. 22. num. 12. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 48. Anton. Gabriel de fideicõmiſſ. concluſione 6. num. 7. & 8. Mantica de coniecturis ult. volunt. lib 8. tit. 18. num. 53. & 54. lib. 5. titul. 14. num. 6. & 7.* 4. quia filius legitimus ex patre ſpurio admittitur ad ius patronatus *Anch. conſ. 355. num. 1. Rochus de iure patronatus*, verbo, *competens alteni. quæſt. 2. num. 8. Lambert. de iure patronatus part. 2. lib. 1. quæſt. 2. art. 32. numer. 1. Gutier. conſ. 3. num. 3. Navar. conſ. 4. num. 2. de iure patronat.* 5. quia filij legitimi licet ſint incapaces eorũ, quæ proveniũt ex perſona patris illegitimi tamẽ ſunt capaces omniũ ex perſona propria proveniẽtiũ *Bartol. conſ. 118. n. 1. & 2. lib. 1. Paleotus de nothis, & ſpurijs c. 35. Caphalus conſ. 103 num. 7.* At certum eſt vocationem non convenire legitimo huic, à patre illegitimo, ſed abinſtitutore vocante. Ita etiam tenent *Peregrinus de fideicommiſſ. artic. 13. num. 89. Cordula in quæſtionario quæſt. 72. in fine Ludovic. Lop. tom. 1. inſt. cap. 137. & ivm. 2. cap. 107. Emman. Rodrig. tom. 1. ſum. cap. 179. in fine, & Garcia de benef part. 7. capit. 16. nu. 44.* qui meo iudicio veram attigit huius concluſionis rationem, qua ego ſequentem concluſionem probabo, quia æquè in ea militat, ac in præſenti.

Septima concluſio. Cum vocantur deſcendentes per verba affectus naturæ explicantia (de quibus ſuperiori concluſione) ac diſpoſitio nõ eſt de rebus attinentibus ad ſplẽdorem, conſervationem, & ſtabilimentũ domus, & familiæ, æquè vocantur illegitimi in ſe etiam ſpurij, ſicut legitimi, & ſemper deſcendentes à legitimis. Hanc probo ex *l. final. C. de ijs qui veniam ætatis*, quia verba naturaliter ſignificantia ſive (ut cum logicis loquar) affectus naturæ, non iuris civilis conſiderationes, & diſtinctiones attendentia, naturaliter etiam explicanda ſunt, at æque naturales, ſi naturam ſpectes, ſunt illegitimi, ſpurij, & ab illegitimis, & ſpurijs deſcendentes, ac ſunt legitimi: nam ut patet filium non eſſe legitimum, eſt de iure poſitivo, *auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, §. ſi quis autem*, verſ. *ſi quis ergo collat. 7.* Ergo in illos naturaliter cadit affectus naturalis, ergo æqualiter vocantur, ac legitimi, ita tenet expreſſe de ſpurio in ſe *Bartol. in l. pronuntiatio, §. familiæ, num 1. Salazar de uſu, & conſuet. cap. 1. num. 57. Gonçal. de menſibus, & alternat. Gloſſa 5. ante, §. 1. num. 122. Navar. conſil. 4. de iure patronat. Garcia de benefic. part. 7. cap. 16. à numer. 46.* Hinc colliges ad praxim in legatis, quæ relinquuntur pro alendis pauperibus ſcholaſticis, maritandis puellis ex ſanguine, parentella, & deſcendentia teſtatoris, æque venire legitimos ac illegitimos dariique tantum præcedentiam ex proximitate cum vocante nõ ex legitimitate, ſi reliqua non ſint paria ut ſtatim dicam. 40

Octava concluſio. Cum res eſt dubia. Vtrũ verba vocantis ſint iuris, an naturæ, interpretanda ſunt pro natura, item cum dubitatur. Vtrum vocãs voluerit excludere illegitimos, iudicandum eſt, in eorũ favorem. Probatur. 1. quia in hos æque cadit affectus naturæ, ita *Abbas in cap. nonnullis, §. ſunt num. fin. de reſcriptis*, cum alijs adductis per *Nau. conſ. 4. de iure patronat. Gonçales*, ubi proximè *num. 126. Garcia de benefic. part. 7. cap. 16. num. 53. in fine Tiraq. in præfatione tract. de pia cauſa col. 7.* verſ. *& facit pro prima parte, Mantica de conjectur. lib. 8. titul 5 à numer. 16.* Probatur 2. quia in dubio eſt præ umendum vocationẽ fieri magis ex affectione naturali, 41

turali, quam ex alia causa. *Bald. in auth ex testamento. numer. 5. Cost. de collation. Decius cons. 120. numer. 4. Tiraquel. Mantic, Gonçales, Garcia,* ubi proximè.

42 ¶ Nona conclusio. Vbicumque vocantur legitimi, ac illegitimi, proximiores, nõ est locus præcedentiæ, nisi ex proximitate cum vocantæ, sit tamen æquales fuerint in gradu, tunc legitimi, illegitimos præcedent, habet duas partes conclusio, prima est de præcedentia ratione legitimitatis, cum reliqua sunt paria, & sic probo, quia vocatio pendet á voluntate instituentis, ille hic vult vocare legitimos, ac illegitimos secundum proximitatem cum ipso, ergo qui fuerit proximior, hic prior vocabitur. Hanc partẽ tenent authores, quos pro septima conclusione citavi locis ibi allegatis, licet repugnet *Emman. Rodrig. locis á me allegatis in eadẽ 6. conclusione*, contendens etiam in casu, quo vocẽtur illegitimi, semper legitimos in se, licèt sint ex illegitimis, præferri illegitimis in se, licèt sint ex legitimis. v.g. Petrum qui est ex legitimo matrimonio, licet filius ex illegitimo, Paulo qui est ex illegitimo coitu sed ex patre legitimo debere anteferri. Sed fallitur, quia hæc ratio vocandi nõ est (ut dixi) legitimitas, aut illegitimitas, sed esse de genere, & sanguine vocãtis, & magis, vel minus illi approximari; secũda pars cõclusionis patet, quia cæteris paribus melior cõditio legitimi, & filij patris legitimi, ita autores 7. cõclusionis, præsertim *Gonçales de mẽsibus & alternat. Glossa 5. ante, §. 1. n. 124. versi nec non. Garcia 7. part de benef. cap. 16. numer. 53. Azevedo cons. 24 num. 36.*

43 In textu, ibi, In martyrio. Glossa explicat esse locum ubi sanctorũ martyrum reliquiæ coluntur; puta capellas erectas in titulũ, ad quem possint sæculares ordinari, si fuerint perpetuæ, non verò si fuerint manuales, & ad nutum, vide inferius in *cap. sanctorum, n. 10. & 11.*

44 In text. ibi, Aut in monasterio. Explico de beneficijs regularibus, quæ dari solebant intitulum ipsis regularibus, de quibus in *cap. cum de beneficio, de prabend. in 6. Clement. unica de supplenda negligentia prælat. Cosmas in pragmat. sanction. tit de collat. §. Item placuit*, verbo, *regularibus Rebuf. in praxi, in regularia beneficia multiplicia, & in tract. de nominat. quæst. 15. nu 26. Corras. de benef. 2. part. cap 5. num. 6. Petrus Gregor. eodem tit. cap. 10. nu. 12. Perbius in regula benefic. in 6 Hoeda de incompatibilitate benef. in præfatione, numer. 6. Zerola in praxi episcopali 2. parte*, verbo, *beneficium*, §. 12. & 19.

45 Qua ratione verò danda sint beneficia regularia regularibus, & sæcularia sæcularibus, videbis per *Cosmam dicto tit. de collatione*, §. *illi verò*, verbo, *religiosis, Rebuf. in praxi tit. de dispensatione cum regulari, & tractat. de pacifica possessum. 311. Corras. in 3. part. capit. 15. numer. 3. tract. de benefic. Mandos. de signatura gratiæ tit. de provisione*, vers. *beneficium regul. Covar. in cap. 2. de testament. num. 2. Navar cons. 3. de prabend. Hojeda, cap. final. num 92. Flaminius de resignat. lib. 4, quæstion 5. Emman. Rodr. regul. tom 1. quæst. 34. art. 3. Thusc. concluf. 67. litter. B. Gonçales de regul. ment. Glossa 7. num 3. Glossa 8. à num. 44. Garcias de benef. part. 7. cap. 10. nu. 3. Aloysius Riccius in collectan. decision. part. 4. collectan. 763. Azor. instit. moral. part. 2. lib 6. cap. 4 & alij*, vide etiam de hac re dispositionẽ *Trid. sess. 14 de reformat. cap. 10.* de quâ, *Gonçales d. Glos. 8. à numer. 77. Garcia d. cap. 10. à numer. 9.* cum multis.

Certum tamen est, hodiè regulares ordinati ad titulum professionis, quæ habèt vicem beneficij regularis de quo late *Panormitan. in cap. super ordinata de præbendis Cardinal in Clement. 2. de iudicijs quæst. 12 Sylv.* verbo, *religio 5. §. 10. Selva de benefic. 1. part. quæst 2. num. 40. Rebuff. in praxi tit. regularia benefic. num. 6. Henriq. lib. 10. de ordine cap. 17. num. 3. littera S.* ubi addit *Henriq.* quod eo ipso quo quis ordinatur ad titulum monasterij, censetur emittere professionẽ implicitè; præter quàm in societate Iesu, ubi in *Comment. lit. V.* allegat pro se *cap. sanctorum dist. 70. & Navar. cons. 44. numer. 3. lib. 3. de regul. Idem Henriq. lib. 13. de excommunicatione, & suspensione cap. 37. num. 1.* ubi *littera C.* allegat multos. 46

CAP. Sanctorum. II.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus sine titulo, an maneat ordinatus?*
2 *Suspensio an incurratur sine culpa?*
3 *Suspensio nostri textus, an sit moderata per* cap. cum secundum, de prebendis.
4 *Ordinatus sine titulo, an maneat suspensus? & num. 5. 6. 7.*
8 *An saltem maneat suspensus ex bulla Xisti quinti?*
9 *Beneficium quo quis ordinatur, an debeat esse perpetuum?*
10 *Quæ dicantur beneficia perpetua? & num. 11.*
12 *Incompatibilitas beneficiorum, quãdo caperit; usque ad 20.*

21 Munus,

21 *Munus, & officium Canonici, quale, ſit?*
22 *Canonicatus, & prabenda, an diſtinguantur?*
23 *Parochus an poſsit ab eccleſia abeſſe?*
24 *Prapoſitus, & œconomus, an ſi idem?*
25 *Quid ſit præfatio?*
26 *Præfatio Beatæ Virginis quando caperit?*
27 *Feſtum aſſumptionis, quando fuit inſtitutum?*
28 *An per remotionẽ apellationis, removeatur appellatio neceſſaria?*
29 *Intrare an ſit ſemper prohibitum?*

1 IN textu, ibi, Irrita habeatur. Similia habes in *cap. precedẽti*, ubi vacuam haberi manus impoſitionem, & nullum tale factum valere, quod *Gloſſa* hic, & in *cap. præcedenti*, explicãt non valere, & irritam eſſe, quo ad executionem ordinum, eſt enim virtute huius textus ordinatus ſine titulo, ſuſpenſus ab ordinum exercitio, licet veré manſerit ordinatus. Ita *Mayol. lib. 4. de irregularitate cap. 15. ſtatim in principio Navar. conſ. 14. num. 1. de tempore ordinat. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 33. Sayr. in theſauro lib. 4. cap. 14. num. 16. Henriq lib. 13. de excommunicat. & ſuſpenſ. cap 37 num. 1.* ubi. *lit. I.* plures refert. *Avila de cenſur. part. 3 diſp. 5. dub. 4. concluſ. 2. Valerius Reginald. lib. 32 tractat 2. cap. 24. ſect. 3. num. 72. Tolet. lib. 1. ſum. cap. 48. num. 28. Garcia de benefic. part. 2. capit. 1. numer. 16.* ubi omnes, & per eos, ibi allegati huius textus meminere.

2 Sed dubium erat, an hanc ſuſpenſionem incurrant, qui abſque peccato (puta ad præceptũ ſui epiſcopi) ordinantur ſine titulo? Affirmat *Suar. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1 num. 33.* dubitat, & probabilius, *Garcia* proximè citatus, *numer. 18.* quia cũ hæc ſit pœna graviſsima impoſita ipſi ordinato, incurri ſine mortali vix poſſe videbatur.

3 Certum verò eſt hanc ſuſpenſionem huius, & præcedentis capitis, moderatam ſaltem eſſe (an verò omnino ſublatam ſtatim dicam?) per *Innocent. III. in cap. cum ſecundum, de prabend.* ubi ait: ordinatis ſine titulo epiſcopum ordinantem, vel eius ſucceſſores, teneri de alimentis neceſſarijs providere, donec de beneficio competenti prouideant, inde mutata eſt pœna ſuſpenſionis præcedentis *cap. neminem, & præſentis cap. ſanctorum*, in hanc, ut ordinator, vel ſucceſſores teneantur providere ordinato de victu, & neceſſarijs, donec beneficium competens aſsignent; ita omnes AA. quos priori *nu.* citavi. Eadem iam præceperat *Alexand. 3. in cap. epiſcopus, eodem titulo*, ut bene notat *Quintanadu enb. eccleſiaſt. benef. lib. 3. numer. 14. & 16.*

Dubitant graves AA. Verum in totum ſublata ſit hæc ſuſpenſio per *cap. cum ſecundum*, ita ut ordinatus ſine titulo quomodocumque ordinetur, libere maneat ab illa, & hæc capita ſine omnino correcta, an incorrecta maneant? Si ordinatus ſine titulo fuerit in culpa, quod epiſcopum falſis probationibus, & mendacijs dicendo patrimonium eſſe verum, fefellerit. Omnino ſublatam eſſe hanc ſuſpenſionẽ, ſive ordinatus fuerit in culpa, ſive non per dictum *cap. cum ſecundum*, docent *Abb. in 6. nõ liceat*, quod eſt 2. *de prabend. Navar.* ſibi contrarius, ut ſtatim referam, *conſ. 19. num. 2. de tempore ordinat. Sayr. in theſ. lib 4. cap. 14. num. 16. Vgolin. de irregular. cap. 61, num. 7. Genuenſ. in praxi, archiepiſc. Neapolit. cap. 81. num 12. Gonçales de menſibus, & alter Gloſſa 5. §. 10. numer. 25. & 27.* cum ſequentibus, *Garcia de benef. part. 2. cap 5. num. 22.* ubi dicit communẽ per *Imol in cap. non liceat, de prabend. Gutier. pract. quæſt. lib. 2 quæſt. 65. num 1. verſ. nec opinio, Medina Cened ad Decretal. Collectan 33. nu. 2.* Tenent præterea ex Patribus ſocietatis Ieſu *Henriq. in ſum. lib 10. cap. 17. num. 3 & in commentar. littera O. & lib. 13. cap. 33. nu. 2. Avila de cenſ. part. 3 diſp. 5. dub. 4. concluſ. 2. Tolet. lib. 1. ſumme, cap. 48. num 28. edit. Duacana anno 1608.* Fundamentũ eſt, quia etiam in *cap. neminem, & cap. ſanctorum*, ſuſpenſio impoſita ordinato ſine patrimonio, erat in odium ordinantis, ac proinde melius mutata eſt in pœnam, quæ ipſum tangit; id eſt obligationem ſuſtentandi ordinatum, donec ei de beneficio prouideat. 4

Aiunt in partem tantum ſublatam eſſe hãc ſuſpenſionem, per *cap. cum ſecundum*, nimirum cum epiſcopus ordinans in culpa eſt, manere verò incorrectam, cum ordinatus probationibus falſis, & mendacijs decipit epiſcopum, perſuadens illi patrimonium, & titulum eſſe verum, *Anton. de Butrio in cap. non liceat, de prabend.* & ibi *Decius nu. 30. Navar. conſ. 1. quæſt. 16. num. 45. de conſtit. & conſ. 14. nu 3 & conſ. ult. nu. 1 de tempor. ordinat. Vivald.* cum multis in *Candelabro, tit. de ſuſpenſ. num. 28. 4. quibus omnibus Graff. in deciſ. aureis, lib. 2. cap 97. num. 66. part. 2. Suar. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 33 & num. 35. Petrus Ledeſm. in ſumma part. 1. tit. de Sacramento ordinis cap. 7. concluſione 9. difficult. 2 Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 2 cap 24. ſect. 3. num. 72. §. tria conſequenter.* Moventur, quia alioquin lucrũ ferret hic de dolo ſuo, & ſine cauſa Pontifex epiſcopum ordinantem obligaret ad illum ſuſtentandum, eiq; prouidendum. Sed huic fundamento bene occurit *Gonçal. dicta Gloſſa 5. §. 10. à num. 31. & Garcia dicto cap 5. num. 33.* cum multis, qui reſolvunt epiſcopum non teneri alere fallentem ſe falſis probationibus, & mẽ- 5

dacijs,

dicijs, nhdc omnino sublatam esse hanc suspensionem per *cap. cum secundum*, citatū, videtur probabilius.

4 *Trident. sess. 21. de reformat. cap. 21.* ubi agit de ordinatis sine titulo, antiquorum Canonum pœnas super ijs innovat, unde dubitat AA. an renovetur hæc suspensio *cap. sanctorum*, cum sit contra ordinatos sine titulo. Putant innovari, *Mayol. de irregulat. lib. 4. cap. 15. Salced. in praxi tract. Bernat de Diez cap. 18. nova addit. num. 1. Spino de restit. in Glossa 18. num. 75. Zerola in praxi episcopali*, verbo, *dimissoria*, §. 6. & verbo, *irregularitas*, §. 2. *Emman. Rodr. tomo 2. suma cap. 15. num. 1. Paulus Comitol. respons. moralium lib. 6. quæst. 38. Sanch. de matrimon. lib. 6. disp. 32. n. 8. Lucius Orti. in summa, resolut. 10. de suspens. notabil. 5. Navar. cons. 1. q. 16. de consil. & cons. ult. de temp. ordinator.* Quidquid antea judicaverit, *Graff. d. num. 66. Flaminius de resignat. lib. 2. q. 6. num. 18. Suar. de censur. disput. 31. section. 1. num. 36. Ledesm. 2. 4 quæstione 26. artic. 2. fol. 361. Cevallos tom. 2. contra communes quæst. 707. num. 13.* Qui omnes aiunt omnino innovari hâc pœnâ, sive quia sublata non erat per *cap. cum secundum, de prebendis*, cum ordinatus decepit episcopum circa titulum suum, sive quia licèt sublata sit, renovata est, & vigore restituta per idem Trident. quia ipsum simpliciter innovat canones antiquos, quorum unus est *c. neminem, & c. sanctorum.*

7 Verius est quod diximus, nimirum *cap. sanctorum*, cassatū esse per *c. cum secundum*, ac proinde Trident. tantum innovare pœnam *c. cum secundum*, quæ est tantum adversus ordinantem, non vero ordinatum; ita tenent omnes quotquot citavi *num. 4.* quibus adde *Vivaldum in candelab. 2. part. de suspens. nu. 28.* qui ait, ita declarasse congregationem Cardinalium, & se vidisse, & secuta totam declarationem *anno 1583.* ita refert etiam, & ponit declarationem *Garcia part. 2. de benef. cap. 5 num. 29.*

8 Aliter erant suspensi, qui ordinabantur sine patrimonio, aut beneficio ex Bulla Xisti V. (quæ est 28. in ordine inter Bullas Xisti V.) suspensione Pontifici reservata, ita ut nec per Iubileum, nec Bullam Cruciatæ ab illa absolvi possint. Verum cum hæc constitutio sit reducta à Clement. VIII. anno 1596. Kalendis Martij, pontificatus sui anno 5. ad terminos sacrorum Canonum, & constitutionis Pij. V. nō est cur in illa immoremur. De Bulla Clementis VIII. videri possunt *Sayr. in thesauro lib. 4. c. 17. infin. Emman. Rodr. tom. 1. q. 20. art. 13. Suar. de censur. disp. 31. sect. 5. numer. 6. Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 49. num. 10. Gonçal. de mens. & altern. Glossa 15. num. 128. Zerola in praxi 2. part.* verbo, *ordo*, §. 3. & 8. & verbo, *irregularitas*, §. 2. Quamvis ibi dicat illam reductam esse ad terminos juris per *Gregor. 14.* cui successit *Innocent. 9.* per menses duos, & deinde Clemens VIII. anno 1592. electus. Duravit in suo vigore Bulla Xisti V. ab anno 1589. à nono die Ianuarij in quo edita est, usque ad annum 1596. Kalendis Martij, quibus emmendata est per Clementem VIII. ut dixi. De Bulla Xisti latè *Candelabrum aureum in fine*, & scribentes de suspensione, *Henriq. Suar. Avila*, & multi apud eosdem.

In textu, ibi, Perpetuo. Nam ipsum beneficiū ecclesiasticum, sive titulus, de quo hic, perpetuitatem ex se habet, iuxta beneficij ecclesiastici diffinitionem, quam collectam ex Innocent. & Honorio in *cap. relatum 9. de prebendis* affert. *Navar. quæst. 1. de reddit. ecclesiast. cap. 3. Duar. lib. 2. cap. 4 Lessius lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 1. num. 1.* ubi omnes dicunt, esse ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, propter aliquod officium spirituale, authoritate ecclesiæ institutū; & quidem hanc perpetuitatem in beneficijs sęcularibus (de regularibus quæ nō sunt curata, & electiva statim dicam) probat *Glossa in cap. unico de capellis monachorum in 6.* verbo, *perpetui*, *Abb. in cap. 2. de arbitrar. notab. 2. Cassadorus de prebendis decis. 4. num. 2. & decis 9. nu. 9 Felin. in cap. in nostra, num. 9. de rescriptis. Probus in cap. Nullus, num. 17. de temp. ordinat. in 6. Mandos. quæstione 11. regul. 3. Cancel. Flaminius de resignat. benef. quæst. 3. num 92. Gonçal. de mens. & altern. Glossa 1. §. 6. num. 7.* & perpetuum quid importet, *Glossa* verbo, *perpetuum in cap. extirpande 30. de prebend. Glossa 1. in cap fin. de rescriptis lib. 6. Glossa*, verbo, *per electionem in Clemen. 2. de rescriptis. Menoch. cons. 29. numer. 28. & con. 95 num 4. Boerius decis. 182. num. 6.* 9

De beneficijs regularibus non curatis, & non electivis, tenuerunt multi non esse perpetua. Ita *Cassadorus decis. 4. numer. 3. & decis 9. de prebendis, numer. 12. Achil. de Grassis decis. 242.* seu nona *de prebendis. num. 3. Selva de benefic. part. 3. q. 21. Rebuff. de pacifica possess. à num. 529.* aliàs 272. *Cosmas in pragmat. sanct. titul. de collatione*, §. *Item placuit*, verbo, *perpetuis. Mandos. regul. 3. Cancellaria quæst. 10. num. 5. & quæstione 11. num. 3.* Eius filius *Horat. Mandosius de privilegijs ad instar. Glossa 6. nu. 3. Flaminius de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 3. num. 81. Gonçales de mensibus, & alternat. Glossa 5. §. 6. ex num. 7. & num 51. Garcia de benefic. part. 1. cap. 2. num. 66.* Verum eorum fundamenta, nimirum hæc beneficia esse temporalia optimè dissolvit *Lessius* citatus *dicto lib. 2. cap. 34. dub. 1. num. 3.* dicens, id non habere ex sua institutione, quæ perpetua est, sed ex voluntate Papæ, qui ex justis causis, perpetua potest facere temporalia. 10

Vnde etiam infert Lessius Pontificem de plenitudine potestatis suæ, posse facere etiam beneficium sæculare perpetuum, temporale; ita ut 11

ita ut non detur niſi ad tempus, quod tamen non tollit beneficium eſſe perpetuum. Leſiũ quo ad hoc 2. de beneficio ſæculari perpetuo, facto tamen temporali, ex plenitudine poteſtatis Põtificiæ, ſequũtur Doctores *in cap. ſi gratioſe, & cap. unic. de capellis Monacho.* & ibi *Gloſſa. Felin. in cap. in noſtra, de reſcriptis num. 9. & in c. fin. de iudic. Probus in cap. nullus, num. 17. de temporibus ordinat. in 6. Selva de benef. quæſt. 21. Rebuff. in praxi, tit. requiſita ad collatinem, numer. 13. & 14. Mandoſ. regul. 3. Cancellar. quæſt. 11. nu. 3. Flaminius de confident. quæſt. 18. num. 4. Garcia de benef. part. 1. cap. 2. num. 71.*

12 **In textu, ibi, In duabus aliquem intitulari.** Octo tempora conſiderare ſoleo pro in compatibilitate beneficiorum.

13 Primum tempus, Concilij Chalcedonenſis anno 451. de quo dixi *in cap. Canones 1. num. 27. diſt. 15.* ubi *cap. clericum 11. quæſt. 1.* ibi, *clericum in duabus eccleſijs civitatum conſcribi non oportet*; ſancitum eſt contra pluralitatem beneficiorum extra eãdem civitatem.

14 Secundum tempus, Concilij Nicæni 2. Põtificatu Adriani 1. celebrati anno ad plurimũ 789. ut dixi *in cap. ſancta 8. num. 7. diſtinction. 16.* ubi interdicta eſt pluralitas beneficiorum nominatim in urbe Contantinopolitana, ut refertur in *cap. Clericus 1. 21. quæſt. 1.*

15 Tertium tempus eſt, Concilij Placentini, ſub Vrbano 2. qui ſedit ab anno 1087. minus vè ad annum. 1099. per annos 11. 4. menſes dies 18. iuxta Bellarm. ab anno vero 1088. iuxta Baron. Vide quæ dixi in *cap. eos qui 10. diſt. 32. num. 1.* quo præſens *cap. ſanctorum* conditum eſt, in quo pluralitas titulorum univerſim prohibetur.

16 Quartum tempus eſt ab hoc Concilio Placentino, uſque ad Pontificatum Alexandri 3. quod incidit in annos Chriſti ſervatoris 1160. uſque ad 1181. ſed non ita extendo hoc quartum tempus, ut tranſiliat: pertingat tamen annum Domini 1180. in quo celebratum eſt generale Concilium Lateranenſe, inter Concilia huius nomenclaturæ tertium. Quo tempore retinenti duo curata beneficia dabatur optio, ut quod vellet retineret, alterum demitteret, nec vacabat primum aſſecutione ſecundi; ita *cap. referente, & cap. præterea de præbend.* quæ ſunt Alexandri tertij ante tertium Concilium Lateranenſe.

17 Quintum tempus eſt dicti Concilij Lateranenſis 3. ſub Alexãdro III. anno ut dixi 1180, in quo cautum eſt, ut nullus diverſas dignitates, & plures eccleſias reciperet, alioquin privaretur ſecunda, & conferens, poteſtate cõferendi, pro illa vice; ita *cap. nonnulli de præbend.* itaque ſublata eſt optio eligendi quod malet è duobus, de quo in 4. tempore: privatio tamen ſecundi, non erat ipſo iure, ſed per ſententiã iudicis facienda.

Sextum tempus, eſt Concilij Lateranens 4. ſub Innocentio 3. qui ſedit per annos 18. mẽſes 6. dies 9. ab anno 1198. uſque ad 1216. coactum eſt Concilium, iuxta Bellarminum, anno 1215. hoc igitur Concilio ſtatutum fuit, ut ſi habens beneficium curatum, aut perſonatum, aut dignitatem, reciperet ſecundum, ſeu ſecũdam, ipſo iure vacaret primum, & ſi illũ poſſidens retinere contendiſſet, etiam ſecundo ſpoliaretur per ſententiam; ita *cap. de multa, & cap. dudum de præbend.* Idem etiam ſtatutũ fuit in officijs *c. 1. de conſuetudine in 6.* in beneficijs regularibus curam animarum habẽtibus, ſi cura per alium deberet exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus, ex *cap. cum ſingula, de præbend. in 6.* Vide *Garciam de benef. part. 11. cap. 5. num. 8.* 17

Septimum tempus eſt, *extravagantis execrabilis de præbendis* quam condidit Ioannes 22. qui ſedit annos 18. menſes 3. diebus 18. ab anno Chriſti Domini 1316. uſque ad 1334. Statuitur hac extravagante *execrabilis* ut recipientes ſecundum beneficium curatum, aut dignitatẽ, perſonatum, ſeu officium, primum quod ipſo iure vacat, poſtquam ſecundi poſſeſſionẽ habuerint, vel per eos ſteterit, quominus habeãt abſque moræ diſpendio, coram ordinarijs demittere debeant, verbo, & facto, ac ſine fraude, ſub teſtimonio publico, alioquin ex tunc ſint, ipſo iure, etiam ſecundo privati; & ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & habenda quæcumque beneficia inhabiles. De hac extravaganti *execrabilis* latè *Garcia de beneficijs par. 11. cap. 5. à num. 17.* cum multis. 18

Octavum tempus eſt Cõcilij Trident, quod cęptum eſt celebrari ſub Paulo III. anno 1545. finitum ſub Pio IV. anno 1563. quo cavetur *ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4.* ut quicumque de cætero plura Curata, aut aliás incompatibilia beneficia eccleſiaſtica, ſive per viam vnionis ad vitam, ſeu cõmendæ perpetuæ, aut alio quocũq; nomine, & titulo contra formam ſacrorũ canonũ, & præſertim Conſtitutionis *cap. de multa de præbend.* (de quo in ſexto tempore) recipere, aut ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis iuxta ipſius conſtitutionis caput, *de multa* diſpoſitionem, ipſo iure etiam præſentis canonis vigore, privatus exiſtat, ex quibus aperte conſtat quæſint beneficia incompatibilia, & quæ vacari dicantur per aſſecutionẽ alterius; de quo videri poſſunt *Hojeda de incompatibilit. benefic. part. 1. cap. 13. à num. 14. uſque ad num. 59. Dueñas 1. gl. 71. Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 34. dub.* 19

27. à num. 137. *Garcia de benefic. part.* 11. *toto cap.* 5. ubi, §. 1. *á num.* 100. de vacatione beneficij primi per assecutionem secundi incompatibilis, & §. 2. *à num.* 182. de incompatibilitate beneficiorum simplicium. Videndi sunt etiam *Azor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 130. *Flamin. de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *à num* 121. *Prosper. de Augustino in addit. ad Bullam*, verbo, *beneficiorum resignat. causa* 9. *Tuschus littera Bconclus.* 64 *&* 66. *Achil. de Grassis decision.* 1. *&* 2. *de elect. Aloysius Riccius in collect. part.* 3. *collect.* 474. *Mascard de probat. conclus.* 183. *Gonzales ad regul.* 8. *Cancel. Glossa* 5. *num.* 111.

21 In text. ibi, Canonic' habeatur. Quod sit munus, & officium canonici, tractat late *Azor p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæst.* 12. ubi *q.* 2. de duplici canonico cathedralis, & collegiatæ ecclesiæ & *q.* 13. de canonico supernumerario. Sed ne in evoluendo hoc auctore, vel levissimam habeas lassitudinem, iuvat hoc loco totã hanc materiam paucis inculcare. Ut verò à fonte exordiamur, plurimi auctores crediderunt, nomen *canonici* dictum esse à *canone*, quatenus significat annonam, sive portionem statutam, veluti pro sustentationis stipendio. Ita *Azor.* cit. *cap.* 11. *quæstion.* 1. *Quintanaduen. lib.* 4. *num.* 25. *Petr. Greg. Synt. lib.* 15. *cap.* 23. & alij quos omitto. Verior tamen illorum videtur opinio, qui existimant *canonicos* dici à *canone*, id est regula, vel statuto, ut constat ex *cap.* 1. *dist.* 3. eo quod in primitiva ecclesia, omnes canonici cum suo episcopo, sub certa regula, mensaque communi vivebant, *caput dilectissimus* 12. *quæst.* 1. *Zerola in praxi*, verbo, *canonici*. §. 1. *Antonius Faber. tit. de dupl. benef. num.* 27. ubi *ex Calio Rhodiginio lect. antiq. lib.* 5. *cap.* 11. egregie adnotavit, quod sicut in schola Pythagorica, qui primas partes in ad iudicando tenebant, *canonici*, sive *armonici* dicebantur; ita in Christi schola, quæ est ecclesiastica, clericos primi ordinis, dignioriſque gradus *canonicos* appellari. Officium autem canonicale in duobus præcipuè consistit, nempe stallo in choro, cum participatione divinorũ; & loco in capitulo, ut probatur *cap. Relatum. cap. dilectus, c. pro illorum, c. dilecto, de prabend. Petr. Greg. citatus num* 12. *Zerola num.* 4. officium verò chori, & participationis divinorum breviter describit *Contil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. ubi vide.

22 In textu, ibi, Canonicus tamẽ præbendarius. Vtrum canonicatus, & præbenda distinguantur, videbis per *Azor num. superiori citatum quæst.* 2. ubi ait canonicatũ, esse ius percipiendi præbẽdam, hoc est, certam portionem fructuum, notatur *ad cap. cum Martinus de constit. & cap. fin. de prabend.* præbendam verò esse ipsam partem fructuum. Dubitant aliqui an quando ad petitionem rogantis Pontifex concedit beneficium, quod vacaret in cathedrali, intelligatur præbenda canonicalis? Negant, & bene, *Archidiacon in cap. alienationes*, 12. *quæst.* 2. *& in cap. cui non de sacerdotali, de prabendis in* 6. *Abbas in cap. fin. de prabend. & cap. postulasti, de rescriptis*, & ibi *Felin. num.* 4. *& in cap. in nostra, corol.* 39. *de rescriptis, Corras. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. *Garcia de benef. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 51. Quod procedit etiam si fiat in litteris specialis mentio de cathedrali *cap. Quanvis* 12. *de prabendis in* 6. *Calderinus cons.* 31. *de prabendis Staphilens titulo de modo, & forma impetrandi*, §. *circa* 3. *numer.* 6. *Felin. in dicto cap. nostra Selva* 3 *de benef. quastione* 11. 21. *qualitate num.* 38. ad quem refert se. *Flaminius de resignat. lib.* 10. *quæstione* 2. *numer.* 25. *& Franciscus Marcus decisione* 525. qui duo ponunt declarationes, & fallentias.

In textu ibi, Vnius Ecclesiæ. 23 Sunt enim incompatibiles duo canonicatus in diversis ecclesijs, & duę præbẽdæ in ecclesia collegiata, vel cathedrali, *cap. litteras, de concessione prabend. cap.* 1. *de consuetud. lib.* 6. *cap. non potest.* 21. *de prabendis.* Ratio fundamentalis maxime post. *Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. est quia, canonici tenentur ad residentiam, ita ut non liceat eis vigore alicuius statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses etiam continuos (ut sancta congregatio super Tridentin. declaravit) ecclesijs quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitij tempus requirunt, de quo vide, quæ docte tractat *Garcia de benef. part.* 3. *cap.* 2. per totum, & de residentia beneficiorum adi quæ scripserunt *Flaminius de resignat. benef. lib.* 1. *quæst.* 10. *Anton. Gomes in explicationes cruciatæ cap* 7. *clausula* 4. *à num.* 15. *Albertus Triotus de vero, & perfecto clerico lib.* 2. *cap.* 44. *Selva de benef.* 4. *part. à quæst.* 1. & præcipue 6. *Rebuf. in praxi tit. de dispensat. de non residentibus, & in repertorio cap. extirpanda*, §. *qui verò, de prabendis circa* 4. *Abbatis quæstionem. & in tract. de privilegijs scholarium privileg.* 31. *Bern. Dias, & ibi Salzedo in pract. crimin. c.* 52. *Covar. lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 3. *Navar. in man. cap* 25. *à nn.* 120. *Mayol. de irregularit. lib.* 10. *q.* 3. *art.* 1. & seqq. *Rosella Sylvest. Armilla*, verbo, *residẽtia, Angelus*, verbo, *clericos* 7. *Ludovicus Lopes tom.* 1. *instruct. conscientiæ cap* 147. *& duobus* seqq. *Emman. Rodrig. in summa tom* 2. *cap.* 33. & sequentibus. *Ioan. Bapt. Corradus in responsionibus casuum conscientiæ, q.* 317. *Saà* verb. *residentia. Azor* 2. *p. lib* 7. *c.* 3. *usq; ad* 7. *Lessius lib* 2 *de iust. c.* 34. *dub.* 29 *à n.* 153. ubi omnes agũt de causis excusantibus à residentia, quod totũ procedit in canonicis semipræbẽdatis, qui verè, & propriè canonici dicuntur, & debetur eis locus in capitulo, cum huiusmodi canonici quotidie recipiũtur ad osculũ pacis, quod propriũ est canonicorum, *cap. dilecto* 25. *de prabend.*

In tex-

24 In textu, ibi. Præpoſito maioris eccleſiæ. Hunc Præpoſitum eccleſiaſticum dicebant olim Græci *œconomum* cum ſcilicèt, qui proventus eccleſiaſticos adminiſtrabat, & ſecundum epiſcopum, plebem moderabatur. *Iuſtinianus in novella 67. §.2. & lib.1. feudorum tit.1. §.1. & eodem lib. tit. 32.* iunguntur, & ſæpe Abbas, Præpoſitus, Cuſtos, ut *lib. 2. feudorum titul. 54. l. 18. & 19. & lib.3. tit.10. l. 1.* Dicebantur Præpoſiti in militia Romana, qui ſub Tribunis certo militum numero præerant, *Suetonius in Othone. Modeſtinus l. 3. §.ult. ff de re militari*, idem etiam *lib.6. §.ult.* Dicebantur etiam Præpoſiti, qui horreis, & pagis præerant, ut in *rubrica Cod. de ſuſceptoribus, & præpoſitis.*

25 In textu, ibi, Nouem præfationibus. Dicta eſt præfatio quoniam ea præfatur ſacerdos populum, atq; illum excitat, ut attendat ſequentibus myſterijs, incipitque à ſalutatione, *Dominus vobiſcum*, nã per *omnia ſæcula ſæculorum*, antecedens, claudit, & pertinet ad orationes ſecretas antecedentes. De antiquitate præfationum multa *Micrologus, & ex Clemente Romano, Cypriano, Chriſoſt. Baſil. Ambroſ.* plura *Durand. in lib. 2. de ritibus eccleſiæ catholicæ cap.* 30. Novem Præfationes antiquiſsimæ ſunt, ut conſtat ex reſponſione Pelagij 2. qui ſedit ann. 12. menſ. 3. ab anno Chriſti Domini 578. Epiſcopis Germaniæ, & habetur *in cap. invenimus, de conſecratione diſtinctione 1.* quæ ibi nominantur. Adde *Henriq. lib. 9. de miſſa, cap. 33. num.2. & in commento littera H.I.K.L. Suarium tomo de ſacram. diſp. 84. ſect. 1. §. Sexto poteſt.*

26 In text. ibi, Decima addita eſt. Vrbani II. tempore addita eſt præfatio Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Concilio Placentino, quod celebratum eſt circa annum 1080. teſtatur *Azor. part.1. lib.12. cap.34. quæſtion. 11. §. Porro præfationes*, Verum *Bellarminus in chronologia* ſcribit Vrbanum 2. ſediſſe ab anno Chriſti Domini 1087. uſq; ad 1089. intra quod tẽpus oportuit celebrari Concilium Placentinum.

27 In textu, ibi, Vel aſſumptione. Non intelligas inſtitutam fuiſſe feſtivitatem aſſumptionis Beatæ in Concilio Placentino, ſub Vrbano 2. nam ab Apoſtolis inſtitutam fuiſſe, non improbabilis eſt opinio, ut eam appellat *Suar. tom. 1. de religione lib. 2. de diebus feſtis cap.8. n.24. Azor. part.2. lib.1. cap.20. q.1. §. Cæterum.* hoc exiſtimat incepiſſe ſtatim poſt Epheſinũ generale Concilium, quod celebratum eſt anno Chriſti 431. contra Neſtorium ſub Celeſtino I. qui ſedit ab anno 424. uſque ad 432. Recurre *ad cap. Sancta diſt.15. n.38.* & ſequentibus. Maximum ſunt illius authoritatis argumentũ homiliæ antiquorum Patrum, de quibus *Suar. tom.2. in 3 part.* qui eſt *de vita Chriſti diſp.21. & 22. Azor* loco proximè citato *Ribadeneyra menſe Auguſto die 15. in hoc feſte* De præcepto colendi hoc feſtum habes in *cap. pronunciandum de conſecratione diſt. 3. & in cap. conqueſtus de feriis*, ubi DD. eiuſdem meminere. Concilium Moguntinum ſub Carolo Magno *cap.36.* Falſus verò eſt *Ioã. Andr. in cap. licèt de feriis*, ubi ait, obſervationem huius feſti eſſe de iure divino. Vide *Soar. diſt. tom.1. de religione lib.1. cap. 2. nu.24.* ubi quæſtione latè explicat. Sed me hoc loco rapit magnæ matris amor, & erga Sanctiſsimam Virginem, ac Deiparam movet obſervantia, ut has Doctorum ſcholaſticas quæſtiones aliquando faſtidioſas, aliquo humaniorum litterarũ ſale reddam tẽperatas. Hanc igitur illius Aſſumptionis pompam, hanc cælo, terræque cõmunẽ lætitiam, hanc aſſumptæ Virginis maieſtatem omnibus Angelorum choris ſuperiorẽ, egregiè deſcripſit *Emmanuel Pimenta Societ. Ieſu poematum tom.1. lib.6.*

Aſſita ſuper regina feror rediviva triumphis;
Fallitur, & tumulo qui petit oſſa meo.
Ardua cum magno teneo faſtigia nato:
Sub pedibus video currere ſæcla meis.
Me tamen inveniet, qui me bene quærit in orbe;
Natorum in caſto corde ſuperſtes ero.

Illud obiter adnotandum cu Patribus, ac Theologis, in feſto Aſſumptionis tria Virginis feſta celebrari, qualia ſunt: felicisſimus eius obitus, qui beatiſsimam illam animam à corpore diſſolvit, in cælos aſſumptio, & tandem coronatio, per quam cæli, terræque poteſtas illi tanquam Reginæ tradita eſt ex qua novi regni, imò novæ Reginæ in auguratione, Infernis exitium, ſuperis gaudium, hominibus oritur ſpes: quod eleganti carmine expreſsit *Conſtantius Pulcharellius lib.1. Carminum, poemate 6. in triũpho B. Virginis.*

— Regina Deũm iam reddita cælo,
Exitium Diti, ſpem noſtris addere votis
Incipit, & charos ad ſydera poſcit amantes.

28 In Gloſſa, verbo, in duabus, ibi, Per remotionẽ appellationis. Ait per remotionẽ appellationis nõ removeri neceſſariam, vel probabilẽ appellationem, de quo vide *Marantã de ordine iud. p.6. actu 2. de appellat. n.336.* ubi de clauſula *appellatione remota*, & quid ea operetur. Vide etiã *Cardoſum Luſitan. in praxi iudicum*, verbo, *appellatio n.33.* Multa de appellatione, & eius remotione, aut admiſsione, *Emmanuel Barboſa Luſitanus in remiſſionibus, ad ordinat Luſit lib.3. tit 70 à n.1 uſq;23 & toto §.1.2.3 uſque ad 10. Vivius deciſ. 69. Aloyſ. Riccius collect. 135. & collect. 1081. Veri. limita 5.* Ita remota

diſpenſatione, non intelligitur remota, niſi indiſcreta. Vnde infert *Gloſſa* quòd epiſcopus ex iuxta cauſa, poteſt diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum. *cap. Omnes de conſecratione diſtinct. 1. Archidiac. hic nu. 3.* quod intelligo verum in beneficijs ſimplicibus, ut ait etiã *Gloſſa*, verbo, *noſcatur in cap. litteras 9. de conceſſ. prab. Gloſſa* 4. ad finem, *in cap. dudum 2. de electione, & in cap. 1. de conſuetudine lib. 6. & in cap. ſuper eo de prabend in 6.* Vide *Hojeda de incompat. benef. 2 par. cap. ult. num. 16. Abbas in cap. extirpanda, §. Quia verò num. 39.*

29 In Gloſſa, verbo, in duabus, ibi, Cũ Dominus prohibuit iurare. Ait Chriſtum Dominum non prohibuiſſe iuramentum neceſſarium, ſed temerarium, locus eſt *Math. 5. num 24.* ibi, *ego autem dico vobis, nolite iurare omnino*, de cuius explicatione videndus eſt late *Maldonatus*, ibi *Ianſenius cap. 40. concordia Barradas tom 2. concordia lib. 7. cap. 20. Suar. tom 2. de religione lib. 1. de iuramento cap. 2. à num. 9. uſque ad 17.* ubi etiam *cap. 4. & 7.* ait ce fide eſſe iurisiurandi actum, non eſſe ſimpliciter, & generaliter in Evangelio damnatum, ſed eſſe ex ſe licitum, utpote ad virtutem religionis ſpectantem, quam etiam cõcluſionẽ multis probat *Caſtro lib 8. contra hareſes*, verbo, *iuramentum Azor part. 1. lib. 11. cap. 2. quaſtione 3. Valentia 22. diſput. 6. quaſtione 7 puncto 3. ſtatim in principio. Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 42. dub. 3. numer. 13.* De quo late Doctores per textum ibi, in *cap. & ſi Chriſtus, de iureiurando.*

DISTINCTIO. LXXI.

Ad principium diſtinctionis, de non ordinandis Clericis ab epiſcopo alterius civitatis.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur* cap. cum nullus, de temporibus ordinat. in 6.
2 *Quale dicatur domicilium originis?*
3 *Nati alicubi, ſed ex itinere, & extra locum domicilij parentum unde ſint oriundi?*
4 *Oriundus civiliter, & non proprie, non poteſt ordinari ab epiſcopo talis loci?*
5 *Natus alicubi ubi pater habebat domicilium licèt civiliter non habeatur pro oriundo, habetur tamen canonice quo, ad ordines.*
6 *Sacramenta confeſsionis, Euchariſtiæ, & matrimonij à quo epiſcopo adminiſtrari debeant?*
7 *Enodantur breviter 6. quæſtiones circa ordinẽ ab epiſcopo beneficij, & n. 8.*
9 *Epiſcopus loci, ubi eſt capellania, nõ collativa, & ubi ſita eſt pẽſio eccleſiaſtica, nõ dicitur epiſcopus beneficij.*
10 *Authores tractantes de domicilij diffinitione.*
11 *Domicilium non deperditur, deperdito animo, perpetuò habitandi.*
12 *Domicilium ſtatim acquiritur, ubi figitur habitatio, cum animo perpetuo habitandi.*
13 *Filij officialiũ Regis, reginæ, dominorum, & Conciliorum vulgo*, Camaras, *quãdo ordinari poſſunt, ab epiſcopo loci, ubi patres habent officiũ?*

PEndet doctrina huius, & ſequentis diſtinctionis ex *cap. Cum nullus, de tempor. ordinat. in 6.* ubi *Bonifac. VIII.* explicat, quis ſit epiſcopus ille, qui ad conferendos ordines proprius dici, & appellari poſsit. Itaq; operæ pretium duxi ſi in veſtibulo huius, & ſequentis diſtinctionis explicationẽ illius capitis præmitterem, quãtum ſatis ſit ad præſens intentum. Verba igitur explicanda ſunt. *Superior hoc caſu Epiſcopus de cuius diœceſi eſt is, qui ad ordines promoveri deſiderat, oriundus: ſeu in cuius diœceſi beneficium obtinet eccleſiaſticum, ſeu habet, licèt alibi natus fuerit, domicilium.* 1

In textu, ibi, Oriundus. Primus epiſcopus aſsignatus ad ordines conferendos epiſcopus eſt originis, ſive eius loci, in quo ordinandus natus erat, nam ibi quis domicilium ſortitur, ubi quis naſcitur, & illius civis efficitur, ubi habuit nativitatem, *leg. 1. ff. ad municipales l. municipes, ff. de verborum ſignificatione, l. cives Cod. de incolis lib. 10.* docet *Imola, Paulus, Alexand. ad l. huiuſmodi, §. Legatum, ff. legat. 1. Felin. cap. Rodulphus concluſione 5. de reſcriptis Menoch. lib. 6. de præſumption. præſumpt. 42. numer. 4. Bologn. in repetit. extravagantis Theodeſij part. 11. verſ. natura ſuos cives. Gramat. not. 10. num. 15.* 2

Hoc non ita intelligas, ut eius loci eum civẽ exiſtimes, & ab illius epiſcopo poſſe ordinari, in quo quis caſu naſcitur, dum parentes ibi aliquã trahebant moram, ſive negotij, ſive recreatio- 3

creationis cauſa,nam tunc non talis loci, ſed eius ubi pater domicilium habebat,civis dicitur,& ibi natus fingitur, ita ſumitur ex *l. 1. ff. de captiu. Bart. nu 4. & Platea in l. filios numer. 1. veri. quod intellige. Cod. de municip. & origin. lib. 10. Paulus, Alex. ad dictũ §. legatum Felin.* citatus. *Gregor. Lopez l.2. titul.24.part.4.* verbo, *mas quer ſea natural,* & per reſpectum ad ordines tenent in ſpecie *Silveſt.* verbo, *ciuitas Henriq. lib. 10. de ordine cap. 22. numer. 1. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputat. 23. num. 3. Avila de cenſur. part. 3. diſputat. 5. dub. 7. §. his poſitis.*

4 Quæres 1. An quotieſcumque aliquis ciuis alicuius loci dicitur, ſive natus ibi, civiliter, id eſt beneficio legis, & gaudet privilegio civis talis loci, ſive alibi natus ſit, poſsit á tali loci epiſcopo ordinari, ac ſi is eſſet epiſcopus originis? Exempla ſint in filio legitimo, qui nanciſcitur civilitatem originis eius loci, ubi pater natus eſt; *l. aſſumptio, §. 1.* ubi *Bartol. ff. admunicipal. Gloſſa 1. l. 1. ff. eodem Bart. & Platea in l. filios. Cod. de municip. lib. 10. Andr. Gail lib. 2. practic. obſervat. cap. 36. num. 2.* Item in filio illegitimo qui nanciſcitur domicilium originis maternæ *l. 1.* ad finem, *ff. admunicip. l. eius 9. ff. eodem,* ubi *Acurtius in ſummario huius legis Platea, l. filio,* citata *num. 2.* de quo etiam videri poterit diſpoſitio *Ordinationis Luſitaniæ lib. 2. tit. 55. §. 1. & 4.* Alia exempla videri poſſunt,quibus acquiritur naturalitas in *legibus Caſtellæ l. 2. titul.24. part. 4. ordinatio noſtra Luſitana lib.2. titul. 56. ſtatim in principio, & §. 1. 2. & 3.* Reſpondeo verbum *oriundus* de quo in textu, quem explicamus proprie pro nato in tali loco explicari debere iuxta *l. aſſumptio iuncta Gloſſa ibi,* verbo, *oriundus, ff. ad municipal.* & quæ tradit *Mantoſ. regula 16 quæſtione 40. numer. 3.* nam beneficium legis licet faciat incolam, ſeu domiciliariũ, numquam tamen facit ortum ſive oriundum *l 1* cum ſequentibus *Cod. de municip. & origin. & leg. 2. Cod. de incolis lib 10. Gregor. Lopez* proxime citatus *Menoch. de arbitrar. lib.2. caſu 86.* & quamvis talis poſsit dici naturalis civiliter, & impropriè, numquam tamen dicetur ortus,ſive oriundus, niſi ab origine propria, ut recte explicant. *Burgos de paz l. 3.Tauri part.1. numer.372. Avendan. de exequend. mandat. lib.1.cap. 3. num.5. Azevedo in l. 19.tit. 3. lib.1. recopilat.* cum verba naturaliter, propriè ſint intelligenda *l.final. Cod. de his qui veniam ætatis,* & ibi *Bald. Mantica de conject. lib. 3. titul.4.numer. 15. Gallinius de verbor. ſignificat. lib.2. cap.21. num.8.& lib.3. cap 19.nu.12.Salazar. de uſu, & conſuetudine cap.1. numer. 57 & 62.* Tenent in ſpecie *Henriq. lib.10. de ordine cap. 22. num. 1.* cum multis quos ibi citat *in cõmeut. litter. B.*

Quæres 2. Vtrum quoties aliqui non habẽtur pro oriundis ab aliquo regno, & oppido, 5 licet ibi naſcantur, (ut ſunt in Luſitania qui naſcuntur ex patre forenſi, & matre naturali, niſi pater forenſis à quo geniti ſunt,habeat in Luſitania domicilium per decennium continuum,ut habetur *lib.2. ordination. titul. 55. §. 2.*) Vtrum,in quam, hi ita excludantur á privilegio domicilij originis, ut non poſsint ordinari ab epiſcopo loci in quo nati ſunt, ſi ibi pater vere non habitavit per decennium continuum? Reſpondeo negativè: nam licèt lex officiat privilegijs civilibus quæ non aſſequũtur, niſi ſervatis ibidem conditionibus,tamen non officit iuriſdictioni,quã nanciſcitur epiſcopus originis, ut tales poſsit ordinare, tanquam verè, & propriè oriundos á ſua diœceſi.

Quæres 3. Vtrum quemadmodum epiſcopus originis,licèt domicilium originale mutetur,poteſt ſemper ordinare natum in ſua diœceſi, ita etiã poſsit ei reliqua ſacramenta præſtare, confeſsionis, communionis, & aſsiſtere per ſe,vel aliquem de eius licentia, matrimonio talis originarij? Reſpondeo hanc quæſtionem optimè tractari à *Sanch. lib. 3. de matrimon. diſput.23. à numer. 6. uſque ad 8.* ubi reſolvit negative: quia adminiſtratio aliorum ſacramentorum pertinet ad prælatum parochiæ. Adi illum,& authores ab eo citatos, ubi etiam videbis ad quem epiſcopum pertineat diſpenſatio, de quo etiam *tom.1. decalogi lib 4 capit. 37. à num.25.uſque ad 33.* 6

In textu, ibi, In cuius diœceſi beneficium. Multa hic breviter enodanda ſunt. Primo. Vtrum ſi in duabus,aut tribus diœceſibus quis habeat beneficia à totidem epiſcopis poſsit ordinari? Reſpondeo affirmativè. Ita *Domin. & Franch. ſuper dicto cap. Cum nullus, Rebuff. in praxi, titul. de clericis,& á quibus num.21. Garcia de benefic. 2 part. cap.4.num.2.* Secundo. Vtrum ſi tale beneficiũ non requirat niſi primam tonſuram, adhuc epiſcopus beneficij poſsit omnes ordines tam minores quam ſacros conferre beneficiario? Reſpondeo affimativè, ita docent *Dominic. & Franch.* citati *contra Paulum, & Garciam, num. 24.* Tertio. Vtrum hi ipſi epiſcopi poſsint cum tale beneficiato diſpenſare in interſtitijs? Reſpondeo poſſe cum ordines ipſi conferunt. Ita *Garcia nu.15.* Adde poſſe diſpenſare cũ ciſdẽ in illegitimitate ad ordines minores, ex eodem *Garcia dicto nu.15.* Quarto. Vtrum ut talis poſsit ordinari ab epiſcopo beneficij, neceſſaria ſit eius actualis poſſeſsio,ita ut non ſufficiat titulus,& collatio? Reſpõdet *Garcia n.17.* neceſſariam eſſe actualem poſſeſsionẽ, quamvis hæc ſit ex iniuſto titulo,ſed colorato, nec ſufficere titulũ,& collationẽ, hoc ſecundũ non placet, quia qui titulum, & collationem habet, vere habet beneficium, nam textus non dicit 7

tienſ. in ſumma, tit. de parochijs, §. penult. num. 7. Ioann. de S. Georgeo, quem refert, & ſequitur *Dominic. in dict. cap. Cum nullus, num. 11. Felin cap. Dilectus, in 2. de reſcriptis, num. 12. Marianus in cap. Licet, num. 25. de foro competenti, Angel.* verbo, *domicilium, num. unico, Sylv. num. 2. Alciat. l. Pupillus, §. Incola, num. 1. ff. de verborum ſignific. Navarr. conſ. 10. de temporib. ordinat, num. 2. Aviles cap. 2. pretorum, Gloſſa tales pueblos, num. 7. & 8. Gregor. Lopez. l. 32. tit. 2. part. 3.* verbo, *diez años. Anton.* 12 *Gabriel tom. 1. commun.* verbo, *domicilium habitationis. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 86. num. 2. Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 22. num. 2. Sanch. lib. 3. matrimon. diſp. 23. num. 2.* Vnde leges, quæ decennium habitationis requirunt, ut ſint *l. 2. C. de incolis, lib. 10. & l. 32. tit. 2. & l. 2. tit. 24. part. 3. & Luſitania Ordin. lib. 2. tit. 55. §. 1.* Solùm ſunt ad præſumendum animum perpetuo habitandi, quando ille ex alijs coniecturis non deprehenditur, lege *Sanch. dict. diſp. 23. nu. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 534. nu. 7.*

13 Quæres 3. Vtrum filij ſenatorum Portucalenſium, & officialium Regis, ut ſunt iudices foranei, vulgò, *Iuyzes de fora*; prætores *Corregedores.* auditores, ſive Regis, ſive dominorum, qui alibi domicilium habent, & tempore à Rege tantum conſtituto alicubi detinentur inſervientes munia, & officia ſua, ibi habeant domicilium, ubi patres regis, aut dominorum officijs occupati habitant? Reſponde primò, hoc circa patres deciſum eſſe apertè in legibus noſtris *lib. 2. Ordinat. tit. 56.* in principio, ibi. *Veſſinho ſe entende de cada hũa cidade, villa, ou lugar, aquelle que della, ou de ſeu termo, for natural, & nella tiver algũa dignidade, ou officio noſſo, ou da Raynha, ou de algum ſenhor da terra; ou do Concelho deſta villa, ou lugar, & ſeja officio tal, per que razoadamente poſſa viver, & deſeito viva, & more no dito lugar, ou ſeu termo, &c.* Latinè dicit, eum eſſe alicuius civitatis, oppidi, vel pagi incolam originarium, & oriundum, qui eo loco, vel in eius territorio natus ſit, vel qui ibi dignitate aliqua, vel officio Regis, aut Reginæ, Domini vè talis loci, aut Senatus, ſeu cõmunitatis ipſius, fungatur; ita tamen, ut & eiuſmodi officium tam fructiferum exiſtat, ut proprietarium alere honeſtè queat; & ut hic in prædicto loco, vel eius ditione, ſeu territorio reipſa degat, habitetq;, &c. Reſpondeo ſecundò, filios contentorum in hac lege, dum ſunt in poteſtate patris habere idem domicilium, *l. 1. & 3.* & ibi *Gloſſa,* & *Albert. ff. ad municip.* ac proinde, & ordinari poſſe ab epiſcopo eius loci, ubi munus regium, & alia ibi contenta habent. Ita expreſſè *Navarr. lib. 1. conſil. 11. de temporibus ordinat.* latè *Thomas Vallaſc. allegatione 5. num. 38.*

CAP. Illud. I.

SVMMARIVM.

2 *An prima tonſura accipi poſſit ab epiſcopo alieno ſine proprij licentia? & num. 2.*

3 *An epiſcopus poſſit ordinare alienum ſubditum ſub ratihabitione?*

IN textu, ibi, Eccleſiaſticum. 1
vide circa textum *Aloyſ. Riccium collect. 1678. part. 5.* Quid ſi fuerit laicus, & ordinetur prima tonſura? Dixi *prima tonſura,* ibi perſiſtente ordinatione, quia ſi procedat ultra primam tonſuram, iam ordinandus facer homo, & eccleſiaſticus, & ſi ulterius ordinetur, non ordinatur laicus, ſed clericus? Reſpondendo ad quæſtionem directè *Guido Papa deciſ. 449. Lapus allegat. 138. nu. 12. & 13. Tolet. lib. 1. ſumme, cap. 48. num. 6. edit. Duaciane, anno 1608.* tenent licitè poſſe primam tonſuram accipi ab alieno epiſcopo, nec accipientem manere ſuſpenſum; probant ex tota hac *diſtinct.* ubi ſemper prohibitio eſt de clerico non ordinando; item *9. quæſt. 2.* per totam, ubi etiam de clerico ſermo eſt; item *cap. Eos qui, de tempor. ordinator.* ubi ponitur eadem prohibitio, ſed de clerico non de laico, ibi. *Eos qui clericos parochia aliena, &c.* Et notat *Gemin. in eodem cap. num. 5.* quem ſequitur *Tolet. proximè citatus, num. 4.*

Contraria nihilominus ſententia eſt vera, 2
eam ſequitur *Rebuf. de nominat. quæſt. 14. num. 42.* & *conſ. 1.* in princip. *Franciſcus Marc. deciſ. 1005. num. 3. in 1. part. Navarr. conſ. 29. num. 1. de tempor. ordinat. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1140. à num. 1. Salzed. ad pract. Bernardi, cap. 26. Gloſſa, Ordinis executio,* ubi iam appellat veriſſimam *Flamin. de reſignat. lib. 4. quæſt. 2. num. 59. & 83. Garcia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 142.* An prima tonſura intelligatur etiam prohibita conferri ab alieno epiſcopo ſub pœnis ibi contentis, in *Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap 5.* & *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 9.* Videndus eſt *Navarr. conſ. 11. de tempor. ordinat. Tolet. lib. 1. ſumma, cap. 49. num. 5. Zerola in praxi, 1. part.* verbo, *demiſſoria; Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 19.* ad medium. De loco etiam Concilij videndi ſunt *Gutierr. Canon. lib. 1. cap. 26. num. 24. Flamin. de reſignat. lib. 4. quæſt. 2. num. 89. Cened. practic. lib. 1. quæſt. 38. num. 4. Vivald. in Candelab. tit. de ſuſpenſ. num. 126. Sayr. in Theſaur. lib. 4. cap 9. nu. 10. Henriq. lib. 13. de excommunicat. cap. 38. nu. 1. Avila de cenſur. part. 3. diſput. 5. dubio 8. §. Sextus caſus.*

Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 19. Reginald. in praxi. lib. 32. tractat. 2. num 69. Aegid. de Sacramentis, tom. 2. diſp. 15. dub. 5. num. 35.

3 In textu, ibi, Non ſit rata eius ordinatio. Intellige cum *Gloſſa* hic, verbo, *ordinatio*, niſi poſtea ratum habeat ſuus epiſcopus, quam probat *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. à num. 15. Reginald. in praxi, lib. 32. tract. 2. cap. 24. ſect. 3. nu. 69. §. Sunt autem.* Sed ante eos *Paludan. in 4. diſt. 18. quæſt. 7. art. 2. caſu 9.* licet *Sayr. in Theſaur. lib. 4. cap. 9. num. 10.* Non audeat poſt Trident. hanc ratihabitionem admittere, ſed nimis ſcrupuloſe, cum eam admittant ſupracitati Doctores, poſt *cap. Sape contingit, de tempor. ordinat. in 6.* cuius verba eam magis videntur excludere in caſu, de quo ibi, quam *Tridentinum.*

CAP. De aliena Eccleſia. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinans alienum ſubditum, quali pœna puniatur?*

1 IN textu, ibi, Nullus aſſumat. Licet hic Canon nullam pœnam imponat epiſcopo ordinanti; ſed ordinato, imponit tamen *cap. Eos, qui, de tempor. ordinat. in 6.* ſcilicet ſuſpenſionem à collatione ordinũm per annum; verum, ut eam incurrat, requiritur in 2 ordinante ſcientia, ſeu affectata ignorantia, ut hic, & *cap. Si quis auſus*, ſequenti, de quo *Vaſq. de ordine, diſp. 243. cap. 5. num. 46.* & ſequentibus; quam tamen non videtur requirere *Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5.* & *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8.* immo *Zerola in praxi epiſcopali, part. 2.* verbo, *Epiſcopi*, verſ. *Secundò*, Epiſcopum benedicẽdo calices, vel corporalia in aliena diœceſi etiam inadvertenter, manere ſuſpenſum ab exercitio pontificalium, ut continetur *dicta ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5.*

CAP. Si quis auſus. III.

SVMMARIVM.

1 *An pœna huius Canonis, ſit vera ſuſpenſio?*
2 *Ordinati in ſacris ab alieno epiſcopo ſine proprij facultate, ſunt ſuſpenſi?*
3 *Collatio beneficij facta ab alieno epiſcopo, eſt nulla.*
4 *Ordinatus ab alieno epiſcopo ſine proprij facultate, non gaudet priviſegio fori.*
5 *In impetratione beneficij oportet declarare ordinatum eſſe ab alieno.*

IN textu, ibi, Irrita ſit. *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 13.* teſtatur in Concilio Nicæno *cap. 17.* haberi pro *irrita ſit, irrita erit*; vel ſecundum aliam translationem, *de tempor. ordinat.* ubi in ſimili caſu dicitur, *Interdicenda illis eſt ordinis ſic ſuſcepti executio.* Vnde putat ex vi antiquorum canonum bene ſuſtineri poſſe, hanc pœnam non eſſe latæ, ſed ferendæ ſententiæ, & licet ſit, adhuc putat ſuſtineri poſſe hanc pœnam, non eſſe veræ ſuſpenſionis ex vi horum Canonum, ita ut qui in ordinibus ſic ſuſceptis miniſtraverit, fieret irregularis; peccare tamen graviſſimè ordinatus ab alieno, miniſtrando ſine licentia proprij epiſcopi, ut peccavit ordines ſine eius conſenſu accipiendo. 1

Verum poſtea Pius II. qui ſedit per annos quinque, menſes 11, dies 27. ab anno Incarnationis Dominicæ 1458. uſq; 1464. Bullam edidit, quæ eſt 6. illius, & incipit, *Cum ex ſacrario*, de qua *Villadiego in tract. de irregularit. cap. de ſuſpenſ. Sylveſt.* verbo, *irregularitas, quæſt. 10. Navar. in Manuali, cap. 25. num. 70.* & *cap. Accepta, de reſtit. ſpoliat. oppoſ 8. num. 34. Covar. in Clement. Si furioſus, part. 1. §. 1. nu. 4. Rebuff. in tract. de benefic. part. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines male promotis, Gloſſa 4. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 30. num. 9. Corduba in ſumma caſuum conſcientiæ, caſu 144. Vivald in Candelabr. 1. part. de Sacramento Ordinis, num. 37. Cardinalis S. Borromæus in Concilio 3. provinciali Mediolan. tit. de Sacramento Ordinis.* Confirmata etiam fuit hæc extravagans per regulas Cãcellariæ Innocentij, 8. Alexand. VI. Clementis VII. & Pij V. regula 22. Illam quoq; Xiſtus V. in Bulla ſua, quæ incipit, *Sanctum, & ſalutare*, anno 1588. nonis Ianuarij, & Clementis VIII. in Bulla, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, anno 1595. pridie Kalendas Martij renovarunt. Hac igitur Extravaganti Pij II. ſuſpenſi ſunt ipſo iure, qui ab alieno epiſcopo ſine litteris dimiſſorijs, vel extra tempora, vel ante legitimam ætatem, ſacris ordinibus fuerint initiati, ſed cum tantum loquatur de ſacris, adhuc excipiuntur ordinati in minoribus, ut bene notat *Suar. ſupra. num. 18.* Concilium vero Tridentinum etiam ordinatos in minoribus, ab alieno epiſcopo comprehendit, atq; eos ad arbitrium proprij epiſcopi ſuſpendit; 2

de quo

de quo vide *Suar. dict. diſp. 31. ſect. 1. num. 19.* itaq; vere ipſo iure nunc ſuſpenduntur in terris, ubi viget Tridentinum, omnes qui, vel in minoribus, vel in ſacris ordinantur ab alieno, ſine licentia proprij epiſcopi; non verò qui ordinãtur prima tonſura, quia ipſa non eſt ordo, ut vult *Suar. citat. num. 16.* & *Guido, Tolet. Zerola, & Lappus*, quos retuli, *cap. Illud, nu. 1.* in fin. ſed ibi contrarium iudicavi probabilius cum Doctoribus à me citatis.

3 Inferunt 1. ex hac doctrina multi; maximè poſt Trident. collationem beneficij factam ſuſcipienti primam tonſuram ab alieno epiſcopo, ſine proprij facultate, antequam ille ratam habeat ordinationem, eſſe nullam; ita *Cãputaquen. deciſ. 126. part. 1. Rebuff. conſ. 1. Hieronym. Gabriel. conſ. 181. & 189. lib. 2. Flamin. de reſignat. lib. 4. quæſt. 2. à num. 58. & 82. Garcia de benef. part. 1. cap. 5. num. 151.* quia talis ſuſpenſus eſt, ac proinde collatio non valet, ut facta ſuſpenſo, *cap. Cum electus*, verſ. *Quia nobis, de conſuetud.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *Caſſavimus, cap. Per Inquiſitionem, de elect.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *ſuſpenſi*, & verbo, *Poſt*, & *Abb. num. 6. Bertachin. de epiſcopo. lib. 2. quæſtionum, art. 2. Navarr. in Manual. cap 25. num. 233. & conſ. 10. de tempor. ordinat. Mayol. de irregularit. lib. 3. cap. 19. num. 10. Vgolin. de cenſur. tab. 4. de ſuſpenſ. cap. 6. §. 7. nu. 4. Flamin. de reſignat. benef. lib. 5. quæſt. 7. num 84. Vivald. in Candelab. de ſuſpenſ. num. 139. Leſſius de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 34. num. 116. Azor part. 2. lib. 6. cap. 7. quæſt. 2. Garcia de benef. part. 7. cap. 5. nu. 4.* Contra *Suarium* qui tenet ſuſpenſum ab officio non eſſe perſonam inhabilem, ut eligatur, ſed tantùm prohibitam, valereq; electionem de ipſo factam, lege eum *tom. 5. de cenſur. diſp. 26. ſect. 3. num 8.* & quidem tanti magiſtri ſententia facilè ſuſtineri poſſet ab illo, qui iura in contrarium citata attente perlegeret; nam nec verbum quidem in eis invenietur, quod irritam ipſofacto talem electionem ad beneficia oſtendat in ſpecie, & fortè non diſplicebit *Suar.*

4 Inferunt 2. ei, qui ſine licentia proprij epiſcopi ordinatus eſt ab alieno in prima tonſura, vel in minoribus, excipi poſſe, non gaudere privilegio clericali. Ita teſtatur iudicatum *Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubric. de iuſtices, Gloſſa ſoncreus*, in fine. *Rebuff. de nominat. quæſt. 14. nu. 42. & conſil. 1.* verſ. *Nec etiam valet, Salzed. ad Bernard. in practic. crimin. cap 26. Gloſſ Ordinis executio*, verſ. *Et non ſolum, Franciſc. Martin. part. 1. deciſ. 175.*

5 Infertur 3. Opus eſſe, ut is, qui ab alieno ordinatus eſt epiſcopo, ſine proprij facultate; narret in impetratione beneficij ſe taliter fuiſſe ordinatum, aliter erit impetratio ſubreptitia, & nulla, ex *Ioann. Cephalo conſil. 684. lib. 5. Salzedo in pract. Bernard. crimin. cap. 26. Gloſſ. Ordinis executio, Rebuff. de nominat. quæſt. 14. num. 42. Camil. Borrel. conſ. 15. num. 22.*

CAP. Clericos. IV.

SVMMARIVM.

1 *Non meminere Authores huius excommunicationis*

2 *Hæc excommunicatio eſt latæ ſententiæ.*

3 *Excommunicatio lata ad certum tempus, vel ſub conditione, eget abſolutione.*

4 *Quis abſolvet epiſcopum ab excommunicatione non reſervata Pontifici? & num. 5.*

IN textu, ibi, Tandiù excommunicatos. 1 Non invenio fieri mentionem huius excõmunicationis, nec à *Navarr. in Manual. cap. 27. num. 114.* nec à *Vivald. in Candelab. tit. de excommunicatione, à num. 132.* nec à *Tolet. lib. 1. ſumma, cap. 37. Sayr. in Theſaur. cap. 32. Suar. de cenſur diſp. 23. ſect. 2.* ubi incipiunt colligere excommunicationes Summo Pontifici non reſervatas, quæ habentur in decreto; imò *Suar. num. 5.* in fin. expreſſé ait, nullam inveniri in Decreto excõmunicationem latæ ſententiæ, præter eas, quæ continentur in Bulla Cœnæ. Verum, ut vides, præſens excommunicatio latæ ſententiæ eſt, nec in Bulla Cœnæ continetur.

In textu, ibi, Tandiù excommunicatos. 2 Dubium eſt hanc formam continere excommunicationem latæ ſententiæ, affirmat expreſſé *Angel.* verbo, *excommunicatio, 2. §. 7. Sayr. in Theſauro, lib. 1. cap. 11. num. 10. Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 5. num. 5. Avila de cenſur. part. 2. cap. 2. diſp. unica, dub. 2.* cum multis *Suar. de cenſur. diſp. 18. ſect. 4. num. 3.* ubi omnes late agunt, undenam dignoſcenda ſit excommunicatio lata à ferenda; adi illos.

In textu, ibi, Quandiù ipſe clericus revertatur. 3 Dubitatur an excõmunicatio, quæ fertur ad certum tempus, vel ſub conditione, nempe *donec ſatisfeceris;* quandiù non ſatisfeceris, transacto termino, vel impleta conditione, tollatur ſine alia abſolutione? Pro parte affirmativa videri poſſunt *Covar. in cap. Alma mater,*

part. 1. §. 11. nu. 5. Secutus *Alciatus in cap. 1. de electione, in 6. notab. 5. Avila de cenſur. part. 2. cap. 7. diſput. 2. dubit. 6. §. Concluſio*, ubi pro ſe citat multos magiſtros, & *Sylveſtr.* verbo, *interdictum*, 3. *num. 9. part. 2.* Sed ego ibi nil tale inveni; tolum *num. 19.* dicit interdictum tolli ſi is propter cuius culpam impoſitum eſt, vult ſatisfacere; lege illum, qui refert etiam *Henriq. lib 13. de excommunicatione, cap. 29. num. 2.* qui id affirmat, ſi excõmunicatio fuerit Papalis, non vero alicuius infra Papam. Pro parte negativa, quæ videtur probabilior, ſtant *Graſſ. lib. 4. deciſion. aureæ. cap. 25. num. 14. Vgolin. de cenſuris eccleſiaſt. tabul. 4. cap. 4. §. 3. num. 2. Navarr. in Manual. cap. 27 num. 165. Sayr. in Theſaur. lib. 4. cap. 17. num. 3. Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 46. nu. 1. edition. Duacian. anno 1608. Suar. de cenſur. diſput. 19. ſect. 1. num. 5.* & multi citati ab eiſdem, qui ibi videri poſſunt. Rationes optimas adducunt *Suar.* & *Vgolin.* citati.

4 Quæres, quis epiſcopum abſolvet ab hac excommunicatione? Reſpondeo, quod confeſſarius ab eo electus, ita tenent *Paludan. in 4. diſt. 38 quæſt. 4. art. 4. num. 41. & concluſ. 8. num. 46. Gabriel in 4. diſt. 17 quæſt. 2. art. 3. dub. 2. S. Antonin. 2. part tit. 11. cap. 2. §. 9.* verſ. *Item non poteſt, & 3. part. tit. 17. cap. 2. §. 2.* ſtatim in principio, *Angelus*, verbo, *confeſſio, 3. num. 7. Sylveſt.* verbo, *confeſſor, 1. quæſt. 9. Tabiena*, verbo, *abſolutio, 1. num 37. Mayol. lib. 2. de irregularit. cap. 2. num. 12. & lib. 5. cap 51. num. 7. Anton. Gomes in expoſitione Cruciatæ, clauſula 10. num. 85. Sayrus in Theſaur. lib. 7. cap. 14. num. 5. Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 4. num. 3.* & in *Comment. littera I. & cap. 7. num. 5. in Comment. littera B. & lib. 7. de irregularit. cap. 18.* in fine. *Saa in ſumma*, verbo, *confeſſor, num. 45.* verſ. *Prælati in religione, Avila de cenſur. part. 7. diſp. 10. dub. ult. Suar. de cenſur. diſp. 41 ſect. 2. num. 9. Sanch. de matrimon. lib. 8. diſp. 3. num. 3. & tom. 1. Decalogi, lib. 4. cap. 37. num. 42.*

5 An vero ſecum epiſcopi poſſint propriè diſpenſare, & ſibi vota cõmutare in caſu, in quo diſpenſare poſſunt cum ſubditis, atq; illis vota commutare? Negant *Anton. cap. 1. num. 10. de conſtitutionibus*, & ibi *Imola nu 6. Alexand. de Navo num. 66. Berous num. 108. Decius conſ. 151. nu. 10. volum. 1. ſupplementum. Gabriel in 4. diſt. 38. quæſt. 1. art. 5. col. ante penult.* verſ. *Si quarto quæritur, an quiſpiam, Sayr. in clavi. lib. 6. cap. 11. num. 4. iuncto num 2.* apud quos rationes prõ hac opinione. Affirmat *Sanch.* cum multis, apud eundem videbis *lib. 8. matrimonij. diſput. 3. à num. 6. uſq; ad 11.* ubi *num 12.* ſolvit fundamenta in contrarium, idem tenet *tom. 1. Decalog. lib. 4. cap. 37. numer. 45.* utraq; ſententia ſatis probabilis; ſecunda mihi probabilior.

CAP. Fraternitatem. V.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui de Cardinalibus agunt.*
2 *Cardinales dicti ſunt à Cardine.*

IN textu, ibi, Eccleſiæ tuæ conſtituere Cardinalem. Citavi etiam authores, qui de Cardinalibus agunt, *c. In nomine Domini, num. 6. diſt. 23.* Addi poſſunt *Cardinalis Albanus, lib de Cardinalibus, Panormit. in cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Auguſt. Triumphus in tract. de poteſtate Eccleſiæ, à quæſt. 100. Martinus Laudenſ. tract. de Cardinalibus. Barbatia tractat. de Cardinalibus, Eugenius 4. epiſtola ad epiſcopum Cantuarienſem*, qui refert *Iacobatium in lib. 1. de Concil. Soto in 4. diſt. 24. quæſt. 4. art. 4.* Omnium latiſſimè *Azor part. 2. lib. 4. cap. 1. 2. & 3.* per totum. *Hieronym. Plato è Societate IESV, in integro tractat. de Cardinalis dignitate, & officio.* 1

Sed quia citato loco *diſtinctionis* 23. nihil certum de Cardinalibus diſputavi, & quia animus eſt nullam in hoc libro quæſtionem indiſcuſſam relinquere; iuvat nonnihil de Cardinalibus prælibare. *Cardinales* igitur dicti ſunt à *Cardine*; quemadmodum enim in cardine volitur oſtium, ſic in Cardinalibus Romano Pontifici aſſiſtentibus, totius Eccleſiæ pondus volitur, ac regitur. Et ſicut illi venti dicuntur Cardinales, qui perflant ex illis mundi partibus, quæ Cardines mundi vocantur; ita Diaconi præfecti partibus civitatis, quæ Cardines dicebantur, rectè ſunt vocati Cardinales. *Vaſq. de ordine, diſp. 242. cap. 2.* Sicq; hoc nomen à loco ad perſonas dedu ctum credit, *Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 27. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de cleric. cap. 1. Franciſcus Leo Theſaur. fori eccleſ. cap. 2.* omnium noviſſimè, & latiſſimè *Sebaſtianus Cæſar in ſua Hierarch. eccleſ. diſp. 2. §. 1. num. 5.* & ſeqq. Si quæras, à quo fuerit inſtituta dignitas Cardinalatus? Reſpondeo iuxta veriorem ſententiam, illam dignitatem non à iure divino, ſed à iure poſitivo, nempe à Summis Pontificibus eſſe introductam. Ita *Henriq. Bellarmin.* & *Azor citati*, cum *Soto in 4. diſt. 23. quæſt. 2. art. 4.* Cæteris hac in re ſupersedo, quæ apud auctores citatos videri poſſunt. 2

CAP. Primatus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*

IN textu,

1 IN textu, ibi, Laicum de plebe aliena. Vide hîc, ut omnino prohibitum ſit, non ſolum clericum alienum ordinari ab alieno epiſcopo ſine proprij facultate, ſed etiam laicum hominem, ne dum tonſuratum. Laborat *Lappus* in ſolvendo hoc textu, *allegat.* 138. *num.* 12. *&* 13. retuli *cap. Illud, num.* 2. *hac eadem diſt.* ibi me vide; vide etiam circa textum *Rebuff. in praxi, tit. forma demiſſoriarum,* à principio, *& num.* 12. 13. 16. *&* 17. *Salzed. in tract. cap.* 26. *lit. C, & lit. D.*

CAP. Extraneo. VII.

SVMMARIVM.

1 *Rebuffus noſtri textus meminit.*
2 *Dictio,* penitus, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Cuius meminit, & cuius materiam latè proſequitur *Rebuf. cõſil.* 1. in principio, & in *praxi, part.* 1. *tit. forma dimiſſoriarum, num.* 34. ubi ex noſtro textu deducit, quod voluntas epiſcopi probari debet litteris, quoad demiſſionem tonſuræ, & ordinis.

2 In textu, ibi, Penitus. Quæ dictio eſt præciſa, & nullam modificationem, ſeu reſtrictionem admittit. *Angelus conſil.* 31. *nu.* 9. verſ. *Quod verbum. Alexand. conſil.* 13. *num.* 7. verſ. *Tertio reſpondeo, lib.* 2. ideo aſſignatus per conſtitutionem privatur penitus agnatione, importat præciſe, & omnimodo, *Roman. conſil.* 82. in fine. *Tiraq. in l. Si unquam,* verbo, *revertatur, num.* 106. poſt alios *Tuſchus tom.* 2. *littera D. concluſione* 325. latiſſimè *Cened. ſingular.* 73.

CAP. Hortamur. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter incognitus non debet præſentari.*
2 *Gloſſa noſtra cõmuniter approbatur.*

1 IN textu, ibi, Aliunde veniens. Collige ex textu, non debere clericum incognitum in beneficijs præſentari, *cap. Te nobis, de clericis peregrinis,* de quo multa congerit *Lambertinus de iure patronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 24. *Roch. de iure patronat.* verbo, *honorificum, quæſt.* 4. *num.* 16. *Paulus Fuſchus de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 25. *Dueñas regula* 202. qui omnes noſtri textus meminere, de quo etiam diximus ad *cap.* 1. *num.* 8. ſupra, *diſt.* 70. *Cened. in practic. quæſt.* 19. in principio.

In Gloſſa, verbo, Veniens. 2 Cõmendat *Abb.* & *DD. cap. Significaſti, de iure patronat. Decius in cap. de monachis, num.* 6. *de præbendis. Rochus de iure patronat.* verbo, *honorificum, dict. num.* 16. *&* 45. *Paulus Fuſch. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 5. *Peres lib.* 1. *Ordinament. tit.* 3. *l.* 18. in principio. *Gregor. Lopez partit.* 1. *tit.* 15. *l.* 13. *Gloſſ.* 3. prope finem, & *Gloſſa* 4.

CAP. Nullum. IX.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini non debent facile admitti ad Sacramenta miniſtranda.*
2 *Littera formatæ, quæ dicantur?*

IN textu. Quem notat *Paulus Fuſch. de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 10. & ex illo docet, quod epiſcopus debet attendere circa peregrinos, ut ſi ſunt clerici, non facile eos admittat ad ſacramenta miniſtranda, *cap. Tuæ fraternitatis, de clericis peregrinis,* nec debent paſſim admitti ad miſſas, niſi occultè cauſa devotionis. Proſequitur *Fuſchus,* ubi proximè. Adde quæ tradit circa textum *Dueñas regula* 202. & poſita ad *cap.* 2. infra *diſtinct.* 72. 1

Ibi, Quam Græci. Irenicæ litteræ, pro cõmendatitijs epiſtolis appellantur, & veteres alio nomine *formatas* vocabant, quod eiuſdem formæ omnes eſſent; unde, & Suetonius formalem epiſtolam Domitiani vocat, cuius exemplo cæteræ ſcriberentur; vide *Alciat. lib.* 11. *Parergon. cap.* 3. verſ. *In concil.* qui noſtri textus meminit. Adde quæ dicam infra in principio *diſtinct.* 73. meminit formatarum epiſtolarum, *Optatus Melevitan. lib.* 2. *contra Parmenianum.* 2 3

DISTINCTIO. LXXII.

CAP. Epiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ dimiſſoriæ, quæ dicantur?*
2 *Dictio,* ipſe, *quid ſignificet?*

IN textu,

1 IN textu, ibi, Dimiſſorias. Dimiſſoriæ quæ dicantur, & quis ordinarius illas concedere poſſit? Vide *Henriq. lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 22.* & quis eas concedat regularibus? vide eundem *cap. 23. n. 4.* ubi *littera L.* multos adducit *Frater Emmanuel Rodrig. in ſumma, 2. part. cap. 14. Gregor. Lopez. p. 1. tit. 6. l. 35. Gloſſa final.* qui noſtri textus meminit, latè *Campanil. diverſor. iuris Canon. rubric. 9. cap. 7. nu. 1.* & ſequentibus, ubi de differentia inter litteras dimiſſorias, ſeu reverendas, & inter cõmendatitias. Tu verò, lector candide, ne (ut aiunt) alieno ab agro meſſem quæras; vel à me excitatum leporem aliena in ſylva capias, hanc quæſtionem paucis accipe. *Litteræ dimiſſoriæ*, dicuntur à verbo, *dimitto*; quando enim proprius epiſcopus ordines conferre non poteſt, clericis ſibi ſubiectis liberam concedit facultatem, ut ab alio epiſcopo ordinentur, ad quem illos cum epiſtolis dimittit. Quæ epiſtolæ dimiſſoriæ plerunque differunt à commendatitijs; nam cõmendatitiæ illæ dicuntur, quæ dantur presbytero peregrinanti, ut ei liceat miſſas in aliena diœceſi celebrare, ut conſtat ex *cap. 1. de clericis peregrinis, cap. Extraneo,* & *cap. Hortamur, diſt. 71. Azor inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49.* Solus verò epiſcopus originis, domicilij, vel beneficij, dummodo ſit electus, & confirmatus, quamvis non conſecratus, litteras dimiſſorias dare poteſt. Ita *Azor citat. §. Secundo quæritur. Seraphin. deciſ 985. num. 3. Campanil. in diverſor. iuris, rubric. 6. cap. 3. num. 13. Barboſa de officio, & poteſt. epiſcopi, part. 2. allegat. 7. num. 4.* Verum autem alij præter epiſcopum litteras dimiſſorias dare poſſint? Reſpondeo non poſſe niſi in certis caſibus, de quibus latè agitur in *cap. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* & *Azor loco citato, §. Tertio quæritur.* Vſus dimiſſoriarum litterarum antiquiſſimus fuit, tempore nam & D. Auguſtini eas extitiſſe, atq; in uſu fuiſſe, teſtatur ipſe in *epiſtola ad clerum Hipponenſem* 177. verſ. *Cum iſta mea cauſa.*

2 In textu, ibi, Ab ipſo. Iſta dictio, *ipſe*, perſonam demonſtrat, neque poteſt per alium adimpleri, & facit demonſtrationem ad oculum, *Gloſſa in §. Fuerat*, in verbo, *cum ipſa, inſtit. de act. Surd. deciſ. 210. nu. 18. Menoch. conſ. 106. nu. 196. & conſ. 120. nu. 20. Tiraq. de retractu convent. §. 1. Gloſſa 6. nu. 25. Cagnol. in l. 2. nu. 46.* verſ. *Secundò, C. de pact. inter emptorem. Ripa in l. Filius familias, §. Divi, num. 111. de legatis 1.* Sic diſpoſitio loquens de ipſo hærede, non extenditur ad hæredem hæredis. *Cotta in memorabilibus*, verbo, *ipſe, Roland. conſ. 59. nu. 29. vol. 3. & conſ. 97. num. 22. vol. 4. Cephal. conſ. 43. num. 8. vol. 1.* plures citat *Cenedo ſingulari 22. Tuſchus tom. 2. littera D. concluſ. 301.*

CAP. Clericorum. II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ad alienam diœceſim venientes, non debent celebrare ſine litteris dimiſſorijs.*

2 *Verberans pſalmiſtam, an maneat excommunicatus?*

IN textu. Ex quo colligit *Peres lib. 1. Ordinamenti, tit. 9. l. 2. pag. 164. col. 2.* quòd non debet epiſcopus clericos peregrinos ad alienam diœceſim venientes admittere ad celebranda divina in ſuſceptis ordinibus, vel ad ordines ſuperiores promovere ſine litteris dimiſſorijs ſuorum epiſcoporum; poterit tamen clericus admitti ad celebranda occultè, ex devotione, de quo diximus in *cap. Nullum, diſt. 71.* Quibus adde *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 16. Concil. Brachar. 4. actu 2. cap. 12. Henriq. in ſumma, lib. 10. cap. 34. §. 6. in fin. Emmanuel Rodrig. quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 121. art. 1. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. quæſt. 1. Mar. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap. 40. num. 1.* 1

In Gloſſa. Docet Gloſſa, quod verberans pſalmiſtam manet excommunicatus, & ita appellatione clericorum intelliguntur omnes conſtituti in alicuius ordinis gradu, etiam in prima tonſura. *Philiarch. lib. 3. de officio ſacerdotis, cap. 35. Medices in ſumma, 2. part. tit. 9. quæſt. 78. num. 39. Angles in floribus, 4. ſententiar. in quæſt. de excommunicatione, art. 5. difficult. 1. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 26. num. 4.* Dummodo clericalem habitum, & coronam geſtent. *Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* Adde poſita ad *cap. 1. nu. 14.* ſupra, *diſt. 21.* 2

CAP. Placuit. III.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Milevitanum, quando celebratum?*

2 *Ex electione ius acquiritur.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Concilio Milevitano. Celebrato contra Pelagianos, & Donatiſtas ab Innocentio primo, anno Domini 1

Domini 410. cui interfuit D. Auguſtinus, ut tradit *Padilla in epitome Conciliorum, fol. 16.* Milevis urbs eſt in Numidia. At *Baron. tom. 5. Annal.* ait celebratum fuiſſe anno Domini 402. ſexto Kalend. Septembris, ab epiſcopis totius Africæ, affirmatq; duo inveniſſe Concilia Milevitana ſub Innocentio primo. Primum, Arcadio, & Honorio imperatoribus. Secundum, Honorio, & Theodoſio, & hoc cum illo librariorum incuria eſſe confuſum, quod unum, idemq; putarunt. Poſt alia tractata fuit cauſa Quolvultdei epiſcopi Centurienſis, de qua fuit editus Canon in *cap. 1. de iudicijs*; meminiſſe huius Concilij viſus eſt, *Auguſtin. in epiſtola ad Euſebium 168.*

1 In textu, ibi, Eligitur. *Gloſſa in præſenti*, docet ex electione ius acquiri, de quo vide quæ diximus ad *cap. Quanto, 10. num. 4.* ſupra, *diſt. 63.* Adde *Iaſon. in l. Quanvis, 4. notabili, & notabil. 5. num 5. Cod. de inofficioſo teſtamento. Geminianus conſil. 15. num. 5.* & ſequentibus. *Zabarela conſ. 30. num. 9. Franciſc. March. deciſ. 1351. lib. 1. Covar. practicar. cap. 36. num. 7.* verſ. *Primo.* poſt alios *Tuſch. tom. 4. littera E. concluſ. 94. & 97.* Vtrum autem valeat conſuetudo, quòd electus ante confirmationem adminiſtret ex neceſſitate, vel propter utilitatem Eccleſiæ, firmat *Oldradus conſil. 9. num. 5.* facit *textus in cap. Cum venerabilis, de conſuetudine.* Contrarium videtur tenere idem *Innocentius, & Hoſtienſ. in cap. Tranſmiſſam, de electione*, plenè *Franc. in cap. Avaritia*, verſ. *In ea, Gloſſa in fine, num. 2. de electione, lib. 6.* de quæſtione latè *Tuſchus*, ubi proximè, *concluſ. 95.*

DISTINCTIO. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Cõmendatitiæ litteræ, quæ dicantur?*
2 *Formatæ litteræ, quæ ſint?*

1 IN principio diſtinctionis, ibi, Commendatitiæ. Commendatitiæ litteræ, ut explicat *Gloſſa*, verbo, *formatas, in cap. In Eccleſijs*, ſupra, *diſt. 68.* quam ſequuntur *Turrecrem. Prapoſitus, & Archidiac.* ſunt litteræ quædam, quæ peregrinantibus clericis dantur, ut libere permittantur in quacumq; diœceſi ſuum exercere officium, neq; obſtat *cap. ult. 71. diſt.* ubi litteræ, quæ dantur peregrinis, dicuntur formatæ, quia malè ex Græco verſum eſt, & vertendum erat *pacificis*, ſeu *cõmendatitijs*, ut ibi notat *Additio Gregorian.* unde adverte plurimum has litteras differre, & reverendas, de quibus loquitur, *cap. Significaſti, de officio Archidiaconi.* Has commendatitias litteras, etiam illi, qui non fuerint proprij diœceſani epiſcopi concedere poſſunt, cũ enim tantùm dentur in teſtimonium officij clericalis (quod ille cui dantur habet) quilibet cui iura diœceſis, etiam vicario iure incumbunt, illas poterit concedere. Vnde fortaſſis *Archidiacon.* poterit attento iure has commendatitias dare. Neque obſtabit *diſt. cap. Significaſti*, quia agit de reverendis, circa quas aliter reſolvitur iuxta ea, quæ tradit *Henriq. d. lib. de ordine, cap. 22.*

2 Ibi, Formata. De litteris formatis, vide quæ ſcripſimus ad *cap. ult. num. 2.* ſupra, *diſtinct. 71.* adde *Baron. tom. 2. Annal. anno Chriſti 142. §. Quæ autem*, qui ait ex antiquo eccleſiæ more dici litteras quaſdam, quibus epiſcopus clericum à proprio ſubiectionis iure demittebat, ut alteri ſubijceretur epiſcopo, tradit *Gloſſa in cap. Eccleſijs*, verſ. *Inter epiſcopos, 68 diſt.* quam ſequuntur *Turrecremat.* & alij. Sic dicuntur Latinè, ut ex Attico epiſcopo refert *Henriq. lib. de ordine, cap. 23. §. 2. lit. L.* Ex eo quia ſub certa quadam Græcarum litteratum forma dantur, ex præcepto Concilij Nicæni, de quo in *cap. 1. infra eodem.* Notabis tamen litteras formatas non poſſe dari, niſi ab epiſcopo proprio diœceſis; cum enim, qui illas concedit, abdicet à iure ſubiectionis illum, cui conceduntur, ille tantum illas dare poterit, cui hoc ſubiectionis ius proprium fuerit. *Concilium Milevitanum Canon. 10.* vetat clericis, ne ſine formatis litteris ad comitatum eant. Vide *Sidonium Apollinarem, lib. 7. epiſtol. 2.*

CAP. Exemplar. I.

SVMMARIVM.

1 *Peres noſtri textus meminit, qui iam in deſuetudinem abijt.*
2 *Sigillum capituli, an ſit authenticum?*

1 IN textu. Hęc diſtinctio in ſcholas non legitur, quia illa, quæ hic continentur, in deſuetudinem abierunt, ut docet *Gloſſa in præſenti*, & poſt *Hug. & Archidiac.* tradit *Turrecremat.* Meminit tamen noſtri textus *Peres lib. 1. Ordinamenti, tit. 9. l. 2. pagin. 164. col. 2. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice, cap. 24.* verſ. *Vigeſimo octavo*, vide *Brunchard. lib. 2. cap. 227. Ivonem lib. 6. cap. 434.*

2 In textu, ibi, Anulo firmare. Eccleſiæ. Igitur ſigillum capituli eſt authenticum, ut poſt *Guid.* tradit *Bellam. in præſenti*, & poſt *Archidiac. Præpoſitus nu.* 1, & quod videtur, procurator conſtitutus à domino, qui habet domini ſigillum, videnda *Gloſſa*, verbo, *cum tribus*, ad finem, *in cap. Cum redemptor*, 12. *quæſt.* 2.

CAP. Sanctiſſimo. II.

SVMMARIVM.

1 *Bellarminus noſtri textus meminit.*

1 IN textu. Cuius meminit *Bellarminus tom.* 1. *lib.* 2. *de Romano Pontifice, cap.* 25. §. *Sexto.* Refert enim Atticus in Concilio Nicæno determinatam fuiſſe rationem ſcribendarum formatarum epiſtolarũ, de quibus loquitur *Optatus lib.* 2. *contra Parmenianum*, ibi. *Nobis totus orbis comercio formatarum in communionis ſocietatem communicat.* Fuit hæc Synodus tempore Damaſi I. ut conſtat in *Gundiſaluo de Illeſcas in hiſtoria Pontificali, lib.* 2. *cap.* 39. & fuit in illa damnata hæreſis Macedonij.

DISTINCTIO. LXXIV.

CAP. Epiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *An excõmunicatio cauſet metum grauem? & nu.* 2. 3. *&* 4.
5 *Authores, qui noſtri textus meminere.*
6 *Pœna huius textus incurritur ipſofacto.*

1 IN textu, ibi, Invitum. Quærunt Doctores an ſi epiſcopus obliget aliquem ſub excommunicatione, niſi ſe ſinat ordinari, is cenſeatur invitus in ipſa ordinatione? Negat *Gloſſa in cap. Cum dilectus*, verbo, *violentia, de his, quæ vi. Vincentius, & Philippus*, quos refert *Socinus Senior in cap. Sacris. num.* 505. *de ſententia excommunicationis. Goffred ſumma, titul. de his, quæ vi, num.* 4. *Archidiac. cap.* 1. *de ſententia excommunicationis, in* 6 *num.* 2. *Barbatius cap. Ab excommunicato, de reſcriptis. Alciatus l. Interpoſitas, num.* 9. *&* 10, *C. de tranſact. Paludanus* 4. *diſtinct.* 29. *quæſt. unica, art.* 2. *concluſ.* 2. *num.* 13. *Soius in* 4. *diſt.* 29. *q.* 1. *art.* 2. in fin. Fundantur quia excommunicatio vel iuſta, vel iniuſta eſt: ſi iuſta, ſibi imputet excommunicatus: ſi iniuſta, non ligat.

Verius eſt metum excommunicationis eſſe 2
cadentem in conſtantem virum, & facere invitum, & involuntarium eum cui imponitur, cum iniuſta eſt, quia tunc etiam eſt timenda, 11. *quæſt.* 3. *cap.* 1. & innuit aliquam infamiam; deinde quia non levis eſt pœna, cum inter homines vivos ab eorum conſortio, & familiaritate privari; ita tenet *Ioannes Andr. in cap. Cum dilectus, num.* 3. *de his, quæ vi.* ubi *Antonius num.* 13. *Anchar. num.* 7. *Cardinal. num.* 3. *quæſt.* 1. *Imola num.* 8. *Abb. num.* 6. idem *Abb. in cap. Olim, in* 3. *de reſtitutione ſpoliat. num.* 10. *Dominicus in cap.* 1. *num.* 7. *de ſententia excommunicat. in* 6. ubi *Franch. num.* 2. idem *Franch. cap. unico, num.* 2. *de his, quæ vi, in* 6. *Roman. conſ.* 369. *num.* 10. *& l. Interpoſitas, num.* 16. *Cod. de tranſact. Socinus Senior cap. Sacris, num.* 505. verſ. *Circa*, 23. *quæſtionem principalem, de ſententia excommunicat. Gygas de penſionibus, quæſt.* 36. *Miles in repertorio*, verbo, *iuſtus metus. Franciſcus de Platea de excommunicatione*, §. 46. *nu.* 10. *Philippus Probus addit. ad Monach. rubrica de renuntiat. in* 6. *num.* 21. *Roſella excommunicatio*, 1. *caſu* 29. *num.* 12. *Angelus*, verbo, *metus, num.* 4. ubi *Sylveſt. quæſt.* 5. *Tabien. quæſt.* 1. *num.* 2. *Covar.* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 3. §. 4. *num.* 12. *Villalobos in communibus opinionibus, littera M.* verbo, *Metus, nu.* 73. *Cuccus inſtitut. maiorat. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 173. *Padilla l. Interpoſitas, num.* 14. *C. de tranſact. Maſcard. de probat. concluſ.* 1055. *num.* 50. *Burſatus conſ.* 72. *num.* 54. *vol.* 1. *Flaminius de reſignat. benefic. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 134. *iuncto num.* 142. *Vgolin de cenſur. tabul.* 2. *cap.* 24. in principio, *num.* 1. *Palatius in* 4. *diſt.* 29. *diſput.* 1. *Henriq. de matrimonio, cap.* 40. §. *Iam ex prædictis.*

Addo deinde omnem alium metum caden- 3
tem in virum conſtantem facere invitum; eſt autem metus cadens in virum conſtantem, quando aut mors ipſa, aut corporis cruciatus gravis, aut univerſorum bonorum, aut partis eorum amiſſio interminatur; argumento *cap.* 1. *& cap. Ad audientiam, & cap. Cum dilectus, de his, quæ vi, & l. Propter litem, ff. de excuſat. tutor.* Item ſubtractio magni lucri, ut docet *Cynus in l. Interpoſitas, C. de tranſactionibus. Anchar.* & alij, cum *Sanch. lib.* 4. *de matrim. diſp.* 5. *à num.* 27. *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 32.

Si quæras, qua ratione probetur metus? Cõ- 4
ſulendi tibi ſunt *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt. tota præſumpt.* 4. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1055. & ſequentibus. *Sanch. lib.* 4. *de matrimon. diſput.* 27. per totam.

In text. ibi, Annali pœnitentia. 5
Meminère huius textus, & pœnæ *Summa Aſtenſ.*

2. part. lib. 7. tit. 16. art. 7. caſu 41. *Angelus*, verbo, *ſuſpenſio*, 1. nu. 4. & verbo, *Ordo*, 1. num. 24. *Sylveſt.* verbo, *ſuſpenſio*, quæſt. 6. & ibi *Tabien.* nu. 7. verſ. *Sexto*, caſu 3. *Vivald.* tit. de *ſuſpenſione*, nu. 52. *Sayr.* de cenſur. lib. 4. cap. 6. nu. 23. *Henriq.* lib. 13. de excõmunicat. & *ſuſpenſione*, cap. 38. num. 3. & in Comment. littera N, *Suar.* de cenſur. diſp. 31. ſect. 5. num. 6.

6 In textu, ibi, Miſſas facere non præſumat. Colligunt proximè citati Doctores, hanc annalem à ſacrificio Miſſæ ſuſpenſionem eſſe ipſofacto, vide eos locis allegatis.

CAP. Geſta. II.

SVMMARIVM.

1 *Ordo eſt Sacramentum voluntatis.*
2 *In caſu neceſſitatis compelli poſſunt laici ad ſuſcipiendos ordines.*
3 *Quando detur præceptum nubendi, & quem obliget?*
4 *Vtrum aliquando obliget religioſos, & ſacerdotes?*
5 *Vtrum religioſus obligari poſſit ad maiorem perfectionẽ, quàm profeſſus eſt?*
6 *Habens beneficium poteſt compelli, ut intra annum ordinetur.*

1 IN textu, ibi, Nolens ad ſacerdotium. Colliges ex hoc ſuperiori textu, Sacramentum ordinis eſſe Sacramentum voluntatis, neminemq; ad illud cogi poſſe, quod etiam probatur *cap. Quanvis, de ætate, & qualitat.* notavit *Cæſar Lambertinus de iure patronat. 1. part. lib. 2. art. 18. quæſt. 7. principali, num. 4.*

2 An verò in caſu neceſſitatis, & cum V.g. in Republica chriſtiana defecerint clerici, qui Sacramenta adminiſtrent, poſſint compelli laici prudentes, & digni ab ordinarijs eccleſiaſticis, ut ordinentur, & miniſtri fiant Sacramentorum? Affirmant *Hojeda de benef. incompatibilitat. 2. part. cap. 9. nu. ult. Cæſar Lambertin.* ubi proximè, nu. 6. verſ. *Fallit* 3. ubi citat *textum in cap. Placuit*, & *cap. Conſulnit, hac diſt.* 74. *Goffredus in ſumm. tit. de ætate, & qualit. à nu. 10. Henriq. lib. 10. de Sacramento Ordinis, cap. 4. nu. 3.* ubi cum multis, *littera M & N.* facit *Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 17.* in fine. Nam ſicut Sacramenta neceſſaria ſunt ad ſalutem animarum, ita miniſtri talium Sacramentorum ſunt neceſſarij. Adde poſita ad *cap. Innovamus, num. 2. diſt. 60.*

Similis quæſtio agitatur de matrimonio quod etiam eſt Sacramentum voluntatis. Vtrũ ſcilicet detur aliquod præceptum, quod obliget Rempublicam in communi, ut in caſu neceſſitatis compellat particulares, ut matrimonium ineant? Affirmant *S. Thom. 4. diſt. 26. q. 1.* & ibi *Paludan. q. 3. Durand. q. 2. Soto q. 1. art. 1. Ledeſm. 2. p. q. 43. art. 2. Angles in floribus, 1. part. q. 1. de eſſentia matrimon. diſp. 26. q. 1. art. 2. diffinit. 3. Viguerius lib. inſtitut. cap. 16. §. 7. verſ. 3. Bartholom. de Ledeſm. de matrimon. dubio 3. Petrus Ledeſma de matrimon. q. 41. art. 2. Ludovicus Lopez 2. p. inſtructor. de matrimon. cap. 34. Vivald. in Candelab. 1. p. de matrimon. nu. 9. Vega lib. 3. ſumm. caſu 144. Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 1. nu. 5. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 2. nu. 3.* 2

Addunt *Soto, Angles. Vivaldus nu. 10. Bartholo à Ledeſm. Ludovicus Lopez, Vega, Sanch.* omnes ubi ſupra, & præter hos *Molina tom. 1. de iuſtitia, tract. 2. diſput. 22.* talem poſſe eſſe neceſſitatem, ut etiam ſacerdotes, & religioſi compelli poſſint ad matrimonium. 4

In textu, ibi, Vt nemo creſcere compellatur. Vtrum religioſus obligari poſſit ad maiorem perfectionem, quam profeſſus ſit? *Sanch.* qui textum refert 2. *tom. in Decalog. lib. 6. cap. 5. D. Thom. 2 2. q. 104. art. 5. ad 3. Decius in cap. Ad noſtram, nu. 6. de appellat. Navarr. conſ. 17. nu. 6. & 7. & conſ. 81. nu. 3. de regular. Tolet. lib. 7. cap. 16 fr. Emman. tom. 1. q. 44. art. 1.* 5

In textu, ibi, Ad ſacerdotij ordinem provehitur. Quid ſi epiſcopus compellat ſubditũ habentem beneficium curatum, ut intra annum ordinetur presbyter, & ipſe invitus ordines ſuſcipiat, erit ne epiſcopus ſuſpenſus per annum à celebratione miſſarum? Reſpondetur negativè ex *cap. Quæris à nobis*, & *Gloſſa* ibi cum Doctoribus, *de ætate, & qualitate.* Ratio eſt quia talis, ex quo vult beneficiũ, non eſt ſimpliciter invitus, ſed ſecundum quid; lege *Sayrum de cenſuris, lib. 4. cap. 6. num. 23.* in fine. *Henriq. lib. 10. de Ordine, cap. 4. num. 3. & in Comment. littera N.* vide poſita ad *cap. Innovamus, nu. 5. diſtinct. 60.* 6

CAP. Si qui III.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus noſtri textus meminit.*
2 *Dictio*, qui, *quam ſignificationẽ habeat?*
3 *An ſit credendũ allegãti ſe criminoſum?*

1 IN textu. Cuius meminit *Archidiac. in cap. Honoratus, num. 2. in principio, infra, hac eâdem diſtinctione.*

2 In textu, ibi, Qui. Dictio, *qui*, vel *quis*, eſt terminus communis, ideo plus non importat maſculum, quàm fœminam. *Decius conſ. 693. num. 2. verſ. Non obſtant*, plenius *conſil. 338.* ubi dicit cõmunem. Limita, quãdo ſumus in materia odioſa, vel correctoria. *Decius dicto conſ. 338. verſ. Nec obſtat*, in principio, declarant *Cynus. Alberic.* & alij, in *l. Quicumq;*, *Cod. de ſervis fugitivis*, quos refert *Tuſch. tom. 2. lit. D. concluſ. 353.*

3 In Gloſſa, verſ. Sed quid. Diſputat Gloſſa, an quando quis allegat ſe criminoſum, vel inſufficientem, ut ad ordines non promoveatur, ei ſit credendum? De quo videbis *textum in cap. Quærit, de ætate, & qualitate*, ubi *Butrius*, ibidem, *nu. 9. & 10. Abb. num. 8. & 11. Boer. deciſ. 223. nu. 1.* & ſequentibus.

CAP. Placuit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Gregor. Lopez noſtri textus meminit.*
2 *Qui promovetur de minori, ad maius eſt promovendus.*
3 *Verbum*, volo, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Cuius meminit *Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 31. Gloſſa 4. & l. 32. Gloſſa 2.* & per illum controvertit, an coactus ad ordines coactione conditionali teneatur continere? De qua quæſtione vide *Hoſtienſ. in cap. Maiores, de baptiſmo, & eius effectu, num. 38.* in verbo, *conditionaliter. Navarr. in Manual. cap. 22. num. 51. & 52. & ſub tit. de his, quæ vi, conſ. 12. num. 4.* & ſequentib. *Ballhaſ. Megollon. in tract. de his, quæ vi, cap. 8. §. 2. num. 13. Henriq. in ſumm. lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 14. §. 3. & lib. 12. de matrimon. cap. 5. nu. 9. Vega in ſumma, tom. 2. cap. 57. caſu 6. Emmanuel. Rodrig. tom. 1. ſumm. cap. 22. num. 5. & tom. 2. cap. 96. num. 4. concluſ. 4. Petr. de Leſſina in ſumm. part. 1. de Sacrament. Ordinis, cap. 6. difficult. 3. Sayr. in clavi Regia. lib. 6. cap. 4. num. 20. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 55. num. 2. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſp. 29. num 5. Ægyd. Coninck de Sacrament. tom. 2. diſp. 20. dub. 14. num. 143.* cum quibus omnibus conclude coactum ad ordines, & gravi metu initiatum, non teneri ad continentiam obſervandam.

In textu, ibi, Ampliorem. Igitur ad 2
parem, vel minorem epiſcopus eum vellet cõpellere, rectè poteſt ei contradicere. Nam qui provehitur, de minore ad maius eſt promovendus, ut obſervat *Turrecrem. in præſenti.*

In textu, ibi, Volentibus. 3
Volo, eſt verbum diſpoſitivum, quando non expectat ad ſui eſſentiam actus alterius voluntatis. *Alexand. conſ. 190.* plura *num. 32. verſ. Quia verbum volo, lib. 6.* & ibi *Additio littera E. Tuſchus tom. 2. littera D. concluſ. 399.* Velle aliquid, quando importet de futuro, vel de præſenti; vide eundem *Tuſchum tom. ult. littera V. concluſ. 40.* vide etiam ad *cap. Archidiaconum, 79. num. 2. infra, diſtinct. 81.*

CAP. Epiſcoporum. V.

SVMMARIVM.

1 *Ordo in ſedendo debet obſervari.*
2 *Propter ſimplicitatem, an privetur quis beneficio?*
3 *Tiraquellus noſtram Gloſſam ſequitur.*

1 IN text. ibi, Poſteriorem priori? Debet igitur in ſedendo ordo obſervari, ut declarat *Albericus in rubr. de ſtatu hominum*, qui vocatos admittit ſecundum ordinem promotionis in tempore, *l. 1. C. de conſulibus, lib. 12. l. 1. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12. cap. Epiſcopor. 17. diſt. cap. ult. 25. diſtinct. Caſſan. in Catalog. gloria mundi, 7. part.* poſt principium, quem refert *Gama deciſ. 1. nu. 4.* qui noſtri textus meminit.

In textu, ibi, Propter ſimpliciorem naturam. Probat textus etiam ab archidiaconatu repellendum aliquem propter ſimplicitatem, & textus non ſolum intelligitur de illo, qui ſimplicitatem habebat, quando fuit electus, ſed etiam de illo, qui prudentiſſimus erat tempore electionis, ſi poſtea ſuperveniſſet ſimplicitas ob aliquam ægritudinem, vel perculſionem, ut extendit *Navarr. in cap. Si quando, de reſcript. except. 11. num. 7. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 426. num. 3.* qui noſtri textus meminit.

In Gloſſa 1. ad fin. ibi, Meliorem præferendum. Etiam melior ſemper eſt præferendus antiquiori, quia virtus, & bona fama præfertur

ſertur ætati, & dignitati; *textus in l. Vnicuiq;*, & ibi notat *Bart. Cod. de proximis ſacrorum ſcriniorum, lib.* 12. poſt *Bald.* & alios *Tiraquel. de iure primogenior. in prefatione, num.* 152. qui Gloſſam ſequitur.

CAP. Quorundam. VI.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa, propter quas parochus non tenetur reſidere.*
2 *Cauſa, propter quas loca ſanctorum ſunt tranſmutanda.*
3 *Monachus an promoveatur ad beneficium, vel canonicatum?*

1 IN textu, ibi, Et loci qualitate. Igitur, ſi aer eſt infirmus, & peſtilens, non tenetur parochus reſidère, ut ex noſtro textu notavit *Gregor. Lopez partit. 1. tit. 16. l. 19. Gloſſa 8. cap. Ad ſupplicationem, de renuntiatione*; vel ſi non poteſt ſecurè in Eccleſia morari propter inimicitias, *cap. Bone memorie Maguntina, de electione, cap. Paſtoralis, 7. quæſt. 1. Gregor. Lopez*, ubi proximè, latiſſimè *Azeved. conſil. 25. num. 6.* & deinceps, ubi plura iura cumulat. Adde *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat.* poſt principium, verſ. *Nam cum chriſtiana*, ubi *Barboſ.* plures DD. citat, & adducit cauſas aliquas, propter quas non tenetur quis reſidere.

2 Ibi, Fugam quærat. Nonnullis ex cauſis loca ſanctorum ſunt tranſmutanda. Prima, cum neceſſitas perſecutorum loca eorum gravaverit. Secunda, cum ad eum locum adiri non poſſit. Tertia, cum malorum ſocietate gravatur. Quarta, ad meliorandam Eccleſiam. Quinta, quando locus eſt periculoſus, quia ibi ſunt prædones. Sexta, communis utilitas; quas omnes enumerat *Rebuff. in praxi beneficiali, part. 1. tit. de erectione in curatam, num.* 4. & ſequentibus, ubi *num.* 5. noſter textus meminit. *Menoch. de arbitrar. caſu* 423. *nu.* 12. & ſequentibus. Adde poſita ad *cap. Quia aliquanti, diſt.* 82.

3 In Gloſſa, verbo, Syracuſana. Docet Gloſſa, quod monachus non poteſt eſſe ſæcularis canonicus; licet poſſit eſſe prælatus; de quo diſputat *Abb. in cap. Quod Dei timore, nu.* 5. *de ſtatu monachorum. Sylveſt.* verbo, *Religio*, 7. *nu.* 5. & 6. *Paulus Fuſch. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 78. qui omnes noſtræ Gloſſæ meminêre. Vide *textum in cap.* 1. 8. *quæſt.* 1. & *in Clement.* 1. *de electione, cap. Si religioſus, & cap. Quorundam, de electione, lib.* 6.

CAP. Vbi. VII.

SVMMARIVM.

1 *Staphileus noſtri textus meminit.*
2 *Privilegium, quando per abuſum amittatur? & num.* 3.
4 *Lex Caſtella deſumpta fuit ex noſtra Gloſſa.*
5 *Greg. Lopez noſtram Gloſſam approbat.*

1 IN textu. Cuius meminit *Staphileus de lit. gratia, fol.* 197.

2 In textu, ibi, Privilegium meretur amittere. Quando, & quomodo amittatur privilegium per illius abuſum, vide *textū in cap. Vt privilegia, de privilegijs, & in cap. Privilegium*, 11. *q.* 3. & *in cap. Licet, de regularib. cap. Contingit*, 2. *de ſentent. excōmunicat. cap. Recolentes, de ſtatu monachor.* ubi *Gloſſa*, verbo, *cōmuni iure*, *l. Qui ſine*, 40. *iuncta Gloſſa ff. de negot. geſtis*, cum multis alijs, de quibus *Damaſus in tract. de differentia vulgari, membro* 3. *nu.* 28. *Aufrer. in Clement.* 1. *nu.* 12. *de officio ordinarij. Cardinal. Tuſch. tom. 6. lit. P. concluſ.* 754. & ex profeſſo melius, quam omnes explicat *P. Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 36. per totum, qui noſtri textus meminit; eandem concluſionem ad varios caſus adducentes, in primis, quòd ſcholaſtici otioſi, qui non ſtudent, & ſcholas non frequētant, non gaudent privilegijs ſcholaſticorum, nec abſentes cauſa ſui ſtudij fructus percipiant ſuorum beneficiorum. *Garcia de benef. part.* 3. *cap.* 2. *à num.* 54. *Andreas Gallus de areſtis imperij, cap.* 10. *num.* 1.

3 Dicitur privilegium amitti p abuſum, quãdo privilegiatus metas privilegij ſui excedit, ut in *diſt. cap. Vt privilegia*; quia ſcilicet religioſi, de quibus ibi confratres tempore interdicti tradebant eccleſiaſticæ ſepulturæ, prava interpretatione privilegiorum, quæ minime competebant eo caſu; ſic in *cap. Tuarum, de privilegijs*, ubi laici miſſi ab eiſdem religioſis pro eleemoſynis colligendis, presbyteros ab epiſcopis ſuſpenſos abſolvebant, & cruce ſignati prædicationis officium exercebant, contra privilegiorum formam, & prohibitionem iuris, quod ſimiliter obſervabis. Circa noſtrum textum alia multa proſequitur *Pater Suar. à num.* 3. & *à nu.* 7. uſq; ad finem, & benè explicat per huiuſmodi abuſum non amitti privilegium ipſo iure,

quod etiam obſervavit *Damaſus, vbi ſupra.* Nam verba, quibus Pontifices regulam conſtituunt, ibi. *Meretur amittere,* contrarium aperte ſignificant,& apertius *textus in cap.* 2. in fine, *de poſtulatione prælatorum.*

4 In Gloſſa 1. in principio. Vide *Greg. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 32. *Gloſſa* 1. ubi ait, legem illam ortum habuiſſe ex noſtra Gloſſa, & ex illis, quæ tradit *Hoſtienſ. in ſumm. de etat. & qualit.* §. *Ordo,* verſ. *Quæritur etiam vtrum coactus.*

5 In eadem Gloſſa, verſ. Sed nunquid. Diſputat Gloſſa, an coactus ad ordinem coactione conditionali teneatur continere? De quo vide *Gregor. Lop. part.* 1. *tit.* 6. *l.* 32. *Gloſſa* 2. qui noſtræ Gloſſæ meminit,& eam ſequitur; de quo diſputat *Turrecremat. in præſenti, num.* 2. & nos late diximus *hac eâdem diſt. cap.* 4. *num.* 1. vbi eundem *Gregor.* cum alijs adduximus. Ibi nos lege.

CAP. Honoratus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui ordinaverit ſubditum invitum, an teneatur ad damna?*
2 *Recuſans venire ad iudicium, contra illum præſumetur.*
3 *Victus an ſemper condemnetur in expenſis?*

1 IN textu. Collige ex illo reprehendi prælatum, qui transfert ſubditum invitum etiam ad maiores ordines, malo zelo; & dicit hîc Gloſſa, quòd epiſcopus tenetur ad damna, & expenſas clerico translato, ſequitur *Prapoſitus in præſenti, num.* 1. *Bellamer.* in principio.

2 In verſ. Quam, ibi, Ad iudiciũ. Ex quo enim recuſat, quis venire ad iudicium, præſumptionem parit contra ſe, quod videtur de cauſa diffidere, *cap. Chriſtianis,* 11. *quæſt.* 1. obſervat *Turrecremat. num.* 1. *Prapoſ.* verſ. *Nota præſumi;* unde non venientes poſſunt excõmunicari, *cap. Super his, de maioritate,* tradit *Dueñas regula* 261.

3 In Gloſſa, verbo, Tot ſcriptis, ibi, Puniri debet in expenſis. An, & quando quis debeat puniri in expenſis? Vide *Hippolytum de Maſilijs in l. Patre, & marito, num.* 43. & ſequentibus, *ff. de quæſtionibus,* vbi poſt alios tradit, quòd licet victus victori condemnetur in expenſis, fallit niſi ipſe victus habuerit pro ſe vnam opinionem approbati Doctoris, ita dixit *Zabarela in Clementin.* 2. *de magiſtris,* & volunt Doctores in *l. Medicos, Cod. de profeſſoribus, & medicis, l.* 11. *Abb. in cap. Calumniam,* in fine, *de pœnis,* vbi dicit, hoc voluiſſe *Ioannem Andream in cap.* 1. *de conſtitut. lib.* 6. verſ. *Sed neque ex multitudine;* ad quod etiam allegat *textum in l.* 2. §. *Sed neq;, Cod. de veteri iure enucleando.* Fallit ſecundò, niſi victus fundaſſet intentionem ſuam ſuper textũ habentem varios intellectus, vt dixit idem *Abbas,* vbi proximè, pro quo facit dictum *Bald. in l. Nequicquam,* §. *Vbi decretum, ff. de officio proconſulis,* vbi dicit, quod illius, quod multipliciter exponitur veritas ignoratur, proſequitur latè *Hippolyt. num.* 46. & ſequentibus. *Menoch. de arbitrar. caſu* 177. *à num.* 1. quo in loco cumulat iuſtas cauſas litigandi.

CAP. Conſuluit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Gregor. Lopez noſtri textus meminit.*
2 *Senior in beneficijs iuniori præfertur.*
3 *Dictio,* Saltem, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Cuius meminit *Greg. Lopez part.* 1. *tit.* 6. *l.* 31. *Gloſſa* 2.

In textu, ibi, Maturiores ætate: 2 3 Ponderat *Tiraquel. de iure primogenior, in præfatione, nu.* 182. & per illum docet, quod in honoribus eccleſiaſticis, in beneficijs, & cæteris muneribus ad religionem pertinentibus ſeniores eſſe iunioribus præferendos, *Cynus in l. Cum quid,* in principio, *ff. Si certum petatur. Bald. conſil.* 167. *Ordinatio teſtamenti,* in fine, *lib.* 4. *Bart. conſil.* 23. *ſcripſit Propheta col. vlt. lib.* 1. *Purpurat. in l. Procuratores, col.* 2. *Cod. de edendo.* Vide quæ ſcripſimus ad *cap. Miramur,* & *cap. Statuimus,* ſupra, *diſt.* 61. Adde etiam pro reuerentia debita ſenili ætati ſeniores iunioribus eſſe præferendos, non ſolum in ſeſſionibus, ſed etiam in fetendis, iudicijs, atque in electionum ſuffragijs. *Mar. Anton. var. lib.* 1. *reſol.* 81. *nu.* 1. *Tiraquel. de nobilitat. cap.* 20. *nu.* 52. *& de iure primogen. in præfat. nu.* 111. *&* 112. Honor enim debetur antiquiori, *Riccius in praxi, deciſ.* 580. *nu.* 4. *in* 1. *edit. & reſol.* 555. *in* 2. *edit.*& omne per antiquitatem fit nobilium *l.* 1. *ff. de albo ſcribi l.* 1. *C. Vt dignit. ordo ſeruetur, l. Honores, C. de decurion. lib.* 10. *Caſtan. in Catalog. gloria*

Gloria mundi. part.4. conſiderat.36. Valdes. de dignitate Regum regnorumque Hiſpaniæ capit. 5. numer. 3. Quapropter minores maioribus natu debitum honorem, ac reverentiam debent exhibere. *Caſſan.* citat. *part.2. conſid. 10. Rebuffus in tract. nominat. queſt. 14. numer.49. Stephanus Grat. diſcept. forens. cap.284.*

In fine textus, ibi. Saltem.

Quæ dictio adiecta diſpoſitioni numerali non excludit maiorem numerũ,quàm fuit expreſſus,ut ſi dicatur quòd debeant eſſe tres canonici ſaltem, poſſunt adeſſe quatuor, quia non reſtringitur diſpoſitio. *Geminian. conſil. 37. Dubitatur de duobus,numer. 5.* verſ. *Secundo, & de alijs ſignificationibus.* Vide *Bald. conſil. 69. factum tale eſt quidem pleniori, numer 7.* verſ. *Contrarium lib.1. Cardin. Tuſch.tomo 2.littera D.concluſione 367.*

DISTINCTIO. LXXV.

CAP. Ordinationes epiſcoporum. I.

SVMMARIVM.

1 *Ludovicus Soto maior noſtri textus meminit.*
2 *Conſecratio epiſcopi an debeat fieri in die dominica.*
3 *Omiſsio ſolemnitatis an vitiet actum?*

1 IN textu. Cuius meminit, & eius materiam late proſequitur. *Ludovicus Soto maior in Epiſtola 1. ad Timotheum capit. 4. folio 636.*

2 Ibi, Die Dominica. An ad conſecrationis epiſcopi ſubſtantiã ſpectet, ut fiat die Dominica, & re divina facta? Negative reſpondet *Azor. tom.2.inſtit. moral.lib.3. cap.30.* poſt principium verſ. *poſtremo,* quia hoc eſt præceptum iuris Canonici,non ipſius conſecrationis ſubſtantia, de quo etiam *Sala,ed. in practic.crimin.cap. 26. litera A.* verſ. *Epiſcoporum,* qui noſtri textus meminere. Adde *cap. quod ſicut, §. Super eo de electione.*

3 In Gloſſa, verbo, Tertia, ibi; Si omiſſa eſt, ſuppletur. Ponderat *Felin.* & ex illa deducit quòd omiſsio ſolemnitatis,quæ potest actum ſecqui poteſt, non illum vitiat ipſo iure, ubi additio littera A. multa adducit *Bart.in l. ſi ita qui, §. Ea lege* verſ. *Quæro utrum probibitio ff.de verborũ obligat. & in l.bis conſequenter, §. 1. ff. famil.herciſcund. Bald.in Rubr.Cod. de reſcind. vendit. ad mediũ. Abb.in cap. Quoniam frequenter in principio ut litenon conteſtata.*

CAP. Quoniam. II.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus infra tres menſes debet conſecrari.*
2 *Dictio,* forte, *quid ſignificet? & numer. 3.*

IN textu. Collige ex illo ultra tres mẽſes non debere differri epiſcoporũ ordinationem, de quo *Navarr. in Manuali cap.25. num.118. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 32. tractat.2.cap.24.num 58. Rebuff. in praxi part.1.titul. forma vicariatus num.34* qui noſtri textus meminit,quem innouavit *Concil. Trident.ſeſs. 23. de reformatione cap.2.* ubi ponit pœnam de fructibus perceptis reſtituendis. 1 2

In textu,ibi, Fortè. Quæ dictio regulariter importat dubitationem in facto. *Iaſon. in l. ſi ex falſis,num.5.de tranſactionibus* per illum textum,& eſt textus ſimilis *in l.& fortè in principio, & in §.1. ff.de ſervis venditis, & in l. 1. §. 1.* iuncta Gloſſa, verbo,*adiecta cauſa. ff de rei vindicatione cap. 2. de ſponſal. Decius in l.ſi quis Imperatorem. num.1 C.qui teſtamenta facere poſſunt. Pariſius conſ.19.vol.2.n.18.* ſubdens illam dictionem inducere dubitationem,nec excludere omnes caſus, ut traditur per *Gloſſã* verbo,*forté in cap.ex parte de celebratione miſſarum,& in cap. ſi fortè de electione in 6.* & ideo teſtis deponens per verbum *forté*, nihil concludit, quia videtur dubitativè deponere *Anton.de Butr. conſ. 45.* verſ. *& non obſtat,* ſequitur *Iaſon. in l.in ſubſtitutione, numer.5. ff. de vulg. & pupil.* 2

Quando verò dictio, *fortè* ponitur ſuper iure,tunc non inducit dubitationem, *ex Iaſ in d. l.in ſubſtitutione num.5. ff.de vulg. & in l.ex falſis, nu. 5. Cod. de tranſact. Rota conſ. 170 numer. 5. vol 2.* & probatur *in cap.2.* verſ. *Neceſſarium.* & ibi *Gloſſa* verbo,*fortè de teſtamentis. & in cap. quam ſit rerum,* & ibi *Gloſſa*, verbo, *ſi forte in fine de penitentia diſtinctione 1 l.ſi filius familias ff de procuratoribus l. ſi duo ff.de arbitris. Abb.numer.3. Felin.num.10. in cap. accedens in 1.ut lite non conteſtata.* Vide Doctores 3

decidentes per similem dictionem dicuntur absolute decidere *Alex. conſ. 19 num. 11. lib. 5. Craveta conſ. 91 num. 4. Gloſſa in l. ſi duo ff. de receptis arbitris, Meno. h. conſ. 25 nu.* 14. Similiter valet ſententia, ſi iudex dicat *Condemno Titium in decē. quia forte debitor eſt*; nam dictio *forte*, importat certitudinem in eo caſu, *ex Iaſone dict. num. 5. Felin. in d. cap. accedens num.* 11. verſ. *Secundo nota*, plures refert *Cenedo ſingul. 36. num. 4. Tuſch. tomo 2. litter. D. concluſione* 281. cum quibus proſequere.

CAP. Ordinationes presbyterorum. III.

SVMMARIVM.

1 *Ordinati extra tempora, an ſint ſuſpenſi?*
2 *Quo in loco debeant ordines celebrari?*

1 IN textu, ibi, Tempore cōgruo. Igitur qui ordinatur ordine ſacro extra tēpora à iure ſtatuta ſuſpenſus eſt ab ordinibus, & ſi miniſtraverit irregularitatem contrahit, de quo vide *Paul. Fuſch. de viſitatione lib. 2. capit. 28 num. 36. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 9 & lib. 3. cap. 28 num. 10.* verſ. *tamen hodie. Vivald. in Candelabro eccleſiæ, titulo de ſacramento ordinis, nu. 37. Bernard. Diaz. in practica criminb. cap. 22. Navar. in Manuali cap. 25. nu. 70. Gutierres lib. 1. canonicarum quæſt. cap. 26 num.* 18. plures refert *Cenedo ad Decretum collect* 52. qui plura circa noſtrum textū refert, & *num.* 2. diſputat. An taliter ordinatus ſi celebraverit, poſsit abſolvi ab irregularitate, quam contraxit, virtute Bullæ cruciatæ, vel alterius privilegij, ſeu Iubilei?

2 In Gloſſa, verbo. tempore. Docet *Gloſſa*, debere ordinationem fieri in maiori eccleſia. Vide *Sylveſtr.* verbo, *ordo 2. n* 8 *Tabiena ordo 5. §. 1.* ſed licet epiſcopo eos dare ubi libuerit, etiam in domo, prout hodiernus vſus demōſtrat, dū nodo epiſcopalis domus ſit, ut inquit *Henriq in ſumma lib. 10. cap. 11. §. 8.* tamen illos dari poſſe etiam in domo non epiſcopali, & tanquam teſtis, poſt alios, quos refert, tradit *Campanil. diverſ. iur. Can. Rubric. 6. capit. 2. num. 17. Rebuff in praxi part. 2. titulo de clericis male promotis, num. 5.*

CAP. Quod à Patribus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa quatuor temporum quando dicenda?*
2 *Olim Miſſa Reſurrectionis noctu dicebatur.*
3 *Peres noſtrum textū citat ad elegantem quæſtionem.*

1 IN textu. Collige ex illo, in diebus quatuor temporum, & in ſabbato ſancto poſſe miſſam dici poſt horam nonam diei, ideſt in quarta diei parte, quæ ab hora tertia pomeridiana incipit; quia olim ita fiebat, ut tradit. *D. Thom. 3. part. quæſt. 83. art. 2. ad tertium.* At verò licitum eſt antiquam conſuetudinem innovare, ut ſentit *Navarr. de horis Canonicis c. 3. num. 42.* ubi noſtri textus meminit, ſed melius *Suares* exiſtimat iam illos ritus fuiſſe omnino abrogatos, & ideo non licere, etiamſi ordinationes ſint faciendæ, vel officium ſabbati ſancti ſit dicendū, veſpertina hora illud inchoare, quem late videbis, *3. tom. de ſacramentis diſput. 80. ſect. 4. §. Sed quares.* Præſertim quia Pius V. motu proprio vetuit omnes nocturnas, vel matutinas miſſas etiam in ſabbato ſancto.

2 In textu, ibi, Quæ luceſcit in prima ſabbati. Igitur iuxta conſuetudinem antiquam miſſa Reſurrectionis noctu dicebatur; ex ea ratione quia Dñs noſter, noctu reſurrexit; imò ait *D. Thom. 3. p. q. 83. art. 2. ad 4. in fine.* Illam miſſam dici ſolitam circa noctis principium *cap. ſolent de conſecratione diſt. 1.* quod intelligendum eſt quantum ad prophetias, & alias cæremonias, quæ illa nocte fiebāt ante Miſſam; nam miſſa non inchoabatur ante dimidiam noctem; ut benè ponderat *Suares 1. tomo de ſacramentis diſp. 80. ſectione 4. §. ſecunda excepio*; nunc verò obſervat iam illam conſuetudinem ceſſare, dicturque illa miſſa ſabbato ſancto paulo antè meridiem.

3 In textu, ibi, Poſt diem. Ponderat *Peres lib 7. ordinamenti, titulo 2. f. 22. fol. 208. §. item*, & per illum docet, quòd cum quis dixerit, *poſt diem ſabbati*; hoc ſermone non includitur dies ſabbati quod inducit ad quæſtionem, quando quis renuntians officium publicum, poſt renuntiationem factam, viginti dies vivere tenetur, ſi in vigeſimo die reſignationis fuerit mor-

mortuus, an vacet officium, aut beneficium per mortem, & non per reſignationem? Adde circa textum *Salzedo in practica crimin. cap. 26. littera A. Rebuff. in praxi benefic. part. 2. titulo de clericis ad ſacros ordines malè promotis, num. 20.*

CAP. Quod die. V.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminere.*
2 *Dies Dominica, dies eſt lætitiæ.*
3 *Peccat qui diebus Dominicis negotia exercet.*
4 *Epiſcopi die Dominico conſecrantur.*

1 POſt principium textus, ibi, Paulus, & Barnabas. Citant. *Turrec. in cap. quis neſciat, num. 1. ante finem*, ubi *Præpoſit. num. 4. & 8. diſtinctione* 11. *Caietan. tom. 1. tractat. de authoritate Papæ, cap. 2.* poſt medium, & per illũ late diſputant de comparatione poteſtatis Petri primi Papæ, & aliorum Apoſtolorum; de quo vide quæ ſcripſimus *ad cap. in novo, num. 3. & ſequentibus, ſupra diſtinctione* 21.

2 In textu, poſt medium, ibi, In die Dominicę Reſurrectionis. Ponderat. *Paulus Fuſchus de viſitatione lib. 2. cap. 21. num. 41.* & ex illo deducit, quod laici circa obſervationem feſtorum ſubduntur epiſcopo, & puniuntur, non obſervantes, ne fiant mercata, & nundinæ. *cap. 1. de feriis, cap. 1. de conſecratione, diſt. 3.* Maximè in diebus Dominicis; talis enim dies celebrari admodum, & venerari debet; cum in illo mundus ſumpſit exordium per Reſurrectionem Chriſti, mors interitum, & vita accepit principium. *Cardinal. Hoſius lib. confeſſion. præcepto. 3. cap. 39. Soto lib. 2. de iuſtitia q. 4. ar. 4 late Peres lib. 1. ordinamẽ. i tit. 1. l. 5. Gloſſa* 1. poſt principium, qui etiam noſtri textus meminit.

3 Vnde infert *idem Peres*, peccare diebus Dominis negotia exercentes, faciunt enim contra præceptum Levit. 23. de ſabbato ſanctificando, cui feſta eccleſiæ ſuccedunt. *S. Antonin. in ſumma 2. part. titulo 9. cap. 7. §. 3.* tranſgreditur enim præceptum canonis, ergo peccat, *textus, in cap. 2. de maiorit. & obedient.* Quod tamen fallit, ſi neceſsitas urgeat, vel pietas ſuadeat, *idẽ Peres* ubi proximè verſ. *unde infero*, latiſsimè, & eleganter *Franciſc. Suares tomo 1. de religione lib. 2. c. 17. 18.* & ſequentibus.

4 In Gloſſa 1. Benè expanit Gloſſa verbum *Succedatum* de epiſcoporum conſecratione, quæ die Dominico celebratur argumento *textus in cap. olim 95. diſtinct.* ſequitur *Turrecrem. in præſenti in expoſitione literæ, Præpoſitus, num. 1.*

CAP. Quando. VI.

SVMMARIVM.

1 *Rebuff. noſtri textus meminit.*
2 *Dictio*, ubi, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Collige ex illo minores ordines dari poſſe, quando, & ubi epiſcopo videbitur, ut ex noſtro textu tradit *Rebuff. in praxi p. 2. tit. de cleric. ad ſacros ordines malè promotis num 5.* ſacri verò nunquam, niſi in publica ordinatione, de quo etiam diximus *in cap. ordinationes presbyterorum, num. 2. ſupra hac eadem diſtinct.* de quo etiam vide *Turrecrem. in cap quod à Patribus, num. 2. hac eadem diſtinctione.*

2 In textu. ibi, Et ubi. Dictio, *ubi*, quandoque idem ſignificat quod dictio, *poſtquam* Gloſſa, verbo, *ubi in capit. 1. §. Vnde in veteri de ſacra unctione.*

CAP. Ordinationes. VII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *Ordines quare quatuor temporibus conferantur.*
3 *Prius ordinatus an præferatur alijs?*

1 IN textu. De quo meminere *Rebuff. in praxi beneficiali p. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines malè promotis num. 7. Valet Suares tom. 1. de ſacramentis diſput. 80. ſection. 4. ante finem* verſ. *ſed quæres primo.* De temporibus ordinationis, de quibus agit noſter textus; vide *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformatione, capit. 8. Henriq. in ſumma lib 10. cap. 12. à principio. Vaſquez de ſacramento ordinis diſput. 246. cap. 5. num. 46.* & ſequentibus, latè *Campanile diverſorum iuris Canon. Rubr. 6. cap. 1.* & ſequentibus.

Quare

24 Quare potius his temporibus, quam alijs ordines conferantur: tradit *Præpoſitus in cap. Quoniã, & cæterorum hãc eãdem diſtinct.* ſed melius *Rebuf.* vbi proxime, *num. 9.* ait introductum eſſe his quatuor temporibus fieri ordinationem ut ordinati exornentur, & ſub quatuor evangeliſtis ſervire Chriſto, & eccleſiæ moneantur: in vere, ut virtutibus floreãt, in æſtate, ut fructus afferant, in Autumno ut fructus operum metãt; in Hyeme, ut fructus collectos conſervent, & eis fruantur. Adde poſita *ad cap. 1. num. 2. infra diſtinct. 76.*

3 In Gloſſa ultima. Diſputat Gloſſa. Vtrum prius ordinati præferantur alijs in habẽdis honoribus licet poſteriores ſint meliores, de quo vide *Tiraquel. de iure primogenior in præfatione, num. 152. Azeved. in Rubr. tit. 2. lib. 6. nova recopil. num. 113. &* 2 114. qui late proſequuntur, & noſtræ Gloſſæ meminere. Vide *textum in l. 1. verſ. quis enim C. de conſul. lib. 12.* & quæ diximus *ad cap. epiſcopos ſupra diſt. 74.*

DISTINCTIO. LXXVI.

CAP. Ieiunium. I.

SVMMARIVM.

1 *Quibus temporibus ieiunia celebrentur?*
2 *Ratio propter quam ieiunatur quatuor temporibus.*
3 *Dictio, ſic, quid ſignificet?*

1 IN textu. Collige ex illo quod ter in anno apud Romanos olim celebrabatur ieiunium, poſtea *Calliſtus 1. in epiſtola 1. ad Benedictum epiſcopum anno à nativitate Domini 223. iuxta Helvandri Chronologiam,* quatuor temporum ieiunium inſtituit, Vere, Æſtate, Autumno, & Hyeme. In ipſa vero epiſtola traditur ratio ab ipſo Calliſto ex veteris teſtamenti ieiunio *Zachariæ cap. 8.* quod ex D. Hieronymo explicatur *in cap. ieiunium infra eodem,* ubi vide poſita, late *Covarr. lib. 4. reſolutionũ c. 20. n. 9. in principio,* qui noſtri textus meminit. Poſt ſeptennium deinde *Vrbanus Papa 1. in Concilio Placentino cap. 15.* decretum Calliſti anteceſſoris ſui renovavit, de quo *in cap. ſtatuimus infra eodem.*

2 Exiſtimatum eſt Dei præceptum de perſoluendis Deo primitijs, hoc ieiunio quadamtenus impleri, Nam cum quatuor ſint anni tempora, & in quolibet tres menſes, nos in initio cuiuſcumque, tres dies ad gloriam Trinitatis ieiunamus, atque ita cuiuslibet primitias Deo perſolvimus, non aliter, quàm decimas totius anni, quadrageſima compenſamus, & fiunt veluti expiatio temporis, quo liberalitate divina, vita fruimur, & cibo donamur. Cum enim nobis ſemper ieiunandum, & orãdum ſine intermiſſione ſit, datum eſt hoc fragilitati noſtræ; ut quod ſemper facere nõ poſſumus; certis tamen temporibus faciamus, & decimis voluti, & primitijs temporis perſolutis reliquum in privatos uſus redimamus; proſequitur eleganter *Alphonſus Ciaconius in tractat. de varia ieiuniorum obſervantia cap. 2.* Adde poſita *ad cap. vltim. num. 2. ſupra diſt. 75.*

In textu, ibi, Sic. Quæ dictio eſt conſecutiva ad 3 ſequentia, *Gloſſa 1. in cap. ſic populus 61. 1. quæſt. 1.*

CAP. Conſtituimus. II.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Mogontinum 1. quando celebratum?*
2 *In quatuor temporibus orationes fiebãt in templo.*

IN ſuperſcriptione, ibi, Ex Concilio Moguntino 1. Celebratũ ſub Leone III. Imperante Carolo Magno anno Domini 813. qui interfuerunt triginta epiſcopi, Abbates viginti quinque ut tradit *Padilla in Epithome conciliorum fol. 50.* At *Cardinalis Baronius tom. 9. Annal.* ait fuiſſe celebratum anno 847. Kalendis Octobris, ſub Rabano epiſcopo, Leone quarto Pontifice, & Lothario 7. Imperatore, ut habẽt *veteres Francorum Annales, à Pithœo editi.* Ex quibus redarguit *collectorem Cõciliorum tom. 3.* Pórro occaſio huius congregandi Concilij fuit, quia bona eccleſiarum, itemque iura, atque perſonæ à laicis invadebantur. Pertinet ad hoc cõcilium, quod habetur de pſeudoprophetiſſa, quæ inter alia deliria certum conſũmationis ſæculi diem, ipſumque eodem anno futurum, tanquam divina revelatione prædicabat. Diligenti verò de ea examine in ſynodo habito, publicis cæſa flagellis cum dedecore ſuis vaticinijs finem impoſuit.

In tex-

2 In textu, ibi, Quatuor tẽpora. Ieiunabatur in quatuor tẽporibus feria quarta sexta, & sabbato, quo & orationibus, & vigilijs, in templo populus christianus vacabat: Interim dum solemne ieiunium istud agebatur, in conventu ecclesiæ publicè legebatur historia, & passio Iob, aut eius laboribus, & æ̃rũnis perceptis, fideles ieiunij, & vigiliarum molestias facilius tolerarent. Quod & *Origenes dixit Cõmentariorum in Iob. lib. 1. Leo Papa 1. sermone 2. de Pentecoste*, prosequitur late *Alphonsus Ciacon. de varia ieiuniorum observantia cap. 2. fol. 8.* & nostri textus meminit. *Covar. lib. 4. resol. numer. 9. ad med.*

CAP. De ieiunio. III.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Salegunstadiense quando celebratum?*
2 *Gregorius Lopez nostri textus meminit.*
3 *Maius dignum trahit ad se minus dignum.*
4 *Dominica, & ieiunium simul concurrere non possunt.*

1 IN superscriptione, ibi, Ex Cõcilio Salegunstæ. Salegunstadiense Concilium episcoporum sex, cui interfuit Bruchardus Vormatiensis episcopus, doctrina, & sanctitate clarus sub Aribone Archiepiscopo Moguntino, tẽpore Benedicti Põtificis VIII. Atq; primũ omnium sacrorum ieiuniorũ sunt spatia dilatata, nempe ut omnes christiani, sub illorum episcoporum cura existentes, dies quatuordecim ante festivitatem sancti Ioannis Baptistæ, abstinerent á carnibus, & in Nativitate Domini similiter cohibita, & restricta numerosior cuiuslibet sacerdotis una die missarũ celebratio, ne scilicet quisquam eorũ in die amplius, quám tres missas celebrare præsumeret. At vero non sunt recepta quæ in eo statuta sunt de tempore præfinito ieiuniorum, quatuor anni temporum, adversus enim ea latius disputat eiusdem sæculi *scriptor, qui Author est Micrologi cap. 25.* à quo præsens Concilium Mogũtinum nominatur, quód apud Moguntiam loco *Salecunstad* fuerit celebratum, vide latè *Baron. tomo 11. anno Christi 1022.*

In textu. Cuius meminit, & materiam prosequitur. *Covar. lib. 4. resol. cap. 20. num. 9. post med. Gregor. Lopez part. 1. tit. 23. l. 5. Glossa ult.* adducens versus. 2

Vult Crux, & Lucia, Cinis, divina charisma.
Vt ieiunetur quarta sequens feria.

In Glossa, verbo, Celebrari in principio. Et sic maius dignum trahit ad se minus dignum, iuxta *textum in cap. quod in dubijs de consecratione ecclesia DD. in regul. successorum, lib. 6. Chassenæus in consuetudinibus Burgundiæ Rubr. 1. num. 109. fol. 77. qui nostra Glossa meminit.* 3

In eadem Glossa, ibi, Ieiuniũ, & Dominica. Docet *Glossa* quòd Dominica, & ieiunium simul concurrere non possunt. Nam veteres, & recentiores Patres summopere caverunt ne ieiunio diem Dominicum, eiusque celebritatẽ turbarent, existimantes lætitiam eius quodãmodo minui, & violari, si mœror illi, vel luctus ieiunij accederet, aut ulla ex parte misceretur. *cap. ieiunium cap. ne quis de consecratione dist. 3.* latè *Alphonsus Ciaconius de observatione ieiuniorum cap. 5. fol. 17.* & vide quæ diximus *ad cap. Si quis 7. supra distinct. 30.* 4

CAP. Statuimus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Vrbanus Potifex quis fuit?*
2 *Ieiunia quatuor temporum an sint à tẽpore Apostolorum?*
3 *Verbum, statuimus, inducit ius novũ?*

IN superscriptione, ibi, Vrban⁹. Hoc est Vrbanus II. de quo vide quæ scripsimus, *ad cap. de clerico 37. numer. 1. supra distinctione 50.* 1

In textu, ibi, Ieiunia quatuor temporum. Ieiunia quatuor anni temporum, nẽpe Veris in quadragesima, Æstatis in Pentecoste, Autumni mense septembris, & Hyeme Decembri ex doctrina Spiritus sancti, & Apostolica institutione sumpsisse principium confirmat *S. Leo sermone 7. & 9. in ieiunio mensis septimi, & sermone 4. & 8. ieiunio mensis decimi*, de quo *in cap. huius infra eodem*, non autem à Callisto Papa, ut alij tradiderunt; Nam iste si quæ de his scripsit, edito decreto 2

decreto firmavit, quæ à maioribus ex traditione perceperat. Pòrro eadem quatuor temporũ ieunia celebrari quoque solita in ecclesia Orientali *Athanasius in Apolog. de fuga sua* ministrasse videtur, dum agit de ieunio post Pentecosten; vide latè *Baron. tom. 1. Annal. anno Christi 57. prope finem.* Adde posita *ad cap. 1. numer. 2. supra hac eadem distinction. Covar. lib. 4. Variar. c. 20. num. 9. ante fin. Petrum Gregorium syntagmat. iuris part. 1. cap. 18. num. 9.*

3 In textu, ibi, Statuimus. Verbum *Statuimus* inducit ius nouum *Clement. fin. in fine de rescriptis* ubi Glossa ult. Glossa verbo, *Statuimus dil. Extravag. execrabilis de prabend.* Aliquando est verbum consilij. *Turrecrem. numer. 1. in cap. Statuimus dist. 4.*

CAP. Igitur. V.

SVMMARIVM.

1 *Dies inter Pascha, & Penthecostem dicuntur dies lætitiæ.*
2 *Dicto*, deinde, *quid significet?*

1 IN textu, ibi, Lætitiæ dies. Dicuntur dies lætitiæ propter gloriam Resurrectionis, quia liberati sumus de potestate hostis, & propter expectationem spiritus sancti, & propter mercedem futuram, quam significavit *cap. ieiunium 25. de consecrat. dist. 5.* advertunt *Turrecrem. in præsenti. num. 1. Præpositus eodem num.* At de festo Resurrectionis vide latissimè *Francisc. Suarez tom. 1. de Religione lib. 2. de diebus festis cap. 6.* At de nostro textu meminit *Petrus Gregorius syntagma iuris part. 1. cap. 18. num. 5. ad fin.*

2 In textu, ibi, Deinde. De qua dictione; vide *textum in l. si tibi. 28. ff. de adimendis legatis l. non ad ea. 88. ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. in repetendis 61. ff. de legatis 3.*

CAP. Huius. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas ieunij, quoad spiratualia.*
2 *Vtilitas ieunij, quoad corporalia.*

1 IN principio textus, ibi, Observantiæ vtilitas. Multas utilitates affert ieiunium, & ad tria potissimum fuit institutum: Primo ad concupiscentias carnis reprimendas, unde *Paulus 2. ad Corinthios 6.* inquit, *in ieiunijs, in castitate*, quia scilicet castitas per ieiunium observatur, ut ait *D. Hieronym. 2. contra Iouinianum, sine Cerere, & Baccho friget Venus.* Secundo noscitur institutum ieiunium, ut mens liberius elevetur ad sublimia contemplanda, unde dicitur *Danielis 10. Quod post ieiunium trium hebdomadarum revelationem accepit à Deo*, legimus etiam quòd Elias quadraginta diebus ieiunaverat, cum curru igneo raptus est in Cœlum. Tertio noscitur institutum ieiunium ad satisfaciendum pro peccatis, iuxta illud *Ioel cap. 2. Convertimini ad me, in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu.* Quæ omnia attestatur *Divus Augustinus in sermone 230. de tempore, circa principium, dum*, inquit, *Ieiunium purgat animam, mentem sublevat, propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit, legislatores sapientes facit*, & multa alia, de quibus *Basilius magnus homilia 1. de ieiunio ante medium.*

2 At non solum ista spiritualia bona parit ieiunium, sed etiam ad valetudinem, & fortitudinem, maximé conducit, secundum elegãtia verba *D. Hieronymi relata in cap. ne tales, & in cap. legimus de consecrat dist. 5.* ubi ex medicorũ sententia docet morbos quam plurimos per ieiunium curari, quia ex ciborum abundantia ortũ habuere. Iuvat illud *Ambrosij de ieiunio cap. 9.* ubi refert, quòd Iudith ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ præter festorum dierum solemnitates, omnem Assyriorum exercitum circunvenit, & caput Holofernis amputavit, quia ieiunium ad pietatẽ armat, in bellis fortitudinem affert, in pace quietem docet, ut ait *Basilius Magnus* ubi supra. Facit denique ieiuniũ formam speciosiorem, ut legimus in tribus pueris Sidrach. Misach. & Abdenago, pro ut refert *D. Athanasius in sermone ad Virgines.* Nonnulla tradit *Petrus Gregor. syntagm. iuris lib. 2. cap. 18. num. 16. Covar. lib. 4. Resolut. cap. 20. num. 6. in fine, & num. 9.* post principium.

CAP. Ieiunium quarta VII.

SVMMARIVM.

1 *Traditur ratio ex veteris testamẽti ieiunio.*

2 *Tira-*

2 *Tiraquel. noſtri textus meminit.*

3 *Tranſcriptum ſine originali an valeat?*

4 *Covarruvias noſtrum textũ interpretatur?*

1 IN textu. Quamvis enim *S. Leo in cap. ſupra proximo* veteris teſtamẽti loca non expreſſerit, á quibus ipſa ieiunia nobis ſunt derivata, in Zachariæ propheticis ſcriptis videntur contineri, ut tradit *D. Hieronymus in præſenti.* In ſeptimo namque capite mentio fit de ieiunio quinti, & ſeptimi menſis cũ planctu, & mœrore celebrato ante annos ſeptuaginta, & *capit.* 8. quatuor ieiunia celebria Hebræorum memorantur in hæc verba. *Hæc dicit Dominus exercituum, ieiuniũ quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium decimum, ſcilicet menſis, erit domus Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in ſolemnitates præclaras.* Hæc autem ieiunia celebrantur á Iudæis menſibus Iunio, Iulio, Septembri, Decembri, ob calamitates, & adverſa quæ illis temporibus ipſis contigere; tradit *Alphonſus Ciacon. de varia ieiuniorum obſervatione. cap.* 2. *fol.* 9. *Petrus Gregor. ſyntagm. iuris lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 9. *ad fin. & num.* 11. latè *Covar. lib.* 4. *reſolutionum. cap.* 20. *num.* 9. poſt principium *& ante finem*, qui noſtri textus meminere.

2 Ante mediũ textus, ibi, Omnes in ſolitudine. Ponderat *Tiraquel. de iudicio in rebus exiguis ferendo, numer.* 90. verſ. *octogeſimo primo*, referens Abbatem *in proœmio Decretal. col. ultim.* affirmãtes, quod ſi teſtes depoſuerint, omnes feciſſe aliquid, ut non vitietur eorum dictum, ſi pauci ex illis illud non fecerunt, exemplo eius, quod ſcribitur *in cap. re vera, in principio de conſecratione, diſtinction.* 2. quòd omnes filij Iſrael, qui de manna manducaverunt, in deſerto mortui ſunt; cum tamen Caleph, & Ioſue non ſint illic mortui, ut ſcribitur in præſenti.

3 In Gloſſa, verbo, Rivulus. Controvertit *Gloſſa*, an valeat tranſcriptum, ſine originali, de quo videndi ſunt Gloſſa, & DD. *in capit.* 1. *de fide inſtrumentorum, & in l.* 2. *ff. eodem, & in l.* 3. *Cod. de diverſis reſcriptis, & in Authent. ſi quis in aliquo, Cod. de edendo. Covarr. practicarum, capit.* 19. *numer.* 10. *& capit.* 21. *numer.* 2. poſt alios *Ducñas regul.* 280. *Molina de primogenijs, lib. tertio, capit.* 13. *à numer.* 47. latè, *Maſcardus de probationibus concluſione* 711. *&* 927.

4 In §. Non autem. Dicit Gratianus non poſſe quarti menſis ieiunia celebrari ante diem Pentecoſtes, quia à Reſurrectione ad eam diẽ nullum ab eccleſia inducitur ieiunium; utiturque Gratianus hac inductione, qua planè intellexit non poſſe áliter convenire quatuor temporum ieiunium, quod ex veteri teſtamento á Calixto Pontifice iuxta anagogem tradi videtur. Sed an hic ſenſus Gratiano aptari poſſit? Vide eleganter *Covar. lib.* 4. *reſolutionum cap* 20. *nu* 9. poſt principium, verſ. *& idco*, qui noſtri textus meminit.

CAP. Scire debet. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quinquaginta diebus, qui inter Paſcha, & Pentecoſtem interveniunt, non ieiunatur.*

2 *An liceat geniculari ad verba, & homo factus eſt, tempore Reſurrectionis?*

3 *Pentecoſte vnde dicatur?*

4 *Inſtrumento debiti reperto apud debitorem, an præſumatur debitor liberatus?*

1 IN textu. Collige ex illo fuiſſe ab eccleſia in dictam relaxationem quinquaginta illis diebus, qui inter Paſcham, & Pentecoſten, intervenjunt, de quibus *Ambroſius in præſenti*, proſequitur *Alphonſus Ciaconius de varia ieiunij obſervatione cap.* 1. *ad medium pag.* 18. *& cap.* 6. *in principio fol.* 19. qui noſtri textus meminit.

2 Poſt principium textus, ibi, Neq; ad exorandum Deum genibus ſuccedamus. Ex hoc textu dicit *Navarr. de oratione cap.* 4. *num.* 7. & ſequenti magnam contẽtionem exortam fuiſſe inter nonnullos cum Salmanticæ perlegeret, An liceret geniculari ad verba, *Et homo factus eſt*, tempore Reſurrectionis, ſive inter Paſcha, & Pentecoſten? Nonnulli enim docebant non licere permoti verbis noſtri textus, cui ſimilis *in cap. Quoniam de feriis, & in cap. ultim.* 30. *diſtinctione*, ubi notavimus, *numer.* 3. Contrarium tamen obſervat *Idem Navarr. dicto cap.* 4. *numer.* 11. & idem dicendum eſſe ad *Ave Maria*, cum

CAP. Vtinam. XI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminere.*
2 *Dominicis diebus an ſit ieiunandum?*
3 *Conſuetudo interpretatur legem.*

1 IN textu. De quo meminerunt, & eius materiam proſequuntur *Alphonſus Ciacon. de varia ieiuniorum obſervatione cap. 5. fol. 18. ad medium Petrus Gregor. ſyntagm. iuris, part. 1. lib. 2. cap. 18 num. 10. Covar. lib. 4. variarum, cap. 20. num. 10.* poſt principium.

2 In text. ibi, Dominicis diebus. *Præpoſitus in præſenti, numer. 1.* multus eſt in diſputando, an liceat die Dominico ieiunare? Tu vide quæ de hoc ſcripſimus *ad cap. ſi quis tanquam num. 1. & 2. ſupra diſtinctione 30.*

3 In Gloſſa vltima. Docet *Gloſſa*, quod conſuetudo interpretatur legem, multum namque valet interpretatio ex uſu deſumpta ad legis obligationē præſcribendam, & interdum talis eſſe poſsit ut authentica ſit, & pro lege habenda, quæ opinio communis eſt Doctorum, ut ſumitur *ex cap. cum dilectus, de conſuetud.* quatenus in eo dicitur conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem, quod etiam habetur, *in lege ſi de interpretatione, ff. de legibus*, tradit *Suares lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 4.*

CAP. Dilectionis. ult.

SVMMARIVM.

1 *Ordinationes presbyterorum quãdo celebrandæ?*
2 *Quod à multis fit, dicitur fieri ab omnibus.*
3 *Dictio*, idem, *quid ſignificet?*

1 IN textu. Scribit Gelaſius, ordinationes presbyterorum, & diaconorũ certis temporibus exerceri debere, & ſic ordines ſacros extra tempora iure definita non eſſe concedendos; tempora vero eſſe quatuor anni ieiunia, & hebdomadam quartam quadrageſimæ, quæ præcedit Dominicam in Paſſione, & Sabbatum ante reſurrectionis diem ut reſpondit *Alexand. 3. in cap. de eo, de tempor. ordinat.* Appellat autem Gelaſius ieiunium quarti menſis, quòd obſervatur poſt Pentecoſtem, & ab alijs dicitur ieiunium menſis Iunij, obſervat *Covar. lib. 4. reſolut. cap. 20. numer. 9. verſ. ex his*, qui noſtri textus meminit.

In textu, ibi, Ab omnibus. Idem dicas 2 ſi duo, vel tres contradicant, quia pro duobus, vel tribus nihil eſt immutandum *cap. denique, in principio 7. quæſtione 1. cap. gratum, §. Cumque de poſtulatione prælator. cap. Cum nobis, 19. §. His igitur ad finem de electione*, advertit *Præpoſitus in præſenti.* Videtamen *Gloſſam*, verbo, *ab omnibus*, *in cap. ſi Archiepiſcopus de temporibus ordinat.*

In textu, ibi, Eiuſdem. Dictio idē eſt 3 relativa, & repetit qualitatem diſpoſitionis, ad quam ſe refert, *l. à filio, §. Teſtator, & ibi Bart. ff. de alimentis, & cibarijs legat. l. 1. in fine, ff de ijs, qui ſunt ſui, Rebuff. in l. unc. notabili, 4. numer. 26. Cad. de ſentent. Mandoſ. in regul. 32. quæſtione 28. num. 6.* & quod iſta dictio referatur tantùm ad præcedentia, nec habeat tractum ad futurum, *Tiraquel. de retractu Lignagier. §. 1. Gloſſa 9. numer. 24.* ubi *ducit, numer. 25.* quòd non poteſt omnia referre ad præcedentia, neq; cum omnibus qualitatibus. At quod dictio *idem* non ſolum referatur ad id quod eſt idem in ſpecie, ſed etiam ad illud quod eſt idem in genere, docet *Gloſſa in l. final, ff. de magiſtratibus Alexand. in l. nihil, notab. 1. ff de rebus credit. Decius in l. mutuum damus, numer. 6. in 1. lectura, ff. ſi certum petatur, poſt alios Cenedus ſingulari, 97. numer. 3.*

DISTINCTIO. LXXVII.

CAP. Illud. I.

SVMMARIVM.

1 *Prima tonſura non eſt ordo.*
2 *Non peccat mortaliter, qui eam recipit in mortali.*
3 *Nec epiſcopus eam conferens in mortali, peccat mortaliter.*
4 *Sacerdos aſſiſtens matrimonio, & conferens*

ferens benedictiones nuptiales non peccat mortaliter.

5 *Sacerdos distribuens Eucharistiam in mortali, peccat mortaliter.*

6 *Laicus qui in casu extremæ necessitatis confert Eucharistiam in mortali, non peccat mortaliter.*

7 *Quid de sacerdote mutante, vel deferente in supplicatione Eucharistiã in mortali?*

8 *Consecrari in episcopum non nisi sacerdos, eligi non nisi constitutus in sacris potest.*

9 *Quid si tempore electionis fuerit in minoribus, in tempore verò confirmationis in sacris?*

10 *Postulari potest in episcopum, qui non sit constitutus in sacris.*

1 IN textu, ibi, Sit primũ ostiarius. Notat *Iacobus de Graff 2. par. decision. aurear. lib. 1. cap. 9 num. 12.* Non numerari hîc inter ordines primam tonsuram, sive psalmistatum (de quo nos in *cap. Psalmista, 20. distinct. 23.* per totum) quia prima tonsura ex opinione theologorum, quos ibi citavimus, *num 6.* & probabiliorem diximus, non est ordo, videbis pro hac sententia, præter eos, quos ibi retuli, *Paludanum in 4 distinct. 24. artic. 1. num. 6. Martinum de Ledesma in 2. 4. quæst. 42. articul. 2. Antonium Cuchum de institut. Canonic. lib 5. titulo 8. de sacramento ordinis, Sylvestrũ* verbo, *Ordo 1. num. 1.* vers. Secundo est dubium de psalmista. *Ioann. Altenstag. in suo lexicon,* verbo, *tonsura, Armilla,* verbo, *Ordo num. 1. Surdus cons. 259 numer. 8. lib 2. Covar. in cap. quia nos, num. 4. de testament, Petrum Tolosan. lib. 16. Syntagm. iuris, cap. 1. numer. 8.*

2 Hinc deduces suscipientem primam tonsuram non teneri præmissa probatione se reputare contritum, & in gratia, sine conscientia peccati mortalis, quia non recipit sacramẽtum, aut partem sacramenti, ubi gratia conferatur, ut bene advertit *Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 2. num 3.* ad medium, secus esset, si prima tonsura esset sacramentum, ut sunt reliqui ordines, quia tunc necessariùm recipiens tonsuram præmittere deberet contritionem, vel attritionem cum confessione, ut de recipientibus sacramenta, tradunt Doctores communiter, teste *Suario tom. 3. de sacrament. disputat. 18. sectione 2. §. dico 2.*

3 Quæres an licet prima tonsura non sit sacramentum, nihilominus peccet mortaliter episcopus, qui eam in mortali confert? Respondeo cum *Suario tom. 3. de sacramen. disp. 16. sect. 3. §. atque hinc constat.* non peccare mortaliter, sed tãtum venialiter, quod probat ex doctrina *S. Thomæ. 1. part. quæstione 64. artic. 6. & ex Caietan. & Soto,* quos ibi refert; quam doctrinã extendit ibi Suarius ad quæcumque sacramẽtalia, quæ exercere in mortali, non est mortale, ut conficere chrisma, benedicere oleum, consecrare ecclesiam, licet *Medina Codice de pœnitentia tractat. 1. quæstione 6. circa finem,* dicat hæc tria ultima, quæ numeravi, exercere in mortali, esse mortale, quia sunt sacramentalia, sed optime illum rejcit *Suarius* citatus. 1

Similiter sacerdotem culpæ mortalis reum, & matrimonio assistentem liberant á mortali *Ledesma 2. part. 4 quæstion 5. art. 6. dubio 3. Ludovicus Lopez 2. part. instructor. de sacrament. in genere capit. 59. conclus. 4. Vega lib. 6. summa casu 117. Henriq. de matrimonio lib. 11. cap. 2. in fine, Suarius tom. 3. de sacrament. disp. 16. sect. 4. §. ad fundamentum in medio,* & citat pro se *Paludanum in 4. dist. 3. quæst. 2. num. 22. Sanch. lib. 2. de matrimon. disput. 6 numer. 5.* Quod etiam affirmant de sacerdote conferente in mortali benedictiones nuptiarum, *Palud. Ludovicus Lopez, Suar. & Sanches* citati, ex ea ratione, quia id non est conferre sacramentum, sed sacramentale, in quo conferendo nunquam peccatur mortaliter, secluso scandalo, & contemptu. 4

Aliter loquitur *Suarius d. tomo 3. de sacrament. disput. 72 sect. 4. §. quarto ex parte tum Doctoribus in 4. distinct. 13. Paludan q. 1. Soto articul. 3. Sylvest.* verbo, *Eucharistia 3. n. 4.* de sacerdote cõferẽte Eucharistiam in mortali, sive eam conferat in casu necessitatis, sive extra illum, nam in utroque peccat gravissimè, cum hoc ministerium, & dispensatio tanti sacramenti gravissima sit, & ad eam exequendam peculiarẽ gratiam ipse sacerdos accipiat, & peculiariter cõsecretur; Probatur tota hæc doctrina ex *cap. mi. 15. quæst. 8.* ubi me vide. Quanquam opposita sententia suam habeat probabilitatem auctore præter alios citatos *Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 236. cap. 3. num. 38. & delucept. tom. 3. d. 209. nu. 4.* & sequentibus. 5

Non procedit tamen hæc doctrina Suarij in casu necessitatis extremæ, in quo laicus in mortali conferret Eucharistiam (quam conferre posse in extrema necessitate tenet *Suarius hac disputat. 72. sectione. 1. §. ultimo dicendum*) quia non est ad id peculiariter deputatus, & consecratus, tenet idem *Suarius hac disp. 72. sect. 4. §. 4* ex parte, & allegat pro se *Paludanum in 4. distinctione 5. quæstione 2. conclusione 3. sequitur Filliutius tomo prime tractat. 4. cap. 9. num. 271. & num. 272.* 6 1

Ex co-

7 Ex eodē fundamento docet etiam *Suarius* ſe non audere damnare peccati mortalis ſacerdotem (dum eſt in ſtatu peccati mortalis) tangentem Euchariſtiam, ut transferat de vaſe, in vas, mutet ab hoc loco in aliũm, deferat in proceſsionibus, eo quòd res hæc non ſit adeo gravis, nec requirat miniſtrum ad hoc peculiariter conſecratum, & deputatum, quamvis addat rem hanc eſſe dubiam, & valde reprehendendam in ſacerdote. Ego adderem has actiones transferendi de vaſe, in vas, deferendi in ſupplicationibus, &c. Si alias debita reverentia fiant, nunquam eſſe peccatum mortale ex ſola conſcientia in mortali ſacerdotis, quia hoc non eſt conferre ſacramentum, ſed ſacramentale quoddam.

8 In text. ibi, Deinde epiſcopus. Nota hìc nullum poſſe epiſcopum conſecrari, niſi prius ſit ſacerdos, alioquin nullã eſſe cõcecrationem, dixi iam *in cap. ſtatuimus numer. 4. diſtinct. 61. & in cap. nullus, num. 3. 62. diſtinct.* ubi Doctores retuli, nunc addo ex diſpoſitione iuris requiri, ut ante electionem ſit eligendus in epiſcopum conſtitutus in ordine ſacro, ut validè eligi poſsit, nam *cap. à multis de ætate, & qualitate, & cap. nullus diſtinct.* 60. cavetur ut ſit ſaltem ſubdiaconus, addit *Tridentinum ſeſſ. 22. de reformatione cap. 2.* ut in ſacro ordine ſaltem ante ſex menſes conſtitutus ſit. *Azor. p. 2. lib. 3. c. 28 quæſtion. 7. Garcia de beneficijs part. 7. cap. 4. numer. 76.*

9 Quid ſi clericus in minoribus conſtitutus, & in epiſcopum (atque adeo nulliter) electus, cum electio præſentatur ſuperiori, ut illã confirmet, ſit iam initiatus in ſacris? Reſpondeo talem electionem adhuc eſſe nullam, ita *Azor* ubi proximè. Ratio eſt, quia electio ſemel invalida, tractu temporis non convaleſcit, ut eſt vulgare *Doctorum cum Abbate in cap. cum vero, §. Inferiora num. 10. de electione.*

10 At bene talis poſtulari poterit in epiſcopũ, quia poſtulatio fit de eo, qui propter aliquod impedimentum, ſeu defectum v.g. natalium, ætatis, &c. eligi non poteſt. *Abb. in cap. 1 de poſtulat. prælat. num. 34. Corraſ. de benefic. 4. part. cap. 2. num. 2. Cuchus in inſtitut. maior. lib. 4. tit. 2. num. 1.* cum multis *Azor* ubi proximè.

CAP. In ſingulis. II.

SVMMARIVM.

1 *Explicantur termini ab infantia.*
2 *Quando finiatur infantia?*
3 *Requiritur ad primã tonſuram ſeptennium completum,*
4 *A quo tempore requiratur hoc ſeptennium?*
5 *Qui ante ſeptennium completum recipit tonſuram, an peccet mortaliter?*
6 *An recipere minores ordines ante ſeptennium ſit mortale?*
7 *An epiſcopus conferens tonſuram non habentibus ſeptennium peccet mortaliter?*
8 *Suſpenſio ob collatam tonſuram non habenti ætatem non eſt ipſo facto.*
9 *Eam non incurrit epiſcopus conferens non habenti ætatem ad ordines minores.*
10 *Explicatur textus ubi de ætate ad tres minores ordines.*
11 *Explicatur textus iuxta multos, ubi de ætate duodecim annorũ ad Acolytatum.*
12 *Alia textus explicatio, ubi de ætate quatuordecim annorum ad Acolytatum.*
13 *Textus explicatio, ubi de ætate ad ſubdiaconatum iuxta alios.*
14 *Reſellitur ſuperior explicatio.*
15 *Vera, & germana textus explicatio iuxta Authorem.*
16 *Probabilior opinio de ætate minorum ordinum, poſt Clementinam generalem de ætate, & qualitate in 6.*
17 *Hæc eadem ſtabilitur ex tridentino.*
18 *Qui ante ætatem minores ſuſcipit, non eſt ſuſpenſus, aut ſuſpendendus.*
19 *Ætas ad Diaconatum.*
20 *Ætas ad ſacerdotium.*
21 *Defenſores eccleſiæ, qui ſint?*

IN textu, ibi, Ab infantia. 1 Similis dicendi forma invenitur, *in cap. de his, diſtinction. 28.* ibi *A primis infantiæ annis* ubi, *numer. 3.* dixi eſſe, poſt infantiam, ut hoc loco.

2 In textu, ibi, Infantia. Finis infantiæ finitur primo ætatis ſeptennio, & ab ea incipit pueritia. Notant *DD. ad l. ſi infanti. C. de iure deliberandi, Gloſſa, §. Pupillus* ibi *infans. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. Briſonius lib. 9. de verborum ſignificatione*, verbo, *infans. Præcus in ſuo lexicon*, verbo, *infans. D. Thomas in Addit. ad 3 part. quæſtione 39. articul. 2. Menoch. caſu. 427. num. 8.*

3 Requiritur autem ad primam tonſurã ſeptenium completum, ut probat *Rebuf. in praxi titulo Requiſita ad collationem benefic. num. 36. Mandoſ. de ætate minoris cap. 4. num. 12. Salzedo in pract. crimin. canonic. cap. 26. addit. 2. Sylveſt.* verbo, *ætas, num. 2. Angel.* ibi, *nu. 4. Gutierr. Canonic. quæſt. lib. 1. cap 26. num. 2. Vgolin. de irregularitat. cap. 45. num 1. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. numer. 2. Garcia de benefic. part. 7. cap. 4. numer. 6. Henriq. lib. 10. de ordine cap. 19. num. 1.* ubi *littera B.* plures refert. *Toletus in ſumma lib. 1 cap. 1. num. 1. edit. Duac.* probant omnes ex noſtro textu, & ex *Gloſſa ult. in Clement. fin. de ætate, & qualitate, & ex cap. de his diſtinction. 28.* ubi *Gloſſa* verbo, *lectorum Archidiac. num. 61. & Turrecrem. num. 1.* Item ex *cap. nullus epiſcopus Gloſſa*, ibi verbo, *infanti de temporibus ordin. in 6.* late *Gutierr. lib. 1. Canonic. cap. 26. à principio*, ſimul, & *Menoch. de arbitrar. caſu 427. num. 9. & Flamin. de reſignat. lib. 4 quæſtione 9. numer. 9. Carol. de Graſſis de effectibus clericalibus in prælud. num. 284.* Tandem *Campanil. in diverſor. iuris Canonic. Rubric 7. cap. 1.*

4 Quod quidem ſeptennium completum videtur requiri poſt lanctionem, *cap. nullus epiſcopus, de temporibus ordin. in 6.* Nam ex doctrina, *Sancti Thomæ in addit. ad 3. part. quæſtione 39. articul. 2.* tonſurari poterat ante uſum rationis infans, ſi neceſsitas urgeret, & ſpes profectus, ex quo colligitur iam non eſſe in uſu *cap. de his diſtinct. 28. & cap. in ſingulis hac diſtinctione.* Tempore ſancti Thomæ, non tamẽ colligitur quod generaliter ait *Henriq. lib. 10. de ordine, cap. 19. numer. 1.* tempore ſancti Doctoris ante uſum rationis dari pueris primam tonſuram, allegans littera A. eundem Doctorem loco à me allegato; nam aliud eſt poſſe tonſurari ex neceſsitate, & ſpe profectus, ex opinione ſancti Thomæ, aliud de facto eius ætate ita fieri ſolitum; nam de praxi nihil agit ſanctus Doctor, ſolum ſententiam ſuam proponit. Vide *Sylveſt.* verbo. *ordo 4. numer. primo* verſ. *Sed ſanctus Thomas.*

5 Quæres 1. Vtrum ſi quis ordinaretur prima tonſura ante ſeptennium completum peccaret mortaliter? Reſpondet *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. numer. 10.* negative, quia ante ſeptennium non datur perfectus uſus rationis ſufficiens ad peccandum mortaliter, & licèt daretur (quod non repugnat) adhuc puto non peccari mortaliter in receptione talis tonſuræ, quia nullibi præceptum hoc graviter prohibens invenio, & aliunde cum prima tonſura non ſit ſacramentum, non fit iniuria ſacramento. 1

Addit *Henriq. lib. & cap.* citato *in comment. littera B. contra Sotum in 4. diſtinct. 25. quæſtione 1. articul. 2. §. Ex quo ſit*, non ſolum primam tonſuram, ſed etiam minores ordines ante ſeptennium completum ſuſcipere, non eſſe mortale, quamvis iam tunc ſuſcipiens polleat rationis uſu ſeu poſsit mortaliter peccare; & allegat pro ſe *Paludanum in 4. diſtinctione 25. quæſtione 2. articul. 2.* quam doctrinam modo probare, aut refellere, non eſt animus; certum eſt illam diſplicere *Sayro* citato, nam, *numero 6.* ad medium ait talem peccare mortaliter, ſi minores ordines ſuſcipiat ante debitam ætatem ad illos. 6

Quæres 2. An ſicut non peccatur mortaliter à recipiente tonſuram ante ſeptennium, quamuis habeat uſum rationis, ita etiam non peccetur ab epiſcopo cõferente talem tonſurã non habentibus ætatem aſsignatam? Reſpondeo cũ *Sayro* ubi proxime negative, quia epiſcopo id graviter prohibetur *d. cap. nullus epiſcopus*, ut colligitur ex pœna ibi appoſita, quæ eſt ſuſpenſio à conferenda ipſa prima tonſura, ut patet ex citato *cap. nullus*, & ex *cap. Vel non eſt compos de tempor. ordin. & in cap. ultimo eod. tit. in 6.* ubi Bonifacius VIII. ſtatuit epiſcopum qui tonſuram infanti daret, ſuſpenſum eſſe ab eadem tonſura alteri conferenda. *Henriq. lib. 13. cap. 38. §. 2. lit. O. Reginal. in praxi lib. 32. tractat. 2. num. 61. Bonacina de cenſur. diſput. 3. quæſt. 6. pun. 5. numer. 25. Mar. Alier. de cenſur. tom. 2. diſp. 16. de ſuſpenſione.* Si verò aliquis epiſcopus ordinem diaconatus conferat infanti, à collatione cæterorum ordinum ſuſpendendus erit, non tamen ipſo iure incurret ſuſpenſionem. *Henriq. in ſumma lib. 13. cap. 38. §. 2. in principio. Tabiena*, verbo, *Ordo. 3. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 9. Rebuff. in praxi benef. titul. de clericis male promot. Gloſſa 2. num. 7. Quaranta*, verbo, *ordo, in principio.* Quæſtio tamen hoc loco ſuboritur. Quare cõferens infanti ordinem diaconatus, non tantùm à collatione illius, ſed etiam cæterorum ordinum ſuſpendatur; qui verò infanti confert primam tonſuram, à ſola illius collatione ſuſpendatur? Cuius quæſtionis reſponſum ſatis ingemoſum habes apud *Campanil. in diverſor. iuris Rubr. 7. cap. 4. num 2.* Sed fortaſsis noſtra de hac re non diſplicebit reſolutio quã habes *in cap. 2. num. 3. ſupra diſt. 36.* 7

Notabis ipſam ſuſpenſionem incurri ipſo facto, ut eſt communis ſententia ſcribentium 8

ad *diſt.*

ad dict. cap. *Nullus epiſcopus. Angelus*, verbo, *ætas*, *num.* 4. & ibi *Sylveſt. num.* 1. *Soius in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 2. §. *Ex quo. Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 1. *Henriq. lib.* 10. *de Ordine, cap.* 19. *num.* 1. *Tolet. lib.* 1. *ſummæ, cap.* 61. *edit. Duacen.* & alij multi apud eoſdem.

9 Cave tamen ne extendas prædictam ſuſpenſionem ad epiſcopum conferentem ordines minores non habentibus ætatem, quod fecit *Soius* citatus ubi proximè, ſine ullo textu, ut benè illum arguit *Henriq. citat. lib.* 10. *cap.* 19. *in Coment. littera A.*

10 **In textu, ibi, Quinquennio teneatur.** Senſus omnium quos legerim, eſt ut tempus trium minorum ordinum ſit quinquennium ab incepta pueritia, ita quòd tales ordines ſuſcipi poſſint ab incæpto anno ætatis octavo, uſque ad duodecimum, *Gloſſa hic*, verbo, *quinquennio*, *Sylveſt.* verbo, *ætas*, *nu.* 1. & ibi *Angel. num.* 4. *Soius in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 2. §. *Quo autem. Graff.* 2. *p. deciſionum aurear. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 17. *Vega de Sacramento Ordinis, num.* 1 39. *Candelabr. Aureum de Sacrament. Ordinis, tit. de ætate, num.* 27. *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 2. *Henriq. lib.* 11. *de Ordine, cap.* 19. *num.* 1. *Tolet. lib.* 1. *ſummæ, cap.* 61. *num.* 1. *edit. Duac. Sà*, verbo, *Ordo. Armilla*, verbo, *Ordines. Moneta de diſtrib. p.* 2. *q.* 19. *num.* 11.

11 **In textu, ibi, Exinde Acolytus.** Senſum eſſe exiſtimant Doctores citati. Exinde à completo quinquennio poſt infantiam, ideſt à completo anno ætatis duodecimo Acolytus fiat; itaquod Acolytus nemo fieri poſſit, niſi incæpto iam tertio decimo ætatis anno; ita ſentiunt omnes Doctores citati *num. ſuperiori*, præter *Soium*, & *Sayr.* de quibus ſtatim, ubi aiunt ad Acolytatũ requiri duodecimum annum completum; quod probant ex noſtro textu; quanvis *Henriq. d. cap.* 19. addat non colligi ex eo neceſſariam eſſe ætatem duodenam ad Acolytatum.

12 *Soius dict. diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *Sayr. d. cap.* 12. *num.* 2. ſic explicant verba. Exinde Acolytus, vel ſubdiaconus quatuordecim annis fiat, ideſt exinde Acolytus fiat à quartodecimo ætatis anno completo incipiente iam decimoquinto, & non antea; ſed non video hanc opinionem, & explicationem à reliquis Doctoribus probari, quantum ad Acolytatum, eam tamen ſuſpicor veram, ſi rectè grammaticè inſpiciatur, & vis huius Decreti.

13 **In textu, ibi, Vel ſubdiaconus quatuordecim annis fiat.** Senſus Gloſſæ eſt, ut qui vult ſubdiaconus ordinari, id in ea ætate faciat, quæ poſt completam infantiam enumeret annos quatuordecim, non quidem perfectos, ſed incæptos, ideſt à vigeſimo anno ætatis completo, ita poſt *Sayrum d. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 2. citant pro ſe *Paludan. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 6. *Aſtenſ. ſumm. part.* 2. *lib.* 6. *tit.* 25. *art.* 1. *q.* 1.

At puto hac explicatione vim inferri verbis, & grammaticæ, cum in duplici ſignificatione accipiant, *Gloſſa, & Sayr.* cum Doctoribus ab eo citatis, verbum, *Quatuordecim annorum.* Nam aiunt à quatuordecim ætatis annis, aliquẽ fieri poſſe acolytum ex hoc textu, ac proinde verbum, *quatuordecim*; ſignificare annum quartum decimum à vita incæpta, deinde ſignificare annum quartum decimum à finita infantia, ideſt à completo ſeptennio, ita ut annus vitæ ſit vigeſimus primus inchoatus, quoad ſuſcipiendum ſubdiaconatum; quoad ſuſcipiendum Acolytatum ſit annus vitæ quatuordecimus, quæ quam libere dicantur, nemo non videt. 14 15

Facilior eſſet explicatio, & contextui magis accommodata; ſi diceremus à finito decimo quarto ætatis anno, & incæpto decimo quinto eſſe ætatem diffinitam ad ordinẽ Acolytatus, & ſubdiaconatus, quantum ex diſpoſitione, & Decreto Zozimi, ita ut eadem p̃ hunc textum poſſuletur ætas ad Acolytatum, atq; ad ſubdiaconatum, atq; ita quoad ſubdiaconatum textum videtur explicare *Gloſſa in Clement. generalem*, verbo, *obſervantiam, de ætate, & qualitat.* ubi dicit olim dari ſubdiaconatum in decimo quinto anno. Item *Henriq. dict. cap.* 19 *num.* 1. ubi ait olim ad ſubdiaconatum ſatis fuiſſe decimum quartum annum, quod ex nullo textu colligi poſſe credo, niſi ex hoc, & hac eius explicatione; allegat *Henriq. in Commen. littera P. Sylveſt.* & alios, verbo, *Ordo*, ſed ibi *Sylveſt.* nihil de hac re, ſolum verbo, *Ordo*, 3. *num.* 8. refert ad verbum, *ætas*, & ibi tantùm dicit ad ſubdiaconatum olim requiri decimum octavum annum incæptum, ex *Clement. generalem, de ætate, & qualitate*, hanc explicationem ſequitur etiam *Maxol. lib.* 1. *cap.* 30. *nu.* 8. *de irregularitate*, quem vide.

Cæterum quidquid ſit de hac explicatione, & de ætate per hunc textum requiſita ad Acolytatum, & ſubdiaconatum; certum eſt probabilem valde opinionem eſſe, in terris, ubi adhuc non practicatur *Tridentin.* maximè poſt *Clementinam generalem, de ætate, & qualitate*, legitimam ætatem eſſe ad quatuor ordines minores quamcumque ætatem, quæ ſeptennium excedit, dummodo in ea detur uſus rationis, ita docet *Gloſſa cap. De his*, verbo, *lectorem diſtinct.* 28. *Clement. generalem*, verbo, *promoveri, de ætate, & qualitate. Sot. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 2. *art.* 2. §. *Quanvis sure*, verſ. *Et omes minores ordines à ſepetennio. Gutierr. Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. *Tolinus de irregularitate, cap.* 45. *num.* 2. *Azor.* 2. *part. lib.* 6. 16 17

cap. 5. quæſt. 8. & Sayr. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 23. ut aiij ſolum eam requiri ætatem ad ordines minores, quæ ſeptennium excedat, nec iam tempora, & interſtitia, *cap. In ſingulis, diſt. 77.* eſſe in uſu.

17 41 In terris verò ubi viget Tridentinum, cum nihil de ætate ad minores requiſita diſpoſuerit, eandem opinionem practicari nihil vetat, maximè cum *Tridentin.* aperte ſupponat *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* ante 14. annum poſſe aliquem ſuſcipere minores ordines, & *cap. 11. de interſtitijs horum ordinum*, epiſcopo committatur, & de ætate inſinuatur, *cap. 12.* quatenus de illa taceatur; nec obſtat quod *cap. 5.* iuſſerit inquiri de ætate promovendorum ad minores, nam id fit ut de ea epiſcopi arbitrentur, ut optimè notat *Suarius*, proximè citatus. ſequitur *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. nu. 4.*

18 Quæres utrum dato, quòd minores ordines habeant certum, & determinatum tempus, ut de Acolytatu dixerunt aliqui, eſſe duodecimũ annum completum, alij eſſe decimum quartum completum, ut retuli, qui ante hoc tempus ordines ſuſcipit, ſit ſuſpenſus, vel ſuſpendendus? Clariùs quæri poterat. Vtrum ſi quis ante ſeptennium cùm perfecto uſu rationis ſuſcipiat primam tonſuram, & minores, ſit ſuſpenſus, vel ſuſpendendus? Reſpondeo negativè; quia tam imponentia ſuſpenſionem, nullam mentionem faciunt ordinum minorum, ut *cap. Non eſt compos, de temporib. ordin.* Item *Bulla Pij II.* de qua inferiùs, ita *Navarr. in Manual. cap. 25. num. 70. & tom. 1. conſ. 19. num. 5. & conſ. 25. nu. 4. & conſ. 48. num. 1. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. num. 6. Suar. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 22.* De ſuſcipientibus ordinem ſacrum dicam, *cap. Subdiaconus, à num. 2.*

19 In textu, ibi, Ad benedictionem ſubdiaconatus. qua ætate dicam cap. ſequenti, & vide *Menoch. de arbitrar. caſu 57. nu. 9.*

20 In textu, ibi, Sacerdotium. De ætate ad ſacerdotium requiſita, vide *cap. Epiſcopus infra eadem.*

21 In text. ibi, Defenſores autem. Optimè de defenſoribus *Glo.* verbo, *defenſores, & marginalis, ibidem.*

CAP. Quicumq; III.

SVMMARIVM.

1 *Obſervatio temporis huius, & ſuperioris Canonis.*

2 *Particula*, ante, *excludit omnia, quæ poſt ſe invenit.*

3 *Pubertas quando incipiat?*

4 *Cur fœminæ citius pubeſcant, quam mares?*

5 *Vtrum liceat adultis inſtructis in fide differre baptiſmum? & nu. 6.*

7 *Vtrum eccleſia determinaverit aliquod tempus adultis ad ſuſcipiendũ baptiſmum?*

8 *Vtrum hoc tempus potuerit determinari ab eccleſia?*

9 *Eccleſia poteſt determinare tempus pro adultis, & infantibus chriſtianorum.*

10 *Vera textus explicatio.*

11 *Vis, & efficacia particulæ*, ſtatim, illico, mox, *&c. & num. 12.*

1 OBſervabis ad diſpoſitiones, & decreta huius textus, illa antiquiora eſſe, quam contenta in *cap. In ſingulis*, ſuperiore, nam *cap.* hoc condidit Syricius, qui Pontificatum tenuit ex *Bellarmin. in Chronologia*, ab anno 385. uſq; ad 398. *cap.* verò, *In ſingulis*, condidit Zozimus, qui ſedit ab anno 417. uſq; ad 418. viginti annis poſt Syricium, Honorij, & Arcadij temporibus. 11

2 In textu, ibi, Ante pubertatis. Ideſt ante finitum decimum quartum annum. Nam propoſitio, *ante*, ſolet excludi illud, cui proponitur, ut docent *Agellius noctium Atticarum, lib. 12. cap. 13. Alciatus l. Annaculi, 134. num. 3. ff. de verbor. ſignific. Bart. l. 2. §. Creditorem, num. 7. ff. ſi certum petatur. Pratus in ſuo lexicon iuris*, verbo, *ante.* Dixi multa *cap. Ante triennium, 1. à nu. 4. diſt. 31.*

3 Cæterum pubertas incipit à decimo quinto anno inchoato in maſculis, à decimo tertio inchoato in fœminis, & finitur finito vigeſimo quinto anno, ita notant Doctores ad *cap. Contingebatur. de deſponſat. impuberum, cap. Atteſtationes, cap. Ex litteris, & cap. Puberes, eodem tit.* A tempore *incepta pubertatis*, uſq; ad annum 25. completum, tàm maſculus, quàm fœmina dicuntur minores, *l. 1. C. ſi minor ſe maiorem dixerit*; ut etiã dicuntur infra pubertatem, maſculus, & fœmina, pupillus, & pupilla, *l. final. C. quando tutor. cap. Puella, 20. q. 2.* & vide *Menoch. caſu 427. à num. 28.* de quo *Sanch. lib. 6. de matrimon, diſp. 38. num. 2.* 11

4 Cur autem fœminæ pubeſcant citius, quàm mares diſputant optimè *Tiraquel. de legibus connubialib. lib. 6. nu. 38. Gutierr. Authent. Sacramenta puberum,*

puberum, num. 1. *&* 2. *Cod. ſi adverſus vendition. Sfortia Oddus tract. de reſtitut. in integrum, part.* 1. *q.* 2. *toto art.* 4.

5 Quæres primò. Vtrum licuerit adultis inſtructis infide, baptiſmum differre per tantum temporis ſpatium, quantum intercedit à finita infantia, uſq; ad incæptam pubertatem, infrà quam textus diſponit, ut qui velint ordinari, baptizentur? Reſpondeo 1. Syricij ſæculo, ideſt ab anno 380. uſq; ad 400. id conſueviſſe magnos viros poſt Conſtantinum Magnum, quem longo tempore poſt converſionem̃ baptizatū eſſe, teſtatur *Ambroſ. oratione de obitu Theodoſij*, refert *Sotus in* 4. *diſt* 5. *quæſt. unicæ, art.* 3. §. *de adultis. Ledeſma* 1. 4 *q.* 9. *art.* 3. *dub.* 1. de quo vide *Baron. tom.* 3. *anno Chriſti* 324. *à pag.* 208. *uſq; ad* 211. & poſita ad *cap. Conſtantinus*, 14. infra *diſtinct.* 96. Ex his fuit S. Martinus epiſcopus Turonenſis, qui octo annis poſtquam incæpit eſſe cathecumenus (incæpit autem ex ſententia *Baron. in annotationibus Martyrolog Romani* 11. *Novembi.* item *tom.* 3. *Annalium, pag.* 577. *&* *tom.* 4. *pagin.* 367. *&* *tom.* 5. *pag.* 161. anno ætatis ſuæ 26. nam baptizatus eſt anno 33.) baptiſmum ſuſcepit, ut tenet idem *Sotus*, & *Ledeſm. citat.* item *Suar. tom.* 3. *de Sacrament. diſp.* 31. *ſect.* 2. §. *Circa primum.* Fuit etiam Sanctus Ambroſius, qui cùm creatus epiſcopus baptizatus eſt; item S. Auguſtinus, ut videre eſt apud eoſdem Doctores, quibus addi poteſt D. Gregor. Nazianzen. cognomento Theologus, quem conſtat per multos annos diſtuliſſe baptiſmum. *Ribadanera in eius vita*, imò *Tertullian. lib. de baptiſmo, cap.* 18. docet conſilium optimum eſſe baptiſmum differre.

6 Reſpondeo ſecundò. Quidquid ſit de facto horum ſanctorum, quos ex humilitate, & reverentia in hoc Sacramentum, illud diſtuliſſe tenent *Sotus, Ledeſma*, & *Suarius*, ubi proximè, certum eſt præceptū divinum recipiendi baptiſmum obligare adultos, ut baptiſmum ſuſcipiant, quàm primum id dignè, & commodè poſſint, vel ſaltem, ut id non multum differāt, ita ex PP. probant *Sotus*, & *Ledeſma*, & omnium elegantius *Suar. locis proximè citatis.*

7 Quæres ſecundò. An præcepto aliquo Eccleſia determinaverit aliqua tēpora, ultra quæ cathecumenis baptiſmum differre ſit mortale? Reſpondeo 1. pro cathecumenis adultis, qui non ſunt fidelium filij non inveniri de facto in Eccleſia tale præceptum determinans illis tempus ad baptiſmum, ut cum *Caietan.* 3 *part. quæſt.* 68. *art.* 3. tenet *Suar. tom.* 3. *de Sacrament. diſp.* 31. *ſect.* 2. §. *Secundo ex hoc principio*, contra *Sotum in* 4. *diſt.* 5. *quæſt. unic. art.* 3. ubi acutè explicat *S. Thomam*, qui ad ſpeciem contrarium videtur ſentire 3. *p. q.* 68. *art.* 3.

8 Addit deinde *Suar.* §. *Nihilominus*, non eſſe in Eccleſia poteſtatem ad præcipiendum adultis non baptizatis, nec baptizatorum filijs, ut intrà tale tempus baptizentur. Probat ex illo *Paul.* 1. *ad Corinth.* 5. *num.* 12. *De his, qui foris ſunt nihil ad nos*; ex quo colligunt Doctores poteſtatem Eccleſiæ eſſe tantum ſupra eos, qui intra ipſam ſunt per baptiſmum, item ex *Tridentin. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. ibi. *Eccleſia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipſam per baptiſmi lauuam fuerit ingreſſus.* Deinde addit optimas rationes, quas apud eundem vide.

Secus eſt pro adultis baptizatorum filijs; 9
nam cum in hos ratione parentum poteſtatem nacta ſit Eccleſia, poterit optime præcepto eos obligare, ut intra certum tempus baptiſmum recipiant, ut optimè addit *Suar. citat.* §. *Tertio addendum*; ſed nuſquam tale præceptum ſcriptō impoſuit, ut nec etiam ſcriptum præceptum invenitur, obligans parentes chriſtianos, ut ante uſum rationis filios baptizent, licet Eccleſiæ recepta conſuetudo ad hoc præceptum introducendum ſatis eſſe videatur, & ſignum eſt poſſe Eccleſiam punire parentes, qui ſecus faciant, & ipſis invitis, eorum filios ante uſum rationis baptizare, lege *Suar. d. tom. de ſacram. diſput.* 25. *ſect.* 2. §. *Vltimo ergo.*

In textu, ibi, Baptizari, &c. 10

Non quod hoc præceptum ſit eccleſiaſticum determinativum temporis, in quo obliget divinum de recipiendo baptiſmo, ſed quia noluit Eccleſia eos ad ordines admittere, qui intra tale tempus baptiſmum non ſuſciperent, non quidem per modum pœnæ, ſed per modum convenientis quiuſdam diſpoſitionis ſuorum beneficiorum, & miniſteriorum, ut convenienti modo eos induceret ad præceptum divinum exequendum, ita in ſimili explicat *Suar. de ſacrament. diſput.* 31. *ſect.* 2. §. *Secundo ex hoc*, ad medium.

In textu, ibi, Statim lector, &c. 11

Non intelligas grandœvum poſt baptiſmum ſtatim debere ordinari, ideſt illicò, in continenti, intra triduum, quæ eſt vis in iure, & ſignificatio verbi, *ſtatim*, *l fin. C. de errore advocatorum*, *l. fin. C. de iudicijs*, & vide ibi *Bald* & *Felin. in cap. Veniens, in* 1. *de teſtibus, nu.* 15. in fin. *Ripa l.* 4. §. *Condemnatum.* ad finem, *ff de re iudicata. Mandoſ. de monitorijs, quæſt.* 31. *num.* 8. de qua eius dictione, & eius vi videndus tibi erit *Romanus in l.* 1. *ff de verbor. ſignificat.*

Sed explica cum *Gloſſa hic*, non multum de- 12
bere ordinationem prolatari, nam particulæ, *ſtatim, illicò, mox, in continenti*, abſq; morā diſpendio, ſemper interpretandæ ſunt pro ut ſubiectæ materiæ, arbitrio boni viri, caſus poſtulaverit, *l. ſtatim*, *l Quod dicimus, ff. de ſolutionibus. Abb. in cap. Potuit de locato. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 9. *nu.* 5. & deinceps *Puteus deciſ.* 266. *nu* 4.

lib. 1.

lib. 1. Theſaur. deciſ. Pedamontana 77. num. 3. Gonzales de menſibus, & alternat. Gloſſa 9. in annotationibus, num. 217. ubi id affirmat ex l. final. Cod. de iudicijs, & cap. Preterea. 9. preſenti, ubi Gloſſa, verbo, continuò, de hæreticis, cap. Preterea, de teſtibus cogendis. Gloſſa in cap. Quia propter, verbo, mòx, de electione. Avendañ. in cap. Prætorum, part. 1. cap. 16. num. 2. Tiraquel. l. Si unquam, verbo, revertatur, à nu. 109. uſq; ad 129. C. de revocandis donation. Diximus ad cap. Si quis. 27. diſt. 50. & ad cap. Cathecuſit, 17. diſtinct. 61.

CAP. Subdiaconus. IV.

SVMMARIVM.

1 Ætas ad ſacros ordines præſcripta.
2 Vtrum attingens unam horam vigeſimi quinti anni queat ordinari?
3 Qui ante ætatem legitimam ordinatur in ſacris, eſt ſuſpendendus.
4 Ante Bullam Pij II. ideſt ante annum 1461. non erat talis ipſo iure ſuſpenſus. & num. 5.
6 Poſt Bullam Pij II. ſuſpenſus eſt ſic ordinatus ipſo iure.
7 Ad incurrendam hanc ſuſpenſionem opus eſt dolo.
8 Qui ſic ſuſpenſus miniſtrat cum dolo in ordine male ſuſcepto ſit irregularis.
9 Non tollitur iſta ſuſpenſio, adveniente legitima ætate.
10 Epiſcopus in ea poteſt diſpenſare.
11 Ad munera civilia, & reipublicæ officia ſatis eſt attigiſſe annum vigeſimum quintum.
12 Secus in Luſitania, ubi ordinatio requirit annum 25. completum.
13 Non verificatur hæc ætas in impetrantibus veniam ætatis.
14 Modificatur primò Ordinatio, ubi defuerint maiores viginti quinq; annis.
15 Nunquam admittendi ſunt pupilli ad munera reipublicæ.
16 Limitatur 2. in eis, qui non ſunt proprietarij, ſed ſuffecti.
17 Non placet ea limitatio.
28 Modificatur 3. in muneribus, ubi non requiritur tanta prudentia.

IN textu, ibi, Non minor viginti annorum. Immutatum eſt hoc Decretũ. Primò per *Clementinam generalem, de ætate, & qualit.* ubi ſufficit ad ſubdiaconatum ætas decimi octavi anni inchoati, ut ibi docet *Gloſſa*, verbo, *in decimo octavo*, ad diaconatum vigeſimi, ad presbyteratum vigeſimi quinti ſimiliter inchoati. Secundò, à *Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 12.* ubi ad ſubdiaconatum requiritur annus 22. ad diaconatum 23. ad presbyteratum 25. omnes inchoati, ut declaravit *ſancta Congregatio*, & tradit *Navarr. in Manual cap. 25. num. 116. Gutierr. Canonic. lib. 1. cap. 26. à num. 8. Emmanuel. Rodrig. regular. tom. 3. quæſt. 23. art. 6. Petrus Ledeſm. in ſumm. p. 1. tract. de Sacramento Ordinis, cap. 7. Garcia de benefic. p. 7. cap. 4. num. 21. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. num. 4. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 30. num. 8. Henriq. lib. 10. de Ordin. cap. 19. num. 2. Ægyd. de Sacrament. tom. 2. diſp. 20. num. 102. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 166. Avila de cenſur. p. 3. diſp. 5. dubio 7. §. Notandum undecimo. Franciſcus Leo in theſauro fori eccleſiaſt. p. 1. cap. 4. num. 31. Praxis nova epiſcop. cap. 1. num. 23. pag. 34. Bonacina de Sacrament. diſput. 8. quæſt. unica, punct. 5. num. 12. Miranda in Manual. prælatorum, tom. 1. quæſt. 39. art. 2. Campanil. in diverſorio iur. Canon. tubr. 7. cap. 3.* infra citandi. 1

Sed quæres quænam inchoatio annorum ſit neceſſaria, an ſatis ſit incepiſſe per diem, vel per horam? Primam partem ſequũtur Authores citati, *num. præcedenti*, & alij, infra *cap. 1. num. 5. diſt. 78.* Attamen ſufficere ingreſſum unius horæ vigeſimi quinti anni, ut rite quis ordinetur, videtur deduci ex *Trident. ſeſſ. 23. cap. 12. de reformat.* ubi diſponit neminem ante vigeſimum quintum annum promovendum ad presbyterium, & communis Theologorum, & Canoniſtarum tenet ſufficere complementum vigeſimi quarti anni, ergo qualiscunq; temporis attingentia 25. ſufficiet. Verum eſt enim dicere in illa hora ſumus in 25. anno, quod ante illam phyſice dici non poterat. Confirmatur quia computatio 24. anni debet fieri de momento ad momentum, ut vere compleatur, at quì ſubſequens tempus horæ iam eſt intra terminos viginti quinq; annorum, ergo ſatis erit Concilij decreto per egreſſum 24. annorum; & probatur ex *l. 3. §. Minorum, ff. de minoribus*, quatenus deciditur viginti quinque annos, ne aliquis minor dicatur, complendos eſſe de momento ad momentum, ubi *Gloſſa*, verbo, *momentum*, & ita intelligendi ſunt DD. dum aſſignant pro ingreſſu unum diem ſcil non integrum, ſed incæptum inter quos eſt. *Ægydius Coninck tom. 2. diſp. 20. dub. 10. num. 102.* concludens decretum *Trident.*, intelligendum 2

de annis

de annis inchoatis ad ſingulos ordines, vel per unum medium diem, ſed inchoatio fiat per unam horam: igitur ea erit ſatis.

3 In textu, ibi, Diſponatur. Senſus verus eſt ex mente *Suar. diſp. 31. ſect. 1. nu. 24.* ut qui ante legitimam ætatem à Canonibus conſtitutam ſacris ordinibus initietur, ob tale crimen ſuſpendatur, vide eundem *Suar. loco citato.*

4 Quæſtio eſt non vulgaris. Vtrum præter hanc ſuſpenſionem inferendam, de qua noſter textus, incurratur aliqua de facto, vel (quod idem eſt) ipſo jure ſuſpenſio ab ordinato in ſacris ante legitimam ætatem? Reſpondeo 1. quæſtionem hanc agitari poſſe, vel ante, vel poſt Bullam Pij II. Si ante Bullam Pij II. longè probabilior eſt ſententia aientium nullibi in jure poſitam eſſe talem ſuſpenſionem ipſo facto incurrendam, nam *cap. Vel non eſt compos, de temporib. ordinat.* ſolùm dicit Pontifex de quodam ordinato in diaconum ætate tredecim annorum. *Ipſum ab executione officij diaconi, uſq; ad ætatem legitimam ſuſpendimus.* Quæ verba ſolùm factum Pontificis continent, non quidem ut legislatoris, ſed ut judicis in illa cauſa, ac proinde ſolum ex eo colligitur, quid in talibus facere judices debeant, nimirum tales ſuſpendere, ut ipſe fecit, non quòd ipſo ſint jure ſuſpenſi, ſed quòd ſuſpendendi ſint propter talem exceſſum, ut optimè notat *Suarius, ſtatim citandus,* hanc ſequuntur *Gloſſam in d. cap. Vel non eſt compos,* verbo, *ſuſpendimus, Archidiac. Cardinal. à Turrecrem. in cap. Placuit, hac diſt. 77. Henriq. in cap. Conſultationi, de temporib. ordinat. columna 4. Antonius de Butrio in d. cap. Vel non eſt compos. S. Antonin. 3 p. tit. 14. cap. 16. §. 13.* ubi citat *Zabarellam, Maior in 4. diſt. 24 q. 1.* in fine, multi, quos refert, & ſequitur *Covar. in Clement. Si furioſus, p. 1. §. 1. nu. 4. Tabien.* verbo, *ætas, nu. 1.* & verbo, *Ordo, 3. nu. 3. §. 2. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 12. nu. 5. Bernard. Diaz. in practic. criminal. cap. 16.* multi apud *Henriq. lib. 13. de excommunicat. & ſuſpenſ. cap. 38. in Comment. littera A. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. nu. 23.* & ſequenti, *Avila de cenſur. p. 3. diſput. 5. dubio 7. §. de Secunda.*

5 Contrarium minus probabiliter tenet *Gloſſa in Clementinam generalem,* verbo, *anno, de etate, & qualitate,* & ibi *Cardinal. q. 5. & 6. Villadiego de irregularit. cap. de ſuſpenſion. col. 2. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 61. nu. 5. edition. Duaciana. Sanch. lib. 7. de matrimon. diſp. 30. nu. 14.* videntur tenere *Angel.* verbo, *ætas, nu. 4.* & ibi *Sylveſt. nu. 20.* Dubitat *Henriq. lib. 13. de excommunicat, & ſuſpenſ. cap. 38. num. 1.*

6 Reſpondeo 2. Si quæſtio agitetur poſt Bullam Pij II. (de cujus tenore videndus erit *Rebuf. in praxi benef. p. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines male promotis, Gloſſa 4. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 14. n. 13.*) quæ incipit. *Cum ex ſacrorum,* expeditaq; fuit Romæ 27. Novembris, anno 1461. Pontificatus verò ipſius Pij II. anno 4. non eſſe dubitandũ ordinatos ante legitimam ætatem eſſe ipſo jure ſuſpenſos, ibi. *A ſuorum ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint, & ſi hujuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant.* Ita tenent *Navarr. in Man. cap. 25. nu. 70. & cap. 27. nu. 155. & in repetition. cap. Accepta, de reſtitut. ſpoliator. oppoſitione 8. nu. 14. & tom. 1. conſ. 6. nu. 1. & conſ. 19. nu. 5. & conſ. 25. nu. 4. & conſ. 30. nu. 3. & conſ. 35. num. 1. & conſ. 4. nu. 1. & 4. & conſ. 48. nu. 1. de tempor. ordinat. Covar. in Clement. Si furioſus, p. 1. §. 1. nu. 4. Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 30. nu. 19. Graff. p. 1. deciſion. aurear. lib. 4. cap. 27. num. 23. Sayr.* cum multis, *de cenſur. lib. 4. cap. 14. num. 11.* ubi latè refert, qui hujus Bullæ Pij II. meminere, & Pontifices, qui eam ſuis diplomatibus confirmarunt, item *lib. 6. cap. 12. nu. 5. Henriq. lib. 13. de excommunicat. & ſuſpenſ. cap. 38. nu. 1.* ubi in Cõment. *littera D.* refert etiam Summos Pontifices confirmantes Bullam Pij II. & Authores, qui illius fecerunt mentionem. *Tolet. lib. 1. ſumma, cap. 61. nu. 5. & 6. edit. Duaciana. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. à nu. 25. Avila de cenſur. p. 3. diſp. 5. toto dub. 7. Reginald. in praxi, lib. 32. tract. 2. ſect. 3. nu. 70. §. Quod autem aliqui.*

Cæterum ſcias ad incurrendam hanc ſuſpenſionem opus eſſe dolo, nam Pius II. utitur verbo, *præſumpſerint,* quod & ad irregularitatem, & ſuſpenſionem ordinis ſacri, referunt *Navarr. in cap. 27. nu. 154. in Manual. & conſ. 3. de ætate, & qualit. & conſ. 2. de filijs preſbyteror. & 2. p. conſ. in addit. lib. 1. tit. de temporib. ordinat. conſ. 50. Bernard. in pract. cap. 26. littera C.* verſ. *Primò quod eius. Henriq. lib. 13. de excommunicat. cap. 38. nu. 1.* in fine, & in *Comment. littera E. Avil.* eleganter, *de cenſur. p. 3. diſp. 5. dub. 7. §. Pro intelligentia,* ad med. probabile judicat *Suar. d. diſp. 31. ſect. 1. num. 26.* in fine, ac proinde ſola ea ignorantia non excuſabit ab hac ſuſpenſione, quæ à dolo non excuſet, ſive ea ſit juris, ſive facti. 7

Præter ſuſpenſionem, incurritur irregularitas ab eo, qui in ſuſceptis ante ætatem ordinibus, non habita abſolutione à ſuſpenſione miniſtraverit, ſed dolus pariter in ipſa miniſtratione ordinis malè ſuſcepti, requiritur propter verbum, *præſumpſerint,* quo utitur Pontifex, ita tenent omnes Doctores, proximo numero citati, & præter illos *Covar. in Clement. Si furioſus, p. 1. §. 1. nu. 4. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 14. nu. 15.* & cum multis *lib. 6. cap. 12. nu. 5.* ad med. *Suar.* ubi proximè, *nu. 27.* ad med. 8

Neque illa ſuſpenſio impoſita à Pio II. tollitur, adveniente ætate legitima, & requiſita ad ordinem ritè ſuſcipiendum (ut tollitur quæ inferenda eſt à judice ob decretum, *cap. Vel non eſt compos,* ubi primum legitima ætas ſuccedit) ſed 9

ſed indiget omnino abſolutione, cum indiffinitè lata ſit, ita notant *Rebuf. in praxi de benef. p. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines malè promotis, Gloſſa 4. Covar. in Clement. Si furioſus, p. 1. §. 1. nu. 4. Henriq. q. lib. 13. cap. 38. nu. 1. Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 61. nu. 6. edit. Duacian. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 14. & 15.* & alij multi, unde conſequenter addunt, qui poſt ætatem, ſed cum ſuſpenſione miniſtraret in ordine ſic ſuſcepto, cum eo dolo, quem requirit Pontifex, fieri irregularem.

10 Si roges, quis poſſit abſolvere à tali ſuſpenſione? Reſpondeo poſſe epiſcopum, nam ea nullibi reſervata invenitur, ita *Sylveſt.* verbo, *ſuſpenſio, nu. 8. Avila de cenſur. p. 3. diſp. 5. dubio 7. §. Septimo notandum.* Nec refert, quòd hanc ſuſpenſionem ſibi reſervavit Sixtus V. Bulla, quæ incipit *Sanctum, & ſalutare*, nam, ut ſæpe iam diximus, ea à Clemente VIII. ad terminos iuris communis redacta eſt. An ordinati in minoribus ante legitimam ætatem, ſint etiam ipſo iure ſuſpenſi, dixi in *cap. In ſingulis, num. 18. hac diſtinct.*

11 In Gloſſa, verbo, Subdiaconus, ibi, Licèt ſenſus ſit, &c. Ait in honoribus civilibus ſatis eſſe attigiſſe vigeſimum quintum annum; & allegat *l. Ad Rempublicam, ff. de minoribus, & honoribus*, idem tenet ibi *Alberic. num. 2. Gloſſa 1. in l. 1. C. qui ætate, lib. 10.*

12 Secus eſt in Luſitania ubi ex *Ordinat. lib. 1. tit. 93.* cavetur, ut nullus ante completum vigeſimum quintum annum Reipublicæ muneribus præficiatur, de qua videbis ex noſtris Luſitanis *Caldas Pereira in l. Si curatorem*, verbo, *hunc contractum, nu. 41. & 44. Mendezium à Caſtro in praxi Luſitana, lib. 1. cap. 2. nu. 26.* videbis præterea *Gregor. Lopez l. 8.* verbo, *entendidos, tit. 9. p. 2. & l. 2. tit. 9. lib. 3. recopil. fratrem Ludovicum Mirandam de ordine iudiciario, q. 4. art. 2. concluſ. 1. Curiam Philippicam p. 1. §. 2.*

13 An verò hæc verificetur ætas in eo, qui veniam ætatis à Rege nactus eſt, dubitant nonnulli? Placet negare cum *Gloſſa 1. in l. 2. C. quæ ætate, lib. 10.* quam ſequitur *Platea nu. 1.* Nam impetratio veniæ, & ætatis prodeſt ſolùm ad adminiſtrationem patrimonij proprij; & ut quis ad iudicia admittatur, ut *maior l. 2. Cod. de his, qui veniam ætatis impet.* non verò ad munera, & officia Reipublicæ, ſequitur præterea *Roderic. Suar. allegat. 12. nu. 7. Padilla l. Si quis maior. nu. 7. C. de tranſact. Caldas Pereira in l. Si curat.* verbo, *hunc contractum, C. de reſtitut. in integrum.*

14 Modificabis tamen 1. Ordinationem noſtram Luſitanam, ut ea non valeat, ubi defecerint incolæ maiores viginti quinq; annis, nam tunc ratione penuriæ aſſumi poterunt minores, ex *l. Non tantum, §. Minores*, ubi *Gloſſa*, verbo, *ex cauſa, ff. de Decurionibus, Gloſſa*, verbo, *eremi, in l. Ad Rempub. ff. de muneribus, & honoribus. Roderic. Suar. allegat. 12. nu. 3. Azored. ad Curiam Philippicam lib. 1. cap. 12. Avendañ. de exequend. mandat. part. 1. cap. 19. num. 16.*

Quod intellige, niſi tales aſſumendi ſint in ætate pupillari, nam tunc omnino reſciuntur ex *l. 1. §. Impuberes, ff. de iure immunit. Caldas Pereira in l.* 15
Si curatorem, verbo, *in hunc contractum, C. de reſtitut. in integr. nu. 42.*

Modificabis 2. in minoribus, qui proprietarijs in officijs ſufficiuntur; nos dicimus, *ſervit de ſervientia*, ita iudicatum refert *Cabed. p. 2. deciſ. 2. arreſto 106. Mendez de Caſtro in praxi Luſitana, lib. 1. cap. 2. §. 9. nu. 25.* 16

Verius puto hanc modificationem, & praxim eſſe expreſſè contra eandem *Ordinationem Luſitaniæ, eodem lib. 1. tit. 93.* ibi. *Nem o poſſa ſervir em nome de outrem, poſto que tenha de nòs licença para iſſo, naõ paſſando de idade de vinte, & cinco annos.* Ideſt, ac ſi dicat *nemiuem; qui non excedat 25. annũ poſſe ſufficere pro proprietario ad officij, & muneris ſervitium, licèt hoc ſervitium illi conceſſum ſit à Rege.* 17

Modificabis 3. in muneribus publicis perſonalibus, in quibus parum, aut nihil refert. Vtrum quis magna prudentia, & conſilio polleat, ut eſt facere cuſtodiam in porta, muros ab hoſtibus tutari, & quid ſimile; nam ad hoc vocantur minores viginti quinq; annis, exceptis ſcholaribus, quibus calamus, non gladius, liber, non arma conveniunt; ita docet *Bart.* & *Platea in l. 1. nu. 2. C. qui ætate. lib. 10. Azored. ad tit. 14. nu. 20. l. 6. nova recopilat.* 18

CAP. Placuit. V.

SVMMARIVM.

1 *Qua ætate quis poſſit diaconus initiari?*
2 *Velum quod fœminis Deo ſacratis dari ſolet, quotuplex ſit?*
3 *De quo velo diſponat noſter textus?*
4 *Quibus virginibus dari poſſit hoc velum?*
5 *An, quæ hoc velo velabitur, neceſſariò debeat eſſe virgo?*
6 *An, quæ per vim, & ſine ullo mentis conſenſu oppreſſa eſt, poſſit velari?*
7 *An, quæ occultiſſimè integritatem corporis amiſit mortaliter, poſſit velari?*
8 *An hæc tenearur ſe prodere, ne veletur?*
9 *Authoris ſententia proponitur.*

10 *De*

10 *De ſalutatione lectorum.* Iube Domne benedicere.

11 *De ſalutatione.* Dominus vobiſcum.

12 *De ſalutatione Virginis Peipara à cõcionatoribus.*

1 IN textu, ibi, Diaconi. Dixi de correctione huius, & ſimilium Canonum, in *cap. Subdiaconus*, 3. *nu.* 1. *hac diſt.* 77.

2 In textu, ibi, Nec virgines cõſecrentur. Nota ex *Paludan. in* 4. *diſt.* 38. *Sylveſt.* verbo, *conſecratio virginum* 1. *Emman. Rodr. tom.* 1. *quæſt. regul. q.* 64. *art.* 1. quinq; vela ex nigro colore dari ſolita fuiſſe fœminis, quæ Deo dicabantur. Primum profeſſionis, quod poſt profeſſionem portant omnes moniales profeſſæ. Secundum, conſecrationis anno ſcilicet 25. ut conſtat ex hoc textu. Tertiũ ordinationis, dabatur anno quadrageſimo diacoſſis, ut homilias in choro poſſent legere, *cap. Diaconiſſam*, 27. *q.* 1. *& cap. Si quis omnem*, 1. *q.* 7. de quibus *Sot. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 2. paulò ante med. §. *In contrarium.* De alijs diaconiſſis, & presbyteris, dixi ego *in cap. Presbyter*, 18. *nu.* 3. & *cap. Meliores*, 19. *nu.* 1. *diſt.* 32. Quartum velum erat prælationis, quod dabatur Abbatiſſis ad 60. ætatis annum, *cap. Iuvenculas*, 20. *q.* 1. ſed de ætate aliter habetur in *Trid. ſeſſ.* 25. *de regul cap.* 7. Quintum continentiæ, & obſervationis, *cap. Vidua*, 27. *q.* 1. quod etiam dari poteſt virginibus.

3 Textus ergo loquitur nunc de velo ſolito dari virginibus ad 25. annum, cum eis ceremonijs, de quibus in *Pontif. Roman. pag.* 186. & ſeqq.

Quæſtio igitur prima eſt. Quibus virginibus dari poſſit hoc velum? Reſpondet *Sylveſt.* ubi proximè, cum *Archidiac. Emman. Rodr. d. art.* 1. ubi cum cõmuni Doctorum, ut ipſe ibi appellat, ſolum eas virgines, quæ tria vota eſſentialia in Religione approbata emiſerint, eſſe conſecrationis veli velandas, non tamen omnes, quia neq; moniales mendicantium, neq; quædam aliæ conſecrantur ab epiſcopo.

5 Quæſtio ſecunda. An neceſſario ea, quæ velo conſecrationis velanda eſt, debeat eſſe virgo? Scripſi iam de hac quæſtione in *cap. Sanctimoniales*, 24. *nu.* 1. *diſt.* 23. ubi retuli ex *Sà*, verbõ, *conſecratio*, *nu.* 6. poſſe conſecrari eam, quæ pollutione voluntaria fuit corrupta, intellige etiã ſi ipſa talem pollutionem procuraſſet tactibus impudicis etiam cum viro, dummodo integra ſit corpore, ſignaculum virginale non amiſerit, hanc reſolutionem ſequitur pariter *Sylveſt.* verbo, *conſecratio virginum*, *nu.* 2. *Caiet. in ſumma*, verbo, *virginum conſecratio. Fumus eodem verbo n.* 3. *Leſius lib.* 3. *cap.* 2. *dubio* 16. *nn.* 120. probat optimè *Caietan.* & ex eo *Leſius*, quos adi.

6 Quæſtio 3. An quæ per vim amiſit virginitatem, & carnis integritatem oppreſſa, vel dormiens, vel vigilans, ſine ullo tamen animi cõſenſu, ita ut non peccaret mortaliter in tali oppreſſione, poſſit eodem virginitatis velo velari? Tetigi hanc quæſtionem in *cap. Acutius*, 2. *nu.* 3. *diſt.* 26. & ibi citavi *Emmanuel.* pro parte negativa; nunc dico probabiliorem eſſe partẽ affirmantem, ſi talis violatio occulta ſit. Nam, ut certum eſt, *in* tali caſu virginitas non perijt, ut communiter docent DD. cum *D. Thom.* 2. 2. *q.* 152. *art.* 1. *ad* 3. ex doctrina *S. Auguſt. lib.* 1. *de civitat. Dei, cap.* 18. ibi. *Quis*, inquit, *ſana mente putaverit ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, vel oppreſſa carne ſua exerceatur, & explcatur libido non ſua?* Et cætera, quæ eloganter proſequitur. Addit *S. Auguſtinus*, hanc, quæ vim paſſa eſt, parem eſſe illi, cuius integritatem obſtetrix, ex juſta cauſa, manu velut explorans, caſu dum inſpicit, perdidit. Atque ut dubium non eſt, hanc, quam ita obſtetrix caſu perdidit, poſſe velari, ſic etiam illa poterit, quam illi parem facit *S. Auguſtin.* ita *Leſius lib. & cap proximè citato, dub.* 16. *nu.* 115. Nec contra facit decretum *Leonis Papæ, in cap. Illæ autem*, 32. *q.* 5. Quòd conſilium tantum continere, non præceptum ibi dicemus, deinde Canonem loqui de oppreſſione manifeſta, propter inſpectionem contenſus, & indecentiam, quæ inde conſurgit; ibi me vide.

7 Quæſtio 4. An, quæ occultiſſimè voluntarie integritatem corporis, & virginitatem amiſit proſtituendo ſe viro, vel aliquo modo venerco, poſſit inter moniales, quarũ religionem profitetur, velum, quod accipiunt virgines, pariter accipere, ſuppoſito quod ab omnibus pro virgine habeatur? Dixi de hac quæſtione in *cap. Sanctimoniales*, 24. *nu.* 1. *diſt.* 23. ubi pro hac parte affirmativa unicũ citavi *Sà.* Pro negativa *Sot. Sylveſt. Navarr. Mirand. Vivald.* quibus adde *Paludan. in* 4. *diſt.* 38. *q.* 5. *toto art.* 3. *S. Antonin* 3. *p. tit.* 2. *cap.* 2. §. 2. *Caiet. in ſumm.* verbo, *virginum conſecratio. Fumus nu.* 3. *Emman. tom.* 1. *quæſt. regul. q.* 64. *art.* 3. *Sayr. de cenſur. lib.* 6 *cap* 4. *n.* 21. *Leſius lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 16. *nn.* 117. Qui omnes aiunt id adeo verum eſſe, ut nec propter grave ſcandalũ inde eminens, ſi tales non ſacrentur, conſecrandæ ſint.

8 Ego, ut verum fatear, non video, qua ratione talis obligari poſſit ad abſtinendum à velo virginum in ea religione, ubi moris ſit illud ab omnibus virginibus recipi. Primò, quia ſi tale, quid facit, infamabit proculdubio ſe ipſam, non ſolum apud eas, cum quibus vivit, ſed etiam apud externos; quod in maximum redundabit dãnũ, & ſui, & religionis, & totius parentelæ, & mille infortunijs aditũ aperiet, unde puto tãtũ abeſſe, ut teneatur ſe ipſam prodere, ne velum virginitatis accipiat, ut potius teneatur crimen ſuum tacere, nec ſe ipſam infamare, cum tanto dãno religionis, & parentũ, ac cõſanguineorũ,

ut est vulgare in materia famæ, quia tunc fama sua, non est sua, sed religionis, parentum, consanguineorum, &c. Adde *Sayr. in clavi Regia, lib. 11. cap. 4. nu. 38.* Secundò, quia nulli licet infamare seipsum, narrando de se, licèt verè, turpe aliquod, vel grave crimen, aut atrox, imò si talè faciat, peccabit mortaliter, propter scandalum, quod inde necessariò sequitur, ut tenet *Sot. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 4. dub. 3. conclus. 2. & lib. 5. q. 10. art. 1. ante fin. Covar. lib. 1. variar. cap. 1. nu. 8. Aragon. 2. 2. q. 62. tract. de dominij obiecto. Salon. q. 3. de dominio, art. 3. post conclus. 6. & q. 73. dub. 2. controvers. 3. Navarr. in Man. cap. 18. nu. 58.* Sed quid turpius, quid gravius, quid atrocius, quàm ut de se fœmina, nobili, & honesto loco nata, palam reiecto velo, fateatur virginitatem suam prostituisse, vel in parentum domo, cum adhuc ibi esset, vel in monasterio, cum tot clathris, & parietibus sepiatur. Tertiò, quia non puto piam matrem ecclesiam voluisse sua illa virginũ consecratione fœminas passim, quæ p virginibus habentur, obligare ad prodendas se ipsas in ea re, quæ charior esse solet, sed cõuniter velle consecrare virgines, quæ tales sunt, & eas, quæ pro talibus habentur, cum sine scãdalo gravi id prætoriri non poterit. Addo non tanti habendam lectionem in sacramentali, ut causa eius fugiendæ incidendum sit in turpem sui, & suorum infamationem, nec id velle ecclesiam; quidquid Authores contrarij aliter p̃sumdeant. Alia multa pro hac opinione adduci possunt, quæ institutum meum dedecent, in illam videtur inclinare, *Lessius citatus*, ubi dicit esse aliquorum antiquorum, & recentiorum, quos tamen ipse non nominat.

9 Quapropter statuo (deosculata primum tãtorum Doctorum, quos pro contraria parte retuli, authoritate, & religione) mihi videri probabile tales moniales, quæ occultissimè virginitatem, & carnis integritatem amiserunt, non teneri à velo virginum abstinere, ubi illud cõmuniter reliquæ virgines accipiunt, ne hac ratione se prodant, in re, quam tanti fœminæ faciunt, si tamen aliquo casu extra confessionem solus episcopus consecraturus, certo sciret consecrandam, non esse virginem, uti posset cautellis in pronuntiando consecrationis officio, quas apponunt *Emman. Rodr. & Lessius citati*, mutando scilicet nomen virginitatis, in castitatis, & alia similia, quidquid talem cautellam impugnet, & irrideat *Cajet.* verbo, *Virginum consecratio*, dũmodo tamen ex tali mutatione scandalum non generetur, & circunstantes colligãt talem non esse virginem, sed corruptam.

10 In text. ibi, Populum salutem.

Explicat *Glossa hic*, vel de salutatione, *Dominus vobiscum*, vel de *Iube Domne benedicere*. De hac secunda videbis *Rupert. lib. 1. cap. 12. de divinis officijs*, ubi ait sic lectores incipere lectionem scripturarũ, & verbi Dei, quia nemo, sine permissu maioris arrogare sibi debet munus annuntiandi evangelium, iuxta illud *Apostoli ad Roman. cap. 10. nu. 15. Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?* Addit *Rupert.* lectorem finire lectionem dicendo. *Tu autem Domine miserere nobis*; quia nullus, ut plurimũ, sine levi aliquo terreno cõtaminationis pulvere Evangelium Dei prædicat. Vide *Azor. p. 1. lib. 10. cap. 15. q. 6.* & quæ notavi ad *cap. Deniq., 6. nu. 3. dist. 21.* 1

De prima salutatione, *Dominus vobiscum*, habes exempla in veteri lege, *Ruth. cap. 2. nu. 4. & 2. Paralip. cap. 15. nu. 2.* inter christianos est salutatio antiquissima, ut constat ex *S. Dionysio de ecclesiast. Hierarchia, cap. 3.* ubi dignissimam mysticam, & supramundanam illam appellat. *August. lib. 14. de civit. Dei, cap. 12.* Ab Apostolis institutam dicit, *Concilium Bracharense 2. cap. 21.* de quo *Sother*, & *Anacletus Papa, in cap. Hoc quoq., de consecrat. dist. 1.* Respondeo item, *Et cum spiritu tuo*, antiquissima est, ut constat ex Patribus, præcipuè ex *Chrysost. hom 36. in 1. & hom 18. in 2. ad Corinth.* ex *Petro Damiano*, qui integrũ libellum inscripsit cum titulo, *Dominus vobiscum*, qui est *epistola 12.* videbis *Azor. p. 1. lib. 10. cap. 34. q. 4. Suar. tom. 3. de Sacram. disp. 83. sect. 1. §. Quinto post hymnum.* 11 2

Ex hac lectorum salutione ad populum puto ortum habuisse salutationem concionantiũ, non quidem ad populum, sed ad sanctissimam Dei parentem, oblata salutatione Angelica, ut ipsa auxilium præstet dicentibus, & audientibus verbum Dei. 12

CAP. Episcopus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Ætas pro diaconatu.*
2 *Textus disponit tantum, quæ fieri debẽt ubi coniugati sunt iuvenes.*
3 *Dispositio* cap. Coniugatus, de conversione cõiugat. *pro his, qui senes etiam sunt.*
4 *Maritus, cui uxor adulterium cõmisit, non eget eius facultate, ut ordinetur, quid si damnata est de hæresi?*
5 *Hæc voluntas requirenda est etiam in matrimonio rato.*
6 *Non debet esse metu gravi, vel dolo extorta.*
7 *Non sufficit spontanea dissimulatio.*
8 *Vltra licentiam requiritur separatio, & qualis esse debeat?*

Textus

9 *Textus difficultas, & eius duplex explicatio. nu.* 10. *&* 11.
12 *An textus requirat alterius coniugis ingreſſum in religione?*
13 *Proponitur ſententia Authoris.*
14 *Solvuntur, quæ contra obijci poſſunt, & magis ſtabilitur.*
15 *Diſpoſitio textus, eſt etiam pro ordinibus minoribus, & tonſura.*
16 *Coniugatus volens de licentia uxoris tonſurari, debet vovere caſtitatem.*
17 *Ætas pro epiſcopatu neceſſaria.*
18 *Epiſcopus conſecratus ante cõpletos* 30. *annos, non incurrit ſuſpẽſionẽ Pij* 2.

3 IN textu, ibi, Minoribus 25. annorum. Vide poſita ad *cap. Subdiaconus, nu.* 1. ſupra, *hac eadem diſt.*

2 In text. ibi, Coniugati iuvenes. Notabis diſpoſitionem huius Canonis eſſe tãtum pro coniugatis, qui adhuc iuvenes ſunt, & in ea ætate, in qua in utroque periclitatur pudicitia, ut aperte ex eo conſtat.

3 Pro his, qui iam non ſunt iuvenes, ſed ſenes, ſive matrimonium ratum ſit, ſive conſũmatũ, idem definitur in *cap. Coniugatus, de converſ coniugat.* Quod intellige niſi Sũmi Pontificis licentia, & diſpenſatio accedat, quia poſſet diſpenſare in voto caſtitatis annexo ordini, ac proinde nullum inde generaretur prꝫiudicium uxori, vel ſi matrimonium tantùm eſſet ratum, poſſet illud ex iuſta cauſa dirimere, ita *Sanch. lib. 7. de matrimon. diſp. 38. nu. 4. contra Paludanum in 4. diſt. 27. q. 3. art. 3.*

4 In textu, ibi, Vxoris voluntas. Quæſtio prima eſt, an ſemper hæc voluntas ſit requirenda? Reſpondeo requirendam non eſſe, cum uxor innocente viro, cõmiſit adulterium, tunc enim, illa invita, vir ad religionem, & ad ordines poteſt tranſire; probat ſatis eleganter cum multis *Sanch. lib. 10. de matrim. diſp. 11. nu. 5. & diſp. 12. nu. 5.* quem vide, quod etiam intelligit de fornicatione ſpirituali, ideſt hæreſi, ubi uxor damnata eſt ſententia Eccleſiæ, quæ doctrina mihi valde placet, ad illum *lib. 10. de matrimon. diſp. 15. nu. 21. & 22.*

5 Quæſtio ſecunda. Vtrum hæc voluntas requirenda ſit, cum matrimonium eſt tantùm ratum, ſed nondum conſũmatum? Reſpondeo affirmativè, ita definitur à *Ioanne XXII. Extravag. antiquæ, de voto,* & hoc licet vir ordinetur cum animo tranſeundi ad religionem, docent *Petr. Ledeſma de matrimon q. 53. art. 4. dubio 1. Emman. Rodrig. tom. 1. ſummæ, in 2. edit. cap. 224. num. 3. Vega tom. 2. cap. 34. caſu 48. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 38. nu. 3.*

Quæſtio tertia. Vtrum ſufficiat hanc voluntatem eſſe metu gravi, & dolo extortam? Reſpondeo negativè, quia per voluntatem ita habitam non poteſt coniux privari iure ſuo, ita tenent, cum multis *Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 35. nu. 8. & 9. & diſp. 38. n. 13.* habebit ꝙ tunc uxor ius revocandi maritum, ut docẽt *Sylveſt.* verbo, *diuortium, q. 17. diſt. 4.* ubi *Armilla nu. 13. Cuthus lib. 4. inſt mulier. tit. 12. n. 194. Azor p. 1. l. 14. q. 12.* 6

Quæſtio quarta. Vtrum ſufficiat ſpontanea uxoris diſſimulatio ſcientis, & non contradicentis, Vtrum ordinari? Reſpondeo non ſufficere, quia cum res ardua ſit, iura tali diſſimulatione contenta non ſunt. Docent *Sylveſt. Armilla, Cuthus,* & *Azor,* proximè relati, item *Sanch. lib. 7. de matrimon. diſp. 38. num. 15.* contra multos, quos *nu. 14.* adducit, unde hæc poſt mortem viri malè contrahet matrimonium, ad quod tamen inhabilis redditur, cum ſponte conſenſerit, vide poſita ad *cap. Si ſe, 51. à nu. 2. diſt. 28.* 7

In textu, ibi, Sequeſtrato manſionis cubiculo. Vltra licentiam, & facultatem uxoris, ut vir promoveatur ad ordines, requirit hoc decretum, ut pariter ſeparentur. Verum qualis eſſe debeat hæc ſeparatio, non ſatis conſtat, cum triplex conſiderari poſſit. Prima ſeparatio eſt lectuli, ſive thori coniugalis. Secunda cubiculi, ſive cameræ. Tertia habitationis, & domus, ita ut neq; in eadem domo habitent. Vera reſolutio eſt, ſi illi coniuges, ſint ſuſpecti de incontinentia, nullatenus ſunt permittendi ſimul habitare, ſi verò non ſint ſuſpecti, ſatis eſt cubiculum ſequeſtrare. Ita docet *Gloſſa,* & *cap. Volumus, diſt. 81.* ubi *Hugo,* & *Aribidiac. Turrecremat.* & *Dominicus nu. unico, Abb. in cap. Coniugatus, nu. 3. de converſ. coniugat. Franciſcus Marc. deciſ. 734. nu. 6. p. 2.* quem refert *Sanch. diſt. lib. 7. diſp. 39. nu.* 8. ubi omnes textum noſtrum afferunt, vide infra ad *cap. Volumus, diſt. 81. nu. 2.* 8

In text, ibi, Religione promiſſa. Verſat hic textus, & alij pariter de hac re doctorum ingenia. 9

Prima explicatio eſt eorum, qui Gloſſam ſequuntur hic explicantem verbum, *Religionem,* ideſt caſtitatem, ita ut idem ſit, religione promiſſa, ac caſtitate nuncupata; quod mille locis eadem docet *Gloſſa in cap. Quia ſunt,* verbo, *nec religioſam, diſt. 28. cap. Coniugatus,* verbo, *continentiam, de converſ. coniugat. cap. 2.* verbo, *caſtitatem, de clericis coniugat. Extravagans antiqua de voto,* verbo, *voverit. Hoſt. in. de converſ. coniugat. nu 5. Henriq. cap Coniugatus, citato, nu. 5. & 8. Monald ſumm.* ubi *de voto, tit. de voto coniugator.* verbo, *item licet aliqui, Brunellus de ſponſalibus, concluſ. 30. num. 6.* 10

ſupplementum ſummæ Pizanæ, verbo, *impedimentum*, *impedimento* 11. *nu* 2. *Turrecrem. hic nu. unico*, *Cæt. in repet. cap. Ad limina*, 30. *quæſt.* 1. §. 4. *q.* 195. *nu.* 467. *Mayol. lib.* 1. *de irregularit. cap.* 34. *num.* 3. *Franciſcus Marc. deciſ.* 734. *nu.* 2. *p.* 2. *Sa*, verbo, *divortium*, *nu.* 4. quam explicationem, & ſententiam appellat valde probabilem, *Sanch. lib.* 7. *de matrim. diſp.* 39. *nu.* 2. ad med.

11 Secunda explicatio eſt, ut hîc *religione promiſſa*, ſit voto religionis nuncupato, quia hîc agitur de uxore vivente, atq; in hac ſemper iura requirunt ingreſſum religionis, cum vir illam ingreditur, *cap. Cum ſis*, *cap. Vxoratus*, *cap. Ad Apoſtolicam*, *de converſ. coniugat.* Ratio eſt, quia magis expoſita manet uxor iuvenis incontinẽtiæ, manente viro in ſæculo, quam ingreſſo religionem, ut patet. Ergo cum iura requirant, ut in primo caſu ingrediatur religionem, ita etiam idem requiritur in ſecundo, & ſic explicãda ſunt, cum res fuerit alicuius dubitationis, ſequuntur hanc explicaionem ex Iurisperitis *Gloſſa*, verbo, *ſeparentur*, *in cap. Si ſe*, *diſt.* 28. *Innocent. Hoſtienſ. Antonius*, *Abb. Præpoſit. Dominic. Aſtenſ. Roſella*, *Sylveſt. Armill. Tabien. Navar. Greg. Lop. Covar. Cuchus.* Ex Theologis, *D. Thom. Albertus Magnus*, *Paludan. Maior*, *Sot. Angles*, *Palacios*, *Ludovic Lop. Henriq. Azor*, quos refert, & ſequitur *Sanch. de matr. lib.* 7. *diſp.* 39. *nu.* 6. Iudicium feram de his duabus explicationibus *nu.* 14. *&* 15.

12 In textu, ibi, Pariter converſi fuerint. Videtur textus requirere ingreſſum, & profeſſionem utriuſq; coniugis in religionem, antequam ordines maritus cum effectu ſuſcipiat; nam dicit, ut poſtea quam pariter converſi fuerint, ordinẽtur, neq; enim aliquis dicitur converti, ſed in ſæculo manere, ſi non profiteatur; ut acutè docet *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 32. *nu.* 4. cum multis, quos ibi refert, & ſequitur. Aliunde, ut non credam hîc ſermonem eſſe de religione, ſivè quoad ingreſſum, ut ibi fœmina ſecurè ab incontinentia vivat, ſive ad profeſſionem, movent me verba illa. *Sequeſtrato manſionis cubiculo*, quid enim opus erat meminiſſe de ſequeſtratione cubiculi, ſi vel unus, vel uterq; ad religionem erat migraturus, ſive ut ibi occluderetur, ſive ut profiteretur?

13 Quapropter ſtatuo conformiùs eſſe menti, & diſpoſitioni huius Canonis, quantũ ex eius verbis, & ſerie datur intelligi, hîc nullam fieri mentionem de ingreſſu religionis, nec etiam de voto illam ingrediendi, ſed tantum de voto caſtitatis, quod uterq; coniux, cogebatur nuncupare, licèt ambo iuvenes eſſent, ac proinde priorem explicationem, quam retuli *nu.* 10. ſecundæ *nu.* 11. præferendam exiſtimo, ac dicendum ex hoc textu non benè probari opus eſſe, ut uxor iuvenis religionem profiteatur, ſi velit marito licentiam concedere tranſeundi ad ordines; ſed ſatis eſſe, ſi nuncupata caſtitate in eadem domo manere non permittantur. Fulcitur hæc explicatio ex *textu in cap. Coniugatur*, *de converſ. coniugat.* ibi. *Nullus coniugatorum eſt ad ſacros ordines promovendus*, *niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus*, ubi tantum poſtulatur continentiæ votum in uxore, ſive iuvene, ſive grandæva, quod denotat tum verbum, *nullus*, & videtur explicare terminum noſtri textus; *Religione promiſſa*, per illos, *continentiam profitente*, & terminos; *ſequeſtrato manſionis cubiculo*, per illos, *ab uxore fuerit abſolutus*, ideſt ſeparatus.

Nec *religione*, alicui moveat, quod ambo 14
pariter iubeantur converti; nam ibi, *converti*, non eſt à ſæculo in religionem tranſire, & ſtatum per profeſſionem mutare; alioquin nunquam ratione huius textus poſſet maritus ordinari; niſi tranſeundo ad religionem, quod tamen Authores ſecundæ explicationis negant, ſed eſt Amore, & ſtudio liberiùs Deo vocandi, & ab actu coniugali, & conceſſis matrimonij voluptatibus per votum continentiæ, & ordinum ſuſceptionem, quam longiſſimè ſeparati, atq; ab ſtatu matrimonij ad ſtatum continẽtiæ tranſilire. Addo non bene trahi diſpoſitiones factas pro ingreſſuris religionem ad eos, qui ordinibus initiari volunt, maximè ubi textus in contrarium commodè applicantur; ne dicam ubi ſunt textus contrarium ſuadentes; ut eſt in noſtro caſu *cap. Coniugatus*, cuius concepta verba ſuperiori numero retuli. Iudicent peritiores.

In textu, ibi, Ordinentur. 15
Cum diſpoſitio ſit abſoluta, abſolutè etiam intelligenda eſt de quocumq; ordine, ſive ſacro, ſive de his, quos minores appellamus; probatur etiam ex *cap. final. de tempor. ordinat.* ubi *Gloſſ.* verbo, *Diffinitum*, & ibi *Dominicus nu.* 6. *Gloſſ. cap. Coniugatus*, verbo, *ad ſacros*, & ibi *Ioannes Andr. nu.* 3. *Anton. nu.* 3. *Abb. num.* 2. *Cardinal. q.* 1. *Ancharr. nu.* 2. *de converſ. coniugat.* idem *Ioann. Andr. in cap.* 2. *de clericis coniugat.* & ibi *Antonius num.* 5. *Abb. nu.* 3. *Ancharr. nu.* 3. *Cardinal. q.* 1. *Imol. nu.* 1. *Brunellus de ſponſalib. concluſ.* 30. *num.* 16. *Antonius Cuchus lib* 3. *inſtitut. Maior tit.* 12. *nu.* 197. *Mayol. lib.* 1. *de irregularit. cap.* 34. *nu.* 1. *Lancelot. inſtitut. iuris Canonici*, *lib.* 2. *tit. de divortio*, §. *His exceptis*, verbo, *ad ſacros*. *Azor. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 7. *Sanch. lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 38. *nu.* 6. Quanvis etiam probabile ſit ex iuſta cauſa poſſe coniugatum ad minores ordines promoveri, ſine uxoris facultate, ut docent *Innocentius in cap. Cõiugatus*, & ibi *Hoſtienſ. num.* 1. *Henriquus num.* 6. *de converſ. coniugat.* Quo in caſu addunt non eſſe petendum votum continentiæ, ab eo coniugato aſcendente ad minores.

Sed ultra

Sed ultra licentiam ex parte uxoris, ut coniugatus poſſit ad primam tonſuram alcendere, exigendum eſt ab eo votum continentiæ, quando hic non poteſt ad tonſuram promoveri, niſi velit ad ſacros ordines alcendere, ut ergo non coniugat cum reſilire voto caſtitatis aſtringendus erit. ſic *Gloſa hos notio cap. Epiſtolæ, & ibi ſequentes. item Andr. in cap. Coniugati vnup. 4. & ibi Ioan. num. 3. Abb. num. 3. Cardinal. genſ. 1. Anchar. num. 2. de cons* 17 *uerſis coniugator. Sanch.* ubi proxime, *num.* 8.

In textu, ibi, Ante triginta annos. Intellige completos, nam qui in epiſcopum aſſumi debet, hanc ætatem completam habere oportet, ita etiam *cap. Cum in cunctis, de electione, in 6.* & ibi ſcribentes, *Trident. ſeſſ. 7. cap. 1.* ubi ſe refert ad *cap. Cum in cunctis*, citatum. *Henric. lib. 14. de irregularitat. cap. 9. num. 11.* & in *Formulis. littera C. Azor. part. 2. lib. 2. cap. 28. quæſt. 8. & lib. 6. cap. 6. quæſt. 1. Suarez. de cenſuris, diſp. 38. ſect. 1. num. 29. Tolet. lib. 1. ſumma. cap. 61. num. 4. edition. Duarena. Leſius de iuſtitia, lib. 2. cap. 34. dubio 20. num. 107. Reginald. in praxi fori conſcientiæ, lib. 30. tract. 3. cap. 12. ſect. 1. num. 163. Sayr. de cenſuris, lib. 6. cap. 12. nu. 3. Miranda. de ordine iudiciario, quæſt. 4. art. 2. concl. 3. Garcia de benefic. part. 7. cap. 6. num. 76. Menoch. de arbitrar. caſu 337. num. 24. Rebuf. de pacifica poſſeſſio. num. 184. Mynſinger. in addit. ad recopilat. legum Navarr. lib. 1. tit. 2. l. 1. de ætat. num. 18. Gutierr. Canon. lib. 1. quæſt. 26. num. 39.* Eandem etiam ætatem requiri in eo, qui ad Cardinalatum eſt promovendus, tenent *Henriq. dict. cap. 9. & lib. 6. cap. 6. quæſt. 14. Campanil. in diverſor. iuris, tabula, 7. cap. 6. num. 47.* Contraria tamen conſuetudo Romæ hodie obſervatur, ubi multotiens minoris ætatis creantur Cardinales. Quod verò attinet ad ſupremum apicem omnium dignitatum, qualis eſt Summus Pontificatus, decretum eſt, ut nullus minor annis triginta elec- 18 tatur. *Felin. de homic. 4. 5. p. 3. num. 14. Henriq. & Campanil. citati.*

8 Quæres. An qui conſecratur epiſcopus ante completos triginta annos, incidat in ſuſpenſionem Extravagantis Pii II. quæ incipit. *Cum ex ſacrorum*, de qua ego egi in *cap. Subdiaconus, 3. q. num. 5. hac diſtinct. 77.?* Reſpondendum negative. Primò quia, ibi non fit mentio de epiſcopis, ut fieri opus erat ad illius incurſionem, iuxta *cap. Quia periculoſum de ſententia excommunicat. in 6.* Secundò quia, ſi circumſtantiis ſatis colligitur ibi ſermonem non eſſe de epiſcopis, maximè quia collatio ordinis epiſcopalis per excellentiam dicitur conſecratio, non verò ordinatio. Tertiò quia aliæ particulæ quæ in dicta Extravagati continentur, ut ſunt literæ dimiſſoriæ extra tempora, &c. Non bene de epiſcopo enunciantur. Ita *Suar. de cenſ. diſp. 34. ſect. 1. n. 29.*

CAP. In veteri lege. VII.

1 *Levitæ unde dicti, & in quot familias diviſi.*
2 *A Caath geniti ſunt pariter ſacerdotes.*
3 *Annus 25. pro deputatione Levitarum.*
4 *Tabernaculi ideam Deus Moyſi monſtravit.*
5 *Artificantalienarum diœceſium etiam de nostris deſtitui obtinuit obedientia.*
6 *Tabernaculum quid ſuerit.*
7 *Tabernaculum, quando erectum in deſerto, & ubi primo collatum in Paleſtina.*
8 *Tabernaculum, quantum temporis fuerit in uno ſolo loco.*
9 *Quo tempore fuerit translatum in Gabaon?*
10 *David tabernaculum condidit ad cuſtodiam arcæ teſtamenti.*
11 *Primum Levitarum munus, circa tabernaculum in deſerto.*
12 *Secundum Levitarum munus, circa tabernaculum in deſerto.*
13 *Servitia Levitarum circa tabernaculum, & templum in terra promiſſionis.*
De tribus cantoribus, maximè Aſaph, Heman, & Idithum.
14 *Singulis magiſtratibus duo ſubibant, duo Levitæ attributi apud Hebræos.*
15 *Unde ſubdiaconi, & diaconi Eccleſiæ dicti Levitæ.*
16 *An Levitæ peculiares veſtes habuerint?*
Diſtinctio Levitarum, & Sacerdotum.
18 *Nativitas, qui fuerint?*
19 *Infantes ante uſum rationis ordinati in ſacris vere ordinem recipiunt.*
20 *An tales teneantur ad vota caſtitatis?*
referuntur prima ſententia, quæ vera eſt.
21 *Referuntur ſecunda ſententia, quæ vera eſt.*
22 *Quid ſi tales infantes ſint doli capaces?*
23 *Impubes poſt uſum rationis ordinatus an teneatur continere? refertur prima ſententia.*
24 *Refertur ſecunda ſententia.*
25 *Inducta Auctoritas.*
26 *Quid dicendum in talibus de matrimonio & obligatione reddendi?*

27 *Ætas ad ordines ſacros.*
28 *Sacramenta Veteris legis non imprimebant characterem ſpiritualem.*
29 *Quæ Sacramenta noui legis characterem imprimant?*

1 IN textu, ibi, Leuitæ, &c. Dicti ſunt à Leui filio Iacob, huic namq; tres habuit filios Gerſon, Caath, & Merari. *Geneſ. cap. 46. num. 11. & Exod. cap. 6. num. 16.* Ab his tribus Leui filijs, tres familiæ Leuitarum emanarunt; Gerſonitarum, Caathitarum, Merauitarum. Plurima de his tribus Leuitarum familijs mentio eſt in ſacris Bibliis; de Gerſonitis *Numer. cap. 4. num. 24. 28. 41. & cap. 26. nu. 57.* ubi appellantur Gerſonitæ nomine patronimico à parente Gerſone. Caathitarum *Numer. cap. 3. num. 27. & cap. 10. num. 21. & cap. 26. nu. 57. & 1. Paralip. cap. 6. num. 54.* ubi etiam dicti ſunt Caathitæ à Caath parente. De Meraritis legere eſt *Numeror. cap. 4. num. 33. & cap. 26. nu. 57.* ubi Meraritæ dicuntur deducta à parente Merari nomenclatura.

2 Notabis tamen à Caath non natos eſſe tantùm Leuitas, ſed etiam ſacerdotes, nam Caath genuit Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel, *Exod. cap. 6. num. 18.* Amram verò accepit uxorem Iochabed patruelem ſuam, quæ peperit ei Aaron, & Moyſen. *Exod. cap. 6. nu. 20.* Aaroni verò, & poſteris eius tradidit Deus ſacerdotiũ, atq; ſolum poſteri Aaron dicebantur, & erant ſacerdotes, cæteri Caathitæ, cum Gerſonitis, & Meraritis dicebantur Leuitæ; lege quæ ſcripſi ad *cap. Cleros, 1. qu. 10. diſt. 21.*

3 In textu, ibi, Anno vigeſimo quinto. Habetur *Numer. cap. 8. à num. 24. Hæc eſt lex Leuitarum à viginti quinq; annis, & ſupra ingrẽdientur, vt miniſtrent in tabernaculo fœderis, &c.* Nec contra eſt, quod *Numeror. cap. 4. num. 22.* iubentur Gerſonitæ, & eodem *cap. nu. 29.* Meraritæ, & *nu. 35.* Caathitæ numerari ab anno trigeſimo, & ſupra, ut miniſtrent in tabernaculo, quia hoc ſecundo loco volebat Deus, ut tunc onera tabernaculi per deſertum portare inciperent, qui firmioribus viribus erant, & ætate grauiores, in primo verò, ideſt, ubi diſpoſuit de ætate 25. annorum voluit legem condere, quæ cum populo illo duraret; ita explicat doctiſſimus *Ribera tract. de templo, lib. 3. cap. 1. nu. 2.* ad finem.

4 In textu, ibi, Tabernaculo, &c. Tabernaculi ideam, & exemplar Deum Moyſi in monte monſtraſſe certum eſt, *Exod. 25 nu. 9. & n. 4.* & *Exod. cap. 27. nu. 8.* De eius conſtructione hic in Exodo agi, aduertit optimè *Barradas in Itinerario filiorum Iſrael, lib. 5. cap. 1. num. 4. Samuel. cap. 5.* & ſequentibus, in quibus Dominus docet Moyſem quomodo ſit conſtruendũ. Iterum *cap. 23.* & deinceps, in quibus mandatum qua ratione fuerit inſtructum.

Non præterundũ puto Dominum elegiſſe ad eius conſtructionem artifices duos primæ notæ Beſeelem ex Tribu Iudæ, & Oſiab, ex Tribu Dan, atq; utrũq; compleviſſe omni ſapientia, ut facerent opera abietarij, polymitarij, & phimarij, de Hyacintho, ac purpura, cocco bis tincto, & byſſo, & texerent omnia, ac noua quæq; reperirent, ut dicitur *Exod. cap. 35. nu. 35.* De donarijs populi ad confectionem tabernaculi ſcribitur *Exod. cap. 35.* per totum eleganter *Barradas in Itinerario filiorum Iſrael, lib. 5. cap. 1. à nu. 5. & cap. 2.* per totum. 5

Porro tabernaculum erat templum portatile ex ligneis tabulis fabre factum, & variis cortinis, ac pellibus contectum, de quo late *Exod. cap. 26. & 36.* & ibi ſcribentes, *Origenes, Auguſtinus, Procopius, Theodoretus, Beda, Rupertus, Abulenſis, Lyranus in Catena, Caietan. Hugo Cardinalis, Oleaſter, Benedictus Pereira, Cornelius de Cornelijs, Barradas in Itinerario filiorum Iſrael, lib. 5. cap. 5. 6. & 7.* 6

Erectum eſt tabernaculum ab anno ſecũdo ab exitu ex Ægypto menſe primo, ideſt menſe *Niſan*, prima die menſis, ut conſtat *Exod. cap. 40. num. 1.* atq; in eo per quadraginta annos in deſerto ſacrificia ſua offerebant filij Iſrael, donec parta, & peccata promiſſionis terra, illud fixerunt *in Silo, Ioſue cap. 18. num. 1.* Erat autem *Silo* urbs in ſorte tribus Ephraim prope Bethel, *Iudic. cap. 21. num. 19.* tribus Leuitis ab Hieruſalem, ut putat *Brocardus in deſcriptione terræ ſanctæ*, vel trium horarũ (quod pene in idem incidit) ſpatio, ut ſcribit *P. Coſmas Magalianus, Ioſuæ cap. 18. nu. 1. in explicatione litteræ, nu. 5.* ubi addit, nonnullas cauſas huius collocationis tabernaculi in Silo urbe, ad ſortem Principis Ioſue, vide illum *annotat. 3.* & *Riberam tract. de templo lib. 1. cap. 2. nu. 2.* 7

Duravit autem tabernaculum in Silo, uſq; ad extrema Heli iudicis, & ſacerdotis tempora, in quibus capta eſt arca. *Regum cap. 4. nu. 11.* annis trecentis ſexaginta novem, plus, minus ve, ut ex Chronologia Hebræorum ſupputat prædictus *Magalianus cap. citato, in expoſitione litteræ, num. 5.* 8

Crediderim tabernaculũ Moyſis unà etiam cum arca translatum eſſe ab urbe Silo, eo ipſo tempore, quo arca à Philiſthæis capta eſt, ut ad *Pſal. 77. nu. 60. Auguſtin. Euthimius, Lanſcnius, Genebrard Ribera*, ubi proxime, *nu. 5.* de quo late *Lorin. in eund. Pſal. 77. nu. 60.* videbis etiam *Ribera. cap. 7. nu. 12.* & ibi ſcribentes. De Silo venit tabernaculũ in Nobe civitatem ſacerdotũ, et ibi erat, eo David fugiebat Saulem *1. Reg. c. 21. n. 7.* 9

Deinde

Deinde Gabaon vrbs tribus Beniamin, quæ (Auctore *Ioſepho lib. 2. de bello Iudaico capit. 23.*) diſtabat ab Hieruſalem quinquaginta ſtadijs, id eſt, ſex mille ducentis, quinquaginta paſſibus, ſiue iuxta *Bitterdum* tribus leucis 1. *Paralip. 21. num. 29.* Ibique mānit donec eum arcæ illatum eſt à Salomone in templum 3. *Regum cap. 8 num. 4.* ut docet *Ioſephus lib. 8. antiquitatum cap. 2. Ribera* vbi proximè, *num. 9.*

01 Vt Moyſes ſuum, ſic etiam David ſuum cōſtruxit tabernaculum, quòd ad continendam arcam cum in domum ſuam in Hieruſalem inuectaret, iuſſit fieri David. 1. *Paralip cap. 15. nu. 1* quod aliud eſſe à Moſayco recte concludit *Lyra* 1. *Paralip. cap. 15. numer. 1.* & collatè aperte 2. *Paralip. cap. 1. numer. 3.* vbi cum dictum eſſet tabernaculum Moyſis fuiſſe in Gabaon, continuò additur *num. 4. Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim, in locum, quem præparauit ei; & ibi fixerat ei tabernaculum, id eſt in Hieruſalem.* Ad hoc tabernaculum Davidis timens Salomonem fugit Adonias. 3. *Regum cap. 1. num 50. & capit. 2. num. 29.* Ioab, ut recte ponderarunt *Abulenſis, queſtione 41. in cap. 1. libri 3. Reg. Ribera dicto lib. 1. de templo cap. 2. numer. 4.*

11 In textu, ibi, Seruire. Alia fuerunt leuitarū ſeruitia circa tabernaculum, dum in deſerto erāt, alia poſtquam in promiſſa terra fixum eſt; primum igitur in deſerto ſeruitium fuit in circuitu excubare tabernaculum, ita ut ad illius Occidentem caſtra metarentur Gerſonitæ; ad Septentrionem Meraritæ; ad meridianam plagam Caathitæ; ad Orientem verò ante fores tabernaculi Moyſes, & Aaron cum filijs ſuis ſacerdotibus collocarentur; itaque leuitæ omni ex parte tabernaculum circundabant, ita *Numer. cap. 3.*

12 Secundum leuitarum munus fuit per ſolitudinem tabernaculum portare, erigere, ac deponere; lege *Abulen. in Ioſue 3. q. 8.* quæ vero ex tabernaculi vtenſilibus cuique familiæ leuitarum eſſent pōdera, ſiue humeris ſiue plauſtris ferenda docetur, *Numer. cap. 3. & 4.* vbi ſacri interpretes, quos *numer. 6.* retuli, *Ribera de templo lib. 3. cap. 3 numer. 3. 4. & 5. Barradas tom. 2. Concordiæ Euang. lib. 3. cap. 54 & in Itineratio filiorū Iſrael. lib. 5. cap. 19. num. 4.*

13 Cæterum emenſis iam quadraginta annorū laboribus, ac diuturna illa per ſolitudiuē perigrinatione exhauſta, vbi ad Palæſtinam ventū eſt, & cogitatum de templi ædificatione, alia fuerunt à Davide Rege munera diſtributa leuitis, quæ priorum loco ſuccederent, ut videre eſt. 1. *Paralip. cap. 23.* Fuere igitur Leuitæ ianitores templi, theſaurorum cuſtodes, vaſorum, veſtiumque ſacrarum, miniſtrabantq; ſacerdotibus, laudes diuinas concinendo, dum ſacrificia peragebantur diurno, ſiue nocturno tempore, ita *Ioſephus lib. 7. antiquitatum, capit. 11.* C1
lege etiam 1. *Paralip. cap. 25. num. 1.* vbi de tribus Cantorum principibus Aſaph, Hemon, & Idethum unumquemque ex ſua leuitarum familia; Aſaph ex Gerſonitis, Hemon ex Caathitis, Idethum ex Merarritis, quibus multi inſcripti ſunt Pſalmi, ut eos coram Domino canerent una cum ijs, quorum erant Choraules, & Archiphonaſci, Aſaph dicatus, & inſcriptus eſſe *pſalmis 49. 72. 73.* uſque *ad 82.* Idethum *Pſalmus 38. 61. 76.* Hemon nullum dicatum inuenio; legis ad prædictos pſalmos *Genebrardum, & Lorinum* apud quem hæc omnia accurate.

Addit *Ioſeph. lib. 4. antiquitatum cap. 8.* inter leges Iſraelitarum hanc præcipuam numeratam eſſe, ut ſingulis magiſtratibus duo miniſtri de tribu leuitica attribuerentur, refert *Barradas tomo 2. concordiæ Euangel. lib. 3. capit. 53. 4.* conſtat igitur. 14

Quod ergo leuitæ ſacerdotibus in templo miniſtrarent, hinc ortum, ut ſubdiaconi noſtri, & diaconi qui ad miniſtrandum ſacerdotibus circa ea, quæ in altari ſacratiora ſunt, miſtituuntur; Leuitæ etiā appellantur, non aliunde S. Laurentius inclytus Chriſti martyr. cum diaconus ſummi Pontificis Sixti eſſet, leuita dicitur, notat *Barradas in Itineratio filiorum Iſrael, lib. 5 cap. 19 num. 3.* 15

An verò Leuitæ peculiares haberēt veſtes, cum quibus miniſtrarent in tabernaculo, ſiue in templo? Negat *Ribera lib. 3. de templo, capit. 5. num. 1.* affirmat *Barradas tom. 2. concordiæ Euangel. lib. 3 cap. 54.* & quidem probabilius propter loca ſcripturæ ſacræ, quibus id comprobat, lege *Franciſcum de Mendoza tomo 1. in lib. 1. Regum* ad illa verba, *cap. 2. num 18 Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer accinctus Ephod lineo, &c.* 16

De diſtinctione ſacerdotum à leuitis agit aptimè *Maldonatus ad Locum Ioannis cap. 1. numer. 19. Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes, & leuitas ad eum, &c.* lege illum, *numer. 179.* 17

Præter leuitas, alij erant etiam miniſtri templi, ſed in humilioribus obſequijs, ut cædendis lignis, portanda aqua, &c. quos lixas, calones, aquatores templi merito nuncupares. Dicebātur hi. Nathinæi, de quibus 1. *Paralip. cap. 9. nu. 2. & Eſdr. cap. 8. num. 20. cap. clerus* 1. verbo, *Nathinæi, diſt. 21. S Hieronymus in traditionibus Hebraicis, lib. 1. Paralip. cap. 9.* ibi *Liranus, Abulen. & Caietan. Ribera tractat. de templo lib. 3. cap. 4 num 1. Barradas tom. 2. concord. Euang. lib. 3. cap. 54* dicunt hos eſſe Gabaonitas, ex illorum ſtirpe, de quibus *Ioſue cap 9. num. 27.* Nathinæos dictos exiſtimāt, quod idem eſt, atque donatos ſeruitio minorum leuitarum, in eis, quæ ad templum attinebant. 18

19 In textu, ibi, Infantes, &cæt.

Circumscribendum, quæ nunquam collium infantes ante ullum rationis usum &c. Tenent communiter Doctores, quos refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 30. num. 1. Bonacina de sacram. disp. 1. quæst. 1. punct. 1. num. 1. Gaet. Cajetan. in tract. de sacram. ordinis, ubi affirmat, infantem vel puerum ordinatum valere recipere characterem, prout de facto verum facere facta peccatum peccare tamen celebrando ante legitimam ætatem.

20 Quæritur, An tales infantes ordinati in sacris ante ullum rationis, teneantur ad servandam continentiam? Prima opinio est tenere, fundatur primo, quia talis recipit characterem, ergo & obligatur cælitati illi annexæ. Secundo quia qui ante usum rationis baptizatur, tenetur ad servandam fidem & leges Ecclesiæ, ergo etiam qui ordines suscipit; ita docent Paludan. in 4. distinct. 37. quæst. 1. art. 1. num. 11. Supplementum Gabrielis 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. conclusione 8. Diuus Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 8. conclusione 2. in fine. Ledesma 2. 3. quæst. 55. art. 4. Paulo post principium. Cæs. sept. cap. ad limina. 30. quæst. 1. & 4. quæstion. 104. num. 465. Probabilem judicat Richard in 4. distinct. 25. articul. 4. quæstione 2. ad 3. Celaia eadem distinction. 25. quæstione 3. 4. Contra istam.

21 Secunda opinio, & vera tenet hunc non teneri ad continentiam. Movetur primo, quia cælibatus est res voti, non præcepti, cap. inquisitioni, 32. q. 2. nec continentia debetur, nisi voluntarie assumpta, cap. ante triennium distinct. 31. & cap. presens. 29. q. 3. Secundo quia ordo facer non obligat ex natura rei ad cælibatum (ut nunc suppono) sed ex statuto Ecclesiæ, ac proinde nō obligat, nisi illum, qui vult initiari, infans autem adhuc non habet voluntatem. Ergo, &c. Eam docet Glossa in cap. pueri, verbo, ad sacros 2. quæstion. 1. Hostiens. summa titulo de temp. ordinat. §. Sed & præter regulam num. 11. Paulus Eleazarus in Clement. unic. de consanguinit. & ibi Cardinalis numer. 1. appell. 7. Sylvest. verbo, matrimonium 8. quæstione 12. dubio 2. Navarr. lib. 1. consil. in de his quæ vi, in primâ editione cons. 2. num. 4. in posteriori cons. 4. nu. 4. Anton. Gicus lib. 1. instit. maior. titul. 12. numer. 121. Magallon. tract. de his quæ vi cap. 8. §. 2. num. 23. Maior in 4. dist. 24. quæst. 2. argumento 2. Paludanus in 4. dist. 25. quæst. unica, & ibi Soncs quæst. 1. art. 2. circa solutionem ad 2. post 3. conclusionem vers. quod si roges, & lib. 7. de instit. quæst. 2. art. 5. ad ultimam Richard 4. dist.

22 Quid si tales infantes sint dolo capaces, & malitiæ suppleat ætatem? Dicam numeris sequentibus.

23 In textu, ibi, Pueros, &cæt.

Intellige eos, qui sunt in ætate pupillari, à septimo usque ad 14. annum completum, ut dixi supra cap. 33. num. 3. hac dub. Et quæstio satis agitata est. Verum qui ordinatur in sacris post vigesimum annum, ante quartumdecimum annum completum, tenetur ad votum cælibatus sacro ordini annexum? Prima sententia negat teneri, nisi adeptus pubertatem ratificet. Totū fundamentum est, quia in hac ætate nullus potest obligare se per certe voto solemni, communiter per professionem cap. 1. & cap. illud. 20. q. 1. & cap. nullam de regularibus, ergo nec facit per suscepcionem ordinis. Hanc tuentur, Calderinus, Innocent. Hostiens. Joann. Andr. Abb. Hermanus, Archidiac. Anchar. Imol. Rebuf. Bernard. Diaz. Mayol. Caietan. quos omnes refert, & sequitur, Sanch. de matrimonio lib. 7. disp. 30. num. 8. & tomo 2. in Decalog. lib. 5. cap. 6. num. 8. præter hos Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 7. nu. 58. & Paramudo Tolet. lib. 1. summa, cap. 61. nu. 11. Addunt Sanch. & Lessius hanc ratificationē non valere, nisi completo decimo sexto anno, quem ad validitatem professionis requirit Tridentinum sess. 25. de reformatione capit. 15. Cæteri dicunt, ratificationem valere post cæptam pu-

10 Adde Arcenas 2. quæst. 88. art. 1. Fuller. Sayrus, Rodric. Pater. Summa, cap. 22. conclusione 8. & cap. 96. conclusione 4. Sperem in Cæsar. lib. 6. num. 51. Tolet. lib. 1. summa cap. 61. num. 10. Silu. Quæstione 8. Reginald. in praxi fori pœnitentiæ lib. 3. num. 31. Farinac. de ordine cap. 3. num. 6. Summa de sacram. dub. 8. quæst. unica pun. 5. num. 2. Ad fundamenta prioris opinionis dico ad primum, cælibatem non requiri necessario ad characterem sacerdotalem, sed ex ecclesiæ dispositione, quæ tamen non vult illa obligare eos qui rationis destituuntur. Ad secundum dico, obligationem sequendi fidem, & implendi præcepta ecclesiæ annexam esse ex institutione divina characteri baptismali, ac proinde inseparabiliter illum comitari, cælibatem verò separabiliter hærere characteri ordinis sacri, licet ex instituto ecclesiæ, quæ tamen non vult carentes ratione obligare, ut dixi

11

12

13

14

15

16

17

18

tam pubertatem, id eſt poſt cœptum 15. annum, licèt Toletus aliter velit, ut dicam, *numer.* 24.

24 Secunda ſententia eſt, hunc obligari ad votum caſtitatis ordini ſacro annexum, ubi primum ordines accipit, cum ſufficiemi uſu rationis, ſive id fiat ante ſeptennium, ſive poſt illud. Fundamentum eſt, quia hic libere ad ordinem ſacrũ promovetur; ergo vult omnia quæ illi annexa ſunt: ergo vult votum caſtitatis: ergo ad illud tenetur. Nec benè à profeſsione requirente decimum ſextum annum completum, argumentum deducitur ad hoc votum ordini annexum, licet ſit ſolemne, quia eccleſia profeſsionem ante decimum ſextum annũ emiſſam, ac proinde omnia vota in ea contenta irrita, votum autem ordini ſacro annexum, nullibi irritat; alioquin offendant, ubi talis irritatio inveniatur. Hanc ſententiam à fortiori ſequuntur omnes Doctores, quos *numer.* 20. retuli, nam cum teneant obligari ad votum ordini annexum infantes, ante uſum rationis ordinem ſacrum ſuſcipiẽtes, multò magis poſt illum. Sequitur præterea ſub his terminis, *Gloſſa in cap. pueri*, verbo, *ad ſacros* 1. 1. *q.* 1. *& in c. unico*, verbo, *diſcuſſionis, de clerico per ſaltum promoto*, ubi *Antonius num* 4. *in fine Cardinal. num.* 2. *q.* 1. *in fine, Boniſ. in Clementina finali, numer.* 26. *&* 27. *de ætate, & qualitate, Carrerius de ſponſalibus lib.* 3. *cap.* 3. *Sotus lib.* 7. *de iuſt. q.* 2. *art.* 5. *ad ultimum.* Vbi modificat, quando initiatus attingit decimum, aut duodecimum, & fortaſsis octavum annũ, *Vega* 2. *tomo ſumme, cap.* 57. *caſu.* 7. *Toletus, lib.* 1. *ſumma, cap.* 61. *numer.* 11. ubi ait hunc teneri ad votum in conſcientia, ubi eius obligationem noverit, licét in foro externo obligari nõ poſſit, niſi poſt inceptam pubertatem, in qua ſecunda limitatione cum priori ſententia conſentit.

25 Vt de his duabus ſententijs iudicium meum interponam, aio utramque eſſe valde probabilem, ſed ſecundam priori eſſe anteferendam, propter eius fundamentum, cuius efficacia motus tandem aliquando *Sanch.* eam ſequutus eſt, reiecta priori, *tom.* 1. *decalogi, lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 9. ubi præterea refert *Caietan.* 2. 2. *quæſt.* 88. *artic.* 9. pauló ante verſiculũ ad confirmationem, *Petrum de Ledeſma* 2. *tomo ſumma, tract.* 10. *cap.* 7. *dubio ult. dicto.* 8. *Sayr. in clavi lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Eandẽ poſtea ratificat. *tom.* 2. *Decalogi. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 2. allegato Caietano loco proximè citato, atque ibi eum optimè dixiſſe, confirmat, Vnde cum eodem *tom.* 2. *Decalog. lib.* 5. *cap.* 6. ad priorem redit opinionem, id eorum inadvertentiæ tribuendum eſt, qui ſecundum hunc Decalogi tomum, poſt eius mortem edidere, non vero ipſi Authori. Limitatio *Toleti, num.* 24. *in fine*, appoſita, ut hic non obligetur ad caſtitatem in foro externo, niſi poſt decimum quartum annum ætatis cõpletum, nullo iure ſuſcitur; quia ſi votum ſemel validum fuit pro foro interno, etiam pro externo obligabit, cum nullibi pro tali foro irritetur hoc votum, ut dixi *num.* 24.

Quod dixi de voto caſtitatis, extendendum 26
etiam eſt ad irritationem, vel matrimonij valorem poſt ordinem ſacrum contracti, & ad obligationem recitandi, ita ut ad illam teneatur impubes, qui poſt uſum rationis ordinẽ ſacrum ſuſcipit, & contrahere validè nõ poſsit qui verò illum ante uſum rationis ſuſcipit, nõ tenetur abſtinere à matrimonio, nec recitare, niſi adveniente ratione velit in ordine ſacro perſiſtere; lege *Sanch. d. lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 30. *num.* 11.

In text. ibi, A vigeſsimo quinto anno. 27
Pro ætate ordinum ſacrorum lege poſita *ad cap. ſubdiaconus* 4. *num.* 1. *diſt. eádem.*

In Gloſſa verbo, Leuitæ. 28
Ait cõ ferri ſacerdotibus, & levitis legis Moſayeæ charecterem, ſed non eundem, qui hodie conferri ſolet Chriſtianis hominibus, cum ſacros ordines recipiunt. Quæ ſententia falſa eſt, ſi de aliquo charactere ſpirituali intelligat, cũ certũ ſit, ſacramenta veteris legis illum non imprimere, ut cum *D. Thom. in* 3. *p. q.* 63. *art.* 1. *ad* 3. docẽt Theologi, qui videri poſſunt apud *Hẽriq. lib.* 1. *de Sacram. in genere cap.* 13. *nu.* 5. ubi *in comment. littera. H. I. K. Suarium tom.* 3. *de Sacrament. diſp.* 11. *ſectione* 1. *ſtatim in principio* contra *Scotum* 4. *diſt.* 6. *quæſt.* 9. qui unus ex ſcholaſticis docuit, per Circumciſionem impreſſum fuiſſe characterem. Si verò Gloſſa intelligat de aliquo charactere ſpirituali, & viſibili, ut externa conſecratio, præter carnalem deputationem ex tribu Levi, tunc verum dicit, ut etiam dixit *S. Chryſoſtom. homilia* 2. *in epiſtolã ad Epheſios de circumciſione, Obſignati* (inquit) *ſunt, & Iſraelita, ſed circumciſione quemadmodum pecudes, &c.*

Cur verò ſacramenta, veteris legis, non 29
imprimerent characterem, imprimant verò ſacramenta novæ legis, non omnia tamen, ſed tantùm baptiſmus, confirmatio, & ordo? Docebunt optimè Doctores, *num.* præcedenti allegati, & *Tolet. lib.* 2. *ſumma, capit.* 16. *à numer.* 10. *editionis Duacianæ.*

CAP.

CAP. Si quis. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Olim ad epiſcopos pertinebat de monachis ordinandis inquirere.*

2 *Quid ſit dicendum attento Cõcilio Tridentino?*

3 *Quid attento Concilio quarto, Bracharenſi*

4 *Gloſſa in cap. legi 16. quæſt. 1. reprobatur, & num. 5.*

6 *Religioſi an debeant examinari ab Epiſcopis ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & numer. 7.8.9 & ſequentibus.*

1 IN text. ibi, Eius vita ante acta. Epiſcoporum erat de regularium ordinandorum vita, & moribus inquirere, atque eis dimiſſorias litteras, cum ipſi ordinare eos non poterant, in alios prælatos concedere. Hodie verò etiam poſt *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 8. de reformatione*, eas concedunt ſuis prælati regulares, ut ex antiquis docent *Ioann. Andr. Dominicus, & Franciſcus, num. 5. in cap. cum nullus, §. ult. de temporibus ordinat. Iacob. de Graff. 2. part. lib. 3. deciſionum aureatum cap. 12. num. 8. Emman. Rodrig. 2. part. ſummæ, cap. 14. concluſione 10. & tom. 1. quæſtion. regul. quæſt. 18. art. 5. & tom. 3. quæſtione 23. art. 1. Manoſius in Chancel. Regul. 24. quæſt. 2. Navarr. conſ. 22. de temporibus ordinat. Henriq. lib. 7. de irregularit. cap. 26. n. 1.* licet poſtea parum ſui memor, contrarium dixerit *lib. 10. de ordine cap. 33. num. 4.* quod tamen aliquantulum limavit *lib. 13. de excommunicatione, cap. 40. in comment. littera B. Avila de cenſur. part. 3. diſp. 5. dub. 7. §. his poſitis*, ubi addit non eſſe hoc contra *Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 8 de reformat.* Quòd reverendæ debeãt dari ab ordinario, quia prælatus religioſorum, eſt eorum ordinarius, *cap. cum eccleſiarum, de officio Ordinarij, Gloſſa*, verbo, *proprius in Clementina 1. de rebus eccleſiæ non alienandis*, ac proinde nullo ad hoc opus ſit privilegio, propter *Tridentinum*. Si tamen hæc adhuc ab aliquo Epiſcopo poſtulentur, videri poſſunt apud *fratem Ioannem de Cruce de ſtatu religion. lib. 2. cap. 8.* ubi multa congerit.

2 Cæterum licèt regularibus ſatis ſint ſuorũ ſuperiorum litteræ commendatitiæ, non tamẽ ſatis erunt, quæ de ſcientia aliquando eorumdem approbationes ſecum afferre ſolent, quiſquis ille ſit, qui defert, vel qui contulit, cũ Tridentinum caveat, ne ad ordines admittantur, ſine diligenti epiſcopi examine, privilegiis quibuſcumque quoad hoc penitus excluſis, lege *Henriq. lib. 10. de ordine cap. 17. num. 1.* ubi hæc inter alia: *De ſcientia ſuſcipiendi examinare debet, quamvis ab alia religionis prælato inſigni, vel à Nuncio epiſcopo, vel nuntio Apoſtolico mittantur cum litteris dimiſſorijs.* Vellẽ notare mihi Emmanuel Rodriguez, verba illa Tridentini: *diligenti examine*, & illa Henriq. *Quamvis ab aliqua religionis prælato inſigni, &c.* Vt mirari deſinerem *tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 24. art. 7.* rigidam (ut ipſe appellat) multorum epiſcoporum examinationem erga regulares, deſineret, in quam, mirari cum ea à Tridentino ſummopere commendentur.

3 Idem translatum fuit à *Concilio 4 Bracharenſi actione 2. cap. 2.* cuius verba hìc placet conſcribere. *In regularium ad ordines promerendorum examine, cum patrimonio excepto, cætera ex Concilij Tridẽtini decreto debeant perinde, atque in ſæcularibus obſervari ab ordinarijs, præcipit ſancta Synodus, ut accurata in illis examinandis diligentiam adhibeant, neq; ullo paupertatis, obſervantiæ, aut ſuſcepti iam ordinis prætextu, quidquam de forma examinis ab eodem Concilio præcepta remittant, &c.* Non gravabor hìc aliquantulum immorari, & imprimis videor mihi videre Bracharẽſe Concilium ſic interpretatum fuiſſe Tridentinum, ut omnia, quæ de moribus, vita, & genere, &c. fieri ſolent ab Ordinarijs circa ſæculares ordinandos, ea accurate gererentur circa regulares, uno excepto patrimonio; ac proinde dimiſſorias litteras non à prælatis ſuis, ſed ab epiſcopo eſſe donandas.

4 Primo videtur mihi videre Bracharenſe Concilium omnino exterminatam velle illã opinionem, quam prima invexit *Gloſſa, ultim. in cap. legi 16. quæſt. 1.* verbo, *inſtructio* ubi ait, *ſufficit monacho quod tantùm bonus ſit, licèt ſit illiteratus*, quã recipiunt *Syly.* verbo, *clericus, 2. num. 1. Angelus, ibi, num. 2. Francus, & Dominicus in cap. nullus de ſẽpult. ordinat. Sotus in 4. diſt. 25 quæſt. 1. art. final. Henriq. lib. 10. de ordine cap. 16. numer. 2. & in Comment. littera V. Emmanuel Rodrig. tom. 1. quæſt. regular. q. 24. artic. 7.* Nam ſi ex D. Auguſtino relato, *in cap. legi 16. quæſt. 1.* vix bonus monachus bonum clericum facit, cur epiſcopi, obſecro, ob paupertatem, obſervantiam, & reliquas virtutes, quæ bonum monachum facere ſolent, aliquid de rigore ſcientiæ requiſitæ ad ſacerdotium remittent? Nec obſtat adhuc regularibus, ſi audiendi externorũ, & ſæcularium confeſſionibus exponendi ſint, ſupereſſe examen aliud; quia hoc etiam ſæcularibus ſacerdotibus ſupereſt, & tamen ſedulo examinantur.

5 Aiunt multi, regulares ex conſortio ſapientiſſimorum hominum, quibus plurumq; abundant

dant religionis, fieri iudices doctiores, ac proinde ſi nunc minus ſapiant in poſterum duplicato fœnore ſcientiam recuperaturos. Credo facile, quantum ad ſpem; ſed Tridentinum, & Bracharēſe clericos in ſacris, maximè preſbyteros præſenti ſcientia, non futura metiuntur. Addo ferè nullum eſſe regularem, qui poſt ſacerdotium præfici ſæcularium confeſsionibus non ambiat, quos ſi velint epiſcopi reijcere, putant religionem ſuam flocipendi. Deinde nullos magis ſcientia egere, quam regulares, cum ad eos undique pœnitentes ventitent privilegijs allecti, quibus in caſus reſervatos gaudent, neque alibi tam facilè intricatiores conſcientiæ nexus invenies, quam apud eoſdē, ubi ut illorum ſapientes, & periti multis remedio ſunt, & ſaluti, ita inſcij laqueo, & damnationi.

6 Conantur aliqui ex regularibus ab epiſcoporum examine ſuos abducere, quod cum facere non poſsint virtute privilegiorum, quæ Tridentinum anteceſſere; obiectant epiſcopis illud Patribus ſocietatis Ieſu cōceſſum à Gregorio XIII. anno ſalutis humanę. 1582. 22. ſeptembris Pontificatus ſui anno 11. cuius tenor videri poſsit in libello litterarum Apoſtolicarum, quibus inſtitutū, & privilegia ſocietatis Ieſu confirmantur edito Romæ in collegio Romano eiuſdem ſocietatis, anno 1615. & in *bullario Emmanuelis Rodrig ſub titulo Gregorij, XIII. pagin*, mihi 487. Item in *bullario Cherubini* ſub eodem Gregorio XIII. pag. 460. Meminit præterea eiuſdem privilegij *Emmanuel Rodrig. tom. 1. regularium quæſt. 18. artic. 6. & tom. 3. quæſt. 29. art. 5. & 8. & quæſt. 24. art. 1. & 2. frater Ioann. de Cruce de ſtatu religionis lib. 2. cap. 8. dubio 1. Compendium privilegiorum ſocietatis*, verbo, *ordines*, §. 3. Verba ergo privilegij hæc ſunt. *Vt ipſos abſque vlla functione in ordinibus ipſis interſtitiorumque ad illos ſuſcipiendos obſervatione, aut inquiſitione de cantu, officijs, cæremonijs eccleſiaſticis, idoneitate, ad ordinis promoveant.*

7 Ex hoc privilegio nonnulli colligunt, & Patres ſocietatis Ieſu, & omnes qui eorum participant privilegijs (non obſtante clauſula in hoc brevi appoſita) omnino ab examine epiſcoporū in ſuſcipiendis ordinibus eſſe exēptos. Probant ex illis verbis. *Idoneitate, & alijs, in alijs requiſitis*, in hunc modum. Pontifex iubet, ut nullus epiſcoporum inquirat à Patribus ſocietatis Ieſu quidquam de idoneitate, vel de alijs in alijs requiſitis ad ſuſcipiendos ordines, ſed unū ex requiſitis in alijs, & quod maximè facit idoneum, eſt ſciētia, ergo iubet, ut nihil requirant de ſcientia. Hæc eſt tota vis argumenti, quam ſi, ut multis, ita etiam aptè, & appoſitè ſtabilirent, non gravarentur epiſcopi ab examine regularium abſtinere, cum ex illo nihil præter laborem, & aliquando eorundem regularium, ſi non malevolentiam, certe nonnullam animorum alienationem adipiſcantur.

Vt ergo veritati locus ſit, reſpōdere poſſem 8
argumento, huiuſmodi privilegium omnino abrogatum eſſe à Sixto V. Bulla contra malè promotos, quæ incipit. *Sanctū, & ſalutare*, & eſt conſtitutio 91. eiuſdem Pontificis, habeturque in Bullario Cherubini *tom. 2. pag.* 652. Meminit eiuſdem bullæ, maioremque eius partem tranſcripſit *Sayrus de cenſuris lib. 4. cap. 13. num. 25. & cap. 14. num. 30.* Verba derogatoria privilegij de quo agimus, videri poſſunt in eadem bulla ibi *Tum denique in examinandis natalibus*, ſermo eſt de epiſcopis, *ætate, vita, moribus, ſcientia, idoneitate, &c.* Ita reſpondet *Emmanuel Rodriguez tom. primo Regularium quæſt. 18. art. 6.* Nec obſtat conſtitutionem hanc Sixti V. reductam eſſe ad terminos iuris communis, per conſtitutionem Clementis VIII. quæ incipit *Romanum*, & eſt ordine 40. inter conſtitutiones Clementis, habeturque in eodem *Cherubino tom. 3. pag. 54.* exceptis ijs, qui per ſimoniā ordinantur, quia ius cōmune Tridentini ſtatuit, ut regulares epiſcopis quoad examen ſcientæ, in ipſa ordinatione ſubdantur.

Verum hic reſpondendi modus diſplicet 9
mihi, propter duo. Primùm quia ſupponit hoc privilegium eximere religioſos ſocietatis ab examine epiſcoporum, quod falſum eſſe ſtatim oſtendam. Secundum, quia ſupponit nunquam amplius revalidatum eſſe hoc privilegium à ſubſequentibus Pontificibus, quod totum aliter procedit. Nam Paulus V. illud cum omnibus alijs eiuſdem ſocietatis innovavit, bulla ad hoc ſpecialiter edita, anno 1606. 4. Septembris, quam invenire eſt in libello bullarum confirmationis privilegiorum ſocietatis à me citato *num. 6.* incipit. *Quantum religio ſocietatis*, pag. 311. ibi. *Nec non facultates, exemptiones, immunitates, gratia, & indulta à prædictis, & alijs prædeceſſoribus noſtris eidem ſocietati conceſſa, qualiacumque illa ſint, &c.*

Aliter ergo reſpondere oportet, unde argu- 10
mentū ſolvēdo, dico verba illa, *ideneitate, & alijs in alijs requiſitis*, interpretanda eſſe nō de ſcientia, ſed de illa idoneitate, & de illis requiſitis, quæ Epiſcopi à Patribus ſocietatis requirebāt, & eius inſtitutum non patitur, qualia ſunt ea, quæ in proœmio bullæ adducit Pontifex, videlicēt eſſe exercitatos in ordinum functionibus, & chori, officijs plenè inſtructos; item habere bonum à parocho teſtimonium, inquiri etiam de eorum natalibus, vita, moribus, ætate, quæ omnia lentam temporis morā exigunt, & impedimento eſſe poſſunt, ne ſtatim cum mittuntur ad Indos, ſolvant, aliaſque lōgiſsimas Regiones orbis petant. At examen de ſcientia in ipſa ordinatione fit, nec tantula

in eo

in eo collocata mora retardari dicuntur, licèt iam iam diſcedendum ſit, ac eos lenis, & increpitans vocet Auſter in altum. Præterea patitur optimè, imò exigit Societatis inſtitutum homines maximè lucratos; nec epiſcopi qui de eorum ſcientia inquirunt, aliquid faciunt, quod non patiatur dictæ Societatis inſtitutum, ut facerent ſi de cantu, natalibus, & alijs inquirerent.

11 Probatur hæc noſtra reſponſio, & reſolutio. Primò quia cum ſignificatum illius verbi *idoneitate*, ſit dubium, ut videre licet in *Maſcard. concluſione* 878. *Menoch. de præſumpt. tom.* 2. *præſumptione* 91. nam aliquando ſignificat virtutes internas, quæ probatione non indigent, ut caſtitatem, temperantiam, pietatem, aliquãdo externas corporis dotes, ut non eſſe cæcum, claudum, infamem, per illa minimè fieri poteſt correctio iuris communis circa ipſos patres Societatis, ut vulgare eſt, probat. *Aymon. conſ.* 259. *num.* 2. *Gutierr. cum alijs* 3. *practicarum quæſt.* 15. *nu.* 35. *Sanches lib.* 2. *de matrimonio diſp.* 11. *nu.* 23. Maximè quia ſi Pontifex, eos eximere vellet ab examine ſcientiæ, in ipſa ordinũ ſuſceptione id expreſsiſſet verbis claris, & non dubijs, *l. Item apud Labeonem, §. ait prætor. ff. de iniurijs, cap. ad audientiam, de decimis*, ubi *Gloſſa ult.* multa iura adducit.

12 Secundo, quia quoties dubitatur dẽ ſignificatione alicuius verbi inſerti in lege, vel privilegio, qualiter hic dubitamus de ſignificatione verbi, *idoneitate*, ad eiuſdem legis, & privilegij principium recurrendum eſt, ut verus ſignificatus habeatur, *l. fin. Cod. de hæredibus inſtituend.* ubi *Bart. numer.* 4. *Imol. numer.* 8. iterum *Bart. in l. ambitioſa. Cod. de Decretis ab ordine faciendis, Abb. in cap. adverſus, nu.* 2. *de immunitate eccleſiarum. Suares de legibus lib.* 8. *cap.* 28. *nu.* 19. Sed principiũ huius privilegij eſt eximere religioſos ab eis oneribus, quæ non patitur eorum inſtitutum. Ergo de his tantum intelligendum eſt verbũ *idoneitas*, non de ſcientia, quæ optimè ſtat cum eodem inſtituto, ut dixi *num. ſuperiori.*

13 Tertio quod pene in idẽ recidit, ac ſuperius; quiacũ de verb. inſerto in privilegio dubitatur cõſiderari debet ſupplica oblata Principi, cùm illi ſoleat conformari, *cap. inter dilectos, §. cæteri, fide inſtrumentorum*, ubi *Felin. & alij. l. ſi præſes, ff. de pœnis. Mattenſo lib.* 5. *recopil. tom.* 2. *l.* 1. *Gloſſa* 2. *nu.* 3. *Gutierr. lib.* 3. *practicar. quæſt.* 17. *& quæſt.* 18. *num.* 42. *&* 43. *Suares lib.* 8. *de legibus, cap.* 28. *num.* 19. Sed quantum datur intelligi ex bulla, Patres ſocietatis poſtularunt à Pontifice, ut eos eximeret in ipſa ordinatione ab ijs omnibus, quæ eorũ inſtitutum non patiebatur, nec ſine longa tẽporis mora præſtari poterant, & quibus retardabantur eius inſtituti homines à miſsionibus obeundis contra puritatem talis inſtituti. Ergo ab ijs credi debent exempti per tale privilegium, non ab alijs, quæ cum eodem inſtituto optimè conveniunt.

Tandẽ quia cũ conſuetudo ſit optima legũ, 14
& privilegiorum interpres, ut multis probat. *Tiraquel. de nobilitate cap.* 10. *numer.* 9. *Aſſiſt. deciſ.* 166. *num.* 9. *& deciſ.* 193. *num.* 3. *Menoch. tom.* 1. *conſ.* 32. *num.* 44. *& tom.* 3. *conſ.* 577. *num.* 2. *&* 3. Perpetua praxis ab ipſa huius privilegij conceſſione ſic interpretata eſt hæc verba, ut nunquam de ſcientia intellecta ſint, cum perpetuo Patres ſocietatis epiſcoporum examini ſe ſubiectos offenderent, ſive ab ipſis, vel coram ipſis, ſive ab eorum examinatoribus de eorum ſcientia periculum fieret, quod de Luſitanis Patribus teſtari oculatus teſtis poſſem, illos verè in ipſa ordinatione examen epiſcoporũ ſubiiſſe, vel eorum immediate, vel aliorum, quos ipſi deſtinaverint. Quanvis Luſitani antiſtites Societatis amantiſsimi ſint, ut qui in eius diſciplina, & doctrina aliti, educatique fuerint, & cui omnia ſcientiæ ſuæ incrementa deberi ingenuè fateantur. Adde nunquam hucuſque, vel leviter motam eſſe querimoniam à Patribus non ſervari ſibi privilegium ſuum, nec ipſos epicopos ſcrupulum pupugiſſe, quòd tã aperte verbis privilegij contradicerent.

CAP. Monachus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Baronius noſtri textus meminit.*
2 *Probitas, & honeſtas ſupplet ætatem.*
3 *Diſpentionis cauſa ceſſante, ceſſat diſpẽſatio.*
4 *Iuniores docti, præferendi ſunt ſenioribus indoctis.*
5 *Teſtimonium clerici præfertur teſtimonio laici.*

IN principio textus, ibi. Defen 1
ſor effectus. De defenſorum muneribus, quibus probatis clericis, ſuperiores ordines aſpirare licebat. Vide *Baron. tom.* 1. *Annal. anno Chriſti* 44. *numer.* 89. qui noſtri textus meminit.

Poſt principium textus, ibi, 2
Modeſtæ converſationis. Ergo probitas, & honeſtas ſupplent tempus, atque ætatẽ, ut notat Gloſſa in præſenti, verbo, *devote, cap. innotuit,*

mutauit, de elect. ibi. *Morum honeſtas vitæ virtus, & fama* ubi *Panormitan. in 7. notab.* dicit per illum textum, quòd merita perſonæ multum iuvant ad obtinendam diſpenſationẽ, textus *in l. 2. C. de ijs, qui veniam ætatis impetrarunt;* latè *Tiraquel. de pœnis, cauſa* 51. *num.* 150. *ad finem* qui noſtri textus meminit.

3 In fine textus, ibi. Ceſſantibus

Igitur diſpenſationis cauſa ceſſante ceſſat diſpenſatio, ut ex noſtro textu deducit *Tiraq. ceſſante cauſa part. 1. num.* 91. *cap. quòd pro neceſſitate,* & ibi *Gloſſa 1. queſt. 1. cap. eos 1. queſt. 5. cap. quod pro remedio, & cap. exigunt 1. queſt. 7. Gloſſa in cap. poſt translationem*, verbo, *ceſſante de renuntiatione*, & poſt *Card. Bald.* & alios tradit idem *Tiraquel.* ubi proximè.

4 In Gloſſa, verbo, Devotio.

Notat *Tiraquel. de primogen. in præfatione, num.* 175. & 186. & 210. ad hoc, quòd iuniores docti præferendi ſunt iunioribus indoctis, & ætas per virtutẽ ſuppletur, ut per *Caſſan. in conſuetud. Burg. in prooemio Gloſſa* verb. *ordine, n.* 4 & 5. *fol.* 19. *Paulus Fuſcus de viſitat. lib.* 1. *capit.* 17. *numer.* 8. Propterea Iuſtinianus iunioribus ſuum inſtitutionum librum dedicat, *cupide*, inquiens, *inventuti*, quem locum ad hoc ibi expendit *Ioann. Faber.*

5 In Gloſſa, verbo, Quorum.

Docet quod teſtimonium clerici laico præfertur, exaltat *Felin. in cap. in noſtro de teſtibus*, & eſt ſimilis *in l.* 3. verbo, *plebeus de teſtibus*, contra quas eſt alia *Gloſſa ult. in cap. clerici* 81. *diſtinction.* de quarum concordia vide *Decium in cap. ex literis. num.* 6. & *in cap. licèt cauſam, num.* 9. *de probationibus, & conſ.* 109. *nu.* 5. *lib.* 1. *Perez. lib.* 1. *ordinamenti, titulo* 3. *l.* 1. verſ. *teſtimonium*, cum quo limitabis. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 98. *à num.* 5. *Xuarez allegat.* 1. *n.* 14. & ſequentibus. *Maſcard. de probat. tomo* 1. *concluſ.* 306. Adde poſita ad *cap. clerici, nu.* 2. & ſequentibus, *infra diſt.* 81.

DISTINCTIO. LXXVIII.

CAP. Si quis. I.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter olim non poterat ordinari ante trigeſimum annum completũ.*
2 *Iuri non derogatur propter meritũ perſonæ, quod tamen limitabis.*
3 *Dictio*, nullo modo, *quid ſignificet?*

IN textu, Ex hoc textu habetur, quòd nõ poterat quis ordine preſbyteratus ordinari, ante annum trigeſimum completum, idem diſponitur *in cap. presbyter infra hac diſtin.* de quo *Gutierr. lib.* 1. *Canonicarum, cap.* 26. *num.* 1. Seu ut minori ſufficis attingere 25. annorum ætatem pro ordine eſt *textus in capitulum in omnibus 63. Inferiora de electione, Gloſſa*, verbo, *in decimo octavo in Clementi. fin. de ætate, & qualitate, & Concil. Tolet. ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reformatione*, etiam per diem. *Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tractat.* 3. *num.* 166. *Navarr. in man. capit.* 23. *number.* 69. *Zerola in praxi*, verbo, *ordi.* §. 1. *Gutier. can. lib.* 1. *cap.* 26. *numer.* 8. *Franciſcus Leo in theſauro fori eccleſ. part.* 1. *capit.* 4 *numer.* 31. *Petrus Ledeſma in ſumma part.* 1. *tractat. de Sacramento ordinis, cap.* 7. *Bonacina de Sacrament. diſputat.* 8. *quæſtione ultima punct.* 5. *num.* 12. *Garcia de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *numer.* 21. *Ægidius Coninck. de Sacrament. tom.* 2. *deſput.* 20. *num.* 102. Qui omnes conſtanter tenent, ad preſbyteratum ſatis eſſe, incepiſſe vigeſimum quintum annum per unum tantum diem. In qua annorum computatione non eſt numerandus dies biſſexti, quia annus à iure determinatus, intelligitur annus cõſtans ex 365 diebus cõtinuis, ut egregie obſervavit, *Bertq. in ſum. lib.* 10. *c.* 2. §. 2. *Aloyſius Riccius in praxi fori eccleſiaſtici poſt reſolut.* 276. *in notab. de materia Sacramenti ordinis* verſ. *quoad interſtitia* in Secũda *edit.* Quem contrariam ſententiam amplectatur *Fornar. de ordine capit.* 3. *numer.* 5. *Bonacina dicto puncto* 5. *numer.* 14.

2 In textu, ibi, Valde dignus.

Probat textus quòd iuri non derogatur propter meritum perſonæ, *Bald. in cap. Sedes, ante finem, de reſcript. cap. mulier*, verbo, *ſanctã* 23. *diſtinct. textus in cap. innotuit, de electione, Tiraquel. de pœnis cauſa* 51. *num.* 8. 9. 10. 11. & 12. qui noſtri textus meminit, quod tamen fallit, primò ubi eſſet utilitas eccleſiæ, *Gloſſa*, verbo, *fatentur ad medium in cap. quanto 6. de ætate, & qualitate.* Secundò fallit quando perſona eſſet multum utilis, & neceſſaria, veluti ſi eſſet unica in arte, quò caſu licet debeat puniri pœna mortis, recedunt à iuris regulis, ut minus ponatur, propter utilitatem perſonæ, *l. ad beſtias, ff. de pœnis*, ſingularis ſecundum *Rom. conſil. ſing.* 717. *Covar. 2 variar. cap.* 9. *num.* 6. *Tiraquel. de pœnis cauſa* 51. Tertiò fallit quando quis eſſet benemeritus de Republica, vel de Principe, §. *Sed quod Principi, in fine*, iun. *Gloſſa*, verbo, *ob merita Inſtit. de iure naturali gentium & civili, Gramuat. deciſ.* 23. *num.* 13. 14. & 15. niſi crimen ſit atrociſsimũ in ipſam Rempublicam, vel Principem. *Tiraquel. de pœnis cauſa* 49. *numer.* 1. 13. & 47. *Aloyſius Riccius* 5. *part. Collect.* 1842.

3 In textu, ibi, Nullo modo. Quæ dictio eſt univerſalis negativa, & excludit omnem caſum *Iaſon. in l. 1. §. Sublata, numer. 13. in 2. lectura. ff. ad Trebel. in l. penultimum. 9. Cod. de teſtam. milit. Mandoſ. regul. 34 queſtione 88. num. 3.* Imò excludit diſpenſationem *Gloſſa in Clement. 2. §. Illi verò*, in verſ. *nullo modo*, & ibi *Zabarel. numer. 3. de ætate, & qualitate Imola in cap. 2. de teſtibus. Iaſon. dicto numer. 13. & in l. depupillo, §. Si quis forte, numer. 4. ff. de novi operis nuntiat. Abbas in cap. non magno, numer. 5. ne clerici, vel monachi, hæc Tiraquel. in l. ſi unquam*, verbo, *revertentur, numer. 77. & 78. Menoch. de recuper. poſſeſſione remed. 14. num. 6.*

CAP. Nemo. II.

SVMMARIVM.

1 *Attingent 22. annum an poſsit aſſequi canonicatum in cathedrali?*
2 *Qua ætas requiratur ad canonicatũ in eccleſia collegiata?*

1 IN textu, ibi, Subdiaconatus. Hodie corrigitur ex diſpoſitione *Concilij Trident. ſeſſ. 23. cap. 12.* dum attingentia vigeſimi ſecundi anni ſufficiat, ut quis poſsit
2 promoveri ad ordinem ſubdiaconatus. *Gutierr. lib. 1. Canonicar. cap. 1. num. 8.* de quo vide poſita *ad cap. 2. numer. 13 diſtinct. 77. & ad cap. ſubdiaconus, numer. 1. eadem diſtinct.* quod tempus inceptum ſufficiens eſt ad obtinendum canonicatum in cathedrali, ut tenent *Azor. Inſtitut. moral. 2. part. lib. 6. cap. 5. quæſt. 3. Emmanuel Saá*, verbo, *beneficiũ, num. 31.* licet dicant, quòd debeat eſſe completum. *Mandoſ. de ætate minorum, cap. 5. num. 10. Nicolaus Garcia de beneficijs, 7 part. cap. 4. num. 70. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navar. lib. 8. titul. 20. l. 1. de ætate num. 7.* Attamen vigeſimum ſecundum annum ad canonicatum in cathedralibus requiſitum, inſinuare videntur plures Sacræ congregationis declarationes, quas refert *Armendar. d. l. 1. de ætat. numer. 6. Anaſtaſius Germon. de indultis Cardin. §. Quibuſvis, n. 6. Campan. tuhr. 7. capit. 6. numer. 26. Gonz. al. ad regul. 8. Cancel. Gloſſa 9. numer. 4.* Si verò hoc loco inquiras.
2 Quænam ætas requiratur ad canonicatum in eccleſia collegiata? Reſpondeo ſufficere ætatem quatuordecim annorum, ex diſpoſitione iuris in *cap. Super inordinato iuncta Gloſſa*, verbo, *pueri de prabend. Rebuff. de diſpenſatione ætatis, numer. 2. Meneta de diſtribut. quotid. part. 2. queſtione 19. numer. 14. Galet. in margaritis eccleſ. conſuetud. verbo, canonicus 3. pagin. 29. Riccius in praxi fori eccleſ. 735. in 1. edit. & 1051. numer. 3. in fine, in 2. edit. Armendar. dicta leg. 2. de ætate numer. 8.*

CAP. Quid eſt manus. III.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinans indignum peccat, ſicut ordinatus.*
2 *Ordinandi ſunt potiùs pauci digni, quàm multi inter quos ſint aliqui indigni.*

IN textu. Epiſcopus ordinans indignũ peccat, ſicut ordinatus, ut hic. 1
Ampliatur, ut promovens huiuſmodi indignũ teneatur ad intereſſe eccleſiæ, quam læſit, ad ſimilitudinem magiſtratus, qui minus idoneo tutelam committit, §. *fin. inſtit. de ſatisdat. tut. Albertus Tratius lib. 2. de perfecto clerico, cap. 37. num. 5. & 6. fol. 249. in 2. volum. tractat. impreſſione antiqua.*

Potiùs ergo debet epiſcopus ordinare pau- 2
cos, & illos dignos, quàm multos aliquos, interquos indigni aliqui ſint, ut ait *textus in cap. talet, 23. diſtinct.* ita, ut dicat. *Hoſtiens. in cap. grave de prabendis*, quòd ſi non reperiatur in diœceſi niſi unus dignus, potiùs illi ſunt committenda omnia beneficia, quàm diſtribuantur inter nũ idoneos; idem refert *Albertus Tratius ubi ſupra dicto, num. 6.* Ampliatur 2. ut ſi epiſcopus ſacerdotem indignum, & inhabilem ordinaverit, à collatione illius ordinis ſacerdotalis ſit ſuſpẽſus; *cap. ſi qui epiſcopi*, & ibi *Gloſſa*, verbo, *illi 1. q. 1. Ioann. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. 3. part. cap. 8. numer. 7.*

CAP. Presbyter. IV.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter olim non ordinabatur ante 30. annos.*
2 *Ordinatus ante legitimam ætatem, quibus pœnis puniatur.*

IN textu, ibi, Presbyter. Olim pre- 1
ſbyter non ordinabatur niſi completet ætatem triginta

triginta annorum, ut hic. Sed hodie ſufficit attingentia vigeſimi quinti anni, ut ſupra *in cap. 1 comm. 2. hac diſtinct.* adnotavi; & ſtatuit *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 12.* ubi alterutri dicitur huius textus, & vide poſita ad *cap. ſubdiaconus, 4 numer. 1. ſupra diſtinct. 77.*

2 Quod ſi de facto ante legitimam ætatem ordinetur, eſt ſuſpenſus ab omni ordinũ exercitio, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerit, eſt irregularis, & privatur omnibus beneficijs obtentis, & ſit incapax, & inhabilis ad alia ſimilia, vel diſſimilia beneficia in perpetuum obtinenda. *Quaranta in ſumma bullarij*, verbo, *ordo in principio. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 17. quæſtione 18. Covar. in cap. Alma mater, part. 2. §. 3. numer. 5. verſ. 9. Salzedo ad Bernard. cap. 26. verſ. 5. Bierga & Sorbo in compendio privil. mendicantium*, verbo, *Ordines ſacri, Bonacina de Sacram. diſp. 8. quæſt. unica pun. 5. num. 13.* Si verò talis homo probabiliter credens ſe habere debitam ætatem, ante illam ignoranter, & inculpabiliter ordinetur, à ſuſpenſione excuſatur. Ita *Navar. in man. cap. 27. num. 156. Tolet. in ſum. lib. 4. cap. 15. numer. 4. Henriq. in ſumma lib. 13. cap. 38. §. 1. Salzed. ad Bernard. cap. 26. Graſſis in deciſ. aureis lib. 4. cap. 27. numer. 22. Reginal. in praxi lib. 32. tractat. 2. numer. 70. Miranda in Manuali Prælat. tomo primo quæſtione 39. articul. 6. Ludovicus Beja in reſponſ. caſuum conſcient. in caſu quæſt. incipit. Petronius presbyter. Sanch. de matrimonio lib. 7. diſput. 30. prope finem.* Idem ſimiliter dicendum eſt de eo, qui bona fide, & teſtimonio ſuorum parentum, ordinatus eſt ante legitimam ætatem, qui proinde non manet ſuſpenſus. Ita *Quaranta in ſumma bullarij*, verbo, *Ordo, Navar. & Tolet. apud Bonacinam de cenſur. diſp. 8. quæſtione unica, pun. 5. numer. 13. Bellet. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 5. num. 60.* Talis verò homo ante legitimam ætatem ordinatus, & ſe talem cognoscens, peccat mortaliter, celebrando in illa ætate. *Navarr. cit. Emanuel Rodr. in ſum. part. 2. c. 10. concl. 2. Bonacina d. punct. 5. numer. 13.* Poſt quam tamen iuſta ætas advenerit, poterit ordines exercere, abſq; alia abſolutione, vel diſſatione ut tenet *Covar. in Clement. Si furioſus, part. 1. §. 1. in. 4.*

CAP. Si triginta. V.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper ætate.*

2 *Epiſcopus diſpenſat ſuper ætate ad dignitates non curatas dum tamen diſpenſandus habeat 20. annum completum.*

IN textu, ibi, Neceſsitas. Imo regulariter nulla ſuccedente neceſsitate, epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper ætatis defectu, *l. 1. & 2. Cod. de his, qui veniam ætatis impetrãt. Gloſſa in Clement. fin. de ætate, & qualit. Abb. in cap. fin. numer. 10. de poſtulat. prælat. & in cap. cum in cunctis, §. inſerturæ, num. 7. de electione*, de quo tamen eſt videndus idem *Abb. in cap. cum dilecti, numer. 9. de electione*, & *in capit. 2. numer. 3. 5. 9. & 11. de ætate, & qualitate, & in cap. præterea, numer. 4. & 6. eodem titulo. Archidiac. in præſenti*, & vide que ſcripſimus ad *cap. qui in aliquo, numer. 4. in principio diſtinct. 51. & ad cap. 1. numer. 8. diſtinction. 60.* 1 2

Poteſt tamen diſpenſare cum maiore viginti annorum completorum, ad dignitates non curatas, ut eſt *textus in cap. unico de ætate, & qualitate lib. 6.* pro ut etiam tenent *Staphyl. de litteris gratiæ, titulo de qualitate, & ſtatu beneficiorum n. 37. fol. 21. in 14. volum. tract. impreſſione antiqua. & Franciſc. Pavinus de viſitatione, eodem vol. 14. fol. 137. num. 51. & Anton. Roſell. de Concilio, num 11. fol. 60. in 2. vol. tract.* videbis de materia quæ diximus *ad cap. qui in aliquo nu. 3. ſupra diſtinct. 51. & ad cap. 1. num. 5. & 6. diſtinct. 60.*

DISTINCTIO. LXXIX.

CAP. Si quis Apoſtolicæ. I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nulla admittitur cõtra electũ in Papam.*

2 *Papa non poteſt eſſe hereticus, furioſus, nec per ſimoniam electus.*

IN Gloſſa, verbo. Canonica ad medium, ibi, Nulla exceptio. 1

Notat *Gloſſa* quod nulla exceptio admittitur contra electum in Papam; idem tenet *Gloſſa*, verbo, *Exceptione in fine. in cap. licet 6. de electione*, quod ampliatur etiam ſi eligatur cõiugatus, ut tenet *Gloſſa in cap. ſi quis pecunia, numer. 6. infra eadem diſtinctione.* Imò ibi tenet Gloſſa, verbo, *non Apoſtolicus*, quòd quando maritus

ſiculus mulieris efficiatur Papa, tenetur ei reddere debitum, ad quod *Perez. Gloſſa 3. pagin. 23. colu. in medio l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin.* quia votum ſolemne non diſſolvit matrimonium conſummatum, *Sanchez lib. 7. de matrimonio diſput. 34.* rationem dat *Covar. quæſt. ſe ſponſal. cap. 7. §. 4. num. 4.* Hinc eſt quod proles inde ſuſcepta licèt quoad ordines, & beneficia ſit illegitima, quoad ſucceſſionem tamen parentum eſt legitima *Sanchez lib. 9. de matrimonio diſput. 38. num. 7. & 8.*

2 Limitatur tamen primo principalis concluſio, quando Papa eſt furioſus; quia tunc rectè corrigitur exceptio contra eum, ut optimè tenet *Navar. in cap. ſi quando de reſcriptis exceptione 9.* & nixta aliam impreſſionem, *exceptione 10. numer. 4.* Limita 2. quando Papa eſt hæreticus, ut eſt *textus in cap. ſi Papa 40. diſtinction.* Limitant aliqui, quando per ſimoniacam hæreſim eſt electus, de quo vide *bullam Iulij II.* quæ ſolet 2 imprimi cum Concilio Florentino, habito ſub Eugenio 4. extra tomos Conciliorum, quæ refert *Borgaſius de irregularitate pagin. 238. à num. 29.* de quo vide, quæ latè ſcripſi, ad *cap. Si Papa numer. 12.* & ſequentibus, ſupra *diſtinctione. 40.*

CAP. Si quis Papa. II.

SVMMARIVM.

1 *Conventicula faciens de Papatu committit crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Licèt ſocius criminis non ſit idoneus teſtis, probat tamen ſimoniam.*
3 *Socij criminis admittuntur ad probandam hæreſim, & crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Socius criminis, & muneris non probant ſimoniam, nec confidentiam.*

1 IBi, Favorem præſtare. Ponderat *Azevedus, lib. 8. titul. 18. l. 1. numer. 102. nova recopilat.* & per illũ docet, quod faciens conventicula de Papatu vivente Papa, crimẽ læſæ maieſtatis committit; idem dicit de illo, qui Regis perdere dignitatem contendit, quod limitat *Navarr. conſ. 17. numer. 5. de ſententia excommunicationis editione 2.* qui etiam noſtri textus, meminit, & vide *Boerium deciſione 319. Felin. numer. 12. in cap. 2. de exceptione.*

In textu, ibi, Pertulerit. 2
Licèt ſocij, & participes criminis nõ ſint idonei teſtes, *cap. veniens in fi. de teſtibus cap. 2. de teſt. Socin. regula 317. Boerius deciſione 319. Menoch. de arbitrar. caſu 474. à numer. 13.* Hæc tamen concluſio limitatur, ut ſocius, & particeps criminis probet ſimoniam, ut textus hic. Ratio 3
fundamentalis eſt, quia ſimonia eſt de crimi-nibus quæ occultè ſolent committi; *Aymon Cravet. conſ. 122. numer. 8. Maſcard. de probat. concluſione 1305. numer. 11.* & ſic leviores probationes ſufficiunt, ut *in cap. per ſuã de ſimonia, capit. 11. de teſtibus lib. 6.*

Eadem ratione admittuntur teſtes ſocij criminis, ad probandam hæreſim, ut eſt *textus in cap. in fide 5. de hæret. in 6. Boſſ. in prax. titulo de hæreticis. Rojas ſing. 84. 189. & 192. Tiraquel. de pœnis temper. cauſa 49. à numer. 24. Menoch. de arbitrar. caſu 474. num. 28.* Idem eſt in crimine læſæ maieſtatis, quo etiam caſu filius revelans delictum patris divinæ, vel humanæ læſæ maieſtatis, conſequitur ipſius bona, ut videtur probare textus hic, & *in l. quiſquis 5. Cod. ad l. Iul. Maieſtatis,* & generaliter loquendo, in iis criminibus, quæ ſolent occultè perpetrari, neque veritas aliunde haberi poteſt, admittitur particeps, & ſocius criminis. *Decius conſ. 189. numer. 10. Aym. conſ. 178. poſt. num. 3. Alexand. de Nevo conſ. 37. numer. 2. Caputaquenſ. deciſione 277. num. 8.* & ſequentibus, *part. 3.* quos refert *Rota deciſ. 147. numer. 15. apud Farinac. part. 1. in recent. Maſcard concluſione 1311. numer. 34. Mori. titul. 11. in prælud. numer. 80. Delrius diſquiſit. Magicar. lib. 5. capit. 17 pag. 455.*

Quæ concluſio fallit, quando ſocius crimi- 4
nis eſt etiam muneris, quia tunc non admittitur in teſtem in crimine ſimoniæ, nec confidentiæ, ut probat *textus in cap. 1. de teſtibus Maſcard. de probat. concluſione 1311. numer. 26. & Flamin. de reſignat. lib. 14. nu. 28. & in tract. de confidentia quæſt. 66. num. 22.* ubi refert eandem declarationem, etiamſi teſtes ſocij criminis, & muneris nihil receperint; dum tamen illis fuerit promiſſum, & ita fuiſſe iudicatum; ait idem *Paris. de confidentia d. quæſtione 66. nu. 23.* quia in delictis voluntas conſummata pro facto reputatur, *leg. ſi quis non dicam rapere, C. de ſacroſanct. eccleſ. Thom. Grammatic. vot. 8. numer. 9. & vot. 9. num. 8.* & ſequentibus, *Socin. regula 31.* His adde *Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra,* verbo, *teſtium. depoſitione, num. 120. Menoch. de arbitr. caſu 474. numer. 13. & conſ. 378. num. 4. Oraſc. Pedam deciſ. 79. num. 19. Perez. l. 1. titul 3 lib. 1. Ordin pagin. 60. Mozz. de contract. tit. de Societat. cap. de diviſione Societatis, num. 12. Cevall. commun. quæſtione 280 Chriſtopher. de pace ad leges Styli. l. 54. Schol 5. à num. 13. Morla in emporio iuris part. 2. titul. 11. in prælud. numer. 79.*

Sanch.

Sard. de aliment. titul. 1. quæſtione 60. numer. 9. Ludovicus Miranda de ordine iudic. quæſtione 23. artic. 7. concluſione 1. Emmanuel Rodriguez, quæſt. regular. tomo 2. quæſtione 126. articul. 2. Cardoſo in praxi iudicum, & advocatorum, verbo, *teſtis, numer.* 28. *Bonacoſ. commun. crimin. part. 2.* verbo, *Socius, folio* 70. *in fine.*

CAP. Oportebat. III.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Papa ſit eligendus de cœtu cardinalium?*
2 *Doctores, qui de quæſtione controverterunt?*

1 IN textu. Ait Stephanus Papa Pontificem Romanum eligi debere ex Cardinalium collegio, ut obſervat *Burſatus conſ. 126. num. 6. vol. 2.* At textus *in cap. Vbi periculum,* ubi agitur de forma eligendi Pontificem, non dicit quòd ex Cardinalium cœtu ipſe Pontifex eligatur, ut ibidem advertit *Franchus, numer.* 11. Vnde licet Papa non ſit electus de numero Cardinalium, hodie non poteſt opponi hæc exceptio, ut tenet *Martinus Laudens de Cardinalibus quæſtione 65. fol.* 381. *in 14. vol. Tractatuum impreſſione antiqua,* & pro confirmatione eſt videndus. *Abb. in cap. vxoratus, num. 8. de converſione coniugatorum, & in cap conſtituerus, num.* 10. At quòd textus noſter loquatur potius de conſilio, quàm de præcepto, ait hîc *Præpoſitus in principio.* Nam multi viri fuerunt ſummi Pontifices, & tamen nũquam legitur eos fuiſſe Cardinales, ut de Gregorio decimo refert *Illeſcas lib. 5. hiſtor. Pontif. cap.* 40. & de Eugenio. III. tradit *Plato de bono ſtatus religioſi lib. 2. cap. 28. ad med.*

2 Circa quæſtionem in qua maxima adeſt interſcribentes contentio, ſunt videndi *Barbatia de præſtant. Cardinal. part. 1. quæſtione 1. ex num.* 58. *Sotto lib. 3. de iuſtitia quæſtione 6. artic. 2. ad finem.* verſ. *quapropter. Gambarus de poteſtate legati lib. 7. á numer.* 151. *Conradus in templo omnium iudicum lib. 2. capit. 1. §. 2. quæſtione* 4. *Petrus Navarra tomo primo de reſtitutione lib. 2. capit. 2. ex numer.* 170. *Pelagius de planctu eccleſia lib. 2. capit. 10. col. 5.* verſ. *hinc eſt. Soares de fide, diſputat. 10. ſectione 4. numer. 19. Carolus Sigonius de Regno Italia lib. 9. anno* 1059. *Polydorus Virgilius lib. 4. cap. 10. Illeſcat part. 1. hiſtoria Pontific. lib. 5. cap. 11.* poſt alios *Cenedo collect. 18. ad Decretum, num. 1.* ubi *numer. 2.* ait de fabuloſa illa muliere, quæ mutato nomine, & veſtitu fertur fuiſſe Papa, de quo *Matolus de irregularitate lib. 1. cap. 28. num. 14. & lib. 2. cap. 4. num. 4. Conradus,* ubi proximè, *num. 9. Andreas ab ex ea in cap. 1. de conſtitut. num. 70.*

CAP. Nullus unquam. IV.

SVMMARIVM.

1 *Baronius noſtri textus meminit.*
2 *Cardinales ſede vacante, habent iuriſdictionem Pontificis.*

IN textu. Hoc cap. & ſuperius probat contra *Sot. lib. 3. de iuſtitia, quæſtione 6. articul. 3.* quatenus dicebat, non dari textum qui probaret, Papam eſſe eligendum de cœtu Cardinalium, & hunc textum notat *Abbas in cap. licet de vitanda, num. 4. de elect. Rebuf. in praxi, fol. parvo,* 388. *num.* 13, & colligit non debere eligi laicum in Pontificem, ut tradit *Baronius tom. 10. Annalium anno Chriſti* 963. *num.* 30. reprobans ibi electionem Leonis Romanæ eccleſiæ protoſcriniarij, qui adhuc laicus Pontifex eligitur, amoto Pontifice Ioanne 12. quod quam perperam factum ſit, vide per eundem dicto, *num.* 30. & ſequentibus, qui latè agit, & textus meminit; de quo vide etiam poſita ad *cap. ſi quis pecunia 9. infra hac eadem diſtinctione.* 1

An autem ſede vacãte collegium Cardinalium habeat iuriſdictionem ſummi Pontificis? Vide *Gloſſam,* verbo. *Sede vacante in cap. unico de ſchiſmaticis lib. 6. Antonium de Roſellis de poteſtate Imperatoris, & Papæ, §. abunde, n. 31. & 34 fol.* 341. *& 342. in volum. 14. tractatuum, impreſſione antiqua. Barth in l. ubi abſunt, nu. 2. ff. de tutoribus, & curatoribus. Capiſtranum de authoritate Papæ, & Concilij p. 3. ſecunda principalis q. 4 principali, pag.* 172. *Bellarmin. lib. 1. controverſia 3. cap. 12. obiect. 5. Gloſſa in Clementina ne Romani,* verbo, *non conſentam, de electione,* & quòd poſſit eligere Cardinales, ait Præpoſitus hîc in principio, poſt Hugon quem meritò reprehendit Gloſſa, verbo, *poteſtatis* in dicta *Clementina 1. in principio de electione,* cum ſolus Papa Cardinales creet. *Hippol. ſingulari 669. Padilla in l. ult. n. 11. Cod de diverſis reſcriptis. Suares de legibus lib. 4. cap. 4. num. 6.* qui latè agit, & noſtri textus meminit. Vtrum poſſit habilitare, & reſtituere Cardinales privatos per Papam, *Capicius deciſ. 114.* 2

CAP. Si quis ex epiſcopis. V.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales invadens in electione Papæ excommunicatur.*
2 *Dictio id eſt, quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi, Prorumpens, & ibi, Cardinalium. Qui igitur Cardinales inſectatus fuerit in electione Pontificis, anathematizatur, cum enim Romana eccleſia dicatur domina *cap. nulli fas. 19. diſt. Nicolaus Plevé de excõmunicat. n. 9. fol. 188. vol. 16. Tractatuum. Ioannes de Lignano de cenſuris, n. 7. fol. 233. eodem vol. 16. impreſſione antiqua,* qui eam invaſerit, vel illius Cardinales, excõmunicatur; electio namque Papæ inſtinctu Spiritus ſancti fit, ut in *cap. Vbi periculum, de electione lib. 6.* & tradit *Marcus Mantica in Dialogo de concilio à numer. 51. fol. 83. vol. 2. tractatuum.*

2 In textu, ibi, ideſt. Quæ dictio ponitur declaratiuè, & non ſtrictiuè, ut *in l. cum propriorem,* & ibi *Docius numer. 2. Cod. unde legitimi, l. 2 ff. de adoptionibus, l. ſi familiæ, ff. de familia herciſcunda l. 3. §. ſaltus,* & ibi, *Gloſſa, & Iaſon. num. 2. ff. de acquirenda poſſeſſione. Aretinus in l. qui liberis, in principio, 3. notabili, ff. de vulgari.* Aliquando tamen dictio *id eſt,* fiat reſtrictiuè, ut tenet *Bart. in l. 1 per illum textum, ff. ad l. Aquiliam, & in l. quæſitum, §. penult. ff. de fundo inſtructo, textus in l. Pomponius, de procuratoribus, & in l. tres fratres, ff. de pactis. Iaſon* latè *dicto nu. 2. Pariſius conſ. 110. num. 18. vol. 3.* poſt alios, *Cenedo ſingulari. 97, num. 5.*

CAP. Si quis ex ſacerdotibus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Papæ electioni contradicens eſt excommunicatus.*

1 IN textu. Collige ex illo electioni Romani Pontificis contradicentẽ eſſe excommunicatum, ut hic & in *cap. ſuperiori,* & tanquam ſacrilegum eſſe puniendũ *cap. 124. ſunt quidam 1. q. 1.* Ampliatur ut etiam ſit excommunicatus, impediens aliam quamcũque eccleſiaſticam electionem, ut eſt textus, in *cap. ſciant cuncti 12. de electione lib. 6.* circa cuius explicationem, vide latè *Suares de cenſuris, diſp. 23. ſectione 4. num. 3.*

CAP. Nullus Pontifice VII.

SVMMARIVM.

1 *Bonifacius III. quis fuerit?*
2 *Electio epiſcopi, & Papæ non fit ſede plena.*
3 *Impetrationes beneficiorum viventium reprobantur.*
4 *Corraſius noſtri textus meminit.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi. Bonifacij. III. Creatus Põtifex ex diacono, decimo quinto Kalẽdas Martias anno Dñi 606. Ioannis filius, Romanus Patria, qui à ſancto Gregorio miſſus fuerat Conſtantinopolim Apocriſarius ad Phocã Imperatorem. Bonifacius ubi primum ſedem Pontificiam eſt adeptus, ad corrigendum prauum uſum, qui in electione Pontificis in Romanam eccleſiam irrepſiſſe videbatur, Concilium in Baſilica Vaticana collegit; ex quo noſter textus fuit deſumptus. Ex hac vita deceſſit duodecima die menſis Novembris, cum ſediſſet menſibus tantũ octo, & dies viginti tres. Vide *Baron. tom. 8. anno Chriſti. 606. num. 1. & 8.*

2 In textu. Electio epiſcopi, & Papæ nõ eſt facienda ſede plena, ut hic & in *cap bone de electione, & Navarr. conſ. 17. numer. 4. & 6. de ſententia excommunicationis.* Hinc fit ad omnes expectativas, quæ ſunt ſublatæ à *Concilio Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 19. Gõzal. de menſibus, §. 1. proœmialt, á nu. 57. Reginald. in praxi pœnitent. lib. 30. tract. 3. à num. 266. Aloyſius Riccius collectan. 1574.* quia in eis dabatur occaſio captandæ mortis, *cap. 2. cap. ex tenore de conceſſione præb. cap. ne captanda eodem titulo lib. 6.*

3 Vnde ad omnes beneficiorum viventium impetrationes, quæ eadem ratione reprobantur, *cap. 1. de conceſſ. præbenda, & reg. 20. Cancellaria de non impetrando beneficium per obitum viventium, & Ordinat. noſtra Luſitana lib. 2. tit. 13. in principio.* ſimilis textus, *in l. 13. titulo. 16. partit. 1.* ubi *Gregorius Lopez Gloſſa 1.* multa adducit, & vide *Abbatem in capit. 1. de conceſſione præbenda;* & an hoc procedat, ſi quis ignoranter intravit beneficiũ

viventis

viventis, vide *Abbatem in dicto cap.* 1. *Decium conſil.* 398. incipit. *In cauſa domini Benedicti.*

4 In textu, ibi, Adunato clero. Vide *Corraſium de ſacerdotio, part.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. & 8.

CAP. Si duo. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit faciendum, ſi duo fuerint electi?*
2 *Si duo equites inſimul tangant palliũ, omnes equites currere debent.*
3 *Gloſſa noſtra cõmuniter approbatur.*

1 IN textu. Collige ex illo, quid ſit faciendũ, ſi temeritate concertantium duo fuerint ordinati, de quo latè vide *Iacobacium de Concilio, lib.* 3. *art.* 1. *pag.* 382. *Decian. tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 64. *num.* 3. qui noſtri textus meminere, & tunc obediendum erit illi, qui verus Pontifex, & Chriſti Vicarius à Concilio generali declaratus fuerit, ex Gloſſa noſtra, quam dicit ſingularem *Abb. in cap. Qui diligentia, nu.* 3. *de electione*, multi quos citat *Rojas de hæreticis*, 2. *part. num.* 519.

2 Ibi, Nullum ex his. Citat *Bertach. de epiſcopo, lib.* 3. *part.* 2. *principali, num.* 12. ubi textum inducit ad elegantem quæſtionem de duobus equitibus ſimul tangentibus pallium, ut tunc iterum currere omnes equites; non ſolum illi duo, de quo vide *Bart. in l.* 1. §. *Item acquirimus, num.* 8. *ff. de acq. poſſ.*

3 In Gloſſa 1. in fine. Vide *Abb. in cap Fraternitatis, nu.*2. *de hæreticis, Cardin. conſ.*150. *nu.*1. *Iacobac. de Concil. lib.* 4. *art.* 3 *pagin.* 210. *&* 212. *& lib.* 9. *art.* 7. *pag.* 224. *&* 727. idem *Abb. in cap. Licet, de vitanda, nu.* 8. verſ. *Item nota quod*, dicit, quòd in diſcordia duorum electorum in pontificatu debet congregari Concilium generale, & ille remanebit Papa, quem Concilium approbaverit, & dicit quòd textus ille (quem vocat ſingularem) fuit allegatus Piſis, & Conſtantiæ, quando fuit congregatum Concilium contra illos contendentes de Papatu. Quis autem cõgregabit Concilium? Vide per eundem dicto *nu.*8. & ibi *Addicio, littera G.* optimè *Tuſch. tom.*2. verbo, *Concilium, concluſ* 552. *nu.* 25.

CAP. Si quis pecunia. IX.

SVMMARIVM.

1 *De eo, qui non canonica electione ordinatur.*
2 *Papa propter ſimoniam, an poſſit indicari?*
3 *Laicus an poſſit eligi in Romanum Pontificem?*
4 *Gloſſam noſtram ſequuntur Doctores.*

IN textu. Agit textus de eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu ordinatur; de quo vide *Iacobacium de Concilio, lib.* 3. *art.* 1. *pag.* 146. *& lib.* 6. *art.* 9. *pag.* 382. *col.* 2. *& lib.* 8. *art.* 8. *Decian. tractat. criminal. lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 2. qui noſtri textus meminêre. 1

In Gloſſa in principio. Dicit *Gloſ.* quòd propter ſimoniam non poteſt Papa iudicari, de quo dubio latè agit *Tuſch. tom.* 2. *littera C. concluſ.* 552. *nu.*33. & vide quæ ſcripſimus ad *cap.*1. *nu.* 2. ſupra, *hac eadem diſtinct.* 2

In eadem Gloſſa, poſt medium, ibi, Elegeris in Papam. Ex hac Gloſſa colligitur laicum poſſe eligi in Romanum Pontificem; notant Doctores copioſius in *cap. Licèt, de vitanda*, ubi *Decius num.* 9. *de electione. Cardin. in Clement. Ne Romani, de electione*, nam licet Summus Pontificatus ſit beneficium eccleſiaſticum, *cap.* 1. *de maledicis*, non tamen inconvenit dari laico intra congruum tempus promovendo, ſed tunc habebit tãtùm, quæ ſunt iuriſdictionis, non ea, quæ ſunt ordinis. *Anton. de Roſellis de poteſtate Imperatoris & Papæ, tit. de forma eligendi Papam. num.*48. *fol.* 333. *in vol.* 14. *tract. impreſſione antiqua.* 3

In eadem Gloſſa in fin. ibi, Tenetur ei reddere. Cõmendat *Abb. in cap. Conſtituimus, num. ult. de converſ. coniugat. & in cap. Vxoratus, num.* 1. *illo tit. Decius in cap. Licèt, de vitanda, num.* 9. *de electione, Cardin. in Clement. Ne Romani, in principio illo titul. num.* 7. in fine, & dicit optimam idem *Abb. in dicto cap. Licèt, de vitanda, nu.* 4. *Tractus de vero clerico, lib.*2. *cap.* 8. *nu.* 3. poſt alios *Peres lib* 5. *Ordinam. tit.* 1. *l.* 1. *Gloſſa* 3. *pag.* 23. *col.*1. verſ. *In tantum*, qui omnes diſputant, ſi Papa electus habeat uxorem; quid faciendum ſit? & dicit *Abb. dicto n.* 4. quòd beatus Petrus habebat uxorem, quãdo promotus fuit in Papam. 4

CAP. Si tranſitus. X.

SVMMARIVM.

1 *Papa an poſſit ſibi eligere ſucceſſorem?*
2 *Conſuetudo, vel ſtatutum, ut maiori parti non ſtetur, non valet.*
3 *Maior pars non poteſt innovare in præiudicium aliorum.*
4 *Maior pars, imò tota pars non poteſt ſtatuere aliquid contra ius.*

1 IN textu, ibi, De electione ſucceſſoris. Per hæc verba controvertunt Doctores, an Papa poſſit ſibi eligere ſucceſſorem? Vt per *Gloſſam* 1. *in præſenti*, ſequuntur *Franc. in cap. Vbi periculum, de electione, lib. 6. Gloſſa*, verbo, *beatus, in cap. Apoſtolica*, 8. *q.* 1. quam dicit ſingularem *Abb. in cap. Apoſtolica, nu.* 9. & ibi *Barbac. nu.* 2. *de donat.* tradit poſt alios *Peres lib.* 5. *Ordinam. tit.* 4. § 1. *pag.* 61. *col.* 1. ante medium, qui noſtri textus meminit. *Suar. de fide, diſp.* 10. *ſect.* 4 *nu.* 14. latè *Comitolus lib.* 1. *reſponſorum moral. q.* 8. & ſequent. Conveniunt fermè Doctores, Papam in vita non poſſe ſibi eligere ſucceſſorem. Ita *Caiet. de authoritate Papæ, & Concil. tractat.* 1. *cap.* 13. & *tract.* 2. *cap.* 21. *Tiraquel. de iure conſtit. p.* 3. *limit.* 2. *nu.* 4. *Alphonſ. Mendoça in quæſt. Quodlib. q.* 4 *pag.* 301. *Azor. inſt. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *q.* 3. *Turrecremat. lib.* 2. *ſummæ, cap.* 51. cum *Gloſſa in cap. Cum Apoſtolica*, 9. *Qui in omnibus*, 8. *q.* 1. quam ſequuntur *Archid. in cap. Si tranſitus.* 79. *diſt. Ioannes Andr. in cap. Licet, nu.* 2. ubi hanc ſententiam dicit communem, Primò, quia in *cap. Epiſcopo*, 1. & 2. 8. *quæſt.* 1. Concilium Antiochenum, & Romanum ſub Martino Papa expreſſè decernunt, illicitam, & irritam eſſe eam electionem, qua epiſcopus deſignat ſucceſſorem: ergo etiam non poterit Papa deſignare ſucceſſorem. Secundò quia, videtur diſponere in tempus, quo non eſt futurus Papa, iuxta regulam legis, *Eum qui, ff. de iuriſd. omnium iudicum* Quanvis autem tradita doctrina vera ab illis auctoribus habeatur, obſervavit tamen *Flamin. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num*, 13. poſſe Summum Pontificem facere ſtatutũ, ſive conſtitutionem ſuper electione ſucceſſoris, ita ut ex vi talis conſtitutionis, poſſint alij Pontifices eligere ſucceſſorem.

2 Ibi, Vincat ſententia plurimorum. Probat textus, quod non valet ſtatutum, vel conſuetudo, ut in gerendis actibus maiori parti non ſtetur, ad idem *textus in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, & ibi *Ioann. Imol. in penult. col.* & *Aſſict. deciſ.* 1. *nu.* 4. *Marian. Socin. conſ.* 1. *nu.* 186. *p.* 1. Illud namq; canonicum reputatur, quod maior pars facit, *Gloſſa fin. in cap. Cum olim, de ſent. & re iudicata, & cap. Quia propter, de elect.*

Quod tamen limitatur primò. Vt maior 3
pars non poſſit aliquid innovare in præiudiciũ aliorum, ut eſt *textus in cap. Cùm omnis, de conſtit.* Secundò limitatur in ſtatutis, *Iaſ in l. Reſcripti, in* 1. *notabili, ff. de paſtis.* Tertiò limitatur, in confirmatione, & reelectione officialium in ſuis officijs, ut notat *Martin. Laudenſ. de officio principum. in* 2. *part.* & *Boer. eodem tractat. de officio principum*, 2. *part. quæſt.* 7. *Decius in cap. Cùm omnes, de conſtitut.*

Quarto limitatur, quando fieret aliquid con- 4
tra ius, quia tunc non ſolum, non ſufficit conſenſus maioris partis, ut voluit *Cynus in l. Conſuetudinis, Cod. quæ ſit longa conſuetudo, in quæſt.* 4. quem refert *Bart. in l. Omnes populi, nu.* 16. *ff. de iuſt. & iure.* Sed etiam ipſe *Bart.* ibi dicit, quòd etiam conſenſu omnium concurrente, non valeret. Aliæ declarationes, & limitationes ſunt videndæ per iura relata à *Bernard. Diaz. reg.* 449. *Maior*, & à *Ducũ. regul.* 296. *fallum.*

CAP. Electionem. XI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminere.*
2 *Electio Pontificis, quomodo ſit facienda?*
3 *An requiratur populi, & Imperatoris conſenſus? & totum eligendi ius eſſe penes Cardinales.*
4 *Ad quos pertineat Papæ electio, ſi vacante Sede, moriantur Cardinales?*

IN textu. Cuius meminere *Caietan. de au-* 1
thoritate Papæ, cap. 8. & *cap.* 21. ad finem. *Iacobac. de Concil. lib.* 9. *art.* 1. *pagin.* 581. *Suar. de fide, diſp.* 10. *ſect.* 4. *nu.* 9. & *nu.* 12.

In textu, ibi, Sibi Dominus reſervavit. Licèt enim quando Summus 2
Pontifex creatur, electores perſonam deſignent, ſolus tamen Chriſtus immediatè confert dignitatem, & poteſtatem, nam Papa Vicarius eſt Chriſti: ſicut etiam Prorex immediatè ab ipſo Rege inſtituitur, ita, & Papa qui eſt veluti Propontifex Chriſti ab ipſo creatur. *Caiet. opuſc.* 1. *de authorit. Papæ, cap.* 13. & *in* 2 *part. Apolog. cap.* 22. *Turrian.* 1. *contra Centuriat. cap.* 18. *Torret de fide, diſputat.* 15. *dubio* 3.

Præterea

Præterea ſi eccleſia præberet hanc poteſtatem, poſſet illam limitare, vel augere, vel modum illi præſcribere, ut ſolet Pontifex cum epiſcopos creat, quod tamen eſt inauditum. Vide *Turrecremat. in ſumma, lib. 2. cap. 44.* poſt alios *Suar. de fide, diſp. 10. ſect. 4. nu. 3.* Modus eligendi Pontificem non fuit à Chriſto Domino præſcriptus, ſed Eccleſiæ commiſſus eſt. *Suar. ubi proximè, nu. 6.* Si quæras. Vtrum duarum partium in ſuffragij concordia ſufficiat ad validam Papæ electionem? Reſpondeo affirmativè cum *Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 5. quæſt. 7. Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit. 4. num. 6. Campanil. in diverſor. iuris, rubr. 7. cap. 6. num. 59.*

3 In textu, ibi, Populis. Expectabatur autem in hac electione populi conſenſus, non ut ſuffragia ferret in electione, ſed teſtimonium vitæ, & morum eius, qui eligebatur, de quo vide *Cyprian. lib. 1. epiſtola 4. & lib. 2. epiſtol. 5.* Poſtea verò etiam conſenſus Imperatorum cœpit expectari, ita ut, non cenſeretur omnino firma electio, donec Imperator aſſentiret, quod privilegiũ interdum fuit per tyrannidem uſurpatum, ut ab Henriquo V. tempore Paſchalis II. Interdum falſò confictum, ut de Othone refertur in *cap. In Synodo, diſt. 63.* Interdum verò dato ab ipſis Pontificibus, ut de Carolo Magno habetur in *cap. Adrianus*, quod ſtatim renuntiavit *Ludovicus in cap. Ego, eadem diſt.* Vide *Suar. de fide, diſp. 10. ſect. 4. num. 9.* & ſequent. Hic verò mos eligendi Pontificem, præhabito ſcilicet Imperatoris, populiq; conſenſu, perduravit uſq; ad tempora Alexandri III. qui primus ab illo onere volens, & valens reſpirare, Lateranenſe Concilium advocavit, totumq; eligendi ius in Cardinales tranſtulit, reliquo clero, & populo, atque Imperatore excluſo. Quòd deinde firmius roboratum eſt à Greg. X. in *cap. Vbi periculum, de elect. in 6.* & à Clemente V. in *Clement. Ne Romani*, & ex Bulla Greg. XV. *Æterni patris*, edita *anno Domini 1621.* decernentis per ſecreta ſchedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præſentium electionem Romani Pontificis fieri aliter non poſſe. Lege *Turrecremat. de poteſtate Eccleſ. lib. 2. cap. 43. Bellarmin. tom. 1. de clericis, lib. 1. cap. 9. Paleotb. de conſultat. ſacri Palatij. part. 3. q. 4. §. Et eò magis. Camill. Borel. in ſumma omnium deciſ. tit. 4. nu. 5. Campanil. in diverſorio iuris, rubr. 7. cap. 6. nu. 53. Cened. ad Decretal. collectan. 115. nu. 5. Burſat. conſ. 126. num. 6. & 7. à principio. & conſ. 108. à principio, & à num. 18. Ivo Carnot. 3. Decret. Vvaldenſ. art. 3. cap. 39.*

4 Surgit verò hoc loco quæſtio ſatis curioſa, quæ excitatur à *Dionyſio Paulo de vera patriarchal. ſedium erectione, cap. 16. nu. 33.* quæ quæſtio inquirit. Ad quos pertineat Papæ electio, ſi vacante Sede Apoſtolica, res ad eas anguſtias veniret, ut omnes Cardinales tunc temporis eſſent mortui? Cui quæſtioni reſpondet cum *Sylveſt. Aldobr. in ſcholijs ad Dec. ad cap. Licèt, devitanda, num. 51. aliàs 41. ſuper tit. de elect.* quod in tali caſu Sũmi Pontificis electio pertinet ad Canonicos Eccleſiæ Lateranenſis. Quanvis *Bald. in l. Vbi adſunt, ff. de tutor. & curator.* & *Lamellot. Conrad. in tempſo omnium iud. lib. 2. cap. 1. §. 2.* in princip. *num. 6.* dicant, tunc temporis electionem pertinere ad Patriarchas.

DISTINCTIO. LXXX.

CAP. Vrbes. I.

SVMMARIVM.

1 *Lucius Papa, quis fuerit?*
2 *Epiſcopatus, an ſit de iure divino?*
3 *Patriarchæ, & Primates, an ſint idem?*

IN ſuperſcriptione, ibi, Lucius Papa. Qui fuit Romanus nomine primus patre Portirio, eligitur Pontifex imperante Gallo, & Vibio, ſeu Voluſiano, anno Domini 256. cuius temporibus in ultionem chriſtiani nominis peſtis immenſa orbem vexavit, ab Æthiopia originem ſumpſit, in univerſumq; orbem progreſſam, vix intra decennium quieviſſe tradunt *Pomponius Lætus, in Gallo, & Voluſiano. Oroſius lib. 7. cap. 21.* At Lucius martyrio coronatur anno Domini 257. ſepultus eſt cemiterio Caliſti via Appia, octavo Kalendas Septembris, ſedit annis tribus, menſibus tribus, diebus tribus, ut voluit *Platina in eodem Lucio*, ſeu annis duobus, ut melius docet *Baron. tom. 2. Annalium, anno Domini 257. §. Quod autem.* Lucio igitur martyrio coronato, poſt dies triginta quinque, Stephanus patria Romanus creatus eſt Pontifex. 1

In textu. Qui veram facit differẽtiam inter urbium, & epiſcoporũ inſtitutionem, quod ante adventum Chriſti Domini urbes erant, non ita epiſcopi, quos in illis poſuerunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores: non tamen hoc, quod de Apoſtolis dicit referendum eſt ad ipſius epiſcopalis dignitatis originem; hæc enim ab ipſo Chriſto facta eſt, ut comprobat *Bellarmin. tom. 1. controverſ. 5. de cleric. lib. 1.* 2

lib. 1. *cap.* 14. & ante eum *Petrus Sot. de Sacram. Ordinis, lectione* 2. *Castro adversus hæreses*, verbo, *Episcopi*, & alij, de quibus *Henriq. lib.* 10. *cap.* 7. §. 2. *littera M. Suar. tom.* 4. *de pœnient. disp.* 25. *sect.* 1. *n.* 4. *num.* 4. *Duenas regul.* 72. vers. *Limita* 2. qui nostri textus meminit, sed debet referri ad divisionem plebium, seu diœcesium, quæ aliquando parochiæ solent appellari, ut latè ex antiquis Canonibus comprobat *Ioannes Filesacus in libello, quem Parresia scripsit, cap.* 1. *pag.* 3. Iam verò episcopalem dignitatem esse de iure divino, & à Christo Domino institutam, præter citatos authores, latè probat *Azor instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 13. *Covar. in reg. possessor. p.* 2. §. 9. *à nu.* 6. *Ludovicus Miranda de ordine indic. q.* 2. *art.* 5. *Valentia tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 10. *punct.* 3. Hinc fit ut Pius Papa primus *epist.* 1. & Cornelius *epist.* 2. affirmant, Deum instituisse, & posuisse episcopos, ut essent veluti pulcherrimi Ecclesiæ oculi, à quibus miram sibi gratiam, & pulchritudinem conciliaret. Vide *Gyga. de pensionib. q.* 2. *nu.* 3. *Barb. in tractat. de præstan. Cardinal. quæst.* 1. *Scribon. in theosimia, disp.* 7. *de ordine, q.* 6. & adde cum *Suar.* & *Azor citat.* & cum *Vasq. in* 3. *p. disput.* 242. *cap.* 7. episcoporum dignitatem fuisse à Christo Domino institutam in suis Apostolis in nocte ultimæ Cœnæ, ut habetur *Luca* 22. *Rufens in tractat. de præeminentia Archiepiscopalium, in præfatione. Pighius de eccleſiaſt. Hierarchia, lib.* 3. *cap.* 1.

3 In textu, ibi, Patriarchas, vel Primates. Vtrosq; enim eosdem esse, & eandem formam tenere, licet diversa sint nomina, probat *textus in cap.* 1. *& 2. nonagesima nona dist.* ubi plenius me videbis, *& in cap. Dico simul, de officio Ordinarij*, quanvis *Imol.* ibi *num.* 12. *Trottus de vero clero. lib.* 1. *cap.* 13. *Paul. de potestate capituli, præludio* 6. *num.* 12. *Petr Greg. lib.* 30. *cap.* 12. *nu.* 2. *Zechius de republica eccleſiaſt. tit. de statu Patriarcharum, nu.* 3. contendant Patriarchas propriè dici solos quatuor, de quibus in *cap. Renovantes*, 22. *dist. & in cap. Antiqua, de privilegijs.* Quare melius *Gloss ultim. in præsenti*, authoritati dicti *cap.* 1. notavit, inter Patriarchas, & Primates non dari realem differentiam, sed vocalem, ut etiam docet *Caban. in Catalogo gloriæ mundi. p.* 4. *considerat.* 9. in principio. *Lancellotus in institutionibus Canonicis, lib.* 1. *tit.* 5. in principio.

CAP. In illis. II.

SVMMARIVM.

1 *Polydorus, & Boerius nostri textus meminêre.*
2 *Flamines, qui dicantur?*
3 *Archiflamines, qui dicantur?*
4 *In una civitate, an possint esse duo episcopi?*
5 *Prohibitio episcoporum in eadem Eccleſia, quando fuit inducta?*

IN textu. Cuius meminit *Polydorus Virgilius de inventoribus rerum. lib.* 4. *cap.* 14. *Boerius de authoritate magni Constilij, nu.* 54. ad finem, & per illum docet, quod Primates positi sunt loco Prothoflaminum gentilium, Archiepiscopi in locum Archiflaminum, & episcopi in locum flaminum. 1

In textu, ibi, Flamines. Flamines unde dicti, vide *Varronem lib.* 4. *de lingua latina*, & *Servium lib.* 8. *Æneadum*, ad versum *lanigeroq; apices.* Flaminis cœremonias, & leges scribunt cum *Plutharco, in problematibus*, tum *Gellius lib.* 10. *cap.* 15. ex *Fabio Pictore, Masurio, Sabino*, & alijs, tum etiam *Finistella in libello de sacerdotijs Romanorum, cap.* 5. De institutione Flaminum inter scriptores, non convenit omnino. *Plutharchus in Numa*, vult *Dialem*, & *Martialem*, flaminem à Romulo institutos. At contra *Dionysius Lucius*, & *Varro*, volunt omnes *Flamines*, à Numa institutos. Nominis autem ratio tracta est à filo, quem caput habebant cinctum; unde à filo quo utebantur *Flamines*, dicti quasi filamines. Creabatur autem Flamines à populo *comitijs calatis*, ut docet *Aulus Gellius lib.* 15 *cap.* 27. De Flaminibus vide *Pomponium Lætum de sacerdot. Roman. cap.* 7. fusissimè *Onuphrium lib.* 2. *de civitate Roman. Lylium Girald. historia Deorum Cyntagmate*, 17. *D. Augustin. lib.* 2. *de civitate Dei, cap.* 15. eleganter *Alexand. ab Alexand. genialium dierum, lib.* 6. *cap.* 15. ubi eruditè *Tiraquel.* multa adducit latissimè *Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus, lib.* 1. *cap.* 5. 2

In textu, ibi, Archiflamines. Erant gentilium sacerdotes, qui inter alios præcipui dignitate præerant, ut inter nos Archiepiscopi, nam Flamines apud gentiles idem significabant, quod apud nos sacerdotes; cum igitur Archiepiscopus prima dignitas sit inter nostros sacerdotes, & episcopos, sic etiam inter *Flamines*, principalem habebant dignitatem *Archiflamines*, ut invenies apud *Ioannem Rosaveum de antiquitatibus Romanorum, in oratione Ioann. Thom.* adducta in fine, *lib.* 10. *fol.* 483. & de Archiflamine præcipuè *pag.* 484. *littera A, Alexand. Scotus in Vocabulario iuris, eadem littera.* & vide *Sebastian. Cæsar. in sua relect. de eccleſiaſt. Hierarch. disput.* 5. §. 1. *nu.* 5. & in *quæst.* 2. *procm.* §. 2. *nu.* 4. 3

In Gloſſa, verbo, Singulos. Docet *Gloſſa*, in una civitate non debere plures episcopos esse, *textus* optimus in *cap. Quoniam*, 14. §. *Prohibe-* 4

§. *Prohibemus, de officio iudicis Ordinarij.* Hæc tamen prohibitio licet iuris ſit humani, ut tradit ibidem *Abb. num.* 4. *Gloſſa* 2. & Doctores in *cap. Non autem*, 7. *quæſt.* 1. *Cardinal. conſ.* 70. admodũ tamen eſt conſona iuri naturali, & divino; intendit Pontifex in dict. *cap. Quoniam*, ibi tanquã *unum corpus*, nam ſicut pluralitas regum, in eodem regno iuri naturali detrahere quodãmodo videtur, *cap. In apibus*, 7. *q.* 1. Item idem omnino de pluralitate epiſcoporum in eadem eccleſia cenſeri debet, ſic pluralitates rectorum in quavis eccleſia omnino prohibitæ cenſentur, ut docet *textus in cap. Sicut*, 21. *q.* 2. *& in cap. Cum non ignores, de prebendis.* Prohibitio tamen huius pluralitatis, tam in epiſcopis, quam in parochis nulla conſuetudine abrogari conſtat, liquidem irrationabilem fore conſuetudinem, quę monſtruoſas ſuſtinet diſpoſitiones, ex *regul. l. Nam abſurdum. ff. de operis libertorum*, & uti talem eſſe invalidam, *cap. ultimum de conſuetudine*, intendũt *Innocent. Abb.* & communis, in dicto *cap. Cum non ignores*, optimè *Oldrad. conſ.* 67.

5 Notabis tamen prohibitionem epiſcoporum in eadem eccleſia à tempore Apoſtolorũ, quando ſcilicet diœceſes fuerunt diſtinctæ, inductum fuiſſe, ut probat *textus in præſenti*. Nec refragatur *cap. Non autem*, 7. *q.* 1. quo in loco refertur *D. Auguſtin.* acceſſiſſe Valerio tanquam epiſcopo in eadem Coepiſcopum, non enim negatur id contra iuris prohibitionem factum. Patet ibi *nova mira*. Sunt qui arbitrantur illud ex apoſtolica indulgentia fuiſſe factum, ita in effectu *Gloſſa*, & *Abbas nu.* 3. *in dict. cap. Quoniam, de officio ordin.* Idem *Abb. in cap.* 1. *de parochijs, & in cap. Tua, nu.* 4. *de prebendis. Cardinal. conſ.* 70. Doctores communiter ex *Navarr. in cap. Si quando*, in principio, *nu.* 10. *de teſcriptis*, ſed refellitur hæc ſententia propter teſtimonium *Poſidonij in vita Auguſtin. col* 5. aſſerentis eundem Auguſtinum acceſſiſſe Valerio de facto contra iuris prohibitionem, excuſari tamen iuris ignorantia, quam ipſe dum viveret teſtatus eſt, pro ut refert *Archidiacon. in præſenti, num.* 1. probabilior videtur ſententia *Gloſſæ ult. in d. cap. Non autem*, cui ſimilis in dicto *cap. Quoniam*, verbo, *neceſſitas*, quod ſcilicet D. Auguſtinus acceſſerit tanquam coadiutor, ſeu vicarius, pro ut in ſpecie illius textus.

CAP. Epiſcopi. III.

SVMMARIVM.

1 *Civitas an poſſit eſſe ſine epiſcopo? & num.* 2. *&* 3.

4 *Epiſcopi non debent poni in villis, & caſtellis.*

5 *Vicarius non poteſt epiſcopũ conſecrare.*

IN principio textus, ibi, Modicis civitatibus. Igitur ad ſubſtantiam, & eſſe civitatis, non requiritur, quòd habeat epiſcopum; probant communiter DD. in *cap.* 1. *de privileg.* quia dum textus ille, decidit in maioribus civitatibus epiſcopos eſſe ponendos, ſupponit in modicis, ſeu parvis contrarium eſſe dicendum; quòd clarius docet *Anacletus in præſenti*, dum prohibet ne in caſtellis, aut modicis civitatibus epiſcopi conſtituantur, ſicq; apertè probat, dari modicas civitates, quæ epiſcopum non habeant. Nam ſi ad ſubſtantiam civitatis requireretur epiſcopus, ſequitur quod ſi ob delictũ, vel aeris intemperiem civitas epiſcopo privaretur, deſineret eſſe civitas, ex regula *textus in l. Iulianus*, §. *Si quis rem, ff. ad exhibendum*, & tamen epiſcopo privata adhuc civitas remaner, ut in caſu notabili civitatis, quæ proprium occidit epiſcopum, probat *textus in cap. Ita*, 25. *q.* 2. & apud nos oſtendunt domeſtica exempla de civitate Silvenſi. 1

In contrarium tamen urget *textus in cap. In illis, ſupra eodem*, ubi in maximis, & maioribus civitatibus Primates, & Archiepiſcopi ponuntur, per ſingulas vero alias præcipitur, ut ponantur epiſcopi, conſonat *cap.* 1. *de officio Ordinarij*, ibi, *ſingularium urbium*, ex quibus in terris chriſtianorum ſolas illas dici civitates, quæ epiſcopum habent, dixit *Bald. in l. Ex hoc iure, num.* 34. *ff. de iuſtitia, & iure.* & de canonico iure hoc eſſe verum profitetur. *Alciat. in d. cap.* 1. *num.* 2. verſ. *Aut loquimur, de iure canonico*, & de uſu Italiæ teſtatur *Bart. in Extravagant. qui ſint rebelles*, in verbo, *Lombardia, num.* 5. verſ *Civitas*, poſt alios *Tuſch. tom.* 1. *littera C. concluſ.* 280. *nu.* 15. *Reb. in* §. *Statuimus*, verbo, *Civitas de collationibus in concordatis*, pro ut illum refert *Greg. Toloſan. in cap. Conquerente, cap.* 2. *nu.* 10. *fol.* 227. *de officio Ordinarij.* 2

Tu reſolve, quòd de iure gentium certum eſt; eo attento urbes ſine epiſcopis fuiſſe, quos deinde in evangelica lege ordinatos eſſe conſtat, & probat *textus in cap.* 1. *hac eadem diſt.* De iure civili dicendum eſt, requiri principis ſecularis authoritatem, quoad privilegia civitatis: ſed quo ad eſſe civitatis ſine Principe conſtitui poſſe, ut docet *additio ad Bart. in l.* 1. *nu.* 3. *de Metropoli Beryto, lib.* 11. *Alciat. in cap.* 1. *num.* 2. *de officio Ordin.* At de iure canonico verior eſt ſententia, non requiri ad eſſe civitatis, ut habeat epiſcopum; nec obſtat *textus in dict. cap. In illis*, reſpondetur enim ſenſum illius textus eſſe negativum; 3

negativum, ſcilicet, quòd epiſcopi non ponantur in villis, ſed in ſolis civitatibus; atq; ita quòd ſine civitate epiſcopus eſſe non poteſt. Vnde quando novus erigitur epiſcopatus, villa illa, vel oppidum, in quo erigendus eſt, prius civitatis honore decoratur, ut optimè probat *textus in Extravagante Salvator, Vetus Bolonien. de præbendis*, inter eos nonnullos, non tamen è converſo ſequitur quòd civitas non poſſit eſſe ſine epiſcopo, imò contrarium concludunt prædicta fundamenta. Vide poſita ad *cap. Ego Ludovicus 30. num. 4. ſupra, diſt. 63.*

4 In textu, ibi, Vileſcat nomen epiſcopi. Non ſunt igitur epiſcopi villis, aut municipijs præficiendi, de eorum authoritate vileſcat; notat *Abb. in cap. De privilegijs, notabili 2.* & eſt communis opinio, quod ille *Alciat. in cap. 1. num. 1. de officio Ordin.* Contrarium videtur ſeqvi *D. Hieronym. in cap. Legimus, verſ. Si authoritas, 94. diſtinct.* dum ait ubicunq; fuerit epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubij, ſive Rhegij eiuſdem eſſe meriti, eiuſdem ſacerdotij. Vnde *Turrecremat. in præſenti, num. 2.* & *Petr. Gregor. rei humanæ, cap. 14. num. 4.* aiunt *D. Hieronymum*, fuiſſe ortum in improbando eorum abuſu, qui epiſcopos divites veneranturr, & colunt, pauperes verò deſpiciunt. Vnde ipſe ad Cromatium conquerebatur, *in patria mea ille ſanctior, qui ditior eſt.* De quo argumento vide multa, quæ poſt *Tiraquel. Baeçam.* & alios cumulat *Cened. ad Decretum collectan. 27. à num. 8.* Adhunc igitur abuſum aiunt alludere Pontifices in præſenti, & in *cap 1. de privilegijs*, & *cap. Præcipimus, 16. quæſt. 1.* dum probat, vileſcere epiſcopalem dignitatem, in villis, & pagis, ſcilicet quòad populares, & vulgarem exiſtimationem, non verò in rei veritate, & quoad doctos, apud quos epiſcoporum dignitas eiuſdem eſt meriti, quia nec divitiarum potentia, nec paupertatis humilitate debet, pluris, vel minoris æſtimari: cui hominum abuſui, ut ſacri Canones occurrent, prudenter ſtatuerunt, ne in caſtellis conſtituantur epiſcopi, iuxta noſtrum textum cum ſimilibus, obſervant *Gloſſa*, verbo, 5 *eiuſdem*, in præſenti *Gloſſa ſimilis, eodem verbo, in dicto cap. Legimus.*

5 In textu, ibi, Non ab uno. Cit at *Rebuffus in praxi, part. 1. tit. forma vicariatus num. 35.* & ex illo docet, quòd vicarius exequi non poteſt epiſcopi conſecrationem, niſi ſit epiſcopus. Imò ad conſecrationem tres requirit epiſcopos, *cap. final. 66. diſtinct. cap. Epiſcopi, 64. diſtinct.* ubi vide poſita *num. 1.* & poſita ad *cap. Epiſcoporum, 6. num. 2. ſupra, diſt. 61.*

CAP. Illud ſane. IV.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri, in noſtro textu, qui dicantur?*

IN textu, ibi, Presbyterorum. Quos parochos dicimus, ſeu plebanos, vel curiones, de quorum officio vide multa, quæ latiſſimè tradit *Zechius de republica eccleſiaſtica, cap. 27.* cum ſequentibus; *Petr. Bellam. in eandidas canonica, claſſe 2. cap. 11. §. 1. Petr. Gregor. d. libr. cap. 14.* bene advertens à *num. 12.* plebanos parochos eſſe, non tamen omnes, ſed illos, qui maius habent beneficium, in quo ſunt capellæ, ut deducitur. ex *textu in cap. 1. Ne clerici, vel monachi, lib. 6.* licèt *Abb. in cap. Cum ab eccleſiarum, de officio Ordin.* utrunq; idem eſſe, & non differre exiſtimet. Tituli verò, ſeu eccleſiæ, in quibus parochi ponuntur parochiæ appellantur. Earum verò diviſionem, tàm in Vrbe, quàm orbe, ſe feciſſe auctor eſt *Dionyſius Pontifex in cap. 1. 13. q. 1.* de quo meminit *textus in cap. Paſtoralis*, in principio, *de his, quæ ſunt à prælatis*, & late explicant *Polydorus Vergilius, de inventoribus rerum, lib. 4. cap. 9. Navarr. in cap. Plaruit, num. 3. de pœnitentijs, diſt. 6.* & multi, de quibus *Cenedo ad Decretal. collectan. 104. num. 5.* quibus pro ratione adde *Suar. tom. 1. de Religione, de decimis, lib. 1. cap. 21. num. 4.*

CAP. Non debere. V.

SVMMARIVM.

1 *An viſitatio ſit de lege diœceſana, vel de lege iuriſdictionis.*
2 *Viſitator debet intendere, ut quærat quæ Ieſu Chriſti, non quæ ſua ſunt.*
3 *Viſitator non poteſt ſe immiſcere illis, quæ ad ipſum epiſcopum ſpectant.*

IN textu, ibi, Viſitatores. Viſitator dicitur quaſi circumiens, circuit enim provinciam, diœceſim, vel locum iuriſdictioni ſuæ commiſſum, ut ex noſtro textu probat *Marian. Socin. de viſitatione, quæſt. 1. nu. 2.* ubi notat, quod quidam voluerunt hanc viſitationem eſſe de lege iuriſdictionis, quod videtur inuere

textus in cap. Cum venerabilis, de censibus, ibidem textus vult, quod episcopus habeat visitationem ratione iurisdictionis suæ. Nonnulli vero voluerunt, quòd sit de lege diœcesana, quæ autem pertineant ad legem diœcesanam, & quæ ad legem iurisdictionis, & an hæc diversa sint, traditur per *Glossam,* & DD. ro. *quæst. 5. in summa, & in cap. Conquerente, de officio Ordin.* & ipse *Marian.* dixit latiùs *in tractat. de officio Ordin.* In quantum enim prælatus visitando inquirit, instituit, disponit, reformat, providet, corrigit, atq; punit, ad iurisdictionem pertinere videtur. In quantum verò à visitatis procurationem recepit, talis receptio de lege diœcesana appellari potest.

2 Visitator debet intendere, ut quærat quæ Iesu Christi, non quæ sua sunt, ut est *textus in cap. Dum Apostolus, de censibus,* & *in cap. Procurationes eodem tit.* ubi textus dicit, quòd non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, prædicationi, & exhortationi, correctioni, & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non pejus; non ergo debent procurationibus, aut lucro, seu ad propriam utilitatem, ut sibi thesaurizent; sed saluti animarum, & morum profectui, cultuiq; divino ampliando, statuiq; ecclesiarum in melius reformando intendere, ut *in cap. 1. de censibus, lib. 6.* notat idem *Marianus Socin. de visitatione, nu. 25.* Quæ autem personæ possint visitationis officium exercere, vide per eundem *nu. 4.* & seqq.

3 **In textu, ibi, Nihil agere.** Scilicèt de his, quæ ad ipsum episcopum spectant, ut altaria, vel ecclesias consecrare, ordinare clericos, illos constituere, causas tractare chrisma conficere, & generaliter de omnibus maioribus negotijs, ut etiam probat *textus in cap. Abbatibus, 41.* infra, *12. q. 2. cap. ultimum in finalibus verbis, de officio Archipresbyteri,* advertit *Turrecremat. in præsenti.*

CAP. Fraternitatem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Sedes episcopales non debent inter se multum distare.*
2 *Anglia insula in Oceano.*
3 *Dictio, sine, quam significationē habeat?*

1 **IN textu.** Collige ex illo episcopales Sedes non longo intervallo à se debere disjungi, quod iusta ratione factum est, ut scilicèt unus episcopus alteri opem ferre possit cum opus fuerit, sed ambigi potest quātum unus episcopatus ab altero distare debeat, & iudicis arbitrio hoc relinqui meritò, censuit *Glossa x. in præsenti,* quam sequitur *Menoch. de arbitrar. casu 497. num. 3.* ita etiam iudicis arbitrio relinquitur, quantum una ecclesia parochialis ab altera distari possit, ut commode parochiani Sacramenta sumere possint, notatur in *cap. Ad audientiam, 1. de ecclesijs ædificandis,* advertit *Menoch.* ubi proximè, *num. 4.*

2 **In textu, ibi, Anglia.** De qua meminit *Plinius lib. 4. cap. 16. Abrahamus Ortelius de situ orbis, cap. 11.* dicta ab Angela regina, cuius ductu victa fuit, agrosq;, & opes inter Saxones Alemaniæ populos divisit. Britannia à veteribus dicta. Insula insignis in Oceano, quæ undiq; à circumfuso mari circumdata est. Quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, etiam Albion dicebatur. Hanc huius nobilissimæ insulæ originem, nominumq; diversitatem eleganti carmine descripsit *Nicolaus Reusnerus lib. 1. Itinerum, pagina 10.*

Nescio quæ medio procul albet in æquore tellus
Undique fluctivago circeunte salo.
Fallor? an hæc illa est Europæ maxima nostræ
Insula, plena viris, insula dives opum?
Insula, Romanis quæ dicta Britannia quondam:
Et duce sub Latium Cæsare missa iugum.
Post, ubi Saxo freta trajecit navibus Anglus,
Est à gente nova nomen adepta nova.
Cum pulsi veteres emigravēre coloni:
Et patriis profugi destituēre lares
Sedibus, & latè per Celtica littora fixis
Britones antiquum nunc quoque nomen habent.

Adde posita ad *cap. Constantinus, 96. distinct.*

3 **In textu, ibi, Sine.** Dictio, *sine,* magis separationē, quam exceptionem denotat *Bart. in l. Si rem, §. Qui iniuriatum, nu. 6. ff. si quis cautionibus. Portius, in l. Si sine, ff. rem ratam haberi,* & *l. Si sine dote, ff. administratione tutor.* Dictio, *sine,* filijs importat conditionem, *Bald. cons. 264. Statuto cavetur, nu. 3. vers. Nam hæc dictio, lib. 1.* sequitur *Tusch. tom. 2. littera D. conclus. 377.*

DISTINCTIO. LXXXI.

CAP. Apostolus. I.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinantur episcopi debent esse sine crimine non tamen sine peccato.*
2 *An condēnatus ad mortē fugiens à carcere promoveri possit ad sacros ordines?*

3 *Quid dicatur crimen?*
4 *Iudicis arbitrio relinquitur pœna depositionis clero imponenda.*

1 IN textu. Collige ex illo ſine crimine debere eſſe illos, qui ordinãtur epiſcopi, non tamen ſine peccato (hoc enim ſi eſſet, nullus homo ordinaretur) ut tradit *Rebuffus in praxi, tom. 2. tit. de clericis ad ſacros ordines promouendis, Gloſſa 4. num. 6. fol. mihi 220. Felin. in cap. Dilecta, num. 4. de exceptionibus*, ex hoc inferens, valere electionem de clerico conſtituto in peccato mortali, etiam non occulto, per *textum in cap. Sicut noſtris, de iureiurando*, ubi canonicus, qui erat in peccato mortali manifeſto, propter iuramentum temerarium, & præiudicium Eccleſiæ non fuit repulſus, ſed ſolum ei indicta pœnitentia, ut tenet *Gloſſa* 1. ibidem *Gloſſa in cap. Perpetuæ*, verbo, *priventur, de electione, lib. 6.* Vide poſita ad *cap. 1. num. 3. diſtinct. 47.*

2 In textu, ibi, Ordinandos. Ponderat *Gama de Sacramentis præſtandis, quæſt. 5. num. 18.* & per illum controvertit, utrum condemnatus ad mortem, qui forſan effracto carcere aufugit, poſſit ad ſacros ordines promoveri, negative reſolvens, quia per ſententiam latam contra talitèr condemnatum de aliquo gravi crimine, notorium efficitur crimen, iuxta *cap. final. de cohabitatione clericorum, l. Emptorem, ff. de actionibus empti*, & propter crimina notoria, ſi gravia ſint, non poteſt quis ad ſacros ordines aſcendere, ut probat textus noſter in præſenti, cui ſimilis in *cap. Quæſitum, de temporibus ordinationum*, fatetur tamen, quod in iure non reperitur expreſſè prohibitum, ut ad mortem condemnatus ordinari non poſſit.

3 Ad finem textus, ibi, Crimen. Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt accuſari, & puniri criminaliter, in hoc ſeculo, ut ex noſtro textu docet *Maranta diſput. 5. num. 18.* adducens *Gloſſam in regula peccatum, de regulis iuris, lib. 6.* & *Felin. in cap. Teſtimonium, 54. col. 3. de teſtibus.*

4 In Gloſſa, verbo, Ex damnatione, ibi, Alij dicunt. Quod nunquam deponi debet, niſi expreſſum ſit, cum igitur in iure non ſit expreſſum, quæ delicta gravia dicantur ad effectum deponendi clericum, ex communi ſententia totum relinquendum eſt iudicis arbitrio, qui attendere debet ad caſus ſimiles iure expreſſos, in quibus ſacri Canones huiuſmodi depoſitionis pœnam imponunt, argumento *textus in cap. de cauſis, de officio delegati*, ex alijs reſolvit *Menoch. de arbitrar. caſu 266. num. 6.* quæ ſententia in praxi recepta, poteſt defendi in depoſitione verbali, quam Doctores terminum pœnæ appellant, ita ut uſque ad eam poſſit iudex arbitrari, ſecus in depoſitione actuali, quæ non debet imponi, niſi in caſibus iure expreſſis, iuxta hanc *Gloſſam*, & *Gloſſam in ſum. num. 16. quæſt. 8.* & vide omnino *Covar. 2. reſolutionum. cap. 20. nu. 7. Decianum reſponſo 72. num. 6. vol. 3.* poſt alios *Peres lib. 5. Ordinamenti, tit. 1. Gloſſa 5. pagin. 31.* Vide poſita ad *cap. Fraternitatis, 7. numer. 2. diſtinct. 34.*

CAP. Nemo. II.

SVMMARIVM.

1 *Non verbis, ſed operibus credendũ eſt.*
2 Nemo, *idem, quod nullus homo.*

1 IN textu, Docet Papa Symachus, quòd non verbis, ſed operibus credendũ eſt, ut colligitur ex *Ioan. cap. 10.* ubi Chriſtus Meſſiam ſe eſſe, regemq; totius orbis mimmè iactabat verbis, ſed indicabat operibus. Egregium hoc eſt chriſtiano documentum, ut Lydius lapis, quale ſit aurum, ſic opera oſtendunt qualis ſit homo; proſequitur latè *Barradas tom. 3. concordiæ Evangeliſtarum, lib. 4. cap. 19. §. At Chriſtus.*

2 In textu, ibi, Nemo. Verbum eſt negativum, & ſonat, quaſi non homo, vel nullus homo; nullum ergo demittit quin comprehendat iſto ſigno univerſali, *cap. Nemo, 15. de electione, lib. 6.* & ibi notavit *Archidiacon.* in principio. *Ioannes Andr. Philippus Franciſcus*, & *Antonius de Butrio nu. 1. Geminianus num. 3.* Nemo idem eſt nullus, ſolus *l. Item ſi unus, §. Si plures, ff. receptis arbitris.* Eſt etiã negativum §. *Cervos quoq; principium inſtitutionis, de rerum diviſione.*

CAP. Tantis Daniel. III.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de crimine non eſt honorandus, & num. 2. & 3.*
4 *Quod limitabis niſi accuſatio fiat per fraudem.*
5 *Vel niſi fiat de levi crimine, vel poſt eſpſum annum.*
6 *Ratione cõnexitatis res inter alios acta perjudicat.*

1 IN textu.

IN textu. Colligé ex textu accuſatum, vel enuntiatum de crimine, non eſſe ad honores publicos promovendũ, ut notat *Gloſſa 2. in præſenti, Gloſſa, & DD. in cap. Omnipotens, de accuſationibus, Gloſſ.* poſt principium, *in cap. ult. de teſtibus. Roman. ſingular. 443. additio ad Bart. in l. 1. C. de reis poſtulatis, lib. 10. Felin. in cap. Eam te, de reſcriptis. num. 15.* poſt alios *Covar. lib. 1. reſolut. cap. 16. nu. 11. verſ. 4. & lib. 2. cap. 8. nu. 4.* in principio, idem probat *dict. l. 1. l. Reus, 7.* in princip. *ff. de muneribus*, quod procedit ſive eccleſiaſticę ſint dignitates (ut hic) ſive etiam ſæculares, ut in dicta *l. Reus, & dict. l. 1.* cuius prohibitionis ea ratio fuiſſe videtur, quia licèt lex definitivè non præſumat huiuſmodi reum cõmiſiſſe crimen, de quo defertur *cap. ult. in fine, 15. q. ult.* nihilominus, quia per litem res dubia efficitur, *l. Quod debetur, 52. ff. de peculio, l. Nemo, 10. C. acquirenda poſſeſſione*, dubitat, & putat poſſibile: unde ne contingat eundem reum criminoſum exiſtere, & conſequenter indignũ ad honores, & dignitates admitti, quæ per publicam poteſtatem in bonum cõmune, velut virtutis præmia, non niſi bonis, & idoneis deferri debent, ſatis prudenter agens, ut præcaveat, & occurrat malis, quæ timet præſumptione quadam ſuppoſitiva.

2 Quæ reſolutio procedit in quibuſvis honoribus, & dignitatibus, quæ iure, vel conſuetudine in republica tales reputantur, ut colligitur ex generalibus verbis, *dict. l. Reus, & dict. l. 1.* ſic non poteſt reus accuſatione pendẽte ad ordines promoveri, ut probat *textus in præſenti, & in d. cap. ult. de teſtibus*, ubi *Gloſſa 1.* ſic nec nomen militiæ dare, ut honorabilis miles efficiatur, *l. Qui ſtatus, 8. & l. ult. ff. re militari*, ſic etiam, quia teſtimonium deferre, in cauſa criminali honorem præ ſe fert, & ad fidem, & integritatem perſonæ teſtificantis ſpectat, *cap. Præceptum, 32. q. 5.* ibi. *Generoſa dignitatis teſtimonium*, notant *Gloſſa 2. & DD. in cap. Teſtimonium, 54. de teſtibus*, poſt alios *Maſcard. de probation. vol. 3. concluſ. 1356. nu. 16.* & ſequentib. non poteſt reus de crimine delatus, in cauſa criminali, præterquam in exceptis teſtimonium ferre, *l. Inteſtimonium, 20. ff. de teſtibus, dict. cap. ult. eodem tit.* explicant ultra DD. illic *Rebuf. de reprobatione teſtium, nu. 27. Palatius in repetitione, cap. Per veſtras, notabili 3. §. 10. nu. 5.* Idem in ſimilibus obſervant *Abb. & DD. in dict. cap. Omnipotens, de accuſationibus*, communis *in l. ſenum*, per textum ibi, *C. de procuratoribus.*

3 Amplia omnia ſupra dicta procedere, ita ut promotio, electio, vel aſſequutio novi honoris ſeu dignitatis, vim non habeat, nec convaleſcat, quantuncunq; poſtea, per definitivam ſententiam abſolvatur, & innocens appareat, is qui reus poſtulatus accuſatione pendente promotus, novos honores fuerat aſſecutus, *l. Qui de libertate, 29. verſ. Et licet, ff. liberali cauſa*, Gloſſa *in præſenti*, quam dicit ſingularem *Salzed. in præctica criminal. cap. 20. nu. 3.* adducens *l. Caſtella, 23. & 24. nu. 6. partit. 1.* & ibi *Gregor. Lop. Ioannes Andr. Anton. Imol. Anania Felin, nu. 3.* communis ex *Aretino nu. 8.* & *Berous in dict. cap. Omnipotens, de accuſationibus, nu. 5.* & ſuadetur quia, huiuſmodi promotio, collatio, & aſſequutio honorum, accuſatione pendente fit contra conſtitutiones, & leges ſpecialiter, & directè prohibẽtes, *dict. l. Reus*, ibi. *Principalibus conſtitutionibus prohibetur, dict. l. 1. C. de reis poſtulatis*, ac ſubindè non valet ipſo iure, iuxta *l. Non dubium, C. de legibus, regulam, quæ contra ius, lib. 6.* obſervant *Aretinus dict. nu. 8.* & *Felin.* quanvis ſub dubio *nu. 4. in dict. cap. Omnipotens*, contra *Calderinum*, & alios, quos citat.

Limitabis tamen prædicta non procedere, 4
ubi ſaltem ex conjecturis conſtat accuſationẽ fieri, & reum deferri per fraudem, & calumniam, ut is honores, aut dignitates aſſequi non valeat; tunc enim ac ſi nulla penderet accuſatio limitandus eſt *textus in l. Si de libertate, 29. verſ. Quia vero, ff. liberali cauſa. Aretinus nu. 7.* & poſt *Goffredum Felin. nu. 3.* & alij, *in d. cap. Omnipotens, Præpoſit. in præſenti, num. 3. Navarr. conſil. 3. nu. 7. verſ. 4. de accuſationibus. Affrictus de teſtibus, nu. 2.* ſic limitantes regulam noſtri *textus in præſenti, & dict. cap. Omnipotens, & dict. cap. ult. de teſtibus.* licèt contradicat *Berous in dict. cap. Omnipotens, nu. 4.* intendens communem non probari *in dict. verſ. Quia vero*, quam tamen ſatis ſuadet regula *cap. Sedes, 15.* ibi. *Eorum malitijs obviare*, & ibi. *Fraus, & dolus de reſcriptis cum vulgaribus, textus in l. Athletæ, 8. §. 1. verſ. Amplius. ff. excuſationibus tutorum*, ibi ſi videatur hoc non calumniæ cauſa, *cap. 2.* ubi DD. *de renuntiatione, lib. 6. l. 1. §. penult, verſ. Cum quis*, ibi, *Plerique*, ubi *Hypolitus, ff. de quæſtionibus, & l. In ſumma, 65. verſ. Sin autem, ff. conditione indebiti*, per quę repertum eſt, litem quæ per fraudem, & calumniam movetur non attendi quoad iuris effectum, & ſic non efficere rem, de qua agitur litigioſam, nec impedire quominus eadem alienari valeat, perinde, ac ſi lis nulla penderet. *Rota antiqua 2. de rerum permutatione*, in fin. *Francus nu. 1. & 5.* ubi alij, *in cap. 1. ut lite pendente, lib. 6. Caſador. deciſ. 7. de dolo, & contumacia, nu. 1. & deciſ. 5. nu. 3. ut lite pendente. Puteus lib. 2. deciſ. 245.* & ſic debet explicari *textus in cap. Meminimus, de accuſationibus.*

Limitabis inſuper procedere ſupradicta tã- 5
tum in eo, qui de gravi crimine reus poſtulatus, vel delatus eſt, ut probat textus noſter dictum *cap. Meminimus*, ibi. *De quo tanta. & talia. Navarr, d. conſil. 3. num. ult.* quinimò requirit delationem criminis capitalis, ut colligitur ex *l. Libertus, 17.* ad finem, verſ. *In quæſtionibus, & l. Lucius, 21. §. penultim. ff. ad municipalem.*

Quæ autem ſint, & unde dicantur capitalia crimina, & capitales pœnæ, explicat *l. 3. ff. publicis iudicijs, l. 2. l. capitalium, ff. de pœnis, l. licet capitalis* 103. ubi late. *Rebuff. ff. de verb. ſignificatione.* Limitabis rurſus noſtrum textum procedere, & tãtum modo habere locũ intra annũ ab accuſatione, nam eo elapſo poteſt reus novos honores aſſequi, niſi per eum ſteterit, quominus intra annũ finiatur cauſa, tradit *Gloſſa 2. in præſenti, dicta l. 1. cum poſt principium* ubi *Gloſſa* & DD. *Gloſſa 2. in dicta l. 1. C. reis poſtulatis* intendit *d. l. Lucius, §. pen. verſ. idem, ff. ad municipalem.*

6 In textu, ibi, Sociabitur. Licèt enim res inter alios actæ aliis non præiudicent *l. ult. ff. de iudicijs, cap. cum ſuper, & cap. pen. de re iudicata,* hoc tamen nõ procedit ratione connexitatis, vt ex noſtro textu deducit *Gloſſa* in principio *in dicto cap. penult. cap. hæc quippe 3 quæſtione 6. cap. ad petitionem* & ibi *Gloſſa*, verbo, *per conſequentiã, de accuſationibus, caput. dilectus in 2. de ſimonia,* ubi *Gloſſa* notabilis verbo, *damus*, ex qua diſcere poteris, quomodo, & qualiter hoc procedat; poſt alios *Tiraq. in tractatu res inter alios numer. 58. limitatione 22.* qui noſtri textus meminit.

CAP. Si qui ſine. IV.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus quin præcedat inquiſitio, & examen, quamvis dignus, eſt deponendus ſi ſit ignotus.*
2 *Dictio,* Poſtea, *quid ſignificet?*
3 *Diſpenſatio cõtra ius commune ab Epiſcopo facta nõ valet ſi non præcedit cauſa cognitio?*
4 *Vtrum Epiſcopus poſsit diſpenſare ſine conſenſu capituli?*

1 IN textu. Collige ex textu quod ſi quis nullo præmiſſo examine, nullaque præhabita inquiſitione fuerit ordinatus, deponendus eſt, quanvis dignus, ſi tamẽ ignotus fuerit. *Silveſter*, verbo, *Ordo 2. num. 2.* Verũ ſi cognitus ſed inhabilis extiterit, etiãſi impedimentũ noverit ordinans, nec diſpẽſaverit expreſſe, ut poſt *Aſtenſem & Henric.* tradit *Capanil. diverſorum iuris canonici rubrica 3. numer. 6.* qui noſtri textus meminit. Adde poſita *ad cap. nullus, numer. 1. & ad cap. ultimum numer. 5. diſtinctione 24.*

In textu, ibi, Poſtea. Quæ dictio de ſuæ natura ſignificat intervallum. *Iaſon. per textum ibi in l. in gentium, §. quin imò n. 8. ff. de pactis Tiraq. in l. ſi unquam verbo, poſtea C. de revocandis donationibus Decius in l. in bonæ fide n. 10. per eum textum C. de pactis Covar. lib. 1. variarum cap. 14. numer. 1.* Interdum denotat modicum intervallum *Gloſſa, & Bart. in l. ab hoſtibus, ff. ex quibus cauſis maiores Iaſon in l. fructus, n. 6. ff. ſoluto matrim. Tiraq. ubi ſupra n. 6.* Interdum denotat magnum intervallum. *Bart. in d. l. fructus, num 9. ff. ſoluto matrim.* ubi *Iaſ. nu. 6.* idem *Iaſ. in l. nop hoc numer. 15. limitatione 9. Cod. unde vi.* late de utroque *Cenedo ſingulari 82.* 1

In Gloſſa 11. verſ. item quid ibi, non eſt ei credendum, &cæt. Nota ex Gloſſa quòd licèt epiſcopus cõtra ſuã propriam conſtitutionem ſynodalem poſsit diſpenſare, & aliquid faciens cum perſona inhabili prædictam conſtitutionem ipſo facto cenſeatur diſpenſare, nihilominus tamen diſpenſatio ſupra ius cõmune ab eo facta, in caſibus in quibus poteſt, non aliter firma erit, niſi præcedente cauſæ cognitione, etiamſi dicat ſe ex certa ſcientia diſpenſare, ita deducitur ex Gloſſa hac cui ſimilis *in cap. ult. 51. diſt. in Gloſſa 2. & Gloſſa ultim. in cap. 1. de ætate & qualitate,* ubi DD. communiter ex *Navar. in Manuali præludio 9. in fine n. 13. & in eodem Manuali cap. 15. nu. 74.* 2

In eàdem Gloſſa ad finem. Controvertit Gloſſa utrum epiſcopus poſsit diſpenſare ſine conſenſu capituli, de quo vide poſita ad *cap. ex pœnitentibus, 55. numer. 2. ſupra diſtinctione 50.* 3

CAP. Quicumque. V.

SVMMARIVM.

1 *Azevedo noſtri textus meminit?*
2 *Quando ex contemptu quis peccet?*
3 *Quando peccans ex contemptu debeat deponi?*

IN textu. Cuius meminit *Azevedo lib. 2. ordinamenti tit. 16. l. 23. num. 1. ante finem.* 1

In textu, ibi, Vel ex contẽptu. Tunc enim aliquis tranſgreditur leges ex contemptu, quando voluntas eius renuit ſubijci ordinationi legis, vel regulæ, ſecus autẽ propter aliquam particularẽ cauſam, velut ſi præ- 2

ter cõcupiſcentiam, vel iram, inducatur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis, vel regulæ, quia tunc non peccat ex contemptu, ſed ex alia cauſa, ut poſt *Auguſt. D. Thomam* advertunt *Archidiacon. & Præpoſitus in præſenti Turrecrem. in præſenti.* Idem *Archidiacon in cap. 1. de appellationibus, num. 7. Cardinal in Clement. 1. de ſepulturis num. 1. Imola in cap. 1. in fine de conſtitutionibus num. 22.*

3 In textu, ibi, Deponatur. Quãdo tranſgrediens canonem ex contemptu poſsit deponi, vide per *Ioannem de Imol. in Clementina 1. de ætate, & qualitate num. 11.*

CAP. Maximianus. VI.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Creſpetius noſtri textus meminit.*
2 *Querela dicitur quando cauſa defertur ad iudicem abſque appellatione.*
3 *Laici non admittuntur ad accuſandum clericos.*
4 *Clericus an propter fornicationem deponatur.*

1 IN textu, ibi, Filios procreaſſe. Vide latiſsimé *Petrum Creſpetium in ſumma eccleſiaſtica*, verbo, *calibatus col. 3. in principio, fol. 193.* qui noſtri textus meminit; & multa ad illum conducentia ex varijs concilijs, & patribus congerit.

2 In Gloſſa, verbo, Querelam. Igitur querela quandoque dicitur crimina lis accuſatio. *Corſetus in ſingul.* verbo, *Querelã* 1. qui noſtra Gloſſam dicit ſingularem. *Felin. inc. de iure iurãdo, n. 10. querelã n. 9 aliás* 10. qui eã peregrinã appellat. Licet propriè querela dicatur, quoties cauſa defertur ad iudicẽ ſine appellatione, Gloſſa Abb. & alij *in c. querelam de procuratoribus Corſetus* ubi proxime. Quãdoq; etiã dicitur ipſamet appellatio *Gloſſa pen. in l. 3. C. quomodo, & quãdo judex*, poſt alios *Covar. practicarum c. 9. nu. 2.* poſt medium, qui noſtræ Gloſſæ meminere.

3 In eadem Gloſſa, ibi, Patronus. Licẽt enim laici non admittantur ad denuntiandum, vel ad accuſandum clericos, *cap. cum P. Manconela de accuſationibus*, poterit tamen patronus, vel parochianus prælatum de dilapidatione accuſare, tunc ſua inter eſt, ſequitur *Rochus de iure patronatus*, verbo, *oneroſum, num. 4.*

4 In Gloſſa, verbo, Removeãtur. Controvertit *Gloſſa*, utrum propter ſimplicem fornicationem clericus deponatur, de quo vide *Perez. lib. 1. ordinamenti tit. 3. l. 23. Gloſa 1. pagin. 104. col. 2. ante finem, & lib. 8. titul. 19. l. 23. Gloſa 1. pag. 377. col. 2.* verſ. *utrum autem* ubi dicit hanc Gloſſam communem, & affirmat, quód nec propter inceſtum, nec propter adulterium clericus deponitur. *Azevedo lib. 8. nova recopilationis tit. 19. l. 1. num. 108.* ubi dicit magis communem, qui videndus eſt deinceps, tradit enim hodiernam practicam idem *Azevedo lib. 8. tit. 20. l. 7. nu. 21.* & diſputat *Cevallos communes contra communes queſt. 262.* latè *Quẽnay regula 101. Bernard in pract. cap. 78.* per totum *Covar. de ſponſalibus 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 3.* qui omnes noſtræ Gloſſæ meminere, & vide poſita *ad cap. presbyter numer. 1. infra hac eadem diſtinctione.*

CAP. Sacerdos. VII.

SVMMARIVM.

1 *Eugenius Primus quis fuerit?*
2 *Clericus depoſitus in monaſterium debet detrudi ubi peccata lugeat.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Eugeni⁹. Forſan fuit nomine primus, qui patria Romanus, patreque Rufiniano, è Celio monte magnam laudẽ comparavit; eo quód ab incunabulis fere eccleſiaſticis muneribus mãcipatus, per gradus ſingulos moioribus in virtute progreſsibus conſcendiſſet, maximamque ſibi & inde populi conciliavit benevolentiã, quod erga pauperes ſemper munificentiſsimus extitiſſet; loco Martini primi, tunc in exiliũ acti delectus eſt, ut eccleſiæ præeſſet vicaria præfectura, dum ille viveret anno Domini 652. nona Auguſti, ut per *Baronium tom. 8. Annalium pag. 437.* ubi autem de Martini morte certum nuntium Romam delatum eſt, accedente rurſus omnium conſenſu, ſemel antea lato, legitimè ſedere cœpit anno Domini 654. & creatis per diverſa loca 22. epiſcopis, nulla alia facta clerici ordinatione, moritur Romæ die 2. Iunij, anno Domini 655. cum legitimè ſediſſet ſex tantùm menſes, & dies 23. ut per *Baron. pagin. 447.*

2 In textu. Collige ex illo, quod epiſcopus debet aſſignare clerico, quem deponit, monaſterium ubi peccata lugeat, & illa ulterius non cõmittat, ut ex noſtro

textu, & antiquis illis, ac venerandis patribus tradit *Bernard. in pract. crimin. cap. 136. nu. 1.* ſed iam ab uſu hoc receſſiſſe advertit ibidem, ex eo quia monaſteria iam ſunt ab epiſcoporum iuriſdictione exempta, unde *textus in cap. Sicut dignum, §. Clericos de homicidio,* addit conditionem, *ſi fieri poteſt*, quaſi de poſſibilitate dubitans, de quo vide etiam *Iulium Clarum in practica criminal. §. final. quæſt. 70. num. 6.*

CAP. Dictum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Propter negligẽtiam poteſt quis deponi.*
2 *Percutiens clericum depoſitum, an maneat excommunicatus?*

1 IN principio textus, ibi, Propter negligentiam. Quia circa cuſtam animarum negligentia peccatum mortale inducit, ut ex noſtro textu notat *Paul. Fuſch. de viſitat. lib. 1. cap. 4. nu. 23.* Imò ex negligentia poteſt quis deponi, advertit *Gloſſa 1. in præſenti, Greg. Lop: part. 1. tit. 5. l. 48. Gloſſa 8. & l. 59. Gloſſa 4. & tit. 6. l. 61. Gloſſa 4. & tit. 7. l. 16. Gloſſa 4.* quibus in locis noſtri textus meminit. *Gloſſa*, verbo, *deſidia, in cap. Si cuſtos, 27. q. 1. Abb. in cap. Nihil, 44. de electione, nu. 3. Hoſtienſ. in ſumm. tit. de ſupplenda negligentia prælator. §. Quam pœnam, nu. 5. & 6.*

2 In Gloſſa final. poſt principium, ibi, Vnde. Vult Gloſſa, quòd percutiens clericum depoſitum ſit excommunicatus, de quo eſt videndus *Hyppolitus ſingul. 107. & 179.* latiſſimè *Rotes ad l. 1. tit. 3. lib. 2. Ordinam.* verſ. *Procedit etiam. Gama de Sacramentis præſtandis, q. 1. num. 21. Tiraquel. cauſa ceſſante, limit. 15. num. 4. Felin. in cap. Contingit, 1. num. 5.* in fine, *de ſententia excommunicationis, Ducſias regula 99. num. 4.* & vide poſitâ ad *cap. Accedens, 1. num. 4.* ſupra, *diſt. 50.*

CAP. Valet. IX.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio loci facit mutari mentis affectum.*
2 *Mutatio loci conducit ad ſalutẽ animæ.*
3 *Dictio, plerunq; quid ſignificet?*

IN textu. Collige ex illo, quòd mutatio loci facit mutare mentis affectum; notavit *Paul. Fuſch. de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 51.* ad finem. *Greg. Lop. part. 2. tit. 23. l. 7. Gloſſa 1.* in fine; congruum eſt ergo inde corporaliter avelli, ubi quis illecebris deſervivit: proſequitur eleganter *Tiraquel. l. 16. connubial. num. 55. Alciatus de præſumptionibus, regula 2. præſumptione 16. num. 3.* 1

In textu, ibi, Pro animę ſalute. Ponderat *Comitolus lib. 1. reſponſor. quæſt. 140. nu. 1.* verſ. *Dejnde*, adducens illum ad quæſtionem, an quando uxor à viro ſuo ad flagitium impellitur, licitum ſit illi à viro propria authoritate diſcedere? Conducunt quæ tradit *Salzed. in praxi, cap. 134. nu. 1.* poſt medium, qui etiam noſtri textus meminit. 2

In textu, ibi, Plerunq;. Quæ dictio de ſui natura importat regulam, importat quandoq; idẽ, *quod ſemper. Caſtillo conſil. 36. num. 31.* quem refert, & ſequitur *Cardinal. Tuſch. tom. 2. littera D. concluſione 332.* 3

CAP. Si quis clericus. X.

SVMMARIVM.

1 *Deſumptum fuit hoc cap. Ex Concilio Aurelianenſi 3.*
2 *Clericus confeſſus, aut cõvictus de adulterio privatur ab officio, & beneficio.*
3 *An hoc procedat ſi clericus putabat mulierem eſſe ſolutam?*

DEſumptum fuit hoc *cap. Ex Concilio 3. Aurelianenſi*, quod celebratum fuit temporibus Vigilij Papæ, circa annum Domini 540. & anno 26. Childiberti Francorum regis, iuxta computationem *Baron. tom. 7. Annal. anno 540. pagin. 7.* Fuit Concilium hoc nobile ob ſanctos epiſcopos, qui eidõ interfuerũt, ſive per vicarios, *nu. 25.* iuxta eundẽ *Baron.* qui aliqua decreta notabilia eiuſdẽ Cõcilij, & auctorum à quibus condita fuerũt, pietatem, & fidei integritatem redolentia ibidem adducit. Fuit etiam hoc tempus notabile, ob extinctionem, vel ſupreſſionem ampliſſimæ dignitatis conſularis, quę imperio Romano ultra mille annos duraverat. Primi enim conſules poſt erectos reges fuerunt Lucius, Iunius, Brutus, & Lucius Tarquinus, Collatinus Fucrẽtico maritus, iuxta annum 244. ab Vrbe cõdita, poſtremi verò Iuſtinus Imperator, & Paulinus Iunior, 1 2 3

Iunior, qui hoc eodem tempore quo celebratum eſt hoc concilium, conſulatum geſſere, nam quanvis in anno ſequenti nominetur cõſul Baſilius Iunior, forma regiminis iam erat omnino ſublata, cũ ipſe conſul fuerit ſine collega, nec poſt eum aliqui cõſules nominentur, ut notat *Baronius anno* 541. in principio.

2 **In textu.** Notabis ex illo, quòd clericus convictus de adulterio, aut illud confeſſus, deponitur, ab omnique officio, & beneficio privatur, & in monaſterũ detruditur, ut ibi toto vitæ ſuæ tempore pœnitentiam agat, ut tenet *Gloſſa* 1. *in cap. lator* 2. q 7. quam ibi ſequitur *Archidiaconus*, & poſt *Hoſtienſem Ioãnem Andream Abb.* & alios comprobat latè *Decianus in tractatu criminali lib.* 6. *capit.* 23. *numer.* 14. in principio. *Bernardus in praxi capit.* 83. *num.* 2. & latiùs *in cap.* 85. *num.* 2. & ſequentibus. *Greg. Lopez parũa* 1. *titulo.* 6. *l.* 42. *Gloſſa* 2. *Iulius Clarus lib.* 5. *ſententiarum*, §. *Adulterium, num* 7. *Covas de ſponſalibus part.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 19. *Ducãs regula* 101. verſ. *limita* 2. latè *Menochius, de arbitrarijs caſu* 419. *num.* 60. quòd maximè procedit, quando clericus de eo crimine accuſatur; nam ſi non accuſetur, epiſcopus remittere aliquid poteſt de iuris vigore, ut affirmat cõmunis DD. ſententia, quam poſt ſupradictos, refert. & ſequitur *Pater Molina de iuſtitia commutativa tractatu* 3. *diſput.* 98. *num.* 1. Infamiam etiam incurrit clericus pro adulterio, ſi fuerit condemnatus, ſicut pro quocumque alio crimine *Bernardus* ubi proxime *num.* 14. *Decianus dicto num.* 14. §. *Efficitur. Molina dicto numer.* 1. poſt principium qui diſputant, an epiſcopus illum reſtituere poſsit ad priſtinum ſtatum.

3 Dubitatur tamen, an clericus qui cognovit mulierem, quam putabat ſolutam, cum eſſet matrimonio conjuncta, excuſetur à pœna? Et dicendum quòd non, quanvis enim fuiſſet ſoluta, incumbebat rei ſibi illicitæ, & puniẽdæ. ut poſt *Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adulterijs* tradit *Decianus dicto num.* 14. verſ. *Si quid*, & ex *Paulo Grelando* docet *Bernardus dicto cap.* 85 *numer.* 5. Sed propter talem ignorantiam minuẽda foret pœna, ut ſupra citati benè explicant.

CAP. Romanus. XI.

SVMMARIVM.

1 *Noſtri textus meminit Greg. Lopez?*
2 *Panomia textum noſtrum aliter refert?*
3 *Ratione delicti ſortitur quis forum.*
4 *Delinquens non poteſt accuſari in loco delicti niſi ibidem inveniatur?*

IN textu. Cuius meminit *Greg. Lopez*, & eius materiã proſequitur, *parũa* 1. *tit.* 6. *l.* 42. *Gloſſa* 2. 1

In fine textus, ibi, **Ex noſtra iuſsione.** Ex veſtra iuſsione dicebat *Panomia ſeu decretum Ivonis lib.* 3. *capit.* 144. 2

In Gloſſa, ibi, **Commiſerat.** Quia ratione delicti ſortitur quis forum, *cap. poſtulaſti, cap. ultimum de foro competenti, cap.* 1. *de raptoribus, cap.* 1. *de privilegijs in* 6. *Clementina paſtoralis de re iudicata. Trident. ſeſs.* 7. *de reformatione, cap.* 14. *l. ſi cui,* §. *ultimo, & l. ultima, ff. accuſationibus, l.* 1. *& authentica qua in provincia Cod. ubi de crimine agi poteſt.* Eſt autẽ locus delicti ille in quo crimen perfectum eſt, & conſummatũ citra dubium, ſed ſi in alio loco delictum eſt inchoatum, in alio perfectum, in utroque forũs delicti contrahitur, prout ſi in aliquo territorio percuſsit, in alio verò occidit, ut cũ cõmuni reſolvit *Abb. in cap. ultimo de foro competenti, n.* 25. *Socinus in dicto cap. poſtulaſti, num.* 5. *Boſius in practica titulo de foro competenti à numer.* 59. *Iulius Clarus in practica quæſtione* 38. *à num.* 9. pro quibus eſt textus *in l.* 1. *C. ubi de crimine agi oportet*, dum inquit, quæſtiones criminum iudicandas eſſe in loco ubi crimina perpatrata ſunt, vel inchoata. 3

Delinquens verò non poteſt accuſari in loco delicti, niſi ibidem inveniatur *Antonius in cap. finali, num.* 6. *de foro competenti* poſt *Aretinum Filinum ibi, num.* 8. *in fine. Imola in Clementina paſtoralis de re iudicata, num.* 25. & ibi *Cardinalis, num.* 1. latè *Gramaticus conſilio* 27. *numer.* 56. & ſequenti *Menochius conſilio* 2. *num.* 130. *Decianus lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 12. Vel niſi de mora remittatur *Clementina paſtoralis*, §. *Verum de re iudicata. Barb. numer.* 5. *in l. hæret abſens*, §. *Proinde in articulo de foro delicti. Imola in dicta Clentina numer.* 64. *Cardinalis* verſ. *denique num.* 12. & inter eccleſiaſticos ſit etiam remiſsio ut per *Barboſam*, *numer.* 134. quia omnes ſubſunt uni principi. 4

CAP. Presbyter. XII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non deponitur propter fornicationem.*

2 *Propter periurium privatur clericus ab officio, & beneficio?*
3 *Clericus in furto captus deponitur.*
4 *Propter homicidium deponitur clericus, & an veniat beneficio privandus?*

1 IN textu, ibi, In fornicatione. De quo peccato latè agit. *Bernard. in praxi c.* 78. ubi affirmat, quòd pro fornicatione nō imponitur clericis depositionis pœna: idē tenet *Menchack lib.* 3. *de testamentis*, §. 22. *n.* 48. sequitur *Greg. Lopez part.* 1, *tit.* 6. *l.* 38. verbo, *tollet el beneficio. Decius in cap. at si clerici de iudicijs num.* 36. affirmat esse communem sententiam *Felinus ibidem numer.* 14. *Clarus lib.* 5. *sententiarum*, §. *Fornicatio* vers. *sed quæro* de quo etiam vide posita *ad cap. Maximianus supra num.* 4. *hac eadem dist.* & ad hunc textum potest responderi, quod per temporis cursum, eius rigor temperatus fuit, ut etiam videmus, quod Beatus Sylvester modificavit canones Apostolorum *in cap. presbyter distinctione.* 82.

2 In textu, ibi, Periurio. Propter periuriū potest quis deponi ab ordine, & beneficio ut notat *Abb. in c. querelam notabili* 2. *de iure iurando n.* 2. *& in capite cum non ab homine de iudicijs notabili* 4. *nu.* 4. Latè *Bernardus in praxi cap.* 92. *num.* 1. *ubi Salzedo littera A. Multa adducit Pater Suarius tomo* 2. *de religione lib.* 3. *de iuramento cap.* 19. *num.* 21. *qui uterque nostri textus meminere.* Quam conclusionem intellige de proprio, & vero periurio, nempe de assertorio, in quo veritas non datur, & in alicuius iniuriam seu præiudicium factū fuit. Vel intellige de periurio promissorio, quod in reigavi fuit violatum. Ita *Covar. in cap. Quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *part.* 1. §. 7. *num.* 3. *Clar.* §. *Periurium, num.* 4. *Perez. l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin pagin.* 546. *Azeved. l.* 1. *numer.* 79. *tit.* 17. *lib.* 8. *nova recopil. Menoch. de arbitr. casu* 319. *Sayr. in clavi regia lib.* 5. *cap.* 9 *num.* 7. cum sequentibus. *Flamin. de resignat. lib.* 4 *quæst.* 3. *num.* 10. *Azor instit. mor. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12. *quæst.* 10. *& part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. Non verò nostram intelligas conclusionem de periurio, & secundum quid, quando scilicet aliquis temerariè turpiter, & iniquè iurat. Ita *Selva de benef. part.* 3. *quæst.* 2 *num.* 6. *Ripa in cap.* 2. *num.* 11. *de rescriptis. Covar. in cap. Quamvis pactum part.* 1. §. 6. *num* 4. Hinc fit, ut asserant gravissimi doctores, signaturam non dare pro periurio privationem beneficiorum, nisi periurium sit iudiciale. Ita *Farin. in praxi crimin. part.* 5. *quæstion.* 16. *numer.* 191. *Staphil. de litteris gratiæ, titul. de variis modis vacationis*, §. *Quando quis veniat privandus beneficio, num.* 8. *Rebuffus de pacificis possess. num.* 268. *aliàs* 221. *Maiol. de irregular. lib.* 5. *cap.* 33. *nu.* 2. *Nicol. Garcia de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 168. Quibus addit *Farin.* citatus, clericum periurum in iuramento iudiciali, privari beneficijs non ipso iure, sed per sententiam esse privandum. *Cassan. in consuetud. Burgund. fol.* 347. *num.* 33. *Azor. d. capit.* 12. *quæstione* 9. *Sayr. dicto cap.* 9. *nu.* 8. *& Garcia citat. num.* 197.

In textu, ibi, Furto. Igitur clericus in furto captus 3 deponitur, ut ex nostro textu tradit *Bernardus in praxi cap.* 90. quam pœnam innovavit *Innocentius III. in cap. tua de pœnis*, ubi censuit clericos in latrocinijs deprehensos, degradatos à suis ordinibus in arctum monasterium detrudi, *Maiolus de irregularitate lib.* 5. *cap.* 28. *num.* 1. *Folerius in practica criminali in*, verbo, *vel furtum, cap.* 21. *nu.* 2. latissimè *Farinacius quæst.* 167. *numer.* 9. *& fragmētorum criminalium part.* 1. verbo, *clericus, num.* 316. & sequentibus, quod tamen limitat *num.* 323. si furtum sit parvum, quia tunc clericus non incurret pœnas supra dictas quod antea dixerat Salzedo in additionibus ad Bernardū *d. cap.* 90. *littera A.*

In textu, ibi, Homicidio. 4 Collige ex canone Apostolorum clericum homicidam deponendum esse, committitur autē homicidiū multis modis ut notat Glossa magistra verbo, *consilium in cap. sicut dignum*, §. *Clerices de homicidio. Bernardus in praxi cap.* 94. *num.* 1. qui nostri textus meminit, & *numer.* 2. docet clericum beneficio esse per sententiam privandum quia homicida non est beneficio ipso iure privatus, *Innocentius in cap. cum nostris de concessione prebendæ* sequitur *Baldus in l. cum fratrem Cod. de his quibus ut indignis, n.* 6. quam opinionem dicit communem *Felinus in cap. inquisitionis columna* 1. *num.* 3. *de accusationibus, Navarr. in Manuali. cap.* 27. *num.* 249. *& in cap. si quando exceptione* 9. *de rescriptis, Alciatus in cap. cum non ab homine num.* 36. *de iudicijs Covar. in Clementina si furiosus* 2. *part.* §. 3. *nu.* 5. *de homicidio* plures refert *Salzedo in additione* 1. *ad dict. cap.* 94.

CAP. Si quis episcopus, XIII.

SVMMARIVM.

2 *Differentia inter fornicationem, & machiam?*
2 *Clericus fornicarius non communicabit cum alijs clericis?*

In textu,

1 IN textu, ibi, Fornicatus, aut mæchatus. Et ita eſt differentia inter fornicationē, & mæchiam, quoniam mæchiæ nomine propriè nō niſi adulterium intelligi ſolet, ut docet *D. Auguſtinus in quæſt. Deuteronomij, quæſt.* 37. *cap.* 23: *& in Exodum quæſt.* 71. *refertur in cap. meretrices,* 32. *quæſt.* 4. quanvis interdum fornicatio dicatur, quæ eſt genus illiciti coitus, qui fit extra uxorem legitimam, ſpecialiter tamen dicitur in uſu viduarum meretricum, & concubinarum *cap. lex illa,* §. *Sed non* 36. *quæſt.* 1. licèt aliquando comprehendat adulterium, *cap. plerumque de donationibus inter virum.*

2 In textu, ibi, Inter laicos. Igitur non communicabit clericis, in choro, clauſtro, monaſterio, dormitorio, & refectorio, ut notat *Archidiacon. in præſenti, num.* 1. *Præpoſitus* in principio, *Turrecremata ad finem,* qui omnes dicunt textū habere locum etiam in clericis minorum ordinum, quod videtur, illius verbis repugnare, ſpeciatim enim loquuntur de maioribus ordinibus, ut tenebat. *Hugo.*

CAP. Si Diaconus. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus depoſitus an poſsit in neceſsitate ſolemniter baptiſare? & n.* 2.
3 *Dictio,* ſub, *quam ſignificationem habeat?*

1 IN fine textus, ibi, Baptiſare. Quod in caſu neceſsitatis, licet, & conceditur cuilibet laico, unde *Gloſſa penultima in præſenti textum* intelligit de baptiſmo ſolemni, quia ubi deeſt ſacerdos, iſte talis depoſitus poteſt baptiſare, & adhibere omnem ſolemnitatem, quæ ad ſolemnem baptiſmum deſiderantur, ſive in benedicendo fontem, vel cereum, ſive in ungendo, & alia ſimilia, ut poſt *Hugonē,* tradit *Turrecremata in præſenti ad finem,* nam in neceſsitate multa licent, quæ alias non licerēt *cap.* 1. *de feriis, cap.* 3. *de celebratione miſſarum cap. finale de cuſtodia Euchariſtiæ.* 2. Hanc tamen ſententiam aſſerentem poſſe clericum depoſitū, in caſu neceſsitatis ſolemniter baptiſare, omnino falſam iudico. Quod colligo ex *Suar. tomo* 3. *in tertiam partem diſp.* 31. *ſect.* 5. §. *Secundum caput,* ubi affirmat, hominem ab eccleſia interdum per excommunicationem, vel aliam cenſuram, graviter peccare, ſi baptiſmum ſolemniter adminiſtret; ſed clericus depoſitus eſt verè ab eccleſia impeditus, ergo peccabit ſolemniter baptizādo, & confirmatur quia nulla dari poteſt neceſsitas baptizandi ſolemniter, cum ad ſalutem non ſit medium neceſſarium baptiſmus ſolemniter exhibitus ſed ſufficiat priuatus. Idem colligo ex *Sayro de cenſuris lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 4. *Avila part.* 7. *diſp.* 9. *dub.* 14. *Ægydio Coninck quæſt.* 67. *art.* 1. *dub.* 3. qui omnes aſſerūt. Diaconum etiam urgente neceſsitate, ſolemniter baptiſantem abſque licentia ſuperioris, epiſcopi, vel parochi, graviter peccare, ex eo quòd prohibentis eccleſiæ præceptum tranſgrediatur; ergo etiam clericus depoſitus graviter peccabit, ſi in propoſito caſu faciat contra eccleſiæ prohibitionem.

In medium textus, ibi, Sub. 2 Quæ dictio importat ſubiectionem, licèt quandoque habeat ſignificatus diverſos, de quibus plenè agit *Cornelius conſilio,* 187. *num.* 14. *lib.* 4. quem ſequitur *Tuſcus tomo* 2. *litera. D. concluſione* 380.

CAP. Si qui ſunt. XV.

SVMMARIVM.

1 *Gregarius ſeptimus quis fuerit?*
2 *Clericus publicè concubinarius an maneat ſuſpenſus?*
3 *Debet prælatis obedientia præſtari?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Gregorius ſeptimus. Hildebrandus antea vocatus, natione Hætruſcus, patria Teorienſis, patre Bonicio, vir in contemplationibus eximius, morumque ſanctimonia præclarus, fuit populi, & cleri acclamatione Pontifex electus anno Chriſti 1073. ut per *Baronium tom.* 11. *Annalium pag.* 417. *litera A.* Philippum Francorum regem ſtatim admonuit ne largione corruptus Epiſcopatus, & beneficia per ſimoniacā cupiditatē alicui deinceps cōmittat; regni amiſsionē illi cōminans niſi à tā gravi ſcelere abſtineat. Mulieres cōſanguineis nubentes dotalia inſtrumenta in pœnā amittere ſtatuit. In Vrbe cōcilio indixit, & cōtra presbyteros, & clericos uxoratos decretum renovavit, ſchiſmaticorum inſolentiam apud Vdonem Archiepiſcopum Trevirem graviter incu-

inouſavit, aliodque concilium Romæ celebrãs Berengarium hæreſiarcham denuo lapſum abiurare coegit. Vratislaum Bohemiæ ducem increpauit quòd cum excommunicatis communicabat, eidemque licentiam officij diuini lingua Sclavonica dicendi negavit. Liberium Papam in ſanctorum album adſcripſit, & incendium circa eccleſiam ſancti Petri ab Henrico rege excitatum ſigno crucis extinxit, reliq; omnes ab eo geſtæ diuinitus cõprobãtur. Deniq; Salernũ cõueniens ad dedicãdã ſancti Matthæi eccleſiã ibi ex hac vita migravit die Maij 24. anno Chriſti 1085. & in ſanctorum numerum relatus eſt ut per *Baroniũ eodem tom. 11. Annalium pag. 576. in fine litera E.*

2 In textu. Inquit textus quod ſi clericus ita ſit publicè concubinarius, ut nulla tergiverſatione poſsit ſuum crimen celare, maneat ipſo iure ſuſpenſus, quod etiam probat *cap. præter ſupra 32. diſtin.* optimè *Sylveſter in ſumma*, verbo, *clericus 2. num. 4.* verſ. *quæritur 2. Peres lib. 1. ordinationum tit. 3. l. 23. fol. 104.* verſ. *quæri tamen poteſt*, adde *Suarium tom. 5. de cenſuris diſputat. 31. ſect 4. num. 13.* qui noſtri textus meminere, & vide poſita ad *cap. præter 32. diſtinct. num. 3.* & ſequentibus, & *Ferdinandum Paez in repetitione cap. Miſſus num. 196.* & ſequentibus, dicit etiam noſtrum textum notabilem *Paul. Fuſc. de viſitatione lib. 1. cap. 31. num. 8.*

3 In fine textus, ibi, Obedire cõtemnit. Debemus igitur prælatis obedire, ipſorumque mandata adimplere, melior enim eſt obedientia, quàm victima, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur: ipſa quidem fidei meritum poſsidet, ſine qua quiſquis fidelis convincitur, & infidelis reputatur, ut probat. *Divus Gregorius in moralibus lib. 35. cap. 13.* habetur, *in cap. Sicendum 8. quæſt. 1.* & totam hanc materiam mira cum pietate, & eruditione proſecutus eſt *Divus Ignatius de Loiola* in ſingulari illa *epiſtola de obedientia*, quam ad patres Societatis ſuæ in Luſitaniæ provincia commorantes inſcripſit. & quidem merito, ſine obedientia enim prælatorum dignitas contemnitur, ut dicit *Gloſſa in ſumma 39. deſtinctione*, olim namque inobediens ſuperiori capite puniebatur, ut dicit *Gloſſa 2. in cap. abſit 11. quæſtione 3. & in cap. 2. de maioritate, & obedientia*, Iacit, *textus in l. 3. §. in bello, ff. re militari* proſequitur latè *Palatius de beneſ. ijs in curia vacantibus, §. 2. qui noſtrum textum refert.*

CAP. Si quis à modò. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Bernardus Dias noſtri textus meminit.*

2 *Suſpenſio an ſeparet ab omni officio eccleſiaſtico?*

IN textu. Quem citat *Bernardus Dias in præxi cap. 80. numer. 2.* ad hoc quod clericus qui de facto vxorem duxit, & cum ea fornicatus fuit, deponi debet. De matei ia vide etiam poſita *ad caput. erubeſcant. 32. diſtinctione num. 2. & ad cap. decernimus num. 3. & ad caput. preſbyter, num. 2. ſupra diſtinct. 28.* 1

In textu, ibi, Dum ad ſatisfactionem veniat. Controvertunt DD. per hũc textum, utrũ ſuſpenſio ab omni officio eccleſiaſtico ſeparet, de quo vide poſita ad *cap. preſbyterum, num. 5. & 6.* ſupra *diſtinctione 28.* Adde *Abbat. num. 8. in cap. apoſtolica de exceptionibus Gloſſam*, verbo, *ab officio in cap. latores de clerico excommunicato, Gloſſam 1.* & ibi *Archidiaconum num. 2. in cap. audivimus 24. quæſt. 1. Gloſſam in cap. quia in tantum deprehendis, Gloſſam*, verbo, *à ſuſpenſis*, DD. *communiter in cap. cum dilectus de conſuetudine.* 2

CAP. Si quis ſacerdotũ. XVII.

SVMMARIVM.

1 *An ſuſpenſus ab officio, à beneficio etiam ſuſpendatur? & num. 2.*

3 *Dictio, Ob, quid ſignificet?*

IN textu. Docet textus quòd clericus, qui ob fornicationem ſuſpenditur ab officio, debet etiam beneficio privari: nam ſicut ob contumaciam demittit officiũ, ita etiam cogatur demittere beneficium, ceſſante enim cauſa, ceſſat: effectus. *Anchar. in cap. latores numer. 6. de clerico excommunicato miniſtrante Haſtenſis ibidem*, verbo, *ab officio, & Cardinalis num. 2. Gloſſa in c. ult.* verbo, *datur de reſcriptis lib. 6. Gloſſa in cap. 1.* verbo, *officij de re indicata eodẽ lib. Gloſſa in clementina capientes de pœnis*, verbo, *ſuſpenſi col. 2.* verſ. *& quia ſupra poſui*, latè *Tiraquel. cauſa ceſſante part. prima num. 49.* qui noſtri textus meminit. 1

Si ve-

Si verò generaliter loquendum ſit de quolibet clerico ab officio ſuſpenſo, illud certius, & verius iudico: ſuſpensum ab officio non eſſe ſuſpenſum à beneficio, niſi id expreſſè declaretur, *Ioa. Nauarr. conſ. 41. num. 2. ſub tit. de homicid. Perez. lib. 1. verſ. in oppoſitum tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 3. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſp. 31. num. 12. Reginald. in praxi fori panit. lib. 32. tract. 2. num. 10.* cum ſequent.

2 Duo tamen veluti incidenter à me rogabis. Primum, ſi epiſcopus dicat: *ego te ſuſpendo ab officio, vel beneficio*, manebit ne ſuſpensus? Reſpondeo in tali caſu propter dubium à neutro manere ſuſpenſum, *Tiraquel. de iure primogen quæſt. 17. opin. 6. nu. 10. Henriq. in ſumma lib. 13. cap. 22. §. 4. in comment. littera E. Reginald. lib. 32. tract. 2. n. 21.* Secundum eſt, Vtrum ſuſpenſis ab officio poſſint beneficia conferri? Reſpondeo negativè, & addo proviſionem illis factam, eſſe omnino nullam. *Carraſ. de beneficio part. 4. cap. 3. numer. 22. Nav. in man. cap. 25. num. 133. & conſ. 10. de tempor. ordin. Vivald. in candelab. tit. de ſuſpenſ. num. 139. Vgolin. de cenſur. tab. 4. de ſuſpenſ. cap. 6. §. 7. numer. 4. Azor. inſt. mor. part. 2. lib. 6. cap. 7. quæſtione 2. Leſſius de inſt. lib. 2. cap. 34. num. 116. Sed Doctor Franciſcus Suarius tom. 5. de cenſur. diſp. 26. ſectione 3. numer. 8.* probabilius iudicat, electionem factam de homine ſuſpenſo ab officio, non eſſe ipſo iure irritam, ſed per ſententiam irritandam. Addit præterea, ſuſpenſum ab officio nõ eſſe inhabilem perſonam, ſed ſolùm prohibitam, & idem dicit de ſuſpenſo à beneficio *diſp. 27. ſectio. 1. num. 26.*

3 In textu, ibi, Ob. Dictio, ob, ſignificat idẽ quod propter, *l. Naturaliter 13. ff. conditione indebiti, l. eadẽ lex 6. prope finem l. lex Iulia in §. ultimo, ff. ad l. Iuliam repetundarum, l. cum in fundo 81. in finalibus verbis, ff. iure dotium, l. pactum eſt duorum 3. ff. pollicitationibus.* Significat etiam cauſam remotam ut per *Bart., in l. non dubium num. 23. Cod. de legibus.*

CAP. Eos etiam. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Nonnulla de urbe Mediolani?*
2 *An clericus fornicarius ſuſpenſus ab officio, à beneficio etiam cenſeatur privatus?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Mediolanenſi. Mediolanum urbs eſt metropolis Galliæ Ciſalpinæ, populi multitudine refertiſſima, quã ædificaverunt Galli Inſubres, & ànomine, relicto ab eis Mediolani ita appellata, ut tradit *Vollaterranus lib. 4. fol. mihi 29. Ptolomeus* Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunenſi recenſet inter Ligorem, & Secanam fluvios. De origine huius urbis, ſcribit *Livius libro decade 1.* fuit hæc urbs, & provincia multis à Deo beneficijs ornata præcipuè quo ad Archiepiſcopos eximiæ ſanctitatis, ut late commendat *Sanctus Cardinalis Carolus Borromeus actorum parte 7. in literis paſtoralibus fol. 1056.* & ſequentibus.

In textu. Collige ex hoc textu quod clericus diabolo, & eius operibus ſerviens, dãdo ſe fornicationi, ſicut propter hoc ſe ab officio alienum facit, ita etiã eccleſia, ut indignum beneficio privatum iudicat, de quo vide latiſſimè *Peres lib. 5. ordin. in l. 1. tom. 1. Gloſſa 5. pagin. 30. col. 2. verſ. eſt etiam. Hoſtienſis in cap. latores de clerico excommunicato miniſtrante*, verbo, *ab officio. Tiraquellus cauſa ceſſante 1. part. num. 49.* qui noſtri textus meminere. Vide etiã poſit *ad cap. præcedens num. 1.* Si tamen hoc loco inquiratur, Vtrũ clericus fornicarius à beneficio ſuſpenſus poſſit in alio loco beneficiũ habere? Reſpondeo talem clericum poſſe alibi beneficiũ habere, ut probat *Vgolin. tab 4. cap 8. §. 5. Suarez tom. 5. de cenſuris diſput. 27. ſectione 1. numer. 19.*

CAP. Miniſtri. XIX.

SVMMARIVM.

1 *An hæc prohibitio extendatur ad clericos in minoribus?*
2 *Subdiaconus continentiam non ſervans etiam cum propria vxore, ab omni altaris officio deppellitur.*
3 *Filius genitus poſt votum continentiæ à parentibus emiſſum, illegitimus eſt.*

1 IN textu. Controvertunt DD. per hunc textum, utrùm hæc prohibitio extendatur etiam ad clericos minorum ordinum; Affirmativam partem ſequitur *Navar. in ſumma moralis cap. 25.* allegans *Archidiaconum, & Turrecrematam*, eandem tuetur ex noſtro textu & ex *cap. veſtra de cohabitatione clericorum. Divus Antoninus 3. part. titulo 27. cap. 3.* Contrariã tamẽ opinionẽ merito defendit *Suarius de cenſur. to. 5. diſput. 31. ſectione 4. num. 8.* per noſtrum textum

de quo

de quo textu etiam meminit *Boerius de repub. ecclesiastica pars. 2. cap. 1. vers. Est igitur. folio mihi 378.*

2 In textu post principium, ibi, invadere cubile. Habet textus quod subdiaconus continentiam non servans etiam cum propria uxore ab omni altaris officio removeatur, potest tamen ex superioris facultate in functionibus minorum ordinum permitti, his præsertim quæ extra altare fiunt de quo vide *Suarium eodem tomo 5. & disputat. 31. sectione 4 num. 8.* ad finem.

3 In Glossa 1. ibi. Illigitimi erũt. Docet *Glossa* in præsenti, quod si maritus, & uxor ex utriusque consensu ad vitam monialem transeant, & postea ex eorum congressu filius nascatur, quod talis maneat illegitimus, & bastardus, eam sequitur *Ripa in cap. inter cætera, num. 12. de rescriptis. Romanus*, qui eam dicit singularem *singularem 51. qui incipit maritus*; exornat etiam illam *Rebuffus in praxi beneficiorum 2. parte titulo de dispensatione super defectu natalium num. 40.* Sed quid dicendum de filio, qui nascitur ex conjugatis, viro scilicet ad sacros ordines promoto uxore cõsentiẽte, vel nõ contradicente, erit ne legitimus, vel illegitimus? Vtraq; opinio est probabilis. Illegitimum credunt *Henriq in sum. lib. 11. cap. 20. num. 1. Sylvest.* verbo, *illegitimus quæst. 4. Palcotb. de notbis, & spurijs cap. 10. num. 4. Alexand. de Nevo in cautela 2. num. 9. de iureiur.* Legitimum verò esse fatentur *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 4. numer. 9.* & alij cum *Sanch. de matrimonio lib. 9. disp. 38. num. 7 concl. ultima.*

CAP. Cleticos. XX.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter frequenter ad fœminæ tabernaculum non accedat?*

2 *Propter suspicionem magis damnatur, occultè peccans quam palam?*

1 IN textu. Iubet textus in præsenti quod presbyter clericus, aut Archidiaconus, ad fœminæ tabernaculum non accedat, declarans quod nec, sub officij aut humanitatis prætextu illius domicilium frequenter inter, & si contra fecerit à limitibus ecclesiæ arceatur ille, clericus vero deponatur. Mores enim à commercio formantur, & quisquis præsumitur similis illi, cũ quo amicitiã, & familiaritatis consuetudinem habet, de quo vide *Tiraquel. in legibus connubialibus Glossa 1. part. 5. num. 29.* qui textũ nostrũ refert, illius etiam meminit *Covar. in cap. Alma mater, §. 2. num. 1. in illa quæstione an prohibeatur communio cum excommunicatis.* Meminit etiam nostri textus *Iacobus de graffijs in decisionibus aureis cap. 9. num. 2. lib. 3 part. 2.*

In Glossa, ibi, secrete. Ergo propter suspicionem magis damnatur occultè peccans, quã palam, comparatione enim duorum malorũ, ut ait *D. Hieronimus in Esaiam capit. 12.* relatus à *Tiraquel. de panis temperandis causa 57. num. 5.* Levius est aperte peccare, quam sanctitatem fimulare, & in hũc sensum licet videamur prophanis sacra miscere, refert *Plutarcus lib. de sera numinum vindicta.* Thespesium quendam, qui à mortuis surrexerat asserere, apud Inferos eos, qui manifestè peccaverant, palamque flagitia perpatrarant, non tam acerbe plecti, quam qui clam iniustè vixerant, prætextuque, ac opinione virtutis delituerant. Materiã nostræ Glossæ latè prosequitur *Tiraquel. de panis temperandis tota causa 57.* & illius meminit, *numer. 6. eadem causa.* 1 2

CAP. Sed si forte. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Iniungebatur caput hoc antecedenti, olim.*

2 *Dictio*, et, *quid importet? & num. 3.*

1 CAput hoc iniunctum reperitur in vetustis exemplaribus capiti antecedenti, ut per *Archidiaconum Præpositum, Turrecrematã* in præsenti, notavit etiam *Additio Gregoriana.*

In textu, ibi, Et. Quæ dictio est copulativa, & sufficit alteram partem esse veram, sive copulet affirmativè, sive negativè, ut tradit *Rebuffus in concordatis tit. de collationibus, §. 1. Boerius decis. 202. n. 1. & 2. Chassanæus rubrica 7. §. 10. n.* verbo, *de signi.* Ponitur insuper inter diversa, *Glossa in c. querellam.* & in *cap. ubi pallium de simonia Rebuffus* ubi proximè. *Paris. cons. 39. num. 21. & cons. 95. num. 6. & 8. volum. 1. Decius cons. 502. num. 4.* Quod intellige, nisi ponatur inter duo idem significantia quia tunc ponitur declarativè. *Bart. Iaf.* & alij *in l. 1. ff. Iust. & iure Felin. in cap. ex parte 1. num. 32. vers. copula, & de rescriptis.* Item ponitur disiunctivè *l. sepe 55.* ubi latè *Alexander, & Capola nu. 4. de verbo-* 2 1

de verborum ſignificat. Tiraquel. de retractu lignagier, §. 1. Gloſſa 20. num. 3. ad finem. Burſatus conſ. 81. nu. 20. volum. 1. Bertrandus conſ. 156. num. 9. vol. 9. Thes ſaurus deciſ. 189. num. 2.

3 At qui plura de natura, & proprietate iſtius dictionis, ſcire voluerit, perlegat. *Nat. conſ. 573. num. 14 & conſ. 582. num. 19. & conſ. 626. num. 17. Ruinum conſ. 104. vol. 5. num. 21. Paris conſ. 111. vol. 1. num. 23. Ruin. conſ. 91. vol. 4. nu. 5. Burſat. conſ. 141. volum. 2. ex num. 43. Laſ. in l. Gallus, §. quidam volle num. 35. ff. de liberis, & poſth. Mandoſ. in Gloſſa facultatum, § ad proprium in verbo, Et, pagin. 312. Bruno á ſole, in quæſtion. legal. queſt. 35. num. 4. Covar. in cap. Raimundus, §. 2. ex numer. 1. de teſtam. Menoch. conſ. 4. num. 22. volum. 1. Abb. num. 6. & Felin ex num. 21. in cap. 2. de reſcript. Anchar. in cap. 1. de conſtitutionibus, num. 35. Socinus Iun. conſ. 83. numer. 22. volum. 2. Tiraquel. de retract. lignagier, §. 1. Gloſſa 20. num. 23. ad finem Alexand. conſ. 101. num. 8. vol. 3. & conſ. 25. vol. 7. num. 15. Hieronymus Portoles tract. 1. de conſortibus cap. 1. num. 20. qui aſſerit cum Capola in l. ſæpe num. 4. ff de verborum ſignificatione in cap. clerici arma de vita & honeſtate clericorum, ad ferendam excommunicationem, minimè copulatiuè iſta duo requiri, ſcilicet quòd clerici arma portent, & uſurarij exiſtãt, ſed alterum tantùm ſufficere, ut excommunicari poſsit, & plura vide per Thuſc. tom. 2. lit. Ex concl. 274. Cened. ſingul. 50. Ioannẽ Petrum Bimium conſ. 2. n. 66. & ſequentibus, & conſ. 36. num. 9. & 44. & conſ. 93. num. 17.*

CAP. Si quiſpiam. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Eugenius 2. quis fuerit?*
2 *Clericus trinam ſpernens admonitionẽ propter fornicationẽ excõmunicetur.*
3 *Mulier ratione delicti ſortitur forũ eccleſiaſticum?*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, Eugenius. Quem *additio Gregoriana* dicit ſecundum, fuit Eugenius II. filius Buemundi vir forma decorus, & magnæ ſimplicitatis, ac humilitatis, tantæque ſanctimoniæ, atque eloquentiæ, ut omnium conſenſu Pontifex crearetur anno Domini 824. Pauperum, pupillorum, & viduarum cauſas ac vitam ita tutatus eſt, ut ab omnibus meritò pater diceretur. Romæ ſynodum 63. Epiſcoporũ convocavit anno Domini 826. Ludovico, & Lothario eius filio imperatoribus, quam ſynodum refert *Baronius tom 9.* Annaliũ dicto anno 826. in principio. At Eugenius cum ſediſſet annos tres, menſes duos, & dies viginti tres, moritur 4 undecima die Auguſti, collachrimantibus omnibus, & ſuam vicem potius, quã mortem ſanctiſsimi viri dolentibus, cum obitus ei via ad felicitatem optatiſsima eſſet. Sepelitur in Baſilica ſancti Petri Apoſtolorum principis, vide *Platinam in eodem Pontifice, & Baronium* ſuprà citatis locis.

2 In textu. Docet textus quod ſi aliquis clericus ſuſpectus fuerit de aliqua fœmina fornicationis crimine, & ſi præcedente trina admonitione nõ reſipiſcat, quòd excommunicetur, mulier vero canonica pœna plectatur: materiam noſtri textus proſequitur latè *Gregorius Lopez l. 38. tit. 6. part. 1. Gloſſa 3.* pertractat etiam ſacrũ œcumenicum *concil. Trid. ſeſſ. 25. de reformatione matrimonij cap. 8. poſt medium,* & vide de materia *Guidõ. papã deciſ. 558. Hieronym. de monte variarum iuris, queſt. 18. n. 48. Covadilha in Politica lib. 2. cap. 17. numer. 59. Menoch. de arbitrarijs caſu 418. Rebuf. in concordatis titulo de publicis concubinis, verſ. prima ergo pand. Petrus de Bolo in œconomica eccleſiaſtica claſſe 1. capit. 44. Sed ſequentibus Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. queſt. 57. Thomas Valaſc. allegat. 34. á nu. 7. Riccius in collect. deciſionum part. 4. collect. 857.*

3 In Gloſſa 2. Habet Gloſſa in præſenti quòd ratione delicti mulier ſortitur eccleſiaſtica forum, argumento *textus in cap. ſi concubina 55. de ſententia excommunicationis,* de quo vide, quæ latè ſcripſimus, ad *cap. Eos qui 10. nu. 6. & 7. ſupra diſt. 32.*

CAP. Oportet. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non cohabitent cum ſuſpectis mulieribus?*
2 *Sacerdotes debẽt vigilare ſuper ovibus ſibi commiſſis?*

1 IN textu. Iubet textus in præſenti quòd mulieres ſuſpectæ non cohabitent cum clericis, nec clericus cum ſola cõfabuletur, ſi quis vero præſũpſerit aliter agere, ſacerdotij honore privetur, de quo vide etiam poſita ad *cap. interdixit 16. num. 1. & ad boſſiticã 17. num. etiam 1. ſupra diſtin. 32. & inſuper Abb. in cap. 1. de cohabitatione clericorum, num. 1. & 3. Cardinal. num. 1. Imolã numer. 1. & 4. Butrium numer. 1. Hoſtienſem in principio, & ibidẽ Innocentium, & Ananiam num. 1.* qui noſtri textus meminit, omnes in *4. cap. 1. de cohabitatione clericorum. Medinam de ſacrorum hominum continentia lib. 2. cap. 21. pagin. 85.* Si verò altiori indagine libeat perſcrutari, cur toties ſacri canones, homines Deo, ariſq; cõſecratos, ab omni arceant, & ſemovent ſuſpi-

narum consortio. Ego illam rationem omnium potissimam esse duco, quia oportet sacerdotes esse masculos, solidæque virtutis, quam nullæ fœminarum illecebræ vultum emollire. Mundus verò nomen habet à corporis immundicia mollire, ut docet Varro lib. 5. de lingua Latina. Comub. nubo, 55. Alber. in l. mulieris appellatione pubes, ff. de verb. signif. pag. 32. Blasius Alvarez Mirabal, in libro inscripto, Conservacion de la salud cap. 88. Oroz, in libro dicto, tesoro de la lengua Española, verbo, muger. Ne enervet masculam, virilem sacerdotum virtutem possint mulieres enervare, procul ab illis absint. Turius enim est ad basiliscum, quàm ad mulieris colloquium accedere, ut pulchrè, & poeticè innuit Michael Virgus in libro sanctitatum, hoc carmine.

Turius in sylvis basiliscum audire frementem.
Quàm mollem cantum, fœminumque melos.

2 In tex. ibi, Vigilare super dominicas oves. Debet igitur pastor vigilare, & nō dormire super custodiam gregis, sicque etiam habetur in Psalmo 120. *Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel*, latratu enim canum, & baculo pastorum arcendi sunt lupi, ut habet *Isaias cap. 56.* & *Ezechielis cap. 34.* dicitur, *Væ pastoribus Israel, qui semetipsos pascebant, &c.* materiam nostri textus in præsenti late pertractat *Gregorius Lopez in l. 15. Glossa 3. & 4. titul. 8 partita 5.* qui noster textus meminit. Illud hoc loco non omittam, quod satis ingeniosè ad notavit *Arator Cardinalis* poeta egregius, in suo libro, qui inscribitur *historia Apostolica*, ubi observavit, non sine divini numinis iussu factum esse, ut omnium pastorum pastor maximus *Petrus*, diceretur; nam *Petrus* lingua Hebræa idem sonat, quod *cognoscens*; optimi enim pastoris est, oves agnoscere, illisque semper omni cura, & studio invigilare. Ita ille *sectione 23.*

De merito qui nomen habet, nam Petrus Hebræo
Agnoscens sermone sonat.

2 Illud præterea non minori ingenio idem Arator observavit, quod maximam in ecclesia pastoribus vigilantiam videtur commendare, cum enim omnes sint animārum venatores, debent omni sollicitudine prædis invigilare, ne unquam pastoralis curæ laqueos aufugere, vel divini sermonis retia valeāt evitare. Hinc est, quod ipse Petrus ecclesiæ pastor, natus sit in *Bethsaida*, quæ apud Hebræos interpretatur *domus venatorum*. Ita Arator *sectione 24.*

Non deerit sua fama locis, Petrus omnia prendens,
Bethsaida satus urbe fuit, qua nomine Hebræo,
Venatorum est dicta domus: qui verus ab illa,
Ecclesiæ Venator adest, quia cuncta peregrans,
Cinxit, & ad fines collegit retia gentes.

In textu ante medium, ibi, nō vituperetur. Dicit notabilem textū nostrum in præsenti *Ioannes Montholonius, Eduensis in prompuario Iuris tom. 1. verbo, contemptibilis littera D. fol. 97.* ad illud videlicet quòd sacerdotes reddantur contemptibiles, non modo ob eorum crimina, sed etiam ob eorum multitudinem seu turbā copiosam, de quo est *textus in cap. legimus 24. infra distin. 93. ante finem, ibi increbescentibus, & nota n. 16. ibidem.* 3

CAP. Volumus. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotibus prohibetur mulierum cō-*
versatio.
2 *Vtrum coniugatus ad ordines promotus*
possit vxorem domi habere.
3 *Nostra Glossa meminit Gregor. Lopes.*

IN textu. Prohibet textus in præsenti sacerdotibus ne assiduā mulierū coversationem habeant, & solū illis concedit obsequiorum honestorū præstandorum causa, quod possint in domo matrē, sorores, avias, & descendentes usq; ad quartum gradū retinere, quia ratione consanguinitatis omni suspicione carere videntur. Nostri textus meminit. *Navar.* & illius materiam latissimè pertractat, *4. de regularibus, n. 19. num. 65. Incipit decimo-septimo movetur*, pertractat etiam materiam. *Trid sess. 25. cap. 14. in principio de reformatione.* 1

In textu ad mediū, ibi, Vxore. Colligi videtur ex hoc textu posse coniugatū ad sacros ordines de cōsensu vxoris promotū eā domi retinere, & cū ea cohabitare: distinguendū tamē est cū *Hugone, Archid. Dominico, & Turrec. omnes, n. unico in nostro textu, & cū Abb. in c. coniugatus, n. 5. de conversi. cōiugat. Fratisco Marco decis. 734. n. 6. p. 2.* quòd cōiuges ad hoc, ut permittā tur habitare debēt esse omni suspicione immunes, quòd si aliter eveniat, nullatenus cohabitare permittēdi sunt. Et meritò addūt citati DD. quòd etiāsi nō sint suspecti, nō permittātur in eodē lecto, aut camera habitare quia moraliter loquēdo nō vacabit magno incōtinētiæ periculo, aut saltē iniquę suspicionis, & scandali nō levē ansā præbebit, de hac materia vide *Sanch. de matrim. tom. 2 lib. 7. disp. 39. n. 8.* Vide etiam quę diximus *ad cap. Episcopus, n. 8 supra dist. 77.* 2

In Glossa. Cuius meminit *Gregor. Lopes part. 1. titul. 6. l. 37 Glossa 3. ad medium*, adijciens, quòd licet clericus possit habere secum bonæ famæ consanguineam, quod ista non debet habere pedisequas. 3

CAP.

CAP. Legitur. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Quibus perſonis Gregorius hanc epiſtolam miſit.*

2 *Exemplo ſancti Auguſtini ſacerdotibus perſuadet Pontifex?*

1 IN textu. Miſit Gregorius Primus hãc epiſtolam Romano defenſori, Fantino defenſori, Sabino ſubdiacono, Adriano notario, Felici ſubdiacono, Sergio defenſori, Bonifacio defenſori, aparibus & ſex patronis, ut conſtat ex regiſtro epiſtolarũ in dictione 2. epiſtola 39. pervenerat autem ad Gregorium, quoſdam epiſcoporũ ſub prætextu quaſi ſolatij in una domo cum mulieribus converſari: hoc omnino iubet cõpeſcere, & de cætero eas illic nullo modo habitare exceptis eis, quas ſacrorum canonum cenſura permittit.

2 In text. ibi, Divus Auguſtinus. Qui noluit cũ ſorore cohabitare propter alias mulieres, quas ipſa ſecum habebat, & ita eius exemplo nititur Summus Pontifex alijs ſacerdotibus perſuadere, quòd ſic faciant: debemus enim abſcitis quandoq; abſtinere ſi illorũ occaſione ad illicita pervenitur: de materia noſtri textus vide *Abb. in c. 1. de cohabitatione clericarum, num. 4. & Greg. Lopes partita 1. tit. 6. l. 37. Gloſſa finali*, qui utrique noſtri textus meminere.

CAP. In omnibus. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Solus clericus ad ſolam mulierem non accedat.*

2 *Dictio, debeat, quid ſignificet? & n. 3.*

1 IN textu. Vult textus in præſenti quod clericus, ſit in omnibus circunſpectus, ita ut ſi velit religionis obſervans apparere, certis perſonis, & loco etiã non ſuſpecto loqui debet, nulla enim religio permittit quòd ſolus clericus ad ſolã mulierẽ accedat, imó religioſi debent omnem ſuſpicionem tollere, cum non ſolum, à malo, ſed etiã ab illius occaſione cavẽdum ſit, quam materiã latiſsime pertractat *Paul. Fuſc. de viſitatione lib. 2. cap. 15. num. 90.* qui noſtri textus meminit, & *num. 20. eodem cap.*

2 In text. ibi, Debeat. Quæ dictio importat neceſsitatẽ aliquid agendi, *l. prætor. ff. eãdem, l. 1. §. 1 ff. quod quiſque iuris, l. debitor 108. ff. verborum ſignificatione, l. in præceptis ff. hæredibus inſtituendis, & hanc conſ. 17. volumen inter conſilia Borchol.* adeoque verbum *Debeat*, importat neceſsitatẽ, ut licet verbum Poſsit, liberam denotet voluntatem *l. ſæpe ff. de officio præſidis, Bart. in l. nõ quadquid ff. de iudicijs* hoc tamen locũ non habet iuncta dictione *Debeat*, tunc enim ratione talis adiuncti ſignificatio illius verbi alteratur, & iſta verba ſimul iuncta, non voluntatem, ſed neceſsitatem præciſam ſignificat, ex multis probat *Selua ad.* & cõfirmat illic *Borchol. dicto conſ. 17. colum. 6.* pro ut illos refert *Aldovinus conſ. 40. num. 22. 23. & 24.* ubi latiſsimè materiam pertractat. *Alexand. conſ. 223. incipit. Viſis verbis nu. 4. lib. 2.* ſignificat etiã dicta *Debeat* formam *Marſil. conſ. 65 num. 6 & conſ. 117. num. 19. Socinus conſ. 37. num. 7. lib. 2. Berta conſ. 83. num. 1. lib. 1. in criminalibus. Aldovinus conſ. 20. num. 106. & conſ. 40. nu. 23.* Quod amplia in lege præcipiente per illam dictionem, tũc enim regulariter inducit præceptum, per quod contrafaciens incurrit peccatum mortale, *Gloſſam Clementinæ attendentes*, verbo, *Debeant, de ſtatu monachorum* per *textum in cap. oblata 57. de appellationibus. Calderinus conſ. 220. verſ. quinto probatur, de vita, & honeſtate clericorum.* Importat etiam verbanitatẽ, verbi gratia debet, ideſt poteſt *Gloſſa, in l. 3.* verbo, *Debet Cod. de pignoribus*, eleganter. *Cardinalis Tuſch. tom. 2. concl. 32. & 262. littera D.*

3 In fine textus, ibi, Eſſe ſimul. Nemo enim ſolus ſatis ſapit, & Phæniſis etiam ſententia eſt, Vir unus nemo cuncta deſpicit. Vnde profectum videri poteſt, aliud Græcorũ ueterus proverbium, Vir quidẽ unus, nullus eſt, & Salamon ille omnium mortalium ſapiẽtiſſimus in *eccleſiaſt. cap. 4.* clamat *Væ ſoli*, dixeratq; antea duos melius eſſe ſimul quam unum. cũ ſit integrum iudicium, quod multorum ſentẽtijs cõprobatur, quod etiã *Ariſtoteles lib. 3. Politic.* oſtendit cũ dicat non facile eſſe unũ diſcernere, de quo *Tiraq. de pœnis temperandis cauſa 51. n. 63.* ubi amplisime agit, & noſtri textus meminit.

CAP. Cum omnibus. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quas mulieres, exceptis conſanguineis poſsit clericus ſecum habere?*

2 *Dictio, In omnibus, quid importet?*

3 *Servi an possint contrahere inscijs dominis.*

4 *Sacrilegus quando amittat beneficium?*

1 IN textu, Concilium Carthaginense, limitans aliquantulum superiorum capitulorum decreta, in præsentiarum exponit quomodo facienda sit mulierum separatio, nam si isti sint in domo clerici cum illius matre, vel consanguineis à iure canonico permissis, ante ordinũ susceptionem, non sunt repellendæ, turpiùs, enim quis ejicitur, quã nõ admittitur, quod etiã probat *textus in cap. quemadmodum 35. de iure iurando.*

2 In principio text. ibi, In omnibus. Quæ dictio repetit omnia quæ præcedunt, exceptis his, quibus manifestè adversatur, tradit *Socinus Iunior lib. 1. cons. 83. Simon à Pratis de interpretatione ultim. volunt. solut. 1. fol. 170. numer. 140.* prout illos refert *Ioannes Petrus Bimius tom. 3. cons. 235. nu. 24.* ubi videbis.

3 In textu ad finem, ibi, Servis. Inde deducit *Turrestremata in nostro textu, num. 1.* quod servi possunt matrimonium copulari cũ ancillis aliorum invitis dominis, vel nescientibus, & est *D. Thom. in 4. dist. 36. quæst. unica art. 2.* eidem omnes sequuntur *Sanch. 2. tom. de matr. lib. 7. disp. 21. n. 3.* ad principium; facit *textus in c. 1. de coniugio servorum.*

4 In Glossa 2. Notat *Rebuffus in praxi 3. parte tituli de modis amittendi beneficia, nu. 56.* quod sacrilegus amittit beneficium suum per sententiam privationis, & nostræ Glossæ meminit, & quidẽ si sacrilegij enormitas attendatur, iustum sane est, hominẽ sacrilegum omni beneficio spoliari. Ratio est quia, pœna ordinaria sacrilegij capitalis est, ut constat ex *l. Sacrilegij, ff. ad legem Iuliam pecul. l. aut facta, §. locus, ff. de pœnis.* Deinde ex lege duodecima tabularũ apud bonos auctores receptũ est, antiquam esse omnium gentium cõsuetudinem, ut sacrilegi homines capite plecterentur, vel ex saxo præcipitarentur, vel acerbissima equulei pœna torquerentur, ut post *Calium lection. antiq. lib. 12. c. 13.* latè probat *Petrus Greg. Syntagm. iuris lib. 33. cap. 15. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 23.* Qui ostendunt equulei supplicium parricidis infligi solère. Cum igitur ecclesia ob insignem clementiã, & benignitatem, nullũ hominem pœna capitali soleat coercere, imò habeat gladium spiritualem, quo vivificat, non verò materialem, quo mortificat, ut habetur *cap. in verbis 33. quæstione 2 cap. Sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, cap. Archiepiscopus de raptorib.* hinc fit ut lex pœnæ capitalis, qua homo sacrilegus erat dignissimus, eundem puniat alia pœna minori, qualis est privatio beneficij.

CAP. Non oportet. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non habeant communia balnea cum mulieribus?*

2 *Dictio, Non, quamnam significationem habeat?*

1 IN textu. Per quem non solum clericis & alijs ministris verum omni populo christiano prohibetur omnino, ne cum mulieribus lavacra, & balnea cõmunia habeant, nam hoc etiam gentiles maximè, & reprehendebant, & comprehensos acerrimis pœnis puniebant, quibus non solum amissionẽ bonorum, verùm etiam infamiam irrogabant, ut probat textus in *fulcima Cod. de repudijs. textus in l. Athletas 4. ff. ijs qui notantur infamia,* notat *Glossa ultima in cap. omnis qui 24. q. 1.* Meminit etiã noster textus *Iacobus de graffijs in decisionib. aureis, cap. 9. num. 2. lib. 3. part. 2.*

2 In principio textus, ibi, Non. Quæ dictio contenta includit, & non contenta excludit, *l. cum ultro cod. non numerata pecunia l. ea § 1. Cod. de usur. l. 2. ff. In officioso testamento l. final Cod. de modo multarum. Socinus senior cons. 225. num. 1. vol. 2.* licet illum male citet *Ioannes Petrus Bimius 3. tom. cons. 298. num. 31.* cum ibi solum agat de dictione *dumtaxat.*

CAP. Archidiaconum. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quid sum. Pontif. ad episcopum Caralitanum scribat?*

2 *Dictio, Volumus, quid significet?*

3 *An hic canon sit lata, vel ferenda sententia?*

4 *Debet præcedere trina monitio, ut clericus excõmunicetur?*

1 IN textu, In quo Summus Pontifex ad Episcopum Caralitanum scribit, commendans ei, quòd si Archidiaconus

bonus ipſius diœceſis, qui iam, (ut audiverat) ab epiſcopo monitus fuerat, ne cum mulieribus cohabitaret, tertiæ illius monitioni, & increpationi parere noluerit per ſententiam ſacro ordine eum eſſe privatum promulget, cum non liceat clericis habere in domo extraneas mulieres, de quo vide *Cuiac. lib. 2. obſervat. iuris, cap. 29. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 27. num. 2. & 9.*

1 In textu ad finē, ibi, Volumus. Quod verbum inducit ius novum *Gloſſa 1. in Clementina finali, de electione Gloſſa finali in Clementina 1. de officio Vilarij. Stephanus Dois Pampilonenſis in indice iuris canonici tom. 4. part. 2. eodem* verbo, Significat etiam in diſpoſitione principis idem quod mandamus, præcipimus, quia cum dependeat id à ſola voluntate principis, id verbum actus perfectionem inducit, de quo *Alciatus in l. cunctos populos numer. 6. Cod. de ſum. Trinitate, & fide catholica Iacobus Spiegel. in lexic. iuriſcivilis in*, verbo, *Volumus pagina* 554. Vide etiam poſita ad *cap. placuit, num. 3. ſupra diſtinctione* 74.

3 In fine textus, ibi, Eſſe privatū. Controvertunt hic *Archiad Præpoſitus*, & Turrecremata utrum hic Canon ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, referuntque Hugonem aſſerentē eſſe latæ ſententiæ ſub conditione, ita ut ſi monitus de criminē obedire deſinat non ſit neceſſaria de novo alia ſentētia, ſed ex illa prius lata condemnetur. Contrariam tamen ſentētiam ſequuntur allegati ſupra, quæ mihi verior videtur.

4 In Gloſſa 3. Ait Gloſſa quòd debet præcedere trina monitio, ad hoc ut quis privetur ordinibus, de quo vide poſita ad *cap. ſi quiſpiam 22. nu. 2. ſupra hac eadem diſtinct.*

CAP. Quidam clerici. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Venundentur ab epiſcopo, quæ appetunt clericorum conſortia.*
2 *Intelligendus eſt textus de clerico ſacris initiato.*
3 *Loaiſa textum noſtrum aliter refert.*

1 IN textu. Concilium *Toletanum 4. decretis* ſuperiorum canonum inſiſtēs in noſtro textū, epiſcopis præcepit, ut mulieres extraneæ, vel ancillæ in clericorum conſortio demorantes, & auferantur, & venūdentur, clericis etiam pro tempore ad pœnitentiā peragendam relegatis, de quo apud Hiſpanos vide *l. 43. tit. 6. partita 1. & l. 1. tituł. 19. lib. 8. nova recopil. Gom. l. 80. Taur. nu. 21. & 22. Hyppoli. conſ. 84. num. 43. Clarus, §. final queſt. 37. Veri. quæro etiam. Aviles ad caput 47. Prætor.* verbo, *Clerigo Avend. de exequendis mand. part. 2. cap. 26. num. 7. Veſt. 3. concluſ. Peres l. 21. tit. 3. lib. 1. ordinam pag. 99. Salſedo ad Bernard. cap. 79. Gutier. pract. lib. 1. q. 6. nu. 5. & 11. Decianus tract. crimin. lib. 6. cap. 21.* laté *Thom. Valaſc. tom. 1. allegat. 34. & apud nos eſt ord. lib. 5. titul. 30. Cabed. 1. part. deciſ. 116.*

2 In principio textus, ibi, Clerici. Intellige de clerico ſacris ordinibus initiato. *Vide Aviles ad cap. 47. Prætorum*, verbo, *clerico, n. 3. Avend. ad cap. 26. part. 2. num. 11. Azevedo l. 1. num. 31. tit. 19. lib. 8. novæ recopilationis Thom. Valaſc. tom. 2. allegat 34. num. 6.*

3 In text. ad mediū, ibi, Relegatis. Aliàs religatis, ut refert. *Loiaſa Archiepiſcopus Toletanus in collectione concilliorum Hiſpaniæ, capit. 43. pagin.* 348.

CAP. Fœminas. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Cum clericis ſolum habitent mulieres quas neceſsitudo excuſat.*
2 *Verbum*, neceſsitudinem, *in quo ſenſu accipiatur?*

1 IN textu. Meminit noſtri textus *Soto de iuſtitia lib. 7 queſtione 6. articul. 1.* ad finem. Inquo Siricius Papa Himerio epiſcopo commendat, quòd in clericorum domibus eas tantum mulieres habitare patiatur, quas ius canonicum propter ſolas neceſsitudinum cauſas permiſit, circa quod vide poſita ad *cap. interdixit. 16. num. 1. ſupra diſtinct* 32. & quæ diximus in *Caradgo Epiſcoporum Portugalenſium part. 1. cap.* 10. *fol.* 105. Porrò de Siricio Papa vide quæ ſcripſimus *ad cap. quicunque 56. numer. 21. ſupra diſtinct. 50.*

2 In fine textus, ibi, Neceſsitudinum. Quod verbum ſumitur pro coniūctione, & propinquitate ſanguinis *l. hac autem 5. §. 1. ff. quibus ex cauſis* ubi *Gloſſa* verbo, *neceſsitudinem*. Neceſsitudo perſonarum *l. item pro patrona 2. ff. in ius vocati*, neceſsitudo affinitatis, *l. 9. ff. ſuſpecti tutoribus*. Neceſsitudo conſanguinitatis, *l. nō epiſtolis 13. C. probationib.* neceſsitudo ſanguinis, *l. impuberē 2. C. adoptionib.* Ponitur etiam ius pro neceſsitudine, ut cū dicimus, eſt mihi ius cognationis, vel affinitatis, ut in ſpecie

dicit *l. ult. ff. de iuſtitia, & iure.* Interdũ etiam neceſsitudo pro neceſsitate accipitur *l. non omnes 5. ibi, ſed ſi fuerit ultro reverſus non cum neceſsitudine, ff. de re militari. Cornel. Fronto de differentijs vocum* habet. Neceſsitudo vel ſanguinis, vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis. *Cicero lib. de Invent.* neceſsitudinem definit, *cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari, neque leniri poteſt.*

CAP. Clerici. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non accedant ad fœminarum domicilia, niſi ex iuſſione prælati?*
2 *Credendum eſt teſtibus deponentibus in favorem accuſati, licèt contrarij ſint digniores.*
3 *Idem erit in cauſis civilibus, & num. 4.*

1 IN textu. Collige ex illo, quod clerici, vel illi qui continentiæ voto adſtringuntur, nõ poſſunt ad videarũ, nec virginum accedere domicilia, niſi aut comitantibus alijs clericis, aut perſonis, & hoc ex licentia, & iuſsione epiſcopi, qui etiã ad huiuſmodi fœminas acceſſum licitè non poteſt habere, quin præſentes ſint clerici, vel chriſtiani morum, ac vitæ ſanctimonia præſtantes de quo vide latè *Iacobum de Graſſijs in deciſionibus aureis part. 2. lib. 3. cap. 9. per totum.*

2 In Gloſſa, ibi, Aliqui. Et ita ſi aliqui teſtes deponant aliquem commiſiſſe crimen, & aliqui teſtificentur non cõmiſiſſe, ſtandum erit dicto teſtium deponentium non deliquiſſe, quantumvis deponentes pro delicto digniores ſint, de quo *Paner. in cap. Cum P. num. 13. de accuſationibus Roland. lib. 2. conſ. 63. nu. 45. Roman. conſ. 241. num. 5.* dicit ſingularem *Curt. Iunior conſ. 151. num. 7. & num. 10. Hypolitus conſ. 132. colum. 2. verſ. & facit Gloſſa, num. 15. & ſingulari, 541.* latè *Tiraq. in l. ſi unquam in principio num. 46.* elegantiſsimè *Farinacius tom. 2. de teſtibus quæſt. 65. nu. 153.* ubi multos refert. Adde poſita ad *cap. ultim. num. 5. diſtin. 77.* Illud tamen hoc loco non relinquam indiſcuſſum. Quare potius ſit credendum teſtibus negantibus, quàm affirmantibus commiſſum ab aliquo crimen? Cuius dubij ſolutionẽ colligunt doctores ex *cap. ex litteris de probationibus*, ubi dicitur, quod iura ſunt promptiora ad abſolvendum quàm ad damnandum. *Covar. var. lib. 1, cap. 1. num. 2. verſ. quarto. Mexia in tract. taſſæ panis concluſ. 1. nu. 171. Anton. Menoch. Florent. deciſ. 36. num. 2. Cardin. Tuſcus tom. 1. lit. A. concl. 41. n. 2.* Hinc etiam fit, ut teſtibus deponentibus in rei favorem, magis credatur, quàm deponentibus in favorem actoris; ideoque data paritate teſtium hinc inde cõtradicentium, erit abſolvendus reus. Ita *Crot. de teſtibus part. 5. n. 369. Gabr. lib. 1, communium tit. de teſtibus concl. 4. nu. 44. Farin. in praxi crimin. quæſt. 65. num. 152. Menoch. de arbitrar. caſu 98. à princip. & de præſumption. lib. 2. præſũp. 91. Alciat. de præſ. reg. 3 præſ. 44. Cagnolus in l. favorabiliores, ff. de regulis iuris, & in regula, cum ſint partium, eodem tit in 6.*

Extenditur etiam reſolutio huius Gloſſæ, ut habeat locum in civilibus, ut docet *Alciatus de præſumptionibus regula 3. præſumptione 44. n. 7. Decius eiidem conſ. 448. numer. 36.* & omnino videndus *Decianus vol. 1. reſponſo 8. num. 42.* & ſequentibus. *Peres ad l. 1. titulo 3. ordin.* verſ. *teſtimonium*, itidẽ futilisimè *Farinacius tom. 2. de teſtibus, quæſt. 65. nu. 152.* & ſequentibus. 3

Pertinet etiam ad materiam Gloſſæ huius illa quæſtio, an debeat condemnari ille, contra quẽ denunciatum eſt, incidiſſe in ſtatutum, vel pœnam, ut ſi quis alleget, quòd in civitate ſtatutum, quod in talibus pratis non poſsint homines tenere beſtias ad paſcendum intra deſignatos terminos, ita ut in certa parte prati poſsint paſturari, in certa verò non: fuit quidam accuſatus, quod tenuerat beſtias in dictis pratis, non fuit dictum in accuſatione intra deſignatos terminos, & ſimpliciter fuit probatum, certum eſt, quod ex hoc non debet ſequi condemnatio, ut deducitur ex textu *in l. de pupillo, §. Qui nuntiat, ff. novi operis nuntiatione*, quia quando unum, & idem factum nõ eſt punibile in qualibet parte loci, debet exponi, & probari illa pars loci in qua factum eſt punibile, de quo eleganter per *Bart. in l non ſolum, §, Sed ut probari, num. 1. ff. novi operis nuntiatione.* 4

CAP. Reatum. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit reatus?*
2 *Vita ſuſtentanda, non in delitijs traducenda.*
3 *Quænam mulierum ſub nomine ſanctimonialium veniant?*
4 *Quæ dicantur oblatæ, & quæ profeſſæ?*
5 *Vtrũ liceat religioſis operari manibus.*
6 *Vtrum liceat laborioſo opere victum cõparare; & reditus annuos, vel ex induſtria privatim retinere?*

7 Fami-

7 *Familiaritas ſacrarum virginum cum viris exceranda.*

8 *Vtrum debeat hac familiaritas pœnis, & cenſuris interdici? & utrum incurrant excommunicationem, qui epiſtolas ſcribũt, & mittunt monialibus?*

1 IN textu, ibi, Reatum. Multipliciter accipi in Scriptura ſacra tradit *Magiſt. ſentent. in 2. diſt. 42. littera E.* ſcilicet, pro culpa, pro pœnâ, & pro obligatione pœnæ temporalis, vel æternæ, ubi plerique Theologi, apud quos ex originaria verbi ſignificatione, reatus dicitur obligatio nata ex peccato ad pœnam ſubeundam. Vnde *Navarr. in Manual. pralud. 7. num. 21.* vocat peccatum matrem reatus, reatum verò filium peccati, ſicut obligatio dicitur mater actionis, in *l. Lucè, §. Ea obligatio, ff. de procuratoribus*: & actio filia obligationis, iuxta *Gloſſam in rubric. inſtitut. de actionibus.* In quo ſenſu medium tenet locum inter culpam, & pœnam, & ideò transfertur ad ſignificanda extrema. Vt videre eſt in *Authent. de inceſtis nuptijs*, in principio, ubi *Iuſtinianus*, reatus nomine, pro pœnâ uſus eſt; & in *Gloſſa*, verbo, *ceſſante*, *cap. 1. de iuſmis, in 6.* pro delicto uſurpatur ex *l. 1. Cod. ubi ſenatores, vel clariſſimi.* Quanquam *Budæus*, illiberaliter aſpernatur Iurisconſultos in hac reatus acceptione, eorumq; nimio tribuit errori, quod pro crimine audiatur; & *Quintilian. lib. 8. inſtit.* vocabulum Ciceronis ætate incognitum; proximo tamen ſeculo imperante Auguſto à Meſſala primùm uſurpatum affirmat; & in eius opinione, & *Budæi in l. Si quis diutino, ff. de pœnis*, (nec refragatur *Navarr.* citatus) ponitur p ſtatu rei antequam criminis abſolvatur, vel dãnetur, cum ſordidis veſtibus, vultuq; ſqualidus, & indecorus, ut ad miſerationem moveat iudices, de ſalute litigat, & rerum ſuarum anxius ſatagit, quidquid revolvat *Accurſ.* ibi. Aliquãdo etiam in reatu eſſe dicuntur, qui vel carcere detinentur, vel honoris cauſa cuſtodiæ ſuæ, vel apparitoribus committuntur, vel vadimonio alterius obſtringuntur. Sic *Iuſtinus hiſtoricus lib. 4.* ait, *Revocato ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecunda Niceas, & Lamachus fecere.* Cæterum *Gregor. in cap. Si peccaſti, de panit. diſt. 1.* & *D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 1.* & ibi *Vaſq.* & *Valent.* cum *Suar. tom. 5. de pœnitent. varijs in locis*, & *lib. 7. de Gratia, cap. 14. num. 10.* & *Bellarmin. lib. de Purgat.* & paſſim omnes p obligatione accipiunt, quæ ſupponit culpam in eo qui reus eſt, & inde translata eſt ſignificatio pro quacunq; obligatione, ut eſt *textus in præſenti*. Hìc etiam adverte triplicem eſſe reatum pœnæ, triplici etiam peccato reſpondentem. Nam ut conſtat ex *D. Thom.* & alijs Theologis, *in materia de peccatis*, omne peccatum in genere triplex eſt. Primum dicitur originale. Secundum mortale. Tertium veniale. Quibus peccatis triplex etiam reſpondet reatus pœnę. Hanc tripartitam peccati ſpeciem tribus carminibus deſcripſit *Floretus in ſuo libro poetico.*

Omnia delicta à triplici ſunt nomine dicta,
Vnum eſt peccatum nobis ab origine natum.
Eſt grave mortale, alt levius fertur veniale.

Peccato originali reſpondet reatus pœnę dãni; qui enim cum ſolo peccato originali moriuntur, Deo frui non poſſunt. Peccato mortali reſpondet reatus pœnæ damni, & ſenſus, qui enim in mortali decedunt, æternis cruciatibus torquentur apud inferos. Tandem peccato veniali, ſolum debetur reatus pœnæ temporalis in Purgatorio, ut alibi diximus.

In textu, ibi, Suſtentandę vitę. 2

Notanter dicit *textus, ſuſtentanda vita*, non in delitijs, aut in abundantia traducendæ, ex his enim lubricam fieri ætatem admonendam Salvianam pietatis eſſe ducit *Hieronymus epiſt. 9.* ne inde ſibi, quid ſiniſtrum de ea ſuſpicari liceret, cum inter affluentiam rerum, corporisq; delitias paratas eſſe pudicitiæ inſidias non dubitaret. Deinde quia parſimonia, & frugalitas vitam ſervant incolumem, abundantia verò, & delitiæ viventem producunt mortem, iuxta illud *Apoſtol. 1. ad Timoth. 5.* mortua eſt, quæ in delitijs vivit. Vnde *Auguſtin. in Pſalm. 9. Mors*, inquit, *eſt ipſa lætitia in perfruendo*, dum quiſq; adipiſcitur, quod perditè concupivit, & *Theodoret. ad citatum Paulum*, ita ait. *Immodicæ lætitiæ mentem obtundunt, & efficiunt, ut anima in corpore, tanquam in ſepulchro iaceat*; quare Sophocles in Antigone de homine voluptatibus dedito eleganter dixit, *Virum non arbitror, ſed cadaver iudico*, ubi enim ſobrietas deeſt, ratio ceſpitat, intellectus obtunditur, conſilia deviant, iudicia ſubvertũtur, ut docuit *Beat. Iuſtinian. in ligno vitæ, cap. 3. de ſobrietate.* Quæ doctrina ſi omnibus conſentanea, maxime neceſſaria religioſis, quibus præcipit Paulus contentos eſſe, ſi habeant veſtimenta quibus tegantur, & panem quo veſcãtur, & *textus in præſenti*, quem quaſi præ oculis habebat Paula ſatis religioſa fœmina, in cuius epitaphio inter alias egregias laudes ponit *Hieronym. epiſt. 27. ad illius filiam Euſtochium*, quod excepto victu, & veſtitu nullam ſibi ſubiectarũ, quicquam habere patiebatur. Lege contentaneam adhunc locum *Clementin. ultimam, de ſtatu Monachorum*, & ibi *Gloſſam*, quæ ſingula ſingulis expendunt.

In textu, ibi, Sanctimoniales. 3

Harum nomine veniunt, tàm quæ ſolemni trium votorum profeſſione ſunt adſtrictæ,

quàm quæ nullis propriæ regulæ legibus alligantur. Quapropter ſciendum eſt, in veteri olim Eccleſia moris eſſe, eligi mulieres quaſdam, quæ pauperibus infirmis, & peregrinis, præſertim fœminis inſervirent, honeſtatis cauſa; cuiusmodi ſunt, quæ nunc in Xenodochijs decumbentium, & morbo laborantium curam gerunt, miniſteria pietatis exercent, & quia ſtipendijs Eccleſiæ alebantur, & adinvicem electarum mulierum miniſterio addicebantur; fortaſſis fuit in cauſa, quòd diaconiſſæ appellarentur, ad imitationem earum, quæ ad oſtium Tabernaculi excubabant, *Exod.* 38. & miniſtræ vocabantur, ſub qua voce earum meminit *Plinius* 2. *lib.* 10. *epiſtol.* Sexagenaria item præficiebatur reliquis non intra ſepta alicuius monaſterij, ſed in propriis domibus; ſi quæ verò ad ſecunda connubia devolaret, ſtipite eccleſiaſtica indigna putabatur. De his fit mentiò 1. *ad Timoth.* 3. & 5. & *in Concil. Chalcedonenſ. Can.* 14. relato à *Gratiano*, 27. *q.* 1. & quanvis diaconiſſæ dicerentur, nunquam inter religioſas conſecratas referebantur, & pro laicis habebantur, ex *Concil. Nicæn. Can.* 19. Hoc genus mulierum diù vixit in Eccleſia orientali, abolitum tamen eſt, ut patet ex *Concil. Arauſican. in Can.* 26. & ex *Concil. Epaunen. in cap.* 21. Adi *D. Thom.* & *fr. Ludovicum de Sotomajor, ad epiſt.* 1. *ad Timoth.* 3. & 5. ubi plura de hac re, laborioſa eruditione cumulat.

4 Alia eſt fœminarum ſeries, quæ oblatæ dicuntur, conventualiter viventes, eundem vitæ modum retinentes, eodem veſtitus genere utentes, & uni tanquam capiti ſubiectæ, in idē oratorium ad pſallendum, & in eundem locum ad edendum convenientes, non emittunt tamen trium votorum profeſſionem, & propterea non teneri ad clauſuram, cenſuit *Navarr. lib.* 3. *conſil.* 81. & 82. *de regularibus*, quæ nomine Turrisnovæ, ſeu Speculorum in Vrbe nuncupantur, & communi appellatione dicuntur, *oblatæ*, quia ſe ſuaq; cum viris ſuis (inveniuntur pleræq; nuptæ in hoſpitalibus) monaſterijs obtulerunt. Illic vivendi modus licet habeatur pro licito (ut in pluribus domicilijs, quæ vocantur recollectiones pro maiori fœminarum decore ſervando apud Vlyſſipponem nobiliſſimum totius orbis emporium, & pietatis non magiſtram, ſed præ omnibus ab Vrbe Roma edoctam, & alumnam) non tamen pro regula, cum hoc longè diſſet ab illo, iuxta *Gloſſam* receptam in *Clement. Cum ea, de ſentent. excommunicat.* & in *Clement. 2. de religioſis domibus.* In Germania item, & Flandria refert *Azor.* citandus, mulieres quaſdam eſſe ſimul congregatas adinſtar Canonicorum regularium, quæ divinas laudes, & preces recitare, & cantare ſolent, nulla appellatæ Canonicæ regulares, nec ſunt profeſſæ, ac proinde nulla lege clauſuram ſervare coguntur; præeſt una cæteris, quæ abbatiſſa, aut priorilla vocatur, & non ſolum in alias canonicas, ſed etiam in clericos aliquando iuriſdictionem habet, eoquod ſint illius auctoritate eccleſijs, ſive capellis collegio canonicarum ſubiectis præfectæ, ut colligitur ex *cap. Dilectæ, de maiorit. & obedient.* & de his mulieribus docet Gloſſa, intelligi id, quod dicitur in *cap. Quicunq;*, 12. *q.* 5. ad finem, ubi inſinuatur ex *Concil. Triburienſ.* ſanctimoniales proprium habere, de quo teſtari queant. Vide *Azor. tom.* 1. *inſtitut. lib.* 13. *cap.* 9. Sunt, & aliæ mulierum familiæ, quæ ſub diverſis regulis vitam tranſigunt, & trium votorum profeſſione obligantur, & cæteris iuris canonici legibus, & clauſuræ quaſi compede obſtringuntur, quæ verè, ac propriè monialium nomen, & rationem ſibi vendicant, de quibus loquitur *cap. Monaſteria*, 8. *de vita, & honeſtate clericorum*; & de his inquirendum venit.

In Gloſſa, ibi, Aliquas operas facere. 5 Vtrum liceat religioſis operari manibus? Et utrum liceat laborare eas pro victu? De prima quæſtione ſit concluſio, fœminis religioſis licitum eſt manibus operari. Hæc aſſertio eſt contra Meſſalianos, ſivè Euchitas, apud *Epiphan. hæreſ.* 80. & alios hæreticos in *hiſtor. tripart. lib.* 7. *cap.* 10. qui etiam apud Carthaginem, teſte *Auguſt. lib.* 3. *retract. cap.* 21. aſſerebat religioſis non licere manuum laborem exercere, uti probroſum. Sed ut probetur concluſio, ſciendum eſt quod labor, vel impenditur exercitij cauſa, vel ut inde victus quæratur. In ſecundo ſenſu infrà erit ſecunda concluſio; in primo vero propoſita, ſic ſtabilitur, quia *Apoſtol.* 1. *ad Theſſal.* 4. ait; *Operamini manibus veſtris*, & *Epiphan. citat. hæreſ.* 78. & *Hieronym. epiſtol.* 4. *ad Ruſticum. Auguſt. de moribus Eccleſiæ, cap.* 31. *Caſſian. lib.* 2. *cap.* 3. & *lib.* 3. *cap.* 2. *de inſtitutis cœnobiorum*, docet omnia monaſteria bene inſtituta ſecundùm Apoſtoli legem, debere manibus laborare; unde deductum videmus monialium omnium collegia unam certam domum habere, quam vulgò vocant, *caſa de labor*, ubi operas aliquas faciant; & hæc conſuetudo valde laudabilis eſt, ut multorum ulcerum cauſæ, quæ de radice otioſitatis emergunt, uno operationis ſalutari exercitio curari poſſint, & cæteræ ægræ palitudines eodem ceſpite pullulantes protinus extinguantur. Vnde *B. Iuſtinian. citat.* conſuluit, ſemper aliquid agendum, ne mens diſtracta per deſideriorum campos, ſuis capiatur concupiſcentijs, teſtante ſacro eloquio *Proverb.* 21. *Deſideria occidunt pigrum.* Magno tamen quælibet moderaminè præeſſe debet, ne plus iuſto labore exerceatur, quia dum per inordinatum affligitur corpus, ad orationem enervatur, minusq; Dei contemplationi ſufficiens ſit,

& dum

5 de dam intentia vinorum per labores ſuffocare teſtatur, ſi ipſam perimat, chorda enim in cythara ſi minus tenditur non ſonat, ſi amplius rumpitur ſonat. Ex Scholaſticis, vide *D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. Bonavent. in apolog. paup. Richard. in 3. de religione, lib. 8. ſup. 8. Anton. 12.*

6 Secunda concluſio. Sanctimonialeo poſſunt operas aliquas facere, ut indè ſibi victum quærant, & probatur ex *D. Paulo ad Epheſ. 4.* inquit enim, *Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, & nos ad ea quæ nobis opus erant, & his, qui mecum ſunt miniſtrare manus iſtæ*, & ſi aliquando reprehenditur ſolicitudo quærendi cibum proprio labore, de immoderata, & ſuperflua intelligendum eſt, aut de intempeſtiva, nam providentia parandi neceſſaria pro futuro tempore laudanda eſt, alioqui peccaret Ioſeph, *Geneſ. 41.* qui recondidit frumenta pro futura ſterilitate. Tandem in *1. epiſt. ad Theſſalon. 4.* præcipitur, ut honeſtè ambulent religioſæ familiæ, ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſiderent. Sed prohdolor totis hic invertitur ordo. Lege *Bellarmin. de monachis, lib. 2. cap. 41. 42 43. & 44.* an verò monialibus particularibus liceat habere redditus annuos ſibi aſſignatos à parentibus, propinquis, & amicis ad uſum vitæ neceſſarios, nec non res emptas eaque privata induſtria, & labore comparatas? Lege *Azor. lib. 12. cap. 9. q. 2. & 7. & Vaſq. in opuſcul. de reddit. eccleſiaſt. cap. 3. dub. 15. num. 11. Gregor. Lop. tit. 7. partit. 1. Calderin. in cap. 2. de regular. Navarr. Comment. 2. de regularib. num. 18. verſ. Ad quartum*, & denique, ſequitur *Graſſius 2. part. decis. lib. 13. cap. 5. num. 53. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. q. 125. art. 4. & tom. 3. q. 29. art. 10. Sà*, verbo, *Religio, num. 48. Miranda in ſuo manuali, tom. 2. q. 28. art. 8. & Suar. tom. 3. de religion. lib. 8. cap. 19. num. 12. 13. & 14.* Vtrunq; ex licentia ſuperioris licitum eſſe affirmantes, quæ verò licentia ſufficiat, ipſos conſule, & *Roccium Collect. decis. part. 3. collectan. 519. fr. Ioan. de Cruce, de ſtatu religion. lib. 2. cap. 3.*

7 In Gloſſa, ibi, Per talem familiaritatem. Collige hinc execrandam ſacrarum mulierum familiaritatem, & ex *cap. citato, Monaſteria, de vita, & honeſtate clericorum*, ubi frequentans monaſteria, & monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt deponitur; ſi laicus excommunicatur; & ex *Concil. Hiſpalenſi 2. Can. 11.* in quo magna commendatur cautela ſervanda ab iis etiam monachis probatiſſimis, quibus cura erat providere, & intendere ſuper prædiorum ruſtica, vel urbana, aut fabricas extruere, nec uſq; ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum, & ſi extrà eam, quæ præeſt, alloquendū foret ad inſtitutionem morum, ſub teſtimonio duarum, vel trium ſororum, rarò, & brevis eſſe omnino locutio, ut ſint Chriſti famulæ pro animarum ſuarum utilitate ſolicitæ, ſolis divinis cultibus, & ſermonibus intereſſent, operibus pietatis, & non iniquitatis interviſent, ut ergo aliquis permittatur ad monialium cœtus monaſterij accedere, vel cum illis miſcere colloquia, legitima cauſa opus eſt, ut optimè adnotavit *Illuſtriſſimus Ludovicus Miranda in manuali prælat. tom. 2. tract. de ſtatu monial. q. 9. art. 1. conſult. 2.* Neque rudi confangoinitatis ſufficions eſt. *Zerola in praxi part. 1. verbo, Miniſter, §. 7. verſ. Circa ſecundum. Stephan. Gratiani diſceptat. forenſ. cap. 393. num. 19.* cum ſequent. Quamobrem ſacræ Deo Virgines ab omni hominum aſpectu, nedicam colloquio debent abhorrere, probat locupletiſſimum teſtimonium *D. Leandri in lib. de inſtitut. virg. cap. 2.* quem refert *Garcia Loyſa, ad ſuarum Concil. Hiſpalenſ.* dotentis virginem Chriſti his verbis: *Atque ita quaſi fuga virum ſeglas ſeror ta pudica, ſi tuæ ſolicitæ famulæ ſubli dentaſſe. Quiſquam virili ſanctius, nullam iterum gerat familiaritatem, ne vitæ ingenium, aut infamitur atrociſſ. ſanctitas, aut pereat, aut deſidat à charitate proximi, quæ ſi malum non agit, opinioni tamen peſſimæ famam nutrit.* Vnde emergit quæſtio.

8 An debeat prohiberi familiaritas monialium cum viris ſub interminatione pœnarum, & cenſuræ? Reſpondeo affirmative, quinimò neceſſariam iudico prohibitionem, ut illius Angelici ſtatus puritas conſervetur. Primam partem roborat regium decretum, quo ſæcularibus interdicitur ancillarum Chriſti affatus. Secundam verò probat textus illuſtris, in *cap. Monaſteria, 8. de vita, & honeſtate clericorum.* De quo inter alios *Quarranta in ſumma Bullarij*, verbo, *Monaſteria monialium, pag. 453. in noviſſima editione. Campanil. in diverſor. iuris, rubr. 12. cap. 16. num. 43.* Duplex tamen hoc loco inſurgit quæſtio, neque contēnenda. Prima inquirit, Vtrum qui ſcribit litteras alicui moniali, illasq; ad eam mittit, incidat in cenſuram fulminatam adverſus adeuntes monaſteria monialiū? Reſpondeo negativè, cum *Aloyſio Riccio in praxi aurea, reſolut. 65. per totam. Barboſa de officio & poteſt. epiſcop. part. 3. allegatione 102. num. 78.* apud quem validiſſimas vide rationes, neque enim modo otium eſt illas huc tranſcribere. Secunda quæſtio petit, Vtrum incurrat excommunicationem, qui ſub illius pœna prohibitus eſt, ne ad monialem ſcribat, ſi tamen ſcribendo, epiſtola non pervenit ad illam? Negat *Navarr. conſil. lib. 5. de ſentent. excōmunicationis, conſil. 19.* ex illo cōmuni pronuntiato, *verba cum effectu intelligenda ſunt, in l. 1. §. Hæc autem verba. ff. quod quiſq; iuris*, & ex *cap. Hæc verba, de pœnitent. diſtinct. 1.* & quamvis traditio epiſtolæ ſit effectus extrinſecus, tamen eſt intentus à legislatore, de cuius

mente

cinant cõstare tacitè, vel expressè, se hac prohibitione velle remissio epistolæ nocuat, ergo non sufficit, quòd mittatur, si non perveniat ad quam mittebatur, etenim si prohibeatur ne mittatur epistola, & confirmatur ex *lasi Balsamonem, Gul. de sideribus, quæ habet*, pœnitentem invenire, datione non satisfacere, nisi eum capiat, & iubeat exhibeat, & ex *diuersis* ibi allatis, quod si quis invenit Baptistam, vel aliquem alium cum amisit, nisi capita, non satisfaciat promissioni eos inveniendi, quia ex monte stantem id voluisse significare præsumitur. Sed si prædicta epistola saltem ex relatione personarum fide dignarum perveniat? Dicendum videtur ex mente *Nauarri citati*, tardè in excommunicationem incidisse, quia effectus interinsecus, qui est missio, licèt non fuerit effectus exterinsecum, qui est traditio propriæ epistolæ, tamen nocumento, quod cavebatur per missionem epistolæ, non sit obviã, quare dici potest ibi intervenire effectum interinsecum, & extrinsecum prohibitum; sed oppositum probabilius apparet, quia relatio non est idem, quod traditio epistolæ requisita, ut effectus completus indicetur.

CAP. Viduæ. ultimum.

SVMMARIVM.

1 *Quæ viduæ stipendijs Ecclesiæ sustentandæ?*
2 *Quenam requiratur assiduitas in oratione, & reliquis operibus bonis?*
3 *Quid sit Ecclesia, & eius nomine veniat?*
4 *Vtrum non baptisati, & catechumeni pertineant ad Ecclesiam?*
5 *Hæretici non sunt membra Ecclesiæ?*
6 *Schismatici vtrum sint Ecclesiæ membra?*
7 *Vtrum excõmunicati sint ecclesiæ membra?*
8 *Vtrum detur cõmunicatio bonorum operum inter fideles?*
9 *Vtrum fideles satisfacere, & iuuare se se possint suffragijs?*
10 *An pro excommunicatis, hæreticis, & schismaticis orare liceat?*
11 *Vtrum liceat orare pro Sanctis, Christo Domino, & Deo?*
12 *Vtrum liceat orare pro defunctis in Purgatorio, & apud Inferos?*

1 IN text. ibi, Viduæ. Nec minus sexagenta annorum sit, iuxta Pauli doctrinam, 1. *ad Timoth. 5.* per manus traditum Ecclesiæ adolescentiores enim, quæ adhuc sunt in florenti ætate & *labore* (inquit laudatus *Theodor.*) *cibum sibi quærere possunt*, quæ verò sunt maturæ ætatis & infirmæ corporis, facultatibus, & cæteris destitutæ, nec ipsæ Ecclesiæ opibus sustentari debent. Ipsæ quippe quæ in lege veteri, & Levitæ in templo ministrare, & milites in bello militare dari fiscant, ut adnotat *Hugo in lib. quæst. Hebraic. in Paralip.* Deinde cùm experientia cõpertum est, mulieres quo maturiores sunt ætatis, eò esse cordatiores, & prudentiores, atque ad pietatem, religionem, & cultum Dei promptiores, ex Platone *in somnio*, tunc enim sapere mentis oculus acutè incipit cernere, cùm primum oculus corporis defloreſcit. Nemini tamen, iubet Paulus adolescentiam contemnere, quia *viduitatis merita, si stipendia sunt famis*, dixit *Ambr. lib. de viduis*, & illa utique præstantior, & præclarior, quæ calorem adolescentiæ, & iunioris fervescentem edomat ætatem.

2 In textu, ibi, Assiduæ. Ne colligas hinc ad continuationem, sine ulla penitus interruptione, & orationis, & pietatis operum obligari eos, qui se se divinis manciparunt obsequijs. Est enim error, quem refert *Augustin. hæres. 57.* & *Epiphan. hæres. 80.* contrarius rationi naturali, & superat humanas vires, secundum cõmunem gratiam, quæ actionibus naturalibus somni, cibi, & quietis, vitæ necessarijs tempus, nec de præcepto; nec de cõsilio interdicit. Quapropter in eo sensu accipienda est vox, ita ut *assiduæ*, in Dei opere, & oratione esse dicantur illæ, quæ congruis, & debitis temporibus, quanvis interpollatis, aliquod pietatis munus exercent; iuxta *cap. 1. de restitut. spoliator. lib. 6.* Si autem aliquando dixit Christus. *Oportet semper orare, & non deficere*, & *Paulus ad Thessalon. 5. Sine intermissione orate*, Respondent *Glossa ibi*, & *Origines*, ideò semper orandum, quatenus à bene operando nunquam desistendum sit; semper enim orat, qui benè semper agit: quo tendit *D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13.* dicens, ideo semper orandum, quatenus nunquam ob orationis causa cessandum; sequitur *Gerson. citat. ab Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 34. q. 1.* Verum, mens Christi Domini, & Apostoli est, monere nos, ut frequenter, & crebrò Deum precemur, ne si longo temporis intervallo ab oratione vacemus, hostis insidijs capiamur. Attendendus tamen est finis, ita ut pro illius varietate brevis, aut longa sit, & pium excitet affectum, nec tamen tædio assiduitatis animus langueſcat. Videntur omnino *Sanctus tom. 2. de religion. lib. 1. cap. 26.*

cap. 26. & lib. 2. cap. 5. & tom. 3. iisdem, de religa lib. 8. cap. 8. num. 7.

3 **In textu ibi, Eccleſiam.** Variaſ eſſe huius nominis acceptiones, patet tam ex ſupradictis ad *cap. 1. num. 3. diſt. 65.* quam ex proximè dicendis. Quo circa notandum eſt, Eccleſiam dici à verbo Græco, quod ſignificat, *evocare*; unde pro ſignificatu habet evocationem, ſeu cœtum vocatorum, ad hanc enim quotquot veniunt, Dei vocatione vocati veniunt, & nullus proprio inſtinctu adiungitur congregationi Salvatoris, & ideo Eccleſia, idem eſt, quod congregatio fidelium. *Gloſſa 2. in cap. Cum clericis, 19. de verborum ſignificat. Gloſſa final. in cap. final. Ne prælati vices ſuas.* Sumitur autem in Scriptura ſacra aliquando pro ſola congregatione bonorum, *Pſalm. 88.* Eccleſia Sanctorum, aliquando verò pro cœtu malignantium, *Pſalm. 25.* aliquando etiam ſignificat locum, in quo congregantur fideles, aliquando prælatis *Matth. 18.* Eccleſia interdum pro particularibus fidelium congregationibus in *Apocal. 1. 2. 3. in epiſt. ad Romanos, 16.* Notat tamen *Auguſt. in Pſalm. 81.* Eccleſiam novi Teſtamenti non appellari Synagogam, ſicut vocabatur Eccleſia veteris Teſtamenti, ad indicandam legis gratiæ perfectionem. Lege *Bellarmin. tom. 1. controverſ. diſput. 4. generali. & lib. 3. & 4. de Eccleſia, & lib. 3. cap. 5. Aloyſ. Turrian. tom. 1. num. 22. diſp. 4. dub. 1. Suar. de fide, diſp. 9. ſect. 1.* ubi allegat pro multis aliis de ſignificatione Eccleſiæ, *cap. Firmiter, in Concil. Lateranenſ. & cap. Eccleſia, ex Nicolao I. de conſecrat. diſt. 1. & Iulij I. in decretis*, quæ refert *Brucard. lib. 3. à principio. Correan. de immunitat. 1. part. num. 7. 8. & 9.* Ex quibus colliges eccleſiam eſſe corpus quoddam morale, cuius membra ſunt homines, & Angeli, caput autem eſt Chriſtus, qui ſanguine ſuo fecit utrãq; unam; triumphantem ſcilicet, & militantem; illam inviſibilem, hanc viſibilem. Sed explicandum ſupereſt, quæ conditiones requirantur, ut homines ſint membra huius viſibilis, quod breviter expedietur. Omiſſis igitur erroribus aſſerentium ſolos prædeſtinatos eſſe mẽ-
C1 bra Eccleſiæ, ex *Concil. Conſtanſienſ. ſeſſ. 14.* aut ſolos perfectos nullum habentes peccatum, ex *Auguſt. de hæreſ. cap. 88.* & ex *Bellarm. in citato lib. 3. in cap. 2. & 8.* aut ſolùm nunquam lapſos circa fidem, ex *Cypriah. lib. 4 epiſtol. 2. & Auguſt. ſup. 59.*

4 Dico 1. Infideles non baptiſatos, non pertinere ad Eccleſiam, iuxta illud *Paul. 1. Corinth. 5. Quid mihi de his, qui foris ſunt iudicare.* Probatur, Eccleſia eſt corpus Chriſti, quod debet ei, ut capiti eſſe coniunctum, coniungitur autem fide, per quam ipſe in cordibus noſtris inhabitat, ut rectè docuit *D. Thom. 2. 2. q. 1. art 9. ad 3.* ergo non baptiſati ſunt extra Eccleſiam. De catechumenis difficultas eſt, an inter Eccleſiæ membra ſint numerandi? Quia dicitur ad *Epheſ. 4.* unum corpus, unus ſpiritus, una fides, unum baptiſma. Vnde Eugenius IV. in *Concil. Florent.* vocat baptiſmum ſpiritualem ianuam: per ipſum enim ait, membra Chriſti, & de corpore efficimur Eccleſiæ, & idem ſentire videntur Patres ad *diſt. 4. de conſecratione, & Rabanus lib. 1. de inſtitut. clericorum, cap. 1. Bellarmin. lib. 3. de Eccleſ. cap. 3. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 20. q. 5. Turrecremat. lib. 1. cap. 8. ad 8. Cano lib 4. de locis, cap. 2.* verſ. *At Papa, & cap. ult. ad 12. & Aloyſ. Turrian. citatus.* Cæterum *Suar.* citata, *diſput. 9. ſect. 1. num. 18. & Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. cap. 8.* Oppoſitum ſentiunt, ex *cap. Veniens, de preſbytero non baptiſato*, ubi dicitur non tantum per ſacramenta, ſed per fidei Sacramentum effici quempiam membrum Chriſti, & conſequenter Eccleſiæ, non enim ſunt diverſa. Deinde, quia extra Eccleſiam non eſt ſalus, ex *Concil. Lateran. in cap. Firmiter*, ſed catechumeni ſalvari poſſunt: ergo ſunt membra Eccleſiæ. Ita *Auguſt. in cit. 4. in Ioann. & lib. 4. de Bapt. cap. 22. & Dionyſius de eccleſiaſt. Hierarch. ſub finem, cap. 6.* Ad fundamenta in contrarium fatentur, unum eſſe baptiſmum, eundemq; ianuam, ſed in re, vel in voto. Vel dic, loqui de membris, prout habent ius requirendi ſibi miniſteria Sacramentorum, vel alias actiones, quæ exterioribus menſurantur.

Dico 2. Hæretici ſimpliciter, non ſunt 5
membra Eccleſiæ. Ita *D. Thom. 3. part. quæſt. 8. art. 3. Paluden. de poteſt. Eccleſiæ. Antonin. 3. part. tit. 22. §. 3. Sylveſt.* verbo, *Papa. Turrecrem. libr. cap. 6. & lib. 4. 2. part. cap. 20. Vict. de poteſt. Eccleſ. init. num. 6. Can. lib. 4. de locis, cap. 2. Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 2. Valent. citato, §. 14.* verſ. *Hæretici autem. Bellarm. citato, lib. 3. cap. 4. & Suar. citat. diſp. 9. de fide, ſect. 1. nu. 21.* & probatur ex Conciliis, in quibus dicitur hæreticos poſſe recipi ab Eccleſia, ſub certis conditionibus. *Niceno in cap. 8. & 19. & Xiſtus Papa in epiſtol. 1. decretali, & Felix I.* dicunt hæreticos foris eſſe, & cum convertuntur redire ad Eccleſiam; & ex *cap. Firmiter, de ſumma Trinit.* ubi dicitur ſimpliciter Eccleſia fidelium congregatio. Probatur ratione, quia non vivunt vita fidei, & charitatis totius corporis myſtici, nec habent à capite, & corde motum vitæ, quem ingiter dirivat Chriſtus in ſua membra. Quod verò Eccleſia poſſit eos punire ratione ſuſcepti baptiſmi, probat eos pertinere ad iuriſdictionem Eccleſiæ.

Dico 3. Schiſmatici non hæretici, ſunt 6
membra Eccleſiæ. Ita *Caſtro lib. 2. de iuſt. hæret. punit. cap. 24. & Valent. citat. diſp. 3. q. 15. §. 3. & §. 14. & Suar. de fide, diſp. 9. ſect. 1. num. 14.* & definit *Nicolaus in cap. Eccleſia, de conſecrat. diſt. 1. & Innocent.* dum dicit, *in cap. Firmiter, citato.* Eccleſiam eſſe congregationem fidelium, ſed hi ſchiſma-

ſchismatici veram tenent fidem, etiam ſi aliàs Pontifici Romano nolint obedire. Si quando verò Patres, & Pelag. 10 *cap. Pudenda*, & *cap. Nimis*, 24. q. 1. innuere videntur, ſchismaticos non eſſe membra Eccleſiæ, intelligendi ſunt de ſchismaticis hæreticis, vel ſaltem intendunt hos ſchismaticos eſſe extra gubernationem Eccleſiæ, quia illi obedire noluit. Sic *Alexius Turrian.* contra *Biller 2. 2. quæſt. 1. art. 10. dub. 2. §. 7.* & *Bellarmin. lib. 3. de Eccleſia, cap. 5.* & *6. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 20. q. 4. Michael de Anan. tom. 3. tract. part. 2. cap. 7.*

7 Dico 4. Excommunicati licèt ſint extra Eccleſiam aliqua ratione, ſunt tamen membra illius. Probatur ex *Augull. lib. contra Donatum, cap. 20.* dicente, non ſeparamus à populo Dei, quos degradando, vel excommunicando punimus. Deinde ratione confirmatur, quia illi uniuntur Chriſto per fidem, & ſubijciuntur exteriùs gubernationi Eccleſiæ Paſtoris. Aliàs diceremus epiſcopum excommunicatum, non eſſe epiſcopum, eò quòd Eccleſiæ membrum non eſſet, quod eſt abſurdum; & quanvis in Catechiſmo Romano in explicatione ſymboli, excõmunicati tanquam ethnici, qui non ſunt in Eccleſia habeantur; & in *cap. Canonica, 11. q. 3.* dicantur à gremio Sanctæ matris Eccleſiæ, & totius chriſtianitatis conſortio eliminarij, non tamen intelligi debent, quod membra penitus reſcindantur, ſed à conſortio eliminentur, veluti ſi quis poſſit fraudare manum, vel pedem alimento, & influxu aliorum membrorũ, non ob id pars ea, membrum non eſſet. Hæc eſt *Turrian. citati*, & *Suar. citata, diſp. 9. ſect. 1.*

2 Inſuper 4. Pro quibus omnibus percontari licebit, an orare debeamus? Cui quæſtioni in ſequentibus fiet ſatis.

8 In textu, ibi, Adiuvent. Collige ex textu, dari inter fideles communicationem aliquam bonorum operum, quibus poſſint alij, alios iuvare; id enim ſatis apertè in ſymbolo confitemur, in articulo de ſanctorum communione. Nam ſumus eiuſdem corporis membra, teſte *Paulo, 1. ad Corinth. 12.* & ad *Epheſ. 4.* Sicut autem in eodem corpore humano, unum, quodq; membrum, non in ſuam tantùm, ſed in aliorum etiam utilitatem operatur, ita in myſtico Eccleſiæ corpore, membra quæ viva ſunt, & utiliter operari poſſunt, non ſolùm ſibi mereri, ſed etiam aliis auxilium præſtare poſſunt. Confirmatur D. *Iacobus in cap. 5. Orate pro invicem, ut ſalvemini*, & *Apoſtolus ad Rom. 15. Obſecro vos fratres, ut adiuveris me in orationibus pro me ad Deum.* Quæ omnia generatim dicta, ita ſunt aperta, inquit *Suar.* citandus, ut hæretici contradicere non audeant.

9 Rogabis igitur, Vtrum fideles poſſint pro alijs ſatisfacere, & ſeſe mutuo iuvare, quoad remiſſionem pœnæ peccatis debitæ? Nam de ſatisfactione pro culpa, alibi diſputant Theologi, quorum ſanctus proprium eſt. Ad quæſtionem reſpondeo affirmative, contra *Vitleph.* & *Lutheranos* apud *Valdenſem tom. 3. de Sacramentis, lib. 2. cap. 99. uſq; ad 100.* & apud *Suar. tom. 3. de pœnitent. diſp. 48. ſect. 1. num. 1.* & probatur concluſio ex *Paulo ad Coloſſ. in cap. 1. dicentis, Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, cuius factus ſum ego miniſter ſecundum diſpenſationem Dei.* Locus hic obſcurus, & præ omnibus efficax, in quo Paulus ſupponit pœnas Chriſti in perſona propria fuiſſe ſufficientes ad remiſſionem peccatorum omnium, tàm quoad culpas, quàm quoad pœnas, ſed ut in nobis habeant effectũ, & efficaciam, adhuc illis deerat applicatio, circa quam laborabat Paulus, ut nimirum, & omnes reliqui ſancti. Hunc ſenſum inſinuat *D. Gregor. 2. Reg. in cap. 9.* ſequitur *Bellarm. lib. 1. de indulg. cap. 3.* vel ſi dicamus, loqui Paulum de paſſionibus, quas paſſus eſt in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia; & quanvis pœnæ Chriſti ſatis eſſent; tamen quia ad maiorem perfectionem decrevit Deus, ut pateretur Chriſtus in membris, & ad charitatis communicationem voluit ſanctorum ſatisfactiones ſuis coniugi, & alijs prodeſſe. Ita *D. Thom. ad locum Paul. lect. 6.* ex quibus patet, quod per ſufferentiam paſſionum ſit magnum Eccleſiæ, ſeu membris eius iuvamen; ſed nullum unibus eſt, quàm pro ſatisfactione pœnarum: ergo illud concedendum eſt. Nec ratio ulla convincere poteſt, quominus adhuc eſſectum fideles ſe ſe iuvare poſſint ſuffragijs, ſi ad alios eſſectus ſe ſe mutuo iuvent. Hæc eſt *D. Thom. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 2. q. 3. & diſt. 45. q. 2. art. 1. & 3. contra gentes, cap. 15. Navarr. tract. de indulg. notabili 13.* per totum. & *notabili 22. num. 8. & 19. Covar. in cap. Alma mater, 1. p. §. 4. num. 7. Turrecremat. in cap. Menſuram*, & in *cap. Quis aliquando, §. In Levitico, num. 13. de pœnitent. diſt. 1. Cabet. tom. 1. apoſtol. tract. 16. q. 1. & 5. Sot. diſt. 19. q. 2. art. 4. & lib. 3. de natura, & grat. cap. 6.* & *Suar. citato loco, de pœnit.*

10 An verò pro excommunicatis, ſchiſmaticis, hæreticis? &c. Reſpondet *Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 9. ſect. 2.* & *Reginald. lib. 31. num. 9.* & alijs ſub diſtinctione, aut enim preces, & ſuffragia fiunt nomine Eccleſiæ per miniſtros ſuos publicos, aut privatim, propriam, & perſonalem ſatisfactionem pro ipſis offerendo. Primo modo, prohibitum eſt pro illis orare, non tamen ſecundo modo. Ita *Navarr. de orat. & hor. canon. cap. 19. num. 67. Covar. citat. in §. 6. num. 4.* & probatur ſupponendo ex alijs in eccleſia eſſe poteſtatem excludendi homines cõtumaces, & excommunicatos à participatione ſuffragiorum, & ex peculiari iure, quod habet

in hæc

in hæc bona tanq; domina eorum diſpenſatrix Chriſti nomine. Probatur, inquam, concluſio ex uſu Eccleſiæ, & ex variis iuribus in *cap. Nobis*, & in *cap. Sacris*, cum aliis, *de ſent. excom. in 6.* & 11. q. 3. per illius capita. Vnde colligit *Navarr. in ſumm. cap. 27. nu. 36.* & *D. Thom. Quodlibet. 11. art. 9.* hoc præceptum ex genere ſuo obligare ſub mortali. Si autem videas in feria ſexta Paraſceues orationem publicè fieri pro eis, ſcito quod Eccleſia ab ea prohibitione poſuit illum modum, & diem orandi pro eis excipere; cum non ſit de iure diuino ea prohibitio, quanquam aliàs obliget etiam ad non orandum pro excommunicatis contritis, & reſtitutis gratiæ, ut rectè deducit *Suar. citato diſp. ſect. 3. nu. 2.* & *Reginald. nu. 11.* ex *cap. Cum deſideret*, & ex *cap. Sacris*, & ex *cap. à nobis*, quia quanvis per pœnitentiam tollatur contumacia culpæ, non tollitur tamen vinculum excommunicationis ab Eccleſia iniectum, donec ab ipſa ſolvatur. Secundam partem concluſionis tenent *Sylveſt.* verbo; *excommunicatio*, 1. §. 2. & verbo, *Miſſa*, 1. q. 8. *concluſ. 4.* & *Aug.* verbo, *Miſſa, num. 51.* quos citant *Hoſtienſ. Armilla*, verbo, *excommunicatio, nu. 4. Covar. in cap. Alma, part. 1. §. 6. nu. 4. Navarr. in ſumm. citato cap. 27. num. 36.* & in *Enchirid. de orat. cap. 19. nu. 67. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 3. nu. 2.* & ſequentibus. *Suar. citatus num. 3.* Vnde à fortiori ſequitur pro magnis peccatoribus expiandis, preces effundi non prohiberi.

11 Sed quoniam diximus triumphantem, & militantem Eccleſiam eſſe unum corpus myſticum, quaſi ex duabus partibus conſtitutum, ut ſic fiat unum integrum regnum, cuius caput dedit Dominus eſſe Chriſtum, & inter viatores, & beatos detur communicatio bonorum radicata in charitate, quæ facit omnia communia, & iam ſupra latè oſtendimus beatos in patria, & Chriſtum Dominum orare pro nobis. In præſenti videre eſt, an ſit orãdum pro eis? Dico nullum dari præceptum, quia ipſi non ſunt in aliqua neceſſitate. Verum tamen honeſtum, & conveniens erit, ſi pro eis preces fundantur, dummodo in dubium non revocetur eſſentialis eorum beatitudo, in quo ſenſu dixit *Auguſtin. ſerm. 17. de verbis Apoſtol.* & refertur in *cap. Cum Martha, de celebratione miſſarum*, iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre; nec etiam talis oratio fiat ex præſumptione plus valendi apud Deum, quam valeant ipſi beati, ſed ſolum ex affectu charitatis. Et probatur quia aliqua eſt accidentalis gloria, non neceſſaria connexa cum beatitudine eſſentiali, ut ſupponunt Theologi, & admittit Innocent. III. in dicto *cap. Cum Martha*, §. 3. & eam poſſulant ſibi ipſi beati, ergo, & fideles viatores, illam met poterunt petere illis à Deo, qui multorum interceſſione gaudet. Vide *Bellarm. lib. 2. de Purgat. cap. 18.* & *Suarem. tom. 2. de religion. lib. 1. de oratione, cap. 14. num. 14. Navarr. in Enchirid. de Jubileo, notab. 22. nu. 46.* & ſequentibus, *Sylveſt.* verbo, *Miſſa, quæſt. 8.* Vtrum autem poſſimus Deum orare pro ipſo met Deo, ſicut rogamus hominem, ut ſibi bonum aliquod faciat? Reſpondetur negativè, quia Deo nihil utilitatis poteſt accreſcere, quã per orationem ipſi quæramus, ſicut homini quem rogamus; at verò Chriſti humanitati naſcitur aliqua intrinſeca perfectio ſaltem actuale gaudium accidentale ex gloria, ſeu claritate nominis extrinſeca: in quo ſenſu poterat orari, ſed quia hæc ſanius mentis non eſt omnibus æqualis; idcirco non eſt apud vulgus promulganda doctrina, quia nos indigemus ſuffragijs ſanctorum, illi verò noſtris non indigent, ut Innocentius III. dixit.

De ijs, qui ſunt in Purgatorio quæſtio eſt an 12
pertineant ad Eccleſiam militantem (certum eſt enim eos adhuc non intraſſe gaudium Domini, ut triumphantes dicantur) & probabiliter dicunt aliqui, eos ad hanc pertinere militantem, quia non ſunt extra viam, ſed perfidem ambulant, & nobiſcum quodamn odo communicant, ſicut opera noſtra illis prodeſſe poſſunt, & influxus Vicarij Chriſti in terris ad illos ſe extendit. Sed probabilius eſt, & omnino certum, ſanctam, & ſalubrem eſſe orationem pro eis, ut à peccatis ſolvantur, ideſt à pœnis peccatis debitis, tum quia ſunt in charitate, in qua deceſſerunt nobiſcum communicti; tum quia ſunt in maxima neceſſitate, ut pro eis expiandis ſuffragia offerantur. Huic communicationi aptari poteſt illud Apoſtoli ad *Roman. 12. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes.* Vide plura apud recentiores *Sot. in 4. diſt. 29. quæſt. 3. art. 1. & diſt. 45. quæſt. 2. art. 1. Canis. in Catechiſm. tit. de Euchariſt. cap. 7. & titul. de pœnitent. cap. de Purgatorio. Rubeid. art. 16. Caſtro adverſ. hæreſ. verbo, ſuffragium. Tolenſ. in confeſſione Auguſtan. lib. 1. cap. 1. §. 9. 10. 11. & 12. Suar. tom. 4. de pœnitent. diſp. 48. ſect. 4. nu. 7. Bellarm.* ubi proxime, præter alios, quos retuli in *tract. de Jubileo cap. 4. dub. 6. n. 12. & 13.* Inter eos autem, qui damnantur in æternum, & reliquos magnum interiacet chaos; quapropter de fide eſt, nihil illis ſuffragia prodeſſe, ex *cap. Quibus*, ex *cap. Cum gravia*, ex *cap. Non eſtimemus*, ex *cap. Pro obeuntibus*, & duobus ſequentibus, 13. *quæſt. 2.* & ex *Concil. Bracharenſi 1. in cap. 34.* Quapropter in *cap. Placuit, 13. quæſt. 5.* decernitur nullum ſuffragium, & oblationem fieri pro ijs, qui ſe ſe interficiunt, aut in peccato interimũtur, iuxta *Concil. Triburenſe, in cap. 31.* cui ſimilis deciſio iurmitur in *cap. Ex parte, titul. 2. de ſepulturis*, prout *Gloſſa* ibi advertit. Ratio eſt, quia ut ait *Clemens lib. 8. conſtit. 43.* hi cum adhuc viverent, inimici

fierunt Deo; & impœnitentes; ergo, & post mortem, siquidem non datur pœnitentiæ locus: ergo, & incapaces suffragiorum sunt.

DISTINCTIO. LXXXII.

IN SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *In eligendis pauperibus discrimen faciendum.*

2 *An dicatur pauper, qui divites parentes habet?*

3 *An is, relictum pauperibus legatum possit accipere?*

1 IBI, Generaliter. Nullum faciendũ discrimen in eligendis pauperibus perperam existimabis, nam eleemosynam priùs debere dari illis, qui sunt de sanguine testatoris, relinquentis legatum, tradit *Menoch. consil. 321. nu. 3. & lib. 4. de præsumptionib. q. 125. nu. 13.* & distribuendam inter pauperiores, & nobiles; eleganter *Surd. de aliment. tit. 1. q. 93. à nu. 20.* Deinde *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9.* ex *August. lib. 1. de doctrina Christian. cap. 28. tom. 3.* propinquioribus magis providẽdum cõmendat, adhibita discretionis ratione, secundum differentiam coniunctionis, & sanctitatis, & utilitatis. Nam multò sanctiori indigentiam magis patienti, & utili magis personæ ad cõmune bonum, est etiam magis danda eleemosyna, quam propinquiori, dũmodo non sit persona multum coniuncta, et eius cura specialis nobis non immineat, & magnam necessitatem non patiatur; & in *respons. ad 2.* affirmat, magis meritoriam esse eleemosynam, prout servatur ordo charitatis, secundum quam propinquioribus magis providere debemus, cæteris paribus, teste *Amb. lib. 1. de Officijs, cap. 30.* asserente, liberalitatem probandam qua proximos sanguinis non despicimus, si egere cognoscamus. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptus deposcere, cum ipsi nobis coniuncti quadam obveniant forte, ut illis succurramus. Vnde potest stabilici conclusio argumẽto, *textus in l. Præses, 6. C. de servitutibus*, cum alijs, de quibus *Glossa*, ibi, *notab. 1.* & vide posita ad *cap. 2. nu. 3. dist. 42.* & ad *cap. Non cogatur, nu 4. dist. 41.*

In textu, ibi, Pauperibus. 2 Verum dicantur pauperes, qui, & si nihil possideant, parentes tamen divites habent? Dico quòd, aut ij sunt adhuc in patria potestate, aut ab ea abierit per initum matrimonium. In primo sensu nemini dubium erit, quin divites appellẽtur, tum quia p̃ ratione sui status non indigent opportunis, & parentes tenentur filios alere, non tantum ratione vitæ conservandæ, sed adhibita ratione status, & dignitatis, ut recte tradit *Covar. 2. p. de matr. cap. 8. §. 6. n. 8. & 9. Tello Fernand. in l. 10. Taur. nu 4. Sarmient. 2 p. de iurisd. de reditibus eccles. cap. 2. de reditibus*, negans teneri patrem ex iustitia alere filios, prout refert, & sequitur *Vasq. in opusc. de testam. cap. 5. §. 7. nu. 135.* In secundo autem sensu disputat *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 19. nu. 21.* ubi resolvit, sub opinione adhuc esse, an ad aliquos effectus iuris. V.g. ad succedendũ in 4. partem bonorũ coniugis, dicatur pauper? iuxta *Auth. Præterea, C. Vnde vir*, & ad alios effectus, pro quo allegat *Barbos. in l. Maritum, 13. nu. 99. ff. soluto matrim.* Simpliciter tamen, & ex cõmuni loquendi modo divitem appellari, ex *Mol. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 146.* vers. *Illud præterea*, & probat quia, & si iuxta præsentem statum nihil proprij habeat, obtinet tamen ius succedendi in bona parentũ, & compellendi eos, ut simul, ac matrimonij competenter inierit, statim sibi facultates tribuant, quibus decenter vivat. Si verò bona parentũ adhuc superstitum, non sufficiant p̃ sui filijq; honesta sustentatione, docet *Sanch. citat. nu. 25.* filium verè dici pauperem, quia non habet unde necessaria naturæ, & opportuna provideantur, & onera status subleventur. Confirmat *Henriq. lib. 12. de matr. c. 3. n. 9. in cõment. lit. E.*

Ex quibus inferes cum *Barbos.* ad citatam legem, maritum benè implere legatum, pauperibus relictum, facta largitione inter eos, qui prædicta laborant paupertate; & executorem testamẽti deputatũ ad distribuendà bona inter pauperes, benè posse distribuere in se ipsum, siquidem eget. Vt videre est apud *Emman. Barbos. citandum nu. 4.* ex multis quos adducit, & ex *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9. ad 3.* Cui sententiæ manifestè scribunt *Palat. in repetit. rubr. §. 65. nu. 42. Afflict. in cap. Si inter dominum, nu. 101. & 102. Greg. l. 3. verbo, tuviere, tit. 10 p. 6. Mexia in tract. 1. a Hispanis, concl. 1. nu. 49. Azeved. ad Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 10. nu. 5. Menoch. de præsump. lib. 4. q. 125. nu. 17. Spin. in specul. testam. Gloss. 6 princip. nu. 10. & Gloss. 28. nu. 28. Surd. de alim. tit. 1. q. 94. nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cantellar. Gloss. 2. nu. 55. Caldas Pereir. de potest. eligendi, cap. 13. nu. 9.* & à fortiori pater, fraude cessante, in filios pauperes distribuere potest, ex *Bald. in l. 1. à nu. 29. C. de sacrosanct. eccles.* & alijs, per eundem *Emmanuel. Barbos.* Sed hinc emergit dubiolum, an legatũ pauperibus 3

relictum

ſelictum poſſit uni tantum dari? Cui negativè reſpondeo, quia à verbis teſtatoris non eſt recedendum, niſi aliter de illius mente conſtet. *l. Non aliter, ff. de legatis, 3.* argumento *textus in cap. Intelligentia, de verbor. ſignifi.at.* & ex ea ratione, quia indefinita æquipollent univerſalibus, ſeu pluribus, *l. Si pluribus, ff. de legat. 2.* at verò pluralis locutio non verificatur de uno ſolo, *l. Pluralis locutio, ff. de regulis iuris*; & voluntas defuncti debet in forma ſpecifica adimpleri, *l. 4. ff. de condition. & demonſtrat. Bart. in l. 1. ff. de opt. leg. Avila ad cap. 2. Prator.* verbo, *Ninguno, nu. 3. Mynſing. centur. 5. obſervation. 67. Papon. arreſt. 91. Ricci in collect. deciſ. p. 3. collect. 522. Menoch. q. 125. nu. 20. Petr. Magdal. de num. teſtium requiſit. part. 2. cap. 2. à nu. 43. Vivi. tom. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 26. nu. 99. Cened. pract. & Canon. quæſt. lib. 1. q. 35. nu. 13.* quos refert, & ſequitur *Emman. Barb. in remiſſion. ad Ord. Luſit. lib. 1. tit. 62. §. 18. nu. 8.*

CAP. Epiſcopus. I.

SVMMARIVM.

1 *An epiſcopus debeat providere non potentibus laborare?*

2 *An liceat erogare eleemoſynam ampleſtentibus mendicitatem?*

3 *An licitè prohibeantur pauperes, ne extra patriam peregrinentur?*

4 *An eleemoſyna largitio fieri debeat per liberalem omnino donationem?*

1 IN textu. Habet textus, quod eleemoſyna danda eſt ſolum illis, qui debilitate, ac infirmitate faciente, ꝓprijs manibus in proprio ſudore victum quærere non valent, nec veſtitum; quibus epiſcopus in quantum poſſibile fuerit, debet providere; non autem otioſis; cum utilius eſurienti panis tollatur ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat: quam eſurienti panis frangitur, ut in iniuſtitia ſeductus acquieſcat, quia non omnis, qui parcit amicus, nec omnis qui verberat inimicus dicitur. De materia noſtri textus agit elegãter *Greg. Lop. partit. t. tit. 5. l. 4. Gloſſa 8.* pertractat etiam *Peres lib. 8. Ordinam. tit. 14. l. 1. pag. 271.* in fine, qui utercꝫ noſtri textus meminere.

2 In textu, ibi, Laborare non poſſunt. Non colligas hinc, ijs tãtum faciendam eleemoſynã, qui laborare non poſſunt. Nam certum eſt apud catholicos religioſis maximè tribuendam, quanquam manuum operibus ſibi victũ comparare poſſint, quia ut rectè docuit *Aleuſ. 4. p. q. 108. memb. 2. & q. 109.* ſunt multa ſpiritualia exercitia, orationis nempè, & ſtudij utilia eccleſiæ, quæ non ſemper ſunt relinquenda propter corporalem laborem. Qui utiꝫ cõmunis eſt totius Eccleſiæ ſenſus, ait *Vaſq. in opuſcul. de eleemoſyna, cap. 3. dubio 1. Aloyſ. Turrian. 2. 2. diſp. 85. dub. 1.* De alijs verò, qui hunc ſtatũ non habent, cenſet *Aleuſ. citat.* & *Gab. in 4. diſt. 16. q. 4. art. 3. dub. 1.* & *Med. Cod. de eleemoſyna, cap. 7. & 8.* licitè illis dari, & peti eleemoſynam, etiam ſi à labore abſtineant, quia liberum eſt unicuiꝫ intra, vel extra religionem ſervare voluntariam pauperiem. *Navarr. in cap. Quieſcamus, tom. 2.* Deinde labor non eſt neceſſarius ad declinandũ otium, ſiquidem oratione, & lectione vitari poteſt; neꝫ ad frœnandum, ſubijciendumꝫ corpus animæ, quia id alijs poteſt fieri exercitijs. *Sot.* autem *in deliberatione in cauſa pauperum, cap. 3.* ait licitè per leges è civitate expelli, & compelli manibus victum quæritare. Verum iſtæ opiniones ſpecie tenus inter ſe contrariæ ſunt, ſi res ipſa conſideretur. Negari enim non poteſt, licitum eſſe alicui paupertatem exemplo Chriſti, & Sanctorum ſectari, & eleemoſynis vivere, atꝫ orationibus, alijſꝫ pijs operibus vacare in utilitatem ſui maximam, & populi Chriſtiani, nec propterea otioſæ vitæ indulgere iudicandus eſt. Et in hoc ſenſu cenſeo veram *Gab. Aleuſ.* & *Medin.* ſententiam. Si verò mendicare volentes fugiant laborem, quod facile, inquit *Vaſq.* conijcitur ex aſpectu, tãquàm reipub. peſtis, & pernicies relegandi ſunt, de quibus ſancitæ ſunt leges in *Cod. de mendicantibus validis, lib. 11.* & in *Authet. de prator. collat. 6.* & in *pragmat. de Madrid, ann. 1534. & lib. 8. recopilat. tit. 11. l. 1.* & ibi *Azeved. num. 15.* & *Peguera in quæſtion. crimin. cap. 4.* & in hoc ſenſu locutum cenſeo *Sotum*, & citatos.

3 Vtrum autem liceat prohibere pauperes, ne extra patriam peregrinentur, aut ne à recto tramite divertant? Conſule leges citatas Caſtellæ, & Luſitaniæ, *lib. 5. tit. 68. de vagabundis*, vulgò, *Vadios*, & *tit. 69. de Ægyptijs*, vulgò, *Siganos*, ubi *Barboſa in remiſſionib.* & præter ibi citatos. *Caballum reſolut. criminal. caſu 178. num. 3. Alciat. lib. 5. pareg. cap. 3.* & reſpectu admittendi eos ad matrimonium, *Trident. ſeſſ. 24. cap. 7. Multi ſunt, qui vagantur*, & de clericis peregrinis, *ſeſſ. 23. cap. Cum nullus, 16.*

4 In textu, ibi, Largiatur. Eleemoſynam faciendam per omnino liberalem donationem, ſentit *Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 4.* & *Valent. 2. 2. q. 32. punct. 3.* & *Bañes in citata q. art. 6. dub. 6.* & alij. At verò *Cordub. lib. 1. quæſtionar. q. 26. in reſponſ. ad 7.* docet idem reſpectu ſimpliciter egentis, reſpectu tamen non egentis

ſimpliciter diſtinguit; vel enim eleemoſyna eſt de ſuperfluo in uſus honeſtos expendendo, & tunc mutuare ſufficit, ita ut pauper ſi aliquãdo poſſit reſtituat; vel eleemoſyna eſt de ſuperfluo non inutilmendo in bonos uſus; & tunc largitio fieri debet pauperibus per donationem. Aliter diſtinguit *Aragon.* ad citatum *D. Tho. 2.2. q.32. art.5 in ſolut. argum.* dicens, extremè indigenti per donationem fieri eleemoſynam ex ſuperfluis. Si autem pauper egeat re magni momenti, & eleemoſyna ſit ex neceſſarijs, tunc ſatis eſſe, ſi fiat ſub ratione mutui. Alij ſentiũt, in extrema neceſſitate divitem ſatisfacere præcepto per mutuum. Ita *Navarr. in ſumm. cap.17. nu.61. & cap.24. num. 5. Covar. in regul. peccatum, p. 2. nu. 4. §. 1. Ioan. de Medin. de reſtitut. q. 3.* in princip. & *tract. de eleemoſ. in cap. An extremè indigenti. Tol. in ſum. lib 5. cap. 34. Adrian. in 4. in materia de reſtitut. q.* quæ incipit, *quia dictum eſt de lucro*, & ſupponunt DD. in *cap. Si quis propter neceſſitatem, de furtis*, & *Ioann. Lupus, & rubrica de donationibus, §. 65. nu.47. Almain. in 4. diſt. 15. q.2.* & graves Theologi. Ego autem diſtinguo, aut enim extremè indigens hîc, & nunc, non habet bona, nec alibi, nec aptus eſt ad illa comparanda, quia ſenex, debilis, & infirmus eſt, &c. Et tunc largitio per liberalem donationem fieri debet ex bonis divitis ſuperfluis, quia ſi perſonæ, & illius ſtatui fuerint neceſſaria, & pro gravi eius detrimento; locum habet poſterior opinio; noſtra verò utique probatur, quia obligatio eleemoſynæ liberaliter faciendæ, oritur ex neceſſitate pauperis, & facilitate divitis, quæ inibi reperitur: ergo ſic fieri debet. Quando verò extremè indigens bonis hîc, & nunc caret, habet tamen alibi, aut labore, & munere, quo uti ſolet victum, & pecunias quærere poteſt; tunc mutuare ſufficit; quia iſte ſimpliciter non eſt pauper, quia habet unde ſibi ſuccurrat: & ita aliquando conducuntur pauperes, ut eis cibus, & pecunia aliqua concedatur iuxta diſpoſitionem *l. 117. in pragmat. de Madrid, l. 4. tit. 20. p. 2.* & *Extravagant. Luſitanam.*

CAP. Propoſuiſti. II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici incontinentes omni honore eccleſiaſtico ſunt privandi.*
2 *An teneantur presbyteri quotidie celebrare?*
3 *Quot vicibus in año ſatisfaciãt muneri?*
4 *An laicorũ coniugatorum cõmunicatio corporis, interdicatur die cõmunionis?*
5 *An clerici in ſacris teneantur horas canonicas recitare, & quonam præcepto?*
6 *An qui ſunt in carne coniugati Deo placere poſſint?*
7 *Quanam ignorantia excuſet à pœna? & num. 8. & 9.*
10 *Quot menſium ſpatium ſit neceſſarium, ut notitia legis habeatur?*
11 *De iuramento ad probandã ignorãtiam.*

IN textu. Collige ex textu, omni eccleſiaſtico honore privandos eſſe clericos, qui incontinentiæ dediti, eccleſiaſticis præceptis voluptatem præponẽdam iudicant, mulieribus ſe cõmiſcendo. De materia *Trid. ſeſſ.25. de reform. cap.15.* in princip. eleganter *Bover. de repub. eccleſiaſt. p.2, lib.2. cap.* 10. *fol.379.* in princip. *Petr. Creſpetius in ſum.* verbo, *cœlibatus, col.5. fol.* 164. in princip. qui noſtri textus meminere. 1

In textu, ibi, Nec præterit dies à ſacrificijs. Multi, & graves Theologi cenſent, nullum eſſe præceptum obligans ſacerdotes ſub peccato mortali ad ſacrificandum, ratione muneris ſacerdotalis, dũmodo in Paſchate cõmunicent, ita *Alex. Alenſ. 4. p. q. 51. memb. 2. Bonavent. in 4. diſt.* 2. p. 2. *ar.* 2. *q.* 2. *Gabriel. lect.87. in Canon. Richard. in 4. diſt.* 13. *art.*2. *q.* 2. & ibi *Palat. diſp.*2. & *Ledeſm. 1.p.4. q.*23. *art.*10. *Vict. in ſum. nu.* 94. & *Caiet. in* 3. *p. q.* 82. *art.*12. cuius cõmentarius iuſſu Pij V. abreſſus, & expunctus fuit in Romana impreſſione, quanquam aliqui ex citatis putent aliqualem eſſe culpam hoc facere. Primò quia, ſpirituallis prodigalitas eſt ſe diu privare uſu poteſtatis, & fructu ſacrificij, tàm reſpectu ſui, quam reſpectu Eccleſiæ, & proximorũ, quibus inde venit utilitas. Sed quoniam hæ rationes maiorem inducunt obligationem, ideo alij affirmant ſacerdotes teneri ſub mortali aliquãdo, & aliquoties in anno ſacrificare, niſi legitimo impedimẽto excuſentur. Ita *D.Th. in 3.p. q. 22. art.10.* & clariùs in 3. *ſentent. diſt.*13. *q.* 1. *art.*2. *queſt.* 1. *ad* 2. *Duran.* ibi, *q.* 2. *Sot. q.* 1. *art.*10. *Palud. diſt.*11. *q.*2. *Maior. q.* 5. *D. Antonin.* 3. *p. tit.* 13. *cap.*16. §. 12. *Sylveſt.* verbo, *Miſſa*, 1. *q.* 7. *Angelus nu.* 44. *Navarr. cap.* 25 *nu.*88. & *Petr. Sot.* quanvis ſubdubitans *lect.* 13. *de Euchariſt.* circa fin. Ex noſtris *Gloſſa in cap. Dolentes, de celebrat. Miſſ.* ubi Canonẽſtæ, & favet *Trid ſeſſ.* 23. *cap.* 14. dum monet epiſcopos, ut curent, quòd ſacerdotes diebus Dominicis, & feſtis ſolẽnibus miſſas celebrent. Quibus non obſtantibus priorem opinionem practicè ſecuram tenet *Suar. tom. de Sacrament. diſp.* 83. *ſect.* 1. §. *Hæc res dubia.* Nam viros ſanctos interdum legimus ab huius ſacrificij celebratione abſtinuiſſe, quanvis ex motione Spiritus Sancti ſpeciali multa fecerint Sancti 2 3

quæ

quæ nos non poſſumus imitari, quia nullũ eſt præceptum, nec divinum, nec eccleſiaſticum, ideo ab hac obligatione deobligamur. Attamen poſteriorem opinionem magis piam, & ſecuram, & in praxi conſulendam tradit, vix enim ſine magno ſcandalo fieri poteſt huius ſacrificij diuturna omiſſio, quia eſt ſignũ pravæ conſcientiæ, & vitæ perditæ. Sequitur *Vaſq. tomo 3. in 3. p. diſp. 232. cap. 1. nu. 2.* Adde poſita ad *cap. Tenere, 4. nu. 5. diſt. 31.*

3 Sed quæres quoties teneantur in anno ſacrificare ad vitandam culpam? *Sylv.* & *S. Antonin.* citati, referunt Canoniſtas aliquos aſſerentes, teneri ſacerdotes ad celebrandum quotidie. Sed hoc nullo nititur fundamento. Similiter alia opinio, quæ tribuitur *D. Thom.* & *Sylveſt. Sot.* & aliis ponentibus obligationem ſub mortali in præcipuis feſtis, maximè quando fideles cõmunicare ſolent, nimis rigoroſa eſt, nec ſufficienter probatur. Et ideo *Suar. in 3. p. tom. 3. diſp. 80.* & *Vaſq. citat. nu. 11.* cum *Navar.* cenſent ſatisfacere ſacerdotem huic obligationi ter, vel quater in anno ſacrificando; ex *cap. Dolentes*, citato, quanquam hoc non poſſit bene per principia intrinſeca fundari, ſed potius extrinſeca moraliter loquendo, nempe aliorum ſcandalũ, proprium detrimentum, aut periculũ liberius peccandi, omittendo ſacrificium, aut ne licentia peccandi impediatur. Eandem opinionem noſtro modo explicatã, tenet *Nugn. in 3. p. D. Thom. q. 82. art. 10.* & ibi *Ægyd. de Coninck art. 2. concl. 3. nu 206. Henriq. lib. 9. cap. 23. §. 2. Chamer. de Sacram. de ſacrificio miſſæ, dub. 13. Ludovicus Mirand. in manual. prælat. tom. 1. q. 40. art. 7. concl. 2. Reginal. in praxi, lib. 29. nu. 46. & nu. 167.* Hactenus de ſimplicibus ſacerdotibus; de parochis verò alia eſt habenda ratio, conſule *Vaſq. nu. 12.* & *Navar. in man. cap. 25. nu. 135. fr. Emman. in ſum. p. 1. cap. 252. nu. 1. Spino in Specul. teſtament. Gloſ. 3. principali, nu. 63. Azor inſtit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 24. q. 2.* & *3. Durob. de Graff. p. 2. lib. 2. cap. 39. nu. 7.* quos refert, & ſequitur *Auguſtin. Barboſ. in paſtorali. p. 2. allegat. 24. nu. 22. ſub tit. de obligatione parochi.* & *Campanil. in diverſ. iuris tamen. in adhortatione ad epiſcop. & ſacerdotes, à nu. 1. uſq; ad 10.*

4 In textu, ibi, Et hoc utiq; laicis præcepit. Ergo laici coniugati non poſſũt debitum petere diebus feriatis rogationum publicarum ſolẽnium ieiuniorũ, vel tempore interlicti eccleſiaſtici, ante benedictionem, de quo, & quam culpam contrahant per exactionem, vide *Sanch. 3. tom. de matrimon. lib. 9. diſp. 12. nu. 3.* & ibi latiſſime ibidem *num. 5.* ubi reſolvit verba noſtri textus non de præceptõ, ſed de conſilio eſſe intelligẽda *Gloſſa item in præſenti*, verbo, *præcepit*, *Hieronym. de Zenenis, de foro conſcientiæ, & contin. num. 141. tom. 3. Vaſſ. p. 2. Armilla*, verbo, *Matrimon. nu. 10.* *Petrus Ledeſm. de matrim. q. 94. art. 7. notab. 1. fr. Emman. tom. 1. ſumma, cap. 243. nu. 18.*

5 In textu. ibi, Orandi iuge officium eſt. De clericis in ſacris certum eſt teneri ex præcepto ad recitandas quotidie ſeptem horas canonicas, quanvis beneficiũ non habeant: contra eos, quos refert *Gloſſa 1. in cap ult. diſt. 92.* & probatur tàm ex auctoribus proximè citandis, quàm ex uſu, & cõſuetudine, conſenſuq; totius Eccleſiæ. Difficultas tamen eſt, quo iure ſit hæc obligatio? *Abb. in cap. 1. de celebrat. miſſ.* ſupponit eſſe de iure divino. Tenet *Turrecrem. in cap. Eleuterius*, infra, *diſt. 91. ad 5. q.* & refert *Guillelm. Landan.* & *Cardin. Zabarel.* Idem *Angel.* verbo, *Hora. num. 6. Roſel. nu. 13.* inclinat *Navar. de orat. cap. 6. nu. 2.* quorũ mens videtur eſſe, quòd iure divino connaturali ſtatui clericali, teneatur poſitus in ſacris ad peculiarem aliquem modum orandi, pluſquam laicus, & hic determinatus fuerit p Eccleſiam ad horas canonicas; ſequitur *Sot. de inſt. lib. 10. q. 5. art. 3. & in ſolut. ad 3.* ex *D. Thom. Quodlib. 6. art. 8.* Oppoſitum tenuerunt *Laurentius*, & *Ioann. de Lygnano*, & refert *Panormitan. in Clement. 2. de celebrat. miſſ.* & *Cardin. in Clem. 1. eodem tit. Sylv.* verbo, *Hora*, q. 4. & 8. *Tabien. nu. 15. Armil. nu. 11. S. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 4. Palud. in 4. diſt. 5. Maior. diſt. 12.* & *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. de hor. canon. cap. 16. nu. 2. Reginal. lib. 18. nu. 135. & 136.* & *Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 10. Leſſ. de inſt. lib. 2. cap. 37. dub. 9.* ex eo fundamento, quia nullibi apparet tale ius divinum ſcriptum, imò nec eccleſiaſticum; quia nullus eſt textus, per quem conſtet huiuſmodi obligatio, quoad diaconos, & ſubdiaconos: tres autem canones citari ſolent, ex quibus nihil certò colligitur; primus *Cauen. preſbyter, de celebrat. Miſſ. 2. cap. Dolentes, eodem tit. 3.* c. *Si quis preſbyter*, infra, *diſt. 91.* & primus de ſolis clericis; ſecundus, de clericis etiam in minoribus; tertius, de illis non ratione ordinis, ſed deputationis alicui eccleſiæ loquitur. Quod autem nullũ ſit ius divinum naturale, probat *Suar.* quia *Papa* poteſt diſpenſare, ne aliquis recitet officium divinum. Reſtat ergo, quòd hæc obligatio proveniat ex Eccleſiæ conſuetudine, quæ cum ſit rationabilis, & legitimè præcripta, vim habet legis, iuxta *cap. final. de conſuetud.* in fine. Rationabilis verè eſt, quia clerici per maiorũ ordinum ſuſceptionem acquirunt ſtatum ad cultum Dei, laudesq; celebrandas inſtitutum, & ne ferrentur in incertum, conſuetudo obtinuit, ut determinarentur per horas canonicas. Legitimè tandem præſcripta, quia à tempore Apoſtol. tam pia, & ſancta conſuetudo viguit, ut ſatis oſtendunt ſcriptores huius temporis advertus hæreticos. Videri poteſt *Leſſius citat. dub. 8.* & *Reginal.* ubi proximè.

6 In textu, ibi, Qui autem ſunt in carne, Deo placere non poſsũt. Non inferas, ergo matrimoniũ immunditiẽ, & cărnis ſordes apellare licebit; tantum abeſt, ut verum ſit Sacramentum, & gratiam conferre exiſtimetur. Hoc enim Calvini, & Kemnitij delirium eſt, quod ex Siricio in epiſtola ad Himerium Terraconenſem relata in præſenti, ipſi trahunt in confirmationem manifeſti ſui mendacij, namq; iniquum eſt, illud Siricio imponere, ut latè probat *Bellarmin. tom. 2. lib. 1. de matrimon. cap. 6. & 7.* & *Vaſq. in opuſcul. tractat. de matrimon. diſput. 2. cap. 8. num. 86.* & *Ægydius Lovanienſ. de matrimon. diſput. 24. dubio 2. num. 18.* qui omnes noſtri textus meminêre. Quanquam concors non ſit in reſpondendo eorum ſententia. *Bellarmin.* enim dicit Siricium Papam non loqui de quovis matrimonio, nec de quibusvis matrimonio iunctis, ſed de monachis, & ſacerdotibus, quibus cum nuptiæ eſſent interdictæ, eis nihilominus implicari volebant, & de ijs dicere, *qui in carne ſunt, &c.* quibus vivere in matrimonio idem eſt, quod carnaliter, & turpiter viuere. *Vaſq.* verò citatus, ſanè fatetur, in iſtis duobus capitibus loqui Pontificẽ contra monachos, & ſacerdotes, eorumq; matrimonia ſacrilegia appellare, eò quod contra expreſſum Eccleſiæ præceptum illa contraxerunt. Verum exiſtimat verba *Pauli ad Roman. 8. Qui in carne, &c.* non fuiſſe allegata in eo ſenſu, quem *Bellarm.* putavit; nam Syricius ſectatores libidinam, & præceptores vitiorum vocat monachos, & ſacerdotes, qui ſacrilegis, & vetitis utebantur matrimonijs; poſtea verò ſubiungit. *In lege Moyſis paſſim in ſacris ordinibus à Domino laxata frena luxuriæ,* ubi per hæc ultima verba, non potuit intelligere Pontifex vetitum uſum coniugis, aut mulieris, ſed appetitum carnis, & cõcubitus cum propria, & legitima; nam ſacerdotes exemplo Leviticigeneris caulam tuebãtur, & licitum ſibi uſum matrimonij eſſe deſiderabant. Quibus Pontifex ſanctos, & mundos eſſe debere obijcit, ſcilicet per abſtinentiam tempore vicis ſuæ, ab uſu coniugali. Inſuper ſuadere voluit conceſſum fuiſſe antiquis Levitis cauſa ſucceſſionis, & procreationis, uti uxoribus peracto tempore vicis ſuæ; attamen in lege nova Chriſtum inſtituiſſe, ut Eccleſia ſplẽdore caſtitatis radiaret, hoc eſt antiquæ Eccleſiæ caſtitatis obſervantia antecelleret, non quia coniuncti matrimonio peccarent offerendo, ſed quia non perfecta conſcientia, ſicut dicebat in lege Evangelica, tantum ſacrificiũ Deo miniſtrarent, ad quem ſenſum Syricius verba Pauli accõmodavit. Non me latet, longè diverſum eſſe Pauli ſenſum, ſed iuxta mentem Pontificis, quem *Vaſq.* attigit referre non piguit; cum aliàs concluſio de fide ſit matrimonium eſſe verum Sacramentum, & gratiam præſtare; ex *Trid. ſeſſ. 24. cap. unico,* & *ſeſſ. 7. Can. 1.* & ſeqq. *de Sacram. in genere.* Fuit etiam definita ab *Eugenio IV. in Concil. Florent. in decreto fidei pro Græcis, & Armenis,* quod eſt poſt *alt. ſeſſ.* & à *Lucio III. in cap. Ad abolendam, de hæreticis.* Adi *Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 10.* & *Ægyd. de Coninck de matrimon. diſp. 24. dub. 2.* & *Reginald. lib. 31. num. 7. Valent. tom. 4. diſp. 10. q. 1. punct. 5.* apud quod alij.

§ 7 In text. ibi, His ignorantibus. Ignorãtia, etenim ſimpliciter, & ex ſe à quacũq; pœna, p crimine imponenda excuſat, cũ hæc non imponatur, ubi culpa non reperitur, regula, *ſine culpa, de regul. iur. in 6.* & iuxta illud *Deuteron. cap. 15. Iuxta menſuram delicti,* data autẽ ignorantia ſimpliciter, culpa non reperitur, cũ ignorãs conſenſu carere dicatur, p *textũ in l. Qui vas, 49. §. Vetare, ff. de furtis.* Dixi, *à quacũq; pœna,* quia excuſat à pœna ſuſpenſionis, & irregularitatis, cum excludat à peccato, ppter quod imponitur, ut optimè advertit *Caſtr. de leg. penali, lib. 2. cap. 14. fol. 302. de iuris, & facti ignorãtia.* Videquæ diximus *nu. 2. & 5.* in princip. *diſt. 38.* & in *cap. Qui partem, nu. 6. diſt. 55.* & quid ſit ignorãtia, vide in *cap. 1. nu. 1.* ſupra, *diſt. 38.*

8 Limita 1. Supra poſitam doctrinam non, p cedere ex affectata ignorantia, quæ à pœna legis delinquentem non excuſat, etenim cum ignorantia affectata in ſe malitiam contineat, & uti talis ſcientia appelletur, *l. Qui contra,* ibi, *errare non affectato, C. incæſtis nuptijs. Tiraq. de retract. §. 35 nu. 28.* quemadmodũ ſcientia à pœna non excuſat, ita quoq; talis ignorantia, in qua gravior culpa reperitur; ſequuntur plures, ut p *Covar. in cap. Alma, 2 p. §. 10. nu. 17.* quæ autẽ ſit ignorantia affectata, & ubi reperiatur, diximus *in cap. Prohibetur, 15. ſupra, diſt. 37.* vbi vide poſita *num. 2.*

9 Limita 2. Non procedere in craſſa, ſeu ſupina ignorantia, quæ à pœna legis ſaltem in foro non poteſt excuſare, quia cum pœna ſimpliciter prolata reſpiciat omnes illos, quorum culpa exiſtere dicuntur, & tranſgreſſores legis per talem ignorantiam in culpa exiſtere non deſinant, quia ratione præcedentis negligentiæ delictum volitum reputatur, ut per DD. in regula, *ignorantia, de regulis iuris, lib. 6.* rectè ſit, ut talis ignorantia in totum à pœna legis non excuſet; pro parte tamen huiuſmodi ignorantiæ excuſabit, ut benè advertit *Caſtro d. cap. 14. fol. 306.* ſiquidem illa ignorantia minuit voluntarium, ac ſub inde à pœna legis pro parte excuſare debet; ſic explicatur in *l. 1. ff. de legibus,* talis etiam ignorantia à dolo excuſare ſolet, iuxtà *textum in l. Sed, et ſi lege, §. Scire, ff. petitionis hæreditatis, textus in l. 3. §. Si quis ignorans, ff. ad Sylanianum.* Cõmunis ex *Covar. 2. p. de ſponſalibus cap. 6.*

cap. 6. §. 8. nu. 11. Tiraq. de pœnis, cauſa 11. num. 3. de ignorantia ſupina, & craſſa quæ ſit: vide poſita ad *c. principium diſt. 38. ſupra num. 7.*

10 In Gloſſa, verbo, nō probatur ibi, Vſque ad ſex menſes. Habet *Gloſſa* in præſenti, neceſſarios eſſe ſex menſes, ad hoc ut quis dicatur habere notitiam conſtitutionis provincialis, promulgatæ: ſed illā reprobat *Abb. in cap. 2. nu. 7. de conſtitutionibus*, apud quem ibidē videbis, quo tempore liget conſtitutio, & an ſit neceſſarius elapſus totius temporis, vel ſolū ſufficiat notitia certa ad hoc, ut conſtitutio injiciat vinculum, habes apud eundem *num.* 8. probatur etiam hac ſententia Gloſſæ communiter ex *Menoch. de arbitrar caſu. 185. num. 6.*

11 In Gloſſa poſt mediū, ibi, Suo iuramento. Secundum quantitatem iudicij, & qualitatem perſonæ, & facti, benè poteſt admitti propriū iuramētū ad probandam ignorantiam. Affirmat noſtra Gloſſa, & textus in *cap. qui divinis, & humanis 12. quæſt. 2.* ſequitur *Abb in cap. cognoſcentes num. 9. de conſtitutionibus. Decius in cap. paſtoral. num. 7.* de exceptionibus *Menoch. de arbitr. caſu 186. à numer. 3. Tiraquel. de retract. §. 4. Gloſſa 1. num. 6.*

CAP. Plurimos. III.

SVMMARIVM.

1 *Series textus enucleatur.*
2 *Quid differant ſacerdotes, & Levitæ?*
3 *Nulli eorū miniſtrabant niſi prius certis ritibus conſecrarentur.*
4 *Qui finis ſervandus in contrahēdo matrimonio, & num. 5.*
6 *Quid*, vicis, *nomine intelligatur? & num. 8.*
7 *Vtrum ſit diſcrimen inter ſummum ſacerdotem, & principem ſacerdotū?*
9 *Quare tribus Levi in ſacerdotium fuerit pro omnibus, electa?*

1 IN textu. Per quē Syricius Papa clericos uxoratos, & concubinarios reprehendit, eo quòd vitium, & crimen ſuum exemplo ſacerdotum veteris legis, & teſtamenti defendere conabantur, Cū ergo ad ſacroſanctum altaris miniſterium, candorem illum, & animi, & corporis in ſacerdotibus florere deceat, verbis illis Domini *ſancti eſtote, & erat.* & more antiquorum ſacerdotum qui vicis ſuæ anno à conſortio uxorum ſeparabantur, vult illos à tā pravo, & obſcæno vitio diſſuadere: noſtri textus meminit *Soto de iuſtitia & iure, lib. 7. quæſt. 6. artic. 1. col. 3. Petrus Creſpetius in ſumma*, verbo, *cœlibatus fol. 163.* Materiam noſtri textus pertractat *Gregor. Lopes part. 1. titulo 5. l. 51* & illius meminit Gloſſa 2.

Quid differat inter ſacerdotes, & Levitas legere eſt apud *Franciſcum Riberam lib. 3. de templo* 2
cap. 1. & ex *Anaſtaſio Germon. infra citando. Numerorum 3. Applica*, inquit, Dominus, *tribus Levi, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, ut miniſtrent ei, & excubent, & obſervent quidquid ad cultum pertinet multitudinis, coram tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiant vaſa tabernaculi ſervientes in miniſterio eius. Dabiſque dono Levitas Aaron, & filijs eius quibus traditi ſunt à filijs Iſrael. Aaron autem, & filij eius conſtituet ſuper cultum ſacerdotij, &c.* Illud autem: *obſervent quidquid ad cultum pertinet multitudinis*, idē eſt, ac miniſtrent in omnibus in quibus filij Iſrael miniſtrare debebant, ſiquidem loco eorum poſiti ſunt. Pórro officia Levitarū, & eorum familiæ continentur, *cap. 3. & 4. Numer.* Vide quæ diximus *ad cap. inveteri 7. nu. 11. & 12. ſupra diſtinct. 77. & num. 17.* Sacerdotium autem Aaroni, & filijs eius datum eſt. Vide ſupra loco proximè citato, *nu. 2.* quibus erat victimas, & ſacrificia offerre, & orare pro populo. Vt conſtat ex *1. Paralip. cap. 4.* Erat autem Aaron ſummus ſacerdos, & pontifex, filij tamen eius minores ſacerdotes: neq; omnes qui ex ſemine Aaronis per familias oriebantur ad ſacerdotium admitti poterāt ut patet ex *Levitico 21.* ibi *homo de ſemine tuo qui habuerit maculam, &c.* Vnde *Philo lib. 3. de ſacrif. ſacrificare nulli ſacerdoti, niſi integro permittitur, cui ne minima quidem inſit labecula:* quæ omnia ad myſticum ſenſum trahit *Gregor. Magn. in 1. p. Paſt. cap. 2. & Gratianus* noſter plurib⁹ in locis quæ refert *Anaſtaſius Germ. cap. 3. num. 6. lib. 3. de ſacrorum immunitatib.* Eleazar patri Aaroni ſucceſſit *Num. 20.* & ad poſteros eius venit pontificatus, qui numerāntur uſque ad tranſmigrationem Babylonis. *1. Paralip. 6.* Moyſes ſane ſacerdos fuit, teſte Hieronymo, contra Iovinian. citato *in cap. ſi quis vult. diſt. 36. Anacleto epiſt. 3. capit. 3. relato in §. inter beatos cap. Sacroſancta diſt. 22. Melchiad in cap de crevit diſt. 88.* Damaſo, quem citat *Baſilius Zanchinus in not. in ſcripturā*, ſed ne dum reperitur à *Eorin. in Pſalm. 98. verſ. 6. D. Thom.* cum *Magiſt in 4. diſtinct. 19.* qui conſecravit Aaron, & filios eius, & obtulit ſacrificia *Levit. 8.* Verum poſteri Moyſis nuncupati ſunt inter Levitas *1. Paralip. 23.*

3 Cæterum tam Levitæ, quàm sacerdotes, etiã si certa esset Levitici, & sacerdotalis generis origo, nisi prius certis, ac legitimis ritibus consecrarentur, non fungebantur officio, nauseat hinc anima nostra super hæreticorum insania, qui omnes Christianos protinus sacerdotes esse volunt. Consecrationis Levitarum ritum habemus *Numer.* 8. qui eo tendebat, ut significaret eos qui in sortem Dei vocabantur, mundos esse debere ab omnibus sordibus, & longè amandare omnia, quæ iterum in peccata inducere possent. Pontifex item consecrabatur, & sacerdotes initiabantur, & lavacro expiabãtur maculæ, novisque & sacris induebantur vestibus, ut præ cæteris vita, & moribus, quasi fulgoribus radiarent; unde latum legenti erit discrimen, tam pro ritu consecrationis, quàm muneris. Alia vide ad *cap Si quis eorum 7. num. 5. distinct. 32.* & ad *cap.* citatum *in Veteri* supra *num. 28. distinct. 77.*

4 In textu, ibi, Sectator libidinũ. Disputari solet qui finis desideretur in cõtrahentibus, ut culpæ sint immunes? Sed breviter dicendum cum *August. lib. 9. super Genes.* 1. vers. 28. ad honestam multiplicationẽ generis humani institutum primò fuisse matrimoniũ. Secundariò, verò in remedium concupiscentiæ, ex Paulo 1. ad *Corinth.* 7. propter fornicationem tamen unusquisque habeat uxorem suam. Tandem in novo testamento elevatum est à Christo ad esse sacramenti præstantis gratiam *Matth. 19. quos Deus coniunxit, &c.* aut in nocte Cœnæ, vel post Resurrectionem, ut tenet *Felinc. lib. 1. tract. 10. part. 1. cap. 1. num. 9.* His positis, est prima opinio quæ docet sẽper esse peccatum mortale contrahere propter pulchritudinem uxoris, & alios fines non intentos ab institutore Sacramenti; quia gravis fit iniuria pervertendo ordinem debitũ. Ita *Angelus*, verbo *Matrimon. 2. num. 25. Covar. 4. decretal. p. 2. cap. 1. n. 7.* Secunda ait solum esse veniale ita contrahere, quia levis est inordinatio, imò nullum si hi fines secũdario, & proprij magis principaliter intendantur, sequitur *Petrus Sote lect. 16. de matrim. §. Secundum propositerũ D. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 9. Palud. in 4. distinct. 40. quæst. 2. artic. 3. Sylvester. Matrimon. 4. quæst. 4. Navar. cap. 22. n. 79.* qui tres ultimi inferunt esse veniale contrahere principaliter ad pacem componendam. Tertia docet veniale esse contrahere ad vitandam fornicationẽ, quia generatio debet principaliter intendi. Ita *Petrus Sote* citatus, quód alij verum existimant, si cõtrahentes sint apti ad generandum, senes enim non excusari à culpa propter impotentiam. Ita reliqui AA. 2. sententiæ.

5 Pro resolutione adverte, in matrimonio esse rationem contractus, qui elevatus est in sacramentum, quando ergo cõtrahitur, credere est, neminem sibi proponere matrimoniũ in eos fines divitiarum, pulchritudinis, &c. pro ut est sacramentum: sed prout est contractus. Absolutè tamen loquendo, contrahere matrimoniũ in remedium concupiscentiæ, nullum est peccatum: at verò propter alios fines extrinsecos mortale, vel veniale pro diversitate illorum. Prima pars quæ est etiam *Gutieres de Matrimonio cap. 38. n. 6.* probatur, quia ibi non datur abusio finis, nec excluditur intentio sobolis propagãdæ, Si verò intenderetur primario delectatio, non verò remedium, venialis foret culpa; quia datur inordinatio vilis in re gravissima. Ita *Ægydius Lovanien. citat. disp. 24. dub. 2. num. 16. & Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 29. numer 21.* & deinceps. Similiter dicendum de contrahentibus propter vanam gloriam divitiarum, pulchritudinem, æquè peccare venialiter, quia nõ est illa inordinatio gravis, nec excludit alios fines proprios. Quinimo contra *Sanch.* tenet *Lovanien. n. 18.* matrimoniũ contractum ad pacem aliquam magni momenti componendam, esse honestius, quàm ob remedium concupiscẽtiæ, & prolis generationem. Quando autẽ finis est lethalis in fœmina v.g. libertus communicandi cum hominibus, vel aliud facinus grave patrandi, crimen capitale erit. Ita *Petrus Ledesma, quæst. 48. de matrimonio art. 2. dub. 2.* ubi duplicem culpam meritò reprehendit, alteram pravi finis, & alteram indignæ sacramenti receptionis. Quanvis tertiam Sanches excogitet desiderij, scil. consequendi finem, quam ego nõ agnosco, quia desiderium finis ab ipso opere assecuto non distinguitur in moralibus quo ad culpam. Concludo tandem, quod si fines extranei subeant rationem motivam, nulla esse in culpa, dummodo ordo finis servetur, & ipsi non sint difformes. Et advertõ, quòd si non intendatur soboles, nec remedium concupiscentiæ, bene adhuc constare posse matrimonium. Vt in Beata Virgine, quia intervenit mutua animorum communicatio, qui est omnium finis excellentissimus, sed quia hæc amplius prosequi non licet: autores lege, & elige.

6 In textu, Vicis fuisse. Sacerdotes olim à tempore Moysis usque ad David olea conservabant. *Num. 4.* Vasa Tabernaculi inspiciebant incensum quotidie offerebant, sacrificiũ quotidianum faciebãt; & si quando extra ordinẽ propopulo aut privatis offerebãtur. Levit. 17. offerebãt ipsi, & diebus festis sacrificiũ populi agebãt, & pelles holocaustorũ cũ pontificibus detrahebant 2. *Paralip. cap. 29.* David alterni rex. 2. *Paralip. cap. 8.* nolvit omnes sacerdotes quotidie sacris ministerijs occupari, sed singulas classes, singulis hebdomadibus operari,

rari, cuius inſtitutionis meminit *Ioſephus lib. 2. contra Apionem*, quia tanta multitudo miniſtrare ſimul non poterat: diviſit omnem poſteritatē *Eleazar, & Ithamar* filiorum *Aaronis* in viginti quatuor familias; primi propter multitudinem in ſexdecim; ſecundi verò in octo 1. *Paralip.* 24. *& Ioſephus* 7. *antiquit. cap.* 11. & ſortes miſerunt pro unaquaque habdomada ita ut una cognatio miniſtraret Deo per octo dies à ſabbato uſque ad ſabbatum, & ſortionem factam eſſe omnium cognationum à prima uſque ad 24. tradit citatus *Ioſephus*.

7 Sed quoniam ſermo incidit de ſacerdotum muneribus. Quæres utrum diſcrimen conſtituendum ſit inter ſummum ſacerdotem, & principem ſacerdotum? Reſpondeo affirmativè, nam ſingulis ſacerdotum claſsibus (quæ erant viginti quatuor, teſte *Ioſepho lib. 2. contra Apionem*,) præerant quidam ſacerdotes, quos à Græco Latini interpretes communi nomine cum ſummo pontifice, principes ſacerdotum, & Pontifices dixerunt. Nec iſti erant ſummi pontifices ſed claſsium capita. Quorum unus fuit *Eſdra*, & tamen ſummum pontificatum non geſsit ut ex illius *libro cap.* 8. conſtat: & ex illo *Marci* 14. *Adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem Caipham: ſummi vero ſacerdotes quærebant, &c.* qui non erāt pontifices maximi, nam uno eodemque tempore multi eſſe maximi non poterant; quanquam qui prius fuerat Pontifex abdicato pontificatu, diceretur adhuc pontifex. Concilium autem, de quo *Marcus*, inibant & pontifex maximus; & principes claſsium ſacerdotalium. Scæva quoque (cuius mentio *in actis Apoſtolorum* fit *cap.* 19. ſub nomine principis ſacerdotum,) qui nec geſsit maximum pontificatum nec Epheſi (de qua ibi ſermo) gerere potuit. Adi *Sigonium lib. de republ. Hebr. 5. capit. 2. & Anaſtaſ. Germon.* citato *lib. 3. de ſacrorum immunitat. cap. 3. nu.* 10. qui affirmat multam iniectam inde difficultatē Theologis quia nullum conſtituerunt diſcrimē inter Summum, & Principes Sacerdotum. Sed ad eos relego curioſos quos ipſe ad Sigonium mittit. De his enim plura agere ad ipſos eſt, nobis autem ſummo digito ea tetigiſſe tantùm, fuit ſatis. Nunc ad inſtitutum revertamur.

8 an Leviticam tribum ſimul diviſiſſe Davidem in 24. partes, ſortione facta, & illis quemadmodum ſacerdotibus octonos miniſterijs dies obvenisse tradit *Ioſephus* citatus, & habetur 1. *Paralip. cap.* 9. & 1. *Eſdræ, cap.* 8. & 2. *Paralip. cap.* 8. inde miniſterium hebdomadæ unuſcuiuſque familiæ vicē appellat *Luc.* 1. *Vir nomine Zacharias de vice ſuæ*; quæ erat octavæ familiæ in illa 24. Quæ omnia breviter retulit *Innocentius lib. 1. de ſacro altaris myſterio cap.* 6. & *Rab.* citatus *capit.* 3. Illa verò hebdomada qua ſacerdotes miniſtrabant in domibus ijs habitabant, quæ in atrijs templi erant exædificatæ, neque inde recedebant, & quandiu ibi morabantur, ab uxoribus abſtinebant, ut tradit *Barradas in concord. tom. 2. lib. 3. cap. 58. num. 6. ex Abulenſ quæſt.* 25. *in* 1. *Paralip. cap.* 24. *& Innocent.* 1. *Epiſt.* 2. *cap* 9. in quem ſenſum vicis comminiſcitur noſtri textus.

In textu, ibi, Non ex alia niſi ex tribu Levi. 9 Levi tribus ſacri tabernaculi miniſterium ſortita eſt, originem ducens ex Levi tertio inter Iacob filios, ex Lia, Deo conſecratus, quia *numero Deus impare gaudet*. Vnde *Num.* 3. verſ. 12. & 13. dixit ſe tuliſſe Levitas à filijs Iſrael, pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filijs Iſrael, velleque ut Levitæ eſſent ſui, præterea quoniam percuſſerat primogenitos in terra Ægypti. Vetuit quoque ne numerarentur tribus Levi inter alios, qui à vigeſimo primo anno, & ſupra numerabantur, ut ad bella procederent, ſed præcepit, ut ex illis conſtituerentur ſuper Tabernaculum teſtimonij. Quo circa ineptè *Plutarchus* (ajt *Lorinus in præfatione Levitici, cap.* 4.) dictos affirmat Levitas à Lyſio, ſive ab Evio, id eſt à Bacho, quod tubis, ut ipſe ementitur, ad eius ſacra evocarent, cum id ad alias veri Dei ſolemnitates videamus fuiſſe in uſu. Sed adhuc inquirendum ſupereſt, quare Leviticæ tribus fuerit electa ad miniſtrādum divino cultui? *Philo lib. 3. de vita Moyſis*, hunc honorem eis perpetuum dixit, quod conſecrarēt manus ſuas occidendo cultores vituli *Exodi* 32. ſed obſtat, quia iam *cap* 28. *&* 29. iuſſerat Dominus Moyſi ad ſe applicare Aaron cum filijs ſuis, ut ſacerdotio fungerentur, &. Aaroni fieri veſtem pontificiam, & filios conſecrari, qui erant de tribu Levi. Credit *Barradas in Itinerario lib. 4. c. 17. n.* 10. Aaronem, & filios eius electos non propter occiſionem idolatrarum, ſed quia ſocius in educendo populo, & frater erat Moyſis. Reliquos autem Levitas, ab interfectione cultorum vituli, fuiſſe in miniſterium tabernaculi aſſumptos.

CAP. Quia aliquanti. IV.

SVMMARIVM.

1 *Aut venia, aut mitior pœna imponitur, ignorantia lapſis.*

2 *An detur ignorantia in peccato venereo?*

3 *Qui privilegio abutitur, illo privari meretur.*

4 An

4 *An clericus in minoribus iniens matrimonium perdat privilegium?*

5 *An amittat privilegium fori?*

1 IN textu. In quo venia,& miſericordia illis tribuitur,qui ex ignorantia contra Syricij conſtitutionem,uxores detinebant;pœnitentes tamen, illas dimittebant. Cæterum in pœnam decernit Summus Pontifex,quòd non aſcendant ad maiores ordinis gradus,continentiæ ſtudium,& obſeruãtiam illis commendans; perſeverantibus autem in vitijs, honoris eccleſiaſtici privationem de præſenti,& in poſterum eis comminatur. De materia agit *Petrus Creſpetius in ſumma*, verbo, *ſcalibatus, fol.* 163. *Soto de iuſt. lib.7 quæſtione 6.artic. 1.col.* 3.

2 In text.ibi,Ignorãtia ſe lapſos. Collige nullam dari poſſe excuſantem à culpa mortali,lapſum carnis per acceſsũ ad mulierem, in rationis utentibus, nam quanvis ruſtici ignorent,crimen eſſe lethale ſatis eſt, quòd rationem culpæ ſimpliciter intelligãt, quam neminem latere apertum eſt. Ita *Cordub. in quæſtion lib.2.quæſt.17.cap.3.* allegans *Adrianum:* ſequitur *Sanchez lib.1. decalogi, cap.16.num. 11. Regnal.lib.22. n.19.* ubi ait, ordinarie nullũ ratione utentium excuſari ignorantia ſaltem ad longum tempus poſt rationis lucẽ,& probatur,quia ipſo naturali ingenij lumine conſtat,fornicationem eſſe culpam,ergo non poteſt dari ignorantia excuſans à mortali. Antecedens eſt omnium commune. Conſequẽtia verò indè firmatur, quia ut aliquis mortaliter peccet, ſatis eſt,quòd malitiam advertat, nulla etiam facta examinatione qualitatis culpæ,quia & periculo illius ſe exponit, & virtute vult obiectum malitia mortali affectum. Sic *Vaſquez 1.2. diſput 107. in fine Zumel.1.2.quæſt. 74.artic.8 diſput. 1. & Sanch.* citatus *cap.1.numer. 9.* ſuboritur dehinc quæſtio ſatis difficilis, an ſciens criminis, non pœnæ, puniẽdus ſit pœna legis communis ſtatuentis pœnam aliquam ſpecialem, v. g. adulteris, furibus, &c. Quam ut ſolvam egrediar ad notatoris limites,& ideo breviter dico, ſufficere ſcientiam iuris prohibentis,ut pœna incurratur, dũmodo non ſit excommunicatio. Priorem partem tenent multi apud *Covar.in cap. Alma 1.parte, §. 10,num.9.* & apud *Sanch. de Matrim lib.9.diſp.32. num.* 20. quia pœna in damnum vocari debet illius,qui ſciens prohibitionem,cõmittit culpãm; neque deſideratur conſenſus in pœnam ipſam,quo ea incurratur. Vt bene probat *Covar.* citatus *num.*11. Poſteriorem partem inculcat *Suar.tom.5.de cenſuris diſp.4.ſect.* & per totam ex peculiari ratione cenſuræ, quæ prævia monitionem ſub cenſuræ comminatione requirit. Sed ut hæc plenius percipiantur, conſule citatos,& requiſitas promulgationis conditiones ad notitiam culpæ,& pœnæ incurrẽdæ invenies. Ada dicta, *num.5 cap.2. ſupra hac eadem diſtinctione.*

In textu,ibi, Illiciti privilegij excuſatione. 3 Quinimo ſi privilegiũ licitũ foret, eo privarentur, cũ illicita patrarent, quia privilegiũ non dat cauſam delinquendi, *Gloſa final,* in *cap.ad abolendã, §. Statuimus de hæret. lib.6.* Vnde quàm cito recidit ad iniquitatem, ſtatim non valet, *Gloſa 2. in cap. reſcripta 25. quæſt.1.* & ſicut privilegio dignitatis meretur privari, qui permiſſa abutitur poteſtate, *cap. ubi iſta, diſtinctione 74.* ibi vide poſita *n.7.* & tertio pro ut in præſenti honoris privilegio ſe privaverunt clerici, *nu. ſequenti.*

In textu, ibi, Ab omni ſe honore eccleſiaſtico privaverunt. 4 Ideſt dignitate,& gradu, ut ſeries textus mõſtrat,& privilegio,iuxta *cap. Abbate de verborum ſignificat.in fine,* ibi *Tandiu monaſterium ipſum hac honoris debeat prærogativa gaudere, donec ibidẽ viguerit:* ubi honoris prærogativa privilegij eſſe teſtatur. *Suar.de legib.lib.8.cap.30.num.16.* Quæres ergo quodnam privilegium amittant clerici per matrimonij contractũ? Duplici gaudere privilegio clericum in minoribus cõtrahentem, nimirum canonis *ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.* & fori ex *cap.2. de foro competenti.* Duplex item petitur conditio, altera, ut unicam virginem ducat,altera ut veſtes clericales,& tonſuram deferat: & quacumque deficiente, privilegium deficit. Confirmat *Trident. ſeſſ.23. cap.6.de reformat.* & addunt tertiã cõditio, ut coniugatus alicui eccleſiæ ab epiſcopo deputatus inſerviat. Vnde clericus biſconiugatus aut ſemel cũ corrupta ſi ordinatur bigamus pro pro ut diximus ad *cap. nemo num.4. ſupra diſtinct. 32. & ad cap.matrimonium. diſt.* 33. privatur privilegio per dict. textũ *in cap unico,* nõ tamen quãdo poſt initum matrimonium cum virgine interpretativè efficiatur bigamus, cognoſcens mulierem notorij adulterij ream, quia conditiones petitas in *dicto cap.unico* utpote ducendo virginem, implevit. Sentit *Auſterius* ex mente omnium *deciſ. Tholoſana 64. num. unico, & deciſ 235. numer.2. &* 3. *Iulius Clarus lib. 5. receptarum, §. final in pract. criminal. quæſtione 36. num.10. Anton. Cucus lib.3. inſtit Maior. titul. 9. numer.18. Farinac. pract. crimin. titul. de inquiſit. quæſtione 8. nu. mer. 8.* 8

Vt

5 Vt autem privilegium fori amittat deſidecur, quod tempore delicti bigamia contracta fuerit, nam ſi priori uxore defuncta, aliâ poſt delictum ducat, adhuc privilegium proderit, quia ad gaudendum foro ſpectatur tempus delicti admiſſi, *l. 1. ff. de pœnis Bald. in l. affinitat. in fine. Cod. communi ſucceſſ.* & alij quos refert, & ſequitur *Barbos. Titia*, 35. *num.* 33. *ff. ſoluto matrim. Iulius Clarus* citata *quæſt. num.* 11. Tandem debet clericus deferre omnes veſtes extrincecus apparentes clericales, nec ſatis unam, vel alteram *ex d. cap. unico, & cap. Si Iudex de ſentent. excommunic. in 6.* ubi in plurali petuntur veſtes clericales. *Covar. quæſt. pract. cap. 31. num. 7. verſ. 2. & DD. ad Gloſſa d. cap. unici & Azor lib. 13. inſt. moral. cap. ult. quæſt. final*, & inferunt quòd ſi veſtis clericalis non lateat, quod exterior illam nõ cõtegat, adhuc firmum ei erit privilegium clericale, quæcunque alia privilegia clericalia amittuntur per matrimonium adhuc non conſũmatũ, non tamen per ſponſalia. Vide *Sanch. de matrimon. lib. 7. diſput. 26. per totam, & Campanile in diuerſor. tubr. 11. cap. 12. num. 11. & deinceps.*

CAP. Presbyter. V.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui textus meminêre pro temperandis pœnis.*
2 *An clericus inhoneſtus, & concubinarius deponi debeat? & num. 12.*
3 *Mitiùs agendum cum ſponte confeſſis.*
4 *Sacræ Euchariſtiæ uſus corda emollit.*
5 *Quis fuerit olim uſus illius?*
6 *Vtrum liceat quotidie communicare?*
7 *Vtrum liceat abſolvere invitum ne deterior fiat?*
8 *Pœnitentia non imponenda regula.*
9 *Pœnitentia imponenda regula.*
10 *Vtrum privatio communionis poſsit inferri in pœnam ſatisfactoriam?*
11 *Vtrum confeſſarius teneatur ſemper pœnitentias imponere, & pœnitens acceptare?*
13 *Vtrum uti ſagimine poſsit, cui overum uſus conceditur? Remiſsive.*

1 IN textu. In quo temperato tẽporis primævi Apoſtolorũ rigore cõtra clericos, in honetos, volẽtibus pœnitere texatur modus, & pœnitentiæ tempus, notat *Iacobus de concilio lib. 7. art. 7. col. 4. fol. 499. Decian. tractat. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 14.* qui textus meminere, meminit etiam *Palat. in repetitione cap. per veſtras, §. 18. numer. 17. ad medium de donationibus inter virum.*

In textu, ibi, Debeat deponi. 3
Ita tenuit, *Archidiaconus in cap. notum 2. quæſtione 1. Antonius de Butrio in cap. At ſi clerici in principio*, ſequitur, & teſtatur communem *Aretinus in cap. cũ non ab homine Iolam. 10. de Iudicijs, Decius* poſt alios, qui cum referunt in *cap. At ſi clerici in principio, num. 36. Mevius. ſucceſſionum creatione, §. 22. num. 49. Iulius clarus in §. fornicatio* verſ. *ſed quæro*, adducentes pro hac opinione *textum in cap. é multis, de ætate, & qualitate, & cap. erubeſcant. 32. diſtinct. & cap. ſi quis unnem 1. quæſt. 7. circa finem*, verſ. *ſi quis vero.* Receptior tamen eſt opinio aſſerens, quòd non deponatur, quia pro fornicatione non debet adeo gravi pœna puniri, ut tenet *Abbas in cap. At ſi clerici, num. 36. de iudicijs* ſuſpenditur tamen ab officio, & beneficio, ut nos avimus in Gloſſa communiter recepta, verſ. *removeantur, num. 4. in cap. Maximianus* ſupra *diſt. 82.* & latè probat *Barbatia in d. cap. At ſi clerici col. 37.* ſecuntur in ſpecie *Imol. ibi. num. 11. Felin. numer. 14. Decius nu. 36.* plures limitationes huius doctrinæ videbis apud *Gutierrez canonicarum quæſt. lib. 2. cap. 7. à num. 55.*

In textu, ibi, Sponte cõfeſſus. 3
Mitiús enim cum eo agendum eſt, quam ſi negans convinceretur. *l. 1. Cod. ne tutor, vel curator veſtigalia conducat auth. ſed nove iure*, & ibi *Gloſſa de pœna iudicis qui male iudicavit, cap. ultim.* & ibi *Gloſſa de furtis cap. inter corporalia* verſ. *ſane quoniã de translat Epiſcop. cap. facilius in principio*, & ibi *Gloſſa de pœnit. deſtinct. 1. cap. non dicatis 12. quæſtione 1.* notat *Gloſſa in lege non omnes, §. ultimo, ff. de re militari, l. quiſquis in fine, Cod. ad l. Iul. mageſt. l. 1. C. de ijs qui ſe ſer. voluit. Abb. in cap. At ſi clerici*, ubi *Felin. col. 2. Philip. Decius col. 4. in 6. notabili d. iudicijs*, quin etiam ſponte confitenti ac ſe ipſum deferẽti omnino interdum parcitur, ut in *l. edicto 13. in principio, ff. de iure fiſci, l. in eos in fine, ff. cuſtodia reorum*, quibus ſtipulatur illud *Fabij lib. 6.* quo loco de alteratione diſſerit. Nocet etiam diu pugnare in his, quæ obtineri non poſsunt; nam ubi vinci neceſſe eſt, expedit cedere, quia culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri altera culpa eſt. Eandem ſententiam alter expreſsit *Plinius lib. epiſt. 4. ad Vrſum epiſt. 9.* Rem, inquit, *manifeſtam inficiari augentis eſt crimen, non diluentis*, adſentit illud Senecæ, in proverbijs, *proximum*, inquit, *ad innocentem tenet locum verecundia, peccati confeſsio. Horatius* demique memorandus, & ingenioſiſsimus poeta *lib. 1. carminum Ode 16.* ut Tindaridem, quam læſerat, conciliaret, crimen fatetur.

...o Mariæ pallere filia pulchrior.
Quem crimino sit cunque velet modum.
Petrus Lambin.

Plura per *Tiraq. de pœnit. temperand. causa* 30. ubi noſtri textus meminit *numer.* 1. adde poſita ad *cap. ult. num.* 3. *diſtinctione* 24. & *ad cap.* 3. *numer.* 2. *diſtinctione* 50.

4 In text. ibi, Ne indureſcat, particeps fiat corporis, & ſanguinis Domini. Collige hinc ad mirabilem ſacræ Euchariſtiæ virtutem ad conterendam, & animi duritiem emolliendam. Si enim adamas ferratos laxat poſtes, & tamen durissimus lapis calido hircorum ſanguine ſolvatur, quas nō viſcerum rupes, & ſaxea corda expugnabit calidiſſimus Chriſti ſanguinis? & nequis fabulosa putet, quæ de hircino ſanguine, (cui rerum uni cedat adamas) memoriæ produntur, memoratu digna ſunt, quæ ſuper hoc *Divus Cyprianus lib. de duplici Martyrio* diſſerit, cum efferas nationes Romani nunquam frangere, vel domare potuerint, Chriſti ſanguine lndicat emollitas. *Qui naturæ cauſas*, inquit, *ſcrutantur, narrant adamantem, nulli chalybis duritiei cedentem, hircino ſanguine maceratū, illius mox malleorum deſinere.* Nullus autem adamas corde ſaxeo peccatorum durior eſt. Hoc igitur cor ferreū, cor ſaxeum, cor pluſquam adamantinū emollit ſanguis Chriſti. Quæ omnia apud *Pierium Val. lib. 4. Hieroglyph. de Adamante* invenies. Sed in rem noſtram facit oraculum *Ezechiel cap. 26. auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum*, ideſt, inquit *Hieronym. lib. 55. in cap. 3. Ezechiel. dabo cor carneum molle, & tenerum, quod præcepta Dei ſuſcipiat, & multiplicabitur ei frumentum, de quo efficitur panis cœleſtis ſacra, videlicet, Euchariſtia, quæ noſtram tenerūdinem ſervabit.*

5 De conſuetudine veteriſſima ſumendi ſacram Synaxim, pro multiplici eius fructu, quotidie in templo conſtat ex *cap. 2. Act.* & ex *cap. peracta de conſecrat. diſtin. 2.* cui acceſſit (ex multorū opinione, quos refert *Vaſq. to. 3. in 3. p. diſp. 214.*) præceptū Anacleti ſūmi pontificis, in *dict. cap. peracta ex canone 10. Apoſtolorum*, quod firmare videtur *Clemens Romanus lib. 2. conſtitut. apoſtolic. cap. 61.* quanquā de hoc præcepto Apoſtolorum non ſatis liquet ex locis citatis, quapropter *Turrecremat. Hugo, & Archid. in d. cap. peracta, & Suar. tom. 3. in 3. part. diſputat. 69. ſection. 3. diſput. 70. ſection. 2. & Alenſ. 4. part. quæſt. 51. memb. 2. art. 3. Moſius in confeſſ. capit. 41.* ſentiūt deuotione fidelium præceptū prævenisse, unde hic mos diu in eccleſia viguit. Poſtea verò cum pietatis ſtudiū labentibus annis paulatim adeo refrixiſſet, ſtatutum eſt, ut ter quotannis, Natali ſcilicet, Domini, & Reſurrectione, & Pentecoſte omnes Euchariſtiam ſumerent, ut patet ex *Fabiano Papa epiſt. 2. cap. 4.* & habetur *in cap. 5 non de conſecrat. d. 2.* quod poſtea cōfirmavit *concil. Agathenſ. in capit. 28.* Refert autem *Rho diard. lib. 6. decreti cap. 19.* Sylveſtrum Papam quoſdam alios dies addidiſſe, quā legem apud alium neminem reperiri fatetur *Sonar.* Soter verò papa in *cap. In Cœna Domini de conſecr. diſt. 2.* præſcripſerat fidelibus communionem diſtinctam à Paſchali, ut vult *D. Thom. 3. part. quæſt. 8.* Ad extremum autem re eo adducta, ut non modo ſalutaris præceptio ſervaretur, ſed ut plures etiam annos perceptio communionis differretur, decretum eſt in Synodo Lateran. *cap. 21. ſub Innocent. 3.* ut ſemel ad minus in anno in Paſchate fideles omnes ſacrum Dominici corpus acciperent, qui verò id facere neglexiſſent, eccleſiæ adiru prohiberentur. Quod decretum renovavit *Trid. ſeſſ. 13. can. 9. & ſeſſ. 21. can. 4. & cap. 4.*

6 Circa frequentiam verò quotidianę communionis ex devotione laicorum (nā de clericis diximus *ad cap. tenore 4. num. 5. diſt. 31. & ad cap. ſi ſolus num. 1. diſtin. 8.* cum de illorum obligatione celebrandi egerimus) multa adducit *Ferdinandus Quirinus de Saldzar in practica frequētiæ ſacræ communionis cap. 13.* & cum *D. Thom. 3. part. quæſt. 80. art. 10.* reſolvit admodum ſalutarem, & fructuoſum eſſe ſæpius per annum ſacram ſynaxim iterare, ad hoc enim hortabatur Sancta Dei eccleſia multis in concilijs, & *Tridentino ſeſſ. 22. cap. 6.* Optaret Sancta ſynodus, ut in ſingulis miſſis fideles aſtantes, non ſolū ſpirituali, ſed etiam ſacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent, & idem tradit *Catechiſmus Pij V. p. 4. cap. 13.* & Patres, quos refert *Suar. tom. 3. in 3. part. diſput. 69. ſection. 4. concluſ. 2. & Innoc. lib. 4. de hoc miſterio, cap 42.* & Scholaſtici, cum *S. Tho.* ubi proximè, & *in 4. diſt. 12. q. 3.* & *Vaſq. tom. 3 in 3. p. diſp. 214.* & ibi omnes multa referunt, quæ hanc frequentiam ſuadent. Vtrum autem is uſus ſit ſervādus omnibus quotidie? Non ita indiſtinctè reſolvi poteſt, ſed concideratis priùs *D. Tho.* verbis, qui ait, duo oportet advertere, unum ex parte ſacramenti, utilem hominibus virtutem conferentis, reſpectu cuius eſt ſalutare ipſum quotidie ſumere, aliud ex parte ſumentis, in quo requiritur, ut cum magna devotione, & reverentia ad hoc ſacramentum accedat; & ideò, ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum invenerit, laudabile eſt, quod quotidie ſumat, ſed quia multóties in pluribus hominum multa impedimenta huius devotionis occurrunt, propter corporis indiſpoſitionem, vel animæ, non eſt utile omnibus hominibus communicare. Cōcludo cum *Suar.* 1 citato unam regulam certam dari non poſſe, quæ omnibus expediat, ſed pro diverſitate ſtatuū, & morū id prudenti arbitrio definiendū,

qua

quia de re conſulant cõfeſſarij præter *Gerſonem, Dionyſium Cartuſianum, Ludovicum Bloſium, & Ioannem Rusbroquium, Avilam in epiſt. de hac materia fr. Ludovicum Granatenſ. in memorial. & Ioannem de Arias Societ. in libello de utilitate Confeſſ. & Communis & Chriſtophorum de Matritu de eadem utilitate, & Ludovicum de la Ponte tom. 4. operum ſuorum, & Alphonſum Rodrig. tom. 2.* & alios, quos refert, & ſequitur *Salaz.ar* citatus, §. 3.

7 In textu, ibi, Ne indureſcat particeps fiat. Communis fert ſententia invitum poſſe abſolvi excommunicatum, non à culpa, ſed à cenſura, ita doctores in Gloſſa, *cap. ſignificaſti*, verbo, *ſi petierit, de eo qui duxit in matrimon. quam polluerat per adulterium*, Ioannes Calderinus, quem refert *Panormit. in cap. ab excommunicato de reſcript. nu. 20. & in d. cap. ſignificaſti nu 7. ſumma Aſſens. part. 2. lib. 7. tit. 14 queſt 1. Felin. in cap. Apoſtolicæ, num. 2. de except. Marian Socin. in cap. ſup. eo 2. num. 4. & 5 de ſentent. excommunicat. & in cap. ſuper dubijs, num. 17 tit. eodem & lib. D. Anton 3. part tit. 24. cap. 77. Sylveſter*, verbo, *Abſolutio 3. dub. 6. Angelica*, verbo, *Abſolutio 3. nu. 7. Tabiena*, verbo, *Abſolutio 2. n. 19. §. quæritur decimo 4. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 10. §. 2. & Bayrus lib. 2. Theſaur cap. 20. n. 5.* ubi cum *Henriq. lib. 13. de excõmunicat. cap. 29. §. 1. & Suar. de cenſur. diſp. 7. ſect. 7. nu. 5.* adi *D. Tho. quæſt. 2. artic. 1.* cum alijs Theologis in *4. diſt. 18.* citat, & notat *Iaſon in l. quod iuſſit, numer. 8. ff. de re iudicata, & Palac. in rep. cap. per veſtras, §. 18. numer. 17. de donat inter virum*, qui noſtri textus meminit, aſſerentes excommunicatum ſi ſponte abſolvi noluerit, poſſe compelli, ne indureſcat, quod abſolutionem recipiat. Ratio concluſionis eſt, quia cenſura eſt pœna, & non culpa, & ideo in invitũ fertur, ergo eadem ratione tolli poteſt invito eo qui abſolvitur, culpa vero non niſi voluntate committitur, ergo non niſi, qui ſe ſe voluntarié ſubdit poterit abſolvi. Sed adverte, quòd cenſura, vel eſt à iure, & præſcripto modo procedendi, tunc ſi excommunicatus perſeveret in culpa, & contumacia v. g. hæreſis, & alijs, non poterunt inferiores à Papa abſolvere, ſed procedere, ex quadam interpretatione, & epicheia, vel eſt ab homine, qui ſi videat ſaluti expedire, nec eſſe præiudicium tertij, nec fructum à tali cenſura ſperari, nec ſcandalum, aut contemptum cenſurarum gigni manente contumacia, prudenter poterit relaxare cenſurã, & abſolvere. Vide cit. *Suar. n. 11. & 12.*

8 In textu, ibi, Eadem quoque pœnitentia. Spatioſus ſe offerebat campus, in quo latè diſcurrerem, perquirendo ſingulas peccatorum pœnitẽtias imponendas, ſed ne novum opus exordiamur, cum ad finem properamus, ea tantum tranſcurrere curabimus, quæ prudẽtiæ loco ſydereis inſerviant, & prudentiæ loco ſydus affulgeat. Sit ergo primus inſpiciendi radius, ne pœnitẽtia inepte imponatur, veluti magna eleemoſina viro pro ratione ſtatus pauperi, aut prolixa orationis homini continuè occupato, aut ieiunium aſsiduè laboranti, aut auſteritas delicato, in altiori dignitatis gradu conſtituto, aut aliquid quod dedeceat ab ipſo impleri, aut quod periculum habeat, ut fœminã nullo comite, aut cum illo longinquè peregrinari, aut melenchonicum, & pronum in deſperatione uti pane, & aqua, & omnes recreationes etiam honeſtas vitare, etenim pœnitentiæ non tantũ proportionare numero, & qualitati peccatorũ eſſe debent, ut inquit *Henrigus lib. 5. ſumma capit. 21. §. 6.* Sed etiam diſpoſitioni perſonæ, ita ut levior ei imponatur, qui magna cõtritionis ſigna oſtendit, aut qui infirmior apparet; aut de gravioribus nihil impleturus videtur, nec ſervẽtioribus magna, ne ſub onere importabili gemãt. Vnde patet magnã requiri confeſſariorũ prudentiam; Adi *Navar. in Manuali cap. 26. num. 15.* & ſequentibus. *Sot. in 4. diſt. 20. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 2.*

Secundus confeſſarijs radius oritur, ut pœnitentibus contrariam peccatis pœnitentiam imponant, ad reſecandas eorum radices, & occaſiones occludendas, iuxta *cap. Satisfacio de pœnit. diſt. 3.* utpote luxurioſo ieiunium, macerationes, & verberationes corporis, ſuperbo humilitatis opus ex *cap. 1. de pœnitent. diſt. 2.* Avaro eleemoſinæ, &c. ex *cap. 1. de pœnitent. diſt. 2.* Hoc ſemper unum præ oculis habendo, ut pœnitẽtiæ ſint in vindictam, & medicinam peccatorum. Ita ex *D. Thom.* tradit *Iacobus de Graſſijs part. 1. lib. 1. deciſionum aurear. cap. 31. n. 7. Reginaldus lib. 7. cap. 4. num 33. & deinceps, & Polancus in direct. cap. 2. art. 4.* Ex quibus colliges, non fore inutile ſcire canones pœnitentiales pro arbitranda ſatisfactione, quos refert *Reginal.* iuxta ordinẽ præceptorum decalogi *num. 54.* ex inde enim commodior uſus, utinã felicior eruatur, cõſule item *Suar. de pœnitent. diſp. 38. ſect. 4. 5. & 6.* ubi invenies, non eandem eſſe peccatorum pœnitentiam iniungendam, ſed qua medicina pareretur, & delictum puniatur, iuxta *Trident. ſeſſ. 16. c. 8.* doctrinam præcipientis, ut ſatisfactio impoſita, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorũ vindictã, & caſtigationem.

9

Quorum verborum occaſione ſuboritur quæſtio, an poſsit interdici pro pœnitentia ſatisfactoria ſacra communio? Et ratio dubitandi eſt, quia ex *Trid.* pœnitentia debet eſſe in vindictam præteritorum & præſervativa futurorum. Atqui tantũm abeſt, ut in futurũ ſi præcaveat uſus, quod potiùs hoc ſacramẽtum

10

ſit cibus animarũ, & antidotus, quo liberamur à culpis quotidianis, & à culpis mortalibus præſervemur *Trid. ſeſſ. 13. capit. 2.* ergo differre cõmunionem, non erit medicamentũ præſervativum, imò illorum ruina. Deinde, quia in vindictam non debet infligi quælibet pœna, ſed opus bonum, quod ſit in ſatisfactionem emeriti ſupplicij, abſtinere autem à cõmunione, & illam differre, nihil bonitatis habere videtur, & aliunde impeditur ſatisfactio magni momenti per communionem, qua applicatur recipiẽti mundantiſsima Chriſti ſatisfactio, ut pœnę condonari poſsint. Dicendum tamẽ eſt, ex communi eccleſiæ ſenſu benè poſſe interdici ſacram Synaxim in partem ſatisfactionis. Ita tradit *Salazar* citatus *cap. 14. §. 2. & Suar.* citata *diſp. 69. ſect. 4. concluſ. 3.* ubi affirmat, poſſe eiuſmodi frequentiam differri propter aliquã occaſionẽ, id tamẽ eſſe debere rarũ, & extraordinariũ, nec in lõgũ tẽpus, ut plus nocere, quã prodeſſe comperiatur, iuxta illud *Pſal. 101. percuſſus ſum, ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* In quorũ explicationem, non abſre fore affirmat *Lorinus* differere de frequentanda Euchariſtia, allegans *Chriſtophorum Madritum*, & *Pepinum ſet. 72.* Ratione verò probatur. Quia eccleſia ex antiquiſsimo uſu in pœnam aliquorum criminum, communione privavit delinquentes, ut patet ex *cap. relatum de conſecrat diſt. 2.* & ex *cap. Accidens. diſt. 50.* & ex *cap. de his diſt. 12.* & ex *cap. unico 31. quæſt. 3.* & ex *cap. latorem*, & *cap admonere 33. quæſt. 2.* & *cap. de viro 12. quæſt. 2.* ergo rectè ea pœna imponitur. Secundo, quia ea dilatio eſt opus bonũ affligens animum propter illam privationem, quæ cum ſit ex obedientia, & ſubiectione, non parum utilitatis, ſeu meriti habet, quod nõ reperietur in illius omiſsione voluntaria, ſeu ex deſidia, de qua fortaſsis loquitur argumentum in contrarium. Tertio in hac privatione reperitur remedium præſervationis; nõ eſt enim negandum eo gravius iudicandum ſupplicĩũ, quo gravior eſt illius pœna, ſed ex uſu eccleſiæ pro atrocioribus criminibus, ea dilatio, & negatio communionis imponebatur, ut ex textibus, aliiſq; cõciliorũ ſãctionibus cõſtat, ergo, & præcavendo in futurũ, & vindicãdo in præteritum inſervit; adhibita Suarij moderatione. Addo inſuper pro pleniori obiectionis ſatisfactione in ſolatium eorum, qui communione privantur, quod quanvis eo maximo bono careant, alio non modico afficiuntur; præſtantes, ut debent, obedientiam confeſſarijs ſupremis in illo foro iudicibus, dũ modo ſic vivant, ut quotidie mereantur accipere iuxta *Amb. lib. 5. de ſacrament. capit. 4.* relatum in *cap. Non iſte poſt §. 6. infra de conſecratione.*

11 Aliud ſupererat dubium non contemnendum. An teneatur confeſſarius ſemper iniungere pœnitentias, & pœnitens illas acceptare? Quod quia paucis exſolvi non poteſt, ſũmariè dico. Vtrumque licitè fieri poſſe, dummodo pœnitens ſit impotens, & propinquus morti, vel intelligatur ſatisfeciſſe pro peccatis, vel eius non ſit aperta malitia, nec medicinæ neceſsitas, & aliàs ſit paratus obedire, & benè affectus, & pietatis ſtudioſus. Cætera ſigillatim diſcurſa videre poteris apud *Suar. tom. de pœnitent. diſput. 38. ſect. 4. & 7.* & *Reginald.* & Sũmiſtas, qui omnes hanc attingunt. Vnum tamen moneo, magno opus eſſe confeſſarijs prudentiæ præſidio, ut pœnitentiarum præſcriptiones metiri queant, ne levi flamine ducti, terrenum æquor navigantes naufragari compellantur.

In Gloſſ. ibi, Niſi in ea perduret 12

Ergo deponendus erit clericus propter continuationem in concubinatu, & fornicatione, per noſtram Gloſſam, quam ſequitur *Dueñas regula 101. limitatione 4.* Contrariam tamen opinionem ſequitur *Gutieres lib. 2 quæſtion. canonicarum cap. 7. num. 58.* concludens tamen, quod venit augenda pœna ſuſpenſionis, reſpectu amplioris temporis. Tu vide quæ diximus in *cap. Maximianus, num. 4.* ſupra *diſtinctione 81.*

In Gloſſa, ibi, Sagimine. Cõtro- 13
vertit

Gloſſa utrum poſsit ſagimine & lardo uti ille, cui ovorum uſus conceditur, de quo vide per *Corſetum ſingul. comun.* verbo, *caro. Vivaldum in aureo candelabro, cap. 15. num. 36.* qui uterq; noſtræ Gloſſæ meminere. Late *Azor inſtit. Moral. lib. 7. part. 1. cap. 10.* verſ. *Secundo quæritur*, ubi noſtri textus meminit.

DISTINCTIO. LXXXIII.

IN SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Vtrũ medici teneãtur gratis pauperibus mederi?*
2 *Invitis agrotis medicina, & ſervis libertas conferri poteſt.*
3 *Vtrum medicus pro curatione agroti inviti expenſas poſsit exigere?*
4 *Quodnam ſit ſignũ furoris; medicis non obtemperare?*

IN Gloſſ. verb. inferas, *poſt principiũ*, ibi, Dico quòd tenentur.

Docet

Docet *Gloſſa*, quod tenentur medici gratis mederi pauperibus ægrotis, quam dicunt ſingularem. *Navar. in Manual, cap. 25. num. 64. & Tiraquel. de nobilit. capit. 29. numer. 44. Andreas Iſernia ſuper 3. Conſtitut. Neapolitan. §. in terra qualibet ſol. nihi 117. verſ. Ioannes Andreas, & Butrius in cap. ad aures, de etate, & qualitate, Lucas de Peña, in l. Archietri in princip. Cod. de profeſſoribus, & medicis lib. 10. Felinus in cap. 1. de officio iudic. Adrianus in 4. de correctione fraterna propoſition. 1. in ſolut quæſt. 1. principalis, Navarrus iterum in principio de panit. diſt. 5. part. 3. num. 14. noſtræ Gloſſæ meminit.*

2 In cadē Gloſſa, ibi, Repetat expenſas. Poteſt igitur Medicus ægrotum invitum, & repugnantem curare, in quam rem appellat *Romanus ſingul. 123. Gloſſam* hanc ſingularem. *Antonius Corſetus in ſingularibus*, verbo, *Expenſa*, verſ. Tu habes. Sic alias ſervo invito, & reluctanti poteſt libertas conferri *l. ult. §. Si verò*, & ibi *Bald. Cod. de manu miſſis teſtamento*. Facit optimè *textus, in cap. ipſa 22. quæſt. 4.* & ibi *Gloſſa* verbo, *ſi duo. Poſt alios idem Tiraquel. de nobil. cap. 6. num. 37.* Nec obſtat textus in *regul. invito, de regul. iuris*, ubi habetur, quod *invito non confertur beneficium*. Nec obſtat, *l. pen. ff. de pactis, & textus in cap. ſtatutum de regularibus*, in quibus dicitur, poſſe unūquemq; favori ſuo renūciare. Nō obſtat, inquā, quia ſervus tenetur cōdonatam accipere libertatē; nā intereſt reipublicæ liberos habere homines, cuius publicæ utilitati nemo particularis renuntiare poteſt, *l. ius publicum, ff de pactis, cap. cum contingit. de ſentent. excommunicat. cap. ſi diligenti, de foro competenti.* Quæ iuris diſpoſitio deducta videtur ab ea conſuetudine *Exod. 21. verſ. 6. Deuteron. 15. num. 16. & 17.* qua perforari præcipiebatur auris eius, qui manumiſſus poſt annum ſextum, ſervire adhuc volebat toto vitæ tempore, & in pœnam non acceptatæ libertatis uſq; ad annū Iubilei ſervus fiebat; poſtea vero leges libertatem vendicantes reipubli. eam ſervis cōdonatam acceptare fecerunt. Ad alia iura reſpōdebis per adducta in contrarium.

3 Poterit tamen medicus repetere expenſas etiamſi ægrotus deceſſerit, ut tradit *Gloſſa in præſenti*, quam multum extollit *Barbat in rubr. de ſolut.* ante finem. Præter alios, *Tiraquel.* citatus *de retract. convention. §. 7. Gloſſa 1. numer. 10. & de nobilitat.* citato, *cap. 6. numer. 31. Adrianus* allegatus *in 4. ſentent.* ubi *de correctione fraterna* diſſerit *propoſit. 1. in ſolut. 1. q. princip. Navarr.* relatus *in Manual. cap. 25. n. 64. in fine*, ex mēte omniū affirmat, iuxta præſentem Gloſſam, *& cap. Paſce infra diſt. 86.* dicens intelligendam de eo, qui vellet quidem curari, ſed ob avaritiam, non quærit medicum, exiſtens in magna opis neceſsitate, & tunc, ſi medicus medeatur illi, poſt mortē, aut curationem poterit exigere ſtipendium. Sic etiam qui ſolvit pecuniam pro liberando vinculis detento, poterit poſtea obtenta libertate pretium repetere, ut docet *Tiraq. in d. c. 6. nu. 39. §. 1. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio.*

In Gloſſa eadem ad finem, ibi, Præſumo furioſū. 4 Collige hinc, quod ſi quis ægrotet, & nolit medico obtemperare, manifeſtum ſignū furoris eſſe: *cum Alciato ex noſtra Gloſſa in l. Iunem n. 4. C. de tranſactionibus*, tradit *Alexander ex mente Speculat. in t. apud Iulianum, §. conſtat. ff. de legatis 1. Franciſcus Mantica de coniect. ult. voluni. lib. 2. tit 5. n. 12. verſ. ſextum, & Maranta in l. 15. poteſt. nu. 128. ff de acquirend. hared. Ferret. conſil. 207. poſt num. 12. verſ. 7. Placuit Iaſoni in l. furioſum, n. m. 4. verſ. Itē ſi infirmus. C. qui teſtamenti facere poſſunt, Maſcard. de probationibus vol. 2. concluſ. 826. num. 23.* qui noſtrā refert, & ſequitur Gloſſam. Referam in cōfirmationem quod *Petrus de Ravena in ſuo Alphabeto*, verbo, *furor, & Laurentius Surius in vita D. Ioannis Gualberti*, refert, illum ſanctum prohibuiſſe orationem fieri pro quodam monacho defuncto, qui cum eſſet infirmus; noluit accipere medicinam. Tradit alia *Meſcua de poteſtate in ſe ipſo lib. 2. cap. 7.* Quam tamen coniecturam intelligē procedere, ſi teſtes deponant, hoc feciſſe ægrotum, furoris cauſa, aut more inſanorum, prout egregiè explicavit ipſe *Alciatus in 2. reg. præſumpt. 38. in fine*, quē ſequitur *Mantica* ubi proximè Colligitur ex not. *ab Alexand. in l. 51. cū detem, §. Si maritus poſt num. 7. ff ſolut. matrim.* latè *Tiraquel. de nobilit. cap. 31. numer. 397.* qui multos refert.

CAP. Siquis I.

SVMMARIVM.

1 *Munera accipiens, venalem exponit iuſtitiam.*
2 *Sunt reſtituēda danti pro conſervatione iuris ſui.*
3 *Cuinam reſtituenda, pro ſententia iniuſta, acceptata? & num.*
4 *Venales ſentētiæ ſunt nullæ, remiſsivè.*
5 *Non precibus, ſed legibus flectendus iudex.*
6 *An precibus importunis acquiſita, ſint obnoxia reſtitutioni.*
7 *Precibus importunis extorta licentia, eſt violentia?*

1 IN textu, ibi, Pretio interveniente. Eleganter munera dicuntur pretium, quibus allecti iudices & prælati ad peccata ſubditorũ connivent, eo enim ipſo, quòd quilibet illorũ introeuntibus muneribus aditũ aperit, iuſtitiã occludit, & venalem proponit, nec poterit virgam attollere, ut percutiat, nec deprimere, ut ſublevet. *Exod. 28. num. 21.* & textus optimus *in cap. Epiſcopus, 11. quæſtione 3.* per totum, *& cap. ſtatutum 2. de reſcriptis lib. 6.* nam *Iudex cupidus cito vendit iuſtitiã* ait *Plinius lib. 4. epiſt.* cum de Iunio Caſſo ſermo incideret. Melius *in cap. pauper, 11. quæſtione 3. & l. ſolent, §. fin. ff. de offic. proconſul. & l. plebiſcit. ff. de offic. præſid.* Vnde ne alieno iurgio iudices ſibi prædam facerent *l. omnes cognitores 3. Cod. ad leg. Iuli. repetun.* iuramento adſtringebantur, ne præter ſalaria quidquam caperent *l. Sancimus Cod. eodem titul. & §. Oportet de mandatis principum in Authent. ut iudices ſine quoque ſuffragio* collat. 2. *in Gloſſa,* verbo, *periculum, & in novellis Iuſtiniani* conſtit. 15. ut omnes privati *præſidibus ſubijciãtur, & conſtitut. 21. de offic. rectoris provinciæ.* Meminit etiam iuramẽti *Heliaſt.* iudicum *Demoſthenes* contra *Timocrat,* & aliorum magiſtratuum *Pollux lib. 1. onomaſt. Plutarchus in Solone, Heraclides de politica Atheniens.* Lege *Iacobum Simancam de repub. lib. 6 cap. 3. & 4.* Ex quibus cõlige, quòd ſi ius civile execrandam auri famem ſacramento extinguere, & tot alijs cautionibus attẽtavit, ne iuſtitia violaretur, *l. ſi remunerandi 6. & l. ſalarium, 7 ff. mandati vel contra, & l. ſi contra 20 Cod. eodem titul. & l. litem 15. Cod. de procurator.* quo non amplius execraretur eccleſia pernicioſum genus hominum lites vendẽtium, & turpem quæſtum per diſsimulationem vitiorum inveſtigantium, & abominabilem negotiationem à loco ſancto deturbaret? Adi divina oracula, & ſacros Canones, ubi hac de re plura invenies.

2 Multiplices in hanc pretij deteriorationem pro ſententijs ferendis veniebãt quæſtiones, ſed tramitem inoffenſum obſervans illam referam, quam *Navar. lib. 5. conſil. de iniurijs, & dãno dato conſil. 2.* tetigit de iudice, quem rex miſit ad formandos proceſſus contra latrones, & eorum factores, cum expreſso mandato, ut cõſanguineos à patria in exilium expellat. Qui tamen miniſter oblatam ſponte pecuniam à parentibus accepit, certò ſciens, eos non eſſe in culpa, & eorum iam miſertus ruinæ. Peccabit ne, & reſtituere tenebitur? Reſpondeo non peccare parcendo pro foro animæ, quia mens principis præſumitur eſſe, ne ſit patrocinium latronibus, quibus nullum ferebãt conſanguinei; & idcirco, non ſunt damnãdi inſontes. In accipiẽda autẽ pecunia, peccavit, quia accepit pro eo, quod in foro conſcientiæ tenebatur facere, & tenetur reſtituere eis, qui dederunt: quia qui male accepit à bene dante peccat, & tenetur ei reſtituere iuxta *l. ut puta 2. & l.* ubi *autem 3. & l. idem 4. & l. uli. ff. de conditione ob turpem.* Expreſsius reſolvit idem *Navar. & Latinus in manual. cap. 17. n. 30. Farinacius in praxi criminali, part. 3. q. 111. nu. 116. &* doctores *in Gloſſa in cap. cum ab omni* to. *de vita, & honeſt. cleric.*

Cui autem fieret reſtitutio, ſi ſententia foret iniuſta? Non ſatis liquet; nam alij facultatem retinendi faciunt iudicibus, donec ipſi damnentur; quos ſequitur *Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 14. dub. 8. n. 52. uſq; ad 61.* Alij in eo caſu ſervãt dãti dominium, nec abdicatum iudicant, donec per iudicem finiatur, quos refert *Reginal. lib. 10. nu. 190. Navarra lib. 4. de reſtit. cap. 2. nu. 146.* Tu vero poſteriorem, ſine fundamento ne iudices, dummodo priorem communiorem cenſeas. 3

Quod autem venales ſententiæ ſint nullæ ipſo iure *ex l. venales Cod. quando provocare non eſt neceſſe, cap. cum ab omni, de vita, & honeſtate clericorũ & Gloſſa ult. & Panormit. ibi num. 7. Bart. l. 1. Cod. de pœna iudicis qui num* 5. apud noſtros *Ordin. Reg. lib. 5. tit. 71. §. 5. & lib. 3. tit. 75. nu. 7. apud Hiſpanos l. 13. & 24. in fine, tit. 22. part. 3. Aviles ad cap. 1. prætorũ* verbo, *donacion. nu. 6. Farinac. in praxi crimin. part. 3. quæſtione 111. num. 197. Riccius in collect. deciſ. part. 5. collect. 1499. Menoch. de arbitr. caſu 443. numer. 6. Menach. uſufreq. cap. 37. Rebuff. de reprobat. teſtium, num. 405. Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 4. num. 5.* 2

In textu, ibi, Precibus. Hinc infer nõ re- 4
ctẽ ſe exorandum precibus finere eum, cui animarum cura incumbit, quominus poteſtate muneris ſui vitia ſubditorum impugnet, ſi non expugnet; quia ruere cernitur quælibet ex tribus requiſitis in iudice, & præſule virtutibus *Pſal. 6.* verſ. 12. Prima, *quòd ſit iuſtus.* Secunda, *quòd ſit patiens.* Tertia, *quòd ſit fortis,* ideſt conſtans, & firmus, ita ut valeat irrumpere iniquitates, nec faciem potentis, vel potius aciẽ potentis extimeſcat. Quem enim æquitas habebit progreſſum, aut cuius flagitij nõ efflagitabunt impunitionẽ preces, ſi præſes nõ obſiſtat? cũ aſsiduæ, & in eorũ importunæ patrocinijs occurrant. Patet autem *ex l. 1. Cod de petitionibus bonorum*, imperatores ipſos inverecunda petentium inhiatione conſtringi, ut etiam non concedenda concedant. Et in *§. Conſideremus in Authentb. de trient. & ſemiſ.* Erubeſcit imperator, quod propter crebras preces, & flentes petitores ſemper aliquid clemens definiat, & iniuſtè cum lege agat. Quid ergo reliquorum præſulum ſævam clementiã, non extorqueãt, ſi torqueant improbæ, improborum preces? Sciant tamen magiſtratus, & præpoſiti in ſua ipſorum viſcera converſam eſſe dexteram, ut ſic hoc unum dent omnibus, ex lege habere reme-

remedium d. §. *Conſideremus* citat. *in Authent. de triente, & ſemiſſe.* Adde poſita *ad cap. de clerico* 37. *numer.* 3. ſupra *diſtinctione* 50.

6 Precibus acquiſita importunis, ita ut conceſſa obtineantur propter vitandam moleſtiã, ſunt reſtituenda concedenti. Eſt ſententia, *Navar. in Man. cap.* 16. *numer.* 17. *Sylveſtr. reſtitutio* 2. verſ. 9. *Ludovic. Lopes* 1. *part. inſtruc. capit.* 96. §. *At quamvis, Leſſ. de inſt. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *numer.* 48. & aliorum, quos citat, & ſequitur *Sanches lib.* 4. *de Matrimon. diſputat.* 10. *numer.* 4. Fundamentum eſt, quia iniuriam facit, qui alterũ tali modo affligit, & nullum ius rei ſibi acquiſivit, precibus importunis acceptę cum potiùs extorſerit, quam impetraverit, & per vim elicitur ille conſenſus à retinente, qui ut moleſtiam depellat, & vexandi finem faciat conſentit. Quod tamen limita, niſi qui precibus urgetur, poſſt eam importunitatem, & fatigationem, alio minore incommodo vitare, ſi enim poſſet, nec coactus, nec invitus diceretur, ut deinde putetur invitus cupere ſibi fieri reſtitutionem, nam multi donant inviti, & facillimè condonant ex *Leſſio* citato.

7 Collige ex concluſione, non excuſari Religioſum à vitio proprietatis, ſi extortam habeat à prælato precibus importunis licentiam obtinendi, & recipiendi aliquid, quia ea non eſt licentia, ſed violentia, ut dixit *Bernard. de conſid. ad Eugeniũ, & Peres in addit. ad ſeguram, l.* 1. §. *Si vir, n.* 128. *ff. de acquirenda poſſeſſ.* dixit in ſimili non eſſe legitimam licentiam contrahendi, ſi obtineatur precibus importunis. Similiter quando religioſus ſe dicit paratum relinquere omnia, quæ poſsidet ad nutum ſuperioris, fundendo aliàs murmurationes, & preces, & querelas, ita ut ſuperior, non audeat contradicere, tacetque, ut vitet maius malum. Religioſus præter ſcandali, etiam violati paupertatis voti peccatũ incurrit, quia ea non eſt licentia ſed permiſsio coacta. Ita *Navarra lib.* 3. *de reſtitut. cap.* 1. *in nova edit. part.* 3. *dub.* 1. *num.* 161. & *Turrecr. in cap. non dicatis* 11. *quæſt* 1. *nu.* 9. & *Navar. ibi nu* 54. qui explicat doctrinam *Hugonis* dicentis, taciturnitatem prælati non excuſare à vitio proprietatis, ſcilicet taciturnitatem ex conſenſu permiſsivo, non approbante. Sequitur *Carthuſ. de profeſſ. monaſt. lib.* 1. *art.* 11. *Corduba q.* 54. *fol.* 139. *col.* 2.

CAP. Memo. II.

SVMMARIVM.

1 *Gravius nocet ſacerdotis, quàm Laici peccatum.*

2 *An ſoli prælati teneantur corrigere fraternè?*

3 *An liceat ſubditis arguere prælatos, & principes.*

4 *Negligens prælatus quare dicatur impudicus canis?*

IN textu, ibi, Nocet in eccleſia Dei amplius, Collige ex textu peccatorum inęqualitatem, & graviter augeri ex pernicioſo, aliis illato per exemplum, nocumento, quod in ſimili probat *D. Thom.* 2. 2. *quæſtione* 186 *articul.* 10. de religioſo gravius peccante, quàm ſæculari propter *ſcandalum, quia ad vitam eius plures reſpiciunt*, ubi *DD.* & eius *interpretes*. Vnde *Auguſt. ſerm.* 163. *de tempore quantiſcumque* ait, *exemplum mala converſationis, etiam ſi eum illi non ſequantur prabuit: protantis ſe malis rationem noverit redditurum Sacerdos.* Quapropter neceſſe eſt, ut is, qui præeſt, ſolerter attendat, ſe tantis vivere, quantis præeſt. Nam Plato, & Ariſtoteles, & omnis ſapientum turba in interitum itura, plus ex moribus, quàm verbis Socratis traxit; *dixit Seneca ad Lucilium*, Cuius rei rationem haurio ex fonte cryſtallino *D. Thom.* 1. 2. *quæſtione* 34 *art.* 1. *in medio corporis*, quia in operationibus, & paſsionibus humanis experientia plurimùm valet, & aliunde ad delectationes cũ homines ſint proclives, exemplo operũ fiunt procliviores, prætermiſſa verborũ doctrina, & ideo eſt quod homines magis credant in hac parte oculis, quàm auribus, iuxta illud *Horatij de arte Poetica.*

Segnius irritant animos immiſſa per aures.
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

1

In textu, ibi, Redarguere nullus præſumit. Nõ colligas ſolùm prælatos obligari præcepto fraternę correctionis adhibendę, ut perperã tradit quædam Gloſſa *in cap. ſi peccaverit* verſ. *& ſic* 2. *quæſt.* 1. Quia communis tenet ſententia alios præter prelatos teneri ad corripiendum errantes cum *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 33. *artic.* 3. ubi *interpretes, & Soras de ratione tegendi ſecretum memb.* 2. *quæſt.* 3. & *Corduba in annot. ad eam q. Soti, Navar. in Man. cap.* 24. *num.* 12. *argumento capitis novit de dicijs, notabili* 4. *Morl. in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *quæſtione* 3. *Graſſijs in deciſionibus aureis part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 69. *Frat. Bernard. in tractat. de correct. fraterna. Gerſon. part.* 2. *titul. de correct. fraterna Philarch. de officio ſacerd. tomo* 1. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 14. & *alij*, quos refert *Sanch. in Decalogo tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18. Fundamentum eſt, quia omnes tenemur ſuccurrere proximorũ neceſsitatibus corporalibus ex præcepto charitatis, poſitis certis circũſtãtijs: ſed maior eſt neceſsitas ſpiritualis: ergo

2

maior erit obligatio ſubſidij correctionis fraternæ: poſitis certis circunſtantijs. Prima quod ſperetur emendatio proximi, aut ſaltem, ne fiat ipſe deterior. Secũda quod peccatũ ſit, aut certe conſtet periculum eius. Tertia quod abſque notabili damno ſalutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigens fiat correctio. Pro quibus conſule *Innocent. & Panorm. in* cit. *cap. novit. de iudicijs, & Turrecrem. in cap. ſi peccaverit. 2. quæſt. 1.* & ex illis colliges ſtrictius obligari prælatos iuxta *cap. Tum ſacerdotes 24. quæſt. 3. & ex cap. prouidendum. & cap. conſentire infra hac eadem diſtin. & cap. facientis infra diſtin. 86.* quia & ex præcepto charitatis, & ex proprio munere ſubditis debent opitulari. Vtrum autem hæc obligatio ſit iuſtitiæ, vel miſericordiæ? *Adde Sotũ* citata *relect. num 2. quæſt. 3. concluſ. 3. Caiet ad* citatum *D. Tho. artic. 2. in reſponſ. ad 4. Vaſquez. 1. part. diſput. 85. cap. 6.* & fidelitatis tantùm eſſe cõcludes. Adde poſita ad *cap ſi rector 1. num. 1. & 3 & ad cap. final. num. 1.* ſupra *diſtinct. 43.*

3 Sed adhuc rogabis. Num ſubditi teneantur præcepto corripiẽdi prælatos? Diſtingue quæſtionem, vel eſſe iudicando poteſtate iudiciaria vel charitatis Zelo. De primo corripiendi modo nemo dubitabit, quin ſubditi à præcepto eximantur, imó abſtinere compellantur. De ſecundo autem tenent omnes, teneri ſubditos, prælatos reprehendere: Ex *Matt. 18. & Eccleſiaſtici 17. nu 12.* ubi *Deus mandavit unicuique de proximo ſuo*, ſed prælatus eſt proximus, ergo de eo cura charitatis data eſt, & probatur quia quilibet tenetur corrigere aliũ in delicto cõmitẽdo *Dueñ. reg. 99.* vers. *fallit ſecundo. Emmanuel in ſumma tom. 1. cap. 80. num 3.* ergo à fortiori ſubditus tenebitur ob peculiare debitum, & obſequiũ quod prælatis referre debent inferiores. Humiliter tamen fiat admonitio, ſed aliquando graviter ſunt obiurgandi, ſi peccata ſint publica, & ſcandalum ingerant, & neceſsitas occurrat, ne culpa liberior graſſetur. Sic conſiliarij Principum auſtero monitu debent à vitijs, & erroribus in rẽpublicã trãsferre Reges, ſi habenas laxent regiminis, quod in *Alphõſo 4. Luſitaniæ 7.* videre eſt apud *Antoninum Vaſconcellũ Societ. Ieſu*, ubi refert conſiliarios ſine ambagibus, & palã monẽdum regẽ ſuũ exiſtimãtes ipſũ adijſſe, & liberis verbis revocaſſe in adminiſtrandum ſolicitè ſuæ reipublicæ munus, & inde rex (cum ira deferbuit, illa enim percitus aliquandiu dubitavit) obſequium regium maxime collineavit, fidos atque in primis obſequioſos illos ſibi clientes habere cœpit. Hos illa tempora conciliarios (quos noſtra ætas reſpicit, utinam aſpiciat aſſentandi neſcios, ferebant.) Succedit *textus in cap. Paulus 2. quæſtione 7.* & doctrina *Auguſt. relata à D. Thoma 2. 2. quæſtione 103. articul. 4. ad 2. & Gloſa ad Galat. 2.* *Petrus*, inquit, *exemplum maioribus præbuit, ut ſicubi rectum forte tramitem reliquiſſent, non dedignentur etiam à poſterioribus corrigi*, lege *Caiet.* ad citatum *D. Thom. & Reginald. lib. 4. ſectione 1. numer. 330. & Turrian. 2. 2. diſput. 88. dub. 1.*

In textu, ibi, Dicendum eſt canis impudicus. 4 Mathematici impudentem litigatorem oſtenſuri, duobus Zodiaci locis canino capite hominem ſtatuunt; ſecundo, ſcilicet, *Arietis* gradu, & *Capricorni. 17. & Pierius Valer. lib. 6.* dum educati canis in Ægyptiorum adytis ſignificatum eſſe impudentiam, de ea ſe loqui profitetur, qua quis fretus pro iuſtitia, vel pietate audeat unumquemque, vel ex potentioribus hominem erroris admonere, vel impuritatis arguere, dũmodo ſpes profectus fulgeat, nec importuna temeritas in vitium prolabatur. Quomodo ergo negligentis, & muti epiſcopi nota, erit impudentia canis, ſi pro religione pugnat, quam potentes oppugnant? Sed obſervandum ex peritioribus arcanorum explorator ibus, non unum, ſed varium, & multiplicem eſſe petulantis canis ſignificatum, modo boni, modo mali quidquam in hieroglyphicis præferentis, nam veterum quorundam ſana interpretatio eſt, canem mutum ad reſellendos perverſos doctores *Iſaiæ 56. numer. 10.* petulantem dici poſſe: præter alia, quæ videri poſſunt in *Petro Berchorio in diction. morali*, verbo, *Canis, & in reductorio lib. 10. capit. 12. & in Ioanne à Sancto Geminiano auctore Sylvæ allegoriar. & Mauritij Hibernici dictionario ſacræ ſcripturæ, & Ioanne Ferdinand. in eiuſdem Theſauro*, apud quos etiam impudentis canis eſt, palam inhoneſtiora naturæ opera exercere, itidem ſectari eum, qui eſcam offert; quapropter latratus ſuos à feris, & à furibus ad fideles terræ, & manſuetos convertit, & omiſſa ira, paceque compoſita, morigerum admodum canis ingenium prælatus imitatur, qui facillimè revocatur à vociferatu, precibus, aut pretio in offas coactis victitat, dicitur ergo iure optimo canis impudicus. Vide poſita *numer. 3. in cap. ſi rector* ſupra *diſtinctione. 43.*

CAP. Error. III.

SVMMARIVM.

1 *Errorem admittit, qui non reſiſtit.*

2 *Veritas ſi non defenſatur opprimitur, & quomodo intelligendum?*

3 *Qui*

3 *Qui delictum negligenter arguit, aut occultat, facit ſuum.*

4 *Permiſſio peccati aliquando licet: & ibi de eo, qui clericum non defendit.*

1 IN textu, ibi, Error cui non reſiſtitur. Collige ex textu, illos eiſdem implicatos erroribus ſe eſſe demonſtrare, qui cum alios poſſint à captivitate peccati, ſeu pronitatis in illud liberare, obmuteſcunt, & taciturnitate facultatem errandi indulgent: *cap. Qui alios, 2. de hæret.* ubi DD. & *Sanch. lib. 2. de matrimon. diſp. 38. num. 1.* in fine, qui noſtri textus meminit; & *num. 20. ad 4.* illum de errore culpabili procedere, ibi, *probari dicitur error, cui minimè reſiſtitur.* Vide *Peres l. 3. Gloſſa 1. pag. 108. & 110.* & ſequentibus, *tit. 4. lib. 8. Ordin. Azored. l. 5. num. 43. tit. 1. lib. 8. novæ recopilat. & l. 1. num 68. tit. 3. eodem lib. 8. & conſil. 28. à num. 30.* Occinit in hanc rem illud *Seneca in Med.* carmen.

Culpa cunctorum redit.
Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet.

Vnde Paulus *Act. 20.* relatus in *c. Epheſij. 4.* ſupra, *diſt. 43.* ut ſe mundum à ſanguine omnium, quibus præerat verbo, & exemplo, oſtenderet; non ſubterfugiſſe obteſtatur, quominus annuntiaret viam veritatis ſequendam, & erroris ſemitam declinandam. Quapropter *Auguſtinus tract. 51. in Ioann.* Vnumquemq; patrem familias iubet in domo ſua eccleſiaſticum, & quodammodo epiſcopale implere officium hortãdo, corripiendo, & obſiſtendo. Et *Ambroſ. ſermon. 83.* ne hanc noxam incurreret, ait. *Ego interdum parcens vobis, tacere vellem, ſed malo vos contumacia cauſas tedere, quam negligentiæ ſuſtinere iudicium.*

2 In textu, ibi, Veritas cum minimè defenſatur, opprimitur. Negotium faceſſit hæc ſententia, cum veritatis fides adminiculis non egeat. *Gloſſa 1. in cap. Veritatis, de iureiurand.* & abſq; ſuffragio, & patrocinio ſplendeſcit, ut recte colligit *Ioann. Buſæus in ſuo Viridario,* verbo, *Veritas, cap. 3. num. 3.* Sed pro ſolutione accipe 1. veritatem diviſam in eam, quæ dicitur rei, & pervadit omnes res, proprietasq; illarũ eſt tranſcendens; & in eam quæ dicitur cognitionis, explicaturq; per conformitatem inter rem, & intellectum, de quarum explicatione Metaphyſici, & Logici *Conimb. in Log. 2. p. in cap. de ſignis, q. 5. §. 1.* Secundò. Ab hac diviſionem reperies in *Gloſſa,* verbo, *Veritas, in cap. Qui ſcandaliz. verit extra, de reg iuris* bonæ ſcilicet vitæ, ſecundùm quam aliquis rectè vivit, & pertinet ad quẽlibet particulariter, alia eſt iuſtitiæ, ſecùndum quam iudex rectitudinem ſervat in iudicijs, alia eſt diſciplinæ, quæ reperitur in ijs, quibus ex debito imminet defectibus aliorum ſubvenire, propter iniunctum officium, ut patet in prælatis. De hac triplici veritate ſunt ſequentes verſiculi.

Eſt verum vitæ, doctrinæ, iuſtitiæq;,
Primũ ſemper habe. Duo propter ſcandala linque.

Dico igitur textum intelligendum de veritate doctrinæ, p exhortationem; aliter peſſum ibit conculcanda pedibus, & rigor diſciplinæ ab orientis iam Eccleſiæ nativitate lenteſcet, & ſolitus poſtea nitor magnum in contemptum ſordeſcet, niſi zelo charitatis, aut Evangelica falce ſceleru̇m viroſa propago pullulans, quam primum amputetur, & ad ultionem ſe canonicus vigor non exerat, ut petulantium clericorum vitia compeſcat, & ſub diſtricti iuris æquitate puniat; & aliunde fructus divinus eſt, iuſtitiam, & diſciplinam ſæpius recenſeri, *Gloſſ. deliberatione, in Extravag. execrabilis Ioann. 22.* Lege *Petrum Damian. lib. 2. epiſt. 11. §. Porro,* dum abbatem Deſiderium ſaluberrimis monitis inſtituit. Nec, quæ adducuntur in contrarium, demoliuntur concluſionem, quia, & de veritate in loquendo, vel teſtificando, & de per ſe nota ſunt intelligenda. Quinimò quanvis ipſa pluribus ſe declaret, à multis tamen occultatur, & ideo examinanda, ut magis ſplendeſcat in lucem. *Gloſſ. verbo, poſtquam, in cap. Cũ Ioannes, de fide inſtrument.* & *cap. Grave, 35. q. 9.* ac ſæpius differenda, ut potentius in animos influat, dixit *Lactant. Firmi, lib. 1. de falſa relig. cap. 1.* & quanquam contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas hominum inſidias facile ſe per ſe ipſam defendat, ut exclamavit *Tullius, pro Cælio.* Attamen *Quintilian. lib. 6. cap. 1.* reſpondit, id non admittere veritatem, & ego, proh dolor! iniquius veritatem diſciplinæ, quam redarguentem omnes reijciũt, & ſi non defenſetur, opprimetur.

In textu, ibi, Negligere. 3 Proprium munus epiſcoporum eſſe ſubditorũ vitia redarguere, præter ſuperius dicta inculcat *Trident. ſeſſ. 14. de reformat.* unde prælati ſe obligatos agnoſcant, non tantùm corrigere, ſed prudenter, & diligenter exceſſus ſubditorum cohibere, *ſeſſ. 6.* eiuſdem *Trident. de reformation. cap. 3. & ſeſſ. 24. eodem tit. cap. 3.* in quam rem commendatur *textus in cap. Irrefragabile, de officio Ordinarij.* & *cap. Negligere, 2. q. 7.* & alia, in *Gloſſ. citata.* Nam ſi facta corrigere non feſſines, facile via aperitur in exceſſus, *35. q. 9. cap. Loci,* & ex noſtro textu confirmat *Paulus Fuſch. de viſitatione, lib. 1. cap. 4. num. 11.* & inde deducit occultantem alienum delictum facere ſuum. p

Gloſſam in rubric. Cod. de his, qui latronu, vel alijs crimin. reos occultant, quam etiam *Gloſſam* allegat, in *notabili quæſt. Ioan. Nicol. Areiat. de haret. notab. 31.* & *Bald. in l. 1. Cod. eodem tit. nu. 1.* Quanvis autem ſit proprium munus prælatorum, commiſſis ſubditorum vitijs ſaluberrimam adhibere correctionm, ſi tamen loquamur de vitijs non tam commiſſis, ſed in poſterum committendis, egregiè obſervavit *Dueñ. regul. 99. verſ. Fallit ſecundò, & Emmanuel in ſumm. tom. 1. cap. 80. num. 3.* quemlibet hominem teneri alium corrigere, in delicto committendo, ut colligitur ex *cap. Qui alios, de hæreticis.*

4 Limita, quod quanvis feſtina correctio commendetur, aliquando intereſt prudens diſſimulatio, ut opportunius tempus correctioni quæratur, & nonunquam licitum erit permittere aliquod peccatum, unde delinquens maiori ſuffundatur pudore deprehenſus in eo, ut inde fructuoſius caſtigetur, & emendetur; ſic qui omittit clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum poſſit ſine proprio detrimento auxiliari, non incurreret excõmunicationem, de qua in *cap. Quanta, de ſentent. excommunicat.* ſaltem in foro conſcientiæ, ſi dolus abſit, quia hoc non eſt facere malum, quod nemini licet ad *Rom. 3.* ſed eſt permittere, propter bonum, quod ex eo ſperatur, & quotidie divina bonitas erga nos hoc utitur moderamine. *cap. Nonnullum, 26. q. 5.* & tredit *Navarr. in cap. Inter verba, 11. q. 3. num. 621.* & in *Manual. cap. 14. num. 26. verſ. 10.* ubi noſtri textus meminit. Sublimita tamen, quod in hoc magna opus ſit prudentia, tum de frequentia, tum inclinatione prolabentis, & in conſideratione fructus proventuri, ne peccatis facultas indulgeatur.

CAP. Quid enim. IV.

SVMMARIVM.

1 *Polluitur, qui peccatum ſinit.*
2 *Quomodo puniendus, qui conſenſum præſtat erranti.*

1 IN textu, ibi, Pollui. Sicut, & maculare, aut inquinare, & contaminare, cuivis peccato mortali per ſe abſolutèq; convenit, propter maculam, quam relinquit, ut loquuntur Theologi, unde tam frequentes in ſcriptura formulæ, *lavandi, abluendi, mundandi, purgandi, aſpergendi. &c.* quanquam aliàs uſus Doctorum obtinuerit, ut eo verbo peculiaris etiã luxuriæ immũdities ſignificetur; de qua nihil in præſenti.

In textu, ibi, Conſenſum præſtat erranti. 2 Non intelligas textũ loqui de conſenſu, prout comprehendit omnis illius ſignificatus, tàm contractuum, quam electionum; nec in quantùm complet deſiderium, aut voluntatem patrandi bonum aliquod, vel malum, complacendive in illo. De quo conſenſu *Navarr. in Manual. cap. 11. nu. 11. & 12.* Nec prout inducit obligationem reſtituendi, apud *D. Thom. 2.2. q. 62. art. 7.* Loquitur ergo de conſenſu, quem quis præſtare dicitur, iuxta triplicem diviſionem conſenſus, quam adducit *Gloſſa*, verbo, *Et conſentientem, in cap. Notum ſit, 2. quæſt. 1.* conſentire enim poteſt quis, cooperando, ut in ſimonia, in meẽtru, in raptu virginis, in iniuſta ſententia, aut ſi ſua authoritate defendat peccãtem, aut ſi non corrigat, cum ex officio teneatur, approbat *Gloſſa, conſenſum, in præſenti*, & *Gloſſa in cap. 1. de offic. delegati*, ubi *Gloſſa 2.* minus peccare docet conſentientem ex negligentia, quàm facientem, niſi forte negligentia foret nimis craſſa, ut in prælato, & conſentientem conſilio, minus quàm facientem, & pluſquam negligentem, cooperationis verò culpa erit eadem, *proportionalis*. ſcilicet. Conſenſus tandem authoritatis, ſeu defenſionis excedit reliquos. Vide *Navarr. in cap. Ita quorundam, notab. 9. nu. 9.* Illud etiam notatu dignum eſt, quod ex verbis noſtri textus aperte colligitur, illum nempè hominem, qui potens alios ab errore revocare, nihilominus tacet, non ſolùm alieno errori conſenſum præſtare, ſed etiam proprium errorem demonſtrare. Ita *Peres l. 3. Gloſſa 1. pag. 108. & pagina 110.* & ſequent. *tit. 4. lib. 8. Ordin. Azeved. l. 5. num. 43. tit. 1. lib. 8. nova recopilat. & l. 1. num. 68. tit. 3. eod. lib. 8. & conſ. 28. num. 30. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 28. num. 1.*

CAP. Conſentire. V.

SVMMARIVM.

1 *Qui non impedit cum poſſit hæreticum; iure fingitur hæreticus.*
2 *Dicitur etiam talis, qui leviter reſiſtit.*
3 *Requiſita, ut æquum de illis feratur iudicium: & an poſthabenda ſit admonitio.*
4 *An reſecandi, vel tolerandi ſint hæretici?*

In textu,

1 IN textu, ibi, Conſentire videtur erranti. Collige ex hoc textu hæreticos eſſe iuris fictione illos, qui quanvis hæretici propriè, & verè non ſint, quia affectu alliciente, non errante intellectu, propagari permittunt errores in fide, nec ſuccidunt, prohibent, aut impediunt, cum poſſunt. Approbat *textus in cap. Qui alios, de hæreticis*, ubi *Ioannes Anania, Panormitanus, Socinus*, & alij, quia qui crimina, quæ poteſt emendare non corrigit, ipſe committit; *textus in cap. Præterea, 23. quæſtion. 8.* & in *cap. Tam ſacerdotes, 24. quæſt. 3.* & in *cap. Quanta, de ſententia excommunicat.* & in *cap. Sunt dignum, §. Illi etiam*, & ibi *Gloſſa de homicid.* Facit *textus in l. Scientiam, ff. ad l. Aliquil.* ubi ſcientia domini pro patientia accipitur, & eo ſciente, ſi ſervus vulneret, aut occidat, tenetur ipſe dominus; ut optimè illuſtrat *Peña in direct. Inquiſit. p. 2. comment. 11.* verſ. *Sententia*, ubi noſtrum textum refert, & concluſionem poſitam confirmat; corroborat *Bartol. in l. Quæ dotis, ff. ſoluto matrim.* circa finem, *nu. 13.* quia quotieſcunq; poteſt aliquis contradicendo, actum impedire, & non impedit, tacet, & diſſimulat, præſumitur conſentire. Lege *Peres l. 3. Gloſſa 1. pag. 108.* verſ. *Septimus modus*, verbo, *Non minus peccat*, & *pag. 110. tit. 4. lib. 8. Ordinam.*

2 Amplia prædictam concluſionem, in leviter etiam reſiſtendo hæreticis, *argum. l. Omnes, Cod. de hæreticis. Iſernia in cap. 1. §. diffidamus, colum. 3.* verſ. *Sed an omnes.* & in *§. Quocunq; nomine, ſtatu, & conſuetudine contra libertatem eccleſiaſt.* poſt *Hoſtienſ. in ſumma, eodem titul.* & *Peres l. 1. tit. 3. lib. 8. nova recopilat. num 69.*

3 Cæterum, ut æquum feratur iudicium, circa eos, qui conſentire videntur errori, qui cum poſſint, non occurrunt; neceſſé eſt diſtinguere perſonas, nam alij ſunt, quibus competit ex officio, ut eccleſiarũ prælati, & Apoſtolici Inquiſitores; alij ſunt, quibus ea cura non incũbit ex officio, quales ſunt inferiores. De prioribus, & qualitate eorum negligentiæ, aut conſenſus, aut patrocinij, expende in *Decret.* cum *Peña citato, §. Neq; his*, & ſequentib. per *Gloſſam in Clement. 1.* verbo, *defenſaverit, tit. de pœnis*, & *Iulium Clarum in pract. crimin. q. 87.* verſ. *Hæc autem*, & *textum*, & *Gloſſam in cap. Qui aliorum, 24. q. 3.* & *cap. Excommunicamus, in 1. §. Volumus, de hæreticis.* De poſterioribus, ſeu inferioribus, qui ex officio non tenentur errantes ab errore revocare, conſidera apud *Zanchinum in tractat. de hæreticis, cap. 9.* per dict. *cap. Excommunicamus, §. Adijcimus, de hæreticis*, & *Peña citat. §. Poſtremo.* Vtrum autem in hoc crimine hæreſis poſthabenda ſit admonitio fraterna priuſquam deferatur crimen ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis, aut prælatos, & ordinarios, ut denuntiationem tranſmittant? Pro parte affirmativa videto *Simanch. de cathol. inſtitut. tit. 19. de denuntiatione.* & *Ioannem Roiam tract. de hæret. part. 2. aſſert. 3.* & *in ſingularibus fidei, ſingul. 5. nu. 21.* verſ. *Tertiò ampliatur.* & *Suar. de fide, in parte morali, diſput. 24. ſect. 1.* ubi de receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus pro pœnis ſupradictis: at verò pro correctione *part. 3. diſp. 8. ſect. 6. nu. 10.* & *part. 2. de fide, diſp. 20. ſect. 4. num. 7.* & deinceps.

In textu, ibi, Reſecanda. Hinc aperte deducitur, eradicandos hæreſeos labe infectos; & confirmatur ex illo Hieronymi, quod refertur in *cap. Reſecanda, 24. q. 3.* dicentis, *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat.* Et illuſtratur, quia non minus delinquit, qui æternam maieſtatem offendit, quam qui humanam Regis maieſtatem lædit: Sed qui incidit in crimen læſæ maieſtatis humanæ, exilio dãnatur, proꝛſuſq; exterminatur, *l. Quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſtatem*; ergo, & ij, quæ lædunt, & offendunt æternam maieſtatem, exterminio digni ſunt. De pietate autem qua Dei Eccleſia, eiusq; miniſtri, utũtur in eos, qui relictis erroribus in viam veritatis revertuntur; præter eam, quæ foris irradiat, intus ipſimet in domibus Sanctæ Inquiſitionis quotidie experiuntur. Conſule *Didacum Peres Gloſſa 1. pag. 111. col. 1.* ante finem, verſ. *Quæritur conſequenter*, & deinceps, & *pagin. 118. col. 1.* in med. *in l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordinam.* ubi tum ab eventu, tum ab authoritate ſacræ paginæ noſtram concluſionem ſtabilitam invenies. 4

CAP. Nihil. VI.

SVMMARIVM.

1 *Gregorius Lopez noſtri textus meminit.*

2 *Qui per ſe ducit oves ad paſcua verè dicitur paſtor.*

3 *Qui aures adulantibus præbet, multis ſe exponit periculis.*

4 *Aliquando licet laudibus non diſſentire.*

5 *Sacerdotes audiendi, non contemnendi, quanquam ſint improbi.*

IN textu. Collige ex illo, nihil eo paſtore miſeriùs, quam qui iniquorum laudibus gloriatur. Vide *l. 8. tit. 5. parti. 2.* da med. 1

à medium, ubi *Gregorius Lopez Glossa* 4. noſtri textus meminit.

2 In textu, ibi, Paſtore. Non impropriè epiſcopus, dicitur paſtor, ſicut, & oves rectè appellantur ſubditi, *Ioannis* 10. & 21. non ſecundum illam longe aliam ſignificationem, qua filij Iacob, ad Pharaonem dixerũt, *Paſtores ſumus*, quia per famulos ducebant gregem, & fœtu, lanaq; fruebantur; ſed potiùs officio, & cura; quam bonus paſtor per ſe ipſum, non ut mercenarius debet exhibere, ut verbum, *paſcere*, ſonat, ideſt per prata ſcripturæ gregem deducere, eiusq; fontibus recreare, atq; oleo ſcabiem inũgere, docendo verbo, bonorum operum exemplo, ut tradit *Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 1.* & *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.* Proſequitur latè *Carranza de reſidentia epiſcop. cap. 4.* & ſequentibus. Eleganter *Soto de inſtit. lib. 10. q. 3. art. 1. ad med. verſ. Etenim. Paulus Fuſch. de viſitat. lib. 1. cap. 4. num. 23. & lib. 2. cap. 33 à nu. 20.* & ideo *D. Bern. ad Renaldum Abbatem, epiſt. 73.* paſtoralem epiſcoporum dignitatem eleganter vocat, *Omnẽ animarum infirmarum*: bonus enim paſtor languidas, & infirmas, vel iam emorientes oves humeris imponit, illasq; velut onus minimè faſtidioſum ſuccollat. Neque minus elegantèr *D. Auguſt. in Pſalm. 58.* epiſcopum erga ſubditos dixit gallinæ ſimilem erga pullos. *Gallina*, inquit, *ſuper omnes aves materna charitate circa pullos ſollicitatur, ita ut tota egrotet ex labore. Rauceſcit vox, ſit hiſpidum totum corpus, demittuntur alæ, laxantur plumæ.* Talem ſe exhibeat epiſcopus, & ſubditorum infirmitatibus laboribusq; condoleat, & illos ſub protectionis alis colligat, ac peramanter foveat. In cuius officij paſtoralis ſignum, baculum paſtoralem dari epiſcopis notiſſimum eſt, *cap. Vnicum*, in fine, *de ſacra Vnctione*; explicat *Durand. in Rationali divinorum, lib. 3. cap. 25.* Melius *Stephanus Durante de notabilibus eccleſiæ, lib. 2. cap. 9. à num. 36.* Quare Romanus Pontifex baculo non latatur; cùm ſit ſupremus Paſtor univerſalis Eccleſiæ? *Extravagans unam ſanctam, de maioritate, & obedientia*; videbis apud eoſdem auctores, & nos iam ſupra aliqua tetigimus.

3 In textu, ibi, Qui luporum laudibus gloriatur. Ergo, qui adulantium vocibus aures inclinat, improbo ſe laudatori, blando tyranno, Neroniana pietate condolenti, collaphus demulcenti, Aquilino ungue palpanti, latibulum aufugit, ſub colore virtutis petenti, otium peccatorum lucrari machinanti, degenerum umbræ opacum inveſtiganti, & lupis ſanguinem ſitientibus venam ſibi aperire ſentiat? Quapropter multis cõmendat Scripturã ſacra *Eccleſiaſt. cap. 7. verſ. 6. Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi*: quod eleganter notavit *Taumaturg. paraphraſi*, multò magis optandum, ſapientis unius obiurgationem excipere, quàm totius chori improborum, ac miſerorum hominum cantantium auditorem fieri; in quam rem votis ſe ire oſtẽdit *Plato in Phædro*, dum adulatores nominabat peſtilentes feras, veneficis, imò impuris dœmonibus ſimiles, & *Bion*, apud *Laertium lib. 1.* ut inter fera animalia tyrannum, ſic inter manſueta perniciоſiſſimum dicebat adulatorem, & *Antiſthenes*, in corvos incidere ſatius ducebat, quàm in adulatores; quod hi viventibus oculos, illi tantum mortuis eruant. *Strobus ſerm. 11.* quia ut concinnè modulatur *Iuvenalis ſatyra 4.*

1 *quàm ſtultorum adulatione decipi*: quod eleganter notavit *Taumaturg. paraphraſi*, multò magis optandum, ſapientis unius obiurgationem excipere, quàm totius chori improborum, ac miſerorum hominum cantantium auditorem fieri; in quam rem votis ſe ire oſtẽdit *Plato in Phædro*, dum adulatores nominabat peſtilentes feras, veneficis, imò impuris dœmonibus ſimiles, & *Bion*, apud *Laertium lib. 1.* ut inter fera animalia tyrannum, ſic inter manſueta perniciоſiſſimum dicebat adulatorem, & *Antiſthenes*, in corvos incidere ſatius ducebat, quàm in adulatores; quod hi viventibus oculos, illi tantum mortuis eruant. *Strobus ſerm. 11.* quia ut concinnè modulatur *Iuvenalis ſatyra 4.*

——— *Nihil eſt, quod credere de ſe*
Non poſſit cum laudatur, Dis æqua poteſtas.

Et ideo renuebat David oleo peccatoris, ſeu Impi ſibi deſeniri caput, *Pſalm. 140. verſ. 5.* quia dum delectant adultantium delitiæ, infringunt caput, aut ſaltem lenocinantis eloquij blanda verboſitate conquaſſabit, aut facilè corripiet adulator. Narrat *Plinius lib. 8. cap. 17.* de Panthera, illius halitu, & odore oris mirè ſolicitari quadrupedes cunctas, atq; invitatas corripi, cuius quid magis ſimile, quàm adulatorem dicas? Quare inſipientis adulationis eſt gaudio perfundi, ſapientis autem, ut ait *auctor operis imperfecti, hom. 27.* cor flagellatur, & *Gregor. 26. Moral. cap. 23. Laus*, inquit, *inflat cruditat, iniquos exaltat*; & ideo Ladislaum Polloniæ regem, narrat *Stapletonius in promptuar. moral. Dominica 2. Aduentus*, palam adulantes colaphis excepiſſe, & cauſam quærentibus reſpondiſſe, ſe percutientes repercutere. Simile quid memorant de Alphonſo Aragonum rege, *Antonius Panormitanus*, & *Æneas Sylvius*. At pro corony de noſcas; ideo lupis ſimiles adulatores dici, quia titillando, & palpando aſinos devorant; concludit inter alia *Lorinus in Pſalm. 140. verſ. 5.* Pœna autem, quę clericis adulatoribus imponitur, videri poterit in *cap. Clericus*, ſupra, *diſt. 46.* cuius meminit *D. Thom.* infra citandus, & utrũ ſit peccatum mortale? Vide *num. 1. in cap. 21. diſtinct. 46.* & de adulatione adde, quæ dicenda infra in *cap. 1 nu. 1. diſt. 93.*

4 Nec tamen proinde putes, eos admodum urbanitatem ſervare, aut ruſticitatis nomen evadere, qui obſeratas omninò accipiẽdis laudibus aures obturant, præterquam enim, quod ij dum maximè adulationem vitare ſtudent, paulo ſeverioris, & triſtioris ingenij ſe eſſe præmonſtrant, & invidiæ, aut ſuperbiæ notam ſubire coguntur; quod ad *Calumniam*, pereleganter deſcripſit *Hieronymus*. *Adulatio*, inquit, *loco humilitatis, ac benevolentiæ ducatur, & qui adulari noſtit, invidus, aut ſuperbus reputetur.* Confirmat *Galenus lib. de*

lib. de dignoſcendis animi morbis, cap. 3. proponens tres modos, quibus internoſci poſſit animus, & omnes cum ſeveritate coniuncti ſunt; primum, quod non frequentent divitum domos; non ſalutent, non comitentur potentiores; non cæniteat cum divitibus, non pecuniarum, aut gloriæ, non bonorum ſint cupidi. Quæ quidem omnia vulgò aſpera, & inamena, & ideo cum vera ſapientia, & ſingulari medicinæ arte ſunt coniungenda; ne dum mores lacerari aſſentationibus fugimus, pravæ conſuetudinis humores lactari contingat, Lege *D. Thom.* 2.2. *quæſt.* 115. *Aloyſium de Torres de peccatis linguæ Italicè, d.* 21. *Antonium Rampegola in figuris Bibliciis expurgat, Buridanum in Politico, lib.* 4. *quæſt.* 4. *Ioannem Buſæum in arca medica,* & in *Panario. Ioannem Lopez in epitome Sanctorum, Ioannem Stobæum in ſenitētijs ſer.* 14. Exempla *Ioſephi Berlardini in prato florido Italicè, lib.* 1. *cap.* 9. *P. Ioannem Torres Philoſophiæ principis, lib.* 24. *pag.* 963. *Hiſpanè,* & *pag.* 959. de damno, & vitanda adulatione, *Rogerium in curena animæ, cap* 25. *Itale.* Tandem *Agapetum Diaconum, tom.* 2. *Bibliotheca.*

5 In textu, ibi, Non ideo debent contemni. Nam ordinatio ſacerdotum divina, quanvis eorum naturæ conditio valde ſit humana, illa in omnibus diverſa, hæc omnium natura una eſt; ut inde veniæ, & condolendi, non verò contemnendi occaſio arripiatur; accipiant homines, quod ſuum eſt, & nolint diſcutere alienum. Si ſacerdotes bene vixerint, eorum lucrum eſt; ſi benè docuerint, veſtrum eſt dixit *Chryſoſt. hom.* 43. *imperf.* Nolite malos ſacerdotes negligere, ne propter eos etiam bonos contemnatis, quin etiam de homine malo frequenter bona doctrina procedit. Ecce enim vilis terra pretioſum aurum producit, nec propter terram vilem, pretioſum contemnitur aurum. Sic eligitur aurum, & terra relinquitur, ſic homines doctrinam accipiant, & mores ſacerdotum relinquant; nam ut apes, non herbas; ſed flores herbarum colligunt: ſic vos flores doctrinæ colligite, & converſationem relinquite, ut quaſi inutilis herba areſcat. Quod ut altius inculcare poſſimus, ſciendum eſt omnia Sacramenta cum obſint indignè tractantibus, prodeſſe tamen per eos dignè ſumentibus: refertur in *cap. Omnia,* 1. *q.* 1. ex *Auguſt.* 2. *contra epiſt. Parme. cap.* 10. Nec tamen inferas non eſſe vitandos hereticos, quia ritè ordinati, quia ſolemne ſacrificium, & benedictio per ſe bona ſit; nam declinandos, nec eis, ave, dicendum aſſeritur in *cap. Maledicam,* 1. *q.* 1. ex *Hieronym. in Malach.* & ibi *Gloſſa interliniaris,* non tamen contemnendos probatur in præſenti, & ex illo *Pauli* 1. *ad Timoth.* 4. *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.*

DISTINCTIO. LXXXIV.

CAP. Pervenit. I.

SVMMARIVM.

1 *Cur Papa vocet hoc in loco epiſcopum fratrem, & coepiſcopum.*
2 *Epiſcoporum eſt cauſas oppreſſorum, viduarum, & pauperum defendere.*
3 *Epiſcopi bona Eccleſiæ alienare poſſunt in ſubſidium pauperum.*
4 *Vtrum ſuccurrēdum ſit pauperi, qui vitio ſuo incidit in paupertatem? remiſſivè.*
5 *Prudentes ſunt conſulendi, & conſilijs eorum obſequendum.*
6 *Epiſcopi olim conſiliarios, & aſſeſſores habebant.*
7 *Multum deferendum nobilibus, & honori Prælatorum.*
8 *Cauſæ epiſcoporum deferuntur Papæ.*

IN textu, ibi, Fratrem, & coepiſcopum. Honorifica ſermonis diſpoſitione demulcet Summus Pontifex Paſchaſium epiſcopum, tum ut epiſcopatus faſtigij apice fungentem, veneratione proſequatur: tùm ut civilitate quodammodo delinitus epiſcopus, patienter increpationem audiat. Quo artificio uſus eſt Aſiæ eccleſiarum rector, & fortaſſis fundator *Ioannes Apocalyp.* 2. Qui reprehenſurus Epheſi, Pergami, & Thyatyræ Angelos, ſeu epiſcopos, ſic enim eos appellare decebat, dignitatem prius commendavit, & poſtea cōminatione emendavit, quam arguendi dexteritatem in Paulo *Gregor. hom.* 11. *in Ezechiel.* eleganti illuſtrat exemplo. *Vt peritus,* inquit, *medicus vulnus ſecandum videns, & ægrum timidum eſſe conſpiciens diu palpavit, & ſubito percuſſit.* Item in præſentia paſtor Vrbis, & Orbis deſidem epiſcopum, ut præmiſſa allocutionis urbanitate, & humanitate magis alliciat errantem; & magis lenitate fratris; quam ſeveritate, & authoritate Pontificis hortetur, fratrem, & coepiſcopum vocat. Quod autem nomine fratris veneretur epiſcopum, probatur ex ea ratione, quia *Navarr. lib.* 3. *conſil. num.* 13. *conſil.* 6. *de donationibus,* nititur monachum epiſcopum eximi à ſuperioritate regularis prælati, etiam ſi demittat epiſcopatum, quia res indecens,

cens, insolita, & quodammodo scandalosa est, ut episcopus, qui vocatur frater Papæ, in *cap. Quam gravi, de crimine falsi,* subiaceat ut quilibet alius simplex monachus; vide *Dec. in cap. Venerabilem, 14. num. 2. de exception.* & *Cosm. in pragmat. Sanction. tit. de numero Cardinalium, in Glossa, Cardinales,* qui præter alios notant Patriarchas, Cardinales, Archiepiscopos, & Episcopos vocari à Papa fratres; cæteros autem Reges, & Principes, filios.

2 In textu, ibi, Vel oppressi.

Collige hinc, quàm debeant episcopi invigilare causis oppressorum, viduarum, pupillorum, & pauperum, ac contra sævos impetus placita eis præstare solatia, ut inquit *Cassiodorus lib. 11. epistol. 3.* & ex legibus Eruigij Vvisigothorum regis iussu editis, causas eorum cognoscendas, susceipere episcopos tradit *Isidorus Hispalensis lib. 2. tit. 1. cap. 29. & 30. Barbos. in l. 1. part. 1. num. 40. ff. soluto matrimon.* & confirmari potest, ex quadragenaria præscriptione in legatis, quæ pauperibus relinquuntur, per *textum in Auth. de eccles. titul. §. Pro temporalibus,* & *Panorm. in cap. de quarta, de præscription.* & alijs, quos refert, & sequitur *Covar. in regul. possessor. 2. part. §. 2. num. 3.* in fin. contra *Antonium,* & *Imol. in cap. Nihil, de præscript.* Nam, & si pauperes non possint agere ad legata, potest tamen ea petere episcopus, cui imminet pauperum cura, & solicitudo.

3 In textu, ibi, Vel pauperes.

Vsq; adeo ea est episcopo pauperibus cura, ut vel propter levissimam in eo genere oscitantiam, meritò Ephesi Angelus, seu episcopus acerrimè increpari debuerit, *Apocalyps. cit. cap. 2.* Qua de re legendus *Sylvester Papa I. in Concil. Rom. Canon. 4.* & *Gelas. I. in cap. Gloria episcopi,* & *cap. Quatuor, 12. q. 2.* ex *Concil. Carthaginens. 4. Canon. 15. & 17.* & *Arelatens. Canon. 6.* Corroboratur quia, cum rerum ecclesiasticarū alienatio prohibita sit, una tamen sublevandis pauperibus, & redimendis captivis, iustissima causa est, præter alias quas *Glossa ad summam, 12. q. 2.* citata, & *Panormit. ad cap. Nulli, §. Alienationis, nu. 5. de rebus Ecclesiæ,* recensent, ut alienatio fiat iuxta *cap. Sacrorum,* & *cap. Aurum, 12. q. 2.* Quo attendisse videntur *Acatius Amidæ episcopus,* qui ut refert *Socrates lib. 7. cap. 22.* omnia aurea, & argentea vasa conflavit, quo pauperibus subveniret; & *Cyrillus,* quem *Sozomenus lib. 4. cap. 24.* narrat ecclesiæ Thesaurum, & sacra aulæa vendidisse ad sublevandam famem, quæ agrum Hierosolymitanum occupaverat. Verum autem succurrendum sit illi, qui culpa sua, & vitio incidit in paupertatem? Consule *Tiraq. in l. Si unquam,* verbo, *bona, num. 5. Cod. de revocand. donationibus. Surd. de Aliment. tit. 7. q. 25. num. 11. Covar. lib. 2. Variar. cap. 16. num. 9.* in principio. *Barbos. in l. Maritum, num. 73. ff. soluto matrimonio.*

In textu, ibi, Concilia sapientiū. 4

Celebris est hic *textus,* & *Glossa,* ibi, *Concilia,* p eis æquis auribus audiendis, cuius meminit *Gregor. Lopez l. 5. tit. 9. part. 2. Glossa 2.* in principio, & utilitatem comprobat, tum quia ea, quæ consilio ordinantur, ad beatitudinem, & gloriam redundare noscuntur, *l. Humanam, C. de legibus, l. 3. Cod. de repudijs:* tum quia consilia iuuant intellectum in rebus dubijs, ut per ea bonus efficiatur intellectus; quapropter accipi debent ab ijs, qui sciunt illa dare; unde factum est, quòd plerisq; imò cunctis sapientibus contingat, plus alieno se, quàm proprio credere iudicio, ut ex *Bernard. epistol 82.* refert citatus *Gregor. Lopez in textus summa, tit. 21. part. 3. Glossa 2.* Illustratur amplius ex oraculo divino, *Proverb. 11. & 14. Vbi consilium, ibi salus;* nam consilijs integritas corporis, & incolumitas animæ defenditur. Vide *Bald. in l. 1. columna. 3. Cod. ne liceat tertio provocare,* & *Abbat. in cap. Cum in veteri, column. penult. de elect.* & posita ad *cap. ult. num. 1.* supra, *dist. 38.*

In text ibi, Et recta suadentiū. 5

Tam de ijs, qui fraterna charitate Paschasium, suadebant, iuxta *cap. Si peccaverit, 2. q. 1.* textus poterit æque benè intelligi; quàm de ijs, quos sibi debebat, si non negligebat, accersere consiliarios; nam in veterum more positum erat pro negotijs expediendis episcopos sibi ascitos habere consiliarios clericos, qui difficultatibus, & rebus dubijs solvendis vacarent. Cum enim episcopi principes reipublicæ constituerentur, & illius administrandæ gratia adiuncta haberent duo genera magistratuum; alterum laicorum, quibus præficiebatur iudex ex cōmissione antistitum; alterum clericorum, quibus solus episcopus prospiciebat; semper tamen gravibus in difficultatibus expediendis aliqui præstantiores seligebantur, ut credere est, & colligitur ex *Paulo 1. Corinth. 11.* & *1. ad Timoth. 5. Qui benè præsunt presbyteris duplici honore habeantur;* maximè, qui laborant in verbo, & doctrina, tradit *Anastas. Germon. lib. 2. de sacrorum immunitat. cap. 13. nu. 20.* & deinceps; quos omnium machinationes Paschasius respuebat.

In textu, ibi, Coram alijs sacer- 6
dotibus, & quibusdam nobilib'.

Nota primò, quomodo nobiles sacerdotibus associentur; nam illi cæteris urbis prudentiores, atq; exercitatiores esse præsumuntur, argumento notabili in *l. 1. C. Qui, et adversus quos.* Vnde princeps dicitur habere in pectore peritiam iuris reconditam, in *l. Omnium,* & in *cap. 1. de constit.*

conſtitution. lib. 6. nempè propter nobiles, & ſapientes, qui eum quotidie comitantur: ut ex *And. Bar. in conſtitut. Sicilia incip. minoribus,* & ibi poſt cum *Matth. Afflict.* dixiſſe paſſim in ſuis ſcriptis, refert *Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 41.* tùm etiam, quia ſacerdotum ſigillum imitantur, inviolabiliter naturale ſervando. Nota ſecundò. Quantus honos delatus ſit epiſcopo, qui reprehendendus, non coram omnibus, per quorum ora volitabant vitia; & ipſe fama laborabat, ſed in occulto redarguitur, ne poſthabita veneratione contemneretur, qui epiſcopali dignitate fungebatur. Sic *Actorum 23. Paulus,* ſe excuſat, eò quòd Ananiæ Pontifici coram aſtantibus maledixiſſet, dicens. *Neſciebam fratres, quod ſummus eſt ſacerdotum,* & nullibi legimus Chriſtum pontificem aliquem reprehendiſſe, niſi ſub nomine ſcribarum, & phariſæorum.

7 In textu, ibi, Ad nos eſt. Collige in argumentum, quæ dixit *Petrus Damianus lib. 8. epiſtol. ad cives Florentinos,* 11. Sedes Apoſtolica cunctis adeuntibus patet. Romanam ergo pulſet Eccleſiam quisquis ſe iuſtam adverſus epiſcopum habere calumniam ſperat. Nam cauſæ epiſcoporum Romano Pontifici reſervantur, nec ab alio deponi, aut condemnari poſſunt ex *Trid. ſeſſ. 13. de reform. cap. 6. in fine,* & *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5. Sbroz. de vicario epiſcopi, lib. 2. q. 59. nu. 1.* & alijs; de ſpeciali reſervatione tàm epiſcoporum, quàm cauſarum illorum, *cap. Quamvis, 3. q. 6. Borgaſ. de irregularit. p. 6. tit. quis poſſit excommunicare,* in fin. *Turrecremat. in cap. Vbiq.* 15. *q. 7. nu. 5. 6. & 7.* Iure autem veteri, ſi contingeret criminaliter agi contra epiſcopum, & crimen poſtularet depoſitionem ab ordine, vel dignitate, cauſa examinabatur ab epiſcopis provinciæ unà cum Metropolitano, ultra quem ad minus erant duodecim epiſcopi, ut notat *Gloſſa in ſumm.* verbo, *quod autem* 3. *q.* 8. per *textum in cap. Si quis epiſcopum,* 16. *q.* 4. nunquam tamen Metropolitanus cauſam definiebat, ſed votum proferebat, & referebat proceſſum ad Papam; tradit optimè *Felinus in cap. Si quis, nu. 2. notabil. ult. de accuſation.* Deinde tractu temporis iure ſancitum fuit, quod epiſcopi cognoſcerent uſq; ad ſententiam; ſententia verò reſervabatur Papæ definiendæ, *cap. Accuſatus,* & *tap. Quamvis, cap. Multum ſtupet.* 3. *q.* 6. Notat *Alphonſ. Alvarez Guer. in ſpeculo iuris Pontificij, cap.* 29. Vnde colligè cum *Felino in cap. Non poteſt, num* 7 *de ſententia, & re indicata,* quod omnia iura in quibus legitur aliquando epiſcopos fuiſſe damnatos ab inferioribus à Papa, loquantur de iure antiquò, pro ut dictum eſt; aut ex commiſſione Papæ.

CAP. Nuntiatum. II.

SVMMARIVM.

1 *Qui muneris obliviſcitur, memoriam perdit honoris.*
2 *Epiſcopi debent iura Eccleſiarum intacta ſervare.*
3 *Quid de iure antiquo, & noviori teneantur epiſcopi circa monaſteria?*
4 *Prohibita appellatione, adeſt locus reviſioni, & ſupplicationi; & ad quod uſque tempus poſſit ſupplicari?*

IN textu, ibi, Immemores honoris ſui. Et oneris, nam qui ſolicitudinem muneris deponit, & honoris, & oneris oblivione inducitur; ſiquidem adinvicem comitantur honor, & onus; nec ſanæmentis exiſtimandus eſt, qui honore fruitur, & oneris obliviſcitur. Cùm igitur epiſcopi pares ſint Apoſtolis, quantum ad ordinem, & conſecrationem, iuxta *cap. In nouo, diſt. 21.* ubi *Gloſſa,* verbo, *pari,* ſignum eſt tanti culminis eſſe oblitos, dum curam abjiciunt, quam defigendo ſe antiſtites p manualem obedientiam profitentur habere, & ſe obligant pro ovibus ſuis apud Deum mediante Metropolitano, *Gloſſ. defigendo, in cap. Niſi cum pridem, de renuntiat.* Ex hac epiſcopalis muneris obeundi ſolicitudine, colligit *D. Chryſ. lib. 3. & 6. de ſacerdot.* epiſcoporum officium eſſe, *Laborum pelagus, & omnium æruminarum abyſſum.* Quam difficultatum molem, & inextricabilem labyrinthum cùm homines deberent exhorreſcere, & ipſo etiam animo ſubterfugere; hæ exhauſtæ tamen ambitionis vitio factum eſt, ut ad immenſum hoc onus, veluti ad honorem inhient, & adipiſcant. Quam ambitionem deteſtatur *Petrarch lib. 1. Dialog. 107. de remedio utriuſque fortunæ,* his verbis. *O pertigo morum peſſima, ad quod olim conſueverant, & debebant cogi homines, inde nunc retrahi non poſſunt.* Hinc fit, ut quicùq; olim epiſcopatum deſiderabat, bonum opus deſideraret, propter laborem illi honori adnexum. Ita explicat *D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1. Azor. Inſt. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. q. 2. Alphonſ. Alvarez Guerrero in ſpecul. iuris Pontificij, cap. 4.*

2 In text. ibi, Neq; erga eccleſias. Epiſcopi munus eſt, eccleſias manu tenere in ſtatu, in quo fuerunt inſtitutæ, per *cap. 2. de ſuppiend. neglig. prælator.* & iura intacta ſervare, ne deteriorem conditionem ſubeant, iuxta *textum in cap. Requiſivit, de in integrum reſtitut.* & *Gloſſam*

in cap. final. in fine, *16. q. 6. & cap. Fraternitatem,* verbo, *non debet, de donationibus,* ubi *Innocent. nu. unic. Anton. nu* 10. *Bart. in l. Iubemus nullum. nu.4. Cot. de sacrosanct. Eccles. Seraphin. de privileg. iuram. privileg* 71. *nu.* 32. quos allegat, & sequitur *Sanch. de matrim. lib. 6. disp.4. nu.* 12. in fine. *Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §.5. nu.* 10. quod tamen limita procedere in rebus acquisitis, non verò acquirendis. Ita *Sanch.* & alij apud ipsum; nec etiam habet locum negligente prælato, *Tiraq. de iure mariti, Glossa 7. nu.76.* cum sequentib. Ratio autem principalis conclusionis est, quia episcopus est tanquam sponsus suæ ecclesiæ, cui per electionem, confirmationem, & consecrationem perfectè copulatur *cap. Inter, cap. Licet, de translat. episcop.* & ideo eius spiritualibus cõmodis, & temporalibus etiam quantũ necesse fuerit inservire debet, *Suar. tom.3. de relig. lib.9. cap.13. nu.13.* Quam obligationem iustitiæ esse tradit *Sanch. cit. nu* 51. & inde corollaria nonnulla deducit, quæ ibi videre poteris. Sed quoniam personæ præstant rebus, *l.2. ff. de statu hominum,* & *l. Si quaramus, ff de testam.* ergo de illis præcipua debet esse cura, & solicitudo. De obligatione ædificandi, vel reparandi, & obligatione faciendi ædificare, aut reparare tẽpla, & paramenta. Adi *Bertium cons. 3. nu.1. & 2.* quem refert *Rota decis 627. nu.1. Archid. in cap. Decernimus,* 10. *q. 1. cap. 4. nu.13. 12. q. 2. Trid. sess. 21. de reform. cap.7. Fusch. de visit. lib.1. cap.10. nu.* 15. *&* 16. *Vallasc. cons.* 179. *nu.7. &* 13. *Coned. ad Decretal. collect.* 153. *Riccius in decis. curiæ Archiepiscop. Neapol. p. 2. decis.* 255.

3 In textu, ibi, Monasteriorum solicitudinem. Omnia monasteria esse penes episcopos, iure antiquo probat *textus in cap. Qui verò, 16. q. 1. cap. Monasteria, in 1. cap. Non semel, 18. q. 2. cap. In monasteriis, §. Pèrro, de statu monachor. cap. Viduitatis,* 27. *q 1.* latissimè *Emman. Rodr. quæst. regul. tom.2. q.63. art.1. Coned. q. 26. nu. 1. Rota novissima, p. 1. decis. 78. nu.1. Glossa.* verbo, *si peccavero, in cap. Alia,* 16. *q. 1. Praxis episcop. p. 2. cap. 3. nu.* 46. *Francisc. Leo in praxi fori eccles p. 2. cap.* 18. *nu.*105. *Riccius in praxi, decis.* 736. *in 1. edit. & resol.* 513. *in 2. edit. Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut.* 17. *num.* 3. *Campanil. in diversor. iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 51. Cæterum *Trident. sess.* 25. *cap.* 8. formam prælatis perscribit, tam circa directionem eorum, quæ ipsis subsunt; quàm circa negligentiam regularium in executione, *Constitut. Innocent. III.* quæ incipit, *in singulis,* & *cap.* 9. *&* 10. sanctimonialium, & *cap.* 11. sæcularium, &c. Quomodo se se gerere debeat in administratione eorum, & in quibus munus suum præstare, & iurisdictionem exercere queant, quibus nihil amplius addendum superest.

In textu, ibi, Sine aliqua excu- 4
satione. Sed quanvis prohibita fuerit appellatio, adhuc reliquus erat locus supplicationi, per *textum in cap. Cum causa,* & in *cap. Cum inter cæteras, de sententia, & re iudicata,* aut revisioni Papæ, ut tradit *Guido decis.* 50. *Menoch. remed.* 4. *adipiscenda, nu.* 895. cum sequentibus, *Vincent. de Franchis, decis.* 148. *Capic. decis.* 144. *Decian. respons.* 47. *vol. 1. Surd. consil.* 277. *Bander. in tract. revision. conclus.27. Vallasc. consul.*51. *à nu.*40. quia ubi appellatio denegatur, permissus est recursus ad superiorem. *Rolland. à Valle consil. 94. nu.2. vol. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 70. nu.24. Aldrete de relig. disciplina tuenda, lib.2. cap.28. nu.25.* Si hoc loco inquiras ad quodnam usque tempus supplicari possit? Responsionem colligo ex *cap. Ex litteris,* 4. *de in integrum restitut.* ubi ita ait *Glossa. Supplicari potest usque ad biennium.* Ita observari in regno Franciæ refert *Guillielmus in cap. Raynuntius,* verbo, *mortuo itaque testatore, in 1. nu.*273. *de testament. Rebuff. in tract. de revision. in præfat. nu.*75. In nostro Portugalliæ regno dantur duo menses, per *Ordin. Regiam, lib.3. tit.95. §. 3.* At verò in regno Castellæ quadraginta dies, ut affirmat *Peres l.* 42. *tit.4. lib.2. Ordin. Suar. è Pace in pract. tom. 1. part. 7. cap. unico, nu. 96.*

CAP. Cum in præterito. III.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui textus meminère.*
2 *Quo iure sit annexa continentia ordini sacro?*
3 *An idem dicendem de episcopatu?*
4 *Vtrum in Ecclesia sit potestas imponenda eius obligationis ex voto?*
5 *Facilius impetrant sacerdotes, quò immunieres sunt à culpa.*
6 *A' quo tempore inceperit obligatio continentiæ in sacris? remissivè.*
7 *An textus intelligendus loqui de subdiacono?*

IN textu. Illius materiam præter alios, 1
& illius mentionem prosequuntur. *Azeved. in l. 1. tit. 19. lib 8. recopilat. nu.* 48. *Campanil. in diversor. iuris, rubr.7. cap. 3. Bellarm. tom.1. lib.1. de clericis, cap.*18. *Vasq. tom.3. in 3. p. D. Thom. disp.* 247. *nu.2. Suar. tom.3. de relig. lib. 9. in cap.*15. *nu.*14. & in *cap.*16. *nu.*15. *Francisc. Turrian. in lib de 6. 7. & 8. Synodo generali, in expositione 3. Canonis, sexta Synodi,* quem vellicat *Claudius Spenceus lib.1. de continentia, cap.3.*

IN textu,

1 In textu, ibi, Conſcriptione quadam. Collige ex textu, ſacris ordinibus annexam eſſe continentiam. Vtrũ autem obligatio eam ſervandi oriatur ex voto; an ex ſolo præcepto eccleſiaſtico? Varij ſunt Doctores, quorum plauſibilioribus opinionibus accommodabo ſequentes concluſiones. Sit prima concluſio. Ordini ſacro annexa eſt continentia ſolo iure eccleſiaſtico. Hanc habet *Innocent. in cap. Placet, num. unico, de converſ. coniugatorum*, & ibi *Ioann. Andr. nu. 4. Hoſt. ibidem*, ad fin. *Anton. nu. 9. Abb. nu. 7. Anchar.* ad fin. *Cardin. nu. 3. Henric. nu. 3. q. 3. Aretin. conſil. 59. nu. 7.* fin. *Brun. de ſponſ. concluſ. 3. nu. 3. Sylveſt. votum 4. q. 5. Tabien.* verbo. *diſpenſatio, q. 7. nu. 8. in ſolut. ad 1. Covar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 2. Rotæ in noviſſimis, deciſ. 561. nu. 11. & 12. Cucus lib. 5. inſtit. maiorum, tit. 12. nu. 29. Stunica de voto, q. 6. nu. 116. Barboſa rubr. ff ſoluto matrimon. 2. p. nu. 89.* & alij, quos refert, & ſequitur *Sanch. lib. 7. de matrimon. diſp. 27. nu. 5.* & probatur, quia ſecundum Latinæ Eccleſiæ uſum à ſubdiaconatu, uſq; ad ſacerdotium eſt obligatio ſervandæ caſtitatis. *Innocent. II. in cap. Vt lex, 27. q. 1. Antoninus De perpetua caſtitate ſacerdotum, cap. 25. Bellarmin. loco citato. Aliqui part. 1. lib. 13. cap. 12. q. 1.* Sed hæc obligatio non eſt ex iure divino; ut tenet *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11.* & *Suar. tom. 3. de relig. lib. 9. cap. 13. num. 7.* ergo oritur ex ſolo iure eccleſiaſtico, neq; enim mediat principium aliud, unde ortum habere dicatur. Nam quod ratio naturalis dictat, ſolam decentiam comprobat, ſed obligationem non inducit.

2

3 Secunda concluſio. Epiſcopi ex iure eccleſiaſtico aſtringuntur obligatione caſtitatis. Hanc probat *Sanch. citat. nu. 7.* & *Suar. proximè citatus, nu. 11.* & probatur, quia eccleſia Græca ſuis clericis, & epiſcopis uſum matrimonij contracti ante ordinationem permiſit; nec dici poteſt hanc conſuetudinem eſſe contrariam iuri divino; quia eccleſia Latina illam non reprobat; ut conſtat ex *cap. Cum olim, de converſ. coniug.* Confirmat *Trid. ſeſſ. 24. Can. 9.* ubi continentiam clericorũ in ſacris (& idem eſt de epiſcopis, ſiquidẽ per conſecrationem nullum votum emittunt) in legem eccleſiaſticam refert. Vnde colligit *Sanch.* citato loco, quod ſi epiſcopus eſſet tantùm electus, & confirmatus, & non in ſacris conſtitutus, ratione ſtatus non teneretur ad caſtitatem; quia coniugalis ſtatus repugnantiam non habet, cum epiſcopalibus miniſterijs; ſed ex quadam decentia, & honeſtate, quod ſeclusò iure eccleſiaſtico non tranſit in præceptum. Ità ſentit *Petr. Ledeſm. de matrim. q. 53. art. 3. in dub. quod movet circa ſolutionem, ad 3. poſt. 3. concluſ. §. Vt hæc concluſio.*

4 Tertia concluſio. Eccleſia obligat ordinãdos in ſacris, ut votũ continentiæ emittant. Hæc cõcluſio probatur ex *cap. 1. diſt. 28.* ubi *Gloſſ. verbo, promiſerit;* & ex *cap. Diaconi, eadem diſt.* & ex *Synodo Ancyrana, cap. 10.* & ex *cap. Cum olim, de cleric. coniug.* & ex alijs, quos refert, & ſequitur *Sanch. nu. 10.* & *Suar. lib. 9. cap. 17. nu. 4.* Quod autem in eccleſia ſit poteſtas ad hanc obligationem iniungendam. Probatur, quia eccleſia poteſt apponere conditiones (quamvis abſolutè neminem cogere ad caſtitatem cum ſit conſilij, *cap. Integritas, 32. q. 2.*) condecentes illũ ſtatum, qualis eſt votum continentiæ; ſicut quilibet in rei ſuæ traditione poteſt annectere pactum conditionis. *l. In traditionibus, ff. de pactis, Campanile in diverſ. rubric. 7. cap. 3. nu. 23.* Aliunde verò, quod eccleſia maluerit, ut illi, qui ordines ſuſcipiunt, eu lege ſuſcipiant; ut continentiam profiteantur, patet ex *Greg. lib. 1. epiſt. 42.* & ex *Concil. Arelatenſ. 2. cap. 2.* ubi poſtulatur promiſſa converſio; & ex *Concil. Tolet. 11. cap. 1.* & *Arauſican. 1. Can. 22.* & ex *cap. Vnico, de voto, in 6.* & *Extravagant. Ioan. XXII. antiqua, de voto.* Vnde concludo, quod obligatio cœlibatus naſcitur ex voto, & non immediatè ex conſtitutione eccleſiæ. Veruntamen votum non eſt expreſſum, ſed tacitum; & ipſo facto, quo quis ſuſcipiendo ordines caſtitatem vovet. Sin nolit vovere, & poſtea peccet: erit contra præceptũ eccleſiæ; cui non ſtetit in conditionibus, non tamen contra votum, ut ſæpius diximus. Adi poſita ad *cap. 1. nu. 2. & 3.* & ad *cap. de ijs, nu. 2. ſupra, diſt. 28.*

5 In textu, ibi, Simpliciter impetrare. Quia tanto facilius exaudiuntur ſacerdotes, quanto apud Deum ſunt digniores, *cap. Ipſi ſacerdotes, 1. q. 1.* ſacrificium enim oblatum à ſacerdote in peccato mortali exiſtente, etiã habet ſuum effectũ, quatenus nomine Chriſti, & eccleſiæ offertur, neq; malitia offerentium inquinari poteſt. Ità *S. Thom. 3. p. q. 82. art. 6. Navarr. in Man. cap. 25. nu. 79. Vict. in ſumm. de Euchariſt. nu. 91. Chamer. de ſacrific. Miſſ. dub. 10. Barthol. ab. Angelo, Dialog. 5. §. 735. Miranda in Manual prælat. tom. 1. q. 41. art. 42. Fraxin. de obligat. ſacerdot. ſect. 3. prænotat. 4. §. 3. nu. 3. Bonacina de Sacram. diſp. 4. q. ult. punct. 6. nu. 3.* & ideo ſi ſacerdos ſit indignus, & exaudiatur non ſimpliciter, ideſt, omnibus numeris munda erit oblatio, ſed ſecundum quid, quatenus à ſacerdote coinquinato offertur.

6 In textu, ibi, Ipſa ſervavit antiquitas. Quanquam non ſit animus huc attinentia diſcutere, quia ſatis dictum relinquimus de antiquitate obligationis, quam habent conſtituti in ſacris ſervandi caſtitatem; non ſupervacaneum duxi tibi, curioſe lector, parare hîc indicem, ut quæ ex proprio fonte haurire cupiebas; facile odire queas à *nu. 2.* & deinceps in *cap. Aliter, 14. ſupra, diſt. 31.*

7 In Gloſſa, ibi, Sacramentis inſerviunt, ideſt, ſubdiaconi. Nota quòd quamvis *Suar. d. lib. 9. cap. 16. nu. 15.* aſſerat verba textus non cogere, ut pro ſubdiaconis accipiantur, iuxta *Gloſſæ* interpretationem, & continere potius declarationem miniſterij diaconi; Poſtea tamen aſtruit, benè ſub illis comprehendi quartum membrum diſtinctum ab epiſcopis, presbyteris, et diaconis. Et confirmat ex *Concil. Taurinenſ. Can. 7.* iuncta locutionis forma *Trid. ſeſſ 23. cap. 2.* quatenus ait ſubiaconatũ à Patribus, & à ſacris Concilijs inter maiores ordines fuiſſe relatum, & ex *cap. Eos qui*, & ex *cap. Erubeſcant, d. 32.* & ex *Iſidor. libr. diuinor. offic. cap. 9.* iam tunc (ex *Concil.* ſcil. *Carthagin. 2.* relato in præſenti) cœpiſſe ſubdiaconatum reputari, & declarari pro ſacro: nam antea, ut ſupra diximus, non admodum explicatũ erat.

CAP. Cum de quorundam. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quam continentiæ obligationem adeat coniugatus ſi ſacris initietur?*
2 *Quomodo ſe habere debeat, quoad ſeparationem?*
3 *Quam culpam incurrat presbyter propriam cognoſcens coniugem?*
4 *Quam pœnã quilibet in ſacris, incurrat?*

1 IN textu, ibi, Erga uxores proprias incontinentia. Collige hinc coniugatum, & in ſacris conſtitutum, eodem prorſus modo, et cũ eiſdem effectibus obligari voto caſtitatis, tàm ſi ante matrimonium ordinatus fuiſſet, quàm ſi poſtea ex conſenſu uxoris; & probatur, quia nunquam in Eccleſia, ſive Latina, ſive Græca, licuit ſacro ordine præditis matrimonium inire, nam in *cap. Si quis eorum, d. 32.* & in 6. Synodo generali dicitur de eccleſia Græca: ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat. Et ã eccleſia Latina hoc certum eſt, ex *cap. Sunt quidam*, & ex *cap. Presbyteris 27. q. 1.* & ex *cap. Decernimus, d. 28.* & ex *cap. Lectores, d. 32.* & *Can. 27. Apoſtolorum*; ſequitur *Sanch lib 7. de matrim. diſp. 28. nu. 3.* & *Azor lib. 3. inſtit. moral. cap. 12. q. 3.* & *Suar. tom. 3. de relig. cap. 19. num. 10.* Quoad ſecundam verò partem, certa eſt concluſio in Eccleſia Latina, (nam Græcis legitimo matrimonio ante ordines contracto uti permittitur) probatur, quia votum caſtitatis eſt idem; & nihil eſt, quod impediat perfectam eius obligationem, cum licitè factum eſſe ſupponimus, renuntiante uxore iuri ſuo, & viro acceptante, confirmanteq; eccleſia: ergo tale votum obligabit ad omnem caſtitatem, & ad denegandum debitum, quantumvis uxor petat. Si autem inſcia uxore ordinetur; idem erit, ut non petat, non tamen, ut non ſolvat petenti. 2

In textu, ibi, Ab uxoribus continere. Dubitari poteſt, an liceat huiuſmodi clericum cohabitare cum uxore, & uti omni eius miniſterio, tanquam ſorore, ſecluſo toro? Nam in *cap. Volumus, diſt. 81.* permittitur cohabitatio cum uxore, quæ caſte regenda eſt, inquit textus, & in *Concil. Agathenſ. Can. 16.* & in *Lateranenſ. ſub Alexand. III. part. 5. cap. 7.* & advertit *Gloſſa in cap. Epiſcopus, 77. diſt.* Dicendum tamen eſt, hanc quæſtionem vix hoc tempore habere locum, ſi vera ſerventur. Quia ſi uxor ſexagenaria non ſit, & extra omne periculum, & ſuſpicionem, profiteri debet intra religionem, ut maritus ordinetur: quare iam cohabitare non poterunt; ſi autem uxor ſit ſenex, & extra omnem ſuſpicionem; benè poterunt cohabitare, ſequeſtrato manſionis cubiculo; meliùs tamen erit abſtinere ab huiuſmodi cohabitatione, tùm propter exemplũ: tum propter qualecunq; periculum, etiam levioris incendij. De quo videri poterit optimum exemplum, apud *Greg. lib. Dialog. cap. 11.*

Sed quale eſt peccatum, ſi ordinatus in ſacris uxorem ſuam cognoſcat? Reſpondeo, quod matrimonium, vel fuit ratum tantum, vel etiam conſummatum: ſi ratum, diſtinguo amplius; vel fuit ſolutum, quo ad vinculum per profeſſionem ſolemnem uxoris: vel non; ſi fuit ſolutum; perinde ſe habet, ac ſi cum quacũq; alia moniali peccaſſet; quia circunſtãtia illa præcedentis matrimonij, nec augere, nec minuere videtur notabiliter delictum. Si autem uxor non dum religionem profeſſa eſt, cõmittitur quidem ſacrilegium, vel ratione voti proprij, vel etiam ratione voti ſimplicis, ſi ab uxore emiſſum eſt. Propria autem malitia fornicationis ibi locum non habet; quia cum vinculum non ſit ſolutum; acceſſus ille non eſt ad non ſuam. Quod colligit *Suar. 3. tom. de relig. lib. 9. cap. 19. nu. 12.* ex *cap. Litteras, de filij presbyterorum.* & quoad hanc partem idem fert iudicium, ſi matrimonium ante ordinem fuit conſũmatum, & ſolum differre ait; quia per profeſſionem non ſolvitur vinculũ matrimonij: ideoq; intra latitudinem intẽperantiæ, non habet eandem rationem malitiæ; licet accreſcat ſacrilegium ob circunſtantias utriuſq; perſonæ Deo conſecratæ, & ſponſatæ. 3 4

IN textu,

4 In textu, ibi, Ab eccleſiaſtico removeantur officio. Nullam ſe invenire pœnam, quę ipſo iure incurratur ab ijs, qui ꝓprias agnoſcũt uxores ſacris miniſterijs addicti, fatetur *Suar.* proximè citatus; veruntamen ſi uxor monialis iam ſit effecta; deponẽdus erit maritus; non minus, quam quilibet alius ſacerdos ad illam accedẽs; ſi autem ſit uxor ſæcularis cũ ſimplici voto caſtitatis; non eſt certa pœna; ſed arbitrio iudicis relinquitur, tanquam is, qui gravem inceſtum, aut ſacrilegium committit. Adi *Bernard. Diaz in pract. cap.* 81. 84. & 87.

CAP. Quisquis clericus. V.

SVMMARIVM.

1 *An de clericis in minoribus interpretandus textus?*
2 *Proponitur reſolutio.*
3 *Quodnam privilegium amittat clericus per bigamiam?*
4 *Quæ ſit cõmunio laica, & peregrina?*
5 *Quæ ſit poſſeſſio incorporalium?*
6 *An ſufficiat unicus actus, ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium?*

1 In textu, ibi, Clericus. Illorum nomine venire poterant omnes clerici, qui in eccleſia inſerviunt, etiam pſalmiſtæ, & prima tonſura ornati, *Marant. de ordin. iudic. part.* 4. *d.* 11. *nu* 13. *Tyber Decian. tom.* 1. *lib.* 4. *cap* 9. *nu.* 21. quos allegat, & ſequitur *Thom. Vallaſc. allegat.* 16. *nu.* 3. Verum autem in præſenti de clericis in minoribus; aut etiam in ſacris ſit intelligenda diſpoſitio textus? Certamen eſt inter auctores ex ijs, quæ ipſi aliàs dicunt; quanquam *Suar. tom. de Sacrament. in comment. art.* 4. §. *Eſt autem*, apud *D. Tho.* 3. *p q.* 73. *& tom. de cenſur. diſp.* 49. *ſect.* 5. *nu.* 4. & *Sayr. lib* 6. *cap.* 5. *nu.* 2. *de cenſur. & Vaſq. in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 216. *cap.* 3. *nu.* 32. referentes textum ſub nomine Syricij; illius bipartitam pœnam diſcutiunt.

2 *Sayrus* igitur, nec diſſentit *Suar.* locis citatis, *de cenſuris*, tenetq; cum *Gloſſa in præſenti*, verbo, *clericis*, textum intelligi de conſtitutis in minoribus, & probat *Sayr.* ex *Geminiano in cap. unico, de bigamis, in* 6. quia conſtitutio pœnalis non extenditur de caſu vero ad caſum fictum, quando caſus fictus non fingitur idem, quoad omnem effectum, quem habet caſus verus; ſed clerici in ſacris ſi viduam ducerent, aut ſecundam virginem, non privantur privilegijs canonis, fori, & immunitatis, &c. dum vivunt in ſuo ſtatu, aut donec degradati tradantur curiæ ſæculari, quem ſtatum non incurrunt ſimpliciter per ſimilitudinariam bigamiam; ergo tantum de clericis in minoribus loquitur textus, qui eſt pœnalis; & quoad omnes effectus in illis verificari poteſt, tàm ꝓ bigamia vera, quàm ꝓ interpretativa, quia pro qualibet ab eis contracta amittunt ea privilegia, iuxta *cap. Vnicum, de bigamis, in* 6. & *Gloſſam*, verbo, *bigamos*: & verbo, *omni privilegio*: & eandem *Gloſſam in cap. Vnico*, verbo, *vnicus*, & verbo, *virginibus, de clericis coniugat. in* 6. Vnde vexari poſſe, ait, vexationibus in pſona, & rebus, iuxta *l.* 1. *&* 2. *C. de epiſcop. & cleric.* & *l. Generalis eodem*: & *cap. ult. de vita, & honeſt. clericor.* Confirmatur, ſeu declaratur, quia clerici in minoribus poſſunt demittere ſtatum, quem habent; non verò conſtituti in ſacris; ergo, & perdere, ergo, & privari privilegijs.

3 In textu, ibi, Privilegio denudetur. Hæc pœna poſtea confirmata eſt in citato *cap. Vnico, de bigamis, in* 6. clerici propter bigamiam incurſam privantur omni privilegio clericali ipſo facto, & ſubijciuntur correctioni fori ſæcularis, phibenturq; deferre tonſuram, vel habitum clericalem; ſed diſcrimen eſt inter illius, & noſtri textus diſpoſitionem, quod ibi privatio imponitur ipſo iure; at verò hic traditur non incurrenda; ſed imponẽda. Ita *Suar. de cenſ. diſp.* 49. *ſect.* 5. *nu.* 4. & confirmat *Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 17. *de reform.* ubi permittit coniugatis in minoribus miniſteria ordinum exercere, ubi alij non fuerint, modò bigami non ſint, iuxta *cap. Sanè, de cleric. coniug.* Quamquam in declarationibus *Tridentini* ibi denotetur, quod ut plurimùm non ſervetur diſpoſitio *Trid.* iuxta *cap. In ſancta*, infra, *diſt* 92.

4 In textu, ibi, Laica tantùm cõmunione conceſſa. Valde laborãt *Vaſq.* & *Suar.* in accõmodanda pœna hac clericis in minoribus; ſiquidem ipſis non dabatur alia cõmunio, quàm laicis; vel ergo nomine clericorũ intellige conſtitutos in ſacris contra reſolutionem. Cæterum breviter accipe ex *Suar. citat. tom. de Sacram. in comm. art.* 4. §. *Eſt autem, ad* 3. *part. D. Thom. quæſt.* 73. clericos non ſolum in ſpeciali loco, pro ut habetur in *Concil. Brachar.* 1. *cap.* 31. ſed etiam proprio aliquo ritu, aut indutos veſtibus, vel cum proprijs inſignibus ſolitos fuiſſe cõmunicare, ut diſtinctio fieret inter ipſos, & laicos. At verò *Vaſq.* ſine fundamento dictum hoc eſſe putat; quapꝑter ex *Cyrillo Hieroſolymit. catecheſi.* 6. *myſtagogica*, non longè ante fin. ait laicos accipere propria manu ſpeciem panis, ut

manducarent; ſed calicem manu minimè tangere, quod tamen cæteris de clero permittebatur; niſi ob aliqua delicta, tactus ille interdiceretur, & tunc vocabatur laica, aut peregrina, p. *Conſtit. Agathenſ. 2. & 5.* quia ſcilicet eſſet aliena à clericis, ſi conſideretur eorum dignitas; nam quod eſt alienum ab aliquo; peregrinum ab eo dici conſuevit. Ecce quomodo ſolum veſtes deponi, iubeat *Vaſq.* & in reliquis conveniat, & ambo confluant in aſſignando peculiari ritu, quo clerici deſtinguebantur à laicis, & eo privabantur obpatrata delicta. Adde poſita ad *cap. Contumaces, 21. num. 1.* ſupra, *diſtinctione 50.*

5 In Gloſſa, Poſſidere, ibi, Incorporalia. Ait *Gloſſa*, incorporalia poſſideri, quod intelligendum eſt de quaſi poſſeſſione. *Greg. Toloſan. ſyntagm. iuris, p. 3. lib. 20. cap. 10. num. 10.* & ſeqq. *Stephanus Gratianus diſceptationum forenſium, tom. 4. cap. 732. à num. 61. uſq; ad 74.* qui plures refert. *Pichard. Inſtit. de rebus corporalib. & incorporalib. num. 3.* Incorporales enim res traditionem, & uſucapionem non recipere, probat *textus in l. Servus, 43. §. Incorporales, ff. acquirendo rerum dominio, l. Servitutes, 14. ff. de ſervitutibus, l. Vendicatio, 57. ff. rei vendicatione, l. Vſucapione, 9. ff. de uſucapionibus.*

6 Quæſtio eſt inter iuris canonici profeſſores, non mediocriter agitata, utrum ſufficiat unicus actus ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium? Duorum, vel trium actuũ multiplicationem neceſſario eſſe requiſitam, tenuerunt *Ripa in l. 1. §. Interdicto, num. 5. ff. Quorum bonorum. Roman. conſ. 70. nu. 13. Pariſ.* & *Cavalcan.* quos refert, & ſequitur *Flores de Mena var. l. 1. q. 2. num. 25. Cardinal. Tuſch. tom. 7. concluſ. 34. num. 7.* Nobis tamen contraria eſt opinio amplectenda, quæ abſolutè defendit ſufficere unicum actum. Ita *Gloſſa in cap. Si verò, 12. de iure iur.* & in *cap. Cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſ.* quam ibi ſequuntur *Cardin. num. 3. Rebuff. num. 10. Balb. de præſcription. part. 5. q. 8. Covar. pract. cap. 14. num. 2.* & in *regul. poſſeſſor. part. 2.* in princip. *num. 6. Maſcard. de probation. concluſ. 173. num 8. Camill. Borrel. in ſumm omnium deciſionum, tit. 32. num. 216. Riccius in collectione deciſionum, part. 4. collect. 1454. Gonçales ad regul. 8. Cancell. Gloſſa 45. §. 2. num. 29. Cevallos commun. contra communem. q. 717. num. 4.*

CAP. Pòrro. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum presbyteri rectè dicantur ſeniores?*

2 *Canities maturam præſignat prudentiam.*

3 *Vnde Abraham nomen presbyteri habuerit?*

4 *Non annorum, ſed morum numerus prudentiam monet.*

5 *In dubio præſumitur pro prudẽtia ſenis.*

IN textu, ibi, Presbyteros, ideſt ſeniores. Traditum fuit hoc præceptum *Num. 11.* Cæterum Anacletus non legit iuxta vulgatam tranſlationem, quæ habet. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint;* & ibi *ſenes.*, tranſcribit *presbyteros*: eundem meritò ſentiens eſſe ſignificatum: quemadmodum *D. Cyprianus lib. 4. cap. 85.* ad illud *Levit. 19. Honora perſonam ſenis.* legit, & *honorabis perſonam presbyteri.* Vnde noſtri presbyteros ita dici voluerunt, propter ſapientiam, quæ in ſenibus eſt, ſicut Lacedemonijs placuit ſapientum Concilium; & Romanis ſenatum à ſenibus appellare.

A ſenibus, nomen mite, ſenatus habet.

Conſule *Lorinum in cap. 4. Sap. verſ 8. §. Placuit,* & in *Act. Apoſt. cap. 4. verſ. 5. §. Mos presbyteros,* ubi noſtrum textum refert. Sed quorſum ſpectatæ ſenectutis, apud Moyſen eliguntur presbyteri? *Prodeſt enim,* inquit, *Hieronym. lib. de Abel, & Cain, ſi non ad petendam perfectam virtutem, certè ad curam reipublicæ noſſe opiniones priſcas, & Oggas.* Nam admodum perinde eſt nociva novitatis ſuſpicio. In confirmationem, obſervat *Cardinal. Baron. annal. anno 74.* proprium eſſe hæreticorum, novos ſupponere commentarios, ſed antiquos ſimulare, ſeu pro antiquis venditare, arbitrantium non eſſe habendos pro veris, niſi habeantur pro antiquis. Lege de hoc argumento *Vincentium Lirinenſ. cap. 6. & 7.* ubi laudat, *Martyres, quòd religioſæ vetuſtatis ſint defenſores. Mendoſa in annotat. 2. proœmij, ſect. 2. in lib. Reg.*

In textu, ibi, Canities ſapientiam deſignat. Invenies in divinis litteris, Deum veneranda canitie figuratum. *Daniel. 7. Capilli capitis eius quaſi lana munda.* Quod inde aliqui fieri autumant, ut dierum antiquitas ſubinnuatur. Deo enim nihil antiquius; at verò *Viegas in Apocalypſ. cap. 1.* ad illa verba, *Capilli erant candidi, tanquam lana munda,* ait, *ſect. 9. num. 2.* meritò utroq; loco canum apparere, quia iudicem referebat, in quo rerum experientia, & cognitio per canitiem expreſſa, neceſſaria eſt; ſimplicius tamen. *Ambroſ. ſerm. 55. de Reſurrect. Domini. Canities eſt ſapientia in hominibus.* Colluſtrat exclamatio *Eccleſiaſtici 25. 6, 7. Quam ſpecioſum canities iudicium: & presby-*

& presbyteris cognoſcere conſilium! Quàm ſpecioſa veterum ſapientia! Vnde *Leuitici 19.* præcipua erga ſenum caniciem præcipitur obſervantia, propter prudentiam, ſcientiam, & experientiã, aliaſque ſimiles qualitates, quas unico verbo, ex Chaldæo *Lorinus* (referens iterum noſtrum textum) ubi nos *coram cano capite conſurge*; legit, *coram eo, qui eſt doctus in lege cõſurges:* Sed adverte, quòd ſicut nõ eſt perpetuũ ſenectę ſignũ ipſa canities nã quibuſdã multo citius, & nonnũllis in ætate ſuprema nõ proveniat; tradit multis exemplis
2 *Palaotus lib. de bono ſenectutis part. 1.* Sic maturi cõſilij non erit indicium? de quo infra.

3 In textu, ibi, Senior, id eſt, preſbyter niſi Abraham. Hæc appellatio Abrahami *Geneſ. 24.* habetur, *erat autem Abraham ſenex, dierumq, multorum,* ubi ex ſententia *Turrecrem. hic presbiter* redditur pro *ſeniori.* Confirmat argumentum *Procopius* ſuper illud *Ioſue. 23. Ioſue longæve, & perſenilis ætatis* ubi verba refert, & ſi textum ſubticeat. Huius cognomenti encomium in de ſortitum Abraham, teſte Anacleto, tum ob peritiam, rerumque omnium experientiam, teſtatur ſacra pagina, interpretes, & antiqui hiſtorici, tum quod primus omnium clara voce prędicavit unum eſſe Deum rerũ univerſitatis conditorẽ, *Ioſeph lib 1. Antiquitatũ c. 15.* De cætero ad felicitatẽ presbyterij eius cõtulit quòd deſcẽdẽs in Ægyptum Mathematicã ſacerdotibus tradidit, ut attingit *Plato in Epinomide.* Vnde ſcientiæ liberales à Chaldæis per Abrahamum ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem pervenerunt Platonem, Solonem, Pytagoram, Homerum, & Orpheum, qui ultimus cecinit de Chaldæo, id eſt Abrahamo, *cui ſolt ſe Deus patefecerit,* & tam celebre ipſius nomen fuiſſe ait
1 apud Ægyptios, ut in ipſorum exorciſmis mẽtio fuerit Dei ab Abraham adorati, cultique, & de Ariſtotele tradit *Alexandrinus 2. ſtromat.* ſolitũ gloriari, quod litteras didiciſſet à quodam Iudæo, quod quanvis immediate; ſaltem mediatè retulit Abrahamo, fortaſsis enim iſte fuit, qui dictus Simon iuſtus, & frater Simonis Priſci, & apparatu pontificio, hyacinthyna veſte, cui aurũ eratintertextũ, & cidari in capite, in qua ſcriptum erat Dei nomen, comitatus ſuis ſacerdotibus veſtes ſacras indutis, patentibus portis obviam ſit Alexãdro, qui alioquî eo animo veniens, ut urbem excideret, de equo exilijt, & pedibus Pontificis proſtratus, urbem multis muneribus, & privilegiis donavit, & inde ad matrem, epiſtolam inſignem ſcripſit, ſibi à ſacerdote quodam revelatum Deos gentium, homines fuiſſe. *Cyprian. de idolorum vanitate.* & quia hoc de Abrahamo verificari nõ potuit, in eum tãquam originem, & fontem refertur, & ſemper in eius laudem redundat, ut qui in divinis primus etiã publicè fuerit poſt orbis lapſum, & repleret omnia ſacellis, & altaribus, quocunq; tranſibat, inde voluit impiiſſimus Mahometes, ſuę Mæchæ templum opus eſſe Abrahæ, & quia reliquarum ſcientiarum primas agebat, in quodam Græcorum canone libros cõſcripſiſſe aſſeritur, quod & affirmat Mahometes in Alcorano, & Hebræi hodie, eſſe libellum Ietſirã de formatione rerum vaniſsimè oſtentant. Tanta fuit illius presbyteri prudentia, ut ad illam confugiant perditiſsimi, impudiciſsimi, & imprudentiſsimi mores. Lege *Genebrard. lib. 1. & 2. Chronographia, & Didacum ſiel. Contrerat. in proſapia Chriſti ætate 3. cap. 1. §. 4. 5. & 6.*

In textu, ibi, non propter decrepitam ætatem ſed propter ſapientiam. 4 Ideo notat *Abulenſis,* ad citatum locum *Num. quæſt. 39.* ſenioris nomen non includere comparationem ætatis, alioqui oporteret eſſe decrepitos, qui minus apti ſunt ad rempublicam gerẽdã, quod nec *Plutarch in opuſc. quod ſen. gerend ſit reſpul.* nec citatus *Palæotus nec Cicero Dialogo de ſenectute* negaret. Sed priùs, & melius *Greg. cap. 19. Moral.* profectò liquet, quod ſenectus mentis, nõ corporis eligenda nũciatur, & *Philo* initio *lib. de illis verbis reſipuit Noè,* eandem invexerat doctrinam. Nam ubi ætas ſine prudentia, ſenectutis ſpecies, non tamẽ veritãs eſt, ubi verò probitas ſine canis, & rugis, ibi dignitas, & authoritas minimè deſiderabitur. Vnde de Paulo Æmilio dicit *Valerius Max. lib. 3. c. 1.* indignũ eſt cũ honori non dũ tẽpeſtivũ videri, qui virtuti maturus ſit, & *Cicero Philipp. 5.* virtutis eſſe ait, nõ ætatis curſũ celeriorẽ, & ætatẽ virtute ſuperari: ergo quãtumcumque priſci ſapientes ad publicorum honorum, & magiſtratuum gradus ſuas ætates grãdiores conſtituerint, de quibus *Tacitus lib 4. Hiſt. & lib. 3. Annal.* ubi *Lipſ.* & in *excurſ. Int. D. Livi lib. 4 ex L. Villia annal. Ovid. 5. Faſtorum. Paul. Manutius de lib. Rom. Nicolaus Gruchius lib. 1. de comitijs Pap Rom. cap. 3 Alexand. Neapol lib. 3 cap. 3. & lib 4. cap. 6. & 11. Tiraquel. de iure Primogen. in præfat. n. 79. & de temperand. pœnis cauſa 51. num. 151. Roſsin. antiquit. Rom. lib. 8. cap. 5. Calvins Vulterani del Roman in Villia annal.* & apud Athenienſes *Sigonius lib 4. de repub. Atheniens. cap. 1.* omnes tamen non veretbuntur noſtram cum textu moderationem fateri Lege *Pined in eccleſiaſten, cap. 10. verſ. 17.* ubi plura *n. 11.* & deinceps, & Patrem *Iuſtinianum ſup. 1. ad Corinth. 14. num 20. & Soto Major 1. ad Thimoth. 4. nu. 12. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Præter citatos adde *Tiraq de iure primogen. in præfat. n. 88,* nam *Eſaias 65.* puerum centum annorũ vocat ſenem, qui moribus eſt puer, & ut talis erit honorandus, cuius ſit mentio in *cap. Paulus & in c. qui §. Quibus ergo 2. quæſt. 7.* notus eſt verſus.

Stultitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem. Quem citant *Gloſſa, & Hoſtienſ. in cap. cum in iuuẽtute* in verbo *frequentius de præſumption.* & id circò Indi ætati ſenum nullam tribuunt prærogativam, niſi prudentia excellant *Strabo lib.* 15.

5 Sed in dubio præſumendum eſt prudentiam, & ſapientiam cum ætate creſcere, ut quòquiſq; ſenior eſt, eò præſumatur prudentior *Bald. in cap.* 1. in princip. per illum textum *extra de renuntiatione.* Vnde *Hieronymus ad Nepotianum omnes,* inquit, *pene virtutes corporis mutantur in ſenibus, creſcente ſola ſapiẽtia,* & paulo poſt: *ſenectus ætate fit doctior, uſu prudẽtior, proceſſu temporis ſapientior,* & Ariſtot. les alicubi ſcribit vires pollere in iuvenibus, prudentiam in ſenioribus, prout retulit *Bald. in repetit. l.* 1. *col.* 4. verſ. *ſed pone robuſtus Cod. unde vi.* Idem *lib. Circularium, quæſt.* 30. *cap.* 3. Ratio ſumitur ex Ariſtotele; quia prudentia non niſi experientia, quæ actibus acquitur, comparari poteſt; ergo quo plures fuerint actus, eò erit experientia certior: ergo & prudentior. Ita *Tiraquel. de iure primogen. in præfat. num.* 89. in fine, ubi noſtrum textum adducit.

DISTINCTIO. LXXXV.

CAP. Archidiaconum. I.

SVMMARIVM.

1 *Senes apti ad præfecturas eccleſiaſticas, & civiles.*
2 *Senes iure communi arcentur à bello.*
3 *Epiſcopi hoſpitalitatis amici eſſe debent.*
4 *Epiſcopus tenebatur ſcire memoriter pſalmodiam. Vtilitas ex pſalmodia.*
5 *Cur introducta in iuramento evãgeliorum tactio?*
6 *Tactio Evangeliorum aliquando neceſſaria ad effectus iuris.*
7 *Quomodo tangenda ſunt evangelia, cũ tactio poſtulatur.*
8 *An iuramentum non aſcendendi ad epiſcopatũ, liceat, & obliget? & nu. 9. & 10.*
11 *Vtrum regularis poſſit cogi à ſuo prælato, ad acceptandum Epiſcopatum?*
12 *Vtrum ſic iurans teneatur obedire Põtifici extra eccleſiæ neceſſitatem?*
13 *Vtrum ex pacto coniugum dirimi poſſit matrimonium?*
14 *Clerici de gremio eccleſiæ præferendi ſunt alijs, & originarij peregrinis.*
15 *Seniores iunioribus præferendi ſunt in electione ad officia.*
16 *Reijcitur opinio Gloſſæ, & multorum?* 17. & 18.

IN textu, ibi, Ætatis ſenio. 1
Non ſemper legitima excuſationis cauſa eſt ſenium: maximè cum illud doctrina, prudentia, & experientia comitentur, notant ſcribentes ad *cap. litteras de renunciat.* in 6 ipſa ſenilis ætas plurimum conferre debet, ut quis in epiſcopum, & prælatum eligatur, ex *Caſſiodoro lib. 6. de anima, Averroe in lib. Platonis de Repub. tract.* 1. *Claudio de officio Iudicis lib.* 1. Hinc Græci, Romani, Lacedemonij Chartaginenſes, Perſæ, Hebræi, atque aliæ pene nationes iuvenes à ſua rep. arcebant, admittebant autem tantum ſenes, authoribus *Tiraquel. de primogen. in præfatione à num.* 161. *Azevedo in l. 6. tit. 3. numer.* 10. *in fine, lib. 3. recopilat, Pas in l. 2. Tauri. num.* 54. *Simanch. de repub. capit.* 7. *Bebuf. de pacif. poſſeſſ. 4. limit. Gregor. Syntagmat. iuris 3. part. lib. 47. cap.* 25 *n.* 12. *& cap.* 9. *à num.* 16. Quod collige, niſi adeò decrepita ſit ſenectus, ut ſenes reddat ad officia ineptos, *l. 2. §. quam ita, & l. penult.* in principio, *ff. de vacat. muner, Gloſſa in cap.* 1. verbo, *ſenectus de renunciat. Peres in proœmio tit. 3. lib. 2. ordinam.* verbo, *vicios, Segura in director. iudicis part. 1. caput. 4. numer. final, Archid. in cap. tanta* 86. *diſtinct.* & alij, ubi plura de hac re.

At certum eſt, ſenes excuſari à multis, ut à militia, à qua excuſantur, qui quinquaginta quinque annorum fuerint *l.* 2. *§. maiores, ff. de Decurionibus, l. manifeſti* 3. ubi *Gloſſa fin. Cod. qui ætate lib.* 10. ubi *Bart. Lucas de Peña & Platea nu.* 1. *Ripa de peſte titulo de remedijs ad curandam peſtem n.* 222. *Avendan. de legibus prat. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 24. verſ. 3. *Menoch. de arbitr. caſu* 59. *num.* 5. *Thomas Artius de infirmitate legali,* 1. *part. cap,* 19. *n.* 21. *Florean. in l. inuit, ff. de teſtibus* prout illum refert *Greg. Lopes l.* 3. *tit.* 19. *part.* 2. Luſitanæ tamen leges, & Caſtellanæ alias ætates determinarunt; nã Luſitana non excuſat à militia ante 60. annum, ut videre eſt in regimine militari, quod vocant. *Regimento das Companhias, §.* 9. incipit *O Capitão Mor,* ibi, *nem de* 60. *annos para ſima.* Caſtellana 3. *tit.* 19. *part.* 2. requirit 70. annum, utraque fortaſſe propter Gloſſam in *l.* 2. *Cod ijs, qui non implent ſtipendium lib* 10. ubi tenet, ſenem eſſe qui 60. aut 70. annum habet. Vide *Cabedum* 2. *part. deciſionum deciſ.* 29. *num.* 3. Neque ſolùm à bello, ſed etiam à longis, & periculoſis itineribus 2

ſenes

ſenes eſſe excuſandos, cenſuit *Tiraquel. de iure primogen. in præfat. num. 211. Alciat. de præſumpt. reg. 1 præſumpt. 53. Menoch. eodem tit. & tractatu lib. 6. præſumpt. 46. num. ultimo.* Hinc fit, ut (cum Romæ iter, & acceſſus ad Romanum Pontificem nimium difficilis, ac periculoſus ſit) ſenes clericum percutientes non teneantur adire limina Apoſtolorum, ſed à ſuo epiſcopo abſolvi poſſint. Notavit *Sylveſt. in ſumma*, verbo, *abſolutio 4. n. 3. Thomas Art. in tract. de infirmit. part. 2. in* verbo, *abſolutio num. 4 & 5. Beller. diſquiſit. clerical. part. 1. titul. de favore clericorum canonis, §. 3. num. 26. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 28. num. 25.* Quod etiam intelligit de illis ſenibus, qui viridem ſenectutem, viresque habent integras. *Carolus de Graſſis de effectibus clerical. effectu. 9. num. 160.*

3 In text. ibi, In domo eius amicus. Pulchrè de hoc electo in epiſcopum obiectũ, ut à munere repelleretur, quid enim ineptius, quam eum ad epiſcopatũ aſſumi, qui neſciat amicis, & pauperibus domum ſuam aperire, cum epiſcopi oſtia miſericordiæ in ſacris litteris appellentur, ut acute expendit *Blaſius Viegas in Apocalypſim, cap. 2. comment. 1. ſect. 7. num. 4.* ad illa verba 3. *Regum 6. num. 32.* ibi *duo oſtia de lignis olivarum*, & 2. *Paralip. 3. num. 10.* legè etiam, quæ piè, & erudite conglobat in ſuo *ſtimulo paſtorum*, quem ex ſanctorum patrũ ſententijs concinnavit Sanctiſſimus, ac ſapientiſſimus *Frater D. Bertholomeus à martyribus Archiepiſcopus Bracharenſis, & Hiſpaniarum Primas part. 2. cap. 3.* Item quæ Sanctus *Bernardus epiſtola 42. ad Henricum epiſcopum Senoſenſem*, latiſſimè inſignis *frater Ludovicus Soto maior in epiſtol. 2. ad Thimoteum cap. 3.* verbo, *Hoſpitalem, fol. 437.*

4 In textu, ibi, Pſalmos ignorat. Omnem oportebat in epiſcopum eligendum tenere è memoria pſalmodiam. Habes in *cap. omnes diſt. 38. & cap. qui epiſcopus diſtinctione 33.* De utilitate ex pſalmorum ſcientia, meditatione, & uſu, habes plura, & pulchra in *S. Ambroſio, præfatione in pſalmos*, in *Ruperto, eadem præfatione*, ex quibus nonnulla *Franciſcus de Mendoça tom. 1. in libros Regũ*, in præfatione Cantici Annæ matris Samuelis, ibi, vide.

5 In textu, ibi, Vel ſi tactis ſanctis Evangelijs Cur introducta ſit in iuramento rerum ſacrarum ut Evãgeliorum, miſſalis, Crucis, & aræ tactio? Tractat optimè *Suarius lib. 1. de iuramento cap. 12. num. 6.* Verum ſcias, ad ſubſtantiam iuramenti, non deſiderari contactum alicuius rei ſacræ, quia iuramenti ſubſtantia conſtitit, in vocatione Dei in teſtem ut probat *Sanch. lib. 3 de iuramento cap. 1. num. 1.* & tactio iſta, eſt quid mere accidentarium, lege *Covar. in cap. quanvis pactũ 1. part. §. 1. nu. 1, Cevallos in ſuis quæſtionibus practicis quæſtione 407. num. ultim. Sanch.* proximè citatum *num. 3.*

Aliquando tamen tactio iſta rerum ſacrarũ, Evangeliorum, ita requiritur in iuramento, ut ſine illa non obliget in foro exteriori, nec valeat quo ad iuris effectus: ita docet *Gloſſa in cap. ut circa*, verbo, *corporali, de elect. in 6.* ibi *Arch. num. 2. Anchar. num. 7. Dominic. num. 2. Frambus, num. 9. Gloſſa* ibi *in Clement. 1. de hæreticis, §. Porro*, verbo, *tacta*, & ibi *Cardinalis eodem §. n. 3 quæſt. 1. Ambar.* ibi, §. *Sane. num. 7. Imola eadem Clemẽt. numer. 16. Bonifas. quæſt. 37. num. 111. Bald. in authentica ſacramenta puberum, num. 7. Cod. ſi adverſus vendit. habenti Anton. in cap. fraternitatis ad finem, Felin. num. ultim. Abbas in fine de teſtibus, & alleſſat.* idem *Abbas in 10 & ſi Chriſtus num. 10. de iure iurando. Sylu.* Verbo, *iuramentum quæſt. 1. in fine, Covar. cum multis in cap. quanvis pactum, §. 1. num. 2. Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 108. num. 14 & in præcepta decalogi lib. 3. capit. 12. num. 3. Reginal in praxi fori panit. lib. 18. cap. 1. nu. 10. Verall. deciſ. 123. lib. 2. & deciſ. 246. numer. 1. eiuſdem lib. 2. Franc. Marcus deciſ. 377. num. 1. volum. 1. Chriſtopherus de Pace in ſcholijs ad leges ſtyli 204. numer. 1. Nicolaus Garcia de benef. part. 5. cap. 4. num. 171. Camil. Borel. in ſumma omn. deciſ. tit. 60. de iuramento num. 394.* Imò etiam *Maſcard. concl. 1358. nu. 42.* affirmat, illum hominem, qui manibus caret, iuratum teſtimonium dicere non poſſe. 6

Qualis vero debeat eſſe hęc tactio libri Evãgeliorum, & quo membro facienda ſit cum à iure poſtulatur, ut in *cap. Landabilem de frigidis, & maleficiat.* videri poſſunt Gloſſæ citatæ *num.* proximo *in cap. ut circa de electione in 6. in clemen. 1. §. Porro, de hæreticis, Abb. in cap. & ſi Chriſtus de iure iurando, & in cap. fraternitatis de teſtibus* & alij per *Covar.* ubi proximè *Sanch. d. lib. 7 diſp. 108. nu. 14.* Ad quem *Suarius* lectorem remittit *lib. 1. de iuramento cap. 12. num. 6.* & quidem ſatis apertè hanc materiam ibi *tractat. Sanch.* qui omnino videndus erit. Notabis tamen, etiam in caſu, quo iura tactum Evangeliorum requirunt, ad obligationem externam, & iuris effectus obligari in conſcientia, eum qui iurat ſine tali tactu, ut in ſpecie advertunt *Sanch. & Suarius* locis proximè citatis. 7

In textu, ibi, Nunquam ſe ad epiſcopatum accedere. Celeberrimus eſt hic textus, ut pote cuius meminere pene omnes Canoniſtæ, & Theologi, quos in ſequentibus cõcluſionibus citabimus; dum quærunt. Verum iuramentum, aut votum, non procurandi, ac acceptandi epiſcopatum ſit licitum? Sit Prima concluſio. Votum, vel iuramentum non procurãdi epiſcopatum eſt omnino licitum, & obligat. Ratio eſt quia epiſcopatũ procuráre eſt contra humili- 8

humilitatem, ac proinde illicitum: hanc dicit communem, *Sanch.tom.2. Decalogi lib.6 cap.18.num.* 30.& probat ex *D. Thoma* communiter recepto 2ª2ª *quæſt.*185. *art.*1.& ex *D.Auguſt lib.9. de ciuitate Dei, c.*19.& refertur in *cap. epiſcopatum*, 8. *quæſt.* 1.& ex *D.Gregorio lib.7. epiſtola* 110. refertur in *cap. fin.* 1, *quæſtione 6.* ex *D. Chryſoſtimo homil.* 35. *in Matth.* ex *Diuo Auguſt. epiſtola* 148. *ad Valerium* refertur in *cap. ante omnes diſt.*40.

9 Secunda concluſio. Votum, vel iuramentū non acceptandi Epiſcopatū in nullo caſu, imò ſoli tendi ſuperiori acceptare iubenti, eſt omnino illicitum,& peccaminoſum, nec obligat. Probatur quia, neceſsitas proximi, & eccleſiæ urgere poteſt, cui ſuccurrere quis tenetur, & obedire ſuperiori qui id valeat præcipere, ita expreſſe docet *Archid in cap.electi.n.*2.& ibi *Ioan. Andr.nu.*3.*de electi.in* 6. *Syl.* verbo, *epiſcopatus quæſtione* 3 *in fine*, *Suarius de iuramento lib.*2. *capit.* 13. *num* 13. *Sanch.tom* 1. *Decalogi lib.*4. *cap.*8 *num.*37. *& tom*2.*lib* 6. *cap.*18.*num.*30. & in hoc ſenſu loquuntur Gloſſæ hic verbo,*Sanctis*, & in *cap. fin.* verbo, *confirmavit* 22. *quæſt.* 4. *Abb. in cap. ſi verò*, *num.*4. *de iure iurando*,& ibi *Alex. de Nevo numer.*2. *Bellamera num.*16.*in prima ſolutione. S.Anton.*2 *part. titulo cap.*6. *caſu* 31. *Furtinus de ultimo fine illatione* 20.*principali*, *num.*3. *Angelus*, verbo, *iuramentum* 5. *num.*8. *Sylveſt*,verbo. *iuramentum quæſt.* 1. *caſu* 5. *Navar. in Man.cap.*12.*num.*16. *S. Thomas in* 3. *diſt.* 39. *q.*1 *art.* 3. *quæſtiuncula* 1. *ad* 3. & ibi *Richardus art.*2. *quæſt.*3. *Palacios in* 4.*diſtin.*38. *diſp.*1. *fol.* 826. *columna* 1. *Barboſ.in l. alia* 15. §. *elegante*, *num.* 28. *&* 30.*ff. ſoluto matrimon. Azor tom.*2.*inſt.lib.* 11.*cap.* 2.*quæſt.*1. §. *Quares.*

10 Tertia concluſio. Votum, vel iuramentum non acceptandi Epiſcopatum,quantum eſt ex parte promittentis, vel iurantis,niſi præcepto aliquo (ſive id præceptum ſit ex iure naturali, ſive ex poſitivo eccleſiaſtico)conſtringatur acceptare, eſt licitum, ac proinde obligatorium ſub mortali. Ita *D.Thomas* 2.2.*q.*185.*art.*2. *in corpore*,& *quodlibet* 5.*artic.* 22. *in corpore*; & ad 2.quē *Sanch.*citatus *tomo* 2. *Decalogi lib.*6.*cap.* 18.*num.*33. dicit ab omnibus receptum. *Alenſ.*3. *part. quæſt.* 31. *mēbro* 4.*art.* 4.§.1. *D.Bonavent.in* 3.*diſt.*39. *art.* 3 *quæſt.*3.*num* 55. *Hoſt. in ſumma tit.de voto num.* 4. *Arch.in cap fin.* 22. *quæſt.* 4. *num.* 5. & hic *num.* 4. ubi etiam *Dominic. Præpoſit. & Turrecremat.nu.*13. *Rom ſingulari* 501. quod in nova edit. eſt. 507. *Aſtenſ. in ſum.* 2.*part.lib.*6.*tit.*43.*art.*1.*q.*6. *S. Anton.* 3 *p. tit.* 20. *cap.* 2. §. 6 *fin. Soto lib.* 10. *de iuſt. quæſt.*2. *art.*2.*ad* 3. *Cordub. in ſumma. queſtione* 154. *Gutier de iuramento* 1.*part.cap.*72. *num.*9. *Emmanuel Rodrig tomo* 2 *ſumma cap.*94 *num.*15. *Ribadeneira de inſt. Societatis Ieſu cap* 21. *Valent.*2.2.*diſp.*10.*queſt.*3. *punct* 2. *quæſt.* 2. *concluſione* 1. *in fine*, *Suarius tomo* 2. *de religione lib.de iuramento cap.* 13. *Sanch.tomo* 1.*Decalogi lib.*4. *cap.*8.*num.*37. *& tom.*2.*lib.*6.*cap.*18. *nu.* 33. ubi egregias pro hac concluſione rationes adducit. Item Sanctorum exempla recuſantiū epiſcopatus acceptare ut conſtat ex *Ruffino lib.*2. *hiſtoriæ cap.*11.*& Socrate lib.*4.*cap.*25. *Diuo Auguſtino epiſtola* 148. *S. Gregorio epiſtola* 3. 4. 6. 29. 30. *libri primi.*Non prætermittendum noſtro æuo fratrē D.Bartholomæum de Martyribus è dominicana familia,præcepto obedientiæ coactum fuiſſe Archiepiſcopatum Bracharenſem acceptare,ut de eo refert inſignis vir frater *Loduvicus Granatenſis*, qui ut Provincialis præceptum impoſuit, ut ipſe refert epiſtola nuncupatoria ad D.D.Ioannem Ribeira Epiſcopum Dacenſem præfixam cōcioni quam ipſe Loduuicus Granatenſis habuit in conſecratione D. D. Antonij Pinarij in Epiſcopum Mirandenſem anno. 1565. Item frater *Loduvicus de Souza* nobilis actorum eiuſdem D. fratris Bartholomæi de Martyribus ſcriptor *lib.*1.*cap.*8.

Sed merito circa hoc votum,vel iuramentum non acceptandi epiſcopatum, in terminis tertiæ concluſionis, id eſt non accedente præcepto obligante ad acceptandum. Duo quæres. Primum Vtrum ſic vovens, vel iurans, ſi fuerit regularis,poſsit cogi à ſuo ſuperiori regulari, ut acceptet? Reſpondendum cum *Valentia* 2.2.*quæſt.*3.*diſp.* 10. *punto* 3. *col.*5. *concl.* 6. quem ſequitur *Sanch. tom.* 1. *Decalogi lib.*4.*cap.*8. *nu.* 38. nullum ſuperiorem regularem ſubditum ſuū ad hoc obligare poſſe,quia cum per epiſcopalē dignitatē liber ſit regularis à ſubiectione obedientiæ ſuæ religionis, abſurdum eſſet ad hoc obligari poſſe. Nec quia de multis legamus ita obligatos fuiſſe,ut proximè de fratre D.Bartholomæo de martyribus obligato ſub excōmunicatione à fratre Loduvico Granatēſi, ideo credēdū eſt talē obligationē vim habuiſſe,ut ſatis acutè inſinuat citatus frater Loduvicus de Souza,cum factum hoc narrat.Cæterum humilem & miræ obediētiæ fuiſſe ſupra dictum Archiepiſcopum Bracharenſem certum eſt,quem vel umbra præcepti deterrebat, ut iuſsis alioquin non obligantibus, ut veris, & efficacibus acquieſceret. 11

Secundum quod quæri poſſet, eſt. Vtrum ſi extra eccleſiæ neceſsitatem,ſed ex libera electione Summus Pontifex vellet, ut ſic iurans, vel vovens,fieret epiſcopus,teneretur illi obedire? Reſpondendum teneri, quia in eo voto cenſetur ſemper excluſa,authoritas Papæ cōtra præcipere volentis. Ita *Hoſtienſ. in ſumma tit. de voto num.*4. *Aſtenſ. ſumm.lib.*6. 2 *part.tit.*43. *art.*10. *quæſt.*6. *Abulens.in cap.*30. *Numerorum queſtione* 58. *Sanch.tomo* 2. *Decalogi lib.*6.*cap.*18 *num.*39.& *tom.* 1.*lib.* 4. *cap.* 8. Contra Hugonem relatum ab Hoſtienſi ubi proximè. 12

In textu. Notat *Barboſa* 2.*parte rubricæ*,*ff. ſoluto matrim.num.* 75. & ex eo

Rebellus

Rebellus 2.p.de obligationibus iuſtitiæ lib. 3.de impedimentis matrimonij quæſt.4.ſect.3.num.25. argumento huius capitis non poſſe coniuges contrahere,ita ut inter ſe paciſcantur, ut per nullã profeſsionem matrimoniũ eorum diſſolvatur ante conſũmationem,quia nõ poſſunt ſibi auferre poteſtatem mutandi ſtatus, & ad frugem meliorem tranſeundi. Vide loca allegata.

14 In Gloſſa,verbo, ſingulorum. Nota primùm examinari electum, de propria eccleſia,quam de extranea, quia qui ſunt de gremio alicuius eccleſiæ alijs anteponẽdi ſunt, *cap.nullus invitis,& cap. quid proderit diſt. 61.* Dixi iam in *cap. neminem diſt.70.num.22.*& etiam originarij præferri debent peregrinis, ex *Alciato de præſump.reg.1.præſumptione 37. num. 1. Caſaneus in catb.Gloria mundi, conſiderat.82.part.10. & part.11. conſiderat.22. Menoch.lib.5.de præſumpt. q. 72.num.5. Avendan. de exequend. mandat. part.1. cap. 19. num. 37. Azavedo l. 14. num. 10. tit. 3. lib.1. nova recop. Cabedo part.1. deciſ.2. num.8. Melch. phabo deciſ.67. num.11.* Ratio eſt quia præſumitur magis diligere patriam, ut optimé probat *Rebuffus in Auth. habita. Cod.ne filius pag.594. Mench. Illuſt. cap.5.nu. 16. & cap.11.num. 31. Flamin. paris de reſignatione lib. 5. q.3. à num. 142.*

15 In eadem Gloſſa,ibi,Maiores, & Seniores. Docet Maiores, & Seniores ſemper præferri in electione minoribus, probat *cap. Epiſcoporum diſtinction.74. & cap. Ordinationes diſtin. 75.* de hac præferentia videndus erit *Sebaſtianus navi ad l.2 ff. de vocation. munerum. Guillelmus in cap. Rainuntius de teſtamentis*, verbo, *in extremis, num.6. Pineda in vita Sancti Ioannis Baptiſtæ lib.2. pag 97* Hinc natum proverbium apud Senecam, *Plus valet umbra ſenis,quam enſis,* & *loquentia divitis*, ſed *Aviles in proamio ad capita prætorum, num. 18.pag.17.* legit, & refert ex *Baldo Plus valet umbra ſenis quam enſis iuvenis.* Lege *Melchiorem Phab. luſit. deciſ. 66.* ubi invenies iudicatum eſſe à Senatu ſupplicationis, Decurionem vulgo *Vreader*, qui ſit maior in ætate, præferendum eſſe iuniori,etiam ſi prius acquiſierit poſſeſsionem. Adde *Dianum Hieronymum ab ipſo Melchiore Phabo* citatum, qui affirmat ideo, Seniorem Iuniori eſſe in electionibus præferendum,quia *Senectus ætate ſit doctior, uſu tutior, proceſſu temporis ſapientior*, & nos alibi,aliò ponderavimus.

16 In Gloſſa, verbo, Sanctis, ibi, propter hoc nõ repelleretur. videtur ſentire propterea Sanctum Gregorium iuſsiſſe inquirere de tali iuramento,ut propter illud, tanquã propter grave crimen repelleret ab epiſcopatu Florentinum Archidiaconum, quod etiam ſubiudicavit *Abb in cap.Si verò de iure iurando nupi. 4. Selua de iure iurando, 3.part quæſt.1.num. 21.* ubi alios refert præſertim *Angelum iuramento 5.nu. 3. D.Anton.2.part. tit.10. cap.6.§.3.caſus* verſ. *quintus modus. Sylveſt. iuramento 4.n.1.*verſ.5. Vnde conſequenter intelligunt Archidiaconum iuraſſe in terminis noſtræ ſecundæ concluſionis prout ibi eos citavi; ſed diſplicet hic ſenſus *Suarez tom.2.de Religione lib.2. de iuramento cap.13.num.14.* quia cum iuramentum fuit generale, nec de intentione iurantis conſtet, de licitis intelligẽdum eſt,ut optimé ex Gloſſa hîc verſò *iuro præſumo.* Ex *cap. Ad noſtram 21.*& *cap. venientes 19 de iure iurando* probat idem *Suarius*, & tenet hîc *Turrecremata art. 1. num. 3.* Adde ſemper in dubio præſumendum emiſſum eſſe iuramentum in caſu licito,cum in dubio delicti præſumptio fugienda ſit, *l. merito, ff.pro Socio.* Item cũ quis actum facit,qui poteſt uno caſu eſſe permiſſus, & alio caſu prohibitus, ſemper præſumendum ſit factum in caſu permiſſo,ut cum multis tradit *Menoch.de præſump.lib.3.præſumpt.12.num.65.& lib.5. tota præſumpt.2.* Vltimò quia, in dubio præſumendum ſemper ſit pro actus valore,ex eodem *Menoch de præſumptionibus lib. 3. præſump. 29. num.45. & lib. 6. præſumpt.4.n.1.* & ſequentibus. *Hoſtienſ.in ſumma tit.de voto. Aſtens in ſumma 2. part. lib.6.titul.43. art.1.queſt.6. Abulenſis in cap.30.Numerorum quæſt.57.*

In Gloſſa eodẽ verbo, Sanctis. 17 Ait Gloſſ.etiã in caſu quo Archidiaconus Florentinus exciperet à iuramento ſuo, non accipere epiſcopatum, niſi obligante charitate, & neceſsitate proximi, & ſuperioris volentis acceptationem præcipere (de quo nos in tertia concluſione) adhuc peccaſſe venialiter, quia temere iuraverit,ſed omnino reijciẽda eſt hæc doctrina; nam cum probaverimus votum,tum temporis eſſe licitum,& ſimpliciter de meliori bono, & ex ſe meritorium, non eſt hîc unde peccatum colligatur. Ita *Suarius* expreſsè contra Gloſſam, quam reijcit *dicto lib. 2. de iuramento, capit. 13. numer.13.*

In Gloſſa eodẽ verbo,Sanctis. 18 Ait hoc iuramentum non obligare Archidiaconum Florentinum, ſed illo non obſtãte adhuc potuiſſe eligi ad epiſcopatum,& illum acceptare, ſed nulla ratione admittendum eſt, cũ dixerimus hoc iuramentum licitum eſſe,ac de meliori bono.

DISTIN-

DISTINCTIO. LXXXVI.

IN SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Quare maximè requiratur ſcientia in epiſcopo?*
2 *Qui gradus ſcientiæ? Quid de iure novo? n. 3.*
4 *Quæ qualitas ſcientiæ?*

1 IN textu, ibi, Doctorem autẽ oportet eſſe epiſcopum. Diuinarũ, tum etiam humanarum rerum ſcientia commendari debent epiſcopi, iuxta *cap. cum in cunctis de electione*, nõ enim ſufficit probitas morum, ni probitas litterarum reperiatur in eis, qui populo præficiuntur, iuxta *cap. qui eccleſiaſticis ſup. diſtinctione* 36. ne tunc diſcere cogantur, quando alios debent edocere. Confirmat *Cãpenile in diverſor. iuris rubric. 5. cap. 4. num. 2.* ex eo, quia Epiſcopi habent poteſtatem coactivam in laicos omnes, etiam Reges; circa res tẽporales, per *Franciſcum Bozium in ſuo opere de tempor. Eccleſ. Monarch. lib. 2. cap 1.* habetque in eoſdem laicos vim punitivam in vitijs, & delictis, per eundem *Bozium lib. 3 cap. 4. eiuſd. part. 1*, ergo qui epiſcopatus dignitate fulget, aliorum debet eſſe doctor, *cap. conveniențibus 1. quæſtione 7. & §. 1. in Authent. de ſanctiſſimis epiſcop.*

2 Quæ autem ſcientia, ſeu gradus illius, & qualitas in epiſcopis requiratur? Noviſsimè per *Trident. ſeſſ. 22 de reformat. cap. 2.* ea poſtulatur, quæ muneris ſibi iniungendi neceſsitati ſatisfacere poſsint; neq; eminens deſideranda, ſed cõpetens toleranda. Textus in *c. niſi cum pridem, prox. deſectu de renunciat.* ubi *Hoſtienſ. n. 14. Bal. n. 3. Abb. in c. ult. n. 4. de ætate, & qualitate Gloſſa in c. Viliſſimus 1. quæſt. 1.* Viri namque eminentis ſcientiæ vix reperiuntur, *cap. Venerabilis de prabend.* Quapropter ſi quis in univerſitate ſtudiorum Magiſter, Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios edocendos oſtẽdatur, & ſi regularis fuerit à ſuperioribus ſuæ religionis, ſimilem fidem habeat iam ſatis commendabilis ſcientiæ eſſe, demonſtrabitur, & dignus tali munere cenſebitur.

3 Cæterum *Gregor. 14.* per *conſtit.* quæ incipit *Onus Apoſtolicæ* relatam à *Quarantа*, verbo, *electio*, addidit diſpoſitioni Tridentini peculiarem diligentiam adhibendam circa ſcientiam promovendi ad epiſcopatum, ita ut Doctoratus, aut Licentiaturæ gradus nemini ſuffragetur, ſed de eius doctrina diligens fiat inquiſitio, aut ex aliqua publica functione illud eſſet notorium. Poſtmodùm verò Clemens VIII. ſtatuit, quotquot aſſumendi in Epiſcopos pro regione Italiæ, coram ipſo in urbe Roma, & Sacra Congreg. Cardinal. aliorumque peritorum prælatorum, unius horæ ſpatio, flexis genibus interrogarentur de ea ſcientia, quam profitebantur, & idonei reperti admitterẽtur, ſin minus reijcerentur, quo examine uti dicitur non ſolum eum eligendo; ſed etiam eum transferendo ex una ad alterã eccleſiam; modo nõ fuiſſet à Sũmo Pontifice creatus epiſcopus, quia tũc ſemel examinatum, & approbatũ, denuo examinari non curabat. Quem morem ſecutus eſt poſtea Paulus Quintus. In Gallia verò, & Hiſpania coram *S. R.* & Cardinalibus Legatis ibi exiſtẽtibus, & illis deficientibus; coram Nuncijs, Patriarch. Primatibus, Archiepiſcopis, epiſcopis de ſpeciali Papæ mandato, & alijs viris doctis fit examen, & non aliàs ad regimina eccleſiarum admittuntur. Vide *Henriq. in ſumma part. 2. lib. 10. cap. 16. §. 3. litt. R. & cap. 33. §. 2. & lib. 14. capit. 9. §. 1. verſ. gradus. Menoch. de arbitrar. caſu 425. num. 35. Petrus Alphonſ. de Vaſconcel. in harmon. rubr. iuris Canonici tit. de ætate, & qualitate, numer. 4. Azor inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 9. & lib. 6. c. 6. q. 1. Leſſium de iuſtit. lib. 2. c. 34. dub. 24. Gonzal. ad regul. 8. Chancell. Gloſſa 4. num. 67. Cenad. ad Decretum collect. 51. numer. 4. in fine. Regin. praxi fori lib. 30 tractat. 3. num. 171.*

4 An autem præferendus Theologus Canoniſtę in aſſecutione epiſcopatus? Diſputant facile multi: ſed ego facilius ſuperſederem quæſtioni, ne odium parerem, dum veritatis viam paro, dicio enim omnem comparationem meritorum eſſe odioſam. Sed quia eã nõ tracto inter perſonas ipſas, & earum merita ſpecialia, ſed inter facultatis conditiones, & qualitates, ſcitię ideirco breviter dico, Quod ubi hæreſes pullulant, præferendus Theologus. Ita *Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 33. §. 2. litt. E. Bobadil. in ſua politica lib. 1. c. 6. n. 14. Enman. Rodrig. tom. 1. regul. q. 11. art. 4. Azor. inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 10. Cenad. ad Decretum collect. 51. num. 5.* In pertinentibus verò ad forum iudiciale præferuntur Canoniſtæ. Ita *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 7. num. 49. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 17 q. 3. & part. 3. lib. 1. cap. 3. q. 4. Emman. Sylvart. 4.* & in materia de uſuris ſtandum Canoniſtis *Vivi. tom. 1. commun. lib. 1. titul. 10. de decimis, num. 15. Geminian. de uſuris comment. 4. §. 4. num. 67. Gaſpar. Rodrigez de annuis redditibus lib. 3. quæſtione 4. à num. 64. Mordet. de iuris diſt. part. 2. cap. 7. num. 13. & in voce*

noviſ.

veriſimarum vote 14. num. 5. Mantica de taciti, & ambig. convent. lib. 2. tit. 1. nu. 58.

CAP. Inferiorum. I.

SVMMARIVM.

1 *Quid peccet index, aut prælatus ratione muneris?*
2 *Aliorum peccata referuntur in diſſimulantes præſides.*
3 *Omnis iniquus, peſtilens dici poteſt.*
4 *Vltorem, & non tutorem ſentiant flagitioſi?*

1 IN textu, ibi, Culpæ. Negligẽtia in iudice, ſeu prælato, in ijs quæ facere tanetur ratione officij eſt peccatum mortale. *Coſmas in pragmat. Sanction. in proœmio*, verbo, *neglecta fol. 35. Navar. in cap. contrarium, num. 18. de pœnitent. diſt. 5.* Vide ſupra nonnulla de hoc argumẽto.

2 In textu, ibi, Ad nullos magis referendæ. Nam qui negligẽtem ſe præſtat in impediẽdo malo; auctor videtur ad committendum. Imó *Auguſtinus quæſtione 146. in Exodum*, ad illa verba; *Diſſipavit eos Aaron*, inquit, *Magis enim dictum eſt, diſſipavit eos Aaron, quoniam ceſſit eis, quam diſſipaverunt ſe ipſi qui tantum malum* (ſcilicet fac nobis Deos) *flagitaverunt.* Vnde David *Pſalm. 18. ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſervo tuo*, de ſubditorum peccatis veniam ſibi precatur, *advertens*, ait Euthymius, *reges, & dominos obnoxios eſſe peccatis ſervorum, & dominorum.* Confirmatur ex novem, quos Theologi ſolent numerare modos, quorum quolibet idem peccatum incurritur, opere ab alio patratum, nempe conſilio, ut Caiphæ, & Herodiadis, iuſsione, & ſententia ut Davidis de Vria, Pilati de Chriſto, conſenſu, ut Sauli de nece Stephani, irritatione, & provocatione, ut uxorum Iob. & Tobiæ, vana laudatione iuxta Iſaiam. 3. verſ. 12. *Populus meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Silentio nec monendo, nec corrigendo: quapropter, *clama ne ceſſes* Iſaiæ 50. *num.* 1. Diſſimulatione, connivendo, & impunitum relinquendo, quo nomine reprehenſus Saul. 1. *Reg.* 13. *num.* 16. & Achab. 3. *Reg.* 20. *num.* 42. Participatione, ut in furto, & adulterio, &c. Patrocinio, ac defenſione, ſive mali operis, ſive prævers æ doctrinæ. Ex quibus colliges multis fieri obnoxios prælatos, qui ſubditorum exceſſus reprimere negligunt, & meritiſsimò ipſis eſſe imputandos.

In text. ibi, nutriunt peſtilẽtiã. 3
Omnis impius, & peccator eſt fere peſtilens, & corruptor aliorum, ac ſeductor, ſi non verbis, ſaltem factis, & exemplis pravis, quodammodo ex cathedra docens peſtilentiæ, & in ea ſedẽs *Pſalm.* 1. verſ. 1. Idcirco *Damianus epiſtola* 6. hortatur Nicolaum pontificem, ne in malis præcipuè clericis puniendis elangueſcat: *Noli*, ait, *peſtem hanc per ignaviam ad incrementa perducere: connivendo & diſſimulando graſſanti luxuriæ frena laxare, ſerpit enim hic morbus, ut cancer*, unde notat textus in *cap. ea quæ* 8. *de ſtatu monachorum* morbidam ovem eſſe ejiciendam, ne alios inficiat, & *Emmanuel Rodrig. quæſt. Regul. tom. 3. quæſt. 34. artic. 9.* infert expurgandam congregationẽ per malorum exterminium.

In text. ibi, Auſteriorem diſſimulat. 4
Promptus debet eſſe prælatus in puniendo præceptorum inobedientes, & ulciſcendo eorum delicta, iuxta *cap. ad hæc* 1. *de poſtulatione prælatorum*, & notat *Hieron. Giach. conſil. de Syndicatu num.* 20. debet etiam eſſe auſterus, nã flagitioſi, qui impunita vidẽt ſcelera, eò fiunt licẽtioſi, ſi ſe obtinere tutores, quos debebant experiri ultores, ſentiant. Neque præclarius huius ſeveritatis exẽplum adduci poteſt, quàm illud adductum à *D. Petro Damiano lib. 7. epiſt. 11.* ubi refert, Imperatorem Ottonem tumultuantes, ac penitus diſsidentes regni proceres ad pacem, & concordiam redegiſſe, non quidem remiſſa, ſed ſevèra animadverſione. Cum enim ſciret, intra ſui regni limites multos verſari aliena diripientes, & iuris terminos per inſolentiam tranſilientes; cumquè planè cognoſceret, horum malorum caput eſſe impunitatem, ea exhibuit ſeveritatis ſigna, ut tribus regni proceribus oculos eruerit. *In evulſione fex oculorum*, inquit Petr. Damian. *unum peccatum eſt regnum, Tres facti ſunt cæci, & omni populo quietis optata lumen infulſit.*

CAP. Odio. II.

SVMMARIVM.

1 *Quod dicatur odium privatum, & publicum?*
2 *Quomodo habendum ſit odium peccati, & non peccatoris?*
3 *Vtrum pœnitens delicti debeat puniri?*
4 *Reprehenſio ſit ad medelam nõ ad querelam?*

1 IN textu. Nota quòd quando quis habetur odio, quia peccator, tale odium dici publicum, de quo etiam loquitur textus in *cap. quoties*, ibi, *privato odio, de teſtibus*, ſequitur *Abbas ibi, num.* 4. Aliud enim dicitur odiũ privatum, quod ſecundum *Ioannem Andream* eſt familiare, & carnale, teſte etiam Abbate ubi proximè. Quam quidem diſtinctionẽ refert *Maſcard.* & noſtrum textum *de probationibus volum.* 3. *concluſ.* 1127. *numer.* 9. & 10. & illum ad hoc ponderat. Vnde tenentur omnes odium privatum, & rancorem demittere, præcipuè clerici, & religioſi, non tamen ſatisfactionem. *Gloſſa* 3. *in cap.* 2. *de homicid. lib.* 6. *Antonius Gomez* 3. *tom variar. cap. num* 29. *in fine. Covar. lib.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 7. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 12.

2 In textu, ibi, Odio habeantur peccata. De odio abominationis intelligẽdus textus iuxta aliam diviſionẽ, quam tradunt Theologi apud *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 34. *artic.* 4. & 1. 2. *quæſt.* 29. *articul.* 1. ubi deſcribitur: alienatio *ab eo quod æſtimatur ut noxium, & malum*: Nam aliud quod vocant odium inimicitiæ, quo quis vult aliquod malum evenire, vel inferre rei tanquam malæ, reprimere intẽdit Leo Epiſcopus noſtri textus author, cuius meminit *Reginal. in praxi lib.* 27. *ſect* 2. *num.* 114. ſequitur *Vallent.* 2. 2. *quæſt.* 11. *punct.* 1. ante illos *Caiet.* verbo, *odium. Tabiena* in verbo, *charitas*, §. 12. & *Sylveſter* eodem verbo, *quæſtione* 4. *Bannes* 2. 2. *quæſt.* 25. *articul.* 9. in principio, & probatur ex illo *Pſalm.* 118. *Iniquos odio habui*, & ex illo *Pſalm.* 138. *perfecto odio oderam illos.* Ratio autem fundamentalis eſt, quia eiuſdem rationis, & laudis eſt, velle bonum, & adverſari cõtrarium malum: ergo hoc ipſo quod ad rationem, & laudem charitatis, & amoris fraterni ſpectat, velle ei bonum, cui eſt contariũ peccatum, pertinet etiam ad eundem odio proſequi, & adverſari in proximo malum peccati. Vnde colligitur amicitia erga proximum, & abominatio erga peccatum. Quod attigerunt Philoſophi ducti ratione naturali, ſiquidem *Ariſtoteles lib* 5. *Politicor.* affirmat oportere ne exiſtat odium in Tyrannos, & *Plutarchus in lib. de differentia inter odium, & invidiam. Odio*, inquit, *cõplures inſtẽ habentur; ſicut ij quos odio dignos appellamus, & dolendum de peccato.* Vide *Navarrum*, qui meminit huius textus ad *cap. inter verba in octava oppoſitione concluſione* 2. *ſub. num.* 6.

3 In text. ibi, Severiùs caſtigari. Sed ſi delinquẽtem perpetrati criminis pœniteat, & ipſe bonus fiat: debet ne accuſari, & puniri? Negativè reſpondentem *Speculatorem in titu. de accuſatori*, §. 1. verſ. *Quid ſi quis* per textũ in *cap. accuſatis de accuſationibus, & cap. præſẽti*, quod ſingulare, & notabile ad hoc refert, & ſequitur *Hippolyt. Marſil. in l. qui falſam colum.* 7. verſ. *& non omitto, ff. ad legem Corneliæ falſis.* Sed *Tiraquel. de pœnis, cauſ.* 28. *num.* 3. improbat *Hippolytum* in explanandis textibus, & aliter mentem *Speculatoris* proponit in hunc modũ. Interfecit quis patrem meum, licebit ne mihi accuſare interfectorem, quem pœnituit? Nam ſi non accuſem, hæreditatem perdo. *l.* 1. *Cod. de his quibus ut indignis*, rurſus ſi accuſem, ex odio videor procedere, iuxta noſtrum textum, & *d. cap. accuſatis.* Quibus nõ obſtantibus. *Ioannes Andreas in d. cap. accuſatis*, & poſt eum *Panormit.* alteram partem ſequuntur, quoniam abſolutus in foro pœnitẽtiali, poteſt accuſari, & puniri in foro iudiciali: ut voluerunt Gloſſa, & DD. in *cap. de his* eodem titulo. moderamine tamen utendũ tradit *Tiraquel.* citatus propter peractam pœnitentiã, & emendationem.

4 In textu, ibi, Non ſævientis, ſed medentis. Quamobrem Valentinianus cum Mediolanenſis eccleſia paſtore vacaret, exhortatus eſt epiſcopos, ut habetur ex *hiſtoria tripartita lib.* 7. *cap.* 8. *ex cap. novit de iudicijs*, & refertur à Gratiano in *cap. Valentinianus ſupra diſtinct.* 63. *Talem*, inquit, *in Pontificali conſtituite ſedem, &c.* cuius monita, dum tanquam homines delinquimus, neceſſario veluti iucurantis medicamina, ſuſcipiamus. Lege *Anaſt. Germonium de ſacri. immunitatibus lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. Alia tradit *Paulus Fuſcus de viſitatione lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 6. qui noſtri textus memenit.

CAP. Facientis. III.

SVMMARIVM.

1 *Participes culpæ quomodo puniendi?*
2 *Odit vitium qui damnat errantes?*
3 *De triplici innocentiæ gradu?*

1 IN text. ibi, Participes iudicãtur Imò pares in culpa cenſentur, & pari pœna puniuntur agentes, & conſentientes iuxta *cap.* 1. *de offic. & poteſtate iudicis de leg. & cap. Quanta de ſent. excõmun. & cap. qui cum fure, de furtis lib.* 13. *lib.* 4. *eiuſdem fori, l.* 34. *poſt medium titul.* 9. *lib.* 6. *Ordinam. Acevedo, l.* 4. *titul.* 20. *lib.* 6. *nova recopil. & leg.* 2. *numer.* 218. *titul.* 13. *lib.* 8. *Thomas de Thomas regul.* 21. Quod intelligit *Capol. conſil.* 34. *nu.* 22. & ſequentibus, verſ. *& prope, dicta deciſione* procedere quando conſenſus eſt cooperationis,

tionis,præbendo cauſam efficacem, & propinquam principali auctori,cum multis, quos adducit *Maſcard. de probat. concluſ.*1139.*numer.* 10.& *Covar.in reg. peccatum part.*2.§.12. *à num.*1.*Menoch. de arbitr.caſu* 348. cum ſequentibus,*Farin.in praxi criminali part.*4 *conſid.* 66. *num.*18. *Flamin.de conſident. quæſt.*22.*num.*5. *Molina de inſtit. tract.* 2. *diſp.* 732. *ſub num.*1.

1 In textu, ibi, Probat odiſſe vitium, qui condemnat errantes. Idcirco fratris Lycurgi filium Charillũ Spartę præfectum,ut probum, & perfectum virũ laudantibus quibuſdam, Collega eius, *& quomodo*, inquit, *probus eſt Charillus, cum ne in malos quidem acerbus ſit.* Hæc *Plutarchus*, *lib. de differentia inter odium,& invidiam*, & mox ſubiungit idem Plutarchus exemplum Pelidis,& Vlyſsis, quibus dat laudi,quod Therſiten propter morum perverſitatem oderint, inducens illud Poetæ de eodem:

Odit,& hunc magnus Pelides, odit Vlyſſes.

2 In textu,ibi,Primus Innocentiæ gradus. Tres diſtinguit Gloſſa Innocentiæ gradus. Primus non agere malum. Secundus non conſentire faciẽtibus per textum *ita plane*, & *cap. à malis* 2. 3. *quæſt.* 4. Tertius corrigere peccantes iuxta textum in *cap. tria*, & in *cap. duæ ſupra diſtinct.*45.

CAP. Quando. IV.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum prælati,vel iudices familiaritatẽ vitare debeant?*
2 *Vtrum liceat appellare à prælato nimis ſevero?*

1 IN textu. Nota cum *Anaſt. Germon.tract. de indult. Cardinal.*§. *ſervus ſervorum num.*18. ubi noſtrum textum refert, prælatos de exceſsiva ſubditorum correctione veniam ab ipſis poſtulare non debere, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſervatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Concordat *Calliſtratus Iuriſconſultus*, qui dixit ita obſervandum eſſe ius reddendi, ut in adeundo ſe facilem præbeat,ſed contemni ſe non patiatur. Vnde mandatis adijcitur, ne prę ſides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant, nam ex converſatione æquali contemptus dignitatis naſcitur, *l. Obſervandum, ff. officio præſidis.* Quod etiam dixit, *Vlpianus in l.ne quidquam,*§. *obſervare, ff.de offic.proconſulis.* Quanquam,ut bene reſpondet Azo relatus à Gloſſa hic,verbo, *frangatur;* Fatuis non æquè prudentibus id contingere poteſt.

2 In textu, ibi, Plus iuſto forte corripitis. Liberum eſſe religioſo appellare, ſeu provocare ad ſuperiorẽ, cum malè tractatur, dixit *Navar. cõſilio.* 3. *de regularibus, numer.* 51. ſequitur *Azor, inſtit. moral. part.*1.*lib.*12. *cap.* 11. *quæſt.* 8. *& quæſt.* 7. reſolvit quòd religioſus à ſuperiore inique tractatus, vexatusve, tuta cõſcientia è monaſterio exire poteſt, inſcio,vel invito ſuperiore. Et à fortiori dicendum de alijs,qui tam *adſtrictè* non ſunt adſtricti, & abſolutè quòd,ſi prælatus modum excedat in correctione,benè admittatur appellatio,tradit *Franch. in cap.de priore* 31. *ſub. numer.* 2. verſ.*in Gloſſa* 1.ibi *falſi quando modus,de appellationibus*, *Zabar.in cap. ad noſtram* 3.*nu.*3. verſ. *nota* 2. *Decius, à nume.*2. *eodem titulo Mariana de ordine indic. part.*6. *act.* 2. *princip.* verbo, *& quandoque appellatur limit.* 7. *ſub num.* 33. *Petrus Gregorius tract. ſtatui tituli de appellat. l.*2.*cap.* 10.*num.*1. & præcipuè, *num* 8 verſ. *affertur tamen. Quaranta in ſumma Bullar.* verbo, *Archiepiſcopi auctoritas*, *numer.* 20. §. 5. verſ. *concluſionem*, *Ruginel in ſimili tractatu*, §.2. *cap.*3.*num.* 219 *Sigiſm. Scacc.* etiam in *ſimili tractat quæſt.* 17 *limit.*27. *num.*12.Sed quando Abbas fuerit nimium ſeverus in corrigendo,erit interponenda appellatio ab exceſſu ad capitulum, & tunc debet adhiberi capitulum per *Scacciam. in dicto cap. ad noſtram num.*14.cum citato *franch. in cap reprehenſibilis* 26. *num.* 13. *& Dec.num.*3.*eodem tit. de appellat.*

CAP. Cum multa. V.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ſit utilis profanorum librorum lectio?*
2 *Vtrum deceat epiſcopos Grammaticam docere?*
3 *Non bene cõveniunt laus Dei,& Iovis.*

1 IN textu,ibi. Collige ex illo,non eſſe utile gentilium philoſophorum,& poetarum libros evolvere, cum pauca, veraque contineant mille fabulis involuta,maleq;in ore Chriſtiano laudes Chriſti,& Iovis miſceantur. Probat eleganter *D.Hieronymus de cuſtodia.Virginit.ad Euſtochium*, ubi ſe refert flagellatum,eo quod libris Ciceronis

operam daret. Prodeſt tamen eorum lectio, ſi cautè, & temperatè fiat nam ut docuit *Seneca epiſt.* 2. aliquando licet tranſire in aliena caſtra, non ut tranſfugas, ſed ut exploratores, nam philoſophi gentiles quamplurima dixerunt bonis moribus conſentanea. Docet *Aug. lib. 2. de doctrina chriſtiana cap.* 15. Vnde viri ſanctitate illuſtres, & doctrina excellentes gentilium philoſophiam in chriſtianum uſum mirificè converterunt, de quibus *Montoya de concordia ſacrarum editionum lib.* 1. *controverſ.* 18. *fol.* 170. Illa igitur lectio multum emolumenti, atque utilitatis ſecum portat, quæ in ſacris illorum Doctorum libris aſſidue verſatur, *ex quibus* (ut ait *D. Auguſt. lib.* 10. *de civit.*) *ſpirat bonus odor pietatis.* Neque immerito *Sedulius poeta in ſua præfatione*, ſacram Doctorum lectionem magnificæ, & Pontificiæ cœnæ comparavit, in qua omnigena epularum varietas gulam ſolet recreare.

Nobilium nitidis Doctorum veſcere canis.
Quorum multiplices nec numerantur opes.
Illic invenies quidquid mare nutrit edendum.
Quidquid terra creat, quidquid ad aſtra volat.

2 In textu, ibi, Grãmaticam quibuſdam exponere. Propriũ enim epiſcoporũ eſt munus, docere, prædicare, & illuminare alios verbo, non grãmatica, præ cæteris inferioribus prælatis, quod *concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de reformat.* confirmavit, iuxta præceptum Chriſti Apoſtolis. *Marc. ult. Prædicate evangelium* in quo munere epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt. Et in *pontificali Romano ſub titulo de Conſecratione epiſcopi*, inter eius munera ponitur interpretari (utiq; Scripturam) quando verbum Dei fidelibus proponit. Vnde in 7. *Synodo poſt actionem.* 7. *cap.* 2. dicitur: ſubſtantia ſummi ſacerdotis noſtri ſunt eloquia divinitus tradita, ideſt, vera divinarum ſcripturarum diſciplina, & refertur in *cap. omnes ſupra diſtinction.* 38 & *Origenes homil.* 6. *in Leviticũ*: *Hæc duo*, inquit, *ſunt Pontificis opera, ut addiſcat legendo divinas ſcripturas, & ſapius meditando, ut populum doceat*, Vide *Suar. tom.* 3. *delig. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 3.

3 In textu, ibi, Cum laudibus Iovis. Laus enim Iouis, falſa laus eſt, & laus mendacij, cuius pater diabolus eſt. Vnde iuxta *Plutarchum* relatum à *Navarro in cap. inter verba concluſ.* 1. *num* 1. ubi noſtri textus meminit; non oportet quem voluptatem capere, cum pro gravi excello, ac iuſto prædicatur elegans, & hilaris. Cuius hilaritatis, & elegantiæ nota culpabilis erat Marianus, qui ob edoctam grammaticam redarguitur.

CAP. Fratrem. VI.

SVMMARIVM.

1 *Cur epiſcopi vocentur fratres Papæ, & Reges filij?*
2 *Propter unum epiſcopum vocat Cardinales fratres ſi ſint diaconi.*
3 *Cardinales presbyteros nõ epiſcopos vocat filios ſi non ſint conſecrati.*
4 *Quid ſit liberalitas?*
5 *Virum ſit propria liberalitas in opitulatione pauperum?*

IN text. ibi, Fratrem noſtrum. Sæpius ponderavimus ſolitũ fuiſſe Papã vocare epiſcopos fratres, non vero filios dilectos, ſed venerabiles per textum in *cap. Quam gravi* ubi notant omnes *de crimine falſi, & cap. cum venerabilis de conſuetudine, cap. Venerabilem de elect. cap. Venerabile de offic. delegati, cap. venerabilis de iudicijs, cap. venerabilis de dolo, & contum. cap. venerabilis de teſtibus cogend. cap. venerabiles de confirmat. utili, vel inutili, cap. cum venerabilis, & cap. venerabilem de except. cap. cum venerabilis, & cap. venerabili de cenſibus*, & alijs. Nam ut ait *Marc. Tullius* 1. *de natura Deorum*: habet venerationem iuſtã quidquid excellit. Vnde *Livius lib.* 1. *hiſtor. ab Vrbe condita*, venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artiũ homines. Sed quare fratres, non autem filios eos vocat? Rationem affert *Innocentius III. in cap. per venerabilem, §. Sunt autem, qui filij ſint legitimi, Sunt*, ait, *Sacerdotes Levitici generis, fratres noſtri*, qui nobis iure Levitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. 1

At ſi contingat eum ad plures Cardinales ſimul ſcribere, inter quos præter epiſcopos presbyteros ſint diaconi, fratrum nomine nuncupabit, etiamſi unicus tantum inter eos epiſcopus exiſtat, *cap. in Geneſi prope finem de elect. Extravag. ad conditorem Ioann.* 22. *de verbor. ſignif. extravag. execrabilis, §. Nos itaque* iuncta Gloſſa in verbo, *cum fratribus de prabendis, cap.* 1. *verſ. quod in fratribus noſtris*, & ibi Gloſſa, *de offic. delegat. lib* 6. *Hoſtienſ. ad caput ad liberandum colum.* 3. *de Iudais Felin. ad rubricam de offic. delegat.* in principio. 2 3

Si verò ſeorſim ab epiſcopis ad Cardinales presbyteros, ſeu diaconos ſcribat, filios, non autem fratres eos vocabit, *c.* 1. *de ſuppleud. negligg. Prælator.*

Prælator. Gloſſa ad cap. 1. de offic. de legati in 6. Barbat. ad cap. in præſẽtia col. 4. de probat. & ad cap. 1. col. 2. de locat. Rebuffus ad formam mandat. Apoſtol. in verbo, *fratri* notat quod ſi in *cap. preterea 51. diſt. canon. fratres de panitent. diſtinct. 5.* fratres dicuntur Cardinales poſt conſecrationem, propterea quod una cum Beatiſsimo Papa in partem ſolicitudinis ſunt vocati, *cap. ad honorem de autoritate, & uſu pallij, cap. fundamenta, §. decet de elect. lib. 6. Cardin. Paleot. de conſult. ſacri Palatij part. 1. quæſt. 3. in princip.* Si verò Papa de epiſcopo mortuo loquitur, non venerabilem fratrem appellat, ſed bonæ memoriæ epiſcopum, ut per *Hieronym. Paulum in lib.* qui inſcribitur *provinciale fol. 200.* tradit *Mandoſius in Gloſſa ſi habita,* in verbo, *fratribus noſtris.* Quia etiam nuncupatione privavit Marianum epiſcopum Papa in præſenti, qui nec mortuus, nec viuus reputabatur, ut huius, aut illius cognomento decoraretur.

4 In textu, ibi, Largam manum. Liberalitas ſecundum *D. Thom. 2. 2. quæſtion. 117. art. 2.* largitas nominatur, quia quod largũ eſt, non retentiuum, ſed emiſsiuum eſt; manum verò indicium eſſe erogationis liberalis nemo dubitabit. At vero liberalitas propria principũ eſt: ut per *Tiraquel. de nobilitat. cap. 37. num. 40.* cum ſequentibus. *Mantica de tacitis, & ambiguis convent. tom 2 lib. 13. tit. 17. nu. 8.* Epiſcopi autem ſunt eccleſiæ principes iuxta illud *Pſalm. 44. conſtitues eos principes ſuper omnem terram,* ubi Lorinus in rem noſtram concludit, *ergo epiſcoporum propria liberalitas, ſicut & principatus* Quemadmodum igitur abiectiſsimi animi eſt, manum habere ad beneficia contractam, & ſui æris tenaciſsimam: ita regij ſplendoris, & eximiæ nobilitatis non mediocre eſt argumentũ, manus habere ad beneficẽtiam cum largitate profuſas. Quas manus ad liberalitatem præcipites eleganter dixit Claudian. in Panegyrico Probi.

Præceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos.
Aurea dona vomens.

Huius regiæ liberalitatis non levis ſumitur cõmendatio ex Tito Imperatore, qui ſi aliquãdo diem aliquem tranſigebat, abſque aliquo beneficio apud aliquem collocato, ad ſuos verſus clientes, exclamabat: *ô amici diem perdidi.* Ratus illum omninó diem perdi, qui nullo regiæ beneficentiæ monumento ſignaretur. Lege *Mendoçam in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 8. in expoſitione littera.*

5 In textu, ibi, Alienam inopiã ſuam credat. Rectè dixit Gloſſa ibi, *in neceſsitate nõ eſt liberalitas in cap. relatũ de præbend. & dignitat.* quia nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtit per *Tiraq. in l. ſi unquã, nu. 106.* verbo, *donatione largitus. C. de revoc. donat. Gam. Luſit. deciſ. 71. n. 3. Pichard. ad rubr. inſtitut. de adoptionibus, nu. 43. Valaſc. conſult. 152. n. 24.* Quod ſi in neceſsitate propria, ſeu paſsiva verum habet, non minus in aliena inopia ſublevãda, quę propria fieri debet, cum enim liberalitatis actus principaliter ſit ad alterum, ex quo capite annectitur iuſtitiæ, non ut ſpecies eius; ſed ut pars, & ut virtus principali, ut inquit *D. Thom. 2. 2. quæſtione 118. articul. 5.* ſequitur, quod iam non ſit liberalitas, tum quia reſpicit debitum contractum á prælatis ex inopia paupèrum, *debitor ſum* dixit. *Paul. ad Rom. 1.* & *debitores ſumus cap 8. nu. 12.* & quanto magis eſt debitum, tantò minus liberaliter datur, tum etiam quia in nos ipſos natura inclinat, in alios verò virtus, & nemo dicitur liberalis ex hoc, quód ſibi aliquid donet, ſi ergo ut propria commendatur miſeria aliena, & aliàs eſt debitum ſublevandæ, defecit ratio liberalitatis. Cæterum inde in immenſum accreſcit charitas aſsimilata divinæ bonitati, quæ maxima eſt, ex eo quòd dat, quia homines amat: & nulli debet, imò omnes ei debitores ſumus. Vnde ſi Epiſcopi amatores pauperum, eorum neceſsitates faciãt proprias, minus liberalitatis, ſed magis charitatis habebunt.

CAP. Donare. VII.

SVMMARIVM.

1 *Improbantur hiſtriones.*
2 *Vtrum aliquãdo licèat hiſtrionibus largiri?*
3 *Vtrum peccent quĩ in ſacris, ſunt præſẽtes comœdijs?*

IN textu. Multa de hiſtrionibus congerit *Cenedo collect. 41. ad Decretum, nu. 1. & Petrus Gregor. in Syntagm. iuris lib. 39. cap. 5. numer. 25.* ubi noſtrum textum refert *Sebaſtianus Medice 2. part. in ſumma cap. 29.* docet *Celius Rhodiginus* ſpectacula eſſe moribus nocentia *lib. 8. cap. 7.* & Tiberius Cæſar hiſtriones Roma exturbavit, ut tradit *Dio. Caſs. lib. 57. hiſt.* quos tamẽ in urbem revocavit poſt eius mortẽ Caius Caligula, idẽ *lib 59 & D. Auguſt. ſuper Ioann. part 2.* relatus in præſenti, immane dicit peccatum donare hiſtrionibus, & *Synodus Conſtantinopolitana 6. in Trullo* prohibet mimos, & eorum ſpectacula. Quinimo ad politicos magiſtratus ſpectat ſimilia ſpectacula tollere, ne quæſtuaria arte exhauriantur ſenſim civitatum 1

pecuniæ, easquè à civibus voluptate veluti sopitis mimi extorqueant, otiaque stabiliant. Vnde *Amb. 1. de offic.* relatus *à D. Tho. 2. 2. quæst. 117. artic. 1. ad 3.* Si adiuves eum quia possessiones aliorum eripere conatur, non probatur largitas.

2 In textu, ibi, Donare histrionibus. De his qui superfluè sua cõsumunt, vel etiam subsistentant histriones, loquitur textus prout innuit ex nostro textu *Sarmiento de redit. p. 4. cap. 5. sub. num. 6.* Notabiliter *Rebuffus in praxi part. 2. titulo de dispensatione ratione ætatis*, verbo, *nec non debitis numer. 8.* qui nostri textus meminit. Nam illi, qui moderatè eis subveniunt non peccant, sed iuste faciunt, mercedem ministerij eorum eis tribuendo, nam officium histrionum quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum non est secundum se illicitum, ut probat *Tiraquel. de nobilitate cap. 34. num. 18.* iuxta *Glossam in cap. 1. de vita, & honestat. cleric.* ubi plerique omnes, & *cap. cum decorum ext. eodē titulo.* Quamquam enim id genus hominũ alio officio non utantur, per comparationem ad alios homines, unde videntur otiosi, si tamen moderatè utantur ea arte, ita ut homines non admodum distrahant, possunt virtuosas operationes, & seriosas exercere, moresque componere, & eleemosinas elargiri, quibus evadant hanc noxam. Ita *Sebastianus Medices* supra citatus.

3 Vtrum autem clerici in sacris peccẽt mortaliter comædijs, & histrionibus intereſſendo? Respondet *Sanches lib. 9. de Matrimon. disputat. 46. num. 40.* si interſint ob solam curiositatem nõ esse lethale peccatum, primó, quia hodie creditur cessare scandalum, cum sit frequentissimũ clericos illis interesse: nec obstare prohibitionẽ *cap. clerici 2. de vita, & honest. clericorum, & cap. non oportet 2. de consecrat. dist. 5. nec cap. præterea dist. 51. quia* si credatur Innocentio in *dicto cap. clerici num. unico*, est tantum prohibitio de honestate, vel (quod verius credit) dicetur cum *Caietan. in summa*, verbo, *clericorum peccata ad fin.* non obligant iura sub mortali cessantibus scandalo, & contẽptu. Vnde si res turpes nõ repræsentẽtur, vel modus repræsẽtãdi nõ sit turpis; aut si hæc concurrant, ob solam curiositatem absque periculo lapsus, vel ruinæ in aliquod peccatum mortale, non erit mortale laicis interesse comædijs. Ita *Sanches* citatus, qui rectè sacros canones interpretatur, & iura civilia. Vide *Bellet. titul 1. de disciplina clericali, §. 10. numer. 17. & 18. disquisitionum, & fructuosum Busbe en el tratado de las comedias cap. 14. & 15.*

CAP. Qui venatoribus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Libertas venandi est de iure naturali.*
2 *Vtrum donationes factæ meretricibus sint validæ?*
3 *Donationes, quas ipsis faciunt coniugati, aut religiosi, sunt nullæ.*

IN textu, ibi, Qui venatoribus. 1
Cum increpentur venationibus dediti, oportet inquirere, an venatio sit libera? Sit conclusio. Libertas venandi est de iure naturali, seu gentium ex *l. 1. in fine*, cũ sequentibus, *ff. de acquirendo rerum dominio, §. feræ, institut. de rerum divisione*, poterit tamen princeps iustis de causis venationem prohibere, & inferiores tenentur ad parendum huic mandato, pro ut tradit *Cenedo collect. 56. ad decretum. numer. 3.* cum multis quos, ibi allegat, quibus adde *Valent. tom. 3. disp. 5. quæst. 6. punct. 5. dub. 6. Emmanuel in summa part. 1. cap. 35. Riccium in collect. decis. part. 4. collect. 1074. Ludovicum Rodolphin. de absoluta principis potestate conclusione 16. num. 123.* cum sequentibus, *Bernard. Graveum ad practicam Camera imperialis lib. 2. conclus. 68. considerat. 1. Molin. de iustit. tractat. 2. disput. 43. Farin. in praxi criminal. quæstione 174. num. 92. Sayrus lib. 11. capit. 9. numer. 6. Lessium de iustit. lib. 2. cap. 5. dubio 7. Azor institut. Moral. part. 3. lib. 5. cap. 16. quæst. 1.* Vnde sequitur, quód prohibitio facta clericis, sit admodum iusta, quodque illos culpæ reatu adstringat. Vtrum autem lex à principe lata prohibens venationem obliget sub mortali? Vide *Mexi. in tractat. tasſa panis, conclusione 3. numer. 29. & Azor*, citatum *quæstione 5. & Less. dubio. 9. Rebellum de obligation. iustit. part. 1. lib. 1. quæstione 14. numer. 15. Vasque in opere morali tractat. de restitutione c. 5. §. 2. dub. 5.* & an liget clericos? Vide *Salzedo ad Bernard. c. 70. vers. sed quid. Modern. de iurisdict. part. 4. centur. 1. casu 57. num. 10.* & an suppositа prohibitione sit obligatio restitutionis? Adi *Covar. in reg. peccatum 2. part. §. 8. numer. 3.* vide posita ad *cap. 2. num. 3. supra distinction. 34.*

Donationes factę meritricibus, sive sint in pretium, sivè per donationẽ liberã, ex motivo consensus in actus meretricios, sunt validæ si fiant à potente alienare. Hæc conclusio communissima est ex *l. 4. §. sed & quod meritrici, ff de condict. ob turpem causam*, probat *D. Thomas 2. 2. quæstione 32. artic. 7. & Caiet. ibidem. Covar. in reg. Peccatum, 2. p. §. 7. num. 1.* & sequentibus. *Sot. lib. 4.* 2

lib. 4 de iuſtit. q. 7. art. 1. Molina eodem tractat. 2. diſp. 94. num. 12. Valent. 2.2. diſp. 5. q. 6. punct. 5. §. Contraria ſententia. Menchaca Illuſtr. lib. 1. cap. 48. num. 5. & ſequentibus. Latiſſimè vide *Palat. in repet. rubrica, §. 37. num. 7.* qui omnes plures alios referunt. Ratio eſt, quia quanvis pretiũ, & donatio fiat ex motivo illicito; hoc non tollit, quin actus ipſe, pro quo datur ſit pretio æſtimabilis; non ratione deformitatis, ſeu peccati; ſed ratione delectationis, & uſus quem habet proſtitutio corporis: ergo ex hoc capite donationes erunt validæ. Vnde infert *Molina*, quòd in foro exteriori conceditur actio meretrici ad petendum pretium moderatum. Scio concluſionem habere adverſarios, qui nullum iudicant deberi pretium meretrici. Sed eorum fundamenta videre poteris apud citatos; non admodum firma. Secunda pars concluſionis nos movet diſcurrere circa ſingulos, qui donare non poterunt. Et 1. Donatio à milite, quæ ſit concubinæ, ſeu meretrici invalida eſt in iure. *l. Affectionis, ff. de donationibus,* & *l. Miles ita, §. Miles, ff. de teſtament. milit.* & quidem ante iudicis ſententiam ſentiunt ex Theologis *Medina q. 20. de rebus reſtituend. ad 6. contra Adrianum, & Valentiam, loco citato, §. Tertio certum eſt.* Similiter ſunt invalidæ donationes minorum, quod notat *Covar. in reg. Peccatum, 2. p. §. 2.*

3 Similiter donationes, quæ faciunt meretricibus coniugati, aut religioſi ſunt nullæ, Probatur prior pars, quia leges Luſitanæ *lib. 5. Ordinat. tit. 28. §. ult.* eas invalidant, & ius Caſtellæ *l. 5. tit. 9. lib. 5. nova recopilat.* iuxta *Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. nu. 65.* & *Gutierr. de practic. quæſt. lib. 2. q. 121.* & ſeclusis his diſpoſitionibus Luſitaniæ, & Caſtellæ, pro omnibus ubiq; gentium traditur ratio; quia ſtando in ſola rei natura, iniuriam facit maritus uxori dilapidando bona utriq; communia. Et quidem ſi vir, qui contracta Arrharum contraxit, inſumpſerit de bonis cum meretricibus, vel alio modo cum iniuria uxoris; tenetur ſumere in partem ſuam, quæ ipſum contingit; & idem eſt quando contraxit contractu medietatis. Secunda pars oſtenditur in eo religioſo, cui prælatus certam quantitatem dedit, aut alibi commoranti ad ſuam ſuſtentationem, & voluit ſubtrahere de ſuſtentatione, ut expenderit cum meretricibus, aliisq; flagitijs; quia iſte, non acquiſivit dominium, neq; illud transferre potuit, ut notat *Abulenſ. ad cap. 6. Matth. q. 37.* & quanvis ſubtraxiſſet de ſuſtentatione, non ſibi; ſed religioni, & monaſterio acquiſivit; neq; prælatus ad eum uſum poterat ei concedere facultatem, ſiquidem nec ipſe prælatus poterat ita expendere, quia diſpenſator, & non dominus bonorum eſt. De filijsfamiliàs, & de mancipijs, & de prodigis: vide *Molinam tract. 2. de iuſtitia, diſp. 277. & diſp. 275.* occaſione legis Luſitanæ agit de eccleſiaſtico quodam; qui cum donaſſet concubinæ prædia aliqua, poſtea ad iudicatam fuiſſe donationem invalidam tãquam turpiter datam, & turpiter acceptam. Vtrum autem ea retineri poſſent, ſi non interveniret ſententia? Vide apud citatos authores.

CAP. Qui veneratoribus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quare venatio dicatur ars nequiſſima?*
2 *Quare interdicatur clericis? Et aliquãdo permittatur?*
3 *Quomodo prohibeatur in die feſto?*

IN textu, ibi, Arti nequiſſimæ. 1
Quanquam ſuapte naturâ honeſta ſit, & utilis: ut inquit *Covar. in regul. Peccatum, 2. p. §. 8. num. 3.* ubi textum refert; eſt tamen per ſe ſpectata opus ſervile, & inter mechanicas reputatur à Dialecticis: Hi enim quatuordecim numerant artes inferiores, quarum ſeptem dicuntur liberales, ſeptem verò ſerviles. Artes liberales ſunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtrologia. Artes verò ſerviles ſunt Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica. De quibus vide *Logicam Conimbricenſem, q. 2. proœmial. art. 3.* cuius auctor eſt *Pater Sebaſtianus do Couto Societat. Ieſu, vir miræ eruditionis, prudentiæ, & religionis.* Neq; ſolùm venatoria eſt ars ſervilis, ſed etiam eſt opus corporale nimis laborioſum, & quodammodo commune homini cum beſtijs, nam illæ etiam venationi inſiſtunt; ſolumq; addit homo artem, & induſtriam: ſed non tranſcendit actionem ſervilem, ſiquidem ſcindere ligna, & occidere animalia in hoc differunt; quod maior defatigatio corporis, & minor induſtria reperiatur in uno ſimul, & voluptas, quàm in alio. *Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus feſtis, cap. 28. num. 3.* Cum ergo prohibeatur, artis nequiſſimæ nomen meretur.

Collige hinc venationem rectè clericis interdici, modo ſit periculoſa, ut venatio aprorum, & clamoroſa: at ſi fiat recreationis cauſa, vel ſanitatis cum ſilentio, & modeſtia non reprobatur. Ita *Bernard. in pract. cap. 70. Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius. de teſtam.* verbo, & *uxorem nomine Adelaſiam. Navarr. Comment. de regul. num. 26. Menoch. conſil. 221. num. 5. Sylveſt.* verbo, *venatio*, circa medium, & plures, quos refert *Cened. ad Decretal. collect. 56. num 8. & 9.* quibus

adde *Sebastian. Navi in remission. ad lib. 2. Feudorum, tit. 56. quæ sint regalia, num. 273. Thom. Vallasc. allegat. 31. num. 13.* ubi refert *Constitut.* Synodales diœcesum Bracharens. Olysipponens. Ebor. Conimbricens. Portucalens. Visens. & Lamecens. Vide posita ad *cap. 2. num. 2.* supra, *dist. 34.*

3 In Gloss. ibi, Illicita ex tẽpore. Probatum supponit *Suar.* ex ijs, quæ diximus supra *num. 1.* venationem esse opus servile: ac proinde prohibitam in die festo. Vnde infert per modum excusationis eximi aliquam venationem, scilicet ob levitatem materiæ; vel vitandum otium; vel opera peiora, & à prandio per duas, aut tres horas excusari à culpa mortali, aut ex consuetudine legem remittente scientibus, & tolerantibus pastoribus Ecclesiæ, sine scandalo populi. Adi *Suar. citatum, num. 5. & num. 1.* nostram Glossam refert.

CAP. Vident. X.

SVMMARIVM.

1 *Clericis sæpius invenatione detentis, & monachis, nec recreationis gratia permittitur venatio.*

1 IN textu, ibi, Delectantur. Si sæpius ad voluptatem fuerint venati clerici, & in ipsa voluptate detenti, prohibentur venari, iuxta textum in *cap. Episcopũ, de clerico venatore.* ex *Moderno de iurisd. p. 4. sent. 1. casu 57. à nu. 17.* In dubio tamen venatio præsumitur facta causa recreationis; ita tenet *Anan. ibi, column. 2. Alex. consil. 72. num. 3. vol. 1. Menoch. consil. 221. nu. 51. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 16. Bellet. disquisit. clerical. 1. p. §. 19. nu. 7.* Monachis verò, nec recreationis causa licitam esse venationem, nec quanvis in venatione proprios habeant redditus, asserit *Peres l. 1. tit. 21. lib. 2. Ordinam.* quem refert, & sequitur *Salzed. ad Bernard. cap. 70. littera C.*

CAP. Esau. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quare piscatio, non venatio liceat clericis?*

2 *De pœnis obvenationem, & quomodo procedendum in eis?*

1 IN text. ibi, Piscatores invenimus Sanctos. Permittitur clericis piscari, tùm quia cessant rationes, ob quas prohibetur venatio, & aliæ, quas eleganti instructione expondit *Raynaldus Corsi. lib. 3. indagatione iuris, cap. 14.* & habetur in *1. tom. tractatuum. in edit. noviori, fol. 287.* tùm quia, sunt exempla Apostolorum, quos Dominus piscatores vocavit, & in piscatione manere permisit. *Matth. 4. Marc. 1. & Luc. 5. Salzedo ad Bernard. cap. 70. littera A. Menoch. de arbitrar. cas. 413. num final. Iacob. de Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3. cap. 3. vers. Sexta. Azeved. l. 1. num. 3. vers. Nisi, & piscatio, tit. 8. lib. 7. nova recopilat. Bellet. dict. §. 19. num. 8.* Vide quæ scripsimus ad *cap. 1. num. 5.* & ad *cap. 2. num. 2.* & sequentibus, supra, *distinct. 34.* & latè *Cened. ad Decretum, collectan. 56.* & *Tiraquel. de nobilitat. cap. 37. num. 148.*

2 Nota episcopum venationem prohibitam exercentem, & sæpius detentum voluptate venandi, suspendi tribus mensibus, presbyterum duobus, diaconum verò ab omni officio. Ita *Bernard. in dict. cap. 70. num. 1.* ubi ait, hanc pœnam venire ex *Concil. Aurelian.* de quo in *cap. Episcopum,* supra, *dist. 34.* & in *cap. 1. de clerico venatore,* quæ iura ibi non reperiuntur, sed in *Concil. Agathens. Can. 55.* quod incipit *Episcopis.* In qua pœna sentit magnam differentiam; quia ea, quæ est in diaconum dispensari potest per Episcopum, non verò ea, quæ est in presbyterum, quia habet tempus præfinitum. Cæterum tàm episcopi, quàm presbyteri, & diaconi admoniti esse debent tribus præceptis, antequam puniantur, ne venentur. Ita *Menoch. tomo 3. cons. 221. nu. 52. Bellet. d. §. 19. nu. 6.* vers. *Veruntamen*, & de subdiacono idem tenendum cum *Glossa*, verbo, *officio, in dict. cap. 1. de clerico venatore*, & *Bernard. in dict. cap. 70. nu. 2.* ubi *Salzed. littera B.* de clericis in minoribus ait puniendos arbitrariè, ubi pœna statuta non fuerit. Vide posita ad *cap. 2. nu. 3.* supra, *dist. 34.*

CAP. Quid prodest. XII.

SVMMARIVM.

1 *Cum abstinentia ciborum iungenda vitiorum est.*

1 IN text. Quid prodest ieiunare. Collige cum ieiunio, & delectu à cibis, semper iungi

per iungi abſtinentiam à vitijs: nam ieiunium à cibis res eſt per ſe adiaphora, ideſt nec bona, nec mala, unde ut ſit ſalutis animæ debet, à vitijs eſſe immune. Quisquis enim ieiunat, & peccat, lucrum eſcarum feciſſe videtur, non ſalutis; & parcendo copijs repleſſe cellarium, non mentem ſaginaſſe virtutibus, dixit *Ambr. ſerm.* 33. & *Chryſoſt. homil.* 8. *in Geneſ.* ieiunium, dicit, abſtinentiam à vitijs, & *Hieronym. ad Celant.* tunc præclara eſt abſtinentia, cum eſt animus ieiunus à vitijs.

CAP. An putatis. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Magnum emolumentum provenit ex frequentandis Eccleſijs, & orandi in eis.*
2 *Epiſcopi adeundi Eccleſiam obligatione tenetur.*
3 *Templa viſitanda ad profectum, non in defectum.*
4 *Qui domeſticorum negligentes ſunt, eorum peccata ſuis accumulant.*
5 *In quibus teneantur ſervi obedire dominis?*

1 IN text. ibi, Non ad Eccleſiam vigilant. Sicut Apoſtoli, qui aſſiduè Deum laudabant, & benedicebant, ibiq; unanimes expectarunt Spiritum Sanctum. *Actor. cap.* 2. Quod Chriſtus, & Apoſtoli templũ frequentaſſent, in eoq; ferè ſemper inſignè aliquid egiſſent, ſacra teſtatur hiſtoria. Sed dicet aliquis. Non habitat Deus in templis manu factis, *Act.* 7. & 17. & *Iſaiæ ult.* Quibus convenit, quod dixit *S. Baſil. in exhortat. ad Bapt. & pœnitent. in editione latina*, nempè non locum, ſed affectum, & intentionem exigi; Deum in medio mari à Moyſe exoratum; à Iob in ſterquilinio; ab Ezechia in lectulo; ab Hieremia in luto; à Iona in ceto; à Daniele in lecto; à pueris in camino ignis; à latrone in Cruce; à Petro, & Paulo in carcere? Reſpondeo non ideo Deum nolle templa, aut in eis coli, & glorificari, ſed nolle templum, in quo non ſpiritualiter, ſed carnaliter tantum boves immolantur, & pecora mactantur, & thura ſolum adolentur. Si enim à fraudibus abſtineamus, & laudibus inſiſtamus. Scias neceſſe eſt Eccleſiam eſſe locum Dei, in qua ad ipſum orationes diriguntur, ut ait *Damaſc. lib.* 1. *cap.* 26. & *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 84. *art.* 2. Licèt inquit, *domi detur facultas orandi, difficile tamen, fieri poteſt, ut domi tam benè, ac devotè oremus, quàm in Eccleſia, ubi tot patres, ubi clamor felici ſocietate excitatus ad Deum immortalem refertur, plus enim nervorum in ea eſt; & multo audientia maior, quàm in illa privata, & domeſtica.* At ſi hæc omnibus ad Eccleſiam vigilantibus bona veniunt, quare eam diſſipare, & dilapidare feſtinant paſtores, qui ad ſaltus, & nemora, non ad templa convolant. Lege *Baſilium epiſt.* 58. *Ambroſ. lib. de pœnitentia, ſerm* 89. *Tertul. in Apologet. cap.* 39. *Bedam in Luc. cap.* 7. *Auguſtin. lib.* 38. *contra Fauſtum, cap.* 2.

Circa frequentiam epiſcoporum ad eccleſias decretum fuit in *Concil. Aurelianenſi, cap.* 33. de quo in *cap.* 4. *de conſecratione, diſt.* 3. Vt epiſcopus infirmitate non impeditus, Eccleſiæ, cui proximè fuerit, die Dominico deeſſe non debeat. Et in *Concilio Carthaginenſ.* 4. *in cap.* 15. de quo in *cap. Epiſcopus*, 6. *diſtinct.* 41. Statuitur, ut epiſcopus non longè ab eccleſia habeat hoſpitium; non imponit tamen habendi neceſſitatem. Adi *Anaſtaſium Germonium de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 49. 2

In textu, ibi, Non beatorum martyrum ſancta loca. Pernoctationes, & vigiliæ in eccleſijs, quæ olim erant in uſu pro ſolemnitatibus ad martyrum corpora, ſublatæ ſunt multis ex cauſis; quas refert *Marcel. Francolin. de horis canonicis*, 1. *p. cap.* 1. *ex num.* 8. *Raban. de inſtit. cleric. lib.* 2. *cap.* 9. *Soto de inſtit. lib.* 10. *quæſt.* 5. *art.* 1. verſ. *Sed tertiò*, tùm authoritate Pontificum, tùm epiſcoporum, ſaltem quoad laicos, nomine dumtaxat ſuperſtite, ut tradit *Francolin. citat. num.* 6. & *Polyd. Virgil. de invent. lib.* 6. *cap.* 4. & *Concilium provinciale Toletanum, anno* 1565. *act.* 2. §. 20. ex ea ratione, ut refert *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 19. *num.* 10. *Boer. deciſ.* 212. *num.* 13. quod experimento pateat frequentiſſimè vigilantes templis abuti, & quòd certè ſcelus deplorandum ſit, videre interdiu religionis prætextu templa frequentari, & martyrum ſancta loca viſitari, ea animi libidine, ut viri, & mulieres ſeſe aſpiciant, & opportunitatem alloquendi nanciſcantur; adverſus quas perſonas legito, *Tiraq. l.* 15. *connub. nu.* 108. & *Gloſſam*, verbo, *ſed ſuas, in cap. Odi*, 24. *quæſt.* 1. *Navarr. in Manual. cap.* 16. *num.* 13. verſ. *Nono qui vadit. Tiraq. in l.* 5. *connub. num.* 14. *Cened. collectan.* 11. *ad ſextum, num.* 3. 3

In text. ibi, Accumulat alienà. Dixit notabilem *Ferdinandus Paez. in repet. cap. Miſſas, num.* 166. & 196. ad hoc, quòd pater familias, vel dominus ſervos, vel famulos impediens, ne poſſint diebus feſtivis, & Dominicis miſſam audire, graviſſimè peccant, & famulorum, ſeu clientum peccata ſuis accumulant: de quo 4

de quo etiam agit *S. Antonin. in ſumma. 2. part. tit. 9. cap. 16. §. 2. column. 2.* in principio, *Sylveſt.* verbo, *Miſſa. 2. queſt. 1.* in principio. *Soto lib. 2. de inſtit. art. 4. q. 2. col. penult. Navarr. in Manual. cap. 21. num. 10.* ad medium.

5 In Gloſſa, verbo, Servulos, ibi, Non debẽt ei obedire. Conſtat apud omnes, miniſtrantem quantumvis indifferentia eis abuſuro, ea intentione, ut alter pravam ſuam volũtatem exequatur, eiuſdem culpæ participem fore; ita *D. Thom. 2. 2. queſt. 169. art. 2. ad quartũ.* ubi omnes interpretes. Certum item eſt, præſtita domino obſequia ſuapte natura ad flagitia ordinata, aut illa attingant, aut pars illius ſint; nefas eſſe; ſicut culpa vacare, quando miniſteria ſunt æquè indifferentia bono, & malo uſui, nec de intentione mandantis præſumendi malum habetur cauſa iuſta. Adi *Sanctium lib. 1. in Decalog. cap. 7. num. 3.* Famulus iurans ſe domino obtemperaturum, non tenetur domino imperanti aliquid illicitum parere. *D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 2. ad 3. Sylveſt.* verbo, *iuramentum, 3. q. 1. verſ. 9.* iuramentum enim non trahitur ad ea, de quibus verò ſimiliter iurans non diſpoſuiſſet. *Tiraq. in l. Si unquam, in præfat. num. 171. Caldas Pereira poſt tract. de poteſt. eligendi, in reſponſ. pro, D. Roderico à Sylva,* ad fin. Tota difficultas eſt, quando miniſteria ſunt indifferentia; & miniſtrans novit dominum abuſurum; cæterum ſervus non ea intentione præſtat, ut herus abutatur? Sunt qui in univerſum damnent. *D. Antonin. 2. p. lib. 1. cap. 23. §. 13. Sylveſt.* verbo, *art, num. 3. 4. & 5. Medina q. 30. Cod. de reſtitut. in 1. & 3. modo. Alcozer lib. de lado, cap. 60. concluſ. 2.* & multi alij, quos referunt; alij alias congerunt differentias, quas componit *Sanch. citat.* & ponit deinde corollaria, & principia, ex quibus deducit à *num. 21. uſq; ad* 30. quomodo permiſſum ſit famulis comitari heros, menſam concubinæ ſternere, vel internuntia deferre, vel fœminas inſequi, vel ſcripta provocantia ad duellum, aut ſcribere, aut deferre, aut eſculenta portare, &c. Vide omnino, & plures invenies, quos ipſe refert, & ſequitur. Vide etiam poſita ad *cap. Omnibus,* ſupra. *diſt. 34.*

CAP. Non ſatis. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit beneficentia? & Auctores, qui textum referunt.*
2 *Conſanguinei præferendi ſunt: cum ampliatione, & limitatione.*
3 *Peccat graviter filius, qui patri graviter egenti non ſuccurrit.*
4 *An vaſſalli teneantur dominum in vinculis detentum liberare?*
5 *An ſubveniendum patri hæretico?*
6 *An ſubveniendum ei ſit, qui ob ſcelera in carcere detinetur?*

IN textu. De beneficentia loquitur noſter textus; quæ ſecundum ſuam communem rationem, vel amicitiæ, vel charitatis actus eſt; & nihil aliud importat, quàm facere bonum alicui. Si quis autem audiat bonum ſub aliqua ratione ſpeciali boni, ſic beneficentia accipiet ſpecialem rationem, & pertinebit ad aliquam ſpecialem virtutem. Vide *D. Thom. 2. 2. queſt. 31. art. 1.* & ſequentibus, ubi materiam noſtri textus latè proſequitur; de quo *Rebuff. in praxi, p. 1. ſub tit. quot modis beneficia acquirantur, num. 8.* & *Tiraq. in præfat. pia cauſa, num. 5. Paulus Fuſcb. de viſitat. lib. 1. cap. 30. num. 24. Palat. in repetit. cap. notab. 3. §. 27. num. 4.* & *Navarr. in cap. Quieſcamus, nu. 54.* ubi textum referunt. Vide quæ dixi ad *cap. 1. nu. 4.* ſupra, *diſt. 30.* 1

In textu, ibi, Domeſticos. *Paulus Fuſcbus de viſitat. lib. 1. cap. 30. nu. 24.* noſtrum textum notabilem appellat, & notat ad hoc *Tiraqual. citatus,* quòd maior pietas debet exerceri in conſanguineos pauperes, quàm externos, unde executor deputatus ad diſtribuendum pauperibus, poteſt eligere pauperes conſanguineos teſtatoris; per *Bald. Angel. Imol. in l. Illa inſtitutio, ff. de hæredib. inſtit. Imol. in l. Captatoris, ff. eodem tit. Petr. Anchar. in cap. Cum tibi, de teſtam. Alex. in l. Divi, ff. ad l. Falcid.* qui etiam dicunt procedere in paupere filio ſpurio teſtatoris, *Ioann. Andr. §. Nunc verò aliqua in ult. chart. in Addit.* quæ incipit. *Continuata,* & *Bald. in l. Id, quod pauperibus, col. penult. & ult. Cod. de epiſcop. & clericis, & conſ. 91. viderint quod electio, lib. 1. & conſil. 162.* & nos iam ſupra diximus plura de hac re. Adde circa textum *Padilla in l. Præſes, à num. 10. Cod. de ſervitut.* At verò *Rebuff.* loco citato, notat in laudem conferentis beneficium conſanguineo, ſi ille illud mereatur ſicut extraneus, per *Gloſſam in cap. 1. de cohabitatione clericor.* Si tamen ſolo ſanguinis ardore beneficium cõferat conſanguineo, iudicat eſſe ſimoniam, *cap. Vno, §. Omnibus,* & ibi *Gloſſa,* in verbo, *carnalitatem, ut eccleſiaſt. benefic.* ſi ratio tantum ſanguinis habeatur. Adi *Covar. variar. lib. 1, cap 5. nu. 4. Azor inſtit. 2. p. lib. 6. cap. 15. q. 1.* verſ. *In hac igitur. Nicolaus Garcia de benef. p. 8. cap. 1. nu. 118.* ubi à *nu. 119.* agit, an collatio precibus ex carnali affectu procedẽtibus, et obſequijs facta ſit ſimoniaca? 2

ſimoniaca? Notat tandem *Covad. quæſt. præd. 9. 17. num. 3.* referens textum ad hoc, quòd inſtituens extraneos hæredes, nòn verò conſanguineos indigentes, peccet mortaliter, ſi propter animi rancorem iniuſtum privet hæreditate conſanguineos, non tamen ſi ex affectione extraneum eligeret contra plures, quos adducit per totam quæſtionem.

3 In textu, Grandis culpa. Hunc textum adducit *Navarr. in Manual. cap. 14. num. 13.* ut probet filios peccare, qui non ſubveniunt parentibus neceſſitate magna oppreſſis, aut gravi morbo detentis, maximè circa victum, & veſtitum, cum id commodè facere poſſint, argumento *cap. Inter cætera, 22. quæſt. 4.* per *Angel.* verbo, *filius, §. 30.* niſi ſciant patrem ex propriis bonis, vel officio, quo fungitur, ſibi poſſe conſulere, dummodo munus, & ars, quam pater callet, non ſit ſuo ſtatui dedecori, iuxta *l. Si quis à liberis, §. Idem reſcripſit, ff. de liberis agnoſcend. iuncta Gloſſa.*

4 In textu, ibi, Carcere. Notat ad hoc *Boer.* & textus meminit *deciſ. 128. num. 3.* quòd ſubditi teneantur pro redemptione dominorum ab hoſtibus, & pro ſolutione debitorum, ſi fuerint carceribus mancipati, per *Iacob. Ardetin. in ſumm. tit. Quibus modis feudum amittatur, ſub tit. An vaſſallus teneatur egenum dominum alimentare*, argumento *l. Si quis à liberis, ff. de liberis agnoſcend.* & *l. final. Cod. Ne filius pro patre*, & *l. Ob æs, Cod. de action. & obligat.* facit *Gloſſa in cap. Sacrorum, 12. q. 2.* quæ dicit, iura loquentia de captivorum redemptione, locum habere in captivis pro maleficio, & ibi Doctores; inſuper *Ludovic. Bologn. in ſecundis interpretat. Cardinal. Alexand. Qua fuit cauſa beneficium amittendi*, exponit de detento in vinculis, ita ut exire non poſſit, argumento *l. 1. & 2. ff. de libero homine exhibendo*, dummodo incarceratus iniuſtè detineatur, & aliunde non habeat, unde ſibi ſuppetias poſſit aſciſcere, & vaſſallus ſit potens ad eum liberandum.

5 In Gloſſa, verbo, Domeſticos, ibi, Pater infidelis. Controvertit *Gloſ.* an potius ſit ſubveniendum patri hæretico, quàm extraneo fideli? & concludit, quòd patrem debemus præponere extraneo etiam ſancto, in ijs, quæ expectant ad opus miſericordiæ; & providendum ei in neceſſarijs, tàm ſpiritualibus, quàm corporalibus. Sed quia fides catholica eſt fundamentum ſalutis, & prima radix, & origo iuſtificationis, ex *Trident. ſeſſ. 6. cap. 8.* homini hæretico, ne dum patri ſubveniendum æſt, ut tradit *Ruibus Benſonius in ſpecula epiſcop. lib. 1. diſput. 1. §. 9. dub. 3.* qui noſtræ Gloſſæ meminit. Magis tamen ſubveniendum eſſe patri impio, quàm extraneo iuſto, docet *Turrecremata in præſenti, num. 11.* quem ſequitur *Benzonius*, ubi proximè. De materia, & Gloſſa, vide latè, quæ tradit *Ducãs regul. 68. num. 10.* per totum, & quæ infra ad *cap. Eſt probanda, 16. hac diſt.*

In Gloſſa, verbo, Pater, ibi, 6
Non eſt ſubveniendum. Docet *Gloſſ.* non eſſe illum redimendum, qui ob ſcelera in vinculis detinetur, quod etiam tradit *Iſernia in cap. Pòrro, §. Item ſi fidelis*, & ibi *Alvarotus*, & *Præpoſitus, Qua fuit principalis cauſa feudum amittendi in uſibus feudorum. Angelus, Imola*, & *Romanus in l. Marcellus, §. Res quæ, ff. ad S. C. Trebellianum. Alexand. in addit. ad Bart. in l. Placet*, Cod. *de excuſation. munerum, lib. 10.* plures refert *Tiraquel. de iure marit. Gloſſa 8. nu. 286.* Contrarium docet *Gloſſa 1.* ad finem, *in cap. Sacrorum, 12. quæſt. 2. Bald. Imol.* & *Roman. in l. Quanvis*, per textum ibi, verbo, *ex vinculis, ff ſoluto matrimonio*; dixit de iure veriorem *Aufrer. in deciſ. Toloſan. quæſt. 214. item fuit quæſitum ad laicos.* Tu pro concordia vide eundem *Tiraq.* ubi proximè, *num. 240.* & noſtram Gloſſam citat etiam *Menchaca de ſucceſſion. reſolut. lib. 1. §. 4. num. 12.* & per illam controvertit; an relictum pro redemptione captivorum poſſit expendi ad delinquentem liberandum à carceribus, vel ad ſolvendam, præſtandam q; pecuniam, in qua talis fuiſſet damnatus? De quo etiam *Curtius Iunior conſ. 32. & 33. Ioan. Crotus in l. Filiusfamil. §. Divi, nu. 61. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 73. lib. 1. Didacus Segura in l. Coheredi, §. Cum filia, num. 275. ff. de vulgar.*

CAP. Dominus. XV.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum paupertas ſit neceſſaria ad ſalutem æternam?*
2 *Vtrum ſit in præcepto retinere bona, ut pauperibus diſtribuantur?*
3 *Vtrum qui privatam vivunt vitam, pauperiem ſervare debeant, aut teneantur?*
4 *Quid ſit, & quod vitium, prodigalitas?*
5 *Vtrum paupertatis votum fuerit in lege vetari?*

IN text. ibi, Dominus non vult. 1
Collige ex textu perperam dixiſſe hæreticos Apoſtolicos, quorum meminit *Suar. tom. 3. de relig.*

relig. lib. 8. cap. 1. num. 1. paupertatem Apoſtolicam neceſſariam ad ſalutem, quod etiam ſenſerunt Pelagiani, de quibus *Auguſtin. epiſt. 89. & 106.* & *Naz. orat. 1. in Iulianum*, refert illum ſtatuiſſe, ne chriſtianis daretur actio ad ſe defendendum, etiam ſi rebus omnibus ſpoliarentur, cum in Evangelio eis præciperetur, ut nihil poſſiderent. Hæretici autem Tratricelli dixerunt, non licere habere aliquid proprium, ut ſumitur ex *Extravag. 22. Sancta Romana*, ubi eos damnat, & antea Bonifac. VIII. iam damnaverat. Nam de fide certum eſt, & ſufficienter convincitur ex uſu, & ſtatu Eccleſiæ, paupertatem actualem, neq; neceſſariam, neq; præceptam hominibus ad ſalutem. Si quæ verò ſunt loca in ſacra pagina, quæ præceptum innuant, dic vel de conſilio, vel de difficultate, vel de perfectione intelligenda eſſe.

2 In textu, ibi, Sed diſpenſari. Non tamen colligas cum alijs hæreticis, in aliud extremum declinantibus, melius eſſe tēporalia bona retinere, & ex eis eleemoſynas facere, quàm omnibus renuntiare. Quia errorem Vigilantij fuiſſe, teſtatur *Hieronym. lib. contra illum*, & hæreticos noſtri temporis, qui vota contemnentes, reprehendunt paupertatem, ita refer *Bellarm. lib. 2. de monach. cap. 8.* & *Caſtro lib. 12. contra hæreſes*, verbo, *paupertas, hæreſi 3.* Simile quid ſentit *Guillelmus de ſancto amore*, & ex parte *Deſiderius Longobardus*, cuius meminit *D. Thom. opuſcul. contra impugnantes relig. cap. 6.* quem errorem damnavit *Alexander IV. in Bulla propria*, & convincitur ex multis locis Scripturæ ſacræ; ubi paupertas maximè à Chriſto cōmendatur, non tamen in eo ſenſu, ut ſolam illam ad peccata omnia expianda, & ad ſalutem conſequēdam ſufficere dicas; quia fuit error Guilhelmi Antuerpenſis, ut *Caſtro*, & *Praetolus in Catalogo hereticorum* referunt. Probatur concluſio, quia votum paupertatis eſt opus bonum, ſeu de materia; quæ melior eſt ipſa, quàm non ipſa, ſed divitiæ poſſeſſæ ad ſui amorem cor attrahunt, & ſolicitudinem ingerunt, & uſus cum difficultate exercetur (quia difficile amittitur, quod cum amore poſſidetur) ergo laudabile eſt demittere opes, vovendo paupertatem, ſive intra, ſive extra religionem, aut eas elargiri, ſed non effundere. Conſule *Suar. citatum, cap. 3. num. 2.* ubi noſtrum textum refert, & pro voto paupertatis in religione adducit textum *Navarr. in Commentar. 2. de regular. num. 37.* & ſequentibus.

3 In textu, ibi, Niſi forte. Inſinuatur quæſtio; an illis, qui privatam agunt vitam conſulenda ſit paupertas ex voto, nam cum aliorum gravamine, aut cum proprio periculo ſervanda erit; ut factum illud Ananiæ oſtendit, & Saphiræ, quorum pœnam propter violationem voti fuiſſe, tradit *Bellarm. citatus, lib. 2. de monachis, cap. 20.* & *Baron. tom. 1. anno Chriſti 34. nu. 269.* & *Athanaſ. ſermon. de paſſione Domini*, in principio. Confirmatur, quia Eccleſia non conſulit, imò nec permittit ſacrari clericos voto paupertatis adſtrictos, niſi ſint religioſi. Dico tamen cum *Suar. citat. cap. 3. num. 5.* Eccleſiam in clericis deſiderare paupertatem eam, quæ ſtatum, & dignitatem clericalem deceat, ne poſtea cum irreverentia, & dedecore victum quærant. In epiſcopis maiores vult eſſe facultates ad publicum eccleſiæ bonum, cuius curam aſſumunt. Nec indecens erat aliquem ſecularem paupertatis voto facto ordinari in ſacris. Sed poſt *Trident. ſeſſ. 21. cap. 2.* neceſſario habenda facultas Summi Pontificis. Nec repugnat charitati propriæ paupertatem vovere in ſæculo, nam natura, & privata perſona paucis indiget, & labore, & humili poſtulatione, poterit obtinere neceſſaria; nec repugnat charitati erga alios, quia nulla eis vis infertur, ſed potius materia exercendæ charitatis offertur, quando ſubſidium ab eis poſtulatur. Vnde infert *Navarr.* ſupra allegatus, aliquando licitum eſſe peregrinis mendicare etiam ſine voto paupertatis, nulla facta bonorum renuntiatione, quia ad hoc ſatis eſt de præſenti indigere perigrinantes, & ob exercitium virtutis ſe ſe conſtituere voluntariè in occaſione. De inconvenienti ob periculum videant, qui vovent, quia melius eſt non vovere, quam vovendo non ſatisfacere.

4 In text. ibi, Simul offendi opes. Hic defectus prodigalitas eſt, quæ neque finem, neque tempus expenſarum habet, ſed bona profundit, *l. 1. ff. de curatoribus fur. Gloſſa in cap. penul. de conſuetudine*, verbo, *qui dat danda, & non dandat* Adi *D. Thom. 2. 2. quæſt. 119.* ubi eius interpretes. *Maſcurd. de probat. concluſ. 1234.* & *Martinus de Carvalho in tractat. Eſpejo de Principes, plat. lib. 1. diſcurſ. 6.* prope finem. Quòd autem hoc vitium ſit peccatum, colligitur ex *textu in cap. Sæpe, 41. diſt.* & ex *Gloſſa in d. cap. Ex parte, penult. de conſuet.*

5 In textu, ibi, Se propheticam daret. Colligendum videtur, votum paupertatis fuiſſe in uſu tempore legis ſcriptæ, nam ad Eliam, & Eliſæum, & qui eos ſunt imitati, alludere videtur *Paulus ad Hebr. 11. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes*, ubi *D. Thom.* intelligit oſtendi voluntariam paupertatem aſſumptam. Sed potius colligo, prophetas fuiſſe amantiſſimos paupertatis, quoad uſum paucarum rerum, & dominium, ſed votum non emiſiſſe, nam ſi attendamus ad *cap. 17. Reg. 3.* invenimus Eliam ſplantatum

pauper-

paupertatem non profiteri; donec illi præcepit Deus, *Recede, &cæt. Vbi de torrente bibes*, & infra, *Surge, & vade*. Quasi prævento, unde sustentandus, ne foret solicitus. Nec de Elisæi paupertate aliud nobis constat; quam 4. *Reg.* 4. Quòd hospitandus diverteret ad fœminam, cum pertransiret per Sunam, sed ibidem de muliere dicitur. *Quæ tenuit eum, ut comederet panem.* Et in eodem *cap.* narratur, quòd temporis famis filij Prophetarum habitarent cum eo, in Galgala, ipsumq; præcepisse uni de pueris suis. *Pone ollam grandem, & coque pulmentum pro filijs prophetarum.* Et deinde ex facto, quod in hoc capite refertur, & habetur 3. *Reg.* 19. in fin. Non possumus colligere votum renuntiationis omnium rerũ, ita ut nihil proprium Elisæus retinuerit; sed tantum significatur, relictis patre, & matre, & rebus, quas habebat, Elisæum fuisse secutum Eliam: tanta enim perfectio reservabatur in tempus gratiæ; lex nanq; nihil perfectum adduxit; ad *Hebr.* 7. Neque in contrarium est locus in *cap.* 11. *ad Hebr.* quia inde colligitur figura quædam, & adumbratio paupertatis ex voto faciendæ; & ostendebat voluntariam paupertatem non ex professione, sed ex spontanea voluntate ortam.

CAP. Est probanda. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum sit obligatio inquirendi pauperes, ut fiat eleemosyna?*
2 *Vtrum Ecclesia possit divites cogere ad eleemosynam pauperibus erogandam?*
3 *Qui filij, & quo iure teneantur succurrere parentibus hæreticis?*
4 *Non ad ditandos, sed sustentandos consanguineos danda eleemosyna.*

1 IN text. ibi, Si egère cognoscas. Collige, quòd si facultas suppetat, & ignoretur necessitas proximi, dari excusationem ab obligatione. Nam 1. *Ioann.* 3. reprehenditur tantùm, qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo. Sed quæres, an præceptum eleemosynæ obliget ad faciendam aliquam inquisitionem egentium, qua omissa non sit excusabilis ignorantia? *Navarr.* negativè respondet *in Manual. cap.* 24. *nu.* 9. & favet *Medin. Cod. de eleemosyna, quæst.* 3. in fin. sequitur *Reginald. lib.* 4. *nu.* 246. quia cognitio necessitatis proximi non est iuris cuiusdam universalis, ut eam quilibet inquirere teneatur, sed est facti particularis pertinentis ad personam ipsius proximi. Vnde inquisitio illius tantùm incumbit ex officio, qui curam eiusdem proximi gerit, ut censetur Prælatus, vel pater familias, vel alius, cui pauperum cura data. Verùm si quis dedita opera curaret manere in ignorãtia gravis indigentiæ proximi, & propriæ sufficientiæ; declinando scilicet cõmoditatem sciendi, non excusaretur. Consule doctrinam, quam non inutilem reperio apud *Vasq. tract. de eleemosyna, cap.* 4. *nu.* 14. & videre non recuses desumptam, ex *Corduba*, ibi allegato. Neque hoc loco prætermittendum est, quod docte advertit *Ioannes Sanctius Abulensis, disp.* 43. *num.* 20. Quando scilicet aliquis dubitat, an proximus extremè indigeat, ex charitate teneri illius indigentiæ veritatem indagare. Si verò illam extremam esse cõpererit, ad largiendam eleemosynam obligabitur. Aliter est dicendum, si post factam sufficientem diligentiam, adhuc fuerit dubius, utrum talis necessitas sit extrema, tunc enim non obligat præceptum erogandi eleemosynam?

2 Iuvat hoc loco illam discutere quæstionem inter Canonistas, ac Theologos celebertimam, quę inquirit, utrum in aliquo casu possit ecclesia divites cogere ad eleemosynam pauperioribus erogandam? Respondeo affirmative, in eo scilicet casu, quo populus maxima rerum penuria laboraret, neq; aliunde suppeterent alimenta. Ita *Azor inst. mor. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 13. *q.* 3. *Henriq. in sum. lib.* 13. *cap.* 17 §. 5. in fin. *Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 4. *nu.* 237. *Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 44. *nu.* 10. *Mex. in tract. taxæ pan. concl.* 1. *nu.* 5. *Surd. de aliment. tit.* 3. *q.* 3. *nu.* 27. *Benincas in tract. de paupertate. q.* 7. *princ. in spec. iud. nu.* 17. *Lara in l. Signis à liberis* §. *Esi impubes, nu.* 36. & seq. *ff de liber. agnoscend.* Probatur resolutio, primò quia, vita maius bonum est, quàm divitię: ergo egenorum vitę est consulendum cum aliquo divitum incõmodo. Secundò quia, in extrema necessitate omnia omnibus sunt communia.

In textu, ibi, Causam natura præstat. 3 In tantùm, ut teneatur filius præstare alimenta patri hæretico, ita *Lara in l. Si quis à liberis,* §. *Esi impubes, num.* 10. *ff de liber. agnoscend. Surd. de alimentis, tit.* 7. *quæst.* 14. *nu.* 29. cum sequentibus. *Sanch. tom.* 2. *in Decalog. cap.* 24. *nu.* 7. & plures alij, quos refert, & sequitur *Sanctarel. tract. de hæres. cap.* 37. *num.* 2. quanvis contrarium velit *Bald. in Authent. bona damnatorum, nu.* 4. *Cod. de bonis damnatorum. Tiraq. de retract. tit.* 1. §. 1. *Glos.* 9 *nu.* 72. *Palat. in repet. rubr. de donat. inter virum,* §. 64 *num.* 13. Quod amplia ad filios naturales, & spurios utriusque sexus. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 29. *nu.* 16.

Iaſon in §. Parent, à num. 14. Surd. tit. 1. q. 17. & 20. & tit. 4. q. 18. nu. 51. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſp. 228. verſ. Quintus effectus. Azor iuſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 3. Padilha in ſumma leg. pœnal. p. 2. cap. 49. nu. 2. Sayr. in clavi Regia, lib. 7. cap. 5. nu. 15. Rebellus de obligat. p. 2. lib. 5. q. 8. Bened. Ægid. ad l. Ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure, in initio, num. 36. Ex quo per correlativorum doctrinam tenetur pater alere filios illegitimos, & ſpurios, non ſolum vivens, ſed etiam eo mortuo tranſit obligatio ad hæredes, citatus *Ægid. nu. 32. Dueñas reg. 367. nu. 4. Covar. de ſponſal. p. 2. cap. 8. §. 6. nu. 14. Gama deciſ. 11. nu. 6. Molin. diſp. 186. Riccius collect. 1099. verſ. Infertur ſecundò. Capic. deciſ. 144.* Quod amplia ita ut, non poſſit pater diſponere, quòd filius non alatur. *Surd. tit. 8. privileg. 85. nu. 10.* Adverte tamen hæc alimenta deberi de æquitate iuris Canonici, tenet *Cened.* cum pluribus, quos refert *collect. 168. nu. 5. Modernus de iuriſdict. p. 4. caſu 162. nu. 12. Barboſa in l. 1. p. 4. nu. 65. ff. ſolut. matrim. Cabed. p. 1. deciſ. 148. Vallaſc. conſult. 92. nu. fin. Valer. Reginald. praxi fori pœnitential. lib. 20. nu. 29. & 32.*

4 In textu, ibi, Vt illos facias divites. Verba noſtri textus ex *D. Ambroſio*, refert *S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. ad 2.* ad hoc, quòd ſi aliquis, ſive epiſcopus, ſive clericus de eo, quòd ſibi uſui deputatum eſt; velit ſubtrahere, & conſanguineis dare, non peccabit, dummodo id faciat moderatè, ideſt, ut non indigeat, non verò, ut ditiores inde fiant. Ex quo fundamento infert *Azor tom. 2. lib. 12. cap. 11.* diſcrimen inter beneficiatos, & laicos, quòd illi dare debent conſanguineis, non ut divites fiant, hi autem dare poſſunt ad locupletandum; ſi aliàs alijs in extrema neceſſitate, aut gravi ſuccurrant; & hanc doctrinam ſuccedere, ait pro redditibus penſionum, nam ut peculiari lege obligentur penſionati, ſicut beneficiati ad largiendum pauperibus reditus, qui illorum ſtatui neceſſarij non ſunt; facit, quia ad hunc effectum penſio eſt beneficium. Adi *Azor citat. q. 3.* & *Turrian. 2. 2. diſp. 72. dub. 10. verſ. Sexto. Navarr, in cap. Ita quorundam, de Iudais, notab. 2. nu. 10.* in princip. qui noſtri textus meminit. Adi *Vaſq. tract. de eleemoſyna, cap. 4. dub. 4. nu. 17.* ubi non ingrata invenies in hoc argumentum.

CAP. Conſideranda. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ſit legatum pium, quod nobili pro victu ſatis habenti relinquitur?*

2 *An præferendi ſenes iunioribus in eleemoſynis?*

3 *An tutò impetret religioſus licentiam, ut extra monaſterium pro matre vivat?*

4 *An opitulari liceat eis, qui vitio ſuo paupertate laborant?*

IN textu, ibi, Ingenuos perdit natales. Ex hoc patet anteponendos eſſe nobiles in diſtributione eleemoſynarum, per *Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 154.* ubi textus meminit, & cenſet in piam cauſam eſſe relictũ, quod nobili relictum eſt, non obſtante, quòd ſatis habeat bonorum, dũmodo eis non vivere poſſit, aut filias matrimonio collocare ex ſua nobilitatis ratione, per *Bald.* expreſſé, in *l. Si quis ad declinandum, col. 2. nu. 4* verſ. *Circa tertium.* & textum ibi, *C. de epiſcop. & cleric.* ſequitur *Cepol. in tract. de Imperatore militum deligendo, in 21. privilegio nobilitatis*, & *Bened. Capra conſ. 54. punctus quidam, col. penult.* & *D. Thom. in 4. q. 32. art. 7.* citatus à *Bart. in repetit. l. 1. nu. 33. & 34.* ibi quoq; *Bald. col. 10.* verſ. *Super, 5. quæſt. nu. 97. C. de ſacroſ. Eccleſ. Palat. in repetit. capituli, notab. 3. §. 12. nu. 8.* in princip. qui noſtrum appellat bonum. Itidem ex hoc textu, quem refert *Tiraq. de nobilit. cap. 20. nu. 115.* controvertit ipſe. An pater teneatur alere filium, qui proprijs manibus victum poteſt quærere? De quo vide textum in *l. Si quis à liberis, §. Sed etſi filius*, & ibi *Gloſſ.* & *Bart. ff. de liberis agnoſcend.* 1

In textu, ibi, Senibus plus largiaris. Notat itidem *Tiraq.* citatus, in eleemoſynis præferendos ſeniores iunioribus, per hunc textum, quem refert, *de primog. in præfat. nu. 147.* & *Archid. in cap. Domino ſancto, 50. diſt.* & in *cap. Tanta, hac eadem diſt.* & *Iacob. Bel. in cap. Ordinationem, in Authent. de monach.* & *Luc. de Pen. in l. ult. col. 1. C. de Tyron, lib. 12. Cepol. in 5. privilegio antiquitatis. Card. Alex. in cap. De quibus, col. 1. diſt. 21.* 2

In text. ibi, Ex divitijs cedidit. Ex hoc textu, quem citat *Navarr. conſ. 71. de regularib. nu. 1.* probat, quòd tuta conſcientia bene poterat quidam religioſus prædicator facere ſibi licentiam à Papa manendi extra monaſterium ob neceſſitatem, quam habebat mater ſua olim ditiſſima, & tunc temporis pauperrima, argumento deducto ex *D. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4.* aſſerente, quòd ob neceſſitatem patris, vel matris, iuſtè poterat exire monaſterium de licentia ſuperiorum, ſi eo modo ſuccurrere poteſt, de qua infra de licentia Generalis, vel Provincialis, in *Cõment. de regul.* declaranda *cap. Nullam, 18. q. 2. nu. 48.* & in *Man, cap. 14. nu. 14.* 3

In textu,

4 In textu, ibi, Si ſine ſuo vitio. Nam indignum videbatur ſubvenire ei, qui ſua culpa, aut vitio in egeſtatem incidit. *Tiraq. in l. Si unquam,* verbo, *bona, nu.* 5. *Cod. de revocand. donat.* paupertas enim nocet, quæ culpa alicuius provenit. *Covar. practicar. cap. 6. nu.* 3. verſ. *Sed ſi quis,* & *lib.* 2. *variar. cap. 16. nu.* 9. *Mexia de taſſa panis, concluſ.* 1. *nu.* 10. *Matienſo l.* 15. *Gloſſa* 3. *nu.* 2. & *tit.* 10. *lib.* 5. & *l.* 6. *Gloſſa* 3. *nu.* 32. ad med. *tit.* 7. *eodem lib.* 5. *nova recopilat. Azevod. l.* 7. *nu.* 4. *tit.* 2. *lib.* 1. *nova recopilat. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 96. *nu.* 10. & plures per *Cened. ad Decretal. collect.* 2. *num.* 4. latè *Redoan. de rebus Eccleſiæ non alienand. in rubrica de cauſa pietatis, ex nu.* 69. *pagin.* 140. Sed ſi paupertas cauſata culpa appellantis, non ſiſtit curſum fatalium. pro ut ex *Ioann. Andr. Imol.* & *Felin.* refert *Vivius deciſ.* 268. *nu.* 8. quidquid aliter reſolvant *Decian. reſponſ.* 121. *nu.* 20. *volum.* 3. *Stephan. Gratian. March. deciſ.* 34. à fortiori non ſiſtet curſum eleemoſynæ, quæ non de æquitate, ſed de ſtrictiſſimo charitatis vinculo manat.

CAP. Pulchra. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ſatius ſit elargiri uni, vel pluribus pauperibus?*
2 *An vitium ſit eleemoſynam facere publicè?*
3 *Vtrum templa magnificè ſtruenda?*
4 *Eccleſias adificare, eſt opus neceſſarium, & religioſum?*
5 *Ex quibus redditibus teneantur parochi eccleſias reparare?*
6 *Aula Dei ſplendeat ornatu, & cultu.*
7 *De quibus bonis facienda eleemoſyna? & nu.* 8. *Adi doctrinam D. Thom.*

IN text. ibi, Abundes pluribus. Collige cum *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 10. melius eſſe pluribus indigentibus elargiri, iuxta *Apoſtol.* 1. *ad Corinth.* 13. *Si diſtribuero in cibos pauperum,* ubi *Gloſſa* dicit, per hoc cautela eleemoſynæ docetur, ut non uni, ſed multis detur, ut pluribus proſit: quam doctrinam expreſſè tenent *Bart. in l.* 1. *ff. optione leg. Aviles ad cap.* 2. *Pratorum,* verbo, *ninguno, nu.* 3. *Riccius in collect. deciſ. part.* 3. *collect.* 522. *Menoch. conſ.* 321. *num.* 3. & *de præſumpt. lib.* 4. *quæſt.* 125. *num.* 20. *Petr. Magdalen. de numero teſtium, in teſtam. requiſito, part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 43. *Vivius tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 6. *tit.* 26. *num.* 99 *pagin.* 148. *Cened. practic. & canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 35. *nu.* 13. Si verò abundantia ſuppleat tantùm ſufficienter indigentiam pauperis, laudabile eſt ſic eleemoſynam tribuere, ut uni tantum applicetur.

In textu, ibi, Nec concilian- 2
di favoris gratia. Notat *Navarr. in Commentar. de finibus actuum humanorum, num.* 72. ex Gerſone benè meteri eos, qui plus dant publicè, quàm ſecretò, vel quia pro paupere exigitur ab amico, vel honorato, ſi eleemoſyna fiat principaliter propter Deum, nam quòd minus principaliter fiat ob laudem propriam, non conſumit bonitatem actus, niſi æquè intendantur illi duo fines. Quapropter advertit idem Author, & *Regin. lib.* 12. *num.* 32. bonum eſſe Chriſti præceptum. *Matth.* 5. *Neſciat ſiniſtra tua.*

In textu, ibi, Non ſuperfluas 3
ædificationes. Non de templis ſermo eſt. Nam *Euſebius lib.* 8. *hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap.* 1. tradit, chriſtianos cum in antiquis ædificijs, non ſatis loci haberent, ampliores eccleſias in univerſis urbibus fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis erexiſſe; & pios viros curam omnem, & diligentiam, magna cum impenſa in eis ædificandis adhibuiſſe. Quid enim magnificentius, & admirabilius illa S. Petri Apoſtolorum Principis ingenti mole? Cuius perfectionem ex quo extrui cœpit, optarunt potius, quam conſumari poſſe ſperarunt Romanæ Eccleſiæ præſides, & multa ſæcula eam imperfectam eſſe viſura, niſi Sixtus quintus felicem arduo operi manum admovilet; de cuius artificio, & ſplendore *Angelus Cameſ. à Rocca Auguſtinianus Theologus, in ſua Bibliotheca* egregiè repræſentavit.

In textu, ibi, Nec prætermitte- 4
re neceſſarias. Nam conſtruere eccleſias dicitur opus neceſſarium, & religioſum, ut per *Spino in ſpeculo teſtamenti, Gloſſa* 3. in princip. *nu.* 5. Vnde Herodes Agrippa in tanta, tamq; immani impietate pius haberi volens; Regni ſui decimo octavo anno, ut inquit *Genebrard. in Chron. anno mundi* 4054. templum Domini à fundamentis inſtauravit, ac magnificentius reddidit; quod opus tam Deo gratum fuit, ut ſit in teſtimonio multorũ, quòd dum per annos octo immenſi ſumptus ædificio inſumerentur, nunquam diu plueret, & noctu ſolverentur nubes in imbres, ut agri fructus ſolverent uberrimos, & nulla foret operis in-

termiſſio. Ita *Ioſephus Serion. lib. 5. cap. 26.* quem refert *Didacus fiel Contreras in proſapia Chriſti, 4. ætate, cap. 5. §. 3.* ad illius magni Cæſaris ſimilitudinem, qui in ludis Theatralibus audivit.

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane,
Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet.

5 In textu, ibi, Convenit ſacerdotibus. Si bona beneficij ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, ſed non tuendæ conditioni, ſeu ſtatui, docet *Comitol. lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 82. concluſ. 3.* teneri rectorem ad repationem, quia beneficiorum fructus non ad ornandos, aut augendos mundanos titulos collecti ſunt, ex *cap. De his, 4.* ibi, *Si eis ſuperſint, de eccleſijs ædificandis,* ſed ad pauperes alendos, & divinum cultum inſtituendum, atq; augendum; & *concluſ. 5.* tradit eam conſuetudinem eſſe ſervandam, ubi alia non fuerit in contrarium, & teneri itidem beneficiatos ad ornamenta neceſſaria, ſine quibus divina celebrari nequeunt. *Barbat. conſ. 26. nu. 1. & 4. vol. 3. Surd. conſ. 62. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericor. §. 14. nu. 4.* Si autem Rector non habeat ab Eccleſia tot redditus, quibus præſtare poſſit talem reparationē, tunc Parochiani in tali caſu Sacramenta, & quęcūq; alia divina percipientes tenebuntur. *Abb. conſ. 70. nu. 2. p. 1. Berous conſ. 3. nu. 43.* verſ. *Quidquid tamen, vol. 2. Lambert. de iure patronat. lib. 3. quæſt. 2. art. 2. nu. 4.* verſ. *Tertius eſt caſus,* & *nu. 5.* verſ. *Etſi iſti beneficiati.* Quæ ædificationes, & reſtaurationes non per capita hominum, aut domorum, ſed ad libram faciendæ ſunt, ubi ex redditibus eccleſiaſticis fieri non poſſunt. *Bellet. citatus, nu. 10.* verſ. *Vbi verò. Franciſc. Leo in Theſauro fori eccleſiaſtici, p. 2. cap. 16. nu. 73.* Quod opus cum ſit publicum communem concernens omnium utilitatem, & neceſſitatem, tenentur contribuere nobiles, & alij exempti. *Avendaño de exequendis mandatis, lib. 2. cap. 14. nu. 9. Cened. ad Decretal. collectan. 153. num. 2.*

6 In textu, ibi, Aula Dei reſplendeat. Vnde Rex Egica, qui Toleti tria congregavit Concilia 15. & 16. & 17. hoc unum præ cæteris commendabat, cultum Dei, templorumq; ſplendorem, & ornatum; huius enim negotij negligentia non tam Dei ſacerdotibus, inquit, in culpa eſt; verum etiam, & infidelibus Iudæis ridiculum affert; qui dicunt nihil præſtitiſſe deſtructas eis eſſe ſynagogas; cum cernant peiores eſſe chriſtianorum baſilicas. De cultu, veneratione q; templorum. Lege *Suar. lib. 1. de religione. tract. 3. de reverentia debita locis ſacris,* à principio.

In textu, ibi, Quantum poſſumus iuvemus. 7 Petit textus inquirere de quibus bonis facienda ſit eleemoſyna? Sed lege *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 6. & 7. Medin. Cod. de eleemoſyna, cap. 4. & 5. Caietan. ad citatum locum. D. Thom. Sylveſt.* verbo, *eleemoſyna, quæſt. 4. Angel. quæſt. 8.* & alios, quos refert *Vaſq. in tract. de eleemoſyna, cap. 2.* Qua in re certum ſit, quòd dare eleemoſynam de neceſſarijs naturæ pro ſe, & ſua familia, non obligare etiam in extrema alterius neceſſitate, imò neque conſilium eſt illud facere. Primò quia, eſſet homicida, qui vitæ propriæ ſubtraheret, ut alteri ſuccurreret. Secundò quia, eſſet infidelitas cum domui ſuæ præeſſe neſciret, ſubveniendo extraneis, & domeſticos derelinquens.

Cæterum hoc limitat *D. Thom.* niſi alius 8 pateretur extremam neceſſitatem, cuius vita eſſet Reipub. neceſſaria; vel Eccleſiæ; tunc enim ſe, ſuoſq; laudabiliter periculo mortis offerret, ex ea puto ratione, quia bonum cōmune antefertur particulari. Sed obiter nota, quòd ſi quando pro amico liceat vitam exponere periculo? Id non licere, auferendo ſibi cibum, quia eſt quodammodo operari morti propriæ poſitivè. Quemadmodum in naufragio tabulam amico relinquere non poſſumus, poſtquā illam apprehendimus, benè tamen poſſumus illam non accipiendo concedere amico; negativè nos habentes. Hanc doctrinam aliqui ex DD. amplectuntur; fateor tamen mihi eſſe probabiliorem ſententiam, quam ſequitur *Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 9. nu. 29. 30. & 31.* ubi affirmat, quando duo in extrema neceſſitate ſunt conſtituti, poſſe alterum alteri panem concedere, quo vitam tueri poterat, & finere ſe emori. Similiter poſſe amicum pro amico morti dānato mortem ſubire; vel etiam in naufragio illi prębere tabulam à ſe occupatam. Pro qua ſententia ſtant *Victor. Tolet.* & *Navarr.* apud eundem *Leſſium.*

CAP. In ſingulis. XIX.

SVMMARIVM.

1. *Quodnam eſſet publicanorum munus?*
2. *Vtrum milites, & duces reſtituere teneantur, quod ipſis offertur, ut alibi divertant?*
3. *Vtrum publicanorum eleemoſyna ſit accipienda?*
4. *Vtrum filij authoritate propria poſſint elargiri eleemoſynas?*
5. *Vtrum pauperes teneantur eleemoſynas facere?*

IN textu,

1 IN textu, ibi, Ita publicanis. Qui ut ait *Vlpianus in l. 1. ff. de publ. & vectig.* à publico dicuntur, & in *l. 3. eodem tit.* definit, eſſe eos, qui vectigalia habent conducta, & *l. 16. de verborum ſignificat.* eum, qui vectigal conductum habet, publicanum appellamus dixit *Caius*; nam publici appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit, civitates enim loco privatorum habentur. Erant illi quidem apud Romanos in pretio, & honore, ut conſtat ex *Cicer. in Orat. pro Plancio. Flos*, inquit, *equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine cæmentur, &cæt.* Apud Iudæos verò male hoc hominum genus audiebat; non flos, ſed fœx; non ornamentum, ſed dedecus Reipub. exiſtimabatur; & peccatores dicebantur, quia ut dicit *Abulenſ. in Cõment. prolog. D. Hieron. in Evang.* talia officia vix ſine peccato fieri poſſunt, & ita peſſimum genus hominum eſſe. Vide *Tiraq de nobilit. c. 34. n. 32. Ianſen.* verò *c. 13. concord. Evang.* alteram aſſignat cauſam, quia proclives ſunt; ut vi, & rapina peccent, & apud Iudæos iudicabantur infames, quia cum vectigalia Romanorum exigerent, & apud eos tyrãnidi inſervirent, qua contra Dei legem premi putabant, at *Cardin. Baron in Annalib. anno Chriſti 31. nu. 32. & 37.* tradit aliam, ſcilicet quòd Iudæi genus Abraham ex libera, liberos ſe eſſe profiterentur. Vnde quantunvis inviti ad pendendum tributum adigerentur, nefas tamen putabant, à contribulibus ad illud Romanis præſtandum compelli; quia vectigal nomine Imperatoris exigebatur.

2 In textu, ibi, Stipendia conſtituta militiæ. Collige, quòd milites tenentur reſtituere, quidquid acceperint ex bonis Principis ultra ſtipendia; ſimiliter, & duces, ſi pro maiori numero, quàm militum habent, exigant ſtipendia, & ſibi reſervent, quod crimen, & furti, & magni Reipub. nocumenti eſſe poteſt. Similiter non poſſunt duces oblatum pretium accipere ab oppidanis, ne apud ipſos diverſentur milites; ad hoc enim nullũ ducibus ius eſt, nec unum oppidum præ alijs gravare poſſunt: ſed ea exigere, quæ ſecundum patriæ conſuetudinem debentur, conſiderata itineris ratione, quam duces optimè noſcunt. Similiter milites, qui acceperunt, & miniſtri, qui dederunt ſchedulas ter, vel quatuor pro diverſis domibus, tenentur reſtituere quidquid à dominis datum fuit, ut ab onere hoſpitij liberarentur, deductis expenſis, p rata, ſi ipſimet ſibi adminiſtrarent. Si enim ad aliam domum pergant, ubi hoſpitium accipiunt, tenentur in integrum reſtituere, ſiquidem nullum ſibi ius factum fuit iniquè accipiendo. Similiter notat *Caietan.* verbo, *bellum*, milites, qui hoſpites gravant, & plus petunt, quàm debetur, teneri reſtituere, neq; excuſari ſola ducis permiſſione. Ita *Turrian. 2. 2. diſp 90. dub. 3.* De obligatione autem reſtituendi capta in bello iniuſto, vide *Galganet. de iure publico, lib. 4. tit. 16. nu. 40.* ubi *nu. 48.* dicit, quòd iniuſtum bellum indicens, tenetur ad omnia damna. Lege *Molin. de iuſt diſp. 101. Covar. ad reg. Peccatum, 2. p. §. 9 nu. 4. Vaſq. 1. 2. cap. 3. diſp. 135. Vict. de iure belli. Angelus*, verbo, *bellum, nu. 7. Sylveſt. eod. q. 10. Laudenſ. de bello, q. 2. & 38. Reſtaur. de imper. q. 108. Bovadilla in ſua polit. a, lib. 2. cap. 16.*

In text. ibi, Non publicanus. 3 Ergo ſine peccato poſſunt publicani exequi munus ſuum, & probat *Barradas tom. 2. Concord. Evang. lib. 5. cap. 21. nu. 24.* ex verbis Baptiſt. *3. Luc.* relatis in præſenti, quia Præcurſor non iubet munus deferere, ſed nihil amplius, quàm conſtitutũ ſit illis facere. Ego verò probo, quia in *cap. Super, de raptoribus*, eleemoſynæ raptorum non accipiuntur ab Eccleſia, nec oblationes uſurarij, ex *cap Quia in omnibus, de uſuris*, non ſolum in pœnam, & odium talis delicti; ſed quia taliter acquiſita ſunt aliena, quæ ratio militat in omnibus iniuſtè poſſeſſis, & acquiſitis; ergo cum eleemoſyna publicanorum cõmendetur, licitè munus peragi poteſt; lege *Suar. tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 6. nu. 6.* 4

In textu, ibi, Non miles excipitur. Nam etiam filij propria authoritate de bonis caſtrenſibus, ſine conſenſu patris eleemoſynam facere poſſunt, *Vaſq. tract. de eleemoſyna, cap. 4. nu. 3. Reginald. in praxi, lib. 4. num. 275.* & idem dicendum de ijs, qui bona quaſi caſtrenſia habent. Quæ autem ſint hæc bona, explicant DD. in materia de donationibus. Legatur *Molin. tom. 1. tract. 2. diſp. 230.* uſq; ad 234. & de materia huius concluſionis, legi poteſt *tom. 2. diſp. 247.* & *Turrian. 2. 2. diſp. 84. dub. 1.*

In textu, ibi, Dives, & pauper. 5 Pauperes teneri ex eleemoſynis partiri pauperibus alijs extremè, & graviter indigentibus nemo dubitabit, dummodo dantibus non veniat periculum.

CAP. Cæterum. XX.

SVMMARIVM.

1 *In quibus conſiſtat honor parentibus debitus?*
2 *Miſeriarum omnium extrema eſt fames.*
3 *Vtrum præferendus ſit pater, Eccleſia?*

1 IN textu, ibi, Contumelia parētis morte luitur. Hæc pœna traditur *Exod. 21. Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moriatur*: & culpa pertinet ad quartum præceptū Decalogi. *Honora patrem tuum, et matrem tuam, &c.* Vbi honor debitus, in quatuor præcipuè conſiſtere ſuadetur; in reverentia, amore, obedientia, & ſuſtentatione, ex quarum explicatione apud *Sayr. in clavi Reg. lib. 7. cap. 5.* facilè colliges, in quibus contra hoc præceptū filius peccare poſſit. Quod verò attinet ad præſens; fuit deſumptum argumentum ex percuſſione, per quam læthaliter peccare filios in parentes, docet *Navarr. in Manual. cap. 14. nu. 12. Ludov. Lop. 1. p. inſtruct. cap. 54. Rodrig. 1. p. ſumm. cap. 14. concluſ. 5. Philiarc. de officio ſacerd. p. 2. lib. 4. cap. 21. Ioann Bened. in ſumm. de peccatis, lib. 2. cap. 1. nu. 5.* & hoc ampliat *Sayr. citat.* etiamſi percuſſio ſit levis, vel etiamſi ſolum elevet manus, & non percutiat. Tantum enim ex horruerūt Ethnici hoc peccatum; ut nullam pœnam condignam ſatis huic peccato excogitare potuerint, & lege olim lata parricida, primò, virgis cædi iubetur, deinde in ſacco corij cum cane, gallo, vipera, & ſimia conſutus in mare iactari, vel beſtijs ꝓijci iubetur, *l. penult. ff. de parricidijs, & l. 1. C. eod. tit.* Multa tradit *Ioan. Solorzanus de parricidijs, c. 2. et 4.*

2 In textu, ibi, Fames, quæ multò gravior eſt, Comprobat *Baſilius tom. 1. homil. 8.* dicens cuiusvis mortis genere duriorem, & humanarum calamitatum caput; in alijs namque periculis, vel enſis cuſpide cito interibis, vel ignis impetus breviter vitam extinguit, aut ferarum dentibus membra diſcerpta intereunt; quæ dolorem ſi trahunt, non protrahunt morienti. At fames diuturnius malum, ocyus torquet, lenius tabeſcit, ſenſim occidit. Quomodo non inter immaniſſimas feras non connumerabitur fames, ut execrandus hoſtis, ac hominum interfector? quid fames non cogit? Naturæ leges pervertere ſuadet, & perſuadet hominum corporibus, & propinquorum veſci. Hanc tragædiam Iudaica narrat hiſtoria apud Ioſephum; quæ fuit extrema calamitatum, ob gravia ipſorum ſcelerum. Multa congerit *Bochius ad Pſal. 108. verſ. 10.* in vituperationem paupertatis, quæ eſt famis mater; ex prophanis nonnulla, quòd cognominent lævam, peſtiferam, malorum extremum, animi corruptricem, ubi *Lorinus* alia inculcat, ex *Plauto* in captivis.

Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi, quod edat, quærit, & id agrè invenit,
Sed ille miſerior, qui et agrè quærit, & nihil invenit.
Ille miſerrimus, qui cum etiam eſſe (edere) *cupit, quid edat, non habet.*

Confirmat *l. 2. Cod. de patribus, qui filios diſtraxerunt*, ubi ob neceſſitatem extremam famis, licitum eſt patri filios vendere, vide *Covar. in regul. Peccatum, 1. p. §. 1. nn. 6.* paulò poſt princip.

In Gloſſa, ibi, Inſolentem. 3 Nota præferendum eſſe patrem egentem Eccleſiæ; iuxta *cap. 1.* ſupra, *diſt. 30.* & quanvis impius, paſcendum, ut in *Authent. de inceſtis nuptijs. §. Si verò contigit.*

CAP. Paſce. XXI.

SVMMARIVM.

1 *An nepotes teneantur ſuccurrere avis, ſicut, & patribus?*
2 *Vtrum pro communi neceſſitate parentum differendus ingreſſus religionis?*
3 *Quid dicendum, pro gravi neceſſitate?*
4 *Quid de parentibus pro filijs, & fratribus pro fratribus? & num. 5.*

IN textu. Eius meminit *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5.* ut probet eleemoſynam dare de ſuperfluo neceſſitatem patienti, eſſe in præcepto; cæteris autem conſilij, in quem ſenſum illum etiam adducit *Covar. lib. 3. variar. cap. 14. nu. 5.* poſt princip. Attamen *Tiraq. de pœnis, cauſ. 44. nu. 6.* ex eo, quem itidem textum refert, probat; idem eſſe partum perfocare, ex *l. Necare, ff. de liberis agnoſcend.* at ꝙ alimoniam denegare. *Navarr.* autem in *Man. cap. 14. nn. 14.* textum adducit, ut probet filios teneri egredi religionem pro parentibus in extrema neceſſitate conſtitutis, eorumꝙ opibus indigētibus. Extrema dicitur, quando homo in eo eſt vitæ diſcrimine, ut niſi ei ſubveniatur, moraliter ſit mors certa, aut graviſſimum eius periculum; de quo iam ſupra. Sed quæſtio eſt reſpectu avi, & aliorum conſanguineorum in extrema neceſſitate? Reſpondet *Suar.* infra citandus, *nu. 8.* negativè. Primò quia, nullus Author hoc dixit. Secundò quia, obligatio filiorum erga parentes naſcitur ex peculiari titulo, quòd à parentibus habemus, quidquid ſumus; avus verò valde remotè ſe habet ad nepotem, & per ſe illi non contulit eſſe: unde neque avus habet naturalem obligationem alendi nepotem, vel theſaurizandi illi, ex quibus deducitur idem à fortiori reſpectu aliorum conſanguineorū dicendum eſſe, quia ſubventio illorū non eſt ex ſingulari debito pietatis, ſed miſericordiæ, & illud multò rigoroſius eſt, adeo ut excedat ordinariam iuſtitiæ obligationem; & quanvis

1

pietas

pietas non ſit propriè iuſtitia, quia nō propriè eſt ad alterum, eſt tamen perfectio quoad debitum. Obligatio autem pietatis reſpectu aliorum conſanguineorum, vel ſolum operatur, ut ſecundum ordinem charitatis præferenda ſit, vel etiam ut maius aliquod obſequiū, vel ſubſidium illis ſit exhibendum; non tamen cum tanto diſpendio, præſertim per multum tempus.

2 Pro communi autem neceſsitate, ſeu levi parentum, nemini licet demittere, nec differre ingreſſum, ut tradit *Suar. de relig. tomo 3. lib. 5 cap. 5 num. 3. ex D. Thom. 2. 2. quæſtione 101. articul. 4. ad 4 & quæſtione 189. artic. 6. & quodlibet. 10. articul. 1.* Neque enim obligatio erga parentes cum tāta appretiatione eſt, ut propter bonum temporale, quod aliqua induſtria adhibita, & diligētia patris reparabile eſt, (ſic enim dicitur neceſsitas communis, ſeu levis, quanvis congruis adhuc careat) amittatur tantum commodum, & ſpirituale bonum filij.

3 Difficultas maior eſt de gravi neceſsitate: (Quæ dicitur, quando vita ſuſtentari poteſt, cū magna penuria, indigentia, ac difficultate, vel cum magno dedecore, vel notabiliter cadendo à proprio ſtatu, vel exercendo opus alienū à qualitate perſonæ) Reſdondet *Suares* citatus *num* 5. non poſſe filium dimittere parentem in gravi neceſsitate, & religionem ingredi; dummodo filius poſsit ſubvenirè, manendo in ſæculo, & ad id habeat moralem ſpem, vel alij nō ſint filij, qui poſsint, & velint, nam ſi alij filij peccādo nolint ſuccurrere, adhuc obligatio manet pro illo, qui votum habet, & dicit hanc communem ex *Sylveſt.* verbo, *religio. 2. quæſt. 7. Angel*, verbo, *religio num. 11.* referente *D. Thom. quodlibet. 3. artic. 6. aliàs 13. membr. 4. Navarr.* ubi ſupra *Gerſ. in tractat. de gravat. are alieno Alphab. 39. litera X.* Favet *Canon. concil. Gangrens* relatus in *cap. 1. diſtinct. 30.* ubi vide, quæ ibi diximus. Inter canones etiam 80. qui referuntur à Pizano ex Concilio Nicæno *lib. 3. de actis illius Concilij in 14.* Statuitur, ne aliquis fiat monachus ſine licentia epiſcopi ex ea ratione, ne ullus cauſam habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut ſimiles, qui auxilio eius opus habēt. Fundamentū autē eſt, quia comparatione conſilij non eſt prætermittendum præceptum naturale, & divinum, ſed ſecluſo conſilio, filius tenetur ſubvenire patri in gravi exiſtēti neceſsitate; ergo etiam ſuppoſito voto, quod eſt conſilij; maior patet, quia præceptum eſt neceſsitatis, conſilium autem voluntatis, unde illud præcedere debet: minor clara eſt, quia ad honorem parentum pertinet eos paſcere, ut diximus, *cap. præcedenti.*

4 Sequitur dicendum de parentibus erga filios, & fratribus erga fratres. De prioribus diſtingue, vel filij ſunt emancip. ti, vel ſub cura parentum, reſpectu illorum maior obligatio eſt patri, quàm filio: nam cura parentum erga filios eſt perſe, & ratione muneris ſui tenetur alere filios, neque omiſſa eorum cura ingredi poteſt religionem, niſi ſufficienter provideat de neceſſarijs. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 189. articul. 6. D. Anto. 3. part. titul. 16. cap. 2. Turrecremat. cap. 1. articul. 1. numer. 2. ad diſtinctionē 30.* & ex *Concil. Gangr.* ibi relato, & ex Paulo 1. *ad Timoth. 5.* qui ſuorum maximè domeſticorum curam non habet, infidelis eſt, & infideli deterior. At verò obligatio filij erga patrem non eſt per ſe alendum eum, ſed per accidens ratione neceſsitatis, ut ait *D. Thom. 2. 2. quæſtione 101. articul. 2. ad 2.* Si ergo filius tenetur non ingredi, tenebitur etiam pater in eo caſu, poſitis conditionibus ſupra allatis. Reſpectu autem filij emancipati, eadem eſt obligatio, atque filij reſpectu patris, quia vinculum reciprocum eſt.

De fratribus erga fratres reſolve, quòd aut 5
fratres ſunt in patria poteſtate, vel non; ſi primum, tenetur frater non ingredi, quia ſub neceſsitate parentis includuntur omnia, quę pertinent ad ſtatum, & munus ſuum, inter quæ præcipuum locum habet conveniens filiorum educatio, quapropter mater vidua plures filias habens ſub ſua cura, habēs neceſſariā ſuſtentationem, non tamen ad conveniente educationem, & collocationem in decenti ſtatu, diceretur eſſe in gravi neceſsitate, & filius teneretur non ingredi religionem, ſi ſubvenire poſſet. At verò de fratribus extra curam parētum defunctorum, iudicandum ſicut de nepotibus reſpectu avorū. Quia obligatio eſt maioris charitatis, non verò pietatis, ſed non obſtāte maiori obligatione, quam nepotes habēt erga avos, quia ſaltem ab ipſis mediatè accipiūt eſſe, non obligantur manere in ſæculo, ergo neque fratres, propter fratres. Adi *Suar.* citatū *3. tom. de relig. lib. 5. cap. 6. num. 4.* qui intactas iudicat ab Authoribus has quæſtiones. Si quando tamen nihil alimoniæ impēderet fratribus dicitur fratricidium, iuxta *cap. inter cætera 22. quæſt. 4.* intellige quando ex bonis poſſeſsis denegatur ſubſidium extremè egenti, non autem quando tam grave nocumentum ſubeunt, qui manent in ſæculo.

CAP. Qui clementiam. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit clementia?*

2 *Quid sit misericordia? & circa eam explicatur textus.*

3 *Vtrum clementia pertineat ad perfectionem legis Christi?*

1 IN textu, ibi, Qui clementiam non habet. De clementia vide *D. Thom. 2.2. quæstione* 157. à principio ubi *art.*1. dicit, clementiam adhibere modum rectę rationi convenientem in ipsa externa punitione, & sic potissimum competit superioribus erga subditos, ut notavit *Seneca in* 2. *de Clementia*, & distinguitur à mansuetudine, quia hæc moderatur internum iræ motum, & est cuiuslibet ad quemlibet. Si quando verò *August. lib.*83. *quæstion, quæst.* 31. ex *Cicerone lib.* 2. *de inventione*, definit clementiam, per quam animi temere in odium alicuius erecti, concitatique comitate retinentur, est quia iracundia cohibita per mansuetudinem, adhibetur quoque moderatio in externa vindicta, & punitione, & ex moderatione animi pendet clementia in alios. Adi *Gregor. de Valent.* 2.2. *disputat.* 9. *quæst.* 1. *de temperantia punct.* 2. *vers. Clementina.*

2 In textu, ibi, Indutus viscera misericordiæ. Hæc dicitur dolor, sive tristitia de malo alieno, involuntario æstimato, ut proprio, & aliquomodo contra personæ miserabilis dignitatem, cui subvenire velit miserans, quantum in ipso sit, & commodè possit, dupliciter autem fieri potest, ut defectus personæ miserabilis sit etiam aliqua ratione personæ miserentis, sicut docet *D. Thom.* 2.2. *quæst.* 30. *artic.* 2. uno modo, per unionem affectus, quæ facit malum amicorum reputari proprium, sicut dixit *Aristoteles* 9. *Ethic. cap.* 3. *Amici officium inter cætera esse condolere de malo amici, sicut de proprio*, & Apostolus in textum nostrum indicavit ad Roman. 12. *Flere cum flentibus*, altero modo per communicationem realem eiusdem mali; quo pacto vehementius concitatur affectus ad misericordiam, & hanc vehementiam declaravit Paulus ad Hebr. 2. *Debuit per omnia, &c.* In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est, & ijs qui tentãtur, auxiliari, quia illi sunt promptiores ad miserendum, qui in statu, & conditione vitæ sunt similiores personæ miserabili, dixit citatus *D. Thom. articul.* 2. post *Aristotelem* citato loco. Cæterum in nostro textu non requiritur, ut defectus personæ miserabilis sit in miserante, sed sufficit, secundum unionem affectus. Aliam misericordiæ descriptionem, & doctrinam vide supra *num.* 4. *cap.* 10. *distinct.* 45.

In textu, ibi, Non adimplet legem Christi. Quia clemẽtia reddit hominem Deo, & hominibus acceptum, & in hoc, quod diminuit pœnas, maximé accedit ad charitatem, quæ est potissima virtutum, & sine qua facti sumus, sicut æs sonans, nihil pretij, aut meriti habẽtes. Quinimò apud prophanos Authores multa de clementia digna principum, & ad principatus cumulum, & fastigium, digna sunt lectu. Inprimis per leonem, & subiectum hominem, ita ut homo sit incolumis, nec unguibus laceratus, cum tamen leo provocatus quateret tantùm, clementiam designat *Ouid.* dum scribit *lib.* 3. *Tristium eleg.* 5. 3

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus Vrsi.
Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Vbi vides egregium clementiæ simulachrum, viuumque hieroglyphicum in generosa leonis natura esse descriptum; in lupis verò sanguinarijs, ursisque truculentis inclementiam esse delineatam: Neque hinc procul abludit, quod in Severi Pij. Aug. numo simulacrum mulieris erat insculptum quod leoni exporrecto insidebat, manu quidem una hastam terræ affixum tenens, altera fulmen quasi abijciens, non autem iaculandi gestu, cum inscriptione huiusmodi; Indulgentia *Aug.* IN CAR, & in Antonij Pij, atque etiam in aliquot Nervæ numis, cernere est fulmen in toro collocatũ, quod manifestum est, & pulchrum admodum clementiæ signum; arguit enim offendendi potestatem penes Imperatorem esse, verùm ob eius clementiam quiescere, quòd per inde est, atque illud quod apum Regem aiunt aculeo quidem præditum esse, sed in vulnus eum nũquam exeri. Neque immerito *Claudian. in* 4. *Consul. Honor*, eundem ita exhortatur.

Sis pius in primis, nam cum vincamur ab omni,
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

CAP. Si quid. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Non est facile credendum.*

2 *Quomodo præferendi sint in testimonio seniores iunioribus?*

IN textu, ibi, Non credas. *Tiraq. de pœnis, cap.* 1

nis cap.51. num.26. meminit huius textus, ex quo probat, non eſſe facilè credendum alterius aſſertioni, iuxta *l.1.§. dolum, ff. de eo per quem factum erit, & l.3.§. Sed ſic accepit, ff. de in rem voc. & in l.2. ff. quod falſ. tut. Authent. & l. nimia crudelitate Cod. de action. & obligat. & l. ſicut* ibi *Bald.* in fine. *Cod. de fide inſtrum. & cap. ſi quis præpoſtera feſtinatione diſtinctione* 50. *& cap. licèt Hely*, verſ. *nam iuxta de ſimon. & cap. Deus optimus 2. quæſtione 1. & cap. nullum 3. quæſtione 5. & cap. viſis litteris in fine 16. quæſtione 2. & in 2 15. quæſtione 7.* noſter textus reperitur, per quem probatur non eſſe facile fidem adhibendam alterius dictis, hoc enim vertitur vitio credenti, quapropter *Fulgentius* dixit: *Credulitas mater eſt deceptionum.*

2 In textu, ibi, Præſentibus ſenioribus. Deducit ex hoc textu, quem refert *Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ in proœmio Gloſſa ordonne num 3. pag.* 18. maiorem præſumi in ſenibus examinationem iuſtitiæ *Tiraquel. de iure primog. in præfat. numer.* 148. & ex illo probat præferendos ſenes iunioribus in teſtimonijs; argum. etiam textus in *cap. quoties*, vbi *Panormitan. notab. 3.* & in *cap. licet ex quadam* ibi *Antiquioribus quidem ſuis*, & ibi quoque *Gloſſa* in verbo, *perſona*, *Imol. colum. 2. extra de teſtibus, & cap. cum in tua*, ibi *antiquiores tempore, eodem titul. & cap. 1. 35. quæſtion. 6.* & voluit *Gloſſa* omnibus nota in *cap. cum quid in 2. l. ff. ſi certum petatur*, vbi *Cyn. Bart. Bald. Angel. Paul. Caſt. Alexand. Franc. Arietin. & Lucas de Peña in l. Decurion. col. 1. Cod. de Decurion. lib. 10. & in l. ult. Cod. de Tyron. lib. 12. Roman. l. ſi verò, §. de viro in* 53. *fallent. ff. ſoluto matri.* ubi per hoc dicit ſingularē, quòd licèt in pari numero teſtium, ſit pro Reo ferenda ſententia: fallit tamen ſi ſeniores ſint pro Actore, *Alex conſ. 236. perſpectis atteſtationibus col. 1. in fine, lib. 6.* & *conſ. 127. viſo proceſſu colum. ultim. lib. 7. Cepol. conſ. 21. Ego Bart. & alij* quos refert *Tiraquel.* citatus.

CAP. Tanta. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Nec raro ſunt flagitioſi ſenes.*
2 *Vtrùm feſtum diei Dominicæ ſit de iure divino?*
3 *Quæ opera liceant, aut prohibeãtur diebus feſtivis? & num. 4.*
5 *De crimine, & pœna eorum qui limites evellunt.*
6 *Nonnunquam propter ſenectutem pœna mitigatur.*
7 *Vtrùm per ſimplicitatem, & ruſticitatem excuſetur aliquis à culpa, & à pœna?*
8 *Quæ nam ſit excommunicatio noſtri textus.*
9 *Quando ſtandum ſit dicto vnius?*

IN textu, ibi, Tanta nequitia. 1
Colligit *Tiraquel.* ex hoc textu quem refert in *præfat. de primogen. num.* 154. nonnunquam reperiri flagitioſiſimos ſenes, iuncta *Gloſſa in cap. cum in iuventute de præſumpt.* & ibi *Ioannes Hoſt. & Ioann. Andr.* Ex teſtimonio *Daniel.* 13. ſcribit *Lucas de Peña in l. 1. colum. 1.* in verbo, *Prior. Cod. de conſil. lib.* 12. quod iniqui eſſe poſſunt ſenes.

In textu, ibi, Dominico die. 2
Nam celebritas Dominici diei habetur ex cõmuni eccleſiæ uſu, & in ipſa ſcriptura novi teſtamenti cõmendatur per plura loca, quæ adducit *Suar. de religion. tom. 1. lib. 2. c. 4.* & fuiſſe ſub magna veneratione dixit *Clemens. lib. 7. conſtit. cap. 31. & cap. 37. & Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini, cap. 18. & 19.* refert Conſtantinum illum diem religioſiſsime obſervaſſe, & obſervandũ præcepiſſe ex Apoſtolica traditione, dicemus infra *ad cap. Conſtantinus 1. diſt. 96.* Idem habet *Amb. in Luc. capit. 17. Auguſtin. ſerm. 251. de tempore*, ex quo inferunt alij & *Author ſupplementi ad ſummã Piſanam*, verbo, *domina in Additione*, & indicat *Abbas in cap. licet de feriis num. 2. Angel.* verbo *feria num. 3. Sylveſter eodem quæſtione 1. §. 7.* feſtivitatem huius diei eſſe iuris divini. Cæterum hoc non probatur, quia in lege nova non ſunt data ſpeciali a præcepta divina de his obſervantijs accidentalibus, ſed tantum de ſubſtantialibus, quę ſunt fides, ſacramenta, & ſacrificium, reliqua verò relicta ſunt diſpoſitioni Paſtorũ eccleſiæ. Ita *D. Thom. 2. 2. quæſt. 122. articul. 4. ad 4. D. Antonin. 2. part. titul. 9. cap. 7. Soto lib. 2. de iuſtitia quæſtione 4. articul. 4. ad 2. ex cap. Sabbato, & cap. 1.* ubi *Turrecrem.* ex *cap. ieiunia* ubi *Archidiac. de conſecrat. d. 3. Navarr. in Manual cap. 13. num. 1. & cap. quoniam*, & *cap. licet*, & *cap. conqueſtus de feriis*, & Imperatores etiam hoc præceptum ſuis legibus munierunt, ut patet ex toto titulo *6. de feriis* præſertim *l. 2. & l. omnes, & l. ultim.*

In textu, ibi, Priuſquam miſſarum ſolemnia. 3
Sunt nonnulla opera ſervilia quæ, Dominicis diebus, & feſtis fieri permittuntur, miſſa tamen prius audita; prout cenſuit ſacra Congregatio referentib. *Stephano Gratiano Marchiæ deciſ. 71. Quarant, in ſumma bull.* verbo, *dies feſtus Bellet. diſquiſit.*

diſquiſit. clerical. part. 1. titul. de favore clericorum reali, §. 5. num 9. Cæterum ruralia opera prohibita laicis feſtiuis diebus ne dum clericis, & Paſtoribus interdicuntur, qui alios debent ad obſervationem feſtorum invitare exemplo, inclamando ſuadere, & calligādo cogere, ſi opus fuerit. Nam ante Flamines tradit *Sextus Pompeius lib.* 14. inceſsiſſe quoſdā præclamitatores, ut denuntiarēt opificibus, quòd manum abſtinerent ab opere, quia illis irreligioſum erat videre facientes opera, nam ſi vidiſſent polluerentur ſacra, quanto magis noſtri contaminarentur in ſacris, qui mane vigilabant ad agros exarandos. Huc referri poſſent, quæ idem Pōpeius deduxit ex *Servio* in illud *Virgil. lib. 1. Georg.*

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.

Et Macrob lib. 1. ſaturnal. refert affirmaſſe ſacerdotes pollui ferias, ſi indictis cæptiſque opus aliquod fieret; & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur. *Numa* etiam apud *Plutarchum* cenſuit, debere cives nihil rerum ſacrarum vel videre, vel audire obiter, & neglectim, ſed vacantes ab omnibus alijs rebus, cultui Deorum, tanquam maximo negotio animum intendere, & tempore ſacrificiorum vias ſonituum, ſtrepituum, gemituum, aliorumque id genus, quæ duros, & illiberales labores ſequuntur vacuas exhibere. De ſolemnitate dierum feſtorum Ingarum, ſeu Peruenſium regum lege nonnulla ſcitu digna apud *Ioſeph. á Coſta hiſt. Ind. lib. 5. cap. 27. 28. 29. & 30.* & de Mexicanis *lib. 6. cap. 24.* Quæ convincunt, quanta maiori cum veneratione debeant ſacra peragi à ſacerdotibus in cultum Dei veri, non in agrorum culturam; unde tanta nequitia increpatur paſtoris, qui priuſquam ſolemnia celebraret, ad exarandā meſſem prodibat. Lege *Campanile in diverſor. Rubr. 12. cap. 13. à nu. 92.* & deinceps.

3 In textu, ibi, Ad exarandam meſſem. Nam aliter iudicaretur ad colligendas ſegetes iacentes in agris, & fœnum in pratis, ut ad locum ſecurum deferretur, ſi immineret tempeſtas, vel pluvia, quæ ibi corruperet fructus, & ex ea cauſa licitum eſt, vindemiarum tempore colligere vuas ne pereant, & proſequi opus inceptum, ſi notabile damnum ſequeretur ex dilatione, & omiſsione operis. *Sayr. in clavi Reg. lib. 7. cap. 2. num. 20. Praxis Epiſcop.* verbo, *feſta, §. 3. Quaranta in ſumma Bullarij.* verbò, *dies feſtus Palat. in repetit. cap. per veſtras in fine de donat. inter virum, & notab. 27. num. 10. pag. 162.*

4 In textu, ibi, Terminos poſſeſſionis. De crimine, & pœna eorum, qui fines, ſeu terminos agrorum mutant, evellunt, aut furantur, vide per totum *titul. ff. de termino moto cap. in l. 12. quæſtione 2.* ubi refertur illud *Deuteron. 27. Maledictus, qui tranſferi terminos proximi ſui,* & *Felin. in cap. quia iudicante de præſcript. num. 2. Abb. in cap. ex litteris num. 13. & Dec. num. 18. de probat. Aviles in cap. prætorum,* verbo, *lei 4 num. 7. Iul. Clar. in practic. §. ultim. quæſt. 83. num. 10.* latè proſequitur *Menoch. de arbit. caſu 393* præter alios quos refert *Cened. 1. part. coll. 9.* ubi noſtrū textum agit. *Ordinatio noſtra Laſitana lib. 5. tit. 67.* ubi *Barboſa in Remiſſ.* apud Hiſpanos *l. 30. tit. 14. part. 7.* ubi *Gregor. Lopez. Vivius tom. 2. cōmun. opin. lib. 9. titul. 12. num 66. pagin. 494. Maſcard de probat. concluſione 399. num. 8.* ubi idem reſolvit in illis, qui tollunt ſigna, quæ ſunt in lapidibus. In dubio tamen nunquam præſumitur confinium mutatio. *Felin. in cap. cum cauſa ad finem de probat.* Quomodo verò probentur confines terminorum, ex multis, quos refert. *Cenedus* citatus *n. 2.* poteris certus fieri.

In text. ibi, Parcimus canis tuis. 5 Propter ætatem ingraveſcentem pœna quoq; mitigatur. *l. ſi quis in graveſcente valetudine dignoſcitur, ff. ad S. C. Syllanianum, & leg. 2. ff. de termin. moto & l. ferè in omnibus,* & ibi *Gloſſa, ff de regul. iur. & cap. tanta 1 quæſtione 7. & cap. tempora. 26. quæſtione 7. & Gloſſa,* & Doctores *in l. quid ergo, §. pœna gravior, ff de ijs, qui notantur infamia,* & ex noſtro textu, quem vocat pulcherimum, probat *Tiraquel. de pœnis cauſa 8. numer. 1.* & multi alij, quos refert *Cened. ad Decretum collect. 9. numer. 5.*

In text. ibi, Simplicitatem tuā. 6 Simplicitate ductus ſi delinquat, non excuſatur quin peccet, & puniatur *leg. 1. ff. de legibus,* & ibi *concord. in Gloſſa, & cap. qui ſecundum carnē 23. quæſtione 14. & cap. ſi quis dederit 24. quæſtione 1.* concordat. ibi *Gloſſa,* & *cap. quemadmodū* in verbo, *ignorantiam. 32. quæſtione 7.* In quam rē multa *Hieronymus in Dialogo contra Pelagium, & Gratianus noſter 15. quæſtione 1. in ſumma.* Is tamen minus peccat, ut Theologi aſſerunt in *2. ſentent. diſt. 22 cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 76. artic. 3.* & ſequentibus, & ideo minus cum eo agitur, quin & plerumque parcitur, *l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, l. ſi quis id quod, §. 1. ff de iuriſdict. omnium iudic.* ubi DD. & *l. ſi quis ingraveſcente, §. Si quis ignorans. ff. ad S. C. Syllanian.* & per plura alia iura, quæ refert *Tiraquel.* citatus ubi noſtrum citat textum.

In textu, ibi, Excommunicatos decernimus. 7 Difficilis eſt caſus noſtri textus, quem citat *Suar. de cenſur. diſput. 4. ſect. 5. numer. 22.* quia excom-

communicatio non ferri potest purè, & absolutè pro peccato commisso, sine respectu ad futurum, per *Abb. in cap. P. & G. num. 7. de officio delegati, & Navarr. in cap. cum contingat. de rescript. num. nullit. 5. & in Man. cap. 27. num. 9. & 11. Covar. in cap. Alma mater part. 1. §. 9. numer. 4.* & sequentibus, *& §. 10. à num. 1. usque ad 5. Vgolinus de censurit tab. 1. cap. 9. §. 5.* cum communi Theologorum. Sed nihilominus dicendum, illam non fuisse censuram propriam excommunicationis, sed solum privationem quandam, seu separationē ab altari, & à cōmunione corporis, & sanguinis Dñi, ita *Suar.* citatus, & indicat *Glossa* in summa nostri textus. Vtrū autem hęc privatio cōmunionis rectè infligatur, latè prosequitur *Campanile in diversor. iuris Rubr. 12. c. 7. n. 28.* & postea adi quæ supra diximus de imponenda pœnitentia non sumendi eucharistiam, & forsasis non displicebit nostra ibi resolutio,

2 In Glossa, Sed filius, verbo, Dicto unius. Quærit Glossa, an dicto unius stadum sit, quam remissivé attingit *Cened. collect. 9, in Decretum, numer. 2* quibus adde *Aldovin. cons. 14. num. 27. & cons. 22. num. 12. & cons. 26. à numer. 37. Cevall. commun. quæst. 494. Vallasc. consil. 73. Cald. Pereira quæstion. foren. consult. 26. num. 11. Farinac. in praxi crimin. part. 2. de oppos. contra personas testium quæstione 63. num. 1. & à nu. 232.* cum sequentibus, *& part. 1. recent. & decis. 251. num. 1. eadem part. 1. & decis. 677. num. 3. part. 1. & decis. 691. num. 4.* qui resolvunt, unum testē non sufficere, at verò duos ad perfectam probationem in qualibet causa, tam prophana, quam ecclesiastica, vel spirituali, sufficere, & *Farinac. in d. quæst. 63. num. 3.* ampliat in teste senatoria, aut præsidiali dignitate constituto, & *num. 14.* quòd nec in favore causæ piæ unus testis probet. Vnius tamen episcopi testimonio creditur in foro sæculari, ex privilegio in *cap. quicumque 11. quæst. 1.* & tenet *Marc. Anton. Genuens. in pract. eccles. quæst. 678.* Alias verò limitationes, & ampliationes vide in Doctoribus in *tit. de testibus.*

CAP. Non liceat. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm episcopum deceat verberare clericos proprijs manibus?*
2 *Vtrùm id possit per laicos?*

1 IN textu. De hoc textu agit *Suar. tom. 5. de censuris disputat. 22. sect. 1. num. 45.* & quærit simul, & resolvit, episcopum non teneri, nec debere verberare proprijs manibus clericum sibi subditum, si tamen id faciat, cōcurrentibus alijs iustitiæ conditionibus, non incurrere excōmunicationem Canonis *Si quis suadente 17. q. 4.* Imò nec graviter peccare, seclusio scādalo, quia neque est illa actio intrinsecè mala, nec sufficienter positivo iure facta repetitur, & verba nostri textus, non indicant gravem obligationem.

In Glossa prima, ibi, Per laicū. 2 Docet *Glossa*, quòd si episcopus percutit clericum per laicum, incidit in excommunicationem, de quo vide *Hippolyt in l. 1. nu 60. ff. de quæst.* qui nostræ Glossæ meminit. Quanquam limitatione uti necesse sit, quando scilicet non adesset alius ad id faciendum; putat *Navarr. in Manual cap. 27. num. 86. & Sayr. de censuris lib. 3. cap. 27. numer. 12.* qui uterque nostri textus, & Glossæ meminere; & *Suar.* citatus, quos omnino vide.

CAP. Pervenit. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conductiones prohibētur episcopis, clericis, & religiosis, ob lucrum.*
2 *Quando dicatur hæc conductio fieri ob lucrum?*
3 *Clerici in minoribus non habentes beneficium possunt negotiari.*
4 *Ex fructibus conductionū debentur decima, & gabella.*
5 *Declarantur tria tutellarum genera.*
6 *Episcopi tutores, & curatores esse non possunt ullo genere tutelæ, nisi miserabilium personarum.*
7 *Clerici in sacris, si velint, possunt acceptare tutellam legitimam.*
8 *Clerici in minoribus possunt acceptare omnem tutellam, & cogi ad illam.*
9 *Clerici in sacris, non possunt habere tutellam testamentariam, aut dativam.*
10 *Religiosi non possunt habere tutellam testamentariam, aut dativam.*
11 *Religiosi, nèc etiam legitimam tutellā habere possunt.*
12 *Religiosi habere possunt personarum miserabilium tutellam.*

13 *Pœnæ*

13 *Pœnæ contra clericos, & religioſos negotiantes, quales ſint?*

1 IN textu, ibi, Conducere poſſeſsiones. Intellige avaritiæ cauſa, ut noſter textus ſupponit nam ſi epiſcopus, clericus, vel monachus conducant ad propriam ſuſtentationem, talis conductio eis eſſet licita, itaque prohibentur hæ conductiones ob lucrum, & negotiationem, non tantum hîc, ſed 21. *quæſtione 3. cap. 1. & 2. & ſepiſſ. 1. ne clerici, vel monachi.* Rationes huius prohibitionis, & turpis negotiationis, videbis apud *Iacobum de Graſſijs 2. part. lib. 2. num. 8. & 9. Salzedum ad Bernard. Dias in practic. criminal. cap. 15. Gloſſa prohibitum.*

2 Quando autem clerici, vel monachi dicantur facere has conductiones, mercativè, aut vendere ex avaritia, & lucro, docebit optimè *Dominicus num. 10. Franchus numer. 4. & 5. in cap. quamquam de cenſibus lib. 6. Laſſarte de decima venditi. cap. 19. num 51. Garcia Gironda de Gabellis part. 7. num. 31. Molina tom 2. diſputat. 342. §. ſecundum eſt,* & ſequentibus, *Cabedo 2. part. deciſionum areſto 45. Sylva caſuum conſcientiæ lib. 2. caſu 115. & 116. & lib. 6. caſu 656. Soto de iuſt. & iure, lib. 6. quæſtione 2. articul. 2. Cenedo collect. 37. num. 2. ad Decretum. Cevallos in tract. de cognitione per viam violentiæ quæſtione 64. numer. 21. Camillus Borrellus in ſumma omnium deciſion. titul. 7. de clericis à numer. 68. Aloyſius Riccius in practica Eccleſiaſt. Neapolit. deciſione 375. Ordinatio noſtra Luſitana lib. 2. titul. 21.*

3 Non intelligas tamen has conductiones, & reliquam negotiationem prohibitam, prohiberi etiam clericis in minoribus non habentibus beneficium ex *Abb. in cap. ſecundum inſtituta, & cap. ſed neque né clerici, vel monachi, Alberto de perfecto clerico lib. 2. cap. 52. num. 6.* & alijs de quibus *Salzedo ad practicam Bernardi Dias cap. 55.* verbo, *prohibitum,* verſ. *& ex pœna, Molina tom. 2. tract. 2 diſput. 342. § pœna autem,* ubi addit inclinare magis Doctores, nèc clericis in minoribus beneficiarijs hoc eſſe prohibitum ſub mortali, quanvis contrarium teneat *Rebellus part. 2. de obligat. iuſt. lib. 9. quæſtion. ultim. ſectione 2. numer. 8.* maximè ſi beneficium alicuius ſit momenti, eſſe verò monachis, quanvis non conſtitutis in ſacris, vide ibi Doctores, quos citat.

4 Celebris quæſtio eſt, an ex fructibus talium conductionum, debeatur decima eccleſiæ, & gabellæ regiæ, cum tales fructus venduntur, aut permutantur? Affirmant de primo *Suarius* cum multis *tomo primo de religione lib. 1. cap. 19. à num 8. vſque ad 10.* De ſecundo affimant *Molina d. diſput. 342. §. Idem dicerem,* & præter *Laſſarte,* quem ibi citat, & ſequitur, tenent eandem reſolutionem generaliter in omnibus, quæ per viam negotiationis eccleſiaſtici tractant, ſcribentes ad *cap quanquam de cenſibus in 6. Dueñas regula, 100.* verſ. *fallit. 11. Ioſeph. Lodovic. tom. 3. communium opinion. tit. de gabellis concluſione unica,* verſ. *infertur 10. Gironda de gabellis part. 7. num. 8. Follerius ad marant de ordine iudic. part. 4. num. 80. Matienzo lib. 11. Gloſſa 1. num. 3. titul. 10. lib. 5. recopilat. Bobadilla in polit. lib. 2. capit. 18. numer. 123. lit. F. & numer. 124. Garcia de nobilitate, Gloſſa 9. numer. 53. Navarus conſil. 1. de immunitate eccleſiaſtica, Mexia in tract. taxæ panis concluſione 5. numer. 23. Cenedo ad Decret. collect. 37. numer. 2. Mariba de iuriſdictione part. 4. caſu 3. à num. 2. Cabedo part. 1. deciſion. 189. & part. 2. areſto 45. Cevallos in tractat. de cognitione per viam violentiæ part. 2. quæſtione 64. Trinteſina variarum lib. 1. titul. de iure fiſci reſolutione 5. num. 8. Gutierres de gabellis quæſt. 93.*

In textu, ibi, Tutellas, ſivè curationes. 4 Vt intelligas, quæ tutellæ, vel curationes clericis, & monachis ſint prohibitæ, ſuppone eſſe tria tutellarum genera, primum genus eſt, tutellæ teſtamentariæ, ideſt datæ in teſtamento, vel codicillo à patre ſuis filijs *l. 3. ff. de teſtamentaria tutella, Gloſſa* ibi. Secundum genus eſt tutellæ legitimæ, id eſt, quæ lege defertur. Tertium genus eſt tutellæ dativæ, quæ ſcilicet, quoniam non eſt tutor teſtamentarius, vel legitimus, aut ſi ſunt, nolûnt ſuſcipere tutellam, deſignantur à iudice. De his omnibus tutellis eruditè *Molina tomo 1. diſp.* 220, per totam. Edidere præterea integras tractationes de tutoribus, & curatoribus *Antonius Pygias, & Cavalcanus, Paulus Montanus, & Ioan. Gutier.* Nunc ſit.

Prima concluſio. Epiſcopi, tutores, & curatores eſſe non poſſunt ullo genere tutellæ, niſi miſerabilium perſonarum, quorum bona perirent, niſi ipſi ſuccurerint, ita habetur hîc, *& authentica de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles, authent. presbyteros 3. Cod. de epiſcopis, & clericis,* item *l. 14. titul. 16. part. 6.* ubi *Montalvus* verbo, *per razon del parenteſco* Gloſſa hîc, *Follerius ad Marantam de ordine iudiciorum 4. part. diſtinct. 11. num. 65. Lebenius in cap. Raynuntius,* verbo, *& vxorem. num. 128. Gutier. de tutellis 1 part. capit. 1. numer 26. Molina tomo 1. tractat. 2. diſputat. 221. §. Epiſcopus.* 5

Secunda concluſio. Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, tutores, & curatores eſſe non poſſunt teſtamentaria, aut dativa tutellâ. Ita habetur *auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles auth. presbyteros 3. Cod de epiſcopis, & clericis, & l. Caſtellæ* ſupra citata, & probat *Molina* ubi ſupra *§. clerici,* addês hoc capite prohiberi tãm has duas tutellas, teſtamentariam, & dativam; 6

concluſio.

concluſionem ſequuntur Doctores proxima concluſione citati, item *Azor part.2. lib. 3. cap. 7. quæſt. 1.*

8 Tertia concluſio. Clerici in ſacris ordinibus conſtituti poſſunt acceptare curationem, vel tutellam legitimam, ſi velint, ſi tamen nolint cogi non poſſunt; conſtat ex eodem *authentico de ſanctiſſimis epiſcopis. §. Deo autem amabiles. collat. 9.* quid vero tunc præſtare debeant cum acceptant; habetur eodem authentic. & docet *Molina* proximè citatus. Vtrùm verò tales acceptantes tutellam legitimam, cogantur coram iudice ſeculari reddere rationes, tradit *Martha de iuriſdiction. 4. part. cent. 2. caſu. 146. Manſuer. de iudic. §. Item ſi clericus ſolutus, Anfred. de poteſtate ſaculari fallentia. 28. Mimos de Eſcovar de ratiotinijs, cap. 7. à num. 14.*

9 Quarta concluſio. Clerici in minoribus poſſunt habere tutellam, & ad illam cogi; ſequũtur *Gloſſa in authentico de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles.* verbo, *hoc fecerit, & authentic. præsbiteros Cod. de epiſcopis, & clericis, Anſius in d. §. Deo autem amabiles,* & in *dict. authentic. præsbyteros, Gregor. Lopez l. 14. titul. 16. part. 6.* verbo, *miſſa cantantes, Follerius ad marant. de ordine iudic. 4. part. diſtinctione 11. num. 67. Gutierres de tutellis cap. 1. numer. 27. Bobadilla in ſua politic. lib. 2. capit. 18. numer. 26.* Ratio eſt quia hi tantùm gaudent privilegio canonis, & fori, in reliquis ſubiecti ſunt curiæ ſæculari. Deinde, quia noſtra *Luſitana Ordinatio lib. 4. titul. 104. §. 1.* enumerans exceptos à tutella, nullam mentionem facit de clericis, & tanquam caſus omiſſus relinquitur hic iuris diſpoſitioni *l. commodiſſimè, ff. de liberis, & poſthumis, Ordinatio Luſitana lib. 3. titul. 64.*

10 Quinta concluſio. Religioſi non poſſunt habere tutellam teſtamentariam, aut dativam, nec ex licentia ſuperiorum, quod ſi habeant, totum quod gerunt, eſt irritum. Probatur ex hoc capite, *& cap. Monachi 2. 16. quæſtione 1. & cap. unico de ſyndico,* Item ex *authentic. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles l. Caſtella 14. titul. 16. part. 6. Ordinatio Luſitana lib. 4. titul. 102. §. 1.* verbo, *ou religioſo,* ſequũtur *Angelus,* verbo, *tutella numer. 1.* & ibi, *Sylv. quæſtione 3. Tabiena quæſtione 1. numer. 2.* ubi aiunt, monacho interdictam eſſe omnem tutellam præter dativam. *Azor. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæſtione 3. Molina tomo primo tractat. 2. diſput. 121. §. Religioſus, Sanch. tomo ſecundo Decalogi lib. 6. capit. 14. numer. 23. Cavalcan. de tutore, & curatore numer. 288.*

11 Sexta concluſio. Religioſi nec etiam legitimam tutellam poſſunt habere; eſt expreſſè contra Gloſſam hic verbo, *tutellas in 2. ſolutione,* & ibi, *Turrecremat. in fine, Angelum Sylv. Tabienam, & Azor. ſuperiori concluſione citatos,* qui omnes aiunt, benè poſſe religioſum ſponte ſua, & ex ſuperioris beneplacito acceptare tutellam legitimam, licet ad hoc compelli non poſsit. Moventur quia licet *authentic. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles* id religioſis interdicatur, tamen eam correctam putant per hoc noſtrum caput, ubi ea tutella permittitur religioſis. Noſtram nihilominus concluſionem verius probat *dict. authentic. de Sanctiſſimis epiſcopis, §. Deo autem amabiles; l. Caſtella 14. & Ordinatio Luſitana* citata concluſione 5. Gloſſa hic, verbo, *tutellas in 1. ſolutione, Gregorius Lopez dicta l. 14.* verbo, *no puede, Roſella,* verbo, *tutella num. 2. Molina,* ubi proximè *diſputat. 221. §. religioſus,* ubi ait audiendam non eſſe Gloſſam hic, verbo, *tutellas in 2. ſolutione, Coſta de remedijs ſubſidiarijs remedio 72. Sanch. tomo ſecundo Decalog. lib. 6. capit. 14. numer. 25.* ubi benè docet nuſquàm per hoc caput correctum eſſe *authentic. de Sanctiſſimis epiſcopis.*

Septima concluſio. Religioſi benè poſſunt, 12
ſi velint, acceptare tutellam miſerabilũ perſonarum, habetur hîc, & *capit. 1. & cap. epiſcopus gubernationem eandem diſtinctione 88.* docet Gloſſa hic verbo, *tutellas in fine,* & *Turrecremat. ad finem, Roſel.* verbo, *tutella num. 2.* & ibi, *Angelus numer. 1. Sylv. eodem quæſtione 3. Tabiena quæſtione 1. num. 2. Armilla numer. 2.* quanvis contrarium teneat *Gregor. Lopez dict. l. 14. citata,* verbo, *no puede,* quem ſequuntur *Sanch. tomo 2. Decalogi lib. 6. cap. 14. numer. 26.* ex fundamento, quod apud eum videbis, ubi bene addit, religioſos ad hoc cogi non poſſe, cum nullum inveniatur verbum religioſum obligans ad hanc tutellam.

In textu, ibi, *Eccleſiaſticæ cor-* 13
rectioni ſubiaceat. Pœnæ impoſitæ epiſcopis, clericis, & religioſis negotiantibus, ſunt ſuſpenſionis *cap. conſequens diſtinctione 88.* ubi vide poſita *num. 2.* & ſequentibus, & *cap. penultim. diſtinctione 91.* Item excommunicationis, *cap. 2. ne clerici vel monachi,* vide apud *Leſium lib. 2. cap. 11. dub 1 num. 4.* Sunt tamen hæ pœnæ, non ipſo iure latæ, ſed ferendæ, ut bene notant *Molina tomo ſecundo diſputat. 342. §. pœna autem, Rebellus 2. part. de obligationibus iuſtitiæ lib. 9. quæſtione ultim. ſectione 2. à num. 4.* ubi uterque advertit eaſdem pœnas innovatas eſſe à *Tridentino ſeſſ. 22. de reformatione, capit. 1.*

DISTINCTIO. LXXXVII.

CAP. Licet. I.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nunquam claudit gremium suũ ad se redeuntibus.*
2 *Id solùm possumus, quod licitè facere possumus.*
3 *Cognoscit iudex ecclesiasticus de omnibus causis miserabilium personarũ, etiam laicorum.*
4 *An cognoscat de causis viduarum, & orphanorum; cum sunt divites? & num. 5.*
6 *Causæ viduarum, & orphanorum in sacris litteris commendantur.*
7 *Privilegium viduæ prævalet alijs.*

1 IN textu, ibi, *Non debemus, in quantum possumus; nos negare.* Quia ecclesia nunquã claudit gremium suũ redeuntibus ad se, iuxta notata in *cap. ex parte de verbor. signific. at. & in cap. qua fronte de appellat.* & tenet *Iason ad l. 1. §. sublata, ff. ad Trebel. in 2. lect. nu. 18.* Quia propter *Trident. sess. 15. in decreto prorogationis* humaniter excipiendos promittit, & benigne audiendos qui veritatis studio cognoscẽdæ venerint. Vnde per *Farinacium tract. de hæresi quæst. 177. numer. 107. limitat. 9.* dubius in fide, quanvis pertinax fuerit, si omittat dubitationem, & partem catholicam amplectatur ad ecclesiæ gremium recipiendus est, abiurata tamen prius hæresi, & ita obseruari testatur *Franciscus Pegna in addit. ad Eimericum in Direct. Inquisit. part. 2. ad cap. 1. extra de hæreticis fol. 80. colum. 1. in fine.*

2 In text. ibi, *In quãtũ possumus.* Quod intelligi potest tàm de potestate physica, quam morali; & quidem omissa physica potestate, de morali loquendo, id solùm possumus quod licitè facere possumus, ut communis Theologorum, summistarum, & Canonistarum docet locutio. Non enim posse dicitur aliquis, quod contra ius potest. *Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 13. nu. 34.* & ideo verba intelligi debent secundum ius *l. quæro, § inter locatorẽ, ff. locati. l. Nepos de verb signif. cap. causã quæ de rescript. cap. cum dilectus de consuetud.* Quaproter cum de pupillo, & paupere iudicium exercetur, non pro illis iudicandum est, cum caveat Deus ne in iudicio mesereamur pauperis *Exod. 27. nu. 3. & 6.* Sed secundum iuris dispositiones.

3 In textu, ibi, *Viduarum, & orphanorum causas.* Ad ecclesiam pertinet pauperũ causas, & viduarum, ac pupillorum cognoscere, *Barb in l. 1. part. 1. num. 40. ff. soluto matrimonio.* Cognoscit enim iudex ecclesiasticus de omnibus causis miserabilium personarum, etiam laicorum; putà de causis orphanorum, viduarum, & aliorum pauperum; nam tales personæ possunt laicos coram iudice ecclesiastico convenire, ut habetur per *Abbat. & Doctores in cap. significantibus de officio delegat. & Abbat. in cap. licet ex suscepto colum. 2. de foro compet. & in cap. ex parte num. 11. Bald. in Authent. ad hæc col. 2. vers. quæro nunquid. Cod. de usur. Marantam part. 4. distinction. 11. num. 9. Barbosam citatum num. 49. Menoch. remedio. 3. num. 411.* cum sequentibus, *& remedio 15 num. 248. Petrus Foller. in addit. Marantæ* ait, Forté hoc non procedere in Regno, ubi sunt iura municipialia in favorem miserabilium personarum & data est electio ipsis adeundi quemcumque iudicem voluerint. Nam cum ipsæ miserabiles personæ habeant plures iudices sæculares, & electionem eligendi quem voluerint (quod etiam videre est in *Ordinat. Lusit. lib. 3. titul. 5. num. 3.*) frustra adirent ecclesiasticum iudicem, pro qua limitatione adducit *And. Barb. in Addit. Abb. in cap. ex suscepto de foro compet.* A qua sententia non videtur recedere *Covar. practicar. cap. 6. nu. 1.* ubi nostri textus meminit, dum ait, quòd viduæ, & miserabiles personæ possũt reos laicos corã ecclesiastico iudice super rebus prophanis convenire, ubi iudex sæcularis neglexerit eis iustitiã ministrare; probat *cap. ex tenore de foro compet.* ubi dicit idem omnes sentire.

4 Sed quid dicendum, si vidua, & orphanus fuerint divites, gaudebunt ne hoc privilegio miserabilium personarum? Negat *Marant. part. 4 distinct. 11. num. 9. & distinct. 9. numer. 195. cum Abb. Ioann. de Imol. Felin.* Negant etiam plures, quos refert *Rolandus à Valle cons. 76. Alexand. in cons. 121. colum fin. volum. 1. Cardin. Flor. in cap significantibus de offic. delegati Iaf. l. Titiæ textores col. 5. in principio deleg. 1. Specul. in titul. de inst. edit. §. nunc verò* vers. *& scias secundo. Hieron. in Addit ad Guid. Pap. in quæstione 566.* facit etiam quod notat *Innoc. in dict. cap. significantibus,* ubi dicit, quòd vidua, ut gaudeat privilegio dictæ legis. 1. debet esse pauper, secus si dives, quia tunc nõ potest dici, quód careat defensione, cum omnia obediant pecuniæ; ut dicitur *Eccles. 10.* Innocentium sequitur *Isern.* relatus. *Aflict. in const. Regn. constitutione lege præsenti colum. 2. Paul. de Castro in Rubr. Cod. quando Imperator inter vid. &* cæt. & alij. *Cornel. Bevincas. de privileg. paupert. quæst. 4. num. 12. Tiraquel. in l. si unquam,* verbo, *facultatum,*

tatum, num. 1. prope finem. Cod. de revocand. Maſcard. concluſ. 1064. numer. 3. Tuſch. littera V. concluſ. 203. in principio.

Contraria tamen ſententia tenet, perſonas de quibus loquimur, gaudere huiuſmodi privilegio, etiamſi ſint divites; ita Rolandus citatus cum *Innoc. Iſern. in conſtitutione ſtatuimus Abb. in cap. ex parte, de foro compet. colum. 2. & in capiteterum de iudic. Bald. Novel. in tractatu de dote in nona parte 17. ſpeciali. Butrigar. in l. 1. ff. ſoluto matrim. colum. 6. verſ. Tertius caſus, & Neviz. in Sylva nupt. fol. 25. colum. 3.* ubi reſpondent ad *Specul. & Alex.* ubi ſupra, relati omnes ab eodem Rolando, idem ſentit *Cabed. deciſ. 54. num. 13.* cum *Covar. practicar. capit. 6. numer. 2. Theſaur. Pedamont. deciſ. 177. numer. 3. Virius deciſ. 459. num. 12. & deciſ. 521. à numer. 7. Vincent. de Franch. deciſ. 100. num. 19. Menoch. de arbitrar. caſu. 66. nu. 4. Alexand. Tretaſinq. lib 1. variar. reſolut. titul. de citat. reſolut. 2. num. 16. Barboſ. in l. 1. part. 1. num. 50. ff ſolut. matrimon. Camill Borrel. in ſumma omnium deciſ. titul. 56. à num. 9. Bernard. Muſcatel. in ſua praxi aurea civil. Gloſſa competem, num. 57. Gratian. diſcept. forens. cap. 182. numer. 3. Rodericus Gonçalvez in lib dos privilegios das molheres prarogativa 48. ex Ordin. Luſitana. lib. 3. titul. 5. §. 3.* Quæ opinio omninò eſt ſequenda, & probatur *in c. ex parte de foro compet.* ubi Regina Angliæ gaudet privilegio meſerabilium perſonarum, quia convenit laicum coram iudice eccleſiaſtico.

6 Ibi, *Divina manifeſtat aſſertio* Notat *Covar. practicar. cap. 6. verſ. leges autem*, præcitatas leges in favorem viduarum, & orphanorum maximè convenire, in privilegijs his concedendis, ſacris eloquijs. *Exod.* enim 22. *numer. 22.* ita leges. *Vidua, & pupillo non nocebitis. Deuteron. 10. numer. 18. Facite iudicium pupillo, & vidua. Iſaiæ 1. numer. 17. Defendite viduam. Ierem. 4. numer. 28. Cauſam viduæ non iudicaverunt. Eſdra. 4. capit. 2. numer. 20. Orphanum iuere. Pſalm. 10. numer. 14. Orphano tu eris adiutor, &cet.* Nam pro orphanis, viduis, & miſerabilibus perſonis debent clerici ſummopere laborare. *Gregor. Lopez part. 1. titul. 6. l. 52. Gloſſa Enemigos* in fine, ubi noſtri textus meminit.

7 In Gloſſa, verbo, *Plus, ad medium*, verſ. *ſimiliter viduis.* Notabis tamen, quòd ſcholaris conventus à vidua coram poteſtate non habebit privilegium *Authentica. Habita Cod. ne filius pro patre*, & ibi notat *Bald. colum. 7. numer. 56.* ex eo, quia cum privilegia ſint æquè ſpecialia; maior, ratio eſt ex parte viduarum, quia debiliores ſunt. Vnde ſimiliter ſi concurrerent mulier, & minor, potentius eſſet privilegium viduæ, quàm minoris; argumento textus in *l. in multis, ff. de ſtatu hominum*, ubi notat *Bald. numer. 5.* quòd cæteris paribus plus favetur monaſterio monialium, quàm monachorum, probat utrumque *Gregor. Lopez partit. 3. titul. 3. l. 5. Gloſſa 21.* ad finem, qui noſtram Gloſſam refert.

CAP. Defenſionis. II.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint miſerabiles perſonæ?*
2 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ ſint miſerabiles perſonæ, præter expreſſim in iure nominatas.*
3 *Epiſcopus poteſt ſe intromittere de executoribus teſtamentorum.*
4 *Pupillus quis dicatur?*
5 *Quis ſit pupillus in ordine ad privilegium conceſſum miſerabili perſonæ?*
6 *Pupillus opem præſtandam eſſe, docent ſacræ litteræ.*

IN textu, ibi, *Defenſionis propriæ deſolatis auxilio.* Id eſt miſerabilibus perſonis. Quæ autem ſint miſerabiles perſonæ, ponunt Doctores *in l. 1. Cod. quando Imperator inter pupill. & in cap. ſignificantibus de officio delegat. Guido deciſ. 556. Matanz. de ordine iudiciorum, 4. part. diſtinction. 9. numer. 77. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu. 66. Reluſſus ad leges Gall. tomo primo titul. de ſententijs præiudicialibus l. 12. articul. 8. Gloſſa ultim. Covar. practic. cap. 6. Gregor. Lopez l. 6. titul. 3. part. 3.* relati à *Cabedo deciſ. 54. numer. 9. Scacc. de appellat. quæſtione 7. numer. 138.* ubi etiam tenet, miſerabilem perſonam dici omnem, cuius natura movet nos ad miſerandum propter fortunæ iniuriam.

Præter perſonas expreſſim in iure nominatas, arbitrio iudicis relinquitur, quæ dicantur miſerabiles perſonæ, ut tradit *Cabed.* citatus, & *Areſio 32. part. 1. Flamin. de reſignat. lib. 5. num. 139. Azeved. in numer. 12. titul. 3. lib. 4. nove recopilat. Bevadilla in ſua Politica lib. 3. capit. 14. num. 75. Fatinac. in noviſ. deciſ. 862. num. 10. Scacc.* citatus *Graveus ad practicam Camera ſuper lib. 1. concluſ. 1. conſid. 1. numer. 2. Caſtillo, quotid. lib. 3. capit. 25. numer. 28. & Duarez in diſt. leg. 1. Cod.*

quando Imperator inter pupill. Doctores ubi ſupra; *Covar. practicar. cap. 6. numer. 3.* & eccleſiam miſerabilem perſonam reputari, tradunt, relati à *Covar.* ubi proximè *capit. 7. numer. 3.* quo loco receptum teſtatur in Hiſpania, monaſteria ex quatuor ordinibus mendicantibus, Sancti Franciſci, Divi Dominici, Divi Auguſtini, & Carmelitarum: item & monialium cuiuſcumque ordinis, & inſtituti miſerabilium perſonarum privilegium habere. Sic qui peregrinantur, dicuntur perſonæ miſerabiles, & ſecuritate gaudere debēt res, quas demittunt in patria peregrini, debent enim tales ab eccleſia defenſari, notat *Gregor. Lopez. parti. 1. titul. 24. leg. final Gloſſa 1.* ubi noſtri textus meminit. *Peres lib. 3. Ordinam. titul. 1. l. 1. Gloſſa 3. pagin. 463. verſ. Item dicimus.* 1

2

3 Ibi, *Deſolatis auxilio.* Ex hoc textu colligit Panormitanus in *cap. cum eſſes de teſtam. numer. 33.* quod epiſcopus poſsit ſe intromittere de executoribus teſtamentorum, etiam ad non pias cauſas, ſive procedat ex officio, ſivè actione intentata per legatarios. Sicut obſervatur, inquit, in alijs cauſis ſpectantibus ad forum eccleſiæ, ut in *cap. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignific. & 86. diſtinction. cap. 1. & 2.* Vnde fit, ut epiſcopo ſuccedat capitulum, ſede vacante, in exequendis ultimis defunctorum voluntatibus, *Covar. in cap. Ioannes numer. 2. de teſtament. Azor part. 2. lib. 3. capit. 39. quæſtione 6. Quarauta,* verbo, *capitulum, ſede vacante* verſ. *Septimò quæro. Praxis epiſcopalis, part. 2.* verbo, *capitulum, §. 9.* Nam ſi defēdere orphanos, & viduas, & alias miſerabiles perſonas ſpectat ad eccleſiam, ut in prælegato, *cap. ſuper quibuſdam,* & in prælegatis *capit. 1. & 2.* multò fortius defenſio, & executio defunctorum, qui penitus ſunt deſtituti defenſoribus, & pro hoc videtur textus in *cap. deſolatis,* aliàs incipit, *defenſionis 87 diſtinction.* ubi dicit textus, quód propriæ defenſionis auxilio deſolati ſpectant ad forum eccleſiæ.

4 Ibi, *Quia pupillis.* Pupillus, quem & orphanū appellat *Auguſtin. tractat. 75. in Ioannem,* inde dicitur pupillus quaſi ſine oculis, qui pupillas habent; hoc eſt, à parentibus orbus, & cuius parentes ante diſceſſerunt, quàm ab eis nomen acceperit. Eſt græca dictio ab Hiſpanis uſurpata, & eum ſignificat, qui caret patre; utiturque hac dictione Imperator in *l. privilegia Cod. de epiſcop. & cleric.* tradit hanc ſignificationem. *Laurent. Valla. lib. 4. elegan. cap. 33.* diſtinguens orphanum à pupillo: quòd pupillus ſit, qui caret patre; eſt tamen in ea ætate, cui tutor datur, qui infra ætatem annorum eſt quatuordecim, ſi maſculus; duodecim, ſi fœmina, qua ætate finitur iure cōmuni, ſive ſit in poteſtate patris, *l. final, §. ſi pupillus ff. de verbor. ſignificat. & l. infanti, §. pen. C. de iure deliber.* ſive quaſi deducta vox à *puppo,* id eſt, puero, & minore. Apud Iuriſconſultum in *l. pupillus, ff. de verborum ſignific.* accipitur pupillus pro eo, qui cum impubes eſt, deſinit in poteſtate eſſe patris, vel morte, vel emancipatione; ita etiam *Paulus de Caſtro apud Rolandum conſil. 76.* Vide *Covar. practicar. capit. 6. num. 2.*

Sed in quo ſenſu accipiatur pupillus in ordine ad privilegium, in hoc cap. ei conceſſum, tanquam miſerabili perſonæ declarat *Covar. practicar. capit. 6. numer. 2. Nos,* inquit, *hac in parte pupillum intelligimus eum, qui ſimul ſit patre orbatus, & minor pupillaris quidem ætatis,* quod notat *Cynus in l. Orphanotrophos ad fin. C. de epiſcop. & clericis Alberic. in l. unica, colum. 1.* praxis verò hoc privilegium recipit etiam in minore viginti quinquè annis, qui patre ſit orbatus. Nam & *Regia l. 14. titul. 2. lib. 3. leg. 1. titul. 1. eo lib. eadē l. 20. titul. 23. & 41. titul. 18. & l. 5. part. 3.* Orphano ſimpliciter tribuit hoc privilegium, non diſtinguens eius ætatem; quæ tamen neceſſariò diſtinguenda eſt ad eos annos, in quibus alieno ductu, & conſilio vivendum eſt. Sed adverte quia ſtatutum præiudiciale generaliter loquens ex mente veriſimili non comprehendit pupillos, quia quanvis pupilli comprehendantur ſub ſtatutis, id tantùm locum habet, quando par ratio militat inter minorem pupillum, & maiorem, aliàs ſecus. *Rald. conſil. 235. numer. 4. in fine,* verſ. *quarto quia lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Tuſchus tom. 6. littera P. concluſ. 976. numer. 2.* Multa alia de pupillis apud *D. Iodocum Houderium in lib.* qui inſcribitur *patrocinium pupillorum.* 5

Ibi, *Etiam diuinitas iuſſit impendi.* Quinimo *Plato 11. de legibus,* ſcribit coli Deos ab ijs maximè, qui orbitatis pupillorum ſenſus habent. Vnde Adrianus Papa. VI. ſymbolum ſibi ſumpſit; *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor;* Vt patet in ſacris eloquijs *Pſalm. 10. numer. 18. Iudicare pupillo, Pſalm. 145. numer. 9. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum, & viduam ſuſcipiet. Eccleſ. 4. numer. 10. In iudicando eſto pupillis miſericors, & pater,* & *capit. 35. numer. 17. Non deſpiciet preces pupilli.* Idem habetur alijs in locis verum ita, ut cauſas eorum, qui ſolent, expedia- 7
mus, nec tamen aliquid miſeræ conditioni contra ius demus, quod apud Iſaiam præcipitur *capit. 1. verſ. 17. 23. Iudicare pupillo* Chaldaice habetur *iudicare iudicium eius.* 6

CAP.

CAP. Quiſquis. III.

SVMMARIVM.

1 *Cognoſcit index eccleſiaſticus de omni cauſa inter laicos, quando iudex ſæcularis non vult iuſtitiam facere, vel negligit, vel eſt abſens.*

2 *Debent eccleſiæ prælati omnibus ſubvenire.*

1 IN text. ibi, *Sperat ſibi remedia.* Data negligentia iudicis, poteſt iudex eccleſiaſticus procedere contra laicos in caſibus, in quibus aliàs non poſſet, modo ſit negligens, & requiſitus non exhibeat iuſtitiam. *Covar. practicar. cap. 6. numer.* 1. ad finem. *Martin. Monter. & Cueva Aragonia, deciſ. 23. num.* 1. *Gonz. al. ad Regul. 8. Chancellar.* §. 2. *præmij numer.* 25. *Bellet. diſquiſit. clerical. part.* 1. *titul. de favore clericor. perſonali,* §. 2. *numer.* 25. *& tit. de favore clericorum Reali,* §. 5. *num.* 36. *Cardin. Tuſch. tom.* 4. *littera* I. *concluſ.* 442. *numer.* 3. & 13. & *tom.* 6. *littera* P. *concluſ.* 41. *num.* 14. *Carolus de Graſſis de effectibus cleric. effect.* 1. *numer.* 390. *Gloſſa,* verbo, *procedere in cap. ſignificantibus de officio delegati,* ubi *Hoſtiens, num.* 4. *Abbas num.* 5. & *Felin, num.* 4. *Bover. ſingul.* 3. *num.* 5. *Gregor. Lopez. l.* 48. verbo, *A dezir tit.* 6. *part.* 1. Imó poterit iudex eccleſiaſticus compellere cenſuris iudicẽ ſæcularem, ut ſuo munere fungatur, *Suar. de cenſuris diſput.* 20. *ſect.* 1. *numer.* 14. quem refert *Bellet.* citatus *d.* §. 5. *num.* 38. Maximé ut peccata publica corrigantur, nam propter negligentiam iudicis inferioris devolvitur iuriſdictio ad ſuperiorem, *Bover. ſingulari,* 1. *num.* 3. *Peres l.* 3. verſ. *fallit. quando tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinam. Gare. Gironda de privilegiorum, & exemptionum explicatione, num.* 464.

2 Ibi, *Prona nos convenit animoſitate præſtare.* Debitum quidẽ paſtoralis officij munus. *Paulus ad Roman.* 1. *numer.* 14. *Gratis, ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Idem. 1. *Corinth.* 10. *numer.* 33. *Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis.* Idipſum Chriſtus commendat. *Ioann.* 21. qui cum Petrum interrogaſſet, *Petre amas me?* ille; reſpondiſſet; *Tu Domine ſcis, quòd amo te.* Non dixit Chriſtus, inquit Chriſoſtomus, Abijce pecunias, ieiunium exerce, macerà te laboribus, mortuos excita, dœmones abige, nihil vel horum, vel aliorum rectèque factorum in medium adduxit, ſed omnibus illis prætermiſſis, dicit illi. *Si diligis me, paſce oves meas:* quia ut inquit *Divus Chryſoſtomus in oratione de Beato Philogonio.* Neque prorſus alia res eſt, quæ perinde declaret quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quam ſi fratrum curam agat, proque illorum ſalute gerat ſolicitudinem. Neque Chriſtus pro illa oratione infiniti valoris, quam pro Petro fecit; *Ego rogavi pro te. Luc.* 22. Aliam repenſationem poſtulavit, quam illam; *& tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Nullum enim officium hoc Deo charius eſt. Addit idem Chryſoſtomus.

CAP. Divinæ. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicatur hic divina retributio, & quid denotet verbum dare?*

2 *Quæ differẽtia ſit inter pauperem, egenum, & inopem.*

3 *Plura ſunt commoda, & privilegia paupertatis.*

1 IN textu, ibi, *Divinæ retributionis.* Explicat Gloſſa, quia nullũ bonum irremuneratum eſt, nec aliquod malum impunitũ. Notabis quod dare denotat initium benefaciendi; reddere circunſcribit menſuram æqualem ijs, quæ ſunt tributa; Retribuere denotat veluti alterum dandi principium, unde per tale verbum ſignificatur aliquando debitum providentiæ, & curæ, quod parentes á natura, habent ut illis, quos ad vitam genuerunt, vivendi ſubſidia ſubminiſtrent, quia parentum eſt liberis theſaurizare 2. *Corinth.* 12. verſ. 14. at Baſilius retribuendi verbum docet in ſcriptura, non ſolùm in præmium aliquod boni, & mali accipi, ſed etiam pro ſimplici largitione, *retribue ſervo tuo,* id eſt, *tribue. Pſalm.* 115. Nam nullus, prior dedit Deo, ut retribuatur illi à Deo, *Eſaiæ* 40. *num.* 13. & magis proprium eſt noſtrum Deo tribuẽti retribuere; Ideo Pythagoras adorari volebat echo, flante vento, quod explicat *Franciſcus Georgius in problem. tem.* 5. *ſect.* 5. *numer.* 434. quia cum creatura facta ſit Dei iubentis voce, & aſpirante flatu ex ipſius ore prodierit, tunc reddit vox flante vento, quando gratia reflectitur in Deum. Sed in hoc maximè elucet Dei miſericordia, ut noſtra

velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, inquit. *Trident. sess. 6. cap. 16.* potuisset enim Deus omnia hominũ opera, tanquam obsequia sibi debita, nullo præmio pro eis dato recipere, imò gratiam postulare ex ipsismet bonis operibus tanquam donis à se datis; sed dignatus est se ipsum sua largitate facere debitorem, ait *Fulgent. in præfat. libror. ad Monimum, & retribuentibus sibi retribuere*; Vnde *Aug. serm. 16. de* verb. *Apostoli* infert posse nos exigere Dominum dicentes, Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti. Mallum autem impunitum poterat Deus relinquere, sed ex iustitia gubernativa, seu providentiali maluit moderari universum sub punitione delictorum, ut sic homines contineret. Quænam verò sit iustitia in infligendis pœnis, & in præmijs retribuendis. Adi *Suar. tractat. de iustitia* per totum.

2 Ibi, *Egentium commodis.* Quæ differentia sit inter pauperem, egenum, & inopem; Vide apud *Alexandrum conf. 91. repetitum, num. 2. 3. & 4. lib. 7.* relatum à *Gonzales Glossa 2. numer. 46.* & de hac differentia *Lorichius in Ecclesiasten. capit. 5: vers. 7.* & *in Psalm. 34. vers. 10.*

3 Commoda verò, & privilegia paupertatis. Vide per *Archidiacon. in cap. pauper num 1. 11. quæst. 3.* ubi cumulat. 22. privilegia, & *Felin. in cap. si qui testium. 8. de testibus nu. 10.* post *Bald.* ibidem. *Gygantem in tract. de pensionibus quæstione. 80.* per totam *Gregor. Lopez. in l. 4. Glossa 1. nu. 319. part. 4. Rebuff. de privilegijs scholarium, privilegio. 90.* per totũ ubi etiam citati Doctores dicunt, præcipuè *Felin.* ubi supra *num. 11.* procedere, quanvis si ex culpa propria procedat paupertas, *Covar l. 2. variat. cap. 16. num fin.* & multa enumerat *Gonzales Glossa 2.* fere per totum.

CAP. Irreligiosum. V.

SVMMARIVM.

1 *Iurant tutores, & curatores facere utilia pupillis.*
2 *Debẽt tutores pupillorum institutionẽ, bonosque mores procurare.*
3 *Tutor cum benè administrat, habetur loco patris, cum malè, loco furis.*
4 *Tutor tenetur regulariter de lata, & levi culpa, & num. 5.*
6 *Tutor res minoris emere non potest.*
7 *Res immobiles minoris vendi non possunt, sine decreto iudicis.*
8 *Advocatus causas clientuli summa fidelitate debet defendere.*

IN textu, ibi, *Irreligiosum.* 1
Quia frãgit iuramẽtũ, Iurãt enim tutores & curatores facere utilia pupillis, & adultis quibus deputãtur, & prætermittere inutilia ipsorũ etiam res, & personas ad cõmodum, & utilitatem eorum bona fide custodire, & salvare, & administrationis suæ rationem tempore debito reddere, cum resiguarum resignatione; ut tenet *Glossa Clement. quia contingit, de religiosis domibus*, notatque ibi Panormitanus; Vnde tutores, & curatores contumaces in non iurando de calumnia præiudicant pupillo, & adulto, ut contra *Speculatorem* probat. *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 1. quæst. 23. num. 271. & num 288.*

Ibi, *Educaverit sanctitate.* 2
Nota cum *Rebello 2. part. lib. 17. de officio tutoris.* Officium tutoris, & curatoris non tantùm esse, ut bona minoris administrent, sed etiam eius institutionem, bonosque mores procurare, qua in re negligentia tanta esse potest, ut mortalis culpa sit, iuxta *Navar. cap. 25 numer. 67.* Nec solũ bonos mores, sed etiam institutionẽ procurare tenetur, iuxta ipsius pupilli qualitatem, ut patet per *l. complures, §. tutor ff de administ. tutor.* aliasque leges.

Ibi, *Ultra latrocinium.* Notat *Panormitanus cap cum venerabilis de excep. num. 5.* quòd tutor cum benè administrat, habetur loco domini, sed cum malè loco furis, *l. qui fundum, §. si tutor, ff pro emptore, &* ut ait *Petrus Valenderanus in comment. de privileg. creditor. cap. 6.* in principio. Tutor, qui contra quam postulavit æquitas, res pupilli administrat, infamia notatus est *l. 1. ff. de his qui notantur infamia.* Qua propter à *Ciceron. pro Q. Roscio Comœdo*; inter privata iudicia fũmæ existimationis relatam esse tutelam videmus: *si qua sunt ita, (inquit) privata iudicia summæ existimationis, & pene dicam capitis, tria hæc sunt, fidutiæ, tutelæ, societatis, æquè enim perfidiosum & fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit, & socium fallere, qui se in negotia coniunxit.* 3

Ibi. *Quod eos bonisculis parentum reliquit extorres.* In administrãdis bonis minoris, tenetur regulariter tutor (& idem dicendum de curatore) de lata, & levi etiam culpa, ut determinat *l. quicquid 7. C. arbitrium tutelæ*, & tradunt ibi, Glossa, & Doctores communiter 4

Sylvest.

Sylveſt. verbo, *reſtit.* 3 q. 8. *dict.* 3. *Rebellus de obligat. iuſtit.* 2. p. *lib.* 17. *de officio tutoris, & curatoris, quæſt. unica, num.* 17. *Valaſc. in praxi partit. cap.* 8. *num.* 18. cum *Salicet. Odofred. Dec. Cagnol. Garcia,* & alijs. Quæ autem dicatur culpa lata, levis, & leviſſima, *Peres ad l.* 5. *Ordinam. pag.* 211. *Conan, comment. iuris civilis, lib.* 7. *cap.* 4. *à num.* 7. *Brunor. à Sole in locis commun.* verbo, *culpa,* 2. *Molin. de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 293. *num.* 4. *Sayr. in clavi Regia, lib.* 10. *Surd. deciſ.* 87. *num.* 8. & *deciſ.* 198. *num.* 16. *Farin. in praxi crim. quæſt.* 88. *num.* 53. & ſequentibus.

5 Diximus, *regulariter,* iuxta *Gloſſam* 2. *l. Romana, Cod. arbitrium tutelæ;* quia non negandum, quin ſi nullus eſſet futurus alioquin tutor, & curator, & pariter quis abſq; ullo pretio tutelæ adminiſtrationem gereret, non niſi de dolo, & lata culpa eſſet obligandus, & ita *l.* 2. *Cod. ſi tutor, vel curator;* præterea tutor, & curator non eſt obligandus, niſi de dolo, lataq; culpa, quando ita teſtamentarius tutor, curator, vè eſt, ut teſtatur, præſumpſerit de lata tantum culpa, aut etiam de nulla cum obligandum eſſe, iux. 6. *l. Quidam decedens, ff. de adminiſtr. tutor.* præterea in exequend. ſeu exigendis nominibus debitorum, tutor, ſeu curator, non niſi de dolo, & lata culpa tenetur, iuxta *l. cit. Roman.* & tradunt ibi *Gloſſa Salicet.* & alij. Denicq ſi quoad emenda prædia, ſeu ſtabilia bona negligens fuerit etiam dumtaxat de lata culpa, dolo vè tenetur, iuxta *l. Tutor qui, Repertorium, ff. de adminiſtr. tutor.* tenetq; *Rebellus* citatus, legendus etiam *Valaſcus,* ubi ſupra.

6 Ibi, *Alia retinendo.* Quanvis tutor, & curator juſtum pretium ſuæ adminiſtrationis exigere poſſint, ut oſtendit, & probat *Rebellus* 2. *p. lib.* 17. *de offi. io tutoris.* Tamen res minoris, ſive tales ſint, quæ ſine decreto iudicis vendi non poſſint, ſive non, emere non poteſt tutor, aut curator, neq; perſona illi ſubiecta, qualis eſt filius, aut uxor: alioqui emptio eſt ipſo iure nulla, &
3 punitur ſolutione quadruplici, *l. Non licèt,* & *l. Si emptione,* 23. *tit.* 11. *lib* 5. *nova collect. legum Caſtellæ,* iuncta *l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. & tenet *Ord. Luſit. lib.* 1. *tit.* 87. §. 29. quæ etiam intelligenda vult *Molin. diſp.* 488. *de conductione eorundem bonorum,* cum ſit eadem ratio.

7 Ibi, *Alia contra leges, & iura vendendo.* Res immobiles minorum, & quæ cum immobilibus computantur, ut ius ad annuos redditus, alienari non poſſunt, ſine decreto iudicis à quo oblata, ac probata prius coram illo legitima cauſa, ut id fiat, decernit, ut vendantur, aut alio modo alienentur; contractusq; & alienatio aliter facta, ſunt ipſo iure nulla; ut probat *Molin. diſput.* 224. §. *Res,* & idem eſt de rebus mobilibus pretioſis, ut de gemmis, vaſis aureis, & argenteis, mancipijs, & alijs ſimilibus, ut habetur *l. Lex quæ, Cod. de adminiſtr. tutor.* vide multa de hac materia apud *Molin. citatum.*

In Gloſſ. verbo, *Non omni,* ibi, 8
Clientulos non defendunt. Docet *Gloſ.* quòd advocatus cauſam clientuli, ſumma fidelitate debet defendere, de quo *Gregor. Lopez in proœmio,* p. 3. *tit.* 6. quem refert, & ſequitur *Suar. de Paz, in praxi,* p. 1. *in initio, annotatione* 5 *fol.* 16. *num.* 45. ubi noſtræ Gloſſæ meminit. Quare ſi advocatus iura, & arcana ſui clientuli adverſæ parti revelaverit, mortaliter peccabit, & ad reſarcionem damni tenebitur, ut probat *Gloſſa penult.* & ibi *Jaſon. num.* 15. *in l. Si procurator, Cod. de procuratoribus,* reſolvit *Navarr. in Manual cap.* 25. *nu.* 29. & incidit in pœnam falſi, iuxta textum, & ibi *Bart. in l. Si quis aliquid, in* 2. §. *Inſtrumenta, ff. de pœnis.*

CAP. Eos qui. VI.

SVMMARIVM.

1 *De multiplici immunitate eccleſiæ, & quo iure introducta.*
2 *Quænam eccleſiæ propria immunitate gaudeant?*
3 *Quæ perſonæ gaudeant propria eccleſiarum immunitate?*
4 *An infidelibus valeat hac immunitas?*
5 *An hæretici gaudeant hac immunitate?*
6 *In quibus caſibus valeat templorum immunitas, & in quibus non?*
7 *Quod crimen, & quæ pœna iudicis reum extrahentis ab eccleſia?*
8 *An liceat eccleſiaſticis perſonis armis uti, ad defendendum confugientem ad eccleſiam?*
9 *Quis interim præſtabit ei alimenta?*
10 *Servo non ſolum conceditur immunitas reſpectu iudicis, ſed etiam reſpectu domini.*

IN textu, ibi, *Ad eccleſiam confugerint.* De multiplici immunitate eccleſiarum, & præſertim quoad tutionem delinquentium, & quo iure introducta ſit, latè diſſerit *Suar. tom.* 1. *de religion.* 1

lib. 3. cap. 8. Comitolus lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 92. 93. & ſequentibus. Gabriel Pereira de manu Regia, 2. p. cap. 50. Hieronym. Albanus Cardinalis. Joannes de Viſchis, Remigius de Gounis in tract. de immunitate eccleſiar. & de perſonis confugientibus ad eas; referuntur *tom. 13. tract. iuris, in impreſſione novissima*; eleganter, & late *Ludovicus Correa in repetit. cap. Inter alia de immunit. eccleſ.*

2 Sed rogabis, quænam eccleſiæ propria immunitate gaudeant? Latè de hac materia *Suar. citat. cap. 9.* ubi reſolvit, & probat primò gaudere hac immunitate eccleſiam authoritate epiſcopi fundatam, & conſecratam, ſeu benedictam. Secundò eccleſiam non conſecratam, nec benedictam, ſi obſequijs divinis dicata ſit, & in ea divina myſteria celebrentur, & etiamſi in huiuſmodi eccleſia divina officia nondum cæperint celebrari. Tertiò, quamcumq; ex dictis eccleſijs, quanvis interdicta ſit, vel polluta, & nondum reconciliata. Quartò, gaudere hac immunitate cœmeterium. Quintò. Hoſpitale authoritate epiſcopi dicatum; & idem tenet de religioſorum monaſterijs quoad totum clauſtrum monaſterij, ſeu habitationem eorũ. Sextò. Palatium epiſcopi ubicumq; ſit ſitum. De privatis oratorijs aliter dicendum, non gaudere ſcilicet hac immunitate. Iura, & Authores, quibus hæ reſolutiones probantur, vide apud eundem *Suarium*.

3 Ibi, *Eos, qui ad eccleſiam.* Si quæras, quę perſonæ gaudeant propria eccleſiarum immunitate? Lege *Suar. lib. 3. cit. cap. 10.* ubi latè de hac quæſtione diſſerit, & generaliter dicit, gaudere hac immunitate omnes fideles baptizatos, exceptis caſibus, in quibus illa negatur, qui videri poſſunt apud eundem Doctorem, & *Gabrielem Pereira, 2. p. cap. 50.*

4 Quæres an infidelibus valeat hæc immunitas eccleſiæ? Affirmat *Gloſſ. cap. Inter alia*, verbo, *Extrahendus*, quam ibi ſequuntur *Hoſtienſ. Ioann. Andr.* & *Tiraq. tract. de primogen. q. 66. num. 8.* & plures alij per eum relati, & per *Covar. cap. 20. num. 11.* Negat *Gloſſa in l. 1. Cod. de his, qui ad eccleſiam confugiunt*, quam veriorem exiſtimavit *Abb. d. cap. Inter alia, num. 6.* & plures alij, quos refert, & ſequitur *Covar. d. num. 11.* qui ſolum hoc probat; quia non eſt par ab eccleſia defendi cum, qui eius gremio, tutelæ, & fidei committere ſe ipſum recuſat; quam rationem dicit *Suar. lib. 3. cap. 10. citato*, non multum convintere; unde utitur ibi quadam diſtinctione, quã vide. Non gaudere tamen hac immunitate Maurum, Iudæum, aut quemlibet alium infidelem, niſi in caſu, in quo ſtatim fiat chriſtianus; tenet *Ordinat. Luſit. lib. 2. tit. 5. num. 1. Gabriel Pereira in manu Regia, 2. p. cap. 50.*

Quæres ſecundò. An hæretici gaudeant hac immunitate? Negat *Covar. cap. 20. num. 11.* & citat *Villarieg. tract. de hæret. q. 11. num. 15.* & alios. Affirmat *Sylveſter. immunitas 3. q. 3. §. Secundum*, ubi dicit hæreticum gaudere hac immunitate, quantum ad alia maleficia ab hæreſi, & hanc *Sylveſtri* ſententiam ita explicatam, tenet *Suar. citat. num. 13.* 5

Ibi, *Loci ſancti reverentia, & interceſſione defendi.* Si quæras in quibus caſibus valeat templorum immunitas, in quibus non? Lege *Suar. tom. 1. de religion. lib. 3. cap. 11. & 12.* ubi latè de hac re. Lege etiam *Ordin. Luſit. lib. 2. tit. 5.* & *Gabrielem Pereira*, ſupra citatum. 6

Sed petes quale crimen committant, & quam pœnam incurrant iudices reos ab eccleſijs extrahentes? Certum in primis eſt, in caſibus à iure exceptis, nullum eſſe peccatum extrahere per vim fugientem ad eccleſiam, abſq; ulla facultate paſtorum eccleſiæ; ita *Covar.* cum *Guidone Papa*, & *Gulielmo Benedicto*, quos refert, & ſequitur *Suar. lib. 3. cit. cap. 15.* Secundò certiſſimum eſt, grave ſacrilegium committere iudicem, qui reum extrahit ab eccleſia per vim, & contra eccleſiæ immunitatem, vt cum *D. Thom.* docet idem *Suar.* qui ex hoc cum multis probat, teneri ſæcularem iudicem ad reſtituendum eccleſiæ eum, quem ita extraxit. Si quæras, an iudex propter dictum ſacrilegium incurrat aliquam pœnam? *Suarius citat.* docet, lege civili impoſitam eſſe graviſſimam pœnam, ſed non eſſe in uſu. De iure autem Canonico dicit nullam cenſuram inveniri in iure latam ipſo facto, propter hoc crimen. Addit tamen cum *Sylveſt.* debere iudicem ſic delinquentem excommunicari; ſed intelligendum eſſe non abſolutè, ſed ſub conditione, niſi eccleſiæ ſatisfaciat, & reum reſtituat. 7

Ibi, *Defendi.* Quæſtio eſſe poteſt, an liceat clericis, vel eccleſiaſticis perſonis ſumere arma, & illis activè uti ad defendendum confugientem ad eccleſiam? Et ratio dubitandi eſt, quia interdum ita fit, & videtur eccleſia uti iure ſuo, ex illo principio, quòd vim vi repellere licet. Negat id fieri debere *Covar.* cum alijs, relatus à *Suario*, non tamen declarat an poſſit. *Suar. cap. 13. nu. 5.* aſſerit, perſonis eccleſiaſticis per ſe hoc non licere; quia clericis prohibitum eſt ſumere arma ſine ſpeciali diſpenſatione, quæ in hoc caſu non conceditur, nec regulariter neceſſaria eſt. Poſſent tamen interdum paſtores eccleſiæ uti auxilio laicorum ad eccleſiam defendendam. Sed hoc, inquit *Suar.* rariſſimè expediet, quia ſequi poſſunt magna ſcãdala, quæ maioris momenti 8

momenti ſunt, & magis vitanda, quàm unius eccleſiæ violatio.

9 Dubitabis, quando quis habet immunitatem in eccleſia, ut extrahi non poſſit, quis interim præſtabit ei alimenta? *Textus in l. Præſenti, §. fin.* dicit quòd eccleſia; & ità determinat Gloſſa, & per illum textum in *d. cap. diffinivit*, & tenet *Bart. in Authent. de mandat. Principum, §. Sed neque, num. 6.* Nam eccleſia alit deliquentes, qui ad eam confugiunt. *Boer. deciſ. 303. num. 3. Lara in l. Si quis à liberis, §. Solent, num. 46. ff. de liber. agnoſcend. Surd. de aliment. tom. 1. quæſt. 73.* à principio.

10 Ibi, *Mancipijs ad eccleſiam confugientibus.* Notat *Suar. de immunitate eccleſiæ, cap. 10. nu. 1.* quòd ſervo non ſolùm conceditur immunitas reſpectu iudicis, ſi delictum commiſit, propter quod poſſit publicè puniri, ut conceditur homini libero; ſed etiam reſpectu domini, ſi ſolum ità deliquit, ut privatim ab eo puniri poſſit; quod habetur etiam *27. quæſt. 4.* Eſt autem ſervus fugiens ad eccleſiam ex timore domini, compellendus redire ad dominum, poſtquam dominus de ſervi impunitate clericis iuramentum præſtiterit. *Navarr. in Manual. cap. 25. num. 19. Covar. variar. lib. 2. cap. 20. num. 14.* verſ. *His ſuffragatur. Maſcard. de probat. concluſ. 533. Soarez de Pace, part. 5. cap. 3. num. 153. Gutierr. lib. 1. q. 1. num. 31. & 18. Anaſt. Germon. cap. 16. num. 55. lib. 3. de ſacrar. immunit. Cardoſ. in praxi iudicum, verbo, ſervitus, num. 69. frat. Raphael de la Torre, diſp. 7.* prope fin. *Guido Pancirol. in theſaur. variar. deſc. lib. 2. cap. 182. Aver. inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 9. quæſt. 9.* in fine, verſ. *Quid dicendum eſt de ſervo. Ludovic. Rodolphin. quæſt. variar. lib. 2. quæſt. 36. num. 11.* Imò quoties prudenter timetur morale periculum de gravi nocumento ſervi, non obſtante iuramento, cogendus eſt dominus maiorem cautionem adhibere, vel certè ſervum vendere, ut *Panormitanus* ait, quem ſequitur *Suarius* citatus.

CAP. Libertos. VII.

SVMMARIVM.

1 *Libertus eſt, qui cum eſſet ſervus factus eſt liber.*
2 *Libertatis datio non inducitur ex verbis enunciativis, ſed tantùm ex diſpoſitivis.*
3 *Cauſa libertatis eſt cauſa pia.*
4 *An cauſa libertatis ſit cuilibet alij pia cauſa præferenda? & num. 5.*

IN textu, ibi, *Libertos.* Libertus eſt, qui cũ eſſet ſervus, factus eſt liber, Libertus, qui apud Romanos anulo donatus erat, velut ingenuus cenſebatur vivens, ita ut haud ſecus, quàm qui vir liber, magiſtratus, & honores gerere, & reliqua ingenuorũ munera obire poſſet, eratq; conſtitutum, ut qui libertus anulo donaretur, exploſo veteri nomine, equeſtres aſſumeret, lege *Alexand. ab Alexand. genialium dierum, lib. 2. cap. 19.* 1

Ibi, *Legitimè à dominis ſuis factos.* Quæſtio eſt ſæpe in Senatu incidens, ut teſtatur *Cabedus deciſ. 186. num. 1.* An, ſi teſtator adhuc vivens non verbis diſpoſitivis, ſed tantùm enunciativis, & ex urbanitate, vel ex adulatione potius, quàm ex voluntate probatis, libertatem donet, inducatur datio libertatis? Putà cum dixit, ſe pro libera habere ancillam, & liberam poſt mortem ſuam relicturum (ſi liceat ei teſtari eo tempore, & cum voce morti) In hac quæſtione deciſum fuit in Senatu libertatem datam non videri; malè enim agitur cum dominis ſervorum, (ut aliàs dicit Imperator) ſi ſanctæ ſervis prærogativa deferatur, ut ex verbis obiter prolatis, & abſque ulla manumittendi voluntate iuri ſuo detrahere intelligantur. Quare libertas competere non poteſt, niſi ex verbis vulgaribus, & quibus evidenter dantis voluntas exprimatur, *l. Libertates, ff. de fidei commiſſar. libertat.* Verba enim adulationis, vel iactantiæ non inducunt diſpoſitionem, *textus* ubi Doctores in *l. Generaliter, ff. de uſu fruct. l. Obligationum ſubſtantia, §. 1. ff. de actionib. & obligat.* facit *l. 1.* ubi *Bart. ff. de teſtam.* præſertim) quia, nec promiſſio à domino facta ſervo, illum obligat, *l. Interpoſitas*, in fin. *Cod. de tranſact. l. Cum aſſimes, Cod. de liberali cauſa*; lege *Cabedum citatum.* 2

Ibi, *Eccleſia, ſi neceſſitas exegerit, tueatur.* Eſt enim cauſa libertatis, cauſa pia, ut notat *Bald. in l. 1. §. Sed iuſtem uno, infra de compinn. ſerv. manumiſſ.* & ibi communiter Doctores, & in *l. penult. infra ad Senatuſconſult. Vellean.* ut per *Sarmient. lib. 2. ſelectar. interpret. cap. 7. num. 35.* verſ. *Præterea*, & probat latè *Ægyd. Luſitan. l. 1. Cod. de ſacroſanct. eccleſ. 3. p. §. 2. de libertate*, cum *Ioſ. Everard. Alex. Dec. Covar. Tiraq.* & alijs. Quo fit, ut ſi hodie libertas relinquatur, etſi legibus voluntas ſubnixa non ſit, valeat tamen, ut probat idem *Ægydius.* 3

Adeò autem libertatis cauſam favorabilem quidam exiſtimarunt, ut cuilibet alij piæ cauſæ eam præferrent, cuius opinionis non paucos, nec parvæ authoritatis viros retulit *Tiraq. in præfat. pia cauſa, pag. 11.* verſ. *Quin etiam videtur*, & in 4

& in *l. Si unquam*, verbo, *donatione largitus, num.* 329. cum ſequentibus, *Cod. de revocand. donat.* idq; non levi ratione probare videbantur, deducta ex regula, *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, l. de acceſſionibus, ff. de diverſ. & temporal. præſcript.* Quoniam piæ cauſæ legatum filiorum legitimam nunquam minuit, ut in *cap. Quicũq;*, 17. *quæſt.* 4. *Authent. ſi qua mulier*, ubi notant Doctores, *Cod de ſacroſanct. eccleſijs*, & tamen libertatis legatum non ſolum minuit filiorum legitimam, ſed etiam aufert in totum, ut notant omnes per textum ibi, in *l. Papianus*, §. *Quarta autem, ff. de inofficioſo teſtam.* unde libertatis legatum ipſa legitima favorabilius eſſe, evidenter colligitur, ut notat *Fulgoſ. nu.* 3. & *Paul.* qui hoc mirandum dicit in dict. §. *Quarta autem, num.* 4. quod tamen ibi Gloſſa, & communiter Doctores, ut conſtat ex *Paulo d. num.* 4. & *Tiraq.* locis ſupra citatis; exiſtimant eſſe correctum p *Authent. de Triente, & ſemiſſe*, §. *Prohibemus, collat.* 3. & *Ægyd.* 3. *p.* §. 2. *C. ſacroſanct.* latè probat non eſſe veram concluſionem, quam probant Doctores, ex d. §. *Quarta autem*, legitimam ſcilicèt p libertates minui, aut tolli, quia nulla, inquit, ratio petit, ut quòd parens gravitate præſſerit naturali, & civili iure debitum tollere, aut minuere poſſit: de hac quæſtione agit copioſè *Valaſc. conſult.* 67. *num.* 3. & 4. item *Cald. ad l. Si curatorem*, verbo, *læſi, num.* 158.

5 Imò ad lit citatus *Ægydius* non ſemper, & indiſtinctè libertatis cauſam alteri piæ cauſæ præferendam eſſe, cum magis conveniat pietati, in pijs cauſis, pro ea conſulere, & iudicare, cui ſubeundæ ſervitutis æternæ periculum imminet. Vnde, inquit, ſi in propoſita quæſtione, captivorum redemptio cum ſervorum libertate concurreret, illorum potius, quàm iſtorum cauſam eligerem, tàm propter aſperius ſervitutis iugum, quod apud infideles patiuntur, quàm, & præcipuè, propter infidelium converſationem ſcandalis, ac periculo plenam, & animarum ſaluti admodum perniciosam.

CAP. Liberti. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Manumiſſus qui dicatur, & quare?*
2 *Libertas concedi nequit pro tempore determinato, ſed ſemel conceſſa, eſt perpetua.*
3 *Servi in aliquibus eventibus ſibi ipſis acquirunt.*

1 IN textu, ibi, *Manumiſſi.* Manumittere, eſt de ſervo liberum facere, libertatem dare; Erat enim mos in manumiſſione, ut dominus caput, aut aliud membrum ſervi tenens, diceret, *hunc hominem liberum eſſe volo*, & mittebat eum, è manu. *Alex. ab Alexandr. lib.* 4. *genial. dierum, cap.* 10. ait fuiſſe antiqui moris, ut qui à ſervitute in libertatem vocabatur, ralo capitu ad prætorem intraret, apud quem bis, terq; caput percuſſus, vel per lictorem percuti juſſus, virgula, quæ vindicta dicta eſt, aut feſtuca in eum iacta, cum eum vertiſſet dominus, prætoris juſſu ſervitute eximeretur: quiq; libertatem eo modo nactus fuerat, manumiſſus vindicta dicebatur: quo genere manumiſſionis libertatem unà, & civitatem Romanam aſſequebatur. Additq; apud Romanos libertatum triplices fuiſſe ſpecies, nam plerique manumiſſi, liberi, ſimul, & cives Romani erant, quæ maior libertas, & ex vindicta appellatur; alij teſtamẽto, vel æde ſacra, aut ante Conſulem. Nonnulli cenſu fiebant liberi, quo genere manumiſſionis etiam civitatem Romanam aſſequebantur. Illud etiam addendum, quod notat *Ægyd. Luſit. 6. p.* §. 3. *nu.* 8. *C. ſacroſanct.* Manumiſſum novum hominem dici in *l. Si ſervus*, §. *ult.* in fin. *ff. de adimend. legat.* & tenet *Cald. ad l. Si curatorem*, verbo, *læſi, num.* 158.

Ibi, *In ſtatu libertatis eorum.* 2 Hinc colligitur, quòd libertas concedi nequeat pro tempore determinato, ſed ſemel pro quocumque tempore conceſſa, ſit perpetua, ut expreſſè habetur in *l. Libertas*, 31. aliàs eſt 32. iuncta *l. Ideo*, 34. aliàs eſt immediatè ſequens, *ff. de manumiſſis teſtam.* ibi. *Libertas ad tempus dari non poteſt, ideoq; ſi ita ſcriptum fuerit. Stichus uſq; ad annos decem liber eſto. Temporis adiectio ſupervacanea eſt;* & Gloſſa ea *l.* verbo, *ſupervacanea eſt*, ait, illam tẽporis adiectionem ſupervacaneam eſſe, libertate ſuum effectum ſortiente; & huius ratio eſt, quia libertas ſemel data revocari non poteſt, *l. Eſſi ſine dolo*, 8. §. *Quod Papianus, ff. de minoribus*, & probat *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſput.* 19. *num.* 3. qui ex hoc colligit contra *Sotum*, & alios valere matrimonium liberi cum ancilla, cui pro certo tempore donata eſt libertas; quia ancilla illa eſt iam omninò, & perpetuò libera, ut conſtat ex dictis.

Ibi, *In peculio.* Nota quòd licèt ſervi regulariter quidquid 3 acquirunt, dominis acquirant; ut iura præſcribunt; in aliquibus tamen eventibus, qui videri poſſunt apud *Molinam diſput.* 38. ſibi ipſis acquirunt, verum q; dominium comparant. Neque hæc cum iure Cæſareo repugnant, quin potius illis ſuffragatur, dum manifeſtè docet, ſervos interdum habere bona ſua propria, poſſeq; illis bonis inire pactum validum cum dominis ſuis; etenim in *l.* 1. §. *Servos, ff. de offic. præfecti urbis*, inter alia, de quibus dicitur cum poſſe cognoſcere;

hæc

hæc verba habentur. *Servos, qui ſua pecunia empto, ut manumittantur, de dominis quærentes audiet;* & in *l. Vix, ff. de iudic.* inter alios eventus, in quibus permittitur ſervis agere in iudicio cum domino ſuo, his verbis cõnumeratur. *Sed etſi qui ſuis nummis redemptos ſe, & non manumiſſos, contra placiti fidem aſſeverant.* Quare iura, quæ docent, ſervum, non ſibi, ſed domino acquirere, intelligenda ſunt regulariter, & quando aliunde contrarium non conſtat, ut notat *Molina* citatus.

CAP. Si expoſitus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Filij expoſiti cenſentur legitimi.*
2 *An ſint capaces ſanctæ Inquiſitionis?*
3 *Inter miſerabiles perſonas computantur.*
4 *Quorum expenſis debeant lactari?*
5 *Expoſitis nutriendis locum ædificavit Traianus.*
6 *Infans expoſitus, & ſervus ægrotus habitus pro derelicto, libertatem conſequuntur.*
7 *Servus ſanus habitus pro derelicto, quãdo conſequatur libertatem?*
8 *In dubio non præſumitur dominus habere ſervum pro derelicto.*
9 *An habeatur pro derelicto ſervus pro cauſa capitali incarceratus, quem dominus non defendit?*
10 *Exponens filiam tenetur illam dotare.*
11 *Expoſitus occidens patrem non tenetur crimine parricidij.*
12 *Quod limitabis.*
13 *Parentes expoſitorum, an teneantur ad ſumptus nutritionis?*

1 IN textu, ibi, *Expoſitus.* Communior fert ſententia filios expoſitos cenſeri legitimos ordinum, ſucceſſionum, ac hæreditatum capaces, de quo latè controvertunt *Vivaldus in Candelabr. p. 2. tit. de irregularitate ex illegitimitate, num. 120.* & ſequentibus. *Felin. in cap. Cum deputat. num. 10. de iudic. Bernard. ex praxi, cap. 14.* ubi *Additio littera C.* ad fin. *Maiolus de irregularit. lib. 1. cap. 11. Paleotus de Notbis, & ſpurijs, cap. 63.* ubi *num. 4.* agit de Cyro, Moyſe, & alijs expoſitis legitimè natis, *Menoch. de præſumption. lib. 6. quæſt. 54.* & *de arbitrar. caſu 396. Covar. in Clem. Si furioſus, p. 1. num. 9. Suar. de cenſur. diſput. 50. ſect. 4. à num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 399. Gironda de privilegiorum explicatione, num. 1441. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 135. à num. 31.* & *cap. 267. num. 22. Cenedo ad Decretum Collectan. 63. num. 3.* quia in dubio ſtandum eſt pro legitimitate. *Puteus lib. 3. deciſ. 2. Peregrin. de fidei cõmiſſis, art. 43. num. 71. Campanile diverſor. iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 157.* & ſequentibus, ubi *num. 158.* noſtrum textum vocat ſingularem. Sed iam hodie hæc diſputatio videtur ceſſare, quia ſanctiſſimè ſtatuit *Gregorius XIIII. in Bulla anni Domini 1591.* ut expoſiti irregulares non habeantur; refert *Henriq. in ſumma. lib. 11. cap. 20. §. 2.* in fine, & *lib. 14. cap. 8. §. 10. in Commentar. littera L.*

Sunt tamen expoſiti incapaces ſanctę Inquiſitionis, eccleſiarum, collegiorum, ubi ſunt ſtatuta requirentia qualitatem nobilitatis, & puri ſanguinis, & alia huiuſmodi. *Lara de anniverſarijs, & capellanijs, lib. 2. cap. 4. num. 37. Gironda de privilegiorum explicatione, num. 1443. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 2. cap. 267. num. 26.* quia licèt in dubio boni præſumantur: hæc præſumptio nihil operatur, niſi probetur, quando certa qualitas ab ſtatuto requiritur, quia non ſufficit, quòd qualitas adſit præſumptivè. *Cravet. conſ. 225. Roland. conſ. 8. num. 56. vol. 1.* qui plures refert. *Tyberius Decian conſ. 23. vol. 1. Matienzo lib. 1. recopilat. tit. 4. Gloſſa 5. num. 12. Baptiſta Laderchius conſ. 12. num. 1.* citat alios *Lara d. cap. 4. num. 38.* 2

Infantes expoſiti inter miſerabiles perſonas computantur, ut ex noſtro textu tradit *Peres lib. 3. Ordinam. tit. 1. l. 1. Gloſſa 3. pag. 493.* verſ. *Item infantes*, adducens textum in *l. 1. & 2. Cod. de infantibus expoſitis*, & refert *Bartolum* de ſe dicentem, quòd ipſe fuit expoſitus, in *l Quidam cum filium, 132. num. 8 ff de verbor. obligat.* Sed fallitur *Peres* manifeſtè, quia ibi *Bart.* tantùm dicit ſe habuiſſe magiſtrum, qui illum primas litteras docuit, qui vocabatur frater Petrus de Aſiſſio, & poſtea, de Pietate ſic dictus, qui locum Venetijs erexit, qui domus pietatis vocabatur; ubi infantes expoſiti nutriendi recipiebantur. Pergit *Bart.* citra oſtentationem commemorans vitam, & ſtudiorum ſuorum progreſſum, dicens, quod 14. ætatis ſuæ anno ſub Cyno, in civitate Peruſij incepit legibus ſtudere; in 20. anno Bononiæ diſputavit; & in 21. doctoratus fuit. Proſequitur latiſſimè *Iaſ. in d. l. Quidam cum filium, num. 33. uſq; ad num. 42.* ubi multa de laudibus, & confutatione *Bartholi.* 3

Infantibus expoſitis præſtantur alimenta ab eccleſia, vel eius Rectore, ut tradit *Abb. in cap. 1. num. 3. de infantibus, & languidis expoſitis. Iacob. de ſancto Georgio, in l. Hæres abſens, §. Si quis tutelam,* 4

tutellam, num. 45. ff. de iudic. ſequitur *Anton. Sola in tract. de capiendis debitoribus pro cauſa civili, p. 3. Gloſſa unica, num. 8.* Hoc tamen intelligendum, quando in civitate non eſt conſtructum hoſpitale pro lactatione horum infantium; tradit *Petrus Munbos de Eſcobar, de ratiocinijs adminiſtrandis, cap. 25. num. 45.* poſt principium. Vbi verò non ſit hoſpitale ad hoc deſtinatum, Regijs expenſis, vel domini loci debent lactari, ut per *Bald. in l. Si qua illuſtris. Cod. ad Senatusconſult. Orphicianum*; ex ea ratione, quia ſicut illorum vulgò quæſitorum iure hæreditas Regi pertinet, ex *l. 1. Cod. de bonis vacantibus*, ita conſentaneum rationi videtur, quòd ipſius expenſis lactentur, quando fortunæ arbitrio expoſiti reperiuntur; argumento textus in *l. Quo tutella, ff. de regul. iuris.* Eſt enim ſecùndum naturam, ut quem ſequuntur commoda, incommoda etiam ſequantur *Petrus Surdus de aliment. tit. 1. quæſt. 81. num. 1. & 2.* Idem *Munbos de Eſcobar d. num. 45.* Adde *Anton. Theſaur. deciſ. Pedam. 118.* qui dicit æqualiter Regi, epiſcopo, & Reipublicæ horum infantium nutrimentum pertinere.

5 Olim expoſitis nutriendis locum ædificavit ampliſſimum Traianus in monte Celio, ut refert *Sabellicus in eius vita*, quem multis poſſeſſionibus dotavit, & ad columnam lactearem Soſpitæ Iunoni dicatam in foro Olitorio exponebantur infantes, qui lacte alendi deferebantur, ut refert *Franciſcus Munbos de Eſcobar, de ratiocin. adminiſtrand. d. cap. 25. num. 46. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 2. cap. 267. num. 9. & 10.* de qua columna meminit *Feſtus Pompeius lib. 10. Alex. ab Alexandr. Genialium dierum, lib. 2. cap. 12.* verſ. *Quintum fuit*, & ibi *Tiraq. littera F. Ravardus lib. 1. coniect. cap. 17.* pro ut illum refert *Soſorzanus de parricidij crimine. cap. 5.* ad medium.

6 ## In textu, ibi, *Ponat epiſtolam.*

Tenent *Azor inſtit. p. 2. lib. 2. cap. 26. quæſt. 1. Menoch. de arbitrar. caſu 396. nu. 11. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. num. 2. & tit. 8. privileg. 63. num. 4. & privileg. 64. num. 2.* cum ſequentibus. *Paleoth. de notis, & ſpurijs, cap. 63. num. 6. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 267. à num. 1.* Quòd ſi dominus, aut alius, eo ſciente, nec contradicẽte, infantem exponat, aut expoſitionem, ſe inſcio, factam approbet poſtea: eo ipſo talis infans manet liber. Item ſi ſervum ægrotum exponat, aut illi deneget alimenta neceſſaria, habetur pro derelicto, conſequiturq; eo ipſo libertatem; neque qui illum ſuſcipit, curam vè illius habet, ius in talem ſervum acquirũt; hæc definita ſunt *cap. Vnico de Infantibus, & languidis expoſitis, l. 2. & 3. Cod. eodem tit. l. ult. ff. pro derelicto, & l. Vnica, §. Sed ſcimus, Cod. de Latina libertate tollenda*; tenetq; (præter *Molin. de iuſtitia, diſp. 38. & Gloſſa hic*) *Cabed. deciſ. 186. num. 6. & 7.* Peccant parentes, qui filios exponunt ſi eos alere, & nutrire commodè poſſint; ita *Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 26. quæſt. 2. Henriq. in ſumma, p. 2. lib. 11. cap. 19. §. 3.*

Sed quid dicendum de ſervo ſano habito pro derelicto à domino, nunquid conſequitur etiam libertatem? Reſpondetur quòd ſic; quod tamen intelligendum eſt, ſi ipſe prius ſe ipſum occupat, & in libertatem aſſerit, gerendo ſe ꝓ libero, ex *Gloſſa 1.* & ibi *Salicet. in l. 1. §. Sed ſcimus, Cod. de latina libertate tollenda.* Nam ſi, vel prior dominus, vel alius illum prius occupet, fit prius occupantis, ut tenet illa Gloſſa, *Salicet.* & alij ibi, & probat citatus *Cabed. num. 3.* 7

Notandum autem eſt, quòd in dubio non præſumitur dominus habuiſſe ſervum pro derelicto, quia nemo præſumitur iactare ſuum, *Gloſſa*, verbo, *plerumq;*, *l. Falſus, §. Si iactum, ff. de furtis*, tenetq; *Cabed. num. 4.* unde oportet hoc dignoſcere ex modo iactandi, aut relinquendi, ut docuit *Gloſſa in l. Qui levanda, ff. ad l. Rhodiam de iactu*, & *Gloſſa 1. l. 2. §. Res autem, ff. eodem titulo.* 8

Quæres, an habeatur pro derelicto ſervus, quem pro capitali cauſa captum, & occupatum in carceribus demiſſum dominus non defendit? Reſpondetur, quòd non. Nam is ſi poſtea eſt abſolutus, non fit liber, ſed ad eiuſdem domini poteſtatem, ac dominiũ revertitur, *textus in l. Servus, ff. de ſtatu hominum, l. Sciendum, ff. de public. iudic.* & tenet *Cabed. deciſ. 186. nu. 8.* quem lege *num. 9.* 9

Licèt enim pater filium exponens amittat patriam poteſtatem, iuxta ſupra dict. à *num. 6.* & tradit *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 267. num. 1. & 4. Gregor. Tholoſan. ſyntagm. iuris, p. 2. lib. 11. cap. 10. num. 1. & 3.* non tamen eximitur ab onere alimentandi, & dotandi filiam, quia perdit ſibi utilia, non tamen damnum afferentia; tradit *Gratian. d. cap. 267. num. 35.* ubi tenet *num. 41.* quod alens ſervum, vel filium expoſitum repetit à patre, vel domino alimenta etiam facta pro filio expoſito erudiendo in aliqua arte, adducens *Gloſſam in præſenti*, de quo etiam *Abb. in cap. 1. num. 1. de infantibus & languidis expoſitis.* Cum pater debeat facere impenſam neceſſariam pro erudiendo filio in artibus liberalibus, *Bart. in l. De bonis, §. Non ſolum, ff. de Carbon. edicto.* 10

Notabis inſuper, quòd ſi filius expoſitus patrem poſtea occiderit, non tenetur crimine parricidij, ſed tantum ordinario homicidij ſupplicio erit afficiendus, ut poſt alios tradit *Petrus Gerard. ſing. 2. Carrerius in pract. tit. de homicidio.* verſ. *Nono quæro, num. 27. Plaça de delictis, cap. 22. num. 15. & 27. Menoch. de arbitrar. caſu 396. num. 14. Tyberius Decian in practic. crimin. lib. 9. cap. 15. num. 29. Farinac. quæſt. 120. num. 164.* ſequitur alios *Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 267. num. 3.* 11

Sed

Sed contra omnes inſurgit *Ioann. Solorzan. de parricidij crimine, cap.* 5. Ex eo motus, quia naturaliter parentibus, etiam malè merentibus pietatem debemus, quod Mucij Manlij Torcati filius apud Valerium Maximum oſtendit, qui efficit, ne pater à quo ſemper ruſtico opere gravatus, & malè habitus fuit, cauſam ad populum diceret. Vnde rectè Imperator, *in l. Patrem, 16. Cod. de nuptijs*, expoſitæ filiæ patris exponentis conſenſum in nuptijs requirit. Quæ opinio mihi non diſplicet.

12 Limitabis tamen totum hoc non procedere, quando parentes ex iuſta cauſa filios infantes locis publicis, ſeu privatis, in quibus aliàs commode poſſunt educare, exponunt; intendit *Navarr. in Manual. cap.* 14. *num.* 17. nec refragatur *l. Necare, ff. de liberis agnoſcendis*; procedit nam ꝙ quando non ſubeſt iuſta cauſa filios exponendi. In dubio non eſt veroſimile filium à patre ſine maxima cauſa exponi potuiſſe, ut enim apud *Philoſtratum lib.* 2. *cap.* 8. ex Euripide Apolonius oſtendit. *Cunctis hominibus filij ſunt ipſa anima.* Advertit *Solorzanus diſt. cap.* 5. poſt medium.

13 In Gloſſa, *Intra decem*, ibi, *Cauſa alimenti.* Expendit. An parentes expoſitorum, ſi ſint divites, teneantur in conſcientia ad ſumptus nutritionis hoſpitali reſtituendos? Et non teneri verius videtur, cum hoſpitalia ſint inſtituta pro præſentibus neceſſitatibus, abſq; ullo onere miſerorum; & expoſiti quantumvis eorum parentes ſint divites, præſente neceſſitate urgente exponuntur, & ita nihil tenentur, poſtquam fuerint ſui iuris, hoſpitalibus reſtituere. Accedit quod peregrini ſpoliati à latronibus, & ſimiliter ægrotantes, quanvis in ſua patria ſint ditiſſimi, gratis curantur, & ſuſtentantur in ſimilibus hoſpitalibus, ſine ullo onere reſtituendi; ut ex uſu conſtat, & confirmatur, quia alioquin hoſpitalia redditus haberent, non ut liberaliter, & gratis propter Deum neceſſitatem patientibus ſuccurreretur, ſed potius, ut mutuum miſeris daretur, quod eſt inconveniens, & non præſumendum de fundatoribus hoſpitalium, cum melius, & laudabile ſit coram Deo, & hominibus pro præſentibus neceſſitatibus opes ſuas miſeris relinquere, quàm cum onere reſtituendi; ſed forſan dici poteſt tres claſſes hominum eſſe diſtinguendas. In prima continentur homines pauperes in re, & ſpe. In ſecunda pauperes tantum in re, & non in ſpe, ut filij familias. In tertia alij divites in re, impediti tamen propter metum, vel aliam iuſtam cauſam, filios alere nequeunt, & hos teneri ad reſtitutionem hoſpitalibus faciendam, dicendum videtur. Adde *Abb. in cap.* 1. *num.* 3. *de infantibus expoſitis*; qui noſtræ Gloſſæ meminit.

DISTINCTIO. LXXXVIII.

CAP. Decrevit. I.

SVMMARIVM.

1 *Melchiades Papa quis fuerit?*
2 *Prohibentur clerici conducere aliena prædia, & num.* 3.
4 *Tàm iure civili, quàm Canonico arcentur clerici à negotijs ſæcularibus.*
5 *Clericorum exemptio à negotijs ſæcularibus, ex iure divino naturali ſequitur.*
6 *Inter munera ſæcularia, quædam manifeſtè derogant ſanctitati perſonæ, & eccleſiaſtica munera impediũt, quædam non.*
7 *Officium optimi Prælati, ac Principis, quale?*
8 *Prælati cur Angeli appellentur?*

IN ſuperſcriptione, ibi, *Melchiades Papa.* Creatur Pontifex anno Chriſti 311. Imperatore Conſtantino Magno, ſedit annos duos, menſes duos, & dies ſeptem, quidquid aliter ſentiat *Platina.* Inſtituit, ne die dominico, aut quinta feria ieiunaretur; quia hos dies pagani, quaſi factos celebrabant, Maximini iuſſu martyrio coronatur anno Chriſti 313. quarto Idus Decembris; ſepultus eſt Via Appia Calixti crypta. Fecit decretum de *fermento*; de cuius explicatione, multa eleganter tradit *Baron. tom.* 3. *Annalium, anno Chriſti* 313. ante finem. 1

In textu, ibi, *Poſſeſſiones conducere.* Quod clericus non poſſit conducere poſſeſſiones propter cupiditatem, tenet *Abb. in cap.* 1. *Ne clerici, vel monachi. Bellet. diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de diſciplina cleric.* § 21. *num.* 31. *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiep. Neapolit. cap.* 62. *num.* 12. *Marta de iuriſdictione, p.* 4. *centur.* 1. *caſu* 3. *Curia Philippica, p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. *Rodoan. de ſpeciji, quæſt.* 2. *num.* 1. *in principio. Ioannes de Salas de contractib. tractat.* 1. *dubio* 2. Vide quæ diximus ad *cap. ultim.* 2

nu. 1. & 2. supra, dist. 86. quod tamen limitabis, si non ineſt neceſſitas ad ſui, vel ſuorum ſuſtentationem. *Genuenſis* ubi proximè, *Sylveſter*, verbo, *clericus, num.* 2. *Hoſtienſ. in cap.* 1. *num.* 2. *de obligatis ad ratiocinia*, poſt alios *Molin. tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 342. *Leſſius de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 15. *dub.* 1. *num.* 6. quæ tamen neceſſitas non excuſat, ſi negotiatio ſit turpis, & infamis; prout tradit *Reginald. in praxi fori, lib.* 25. *num.* 125. verſ. *Secunda.*

3 Sed quænam dicitur hæc negotiatio prohibita? Dicitur quando aliquid emitur, vel contractu oneroſo acquiritur, ut ex illius venditione lucrum afferatur; unde ementes rem eo animo, ut domi conſumant, vel ut eam reducant ad aliquam formam, ſi vendant quæ ſuperſunt, non dicuntur negotiari; vide *Tiraq. de retract. Lignag. in præfat. num.* 98. *Cevall. comun. quæſt.* 810. *num* 16. & 17. *Quarauta*, verbo, *recligal.* verſ. *Tertiò. Suar. tom.* 5. *diſp.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *num.* 2. In dubio negotiatio præſumitur lucri cupiditate exerceri; niſi neceſſitas probetur *Farinac. in fragment. crimin. part.* 1. *littera* C. verbo, *Clericus, num.* 169. & 170.

4 Ibi, *Aut negotijs ſæcularibus ſe miſcere.* Tàm iure civili, quàm Canonico arcentur clerici à negotijs ſæcularibus. De iure civili patet præſertim in *Codice Theodoſiano, in tit. de epiſcopis, & clericis. Nam l.* 2. ait ita Conſtantinus. *Ab omnibus omninò muneribus excuſentur, ne à divinis obſequijs avocentur*, & in *l.* 9. ait Conſtantius. *Curialibus muneribus, atq; omni inquietudine civilium functionum exortes clericos eſſe oportet.* Idem habetur alijs legibus, quas refert *Suarius in tom. de defenſione fidei, lib.* 4. *cap.* 22. In iure autem Canonico non ſolum is modus exemptionis approbatur, & recipitur toto *tit. de immunitate eccleſia.* Sed etiam obſervari mandatur in toto *tit. Ne clerici, vel monachi.* Nota tamen cum *Suario* citato, duo eſſe in hoc genere exemptionis diſtinguenda; unũ eſt, ut non poſſint clerici cogi, aut obligari ad hæc munera ſubeunda; aliud eſt prohibere, & cum neceſſitate obligare, ne illa exerceant; primum fieri poteſt non tantum per leges Canonicas, ſed etiam per civiles, quia in hoc non exercent iuriſdictionem circa clericos, neque utuntur vi coactiva, aut directiva propria; ſed concedunt privilegium, quod non ſemper ſpectat ad iuriſdictionem, ſed ad libertatem. At verò lex Canonica utrumq; facere poteſt, & facit; nam efficaciter eximit clericos à muneribus profanis, vel ſæcularibus, prohibendo, & cogendo, ſi opus ſit, laicos, ne ad illa ſubeunda clericos compellant, & ipſos etiam clericos obligando, ut ab illis abſtineant, utriſq; enim præcipere poteſt in ordine ad ſpiritualem finem.

Imò ut videre eſt apud eundem *Suarium* citatum; exemptio clericorum circa hanc materiam ex iure divino naturali; ſequitur in multis quidem neceſſaria illatione, in aliquibus autem valde propinqua, quæ iure eccleſiaſtico determinantur; probatur, quia clerici ex vi ſui ſtatus deſtinati ſunt divinis obſequijs, quibus duplici titulo repugnare poſſunt ſæcularia munera. Primò, quia nemo poteſt duobus dominis ſervire; ideoq; non poſſunt clerici ſæcularibus negotijs implicari, quia à divinis obſequijs avocentur. Secundò quia ſancta ſanctè, & cum honore, ac reverentia tractanda ſunt. 5

Ibi, *Niſi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum.* Inter munera ſæcularia quædam ſunt; quæ manifeſtè derogant ſanctitati perſonarum, vel eccleſiaſtica munera impediunt, & quoad hæc non ſolum ſequitur exemptio clericorum ex vi iuris naturalis, ſed etiam prohibitio, ut quando munera ſunt nimis profana, de quibus maximè dicit *Apoſtolus* 2. *ad Timoth.* 2. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.* Alia ſunt munera in quibus non ſtatim apparet tanta deformitas, ut eſt V. g. tutela, vel cura pupillorum, honeſtam, & moderatam, vel neceſſariam artem exercere, & ſimilia, atq; in his inquit *Suarius de defenſione fidei, lib.* 4. *cap.* 22. determinari poteſt exemptio per ius Canonicum; quod interdum ſit prohibendo talia munera; aliquando verò ſolùm concedendo, ne clerici aliqua huiuſmodi munera acceptare teneantur, & hoc poſterius etiam iure civili ſit; ſic enim clericus exemptus eſt à tutela, *in Authent. Presbyteros, ſub l.* 41. *Cod de epiſcopis, & clericis*; & nihilominus poſſunt eam acceptare, ſi velint; ut ibi notat Gloſſa, & alia Gloſſa in *cap. Irreligioſo, diſtinct.* 87. docentq; *Molina tom.* 1. *de iuſtitia, tractat.* 2. *diſput.* 221. *Suarius citatus, & Sa.* verbo, *clericus.* 6

Ibi, *Intraret, & exiret.* Scilicet optimi prælati, ac Principis officium præſtando. Nam (ut ait *Pineda lib.* 3. *de rebus Salomonis, cap.* 5. expendens illa verba Salomonis divinam ſapientiam poſtulantis. *Ego ſum puer parvulus ignorans egreſſum, & introitum meum*, 3. *Reg.* 3. 7.) intrare, & exire affert ex ſacri ſermonis proprietate, Principis optimi munus, inſtar diligentiſſimi paſtoris educantis populum, velut gregem extra caulas ad paſſum; reducentis domum ad caulas ex agro, & bello; & ut ait *Lorinus in Act. Apoſtolor. cap.* 1. ad illa verba. *In omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos dominus Ieſus.* Exire, & intrare, & introitus, ac exitus, ingredi, & egredi, ingreſſus, & egreſſus phraſi Scripturæ ſignifi- 7

ſignificant totam ſeriem negotiorum, & vitæ uſum, atq; converſationem, & univerſa ſtatus, aut vocationis cuiusque munera. Sed quia textus hîc ſpeciatim de ingreſſu ad contemplationem loquitur, admonet prælatos debere ingredi penetralia ſuæ mentis, ad conſiderandam immenſam bonitatem Dei circa ſalutem noſtram, collectoq; animo revolvere ſecum, quã ſuavis ſit Dominus, quamq; magna multitudo dulcedinis, quam abſcondit Deus diligentibus, ſc. Deihde egredi extra contemplationis ſecretum, ad exterius boni operis exercitium, ad ſuccurrendum proximo, ſublevandamq; eius indigentiam. Lege *Maldonatum* ad illa Chriſti verba, *Ioan.* 10. *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.*

8 Ibi, *Aſcendentes, & deſcendentes Angelos.* Si quæras quare eccleſiæ Rectores non ſolum à ſacris Doctoribus paſſim, ſed etiam ſæpiſſimè in divinis litteris Angeli appellentur? Vide varias rationes apud *Viegas Apocal. 2. comment. 1. ſect. 1.* ad illa verba, *Angelo Epheſi ſcribe.* Ego ex *D. Bonavent. in in eccleſiaſt. Hierarch. p. 1.* has tibi proponam. Dicuntur eccleſiæ prælati, in divinis litteris ſæpiſſimè Angeli; primò, propter munditiam cordis, & puritatem converſationis. Secundò, propter limpiditatem divinæ cognitionis; tertiò, propter ſedulitatem, & diligentiam adminiſtrationis. Quartò, propter fixum, & ſtabilem motum dilectionis. Quintò, propter rectitudinem intentionis. Nam Angelus, ut inquit, *D. Gregor.* in omni ſuo opere Deum inſpicit, & nihil aliud, quam divinæ voluntatis regulam diligit, vel requirit, ita enim exteriora divino nutu Angeli peragunt, quod mentis aciem ab ipſo non deflectunt. Sextò, propter continuitatem, & dulcedinem contemplationis.

CAP. Conſequens. II.

SVMMARIVM.

1 *Negotiatio merè lucrativa, eſt clericis illicita, atq; interdicta.*
2 *Clerici exercentes negotiationem, excommunicantur, ſuſpenduntur, ac deponuntur.*
3 *De quibus clericis hæc intelligi debeãt?*
4 *Immunitatem bonorum amittunt.*
5 *An clericus hanc immunitatem bonorũ amittat, antequam ter à ſuo Ordinario ſit admonitus?*
6 *Vtrùm ſufficiat una admoninitio, quæ ſit inſtar trium?*
7 *An poſt trinam admonitionem, immunitatis privilegium pereat etiam in bonis eccleſiaſticis?*
8 *Vtrum contemptis tribus admonitionibus, privetur clericus alio privilegio, quàm immunitate? & num. 9.*
10 *An clerici, qui negotiationi ſerviunt, poſſint amiſſa privilegia recuperare?*

1 IN text. ibi, *Ab indignis poſthac quæſtibus noverunt abſtinere.* Hinc patet, quòd negotiatio merè lucrativa, qua aliud emitur, ut immutatum carius vendatur, eſt clericis illicita, atq; interdicta, ſi per ſe ipſos illam exerceant; quamvis non ſit invalida; hæc concluſio eſt *D. Auguſt. hac eadem diſt.* relatus in *cap. Fornicarij*, & *D. Hieron. in cap. Negotiatorem*, & habetur in *cap. ult. de vita, & honeſtate clericor. Clement. 1. eodem tit.* & *cap. 1. Ne clerici, vel monachi*; atq; alijs iuribus eam tenet *Leſſius de iuſtitia, & iure, lib. 2. cap. 21. dubio 1. Molin. tom. 2. tract. 2. diſp. 342.* eandem probat *Benuentius tract. de mercat. p. 3. num. 4.* cum *Abb. nu. 10. in Clement. 1. de vita, & honeſtat. clericor. Bert. in tract. de gabell.* in principio, 3. *p. Philipp. Franc. in cap. Quanquam*, in fine, *de cenſ. lib. 6. Cardin. in Clement. 1. de vita, & honeſtat. clericor.* Ratio autem cur eccleſia id tam ſeverè prohibuerit, eſt, tùm quia valde indecorum apparet, clericos lucris captandis incumbere: tùm quia mire occupat animum, & à ſpiritualibus avocat; tùm quia plena eſt periculis periurij, fraudum, & iniuſtitiæ.

2 Ibi, *Aut in quocumque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.* Variæ ſunt pœnæ huiuſmodi clericis negotiationem exercentibus impoſitæ. In primis eſt pœna excõmunicationis, ut conſtat *in cap. Ne clerici, vel monachi*, tametſi non ſit latæ ſententiæ; ſed ferendæ. Eſt item pœna ſuſpenſionis, ac depoſitionis, ut per hoc *cap.* & *cap. penult. 91. diſt.* & *cap. Sed nec. Ne clerici, vel monachi*; ubi additur religioſos gravius adhuc eſſe puniendos; probat *Molin. tom. 2. diſp. 342.* Sed neque hæ pœnæ ſunt latæ ſententiæ; ſed ferendæ, ut tenet idem *Molin.* & facilè apparet textus illos conſulenti. Cum autem huiuſmodi pœnæ non imponantur, niſi p culpa lethali, convenit DD. cõmuniter peccatum lethale eſſe clericos, vel monachos per ſe ipſos huiuſmodi negotiationem exercere; ita *Leſ. lib. 2. cap. 21. dubit.*

ita etiam *Conrad. Ioann. Medin. Navar. Sylvest. Angel.* quos refert, & sequitur *Molin.* citatus; quo loco advertit *Conrd. Trid. sess. 22. de reform.* innovasse hac in re pœnas, & iura antiqua, præcipiendo episcopis, ut pœnis illorum, atq; alijs additis, clericos ea in parte compescant; vide late *Pereira de manu Regia, 2. p. cap. 24. nu. 34. vers. Quinto*, ubi nostri textus meminit.

3 Sed quæres de quibus clericis prædicta intelligi debeant? Respondeo intelligi de clericis in sacris ordinibus constitutis, ut asserit *Lessius citat.* item *Molin. dict. disp. 342.* cum *Conrad. Medin. Sylvest.* & *Angel.* Clerici enim in minoribus constituti, lethaliter non peccant, de quo vide posita ad *cap. ult. num. 3. dist. 86. ad Navarr. in Manual. cap. 25. num. 110. Salon. 2. 2. quæst. 77. art. 4. controvers. 4.* post alios *Salas de contract. tract. 1. dub. 2. num 5.* De beneficiarijs, qui in sacris non sunt constituti, anceps est *Sylv.* inclinare q; videntur Doctores cum *Molina* citato, illos non peccare lethaliter. De religiosis generatim censent *Lessius* supra, & *Molin.* cum *Angel. Conrad.* & *Sylvest.* lethaliter peccare, etiam si in sacris non sint constituti. Clericus beneficiatus, aut in sacris constitutus non potest deservire alicui laico in domo, vel extra pro suis negotijs agendis, ita *Bernard. in practic. cap 57.* alias 60. verbo, *clericus, num. 148. Marc. Mition. Genuens. in pract. Archiep. Neapolit. cap. 62. num. 20. in additione.* ubi tradit nec posse officium maioris domus alicuius Principis exercere. De cætero lege *Farin. in fragm. crimin. p. 1. litter. C.* verbo, *clericus, nu. 184. Val. Reginal. praxi fori, lib. 30. tract. 3. num. 23.*

4 Amittunt etiam clerici negotiatores immunitatem bonorum, ut probat *Benuentus tract. de mercat. p. 3. num. 8. & 9.* cum *Cardin. Alber. Specul. Geminian. Philipp. Franc. Card. Ber. Bald. Paul. Castr.* & alijs, *Molin. tom. 2. disp. 342. Comitol. lib. 1. respons. moral. quæst. 53.*

5 Dubium tamen est. Vtrùm clericus negotiator hoc privilegium immunitatis amittat ante trinam admonitionem? Dicendum est non illud amittere antequam ter à suo Ordinario sit admonitus, ut probat *Benuentus citatus*, idem tenet *Comitolus* loco citato, cum *Imol.* & *Panormitan.* qui tres ultimi Authores hoc amplius expressè addunt. Clericum negotiationi deditum in ipsis etiam bonis, in quibus mercaturam exerçet ante trinam monitionem privilegium immunitatis retinere. *Salas de contract.* ubi supra, *dub. 2. Salzed. in pract. cap. 55.* vers. *Sed an hoc. Ceval. cõmun. contra cõmun. quæst. 810. nu. 20. Carol. Grassis de effectibus cleric. effect. 3. num. 184. Molin.* tamen *disput. 342. cit.* distinctione utitur; ait q; Vt clericus ob negotiationem amittat privilegium illud ecclesiasticum, quo tàm ipse, quam ipsius bona oneribus, & tributis non subiacent, necessariam quidem esse trinam monitionem, ut ex *cap. ult. de vita, & honest. clericor.* constat; ut verò ex re, quam negotiando vendit, ac permutat, tributum debeat, iam admonitionem non esse necessariam, ut docet etiam *Greg. Lop. ad l. 9. tit. 6. p. 1.* & consentiunt alij, probat, quia neq; ecclesia, neq; principes seculares illos eximere à tributo intenderunt in negotiatione ipsis iure Canonico prohibita, atq; ex natura rei eisdem indecenti, atq; adeò nunquàm immunes ab hoc tributo fuerunt, neque eos ecclesia ea in parte protegit, ut constat tùm ex ipsamet rei natura; tùm etiam ex *Clem. 1. de censib.* ubi cum compesci excommunicationibus iubeantur, qui tributa ab ecclesiasticis exigunt, limitatur id ad res, quæ non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt; quibus verbis argumento à contrario sensu, ut Glossa ibi adnotavit, aperte significatur, inquit *Molina*, ex rebus, quas negotiandi causa deferunt, posse tributum ab eis exigi, absq; alia monitione.

Rogabis utrùm unà admonitio, quæ instar 6
sit trium, satis sit, an necesse sit ter distinctis intervallis temporis admoneri negotiantem clericum à suo Ordinario? Plus una non esse necessariam, credit *Roselia*, in verbo, *excommunicatio 2. num. 3. Angel.* in verbo, *clericus 9. num. 3.* Supplementum quod nominatur à *Sylvestro, Panormitanus* verò in *cap. postremum, de vita, & honest. clericor.* contendit tres exigi admonitiones distinctas, quem sequitur *Tabiena*, in verbo, *excommunicatio 5. num. 24. Sylvest.* in verbo, *clericus, 3. num. 3.* à quibus etiam citatur *Glossa*, & *Ioann. Andr. Navarr. in summa, cap. 27. num. 81.* qui vult inter unam, & alteram admonitionem dies aliquot debere esse interiectos. Cum *Panormitan.* sentit etiam *Imol. in cap. ult. de vita, & honest. clericor.* imò illud ipsum affirmat *Navarr.* & idem *Glossa in Clement. 1. de vita, & honest. clericor.* quos sequitur *Comitolus lib. 1. respons. moral. quæst. 53.*

Petes, num post trinam monitionem im- 7
munitatis privilegium pereat clerico in suis dumtaxat bonis, an etiam in bonis ecclesiæ? Colligitur perspicuè ex Glossa in proprijs tantum bonis privilegium interire; dicitur enim, *in facultatibus suis*; neque enim clerici delictum ecclesiæ nocere debet, ut admonet *Panormitan.* Non delinquentis autem clerici bona, quæ in eius civili patrimonio censentur, eodem iure esse, quo sunt ecclesiæ; quod spectat ad immunitatem, aiunt *Glossa, Panormitan. Hostiensis*, & *Imol. in cap. ult. de vita, & honest. clericor.* quibus alij assentiuntur, ita *Comitolus citat. quæst. 53.*

Difficultas tamen in hac materia maximà 8
est. Vtrùm contemptis tribus admonitionibus privetur clericus alio privilegio, quàm immunitatis? *Ber. in tract. de gab. in princip. 3. p.* ait.

Clericos

Clericos negotiatores etiam fori privilegium perdere, & poſſe conveniri coram iudicibus laicis, & conſulibus mercatorum, citat *Bald. in Addit. ad Spec. in tit. de reo*, verſ. *Scholaris clericus*, qui inquit clericos negotiatores, quantùm ad eam negotiationem pertinet, cõmuni iure laicorum uti debere; citat *l. 2. Cod. de epiſcopis, & clericis, l. Cui ſub prætextu, Cod. de ſacroſanct. eccleſ. cap. fin. de vita, & honeſt. clericor.* & *l. fin. Cod. de iuriſdict. omnium iudic.* & idem *Ber.* probavit, in *tract. de epiſcop. in 4. lib. p. 1. num. 26.* & ſequent. *tom. 2.* qui adijcit eundem *Bald. in titul. de cleric. coniugat.* dicentem clericum huiuſmodi immunitatibus, alijs clericis conceſſis, frui non poſſe; cuius rei illa ratio redditur à *Paulo de Caſtro, Cyno.* & alijs citatis, *l. fin. Cod. de iuriſdict. omnium iudic.* (ut ait *Benuenetus tract. de merc. p. 3. num. 8. & 9.*) quoniam non conuenitur, ut clericus, ſed ut laicus mercator; ideo ſe ad epiſcopum remitti non rectè petit. *Hoſtienſ. in poſtremum cap. de vita, & honeſt. clericor.* quem refert *Comitolus citata quæſt. 53.* eiuſmodi clericum omni privilegio privat. *Nudantur*, inquit, *omni privilegio clericali, & hæc eſt veritas*; in quam ſententiam ſubſcribit *Sylveſt.* in verbo, *excommunicatio 6. num. 6.* ubi illis contumacibus clericis tùm fori, tùm Canonis adimit privilegium, ſuæq; ſententiæ comitem citat *Piſanellam, Archidiaconum*, & *Innocentium*, ſed loca non indicat, lege *Gabrielem Peteira cap. 38. num. 5.*

9 Secunda ſententia aſſerit huiuſmodi clericum in bonis ſuis tantùm privilegio ſpoliari; ita *Tabien.* in verbo, *clericus 3. num. 2. Roſella*, in verbo, *excõmunicatio 2.* eam tutiorem in conſcientiæ foro, dicunt *Angelus*, in verbo, *clericus 9. num. 2.* & *Comitolus lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 53.* eandem ſententiam tuetur *Molina tom. 2. tract. 2. diſput. 342.* ubi ait huiuſmodi clericum negotiantem, ſi ter admonitus ab epiſcopo, aut ab alio, qui iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in eum habeat, non abſtinuerit, amittere clericale privilegium, non quidem Canonis, quaſi qui eum percuſſerit, excommunicationem non incurrat, neq; item fori, quaſi puniri, aut conveniri coram iudice ſæculari talis clericus poſſit; ſed quo, tàm ipſe, quàm ipſius bona, tributis, & alijs oneribus non ſubijciuntur, & quanvis *Ioann. Andreas*, & *Imol. in cap. ult. de vita, & honeſt. clericor.* conentur conciliare ambas opiniones, ut prima ſit vera, quando negotiantur ſine habitu, & tonſura. Secunda autem, quando cum habitu, & tonſura; quam diſtinctionem approbat etiam *Panormitan.* ut refert *Comitolus* citatus. Secunda tamen ſentẽtia eſt, ſimpliciter tenenda, ut in conſcientiæ iudicio magis tuta.

10 Vltimò quæri poteſt. Vtrùm hi clerici, qui negotiationi ſerviunt, poſſit amiſſum privilegium recuperare? Reſpondeo poſſe, ſi ſe ab interdicto negotio abſtrahant; ſic ſentiunt *Innocentius, Panormitanus, Ioann. Andr. Hoſtienſis, Imola*, & *Gloſſa in cap. poſtremum, de vita, & honeſtat. clericor.* quos refert, & ſequitur *Comitolus quæſt. 53.* citata, idem tenet *Molina diſput. 342.* Tandiù enim in hoc caſu privilegium immunitatis extinguitur, quandiù negotiatoris clerici delictum perſeverat.

CAP. Epiſcopus. III.

SVMMARIVM.

1 *Politica negotiatio non decet clericos.*
2 *In quibus caſibus poſſit eis id licere?*

IN text. ibi, *Nequaquam ſæculares curas.* Politica negotiatio emendi neceſſaria exercitui, & civibus, non decet clericos; qui à gubernatione, & negotijs ſæcularibus eſſe debent alieni, iuxta illud 2. *ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus*; probatq; *Molin. tom. 2. tract. 2. diſput. 342.* per hoc caput, quod ex Canonibus Apoſtolorum eſt deſumptum, in quo præcipitur, ut neque epiſcopi, neq; ſacerdotes, aut Diaconi ſæculares ſuſcipiant curas, alioquin dejciantur; & per *cap. 1. & ſequentia 21. quæſt. 3.* Lege *Mendeçam in lib. Reg. tom. 1. annotat. 10. ſect. 2. de myſtico nova legis Nazaræatu*, ubi de hac materia copioſè agit. Nazaræi enim, qui ſacerdotes novæ legis adumbrabant, iuxta ſui nominis etymon; ſeparati à mundo, conſecrati Deo, vera gloria coronati interpretantur. 1

Aliquando tamen intereſſe tantum poſſet Reipub. ac communi bono, eccleſiaſticum aliquem ſimilibus rebus vacare, ut charitas poſtulat, ea in re cum illo eſſe diſpenſandum. Curare verò, ut famis tempore, miſerabilibus, ſubveniatur perſonis, eaq; in re clericum, aut religioſum navare operam curando, ut aliunde res emantur, aſportenturq; neceſſaria, & iura permittũt, & charitas poſtulat; præſertim quãdo hæc p ſolos laicos ſufficienter non fierent; ut tenet *Molina citat. diſput. 242.* 2

CAP. Perlatum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Prohibentur epiſcopi, & clerici officium advocati exercere.*

2 *Quatuor caſus, in quibus id licet clericis, proponuntur.*

3 *Poteſt etiam clericus advocati officium exercere, ſi ſit pauper.*

4 *Idem poteſt monachus de licentia ſui prælati, pro utilitate, & ſuſtentatione monaſterij.*

1 IN textu, ibi, *In cauſis ſæcularibus occupari, & prætorijs inutiliter deſervire.* Prohibentur epiſcopi officium advocati exercere in negotijs ſæcularibus, & coram ſæculari iudice; quod interdicitur etiam toto titulo de poſtulando, omnibus clericis in ſacris; in minoribus etiam ordinibus, ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtententur; vide *Panormitan. d. tit. de poſtulando. Gonzales Gloſſa 2. num. 28.*

2 Quatuor caſus notat *Panormitanus*, excipi, *tit. de poſtulando, cap. 1. & 3.* in quibus ſacerdos poteſt eſſe advocatus, qui quidem caſus in dictis capitibus expreſſé habentur; poteſt enim clericus eſſe advocatus coram iudice ſæculari in cauſis ſæcularibus, pro cauſa propria, vel eccleſiæ, vel pro miſerabilibus perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt; item pro perſonis ſibi coniunctis. Quænam perſonæ veniant appellatione coniunctarũ, tradit *Bellet. diſquiſit. clericor. p. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 27. num. 6.* verſ. *Quarto.* ubi cum *Abb. in cap. Cum ſacerdotis, num. 4.* reſolvit venire etiam coniunctos coniunctione ſpirituali, ut ſunt concanonici eiuſdem eccleſiæ, & *Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 14.* verſ. *Item beneficiario*, ubi quærit uſque ad quem gradum coniuncti dicantur, & quod ſub his verbis intelligantur amici *Tiraq. de pœnis temper. cap. 2. num. 39.* Si neceſſitas immineat, & non aliter, ut notat idem *Panormit.* & dicitur imminere neceſſitas, ſi coniunctus per impotentiam non poteſt habere advocatũ, vel forte non ita bonum, ſicut eſt ſacerdos.

3 Licèt clericus non poſſit poſtulare, poteſt tamen domi allegationes iuris conficere, & conſilium etiam in ſcriptis petentibus dare, *Alciat. reſponſ. 91. num. 4. Salzed. ad Bernard. cap. 66.* verſ. *Sexto. Cabed. deciſ. 214. num. 14. p. 1. Marc. Anton. Gennenſ. in practicab. eccleſiaſt. q. 626. Bellet. diſquiſit. p. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 27. num. 10.* Prohibitus enim advocare, non prohibetur in Camera conſulere; *Sanch. in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 32. Hortenſ. Cavalcan. de brachio regio, p. 6. cap. 13. num. 406. Stephan. Gratian. diſcept. cap. 39. à nu. 4.* Hinc mulieres licèt prohibeantur poſtulare, *l. 1. §. Sexum, ff. de poſtulat.* poſſunt tamen domi conſulere *Tiraq. ad l. 11. connubial. nu. 28.* Adde ſi clericus ſit pauper, & non habeat beneficium, nec patrimonium, unde ſe valeat ſuſtentare, tunc licitum ei eſſe, inſpecto iure communi, abſque alia diſpenſatione, advocati munus etiam in curia ſæculari, ſecluſa accuſatione in cauſis criminalibus, exercere: *Hoſtienſ. cap. 1. de poſtulando, num. 8. Anton. de Butrio*, poſt *Henric.* & alios, *num. 15. Abb. num. 4.* verſ. *Si vero non habet*, & omnes communiter recentiores. *Rodoan. in tract. de ſpol. eccleſiæ, quæſt. 2. num. 23. Gonzales Gloſſa 2. num. 29.* & ultra iura, & rationes per ipſos doctores allegatas, iſta ſola ſufficeret, nempè quia ſi hoc poteſt facere pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis, ut illorum neceſſitati ſubveniat, *cap. 1. & 3. eodem tit. de poſtulando*; à fortiori ſibi erit licitum, & honeſtum, ut propriæ egeſtati, & neceſſitati conſulat; nam charitas bene ordinata incipit à ſe ipſo.

4 Imò etiam monachus poſſet de licentia ſui prælati, pro utilitate, & ſuſtentatione monaſterij pauperis, advocati officium exercere, *cap. Monach. 16. quæſt. 1. Navarr. in cap. Non dicatis, nu. 99. 12. quæſt. 1. Ignat. Salzed. in additioni ad praxim criminalem. Bernard. Diaz. cap. 63. Gloſſ. 1. limitatione 2.* ubi poſt *Abb.* & alios dicit, quod *Abb. Lapus* monachos ſuos ex ſuæ advocationis libro alebat, *Rodoan. de ſpolio eccleſiæ, quæſt. 2. num. 26.* ubi à *nu. 18.* cum ſequentibus plura dicit. *Gonzales Gloſſa 2. num. 33.* Imò de licentia Abbatis poteſt monachus procurator eſſe patroni, vel amici monaſterij. *Innocent. in cap. Cum I.* & *A. dere iudic.* receptus per *Navarr. Commentar. 2. de regular. nu. 66. Tiraq. de pœnis, cap. 22. num. 39. Sayr. in clavi regul. lib. 12. cap. 22. num. 5.*

CAP. Epiſcopus tuitionem. V.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenta coram epiſcopo non aperiuntur.*

2 *Executio teſtamenti de iure communi, competit epiſcopo.*

3 *Non poteſt teſtator id prohibere.*

1 IN textu, ibi, *Tuitionem teſtamentorum.* Prohibetur epiſcopo, ut ſentit Gloſſa, ne coram illo teſtamenta aperiantur, ſed coram magiſtro cenſus, quod habetur etiam in *l. Repetita, C. de epiſcopis, & clericis*, & *l. Conſulta, Cod. de teſtamentis*, ibi. *Præmonendos cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium, ſecundum conſtitutionum præcepta,*

præcepta, quàm tenſus magiſtro competit; abſurdum eſt namque, ſi promiſcuis actibus, rerum turbentur officia, & alij creditum, alius ſubtrahat; & præcipue clericis, quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium. Lege Authores ad *l. cum ab initio, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & Iaſon. ad l. publicati Cod. de teſtament. numer.* 2. cum *Bart. Angel. Imol. Bald.* quos ibi adducit *Gloſa*, verbo, *ab epiſcopo, in cap. ſi hæredes de teſtament.* Adverte tamen publicationem teſtamenti clerici, vel pietatis cauſa facti, coram iudice eccleſiaſtico eſſe faciendam *Gutierr. practicar. lib.* 2. *quæſtione* 48. *num.*2. An autem publicatio teſtamenti laici, in quo inſtitutus eſt clericus hæres, fieri debeat, coram iudice eccleſiaſtico, an laico? Vide *Covar. practicar. capit.* 8. *num.* 1. *Suar. de pace in pract. tomo* 2. *pralud.* 2. *numer.*14. *Peres titul.*2. *lib.*5. *ordinam. pagin.* 142. *in fine. Fr. Emmanuel quæſtione regular. tomo ſecundo quæſtione* 62. *artic.*12. *Gutierr. dict. quæſtione* 82. *num.*1.

2 Executio autem teſtamenti de iure cõmuni cõpetit epiſcopo, nulla ad id deſignata perſona à defuncto *l. nulli*, verſ. *ſin autem infra titul* 1. vel etiamſi is, quem teſtator deſignavit, negligens ſit, & infra tempus à lege definitum, piam illius voluntatem non exequatur. *Auth. de eccleſiaſt. titul. §. Si autem qui hoc, collat. 9. cap.* 3. verſ. *quod ſi infra, extra de teſtamentis*, ubi Doctores, & in *cap. fin. eodem titul. lib.* 6. *& in Clement.* 1. *eodem tit. Paris conſ.* 26. incipit *Frater Ioannes num.*21. *volum.* 4. Epiſcopus non ſolùm legata pia poteſt executioni mandare, ſed etiam illa, quæ non ſunt pia, ut tradit *Covar.* relatus à *Cenedo pract. lib.* 1. *quæſtione* 14. *num.* 2. *& quæſtione* 31. *num* 5. & alios, quos refert *Barb. de offic. & poteſt. epiſcop. part.* 3. *allegat.* 82. *numer.* 15.

3 Quod adeo procedit, ut non poſsit teſtator prohibere, quin in prædicto caſu exequendi munus ad epiſcopum devoluatur, niſi executoribus alijs in locum negligentis nominatis, ut tradit *Covar. in cap. tua nobis per totum ibi, numer.* 6. *de teſtam. Ægid. in l.* 1. *C. ſacroſanct.* 6. *p.* §. 1. *n.*25. *Molin. tomo primo tract.*2. *diſput.* 250. *&* 251, cum *Panormit. & Sylveſt.* Quod intelligendum etiam eſt, quando diſpoſitio non eſt ad pias cauſas, curam ſcilicet pertinere ad epiſcopum, & eius vicarium, intenta etiam coram ipſis actione adverſus executores, aut hæredes ab eo, cui à teſtatore aliquid relictum eſt; etiam quando hæres, ac executor laicus eſt, ut affirmat *Gloſſa cap. ſi hæres, de teſtament.* quam ſequitur *Panormit. ibi num.* 7. *Molin. diſput.* 250. *cum Covar. Sylveſt.* & multis alijs, quos referunt; atq; hæc opinio, ut communior, & magis pia ſequenda eſt, cui conſentiunt, ut inquit *Molina citatus, Luſitana Ordinationes*, quatenus ſtatuunt, curam, ut defuncti voluntas executioni mandetur, promiſcuè pertinere ad Prælatum, & ad iudices ſæculares.

CAP. Epiſcopus, nullam. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus domeſticarum, & temporaliũ rerum curis non diſtrahatur.*
2 *Orationi, & lectioni debet eſſe intentus.*
3 *Epiſcopo ex officio cõvenit poteſtas prædicandi in propria diœceſi.*
4 *Non ſolùm poteſt, ſed tenetur fidẽ prædicare.*
5 *Excuſatur ab obligatione prædicandi per ſe, ob legitima impedimenta.*
6 *An poſsit epiſcopus prædicare extra propriam diœceſim?*

IN textu, ibi, *Nullam rei familiaris curam.* Lege *Caſian. in caiet. log. part.* 12. *conſideratione* 49. ubi ſuadet cum *Volaterrano lib.* 31. *cõmentariorum in philoſophia, c.* 2. & Ariſtotelis ſententia, variſque exemplis, viros contemplationi, & divinarum rerum ſtudio deditos, debere habere prope aliquem rerum adminiſtratorem, qui res obeat, ac curet, nam & Dominus noſter Iudam negotio præfecit, & Apoſtolos alios. 1

Ibi, *Sed lectioni, & orationi.* Debet epiſcopus eſſe ſpiritualis, & populo, ſancto licet, ſacratior, in quem quadret illud, quod de Davide ait, *Eccleſiaſticus c* 47. *n.*2. *Quaſi adeps ſeparatus à carne, ita David à filijs Iſrael*, ubi manifeſta fit Davidis cum cæteris Iſraelitis comparatio in ſanctitate vitæ, candore, & charitate erga Deum, & fit alluſio ad ſacrificium, in quo quanvis hoſtia pacifica Deo dicata, tota rederetur ſancta: cæterum non tota cedebat Deo ſed pars ſacerdotibus, pars ſacrificantibus. At adeps ſeparatim ſumptus longe ſanctior. ut qui totus Deo cederet, ſacro flagrans, & abſumptus igne, iuxta illud *Leviticꝰ* 3 *numer.* 16. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*: aut Spiritus ſanctus *Eccleſ.*10. *num.*2. ubi Chaldæus: Cor ſapientium incumbit ad acquirendam legem, quę data eſt manu dextera Dei; & cor ſtulti ad acquirendas facultates argenti, & auri: reſpicit enim ad illud *Deuter.* 33. *num.* 2. *In* 2

dextera eius (ſcilicet Dei) *ignea lex*, & ad illud *Proverb.3.16. In ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria*, hanc ſiniſtram ponebat ſpõſam ſub capite ſuo *Cant. 2. læva eius ſub capite, & dextera illius amplexabitur me. D. Auguſtin. in Pſalm.* 120. Noli temporalia præponere fidei tuæ; & non erit ſiniſtra ſupra caput tuum, ſed omnia temporalia ſubde fidei tuæ; & erit ſiniſtra ſub capite tuo, & rectè dextera eius complectetur te. Ad dexteram nobis ſit lex diuina, & illius meditatio. *Pſalm.44. numer.* 10. *Adſtitit Regina à dextris tuis.* Chaldæus legit. *Stabit liber legis in latere dextera tua, & ſcribetur obrizo Ophiritico.*

3 Ibi, *Verbi Dei prædicationi.* Epiſcopis, & reliquis prælatis ex officio cõuenit poteſtas prædicandi in propria diœceſi, hoc enim eſt proprium epiſcoporum munus, ut docuit *Trident. ſeſſ.5. de reformat capit. 2. & ſeſſ. 24. cap.4.* per hoc *cap.* & Paulus 2. *ad Timoth. 4. Prædica verbum, &c. Suar. tom. 3. de religion.* Ratio eſt quia ſimul cum munere conceditur poteſtas ad exercitium illius neceſſaria. iuxta *l. 2. ff de his, quibus mandata eſt iuriſdictio, & cap. præterea de officio delegati.* Cum igitur ad curam animarum pertineat paſcere gregem verbo Dei, cum paſtorali munere, cenſetur collata poteſtas prædicandi, quia verbum Dei paſtus eſt animæ, ut habetur in *Cõſil. Later. ſub Innoc. 3. cap.10.* Verum quia epiſcoporum munus limitatur ad certum territorium, & gregem, eodem modo poteſtas hæc cenſetur reſtricta, quia ſolius Pontificis eſt prædicare fidem ubique.

4 Certum etiam eſt paſtores epiſcopos non ſolùm poſſe, ſed teneri prædicare fidem, quia Chriſtus Dominus Apoſtolis, & ſucceſſoribus id præcepit *Matth. ultim. Docete omnes gentes, & Marc.16. Prædicate Euangelium*; quæ verba continere præceptum, ſatis expreſsit *Paulus 1. Corint. 9. Si non euangelizauero væ mihi, neceſsitas enim mihi incumbit.* Nam ut ait *Suarius de legibus lib 10. cap.2. numer. 8. Munus epiſcopale, ſeu paſtorale, eſt in eccleſia ex poſitiua inſtitutione Chriſti.* Suppoſito autem tali munere obligatio docendi, aut prædicandi euangelium, de iure diuino naturali eſt, pertinens ad obligationem iuſtitiæ, & fidelitatis, quę intrinſece ex tali munere naſcitur. Ex iure eccleſiaſtico tenentur etiam prædicare per ſe ipſos, niſi legitimè impediantur, ut patet ex *Concil. Lateran. cap.* 10. refertur in *cap. inter cætera de officio iudicis ordinarij, & in Trident. ſeſſ. 5. de reformat cap.2.*

5 Quamvis paſtores eccleſiæ teneantur per ſe prædicare, poſſunt excuſari ob legitima impedimenta: quænam hæc ſint, arbitrio prudentũ relinquitur, ex *Concil. Later. cap.*10. aliquot colliguntur, *Cum ſæpè*, inquit, *contingat, quod epiſcopi propter occupationes multiplices, vel infirmitates corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicam defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omnino, nec de cætero tolerandum) per ſe ipſos non ſufficiãt miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceſes, &c.* Tenentur tamen, ſi legitimè ſint impediti, ne poſsint per ſe prædicare, per alios id præſtare ut tenetur *Suar. tractat.2. de fide diſput.7. ſect.1. §. iuxta hæc.*

Quæres an poſsint epiſcopi prędicare extra 6
propriam diœceſim? Reſpondeo poſſe, quandiu non prohibentur ab epiſcopo diecœſis, in qua prædicant, ita *Hoſtiens in cap. cum excommunicamus, §. Quia verò de hæreticis. Ioann. Andr.* ibi. *Sylveſt.* verbo, *prædicatio, quæſt.*1. Ratio eſt quia, nullum præiudicium fit epiſcopo loci, cum potius ovium bonum procuretur, iuxta *c. ecce 95. diſtinction.* & ideo cenſetur tacitè conceſſa à Pontifice poteſtas prædicandi. Attamẽ ſi epiſcopus loci invitus ſit, gravis iniuria ei irrogatur, & termini alieni uſurpantur argumento *l. cum pecuniam, ff. de negotijs geſtis.* Nunquam tamen poterit epiſcopus prædicans, dare indulgentias, niſi de licentia epiſcopi loci, iuxta *cap. quod autem, de pœnit*, & pluta alia de prædicatione videbis infra in *dicto cap. Ecce, 95. diſtinctione.*

CAP. Epiſcopus gubernationem. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quarum perſonarum gubernationẽ non debeat epiſcopus per ſe, ſed per aliũ exercere.*
2 *Peregrini ſunt ſub tutela, & cura epiſcopi.*

IN textu, ibi, *Gubernationem viduarum, &c.* Argumentum eſt, quod cum proximo capite non liceat epiſcopo rei familiaris curã ad ſe revocare, ut melius orationi, lectioni, & verbi Dei prædicationi inſiſtat: multo minus ei licebit aliorum res familiares, & temporales per ſe miniſtare; argumentum valet, quia ut dicit *Bald. in conſil. 312. viſis aliis ſub numer. 3.* ante mediũ *lib.4.* Ordinata charitas plus amat ſe in ungue pedis, quam alium in vertice capitis. *Aimon conſ.6. nnmer. 25. & conſ. 8. numer.17.* & agris noſtris ſitientibus, alienos irrigare nõ debemus. *Bellam. quæſtione 87. cap. non ſatis 87. diſtinctione.* 1

Ibi,

2 Ibi, *Peregrinorũ.* Notat *Panormitanus, c. officiũ de officio Archipresbyteri*, quòd peregrini, & à foris veniẽtes, quàndiu moram trahunt in civitate, ſunt ſub cura epiſcopi loci, & Archipresbyteri. Facit ergo quòd ibi debent ſepeliri, & ſi alibi eligant, quòd quarta debeatur epiſcopo, de quo per *Pan. in Clement. dudum. de ſepultur.* & vide *Ioann. Andr. in cap. 1. lib. 6. de ſepult.*

CAP. Inutile. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Electio, quæ per vim eſt reſtricta ad certum hominem, non valet.*
2 *Ignorantia quando à peccato excuſet.*
3 *Pro electione particularis perſonæ etiã digniſsimæ, non eſt licitum pecuniã offerre.*
4 *Licitum eſt offerre pecuniam, ne eligatur ineptus.*
5 *Pro electione perſonæ idoneæ in genere, licitum eſt offerre pretium.*
6 *Homo non debet appetere honorem terrenum, non ſibi debitum.*
7 *Non expedit ſe obligare, ut aliquis eligatur.*

1 IN textu, ibi, *Inutile.* Quia electio, quæ per vim eſt reſtricta ad certum hominem, non valet, ut tenet *Panormitanus cap. terra de electione*, eligere enim eſt unum è pluribus capere, ac proinde debet eſſe libera, contra ſubſtantiam, ergo actus eſt, & conſequenter nullus ſi electores cogantur eligere ad voluntatem alterius, & *cap. ſi aliquis*, notat idem *Panormitanus*, quòd electio ſimoniacè facta, etiam ignorante electo, eſt nulla; quia vitioſe facta exiſtit, & *cap. ſacroſancta*, notat; quod prohibetur, ne ad preces aliquorũ quis promoveatur ad dignitatem, ut *cap. illud. 8. quæſtione 2. facit. 16. quæſt. 2. in cap. viſis.*

2 Ibi, *Hominem litterarum.* Quem ſcilicet ignorantia à peccato non excuſat; nam ut tenet *Navarrus prælect. 1.* Ignorantia, & ſimplicitas rudium, ſæpe numero eos excuſat, à peccato. Quando vero ignorantia à culpa excuſet, lege *D. Thom. in 1. 2. quæſtione 76. articul. 3.* & commentatores ibi. *Vaſquez diſputat 125. cap. 2.* ubi latè probat opus factum cum ignorantia comitante, non eſſe peccatum.

Ibi, *Ratiocinior ũ cauſas aſſumere.* 3 Quæres utrùm licitum ſit peccuniam offerre electoribus, ne indignum, ſeu ineptum eligant ſed quenpiam idoneum in epiſcopum, aut parochum? Prima concluſio ſit; Pro electione particularis perſonæ etiam digniſsimæ, nõ eſt licitum peccuniam offere; ita *Leſſius de ſimonia c. 35. dubitatione 19.* Ratio eſt, quia hoc eſſet emere actionem ſpiritualem Limitat *Leſſius* cum *Sotto, & Navarro*; ſi unus tamũ reperiatur idoneus, & electio eius ſit neceſſaria ad malum eccleſiæ avertendum, tunc enim ait, licere offerre pretium, ut eligatur, quia tunc cenſetur, redẽptio vexationis, nam non tàm datur pæcunia pro electione huius perſonæ, quàm ut avertatur electio indigni, & quanvis hæc electio ſecundum iura non profit, tamen poteſt à Pontifice peti confirmatio, & ita málo imminenti occurrere. *Suar. de ſimonia cap. 50. num. 42.* iſtum caſum de plano admittit, in electione ad ſummũ pontificatum, quia in hõc eſt maior ratio, ut optimé ipſe Doctor oſtendit. Non ita tamen audet aſſerere hoc licere in alijs electionibus ſpiritualium, prębendarũ canonicatuũ, vel etiã epiſcopatuum, etiamſi fiat ſpe obtinẽdi remedium à ſummo Pontifice; niſi tanta ſit neceſſitas vitandi aliquod graviſsimum damnum alicuius eccleſiæ, ut excuſet, ſed hoc rarum, inquit, eſt.

Secunda concluſio. Licitum eſt offerre pecuniam, ut non eligant ineptum, ita *Suar. capit. 50. cit. n. 39. & Leſſius dubit. 19. cit.* eſtque cõmunior ſententia, probatur, quia hæc eſt mera redemptio injuriæ, ſeu læſionis iniuſtæ; eccleſia enim habet ius, ut non detur ei miniſter ineptus; tùm quia non eligere ineptum, non eſt quid ſpirituale, nec directé munit viam ad ſpirituale. 4

Tertia concluſio. Quanvis non videatur licitum offerre pretium pro electione particularis perſonæ, tamen licitum videtur offerre pro electione perſonæ idoneæ in genere; ita *Suar. cap. 50. cit. num. 36.* cum *Caietan. Sotto Mai.* quos adducit item *Leſſius dict. cap. 35. de ſimonia dubit. 19.* 5

Ibi, *Non expedit.* Notat *Caſan. in catalog. 1. part. conſideratione 60.* quòd homo non debet gloriari, appetendo honorem terrenum non ſibi debitum, quoniam ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, aut ſine merito laboris, velle promoveri, dicitur ambitio, quæ non eſt permiſſa, cum ſit inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis dignitatis *cap. miramur in fine 6. diſtinct. &* ideo ut dicit *D. Thom. 2. 2 quæſt. 131. artic. 2. & Alexander de Ales in 2. part. ſummæ in tract. de ambitione*, eſt peccatum, quia cum honor ſit præmium virtutis *Ariſt. 4. Ethic.* Ambitioſus 6

tioſus deſiderat præſidentiam, & regimẽ, quod non debetur, niſi virtuoſis, & per conſequens non ſibi; Imò etiam ſi eſſet ſanctus, ex ambitione ſit indignus; *1. quæſt. 1. cap. principatus*; lege plura apud eundem *Caſſan.* de hac ambitione, ubi etiam de illis, qui dignitatem ambiunt, verbo, *procuratore, precibus, nec non pecunia.*

7 Ibi, *Se obligare.* Similis textus eſt. *Ic 1. Cod. ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actionem in ſe transferre*, ubi ita textus; *Divinò admodum conſtituit D. Clandius conſultiſſimus Princeps parens noſter, ut iactura cauſæ afficerentur ij, qui ſibi potentiorum patrocinium advocaſſent; ut hoc propoſito metu, indutiæ ſe lites potius ſuo marte decurrerent, quàm potẽtiorum domorum opibus niterentur*; & intelligitur hic potenior nõ omnis adverſarius, qui maior eſt eo, contra quem præſtat patrocinium, ſed de eo, qui terribilis eſt, & minacem favorem offendere poteſt, vt probat *Sebaſtianus Brant. ſupra prædictum titulum.*

CAP. Negotiatorem. IX.

SVMMARIVM.

1 *Fas ne ſit clericis, & religioſis per alios negotiari?*
2 *Poſſunt clerici artificio aliquo uti, ut aliquid lucrentur.*
3 *Aliquarum rerum venditio nõ eſt clericis prohibita.*
4 *Vtrùm religioſi ex India Orientali poſſint ſuas merces mittere in Luſitaniam vendendas?*

1 IN textu, ibi, *Negotiatorem clericum.* Probavimus ad *cap. conſequens 2. hac eadem diſtinctione*, negotiationem merè lucrativam eſſe clericis illicitam, & interdictam, quod etiam, ex hoc cap. confirmatur. Aliquæ tamen difficultates ſeſe modo offerunt enodandæ. Prima difficultas eſt; Vtrùm ſine peccato poſſint clerici, vel religioſi per alios negotiari, qui totam induſtriã præſtent, ut ſi pecuniam in ſocietate mercatorum depoſitam habeant? Reſpondeo poſſe; ita *Leſſius lib. 2. cap. 15. dubit. 1.* cum *Medina, & Molina diſput. 342.* probatur quia, tunc ceſſat ratio prohibitionis, & quia ſolum prohibitum eſt, ne per ſe negotientur. Videtur tamen parum decorum ſtatui eccleſiaſtico; unde non putarem faciendum, niſi iuſta aliqua cauſa excuſet, ut ſentiunt etiam *Leſſius, & Molina* ubi ſupra. Adde *Navarr. de ſpoliis clericorum, §. 8. in fine*, qui noſtri textus meminit. *D. Thom. 2. 2. quæſtione 77. articul. ultim. ad 3.* 1

Secunda difficultas eſt. An clericis fas ſit artificio aliquo uti, unde aliquid lucrentur, ac vitam ſuſtentẽt? Reſpondeo hoc eis licere, dũmodo ea de cauſa præſtare non omittant ea, ad quæ ex officio clericali tenentur; & dummodo artificium turpe non ſit, ac ſordidum, clericiſque indecens; ita *Leſſius lib. 2. cap. 15. dubit. 5. Saa*, verbõ. *clericus, Benuentus ſtracha de mercatura 3. part. num. 5. cum Abbat. Franc.* & aliis; item *Molina tom. 2. tract. 2. diſputat. 342.* quæ quidem reſolutio multis iuribus eſt expreſſa, *cap. clericis 1. & 2. 91. diſtinctione*, & vide quæ ibi dicemus. Confirmatur præterea concluſio exemplo Pauli, qui cum epiſcopus eſſet, operabatur manibus ſuis, artemque ſcenofactoriã exercebat, vt *Act. 18.* conſtat. Dictum eſt, *modo artificium turpe non ſit, ac ſordidum*; quoniam ſicut clerici prohibentur exercere officium tabernarij, ac lanij, propter indecentiam, ac vilitatem officij; ſic prohibita eiſdem cenſentur ſimilia artificia vilia, ac ſordida, ut coriarij, hoc eſt, eius, qui pelles in corium aptat, atque alia eiuſmodi, ſimiliter exercere prohibentur officia clericis indecentia, ut conficere cartas luſorias, taxillos, atque arma bellica; ita *Molina* citatus. 2

Tertia difficultas eſt; An clericis liceat aliquarum rerum venditio? Reſpõdeo poſſe clericos agros proprios colere, ut fructus vendãt; lapides, vel metalla, ex ſuis fundis cædere, vel eruere, ſive ea mutent in aliam ſpeciem, ſive non; greges in ſuis prædijs alere, ut ex fœtu, lacte, lana, pecuniam conficiant, aut ut ipſa animalia adulta, & ſaginata vendant, ut cum *Medina, & Molina* docet *Leſſius lib. 2. cap. 15. dubit. 1.* & ratio eſt, quia hæc omnia ſunt fructus, vel quaſi fructus agrorum; ita etiam *Comitolus lib. 1. quæſt. 53. num. 2.* 3

Vltima difficultas eſt. Vtrùm religioſi, qui ſunt in Braſilica Regione, & in India Orientali, qui dilatationi, & conſervationi eccleſiæ navant, quique ad ſuam congruã ſuſtentationem multis rebus indigent ex Hiſpanis ad eos mittendis, poſſint mittere ſuas merces in Luſitaniam, ubi plus valent, ut ex pretio neceſſaria illis mittantur? Affirmat *Molina tom. 2. tract. 2. diſput. 342.* aſſeritque nihil in huiuſmodi negotiatione ſacris canonibus contrarium contineri; dummodo nihil plus mercium, quam ad emenda in Luſitania neceſſaria mittatur. Quare cum ex negotiatione eccleſiaſticis non illicita, tributum non debeatur, utique inquit *Molina*, neque ex mercibus ita miſsis, neque ex illarum pretio tributum ullum debetur. Ego 4

quidem

quidem idem ſentirem, dummodo ſub colore neceſſitatis mera, & illicita negotiatio non miſceatur. Lege *Gabrielem Pereira in 2. part. manu Regia, cap. 38. num.* 35. an clerici teneantur iurare, an rebus extra Regnum deductis opus habeant ad proprium uſum.

CAP. Fornicari. X.

SVMMARIVM.

1. *Negotiatio in varias ſpecies dividitur.*
2. *Proprijſſimè ſumpta neque vitij, neque virtutis opus eſt, ſed indifferens ad utrumque.*
3. *Negotiatio eſt Reipublicæ ſimpliciter utilis, & neceſſaria.*

1 IN textu, ibi, *Negotiari.* Tres ſpecies negotiationis diſtinguit *Molina tom. 2. tract. 2 diſput.* 339. Prima eſt qua ab unoquoque ea emuntur, quæ ad ſuam, familiæque, ſuſtentationem neceſſaria ſunt, ſuperflua verò venduntur; & hæc quaſi naturalis eſt, & de ſe bona, ac licita, ut *D. Thom. 2. 2. queſtione 77. artic. 4.* & Doctores communiter cum *Ariſtotele. 1. Politic.* affirmant. Alia eſt qua emitur aliquid, ut per induſtriam commutatum vendatur, & hæc non eſt mera negotiatio; Vnde *D. Tomas*, eam ſub prima ſpecie comprehendiſſe videtur. Tertia denique negotiatio eſt, qua emitur aliquid, ut immutatum, carius ad lucrum cõparandum vendatur; atque hæc dicitur proprijſſimè negotiatio, & de ea poteſt eſſe dubium, ſit ne licita, an non? de quo in ſequenti numero.

2 Ibi, *Aliquando licet, aliquãdo non licet*, Certum igitur eſt, quòd negotiatio hæc preſſè, & proprijſſimè ſumpta, neq; virtutis neq; vitij ſit opus, ſed indifferẽs ad utrũq; Ita *Sotus de iuſt. & iure lib. 6. quæſt. 2. art. 2. Molina tom. 2. de iuſtitia. diſput.* 339. *Leſſius lib. 2. capit. 21. dubit. 1. Benuenutus ſtracha. tract. de mercat. part. 1. num* 28. & 29. ubi refert pro hac reſolutione. *Abb. Salic. Alens. Scot. Arch. Flor. D. Thomam*, & alios, eamque omnes probant ex verbis noſtri textus. Hinc colliges, ſi negotiatio debitè fiat, ad bonumque finem ordinetur, licitam eſſe, ac bonã moraliter, ut tenent prædicti Authores; ſi autem propter ſolum lucrũ exerceatur quãdam per ſe fert turpitudinem, ut probat *D. Thomas. 2. 2 queſt. 77. art. 4. & Sotus citatus concluſ.* 2. quoniam lucrari per ſe nihil neceſſarium, honeſtum ve nominat. *Pereira de manu Regia 2. part. cap. 24. num. 34.* verſ. *cuius*, qui noſtri textus meminit.

Ibi, *Licet ei negotiari.* Negotiatio 3 non ſolùm poteſt eſſe licita, ut oſtendi, ſed eſt Reipublicæ ſimpliciter utilis, & neceſſaria, ut oſtendunt *Sotus de iuſtit. & iure lib. 6. quæſt. 2. art. 2. concluſione 3. Molina tom. 2. diſput.* 339. probatur, quia non omnis provincia omnibus abundat, quibus indiget; ſed pro climatum varietate alia affluit terræ fructibus, & opificijs, quorum alia inops eſt; & vice verſa; neque poſſunt indigentium ſinguli tàm longa facere itinera, ut minutiora, quibus indigent, apportent, neceſſarij ergo ſunt, quibus ea ſit cura, ut mercium copias hinc inde tranſvehant, quas ſingulis minutius vendant; & quòd de loco diximus, de tempore etiam cenſendum; quare niſi eſſent qui emerent, ut in aliud tẽpus neceſſitatis cuſtodirent, non poſſet Reſpublica ſervari incolumis. Lege *Pined. lib. 4. de rebus Salomonis cap.* 23. ubi quærit, quantæ fuerint Salomonis opes ex negotiatione? Vbi ita, *ut illam omittamus mercandi, & negotiandi rationem, quæ ſordidior eſt, &c. Ad illam veniamus, quæ Regi, & Principe indigna non ſit, & videtur quidem Salomon duplicem exercuiſſe mercaturam matri alteram, alteram terra, &c.*

CAP. Eijciens. XI.

SVMMARIVM.

1. *Beroi error.*
2. *Homo mercator, ſeu negotiator multis ſuæ ſalutis periculis exponitur.*
3. *An mutuum dantes dici poſſint negotiatores, & mercatores.*
4. *Appellatione mercatoris, an contineatur uſurarius?*
5. *Vſurarius recte dicitur maledictus? & num. 6.*
7. *An, qui tantùm prædia propria locat, & aliorum cõducit, mercator, ſeu negotiator ſit?*
8. *Pecuniæ nomen varie accipitur.*
9. *Vſus pecuniæ duplex.*
10. *An liceat locare pecuniam pro eius locatione, aliquod intereſſe accipiendo?*

11 *Quid*

11 *Quid ſit nummus, & unde dictus.*
12 *De nummorum inventoribus, & imaginibus.*
13 *Homo, qui non oſtendit in ſe imaginẽ Dei, reprobus æſtimatur.*
14 *Lex vetus per Moyſen data, abrogata eſt poſt Chriſti adventum.*

1 IN textu. Quanvis *Berous in cap. nulli num. 82. verſ. non obſtat, de rebus eccleſiæ non alienandis*, dicat hunc textum eſſe Paleæ, & Gratiani, tu dicas eſſe *Chriſoſtomi in homil. 38. ad cap. 21. Matthæi*, ut advertit *Tiraquel. de nobilit. cap. 33. num. 9.* & obſervabit editio Gregoriana in præſenti.

2 In textu, ibi, *Homo mercator vix, aut nũquã poteſt Deo placere.* Quia in multis ſalutis ſuæ verſatur periculis. Negotiatio enim non ſolùm ex circunſtantijs perſonæ, loci, ac temporis reddi poteſt mala, ſed etiam ex periurijs mendacijs, exceſſu in pretio, atque ex alijs circunſtantijs proveniẽtibus ex malitia negotiantium; itaque negotiatio propter lucri cupiditatem, res eſt de ſe, attenta hominum fragilitate, pravaque inclinatione, multis conſcientiæ periculis expoſita; quod oſtendit illud. 1. *ad Timot. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli*; Hac de cauſa illam Patres tantopere vituperant: Lege *Sotum de iuſtitia lib. 6. quæſt. 2. artic. 2. & Molin. de iuſtit. tom. 2. diſput. 339. concluſ. 2. Abb. in cap. fin. num. 18. de uſuris. Navar. conſil. 3. nu. 5. & 8. de teſtamentis, & in cap. Quieſcamus numer. 49.* & multa de mercatorum officiõ tradit *Tiraq. de nobilit. num. 7.* & ſequentibus, *& num. 19.* & de legalitate mercatorum, vide eundem *Tiraquel. de pœnis, cap. 51. num. 142. Decium conſil. 111. Protenni, num. 11.* ubi in principio noſtri textus meminit.

3 Ibi; *Quis non eſt negotiator.* Occurit hic illa quæſtio, quã plerique tractant, num ſcilicet mutuum dantes, ſeu mutuatores; dici poſsint negotiatores, & mercatores? *Benuentus tract. de mercat. part. 1. num. 41. 42. 43.* triplicem ſtatuit concluſionem. Prima concluſio ſit; Pecuniam mutuam accipientes, negotiari dici non poſſunt, ſeu mercari; negotiatoreſq; ſeu mercatores, probatur *in l. in eum*, ubi *Gloſſa, Angel. & Paul. Caſtro.* Cuius rei illa ratio præcipuè à Baldo redditur in *l. 1. Cod. de inſt. & exer.* quoniam mutuum accipere ſponte ſua, & ex ſe non eſt negotiari, ad quæſtum enim, ſeu ad acquirendum non eſt; coniunctum autem cum alio actu, poteſt appellari negotiatio, & tunc merito inducit inſtitoriam; ut illud, quod non facit ſimplex natura mutui, faciat materia cõiuncta cum alia. Secunda concluſio. Mutuum dantes ſimpliciter mercatores dici non poſſunt, ut probat *Bart. in l. legatis ſub num. 2.* citans *l. in eum, ff. de inſt.* Tertia concluſio. Dantes mutuas fœnebres pecunias, rectè poſſunt dici negotiatores, non autem mercatores, & ſic negotiari, non autem mercaturam exercere, ut cum *Accurt. Angel. Paul. & Bald.* latè probat *Benuentus* citatus, *num. 43.*

Ibi; *Super omnes mercatores maledictus eſt uſurarius.* 4 Quæri hic poteſt, an appellatione mercatoris cõtineatur uſurarius? Hanc quæſtionem tractat *Benuentus tractat. de merc. part. 1. à num. 27.* Pro parte, quæ affirmat, citat *Dominic., & Archid.*, idque contendunt probare verba noſtri textus, quoniam comparativum ſupponit poſitivum, & quod vni comparatur, eiuſdem accidentis particeps ſit *l. ubi autem non apparet, ff. de verbor. obligat.* Pro alia parte, quæ negat uſuratium eſſe mercatorem, ſed fœneratori ſimilem, adducit *Romanum, & Angel.*, quos ipſe ſequitur. Ex qua ſententia infert legem municipale de mercatore loquẽtem in uſurario, ſeu fœneratore locum non habere; idque probat cum *Bald. & Albert. de Raſ. Alciat. in l. mercis*, ſcripſit, uſurarios mercatores non eſſe, quinimo ſi quis ſit mercator, & fœnus exerceat, mercatorum privilegijs nõ fruatur, quoniam non eſt verisimile legislatorem tàm improbo homini quicquam voluiſſe indulgere. Ad verba noſtri textus varias adducunt interpretationes, una eſt, hic uſurarium appellari abuſivé, & æquivocè mercatorem, non verò propriè; ſicut mala conſequentia, nõ eſt conſequentia apud Dialecticos.

Ibi, *Maledictus eſt uſurarius.* 5 Adeo maledictus eſt uſurarius, ut *cap. quia in omnibus de uſur.* Quod eſt Concilij Lateranenſis, ſtatutum ſit, ut manifeſti uſurarij ad communionem altaris non admittantur; quod licèt *Panorm.* ibidem. *Angel.* verbo, *uſura 2. num. 5.* & alij intellexerint, quod ſacrificio altaris, ut erubeſcerent, intereſſe non ſinerentur, eo pacto, quo excommunicati intereſſe non permittuntur, textus tamen id nõ ſonat, ſed quod ad Euchariſtiæ perceptionem non admittantur, ut *Sylveſt.* & alij affirmant cum *Molina tom. 2. de iuſtit. diſput. 334.* Inſuper ſancitum eſt, ut oblationes in eccleſia ab his non recipiantur. Conſtitutũ præterea eſt, ut ſi in eo peccato ex hac vita deceſſerint, eccleſiaſtica ſepultura eis nõ reddatur, & inſuper, ut ſiquis ab eis oblationẽ acceperit, aut eos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradiderit,

derit, reddere compellatur, quod accepit, & donec epiſcopi arbitrio ſatisfecerit, ſit ſuſpenſus. Conſtitutionem hanc præcepit *Gregor. 10. in Concil. Lugdunenſi, Clement. 1. de uſuris*, ſub interminatione divinæ maledictionis inviolabiliter obſervari.

6 *Si quæras, an prædicta ſuſpenſio incurratur ipſo facto?* Affirmat. *Molina* citatus; quam ſententiam dicit eſſe communem Doctorum; Negat tamen *Suarius de cenſur. diſput. 31. ſect. 2. nu. 10.* ubi ait, poſſe extravagantem ad evitanda, ſupradictam ſuſpenſionem non incurri, donec uſurarius ſit ſpecialiter, & nominatim per ſententiam condemnatus, vel ſaltem de tali crimine declaratus. De alijs pœnis uſurarij, tàm laici, quàm clerici alibi dicendum, interim videatur. *Molina diſput. 334.* citata.

7 Ibi, *Qui agrum locat.* Quæri poteſt, An qui tantùm prædia propria locat, & aliorum conducit, mercator, ſeu negotiator ſit? *Bart. in l. legatis*, negat hunc mercatorẽ eſſe, citat *l. ſi cum villico*, ubi caſum eius de quo quæritur, eſſe dicit *ff. de inſtit. Bart.* conſentiunt *Alex. Aymon. Cravet. Ber.* & alij plerique, quos citat *Bennenutus in tract. de mercat. part. 1. numer. 48.* idque probant verbis noſtri textus. Addit tamen *Bennenutus* eum, qui agris colendis quæſtus cauſa operam dat, negotiatorem, non autem mercatorẽ dici poſſe, ut recte *l. quicunque in §. Labeo, ff de inſtit.* Vnde negotiatores, non autem mercatores dici poſſe exiſtimat, qui agros conducunt, ipſoſque colunt, & eorum opera quæſtus cauſa huic negotio ſe dedunt, & in hoc ſe exercent.

8 Ibi, *Quoniã pecunia.* Pecunia hîc ſtrictè ſumẽda eſt pro pecunia nummata; Nam latiſsimè pecunia dicitur quidquid homines poſsident in terra *cap. totum. 1. queſtione 3.* & probat latè *Caſſan. part. 12. conſideratione 54.* ex varijs legibus; item cum *Bart. & Iaſone.* Accipitur namq; pecunia latiſsimè pro omni re, quę eſt, vel eſſe poteſt in patrimonio, & eſt clarus textus in *l. pecunie. 2. 3. ff. eodem*, qui ait *pecunia nomine non modo numeratã pecuniã, hoc eſt numi, ſed omnes res tã ſoli, quàm mobiles, & tàm corpora, quàm iura contineri.*

9 Ibi, *Non ad aliquem uſum diſpoſita eſt, niſi ad emendum.* Intelligi debet de uſu principali, & primario pecuniæ, non de ſecundario, Nam ut cum *D. Thom 2. 2. queſtion. 78. articul. 1. in ſolut. ad ſextum*, docet *Ludovicus Lopez lib. 2. cap. 24.* item *Ioann. Nider. tract. de contr. mercatorum, cap. 3. num. 15.* uſus pecuniæ duplex eſt, alius enim uſus eſt principalis, ſcilicet diſtractio pecuniæ in cõmutationes, alius verò eius uſus poteſt eſſe ſecundarius, videlicet uti pecunia argentea, vel aurea ad oſtentationem, & pompam, vel ad ſtatuendam eam loco pignoris.

Hinc ergo inſurgere poteſt quæſtio. An liceat locare pecuniam, pro eius locatione, aliquod intereſſe accipiendo? Cui quæſtioni reſpondendum eſt ad mentem *D. Thomæ* cum *Ioãne Nider, Ludovico Lopez* citatis, quanvis pro principali uſu pecuniæ, nullus aliquid ultra ſortem ratione mutui poſsit accipere: tamen ſi conſideretur pecunia in ordine ad uſum ſecundarium, id eſt, ad oſtentationem, & pompam, ad quam eius cõductor ea uti parat, vel ad deponendam eam loco pignoris, talem uſum pecuniæ licitè homo vendere poteſt, & locare; ita præter Authores citatos tenet *Leſſius lib. 2. capit. 23. num. 4.* 10

Ibi, *Sicut nummus habet charagma Cæſaris.* Nummus, ut probat *Caſſan. part. 12. conſiderat. 54.* cum *Iaſone, & Calio*; eſt qui rebus menſuram infert, ac æſtimationem, eſtque medius quodãmodo, cuncta metitur, ac rerum pretia inæqualium ea menſura ad æqualitatem revocantur, quia verò ex lege; eſt non natura proinde nummi prorepſit appellatio à nomo id eſt lege eſtque ut Ariſtoteles in quit, tanquam fideiuſſor, quapropter nummum monetam appellavere, quod ſigno nummis matis moneantur, cuius prædij eſſet. 11

De nummorum inventoribus, & uſu apud veteres, & de imaginibus, quæ in illis inſculpebantur, vide *Alexandrum ab Alexandro lib. 4. Genialium dierum, cap. 15.* ubi etiam invenies quomodo obſervatum fuerit, ut imagines Cæſarum cum inſcriptione, & titulis nummis adſcriberentur: Lege expoſitores ad illum locum *Matth. 22. num. 20. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? dicunt ei, Cæſaris, &c.* 12

Ibi, *Homo, qui nõ oſtendit in ſe imaginẽ Dei, reprobus æſtimatur.* Nam ut ait Apoſtolus ad *Romanos 8. nu. 29. Quos præcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Eſt enim Chriſtus Dñs, ut ait Sotus ad hunc locum Pauli, cauſa noſtræ ſalutis, qua homo eſt, non ſolũ meritoria, & ſuo gradu efficiens, ſed étiã exemplaris; ad cuius ſcilicet ſimilitudinẽ beatificãdi ſunt omnes ſancti, quotquot participes futuri ſũt hæreditatis æternę, & ipſe quidẽ, qua homo eſt in culmine participatæ, beatitudinis, ad quã tanto propius, vel diſtantius accedunt beati homines, quãtò per ipſius gratiã plus, minus vè charitate proficerũt. Lege expoſitores ad hũc locũ Pauli, itẽ ad illũ *2. ad Corint. 15. Sicut portavimus imaginem terreni; portemus, & imaginem* 13

celeſtis,& ad illum locum. *Geneſ.*1. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creauit illum.*

14 Ibi, *Everſæ ſunt ſcripturæ eorũ.* Concluſio certa eſt,legem veterem per Moyſẽ datam abrogatam eſſe poſt Chriſti adventum, vimq; obligandi amiſiſſe, ita definitum eſt ab Apoſtolis. *Azor.*15. per illa verba; *Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis &c.* Et in illius confirmationem,& defenſionem multa Paulus ſcripſit variis in locis: *Ad Romanos 6. Non eſtis ſub lege ſed ſub gratia*, vide latiſsimè *Suarium de legibus lib.9. cap.*10.*&* 11.*& eſt textus in cap.translato de conſt.*

CAP. Quoniam. XII.

SVMMARIVM.

1 *An ſit licitum uti maleficio ad procurandam ſanitatem.*
2 *Occaſiones malorum an ſint fugiendæ.*
3 *Variæ difficultates in opere faciendo poſſunt occurrere,& quæ earum augeat meritum?*
4 *Virũm de proprijs operibus poſsit quis gloriari?*
5 *Otium, aliud fugiendum,aliud laudabile,& amplectendum.*

1 IN textu, ibi, *Ligaturas ſacrilegas & incantationes quærũt.* Certum eſt nunquam ob quemcumq; finem,licitũ eſſe uti maleficio; unde patet,quòd neque propter ſanitatem corporis conſequendam, ita *Sanchez de matrim lib.7.diſput. 95. num.*1. probatur ex *cap.qui ſine ſalvatore 26. quæſt.*2 *& cap. admoneant, & cap. Obſervetis 26.quæſtione 7 & cap. illos 26. quæſt,* 2. Quare iure optimo *artic.*5. *&* 7. Pariſienſi deciſum fuit, errorem eſſe affirmare,licere ob quemcumque bonum finem maleficijs uti: vel circa hoc diſpenſationem cuiquam fuiſſe conceſſam. Quare ut notat *Sanchez* à veritate abhorret,quòd dicitur *l eorum* 4. *Cod de maleficis, & l Regia* 3.*tit* 23.*part.*7.& tradit *Azor in ſumma tit de maleficijs*, nempè maleficos bona fine maleficia exercentes,ne fructus terræ vi ventorum,ac grandinis abſumantur excuſari, & ita *Bart.d.l eorum num. unico*,& ibi *Salicetus num.unico Gregor. Lop. ea l.*3. verbo,*Razon. Azevd lib* 8.*recopil.tit.*1.*l* 5.*num.* 13. dicunt in foro conſcientiæ hoc nullo modo licere, quãvis attento iure civili id delictum minime puniatur; Quare illæ leges intelligendæ ſunt, ut id delictum vacet pœna in foro civili: non autẽ culpa careat. Varias quæſtiones circa hãc materiam lege apud eundem *Sanchez d.diſputat. 95. & 96.* & noſtrum textum dicit Auguſtum *Ripa de peſte fol.*74. *col.*3.*num.*53.quem refert,& ſequitur *Boerius deciſ.* 323.*num.*20. poſt principiũ, & vide *Padilla in l. tranſigere num.*30. *Cod.de tranſaction.*

Ibi, *Negotiatio enim me non facit malum.* Similis fuit illorum vox, qui non ſolum exiſtimabat æquè bonum eſſe manere in ſæculo, ac ingredi religionem, ſed manere in ſæculo eſſe aliquid glorioſius& argumentabantur ſic; Virtus circa magis difficile conſiſtit; ſed difficilius eſt,inter multas peccandi occaſiones peccata vitare, & mirabilius eſt hominò in medio flãmarũ nõ uri,& glorioſius eſt inter numeroſiores hoſtium acies, & frequentiores inſultus, & maiora bellorũ diſcrimina de hoſtibus triũphare;ergo glorioſius eſt manere in ſæculo inter occaſiones ac proinde mrioris meriti, quã ingredi religionẽ, & occaſiones fugere. Hos tamen egregie refellit. *D.Bonaventura in Apologia pauperum in prima reſponſione 3. particula, artic.*2. *& D. Hieron. contra Vigilantium*; ubi egregiè probat hi Authores, malorum occaſiones eſſe omnino fugiendas, & evitandas; ponam hîc, quæ docet *D.Bonaventura in ſolutione præcedentis quæſtionis*, quæ magnam lucem noſtro textui, & capiti afferent. 2

Triplex,inquit *Divus Bonaventura*,datur difficultas; Prima provenit ex arduitate,& nobilitate generis operis,ſicut omni ſe caſtrare concubitu,omni abrenuntiare poſſeſsioni, & omnino ſe alienæ propter Deum ſubijcere volũtati; & hæc abſque dubio auget meritum. Eſt & alia difficultas veniens ex vitioſitate per ſe agentis, ſicut difficilius eſt diviti avaro dare minuta, quam largo maiora,& ſuperbo ſe alteri ſubdere,& guloſo ieiunare, & aſſueto voluptatibus carnis difficilius continere; & hoc non auget meritum,ſed miſeriam. Eſt & tertia difficultas ex circunſtantijs extrinſecis annexis trahens originem;ſicut difficilius eſt abſtinere,cum apponuntur dilicata cibaria;difficilius eſt bona temporalia contemnere, quando offeruntur magna, & pulchra; difficilius continere in conſortio fœminarum, & hæc difficultas per accidens,& indirectè auget aliquando meritum, cum virtus inter hæc illæſa triumphat; ſed directè, & per ſe, eſt magis via ad ruinam, & ideo fugienda. Vnde patet, cum negotiatio ſit magis via ad ruinam, eſſe fugiendam, quia fugiendæ ſunt malorum occaſiones.

Ibi,

1 Ibi, *Nemo de ſuis operibus glorietur.* *Bellarmin. lib. 5. de iuſtificatione cap. 7.* illam contra hæreticos tractat quæſtionem; Vtrùm quis poſsit in proprijs meritis fiduciam probat, & ex ſacræ ſcripturæ teſtimonijs. Prima concluſio, fiducia ſanctorum, quã in Deo conſtituunt, non ex fide ſola, ſed etiam ex bonis meritis naſcitur. Secunda concluſio. In bonis meritis, quæ verè talia eſſe compertũ ſit, fiducia aliqua collocari poteſt, modo ſuperbia caveatur. Tertia concluſio, propter incertitudinem propriæ iuſtitiæ, & periculum inanis gloriæ tutiſsimum eſt, fiduciam totam in ſola Dei miſericordia, & benignitate reponere.

5 Ibi, *Quia negat otium.* Quamvis detur otiũ minime laudandum, ſed potius puniendum, ut oſtendit *Bartholom. Caſſan. part. 11. conſider. 1. & 29.* Tales enim otioſi, ignavi, & inutiles patriæ ſuæ ſunt magis oneri, quàm honori, ut ait *Valerius lib. de teſtamentis, quæ reſciſſa ſunt cap. 2.* Datur tamen aliud otium laudandum, quod eſt literatorum, ac contemplantiũ veritatem; de quo Cato dicebat, Viro nobili quemadmodũ negotij, ſic & otij rationem extare oportere. Hoc idem Seneca in epiſtolis amplectendum ſuadet honeſto, ac prudenti viro, quo ex actionũ tumultu, tanquam inportum ſe tandem recipiat, ubi ſe ſe primũ, deinde humana pariter, ac divina dignoſcat, & ut ait *Bernard. Otium eſt vacare Deo, imo negotiũ negotiorum, ubi nullũ admittitur otium.* De hoc otio laudabili addit multa *Caſſan. part. 12. conſiderat. 49.* legé etiam. *Ioann. de Monthel. in ſuo promptuario iuris*, in verbo, *otium.* & *Lucam de Peña in l. 1. col. 2. Cod. de excuſat. artificũ. lib. 10.* ubi amplè tractat. de duplici otio, laudato ſcilicet, & illaudato.

CAP. Quid eſt. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Caſsiodorus quis fuerit?*
2 *Negotiatores vituperabiles exterminari debent.*
3 *An clerici teneãtur erogare pauperibus quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, *Caſsiodorus.* Marcus Aurelius Caſsiodorus Senator, & ab epiſtolis regi Theodorico fuit, auctuſque ampliſsima dignitate præfecturæ Prætorij, quanta vir pietate enituerit iſte, & epiſtolæ eius illuſtres, & illuſtriora facta manifeſtant; quę apud *Baronũ tom. 7. Annal. anno Chriſti 574. num. 2. & deinceps*, feliciter referuntur, & perenni memoria dignus cõmendatur. Scripſit duodecim epiſtolarum libros, & chronicũ breve ab initio mũdi uſq; ad tẽpora Theodorici Italiæ regis cõtexuit itẽ alios duodecim libros de geſtis Gothorum. Ac tandem mundo vale dicens monachuſq; effectus, & totũm dedit rebus divinis: & de divinarum lectionum cõſtitutionibus, in pſalmos, & in Cantica Canticorum per pulchra edidit commentaria, hiſtoriamque Tripartitam ex libris, *Sozomeni, & Theodoreti* latinitate donatis per Epiphanium coagmentavit. Lege *Bellarminum de ſcriptoribus eccleſiaſticis ſub anno Trigeſimo ſuper quingenteſimo.* Porrò eiuſdem Aurelij opera omnia quæ extant locupletiora, & auctiora ex fide manu ſcriptorum prodierunt, multa item perierunt. *Poſſevinus* audiatur *in apparatu ſacro*, verbo, *Caſsiodorus.*

2 In textu, ibi, *Negotiatores, ergo illi abominabiles.* Explicationem noſtri textus vide apud *Benuenutum de mercatura part. 1. num. 29. Bernard. in practic. cap. 55. littera A.* verſ. *erit.* Adde *Salicet. in Authent. ad hæc quæſt. 21. num. 18. C de uſu*, qui cenſet cõſuli in dicto capite, ne quis mercaturam exerceat, propter mendatia, ac quæſtus cupiditates, ne ve conſequenter anima de templo Dei ejiciatur, hos verò negotiatores, qui hic abominabiles vocantur, meritó cenſet *Scotus in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 2.* rejiciendos eſſe, & exterminandos à Republica, & procul à patria relegandos, *quoniam prohibent*, inquit, *immediatam cõmutationem volentibus emere, & commutare*; & per conſequens faciunt quod libet venale; vel uſuale cariùs ementi, quàm deberet eſſe, & vilius vendenti, & ſic utrique parti dãnum inferunt, ita etiam *Benuenutus citatus nu. 34. 35. & Ioann. Nider. cap. 2. numer. 11.* qui præcipuè loquuntur de ijs, qui emunt, ut ad diẽ vendant.

3 Ibi, *Per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur.* Hic illa quæſtio excitari poteſt, quam tractat *Benuenutus de mercat. part. 3. num. 7.* Vtrùm clerici teneantur erogare pauperibus, quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt? & quidem *Benuenutus* ait, per eſſe, ut clerici animabus conſulere cupientes, reſtituere teneantur. *14. quæſt. 5. cap. Qui habetis*, & ſcribit *Car. in Clem. 1. in fine pe vita, & Ianeſt. clericor.* qui referendo *Tra. Allu.* ſubdit. Si totum non reddiderint, ex hoc in ſtatu dãnationis eſſe non cenſeri; *ea cauſa, & quæſt. cap. non ſane*, & ſi pauperibus non dederint *Zeno. & Innocent.* Non tamen clericos damnari ſenſiſſe refert; lege *Benuenutum* citatum.

CAP. Neque. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Clerici tutores, & curatores esse non possunt, nisi legitima tutela.*
2 *An liceat pro eo orare, qui in peccato mortali decessit?*
3 *An mortui possint excommunicari?*

1 IN textu, ibi, *Presbyterum aut sus sit tutorem constituere.*
Episcopus tutor, aut curator esse non potest, nisi miserabilium personarũ, quarũ bona perirent, nisi ipse succurreret. *Authent. de sanctiss. episcop. Authent. presbyter. 3. c. de episcop. & cleric. leg. 14 titul. 16. part. 6.* Similiter clerici in sacris ordinibus constituti, tutores, & curatores esse non possunt testamentaria, aut dativa tutela; legitima verò, quando proximiores sunt in gradu pupillo, esse possunt, sed non tenentur: ita habetur Authenticis citatis, & *l. 14. titul. 16. part. 6.* nostrum verò caput loquitur de testamentaria, aut dativa tutela, ut ait *Molina tom. 1. tract. 2. disput. 221.* Fas etiam est clericis, tutores, aut curatores esse miserabilium personarum in eventu, in quo dictum est id licere episcopis. Religiosus tutor, aut curator esse non potest, ut probat *Molina* citatus, ubi ait non esse audiendam *Glossam cap. ultim. 86. distinctione*, quæ cum primò consentiat, postea subiungit, per illud caput corrigi Authent. quasi Monachus, aut episcopus suscipere possit, si non testamentariam, aut dativam, certè legitimam tutelam, eodem modo, quod de clericis dictum est.

2 Ibi, *Aut deprecatio aliqua.*
Hinc patet, non esse orandum pro ijs, quos lethali culpa constrictos decessisse manifestò, ac certò constiterit, ut probat *Azor lib. 9 instit. moral. cap. 31.* Nam ex Concilio Bracharensi dicitur. *Placuit ut ijs, qui sibi ipsis voluntariè inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deferantur.* Similiter, & de ijs placuit fieri qui pro suis sceleribus, moriuntur impenitentes, & 23, *quæstione 8. cap. quicumque clericus*, ita statuitur: *Quicumque clericus, aut in bello, aut in rixa, aut in Gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur*, & certè non esse orandum pro tali peccatore; probat *Suar. de pœnit. disput. 8. sect. 1. num. 22.* cum *D. Augustin. D. Gregor. D. Hieron.* Quia talis peccator, est iam extra statum salutis, & sicut pro damnatis non est orandum, itaque neq; pro eo; & quòd notorius peccator, qui subito absque signis contritionis decessit, non sit sepeliendus in loco sacro, docet *Navarr. cap. 26. numer. 33.* probat *cap. quibus 13. quæstione 2. & cap. omnis de pœnis, & remission.* Lege Authores ad illum locum primæ epistolæ *Ioann. cap. 5. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.*

3 Ibi, *In ecclesia frequentetur.*
Per hunc textum, & alia iura tenent nonnulli Doctores, quòd mortui excommunicari possunt. *DD. in cap. sane 24. quæstione 2. Richard. in 4. distinctione 18. articul. 5. quæstione 4.* & ibi, *Gabriel. quæstione 2. articul 2.* facit textus *in cap. si quis episcopus de hæreticis*, ubi præcipitur, ut propter quædam delicta episcopi *saltem post mortem ei anathema dicatur.* Sed contrarium tenendum est. Nam directè non potest homo mortuus censura ligari, & consequenter neque in eum potest directe censura ferri, ut docet *Navar. in Manual. cap. 27. num. 13. Covar. in cap. Alma part. 11. §. 1. num. 8. Castro lib. 2. de iusta hæreticor. punit. cap. 19 & 20.* comprobat latè *Suar. tom. 5. de const. disput. 5. sect. 1.* ubi *num. 5.* & 9. nostri textus meminit, & ad contraria fundamenta respondet.

DISTINCTIO. LXXXIX.

CAP. Singula. I.

SVMMARIVM.

1 *Plura beneficia ecclesiastica in una persona sunt incompatibilia.*
2 *An plura possint bona fide obtineri, etiam Romano Pontifice concedẽte, seu permittente?*
3 *Quinque causæ, quæ aprobante iure, plura largiuntur beneficia.*
4 *In quibus beneficijs hæc pluralitas Canonum authoritate concessa locum habeat?*
5 *An habeat locum in commendis.*
6 *Vnum solùm officium vix digne quis potest implere.*

1 IN textu ibi, *Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusq; personis, singulatim cõmitti iubemus.*

De in-

De incompatibilitate multorum beneficiorũ in una perſona videndus *Gracia de beneficijs, par. 11. to;o cap.5.* ubi de hac materia latiſsimé; de eadem copioſum tractatum edidit *Alphonſus de Hojeda* Conſule acta *Concilij Chalced. cap.*10. quod habetur 21 *quæſtione* 1. *cap. clericum, & ſeptima. Synodis cap.* 15. quod habetur *eadem quæſt. & cauſa. can.*1. *& decretum concilij Lateranenſis ſub. Innoc.* 3. quæ eius eſt decretalis, *de multa de præbend. capit.* 17. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *Sanctionem Vrbani in Concilio Placentino, Extravagantem Ioann.*22. *execrabilis de præbendis, & Doctores ibi.*

Dubium eſt. Vtrùm ſaltem bona fide poſsit 2 quis plura obtinere beneficia eccleſiaſtica, etiã Romano Pontifice, ſeu permittente, ſeu concedente? Hanc quæſtionem ſub his terminis tractat *Comitolus lib.*1. *reſponſ. moral. quæſtione* 73. ubi affirmativè reſolvit, ſi iunctæ adſint cauſæ; Neque de hoc dubium eſſe poteſt. Cauſæ verò ad plura uni beneficia concedenda ſunt duæ; *neceſsitas eccleſiarum, ſeu beneficiorum, & eorundem utilitas*, de quibus *D. Bernardus. Henric. Gand. Adrianus, Innocent. Honorius, Gabr.* & alij relati ab eodem Comitolo, præter has duas cauſas, nonnullæ ſunt aliæ ad facilius diſpenſandum impellentes, ut perſonæ conditio, nobilitas, fama, litterarum ſcientia, curſus, ut inquit *Innocent.* 3. *in cap. Notuit. §. Multa enim de electione, & in cap. de multa providentia. de præbendis, §. Extremo.*

Quinque etiam cauſæ ſunt, quæ approbante 3 iure, plura largiuntur beneficia quas perſequitur *Gloſſa* 21. *quæſt.*1. in principio *D. Anton. in* 3. *part. tit.*14. *cap.*1. *§.*6 *Piſanella* quem citat *D. Antonin. Sylveſt.* in verbo, *beneficium ſect.*4. *num.* 3. *Roſella* in verbo, *beneficium ſect.* 1. *numer.* 8. *Tabiena eodem titul. num.*31. *Armill. eodem num.*47. *Sotus de iuſtit. & iure quæſtione* 5. *articul.* 3. *Adrianus in* 4. *diſp. de reſtitut. quæſt. quia in præmiſsis. §. in hac quæſtione Gabr. in* 4. *diſtin.* 5. *q.* 8. *articul.* 3. *dubio.* 2. *notab.*3. *littera O.* In quibus cauſis agnoſcit diſpoſitionem iuris, non iudicis. Prima cauſa eſt, cum beneficium eſt tenue, nec ſumptus ſuppeditat ſuo poſſeſſori neceſſarios; tunc enim poteſt cũ eiuſmodi beneficio aliud coniungi, vide *Concil. Trident. ſeſſ.*24. *cap.* 17. Secunda, cum una eccleſia pẽdet ex alia, vel quia altera alteri ſubijcitur, vel quia eſt in alterius fundo altera conſtituta. Tertia, ſacerdotum penuria. Quarta, quando quis vnius eccleſiæ obtinet titulum, altera eſt ei commendata. Quinta cum eccleſia annexa eſt dignitati, vel præbendæ; quo tempore, qui maiori eccleſię, per ſe præſtat obſequia, parochiali per idoneum vicarium inſervire debet; harum cauſarum iura vide apud *Comitolum in lib. de officijs parochiorum.*

Hanc pluralitatem Canonum authoritate 4 conceſſam, *D. Antonin.* 3. *part.* 14. *capit.*1. *§.* 6. *& Sylveſt.* verbo, *beneficium* 4. *num.* 3. aiunt locum habere in beneficijs quibus non ſit adiuncta cura animarum, & beneficijs, ſeu præbendis, quæ non ſint in eadem eccleſia conſtitutæ; huiuſque interpretationis, ſeu moderationis authorem Archidiaconum proferunt; de illa latiſsimè, & doctè *Garcia part.*1. *cap.*5. ubi iura, & Doctores plurimos affert, præſertim. §. 2. de incompatibilitate duorum beneficiorum ſub eodem tecto. Omnibus his cauſis iuſtæ diſpẽſationis in numero ſacerdotiorum ſecluſis, eorum quælibet multitudo ad certum animorũ ducit interitum, quippe, quæ naturæ, Dei, & eccleſiæ iura perrũpit, & leges naturæ prævertit, ut ait, & probat *Comitolus lib.*1. *reſponſ. moral. quæſt.* 73.

In commendis perpetuis habere in compa- 5 tibilitatem *cap. de multa de præbendis, tenet Gonſales in regul.*8. *cancel. Gloſſa* 5. *§* 8. *numer.*20. *Garcia de beneficijs part.*4. *cap.* 4. *à num.* 33. *& numer.* 40. quos refert, & ſequitur *Auguſt. Barboſa de poteſtate epiſcopi part.*3. *allegat.* 58. *numer.* 4. *& ante illos docuit Alphonſus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum part.*1. *cap.* 14. *à num.* 16. *uſque ad num.* 30. Probat *conſil. Trident. ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 2. *& cap.* 4. licèt antea ſecus eſſet dicendum. *Caſſador. deciſ.*32. *num.*7. *ſup. regul. Gomes regul. dictionali num.*6. *Caputaquent. deciſ.* 147. *num.*2. *part.*1. *Putens deciſ.* 333. *lib.* 1. *& deciſ.* 275. *lib.* 3.

Ibi, *Vni quantumlibet exercitatæ perſonæ* Quia unum ſolum officiũ vix dignè quis poteſt implere, *cap.*1. *de conſuetudine lib.*6. & quod ibi notat Archidiaconus, & ibi plene per eum, quem videas, Vnde, ut bene notavit *Caſſan. in catal. Gloriæ mundi,* 1. *part. conſideratione* 61. etiam in civilibus officijs homo cõtentus eſſe debet uno, nec duo officia petere, aut tenere poteſt; textus eſt ad litteram *in l.* 1. *Cod. quemadmodum civilia munera inducuntur lib.* 10. & habetur *in l. quiſquis Cod. de cohortalibus, & principibus, & cat. lib.* 12. ubi *Bart.* dicit, quód duo etiam officia non licet ſimul habere, & *Iacobus Rebuff. in d. l.* 1. *C. quẽadmodum civilia munera, & in l. æternam. Cod. de murilegulis lib.*11. *& l. unica*, ubi idem *Iacobus, C. quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet, lib.*11. Nec etiam duos honores, *l. libertus §. præſcriptus ad municip. & l. fin. Cod. de aſſeſſoribus, & l. quiſquis Cod. de proximis ſacrorum ſcriniorum lib.*12. Nec etiam duas militias, *l. his quidam, §. in poſtremo. Cod. qui militare non poſſunt lib.* 12. & dicit *Lucas de Peña in l.*1. *Cod. de primicerio, lib.*12. Adde *Azevedo lib.*4. *tit.*25. *l.*19. *nova recop. numer.* 3. qui noſtri meminit.

CAP. Quia. IV.

SVMMARIVM.

1 *OEconomus quis dicatur?*
2 *Qui emit rem eccleſiæ ab œconomo, qualiter rem, & pretium amittat.*
3 *An poſſit habere regreſſum contra eccleſiam, poſito quòd œconomus non ſit ſolvendo?*

1 IN textu, ibi, *OEconomum habere.* Si quæras quis dicatur œconomus? Vide *Spec. in tit. de his, qui alieno nomine in iudicio interveniunt.* in verſ. *OEconomus*, nu. 5. qui noſtrum textum meminit. *Bald. in l. Omnes, Cod. de epiſcop. & cleric. Bart. in l. iubemus.* in princip. *Cod. de ſacroſanct. eccleſ. Panormitan. cap. Imperatorem de iuramento calumniæ,* & de officio œconomi aliqua traduntur per *Mod. in cap. Determinamus, de ind.*

2 Ibi, *Res eiuſdem eccleſiæ diſpergi.* OEconomi res eccleſiarum in caſibus prohibitis alienantes pœna, *l. Leonis aſſiciuntur,* & emptor pretium amittit, & rem cum fructibus reddit. *Authent. de non alienand. aut permut.* ibi. *Si quis emere præſumpſerit rem eccleſiaſticam, aut pthochicam, cadat quidem mox pretio: exigatur autem res, quam accepit, cum omni medij temporis incremento; & contra ſanctiſſimam quidem eccleſiam, aut venerabilem domũ, nullam omnino habet actionem; contra venerabiles verò œconomos, aut qui omninò vendiderunt, in propriis eorum ſubſtantijs ex contractu habeat actionem, ut metu ſuæ ſubſtantiæ, etſi non propter Dei timorem, tamen ſegniores circa venditionem fiant:* lege ibi *Bart.* cum multis, quos adducit.

3 Quærit tamen *Bartholus in illo Authent. citato,* poſitò quòd œconomus non ſit ſolvendo, an poſſit emptor habere regreſſum contra eccleſiam? *Gloſſa in Authent. qui res, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* dicit quòd ſic, quod ita intelligunt Doctores eſſe verum quando emptor eſt bonæ fidei; aliàs imputet ſibi, quia ſibi caveri non fecit, ne ſi aliter diceremus, ex ſuo dolo cõmodum reportaret, *l. Planè, delegat. 1.* cum ſimilibus, aitq; *Bart. num. 2.* idem tenere noſtros *Canoniſtas in cap. Ad audientiam, de rebus eccleſiæ non alienand.* quibus ipſe accedit. Tenetur tamen eccleſia id ſolum ſolvere, in quo ex eo pretio eſt facta locupletior, ut cum *Panormitan.* tenet *Molina tom. 2. diſput. 468. §. Quando alienatio. Decius in l. Sicuti pœna, num. 3. de regulis iuris,* & *conſ. 404.* in fin. *Gomes in §. Ex maleficijs, num. 36. inſtitu. de actionibus.*

CAP. Indicatum. V.

SVMMARIVM.

1 *Multi ſunt caſus, in quibus poteſt cognoſcere iudex eccleſiaſticus contra laicum.*
2 *Quæ ſit pœna œconomi alienantis res eccleſiæ?*
3 *An œconomus emendando damnum eccleſiæ, evitet pœnam?*
4 *Qui virtute excellunt, debent honorari.*
5 *An œconomi coram epiſcopo rationem reddere debeant?*
6 *Dictio, Quò, quid ſignificet?*
7 *Dictio, Videlicet, quid importet?*

1 IN textu, ibi, *Diſtrictè à vobis diſcuti convenit.* Cognoſcit iudex eccleſiaſticus de cauſa clerici etiam actoris contra laicum, quãdo laicus eſt detentor alicuius rei eccleſiæ; vel rei alicuius clerici; ut quia ſpoliavit clericum, vel eccleſiam poſſeſſione alicuius rei, nam pro tali re poteſt coram iudice eccleſiaſtico conveniri. Textus eſt, & ibi *Abb.* & *Felin. in cap. Si clericus laicum, de foro compet.* & *Abb. in cap. Relatum de iure patronat.* iſtud enim dicitur crimen quaſi ſacrilegij, ut ibi habetur, & tenet *Marant. 4. p. diſt. 11. num. 6.* lege ibi *Additionem Petri Follerij,* qui circa huius rei veritatem citat *Stephan. in tract. de poteſtate eccleſiaſtica ſuper laicum, num. 31.* dicentem, id de conſuetudine non ſervari. Multi etiam ſunt caſus, in quibus poteſt cognoſcere iudex eccleſiaſticus contra laicum. Viginti quinq; numerat *Marant. p. 4. diſt. 11. à num. 2. uſq; ad 58.* eosq; late probat, quapropter ibi poſſunt videri, cum exceptionibus, & additionibus *Petri Follerij,* & an laicus poſſit eſſe adminiſtrator generalis bonorum eccleſiæ, putà œconomus? Vide late *Ripam in cap. 2, de iudicijs, num. 52.* & conducunt ad textum, quæ fuſius dicemus infra in *cap. Benè quidem,* in principio, & deinceps *96. diſt.* & notat in ſimili textum noſtrum *Sarmiento de redditibus, 4. p. cap. 6. num. 2.* Ex quo colligit *Abb. in cap. Edoceri de reſcript. nu. 9.* non poſſe laicum eſſe œconomum generalem rei eccleſiaſticæ; licèt enim in *cap. 2. de iudic.* poſt medium dicat, non obſtare quominus ſit ſpecialis œconomus ad certa eccleſiæ negotia; conſentit *Decius in eodem cap. 2. de indic. nu. 9.* poſt medium, & citatur textus noſter à DD.

ad illam quæſtionem. Vtrùm ſcilicet laicus poſſit excomunicare, de quo etiam in *cap. Benè quidem*, infra, 96. *diſt.*

2 Ibi *Cum pœna legibus ſtatuta.* De pœnâ œconomi alienantis res eccleſiæ; vel conſentientis in illius alienatione, eſt textus *l. Iubemus nulli, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* ibi. *In quacunque alienatione conſenſerit, commiſſa ſibi œconomatus adminiſtratione privetur: deq; eius bonis quodcũq; ex inde incommodum eccleſia contigerit, reformetur; hæredesq; eius, & ſucceſſores, ac poſteri ſuper hoc facto, ſive conſenſu, competenti ab eccleſiaſticis perſonis actione pulſentur.* & in *Authent. de non alienand. aut permutand.* idem ſtatuitur.

3 Quæres. An œconomus, emendando damnum eccleſiæ, evitet pœnam? Reſpondetur quod non; ita *Bart. in Authent. de non alienand. aut permutand. rebus eccleſia.* in principio, *num.* 2. *collat.* 2. per *Goſam in cap. Si quis presbyterorum, de rebus eccleſia non alienand.* & in *cap. Quod ſicut de electione. Menchaca Illuſtrium, cap.* 28. *num.* 3. & 5.

4 Ibi, *Sed probatis.* Nobiles ex ſapientia, virtutibus, ac bonis moribus prælionorantur, cum præferendi ſunt his, qui ex genere, & divitijs, ſeu loco, aut privilegio nobilitatis decorantur; ita tenet *Lucas de Penã in l. Mulieres. in* 4. *columna*, in principio; *Cod. de dignitat. lib.* 12. quod ſic probat in 2. *col.* Cum hæ tres ſpecies nobilitatis ex ſapientia, ſcientia, & virtute ſint in anima; ſpirituales, cœleſtes pariter, & ex Deo, ſunt in omnibus præferendę his, quæ ſunt terreſtres, & ex homine, & ſine dubio digniores; nam ſicut anima præfertur corpori. *l. Sancimus, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* & Sol Lunæ. *cap. de maiorit. & obedient.* ſic & nobilitates, quæ ſunt ſpirituales in anima pariter, & ex Deo, cæteris præferuntur: lege *Caſſan.* p. 8. *conſideràt.* 28. & 1. p. *conſideratione* 64. & 65. ubi latè oſtendit, quo pacto multi propter virtutem ex infimo loco ad Regnum pervenerunt; hinc eſt, quod ſi quis animi ſolum nobilitate illuſtratus reperiatur idoneior ad ſuſceptionem conferendi regiminis, ille eſt cæteris quantumcumq; nobilioribus præferendus; ut ex multis legibus probat idem *Caſſana.* p. 8. *conſideratione* 30.

5 Ibi, *In quibus, ſi quid reperiri poterit prævitatis, & cæt.* Quæri hic poteſt, Vtrum œconomi coram epiſcopo rationem reddere debeant? Sed de hac quæſtione lege *Bart. in Authent. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. œconomos, collat.* 9. qui affirmativè reſolvit, de quo *Eſcobar de ratiocinijs adminiſtratorum, cap.* 3. *num.* 7. & ſequentibus; poterunt tamen à ſententia epiſcopi ad Patriarcham appellare.

In textu, ibi, *Quo.* Quo, aliquando 6
ſignificat *propter quod l. final. ff. Si certum petatur, l. Quo enim, ff. rem raptam haberi.* Aliquando ponitur nominaliter, ut *quo ideſt aliquo, l. Qui habet, §. 2. Si pupillus, ff. de tutoribus.* Quo etiam ſignificat donec, *l.* 1. *Cod. delegatis, Barthol. in l.* 2. *§. Quod ſi quis, ff. de ſuſpectis tutoribus, l. Ex parte, §. de ſervo libertatem, ff. familiæ Erciſcundæ.* Vide *Petrum Bitinum. tom.* 3. *conſil.* 277. *num.* 36. *Quod* denotat reſtitutionem temporis. *Alberic. in l. Quia, §. Quæriturſi*, circa finem. *ff. de ſuſpectis tutoribus.*

Ibi, *Videlicèt.* Propria natura iſtius 7
dictionis, non ſolum 1
eſt declarare, ſed reſtringere ipſam diſpoſitionem ad caſus expreſſos; ut eleganter explicat *Iaſon. in l. Si pluribus, num.* 10. *ff. de legat.* 1. quam ſequitur *Petrus Bimus tom.* 1. *conſil.* 13. *num.* 14. & *tom.* 2. *conſil.* 196. *num.* 20. *textus in l. Cum quidam, §.* 1. *ff. de uſu capiendus, cap. Statutum, in* 2. *de hæreticis, lib.* 6. *Barth. in l.* 1. *ff. ad legem Aquiliam. Geminian. conſ.* 25. *nn.* 3. in fine, verſ. *Et hoc apertè, & nu.* 4. *Socinus conſil.* 47. *in primo præſentis conſultationis. num.* 6. in fine, verſ. *Sed ad hæc dicta, & num.* 7. *lib.* 1. *Angelus conſil.* 354. Incipit per oportuna conſilia, in principio. *Marant. in praxi, p.* 3. 2
num. 105. ubi plura allegat *Menoch. conſil.* 21. *num.* 23. *Surd. conſil.* 315. *num.* 65. & *deciſ.* 161. *num.* 8. *Farinac. part.* 4. *conſil.* 91. *num.* 6. *Caued. ſingul.* 66. *num.* 1.

CAP. Decenter. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prohibentur epiſcopi eccleſiaſtica officia propinquis, vel favore ſibi coniunctis committere.* 2
2 *An ſit ſimonia dare alicui beneficium ſolo titulo conſanguinitatis?*
3 *Poſſunt epiſcopi conferre beneficia conſanguineis, ſi ſint idonei.*
4 *Poſſunt etiam illa conferre ſuis familiaribus idoneis, dummodo pactum non intercedat.*
5 *An poſſint conſanguineos, & familiares ſuos admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum.*
6 *Familiares qui dicantur? & num.* 7.

IN textu.

1 IN textu, ibi, *Quicumq; igitur Pontificum.* Prohibetur textus, ne epiſcopi bona eccleſiæ
2 dent conſanguineis, aut familiaribus, quod etiam cavetur 1. *quæſt.* 3. *cap. Pervenit,* & 1. *quæſt.* 1. *cap. Si quis neq;* 115. poteſtq; confirmari ex *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 1. & ex alijs juribus. Prima cauſa hujus prohibitionis, & præcipua eſt, quam aſſignat *Suarius lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *num.* 8. ne epiſcopi nimio affectu ducti conferant beneficia indignis, & minimè idoneis, peccando contra juſtitiam diſtributivam, vel legalem, & hanc rationem aſſignat etiam Gloſſa. Secunda ratio eſt, quia ut ait Gloſſa, ſemper præſumitur, quòd res eccleſiæ latenter lædantur per eos. Tertia eſt, ut ait *Suarius* citatus, propter ſcandalum aliorum, quòd læpe naſcitur ex huiuſmodi proviſionibus.

2 Quæri tamen hîc poteſt, an ſit ſimonia dare alicui beneficium ſolo titulo conſanguinitatis? Affirmat *Cantor Pariſienſ.* & *Maior in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 3. *ad primum,* quos refert *Suar. lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *nu.* 5. Dicendum tamen eſt, non dari in eo caſu ſimoniam, ita *D. Thom. Altiſio,*
4 *Adrian. Victor. Soto, Covar.* quos refert, & ſequitur *Suarius citatus.* Ratio eſt, quia hæc ſimonia, vel eſſet contra ius divinum, vel contra ius humanum. Neutrum tamen dici poſſe, probat ibi optimè *Suarius.*

3 Ibi, *Aut ſanguine propinquis.* Quanvis conſanguineis minimè dignis, ſeu idoneis prohibitum ſit epiſcopis beneficia largiri, ut probavimus; illis tamen licitum eſt, & honeſtum conferre beneficium conſanguineo alioqui digno ſimpliciter, vel etiam comparatione aliorum, etiamſi illum præferant ratione ſolius conſanguinitatis, ut cum *Covar.* tenet *Suar. lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *num.* 8. probatq; *Gonzales in proœmio,* §. 4. *num.* 47. cum *Panormitano, Menoch. Lambertino, Tiraq.* & alijs. Neque obſtat *Gloſſa in cap. Pervenit,* 1. *quæſt.* 3. dum dicit, cæcos eſſe epiſcopos circa nepotes, ex quo gravem læſionem ſentit eccleſia, quia debet intelligi, quando non eſt idoneitas in illis nepotibus, aut conſanguineis, ut explicat *Gonzales citatus,* in quo etiam ſenſu explicat noſtrum textum; imò addit plus debere epiſcopos ſubvenire ſuis, quàm extraneis; idem tenet *Flaminius Pariſius de reſignat. benefic. tom.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 123. ubi addit, quod epiſcopus bona eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim, potius in conſanguineos, quàm in externos alienat, quam vocat communem, teſte *Burſat. conſ.* 127. *num.* 4. & 78. *lib.* 2. quod declara, ut per *Cephal. conſ.* 142. *num.* 5. *lib.* 1. & vide circa hoc etiam *Alciat. de præſumpt. regul.* 1. *præſumptione* 29. *num.* 1. & ſequentib. notat *Tiraq. de pœnis, cap.* 51. *nu.* 143.

Ibi, *Aut favore perſonis quibuſcumq; ſibi coniunctis.* Inquibus ſcilicet non ſit idoneitas. Nam alias reſpectu ſuorum familiarium, & aliorum ſibi gratarum perſonarum, poſſunt epiſcopi beneficia illis conferre in gratificationem, ſervitiorum, dummodo talc pactum non præcedat, ut cum *Anton. de Butrio, Hoſtienſ. Abbat. Felin. Covar. Navarr.* probat *Gonzales* §. 4. *proœmij. num.* 51. & 52. 4

Quæres. An poſſit epiſcopus admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum conſanguineos, vel affines, aut familiares ſuos, vel reſignantium, ſtante Conſtitutione Pij V. 58. Reſpondet *Garcia de beneficijs, p.* 9. *cap.* 2. *num.* 211. non poſſe, & ita inquit, ſancta Congregatio Concilij cenſuit his verbis. *Epiſcopus non poteſt admittere in parochialibus in ſuis manibus reſignatis, conſanguineos, vel familiares, tàm ſuos, quàm reſignantium;* ex Bulla Pij V. anno eius 3. Kalendis Aprilis; ita S. Dominus noſter Gregorius XIII. ex ſententia Congregationis declaravit. Quod tamen non procedit, inquit, *Garcia* in vacatione per obitum, vel aliàs. 5

Familiaris non dicitur, niſi ille, qui continuò vivit, & moratur cum aliquo, & eius expenſis alitur, *cap. Sicut nobis, de verborum ſignificatione, lib.* 6. ubi *Francus num.* 4. verſ. *Sexto nota. Oldrad. conſil.* 198. in principio. *Anchar. conſil.* 398. Vnde perſonæ, quæ non inſiſtunt circa ſervitia, nec habent expenſas dicuntur familiares ficti, & non gaudent prærogativis familiarium. *l. Alimenta,* §. *Libertis,* in fin. *de alimentis, & cibarijs legatis. Paulus de Caſtro conſil.* 341. *num.* 2. verſ. *Cæterum, lib.* 1. *Gomes in regul. de impetrandis beneficijs per obitum familiarium. Cardinalium quæſt.* 13. *Bald. conſil.* 385. circa medium, verſ. *Porrò, lib.* 1. Requiritur verò, quod non colore quæſito, ſed verè ſint familiares, *Anch. in dict. cap. Sicut nobis, notabil* 5. & quod per quatuor menſes ſteterint, *Gomes dict. quæſt.* 13. *num.* 3. 6

Imò habentes alimenta ex alia cauſa, quam familiaritatis, non ſunt familiares, *Simoncita de reſervat. quæſt.* 35. verſ. *Hic infertur.* Tamen poſt cauſatam familiaritatem; ſi recederet animo revertendi; familiaris dicitur. *Gomes dict. quæſt.* 3. *num.* 2. *Anchar. in dict. cap. Sicut, num.* 4. Vt tamen familiaris, quis verè dicatur; duo debent inſimul concurre, ut inſerviat actu, & vivat expenſis domini. *Gomes dict. quæſt.* 13. in princip. ubi quod Rota idem indicavit, & ita ſe habere ſtillum Curiæ, teſtatur *num* 2. *Vitalin. in Clement. final. nu.* 34. & ſequentib. *de celebrat. Miſſar. Ægyd. Bellam. conſil.* 20. *nu* 9. verſ. *De familiaribus;* multa congerunt *Maſcard. concluſ.* 755. *Cardinal. Tuſch. tom.* 9. *lit. F. concluſ.* 72. *Felin. in cap. In noſtra, nn.* 20. verſ. *Sed clave, de reſcriptis.* 7

CAP.

CAP. Ad hoc. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ordo unde dictus, & quam diligenter ſervari debeat?*
2 *Reverentia quid ſit?*
3 *Minor debet maiori impendere reverentiam.*
4 *Inferiores debent etiam à ſuperioribus honorari.*
5 *Vera concordia, qua dicatur?*
6 *Concordia, quam ſit potens ad Reſpublicas tuendas, ac conſervandas.*
7 *Concorditer dicitur factum, quod ſit à maiori parte.*
8 *Quis ordo detur in officijs, ac dignitatibus tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus.*
9 *Abſque ordine inter partes non poſſet univerſum ſubſiſtere.*
10 *Vivens in una tantùm qualitate non poteſt gubernari.*
11 *Eccleſia militans debet ordinari ad exemplar cæleſtis.*
12 *Dictio,* Ad hoc, *quid ſignificet?*
13 *Sine ordine, & regimine recta non poteſt conſiſtere adminiſtratio.*

1 IN text. ibi, *Gradus diverſos, et ordines conſtituit eſſe diſtinctos.* *Ordo* dicitur ab *ordino*; & *ordino* ab *ore* dicitur, quod idem eſt; quod diſpono, quaſi ore pronuntio, quis cuiq; locus eſſe debeat. A' quo ordo, diſpoſitio gradus, & ordinarium, in quo ordo ſervatur, & maximè ordo in dignitatibus, eſt ſervandus *l. final. Cod. de primic. et ſecund.* & toto titulo, ut *dignit. ordo ſervetur, Cod. lib. 12.* & bonum conſiſtit in ordine ſecundum *Auguſt. in lib. de natura boni*, & ordo dat rei perfectionem, *7. quæſt. 1. cap. Nihil*, & ideo quanto aliquid ordinatus eſt, tanto id melius, & perfectius *l. 2. §. 1. ff ad Velleian.* ita dicit *Lucas de Peña in rubric. Cod. ut dignitat. ordo ſervetur, lib. 12.* & propriè ordo dicitur cum diverſarum rerum, vel perſonarum unaquæq; proprium locum tenet. *Archidiac. in cap. Decernimus*, in principio, 10 *quæſt. 1.* Graduum enim, & ordo diſtributio unitatem in eccleſia conſervat; quod ampliſſimè declarat *Iodocus Clict. in ſuo Antilutbero, cap. 2. & 3. in lib. 3.* Lege *Caſſan. p. 1. conſideratione 77.* ubi noſtrum textum adducit, & totum caput exponit, breviter tamen *Declan. tract. crimin. lib. 4. cap. 1. num. 4.* 1

2 Ibi, *Dum reverentiam.* Reverentia eſt honor, qui exhibetur cum pavore, ut dicit *Anchid. in cap. 2. de offic. delegat. in 6.* & ibi *Dominicus de S. Gemini*, & eſt inter maiores, & minores, ut notat *Ioann. Andreæ in cap. Non eſt ſine culpa, de regularibus, in 6.* & alicui exhibetur ratione dignitatis, vel poteſtatis, *cap. Viſis, 16. quæſt. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 103. art. 1. ad primum*, dicit, quòd reverentia non eſt idem quod honor, ſed ex una parte, eſt primum motivum ad honorandum in quantum ſcilicet aliquis ex reverentia, quàm habet ad aliquem, eum honorat; ex alia verò parte, eſt honoris finis, in quantum ſcilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habeatur ab alijs; de hac reverentia vide *Polycraticum lib. 5. cap. 4.* & etiam *Caſanæum part. 1. conſideratione 71.* ubi addit multa de hac materia, & probat reverentiam eſſe honorem exhibitum in teſtimonium virtutis. 2

3 Ibi, *Reverentiam minores potioribus exhiberent.* Reverentiam debet minor maiori impendere, *Gloſſa final. in l. Nihil omninò, Cod. de palatin. ſacrat. largit. lib. 12.* & inferiores iudices ſuperioribus reverentiam tribuere debent, ut eſt textus in *l. Potioris*, & in *l. final. Cod. de officio præfecti urbis*, & minores maioribus debent honorem; *l. 2.* & *final. Cod. de officio dim iudic Rebuff. in l. 2. Cod. prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Caſſan. part. 1. conſiderat. 20.* & *71.* lege eundem *Caſanæum conſideratione 72.* ubi latè probat, quòd ſubditi prælatos reverere debent, & in quibus hanc reverentiam oſtendere oportet. *Azevedo lib. 8. recopilat. tit. 15. l. 1. num. 6.* qui noſtri textus meminit. 3

4 Ibi, *Et potiores minoribus dilectionem impendent.* Adverte, quòd non ſolùm ſemper, & indeterminatè honor ab inferioribus debetur ſuperioribus; ſed etiam quandoque ſuperiores honorare debent inferiores, *l. Potiores, §. 1. Cod. de offic. præfect. provin.* & *cap. Eſto ſubjectus, diſtinct. 95.* Notum eſt illud L. Craſſis Senatoris, ad L. Philippum Conſulem. *Non es mihi Philippe Conſul, quia nec tibi Senator ſum.* Cui ſimile eſt illud Platonis ad Dionyſium Syracuſanum. *Si noſtra tibi placent, nos quoq; honorare debes; nunc autem tanquam ab initio in ducas, ego ſequar: honoratus enim ibo, & te honorabo. Non honoratus autem, conquieſcam.* Ad quod optimè facit textus in *cap. Cum beatus, diſtinct. 45.* Ex quo notatur, quòd ſi prælatus non ſervat reverentiam ſubdito, 4

nec

nec ſubditus tenetur ei ſervare, facit etiã textus in c. *Significaſti*, in fin. *de elect. in cap. Ad decorem, de ſponſis.* & quod notat *Gloſſa*, in verbo, *Me, in d. cap. Eſto*. per textum illum ibi. *Fruſtra petit debitũ, qui quod debet, non impendit.* Vide plura alia apud *Chaſſenæum part. 1. conſider. 21.*

5 Ibi, *Vera concordia fieret.* Vera concordia eſt illa, quæ eſt diverſarum voluntatum ad bonum, & eſt idem cum pace, quæ eſt effectus charitatis, & de qua dixit *Propheta Pſalm. 48. Non eſt pax impijs*, de ea agit *D. Thom. in 2.2. quæſt. 29. & quæſt. 37. art. 1.* ubi ita ait. *Concordia ex charitate cauſatur; in quantum ſcilicet charitas multorum corda coniungit in aliquid unum, quod eſt principaliter quidem bonum divinum: Secundario autem bonum proximi.* Diſcordia igitur ea ratione eſt peccatum, in quantum huiuſmodi concordiæ contrariatur. Adverte autem cum *D. Thom. quæſt. 37. citat. art. 1. ad ſecundum*; quòd ſicut voluntas hominis adhærens Deo, eſt quædam regula recta, à qua peccatum eſt diſcordare; ita etiam voluntas hominis Deo contraria, eſt quædam perverſa regula; à qua bonum eſt diſcordare. Facere ergo diſcordiam, per quam tollitur bona concordia, quam charitas facit, eſt grave peccatum, unde dicitur *Proverb. 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, & hoc ſeptimum ponit eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Sed cauſare diſcordiam, per quam tollitur mala concordia, ſcilicet in mala voluntate, eſt laudabile; & hoc modo laudabile fuit, quod Paulus poſuit diſſenſionem inter eos, qui erant concordes in malo. Nam & Dominus de ſe dicit *Matth. 10. Non veni pacem mittere, ſed gladium*, & David *Pſalm. 104. Convertit cor eorum, ut odirent populum eius*, & vide *cap. 1. 90. diſt.*

6 Sed quantum vera concordia valeat ad Reſpublicas tuendas, ac conſervandas, teſtatur illud *Xenophontis. Sine concordia, nec civitas recte gubernari poteſt, nec domus recte adminiſtrari*, & illud Divi Odonis Regis. *Concordia aureum, ac adamantinum vinculum; diſcordia vaſtitatem, ſolitudinem, orbitatem, agris, oppidis, Regnis adfert.* Vnde dixit *Iovius. Inſuperabilem civitatem, non arma, non pecunia; ſed unus publicus decoris conſenſus efficit.* Simile eſt illud *Ang. Curionis. Opes robur, rei militaris peritia, ſine concordia, & benevolentia populorum eſſe, plerumq; conſpiciuntur, prodeſſe ferè nunquam; conſenſus verò, & benevolentia etiam ſine divitijs, & opibus plurimum valent.* Et quidem deficiente concordia, quot mala oriantur, teſtantur multarũ provinciarum, & florentiſſimorum Regnorum ruinæ. Suffeciat nunc illud *Virgilij 1. Eclog.*

Impius hæc tàm culta novalia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? En quo diſcordia cives
Perduxit miſeros? En queis conſevimus agros?

Notabis, quod ſi electio concorditer fieri iubeatur, quod requiritur omnium mente diſcrepante conſenſus, *Gloſſa*, verbo; *concordem, in cap. Cupientes*, & in *cap. Quærundam de electione, lib. 6.* quas ſequitur *Abb. in cap. 3. num. 16. de ſententia, & re iudicata, Lambertinus de iure patronatus, part. 2. lib. 2. artic. 8. quæſt. 6. principali, num. 2.* & ſequentibus. Hoc tamen fallit in illis, quæ fiunt à pluribus iure Collegij ſeu Capituli, quia *concorditer*, dicitur factum, quod à maiori parte factum fuerit, ut probat *textus in cap. In cauſis, 30. de electione*, & in *cap. Ad aures, de ijs, quæ vi. Abb. in cap. Non poteſt, de re iudicata. Ioannes Annania in regul. in toto, de regulis iuris, Corſetus in Repertorio ad Abbatem*, verbo, *concorditer.* 7

Ibi, *Et rectè officiorum gerere adminiſtratio.* Si ſcire cupis, quæ ſint eccleſiaſticarum perſonarũ gradus, quæ officia, & dignitates, quo ordine diſponantur, incipiendo à Summo Pontifice, utq; ad ultimum, ſeu infimum eccleſiæ miniſtrum, & quis cuilibet locus debeatur. Lege *Chaſſenæum in Catalog. tota 4. part.* ubi hanc materiam copioſiſſime, & doctè tractat noviter, & eruditè *Sebaſtianus Caſar de eccleſiaſtica Hierarchia.* Si de præcellentia inter Principes ſæculares, de ordine in dignitatibus, ac officijs, quem quisque locum iure abtineat ſcire cupis, lege eundem *Chaſſenæum part. 5. 6. uſq; ad 11.* 8

Ibi, *Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere.* Lege *Conimbricenſes lib. 1. de cælo, cap. 1. quæſt. 1.* ubi tàm ex naturarum varietate, & diſtinctione, quàm ex ordine partium, tàm inter ſe mutuò, quàm ad Deum ſub triplicis cauſæ genere, probat univerſum eſſe perfectum. Eſt enim ordo, ut definit *Auguſtin. 19. de civitate Dei, cap. 13. Parium, diſparium q; rerum ſua cuiq; loca tribuens diſpoſitio*; quam diſpoſitionem eſſe in mundi partibus, præſertim grandioribus, quæ ſunt corpora cœleſtia, & elementa, nemo non videt. Optimum namq; ſitum, ac ſedem cuiusq; naturæ congruentem ſortiũ ſunt; adeò ut, unaquæque pars ſuo in loco, ut in patria conſiſtens; mutationem non expoſcat. Atq; ita demum, ut *Tris megiſtus in Aſcleplio*, ait, quaſi harmonia quædam in mundo exiſtit; ſicut enim in cantu ex diverſarum vocum moderatione concentus quidam concors efficitur; ſic mundi univerſitas ex rerum inæqualium, ac diſſimilium conſenſu, & varietate concinit. Vnde *Pythagoras* univerſum prædicabat ea ratione eſſe compoſitum, quam poſtea lyra eſt imitata; qua ſimilitudine ulus etiam eſt *Philo Iudæus in lib. de Cherubim.* Divus enim *Auguſtinus epiſtol. 5. & 28.* mundum comparat carmini, quod ſyllabis longis, 9

Marian. Socin. in tractat. de oblation. libello 1. Troil. Malvat. ſimili tract. ferè per totum. *Simoneta de decimis cap. 2. num. 9. & cap. 3. num. 2.* qui aſſerit, oblationes quæ fiunt ad ſacrificium, ſubrogatas eſſe loco quarundam decimarum legis veteris, quas quiſquè de populo in horreis recondebat, & aſſervabat, ut eas comederet illa die, qua iret ad templum Ieroſolymitanum, ipſis etiam ſacerdotibus in templi veſtibulo ad convivium accerſitis, & invitatis, *Deuteron. 12. & 14. & c. Hiſtia 13. q. 1. text. in c. 1. de decim.* optimã oblationũ diffinitionem apponit *Suar. tomo primo de religion. lib. 1. capit. 3. numer. 2.*

2 Differunt oblationes à decimis, primitijs, & ſacrificio. A decimis, quia decimæ ſolvuntur tanquam clericorum commoda alimenta, & tanquam merces laboris, ac debita miniſterij eccleſiaſtici ſtipendia, & tanquam obſequium debitum Deo, ut ſupremo omnium rerum dominatori. Oblatio verò dicitur, quidquid ad divinum cultum, honorem, & uſum Dei, & eccleſiæ datur, ita in ſpecie *Azor part. 1. lib. 7. cap. 28. quæſtione 9.* A primitijs quòd nomine primitiarum dicantur tantùm primi fructus Deo oblati, nomine verò oblationum ſignificantur omnia quæ Deo, & eccleſiæ offeruntur, ſive ſint mobilia, ſive immobilia, ut monilia, ornamenta, inſtrumentum ſacrum, pecunia, agri, oppida, dominia, & cæt. ita idem *Azor* ubi proximè *Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 39. dubio 6. num. 34.* A ſacrificio, quoniam oblatio latiùs patet, quam ſacrificium, res enim quæ ſacrificari dicitur, offertur quidem, ſed cum aliqua conſecratione, & mutatione, ita ut ipſa conſecratio, & mutatio fiat in peculiarem Dei venerationem, oblatio verò eſt res, quæ Deo ſalva, & incolumis offertur, & talis permanet, ut oleũ, pecuniæ, vinum, & ſimilia, ut latè proſequitur *Suar. de ſacrament. diſput. 73. ſectione 5. preſsiùs tomo primo de religion. lib. 1. cap. numer. 2. Azor* ubi proximè.

3 Vſus autem oblationum antiquiſsimus eſt in lege gratiæ, in qua in altari, vel in eccleſia tempore miſſæ, panis, oleum, vinum, mel, cera, & alia huiuſmodi offerri conſuevère, ut cõſtat ex *Can. ſexta ſynodi, & in Can. 28. Trullano* declaratur, qua ratione poſsint fructus aliqui offerri, ut v. g. uvæ non ut diſtribuãtur cum Euchariſtia, ſed ut benedicantur, at *Can. 57.* dicitur nõ oportere offerre ad altare lac, & mel, quod *Suar. tomo primo de relig. lib. 1. de divino cultu capit. 4. num. 2.* cautum putat, propter aliquas ſuperſtitiones, quæ ex oblatione mellis, & lactis introducerentur, & quamvis ibi *Suar.* nullam indigeret, exiſtimo, tamen cautam fuiſſe ad obviandam multorum hæreticorum inſaniam, qui putabant materiam ſanguinis in ſacrificio eccleſiaſtico eſſe lac, contra quos diffinitum eſt in Concilio Bracharenſi tertio celebrato anno Domini 675. ut dixi in *hiſtoria epiſcoporum Portugalenſium part. 1. cap. 10.* ſed cum malum adhuc ſerperet, iterum ablatum eſt à ſacris oblationibus lac, à patribus, qui Canones Trullanos edidere, triginta plus ve annis poſt celebrationem tertij Bracharenſis. De iiſdem oblationibus agitur etiam in *Trullanis canon. 69. & & Concilio Mattiſconenſi 2. cap. 4.*

Quæres primò, unde hæc offerendi inter miſſarum ſolemnia, panem, & vinum conſuetudo dimanaverit? Reſpondeo id introductũ primò in ordinem ad ipſum ſacrificium, cuius materia panis, & vinũ eſt, ut chriſtianis poſſit diſtribui, vide *Cyprianum in lib. de operibus, & eleemoſin. circa medium, Auguſtin. ſermone 115. Concil. Laodicen. Canon. 49. Henriq. lib. 9. de miſſa capit. 38. num. 1. & in Comment. litera C.* Introductum ſecundò propter panem benedictum, qui inter fideles diuidebatur, poſtquam intermiſit in eccleſia uſus quotidie communicandi in ſacrificio miſſæ, ut colligitur ex eodem *Concilio Laodicenſi. Canon. 14.* de quo uſu panis, vide quæ ſcripſit *Guilhelm. Durand. lib. 4 rationa. offic. cap. 53. n. 2. Pamelius in Cyprian lib. de operibus, & eleemoſin. ſub num. 5. Stephanus Durantes lib. 2. de ritibus, cap. 58. Suar. lib. 1. cap. 4. tomo primo de relig.* 4

Quæres ſecundò, an ſinguli parochiani Dominicis, & diebus feſtivis, debeant aliquid deferre, quod in eccleſia inter miſſarum ſolemnia offerant? Reſpondeo hãc quæſtionem eſſe propriam *cap. omnis chriſtianus de conſecrat. diſtin. 1. & cap. ſtatuimus 16. q. 1.* ubi ex profeſſo de ea agemus. Interim certum eſt, nullibi extare præceptum faciendi tales oblationes, ut eſt cõmunis ſententia Canoniſtarum, & Theologorum, ut latè probat *Gabriel. ſuper Canon miſſæ lect. 6. & S. Antonin part. 3. tit. 12. cap. 11. Abb. & Anchar. in Rubrica de parochijs, Angel., Sylveſt.* & alij verbo, *oblationes; Azor. part. 1. lib. 7. cap. 7. quæſtione 11. Leſſius cap. 39. dubio 6. num. 34. Suar. tomo primo de relig. lib. 1. cap. 5.* ubi omnes quærunt, an oblationes eccleſiæ ex præcepto debeantur? Reſpondentque negativè contra *Gloſſam in cap. ſtatuimus,* & *c. omnes chriſtiani Hoſtien. in Rubric. de paroch. & in ſumma tit. de paroch. Lappum allegat. 58. num. 1. & 7.* An verò aliquando hæ oblationes cadere poſsint ſub obligatione? dixi ad *cap. præter hac diſtinctione 32.* ibi me vide *numer. 7.* & ſequentibus. 5

In textu, ibi, Diſsidentium fratrũ. Probat textus, oblationes diſsidentiũ recipiendas ab eccleſia non eſſe, neq; dona eorum, qui pauperes opprimunt (reijcit enim multorũ dona in criminis execrationẽ) vide ad noſtrum propoſitũ *Paulũ Fuſc. de ziſſiat.* 6

lib. 1. cap. 24. à num. 10. cum ſequentibus, ubi plura adducit *Berous in cap. quia in omnibus de uſuris num.* 18. *Abb. in cap. ex tranſmiſſa de decimis, num. 4. & in cap. cum voluntate num. 7. de ſententia excommunicationis*, optimè *Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. de divino cultu cap. 6. à num. 4. D. Thom. 2. 2. quæſtion. 86. art. 3.* Rectè huiuſmodi fratrum ablationes ab eccleſia reiiciendæ ſunt, cum eas Dominus reijceat. *Matth. 5. num. 25. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*, ubi Maldonatus acutè expendit dixiſſe Dominum. *Habet aliquid adverſum te*, non tu adverſus illum, ut non ſolùm cum alios læſimus, ſed etiam cum ab illis læſi ſumus, relicto ſacrificio, priores cõciliationem quæramus. Cæterum verior eſt expoſitio *Chriſoſtom. homil. 17. in Matth. Imperfecti, Auguſtini, & Hieronym.* hîc in hęc verba *Fratrem habere aliquid adverſum nos, eſſe habere iuſtam contra nos querelam, quod à nobis iniuriam aliquam acceperit*: quo ſenſu *Ioann. Apocal. 1. 24.* loqui ſolet. *Habeo adverſum te pauca &c.* Iubet ergo Dominus iniurię prius ſatisfacere, deindè offerri ſacrificium; & Deum placato priùs fratre, placari *Nam cũ te Deus* (inquit Auguſtin. ſermone 16. de verbis Domini) *quærat magis quam munus tuum, offers munus tuum, & tamen non eſt munus Dei, plus quærit Chriſtus quem redemit ſanguine ſuo, quàm quod tu inveniſti in horreo tuo, &c.*

7 Non ſolùm oblationes diſſidentium reijciuntur ab eccleſia, & eorum ſacrificia, ſed etiam nihil eis proſunt quoad vitam æternam facit illud. *D. Pauli, ad Corintheos 1. capit. 13.* ibi. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt*, & illud *Matth.* proximè citato loco. Adduci poteſt quod elegantèr ſcripſit Beatus Gregorius in paſtorali ibi. *Diſcordes etiamſi boni operis fructus in ſuis actionibus præferunt, profectò nulli ſunt, quia non ex unitate charitatis oriuntur*, & idem dicit *Noverunt diſcedentes, quia tandiu nulli boni operis ſacrificium Deo immollant, quam diu à proximorum charitate diſcordant.*

8 In textu, ibi, *Neque in ſacrario, neque in gazophilacio.* Certũ eſt laicos nũquam immediatè per ſe, ſed per diaconum oblationes ſuas offerre altari, nam inter officia diaconi, unũ erat oblationes inferre, & diſponere in altari, vt habetur, in *cap. perlectis diſt. 25.* & dictũ eſt à me *cap. ſubdiaconus n. 3. diſt. 23.* Inferebant tamen laici munera ſua in ſacrarium, vel gazophilacium, quod tamen hîc diſſidentibus fratribus prohibetur, ut benè notat *Suar. tomo primo de relig. lib. 1. capit. 6. numer. 10.*

Sed quæres quid ſit Gazophilacium? Reſpondeo eſſe omnia ea loca, ubi in eccleſijs oblationes fidelium reponuntur, & cuſtodiuntur, item ubi pretioſa quæque ipſius eccleſiæ aſſervantur, ſivé ea pecuniæ ſint, aurum, argentum, veſtes, &cæt. ſive uſu conſumptibilia, ut frumentum. vinum, oleum. &cæt. ſatis celebris eſt huius vocis mentio in ſacris litteris, tum veteri, tum novo teſtamento. Veteri 4. *Regum 12. num. 9. lib. 2. Eſdræ. cap. 3. numer. 30. & cap. 10. numer. 37. & 38. & cap. 12. num. 43. & capit. 13. num. 4 5. & 9. & lib. 3. Eſdræ cap. 8. num. 29. 46. & 47.* apud *Ezechielem capit 40. num. 38. 44. 45. & 46. cap. 41. num. 10. cap. 41. à num. 1. uſque ad 13. cap. 44. num. 19. cap. 45. numer. 5. capit. 46. numer. 19.* apud *Hieremiam cap. 35. numer. 4 cap. 36. num. 10. 12. 20. & 21.* Novo. *Marcus cap. 12. numer. 41. & 43. Lucas. 21. numer. 1. Ioann. capit. 88. numer. 20.* optimè de gazophilacio *Sebaſtianus Barradas tomo 1. concordiæ evangelicæ lib. 1. capit. 14.* ad illum locum *Ioann. cap. 8. num. 20.* Hæc verba. *Loquutus eſt Ieſus in gazophilacio* ubi etiam *Toletus, & Maldonatus*; item *eodem tomo tertio lib. 8. capit. 30.* ſtatim in principio ad locum *Marc. capit. 12. numer. 41.* Aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophilacium, & ibi Maldonatus. 9

Dubitat tamen primò *Suarez* citatus dicto *tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 6. numer. 10.* an hic textus, in quo cavetur ne diſſidentium fratrum oblationes recipiantur, & alij ſimiles, de quibus ſtatim, intelligendus ſit de oblationibus quæ fiunt in eccleſia ad altare, an de omnibus, & qualibuſcumq; oblationibus eccleſiæ factis, ut de donatione inter vivos, legato, aut teſtamento, aut quovis alio modo? Reſpondet textum hunc, & *cap. eos quos de conſecratione diſtinctione 4. & cap. divino 12. quæſtione 2. cap. qui in omnibus de uſuris. cap. miror 16. quæſtione 3.* intelligendos eſſe cũ Gloſſa *in d. c. eos, quos*, de oblationibus tantum, quæ fiũt ad altare, & allegat pro ſe *Hugon. & Turrecrem. d. cap. divino 12. quæſtione 2.* 10

Dubitat 2. An hæc prohibitio ſit pro oblationibus ſpontaneis tantùm, de quibus *Amos cap. 4. numer. 5.* ibi. *Vocate oblationes voluntarias*, & *Numer. cap. 29. num. 39. & Deutheron. 16. nu. 10.* An etiam pro neceſſarijs, & quæ ex aliquo titulo debentur? Reſponde, de omnibus intelligi; ſtec eas accipiẽdas eſſe in eccleſia, inter miſſarum ſolemnia, ut tales, peccatores confundantur, licèt alioquin oblationes debitæ ad ſuſtentationem exigi poſsint, & compelli parochiani ut eas tradant extra eccleſiam; quia modus, & locus ubi offeruntur, eſt valde accidentarius, & probat ex *cap. quanto de uſuris.* Addit verò pretium oblationem, quæ ex conſuetudine debentur, ſed non ad ſuſtentationem, accipi poſſe ab his peccatoribus extra eccleſiam, ſed non exigi. Lege eundem *Suar. numer. 12.* Eſt hæc doctrina *Suar.* contra *Gloſſam, & Archidiaconum,* 11

aconum,& Turrecrem.hic num. 2. Et alios, qui cõmuniter expõnunt de oblationibus ſpontaneis alioquin mercedem reciperent de ſua iniquitate,cui tamẽ obiectioni optimè ſatisfacit *Suar.* citatus.

12 In textu, ibi. *A ſacerdotibus refutanda ſunt.* Eſt hæc præciſa obligatio miniſtrorũ eccleſiæ, cum peccatorũ crimen ob quod arcentur ab offerendis oblationibus,publicũ & notoriũ eſt, nam licet peccatores, ut non poſſint offerre oblationes ſuas, indigeant ſententia declaratoria criminis, cùm hi canones reſpectu eorũ contineant legem pœnalem, nullo modo ipſo facto incurrendam, tamen reſpectu miniſtrorum eccleſiæ,continent legem directivam, & 1 obligant eos, antequã peccatores tales denũcientur,ubi crimen notorium fuerit. Notat optimè *Suar.*ubi ſupra *num.*14.

31 In Gloſſa verbo, *Dona.* Enumerat ſeptẽ genera perſonarum, quibus prohibitum eſt 2 oblationes offerre. Primùm,diſsidentium fratrum,ſecundum, pauperes opprimentium hîc, Tertiùm,ſacrilegorum *cap. divino* 12.*quæſtione* 2, Quartum, extrahentium ſervos ſuos ab eccleſia ad quam confugerant, *cap.miror* 17. *quæſt.* 3. Quintum, raptorum *cap.ſuper de raptoribus.* Sextum, vſurariorum *cap. quia in omnibus de uſuris* Septimum,pœnitẽtium, *cap.eos, quos de conſecrat. diſtinct.*4. ubi addit hanc pœnam extendi non debere,niſi quatenus reperitur delictum,quod idem eſt,ac non extendit debere ad alios caſus,etiamſi ſimiles eſſe videantur, ut benè notarunt *Turrecremat. & Sylveſt.* verbo,*decima n.*8. & ibi *Angel.* quos refert, & ſequitur *Suar.*ſuper *num* 9. & vide *Panormit.in dicto cap.quia in omnibus num.*5.*de uſuris Suar.tom.* 1.*de religion.lib.*1. *de cultu divino,cap.* 6.*num.*4.

14 In eadem Gloſſa in fine, ibi, *De meretrice.* Sentit ergo Gloſſa publicas meretrices non poſſe oblationes offerre, de quo vide *Sarmient. de reddititibus eccleſiaſticis* 4.*part.cap.*5.*num.*9. *propè finẽ.* Expreſſe ſacræ litteræ,huiuſmodi meretricum oblationes recipi prohibẽt. *Deuteron.*23.*n.*17.*D. Thom.*2.2.*d.quæſtione* 86.*artic.* 3.*ad primum*,ubi eleganter dicit, in veteri lege tales oblationes propter immunditiam prohiberi. In nova autem lege propter ſcandalum, & ſimiliter *quæſtione* 32. *artic.* 7. *ad ſecundum*, eandem reddens rationem, cum propter ſcandalum,tum propter reverentiam,adduci etiam poteſt illud. *Ciceron.lib.*2. *de legibus* dicentis. *Non placari Deũ donis impiorum.* Comprobat illud *Eccleſiaſt.*34.*num.* 23. ibi. *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationibus iniquorum.* Facit quòd refertur *in cap.non eſt.*27. 1.*quæſt.*1. *Quidquid enim* (ait) *in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei nõ placat iracundiam,ſed irritat.* Accedit quòd etiam in eccleſia videtur hoc fuiſſe prohibitum,nam *Clemens lib* 4. *conſtitutionum Apoſtolorum cap.* 6. ait *qui deliquerunt, & eos non pœnitet delictorum ſuorum, non ſolùm non exaudientur cum precationes faciunt.ſed magis Deum irritabunt; prohibete igitur huiuſmodi miniſteria oblationum:* idem firmat. *cap.*7. *&* 9. conſonat *Petri Damiani* dictum,*epiſtol.* 1.*Dona*,inquit, *vel oblationes ab iniquo ſuſcipere, quid eſt aliud, quam propriam animam, damnis ſqualore fœdare*, Similiter uſurariorum oblationes deſpicit eccleſia: vide *Paul.Fuſc, de viſitatione lib.*1.*c.*4.*nu.*10. *Beronus, & Abb dictis locis* plurima exempla adducentes, in quibus eadem militat ratio; quæ tamen opinio Gloſſæ non admittitur. *á Suar.* citato, *numer.*8. Imò docet,ſecluſo ſcandalo,benè poſſe eccleſiam oblationes meretricum ſuſcipere, ut eſſã aliorum peccatorum, licet publici ſint, dummodo ſcandalum non detur,nec ipſorum oblata ita malè parta ſint, ut veris dominis reſtitui debeant, aut alijs operibus charitatis ſint obnoxia, putà ſuſtentationi parentum, filiorũ, &c. de quibus *Suar.num.*6.& 7. nec etiam ipſi ab offerendo prohibeantur,lege illum *d num.*8. Facitq; pro eo regula ipſius Gloſſæ,quæ tradit, oblationes non eſſe reijciendas, niſi in caſibus à iure expreſsis, atqui nec Gloſſa hunc caſum excipit, nec alibi in iure excluduntur meretrices ab offerendis oblationibus, nam illud *Deutheronom. cap.* 23. ibi *Non offeres mercedem poſtibuli,nec precium canis in domo Dũi Dei tui;quidquid illud eſt, quod voverit, quia abominatio eſt utrumque apud Dominum Deum tuum, &c.*cùm cœremoniale fuerit,cum ipſa lege deſit, ex *cap. translato de conſtituit*, nec *Authent. de lenonibus in principio collat.* 3. adducta hîc ab Additione marginali, vim habet legis in materia,& pœna eccleſiaſtica, ex ijs, quæ ſupra notavimus in *cap bene quidem* à verſ *quibus maximè*, & deinceps. Nec ſententia *Suar.* eſt contra concluſionem *S. Thom.* 2.2. *dicta quæſtione* 86. *articul.* 3. *ad primum*, dicentis illicitum eſſe accipi oblationes meretricũ, quia ſanctus Doctor loquitur ibi, cum ſcandalum eſt, Suares verò ſecluſo ſcandalo.

Vtrũ oblationes interdicti pœnitentis ſint recipiendæ? Vide per *Ioann Calderin. tractatu de cenſura fol mihi* 12. *col.* 1.in fine ubi multos citans affirmativè reſolvit. 15

CAP. Neque. III.

SVMMARIVM.

1 *Munera Cain quare Deo displicuêre, & quæ illa fuerint?*
2 *Dissidêtes dummodo sint in discordia, nihil eis prodest martyriũ pro Christi nomine susceptum.*
3 *Simul sunt amor proximi, & amor Christi?*

1 IN textu, ibi, *Neque ad Cain munera.* Itaque Deo munus Cain displicuit, quia cũ fratre suo pacem non habebat; faciunt quæ notat. *Pater Suar. d.1.tom.de relig.lib.1.de divino cultu c.4.sub.n.1.* & ibi videbis, an oblatio Cain de fructibus terræ fuerit sacrificium, vel simplex oblatio?

2 In eundẽ text. ibi, *Tales etiãsi occisi, &c.* Dicit textus quod isti discordantes etiamsi occisi fuerint in confessione Christi, adhuc macula illa (dummodo impœnitentes dicedant) non abluetur, unde deduci potest illa conclusio, nempe absque charitate martyriũ pro Christi nomine susceptum, nihil ad meritum prodesse, apertè eam probat. *D. Paulus 1. ad Corinth. d. cap.13.* ibi *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest.* Vide *D.Tho.2.2 q.124.art.2.* in pricipio, ubi dicit, sine charitate nihil valere martyrium, sed ille, qui est divisus à proximo suo, sine charitate est; ergo nihil ei valebit martyrium abq; illa.

3 Nec obstabit aliquis dicens, hîc solùm charitatem Christi intelligi, non autem proximi; Respondebitur enim, non bene stare charitatẽ Christi cum odio proximi, siquidem unũ sine altero existere nequit, ut ipse Christus docuit legis Doctorem quendam ab eo quærentem, quale nam erat primum mandatum in lege, dicens. *Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, secundum autem simile est illi. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Refertur apud *Marc.cap.12.* & *Matth.22.* & facit maximè pro hac conclusione quod advertit *Hieronym.* in his verbis *Secundum addit, & si de primo tantum interrogatur, quòd sine secundo non potest stare primum.* Tandem probatur ex eo, quia iuxta doctrinã *D.Tho.2.2.dicta q.124.art.3.* per totũ, martyriũ est actus maximæ perfectionis, sed ille, qui est in odio proximi non est in maxima perfectione; ergo martyr non erit, ac proinde merita veri martyris non consequetur.

CAP. Alienus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Murmurans à fratrum unitate rejicitur.*
2 *Murmuratio peccatum est mortale.*
3 *Quæ sit differentia inter murmurationẽ, & detractionem?*
4 *Murmurantes Christi crucifixoribus assimilantur?*

PRobat textus, reijciendum esse à fratrum unitate, & consortio murmurantem, & detrahentem: vide *Bernard. Diaz in pract.criminali, cap.6.num.5.* non debet enim inter fratres admitti, qui mortaliter peccat ut bene advertit *Turrecrem.hic num.1.* 1

In textu, ibi, *Qui murmurat.* Collige ex textu, murmurationem peccatum lethale esse, vide plenissimè *Navar.tom.1.in cap. inter verba 11.quæst.3.conclusione 6. à num.1.* & per totam, conducit quæ scripsit *D. Thom.2.2.quæst. 7.art.1. Caetan. in summa*, verbo, *detractio*, facit illud sapientiæ 1. *Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & plurimum obest*, Adduces etiam *Alexand. Pap. telatum in cap. summa 16 quæstione 1. Summa*, inquit, *iniquitas est detrahere.* Quo autem intellectu verba illa debent intelligi, vide *Navar*, ubi proximè *corollar.25.* facit etiam Anacleti summi Pontificis dictum, in *c.deteriores eadẽ causa, & quæstione*, ubi dicit *peiores esse eos, qui nobis subripiunt famam, quàm qui subripiunt facultates.* 2

Murmuratio, & detractio differunt inter se, nempe quia murmuratio nomen generale est, detractio verò solum comprehendit colloquia secreta, & non omnia de malis alienis, quãvis nos eam aliquando extendimus ad colloquia publica, & de malis proprijs, vide *Navarr.d. conclus. 6. à nu.17.* facit quod eleganter *Caietan.* respodit *2.tom.lib.7.responso 13. super opuscula*, cuidã ab eo scicitanti, *cur nec à D.Thom. nec ab ipso in tota secunda secundæ; ubi de omnibus, & vitijs agunt nulla fiat specialis mentio de murmurationis?* Respondit, vitium murmurationis non esse genus, neque speciem peccati per se distinctum ab ab alijs, quia reperitur in omnibus generibus, & speciebus peccatorum linguæ; tum etiam aliorum. Mirum verò est, quanta sit linguæ effrœnatæ solutio ad alienam famam canino dẽte corrodendam; ita ut, neque dentium, neque 3

labiorũ

labiorum muri illam undique circumvallantes ab incepto detractionis ſtudio valeant amovère. Quibus linguæ incommodis, Deus ipſe humani corporis opifex volens obviare, illam decem muſculis, veluti potentiſſimis frœnis circumligavit, ut ingeniosè obſervat *Petrus Lopez. medicus Luſitanus in ſua poeſi Philoſophica, lib.* 5. in hunc modum.

Stat frœnum, corpusq́ ligans, ni rapta ſuperbo
Imperio, iuſſi tranſcendat limina curſus.

Verùm ea eſt multorum hominum ad detrahendum pervicacia, imò pertinacia, ut nullis frœnis lingua etiamita valeat coerceri, imò maiori in dies improbitatis contumacia furens debacchetur.

4 Murmuratores, & detractores Chriſti crucifixoribus aſſimilantur; ſi in blaſphemias prorumpunt, iuxta Gloſſam *Pſalm.* 108. in his verbis, *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi* (inquit Gloſſa) *plus meriti in membris detrahendis Chriſto, qui animas creditorum occidunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt*, & vide *Navarr. d.* 6. *concluſione, corollar.* 26.

CAP. Si qnis monachus. V.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrio Abbatis relinquitur pœnitentia imponenda rixanti monacho.*
2 *Nomen*, Monachus, *quid importet?*

1 ECce textus, ubi arbitrio Rectoris, vel Abbatis remittitur pœnitentia imponenda monacho rixoſo, vel inferenti convitium alteri, eandem concluſionem habes apud *Iacob. Menoch. d. lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 5. *caſu* 437. *fr. Emmanuel. Rodrig. dict. tom.* 2. *quæſtionum regularium, quæſt.* 31. *art.* 4. & eò magis eius maledicentia eſt coercenda, qui excitat ſeditiones in Eccleſijs, & clauſtris, ubi pax, & quies debet ſummopere obſervari, iuxta ea, quæ ſcribit *Conrad. Brun. in tract. de ſeditioſis, lib.* 5. *cap.* 7. & ideo degradandum eſſe clericum, qui in Eccleſia rixas fecerit, aſſerit *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 5. *caſu* 437. *Rodrig.* ubi proximè; facit quod D. *Thom.* docet 2. 2. *quæſt.* 38. circa contentionem, an ſit peccatum mortale?

2 In textu, ibi, *Monachus.* Hoc eſt ſolitarius, ac mœſtus, utrumq́ enim ſignificat nomen, *Monachus*; ſolitarius nempè, ad fruendam Dei converſationem; mœſtus ad propria, & aliena peccata ploranda; ut elegantiſſimè advertit *Navarr.* ipſos monachos exhortando, *d. tom.* 1. *in cap. Inter verba, concluſ.* 6. *nu.* 25. *fr. Emman. Rodrig. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 7. & eſt *textus in cap. Placuit*, 16. *quæſt.* 1.

CAP. Deſſidentes. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi inter ſe concordes eſſe nebent.*
2 *Timor Dei quid ſit?*

IN textu. Epiſcopi ad concordiam redire coguntur, turpe namq́ eſt, ut epiſcopi, qui alios diſcordantes ad pacem reducere debent, ipſi inter ſe diſcordent; his enim verbis alloquitur hîc *Cardinal. Turrecrem.* faciunt, quæ notat *Bart. in l. Si cuius rei.* 13. §. *Æquiſſimum, nu.* 1. *ff. de uſu fructu*, & vide *Pariſ. de Puteo in d. tract. de ſyndicatu*, §. *Syndicantur*, fol. mihi 35. 1

Ibi, *Timor Dei.* Timor Dei aliquãdo dicitur cultus Dei, qui timor pertinet ad perfectos; & manet etiam cum ipſa ſapientia. Hunc timorem dat Deus fidelibus, *Hieron. cap.* 32. tradit *Origen. ſuper Can. homil.* 3. aliâ congerit *Hieronym. Lauretus in ſylva allegoriarum*, verbo, *timere, fol.* 920. & de timore Domini, & eius diviſionibus tradit *Suar. de virtute ſpei, diſp.* 1. *ſect.* 4. *nu.* 3. & ſequentibus. Non poſſum tamen hoc loco ſilens prætermittere, Dei timorem eſſe omnium bonorum radicem, & virtutum omnium ſeminarium, noſtræq́ ſalutis auctorem, ut optimè obſervavit idem *Petrus Lopez citat. lib.* 5. ubi ita. 2

Eſt timor in Domino lætæ ſpei una ſalutis,
Hic fortes animos, fortia corda facit.
Multa quidem maiora forent ſcelera omnia, pœna
Ni timor ipſe foret, ſupplicium q́, minans.

CAP. Studendum. VII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis competit clericos, & laicos ad pacem vocare.*
2 *Epiſcopus in cauſis criminalibus mere criminaliter actis, non poteſt ſubditos ad pacem trahere; & idem dicendum in publicis delictis.*

1 IN textu. Textus iſte epiſcopos monet, ut potiùs ſludeant clericos, vel laicos ad pacem revocare, quàm ad iudicium vocare, vide *Gratianum regul.* 251. & vide quæ diximus hac eam *diſt. cap.* 1. *nu.* 1.

2 In Gloſſa, verbo, *Ad pacem*, ibi, *Hæc, & ſimilia intelligo.* Intelligit ergo Gloſſa deciſionem textus, quatenus habet, quòd epiſcopus diſcordantes ad pacem trahat, procedere tantum in cauſis civilibus, non autem in criminalibus, in quibus merè criminaliter agitur, reddens ibi rationem, nempè quia peccata nocentium debent eſſe nota. Similiter in publicis delictis, in quibus ſi aliquid fuerit intentatum, vel per modum acculationis, aut inquiſitionis, tùm debet Prælatus, abſque tali compoſitione procedere, vide *textum in cap.* 1. *de colluſione detegenda*, & ibi *Panormitan. nu.* 1. *Felin. in rubrica de treugua, & pace, nu.* 2. & *Archidiacon. hic, Marant. de ordine iudicior. part.* 6. *num.* 55.

CAP. Eorum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dona eorum, qui pauperes opprimunt, in eccleſia non ſunt recipienda.*
2 *Verbum*, Opprimo, *quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi, *Qui pauperes opprimunt.* Ait textus refutanda eſſe dona pauperes opprimentium, vide *Suar. d. tom.* 1. *de religion. lib.* 1. *de divino cultu, cap.* 6. *nu.* 9. & quæ notavi ad *cap. Oblationes, hac diſt. Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 19. *l. fin. Gloſſa* 1. 3. & 8. *Abbatem in cap. Et tranſmiſſa, de decimis, num.* 3.

2 Ibi, *Opprimunt.* Licèt, opprimere, propriè ſit obterere, *l. Item Mela, §. Si plures, ff. ad l. Aquiliam, l. Si pecuniam, 5. §. ult.* ad fin. *ff. de conditione cauſa data*; in præſenti tamen accipitur pro gravari, lædi, moleſtari, ſic etiam accipitur in *l. Nec quidquam, 9. §. ult. ff. de officio Proconſulis*, ibi. *Opprimi aliquem per adverſarij ſui potentiam non oportet*, & in *l.* 1. *§.* 1. *Cod. Ne liceat potentiori*, ibi, *Tenuiores*, qui ſæpe importunis potentiorum interceſſionibus opprimuntur.

CAP. Placuit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes debent monere reduci ad pacem eos, qui in odio diuturno perſiſtunt.*
2 *Virum iudex poſſit partes litigantes ad concordiam cogere?*
3 *Quid Bart. in hac quæſtione ſentit?*
4 *Iudices poſſunt partes ad concordium cogere, quando lis per multum tempus duraverit, & à facili expediri non poſſit.*
5 *In cauſa criminali, criminaliter mota iudices non poſſunt partes ad pacem compellere.*
6 *In cauſis criminalibus, in quibus tranſactio fieri poteſt, iudex partes ad pacem cogere poterit, & quæ crimina ſint?*
7 *Quando imminet timor armorum, poteſt iudex partes ad pacem cogere.*
8 *Iudex poterit partes ad pacem obligare, ſi ſint perſonæ inſignes, & illuſtres.*
9 *Iudex poteſt partes cogere ad pacem, quando eorum diſcordia tendat ad præiudicium, & incommodum alterius.*
10 *Iudex non tantum ſæcularis, verum etiam eccleſiaſticus partes ad treuguam cogere poteſt.*
11 *Princeps poteſt ſubditos ſuos ad pacem compellere.*
12 *Summus Pontifex poteſt duos Principes diſcordantes ad pacem cogere.*
13 *Magiſtratus cuius officio incumbit bonum publicum, & pacificus Reipub. ſtatus, poteſt ſubditos ad pacem cogere.*
14 *Qui Authores agant de materia noſtri textus.*

1 IN textu. Adeſt textus, qui probat monendos eſſe à ſacerdotibus, reduci ad pacem eos, qui longinqua, & diuturna obſtinatione in odio proximi exiſtunt, & ſi noluerint obedire, à fidelium cœtu arceantur: hunc textum, quoad hanc conclu-

concluſionem non eſſe oblivioni tradendum commendat *Abb. in cap. ult. nu. 2. de maioritat. & obedientiâ*, & eum notabilem appellat in *cap. Cum pridem, nu. 6. de pactis*, cæteriq; ſcribentes, maximè cum eo exultant *Butrius*, & *Imol. in cap. ad finem, de multis petitionibus. Paulus*, & *Alex. in l. Quidam, ff. ſi certum petatur*, idem *Alex. in l. Si quis mihi bona, §. Iuxta, ff. de damno infecto*, plures, quos refert *Felin. in d. rubrica de treugua, & pace, nu. 4.*

2 Ex cuius textus ſeriè, illa deduci quæſtio poteſt, utrum ſcilicet iudices partes litigantes ad concordiam cogere poſſint? Pro parte affirmativa facit, quòd ad iudices pertinet obviare cauſæ, ex qua aliquod malum poſſit contingere, docet *Iacobus de bello viſu*, per textum ibi, in *dict. Authent. de mandatis Principum, §. Deinde conveniens eſt. Lucas de Peña*, verſ. *Sed ſecundum ius Romanum, ad l. Vnicam, Cod. publica lætitiæ, lib. 12. Pariſ. de Puteo d. tractat. de ſyndicatu, §. Syndicatur, 5. ſub num. 3. Boer. d. tractatu de ſeditioſis. num. 6.* faciunt præterea, quæ diximus ad *cap. Diſcordantes*, ſupra, *hac diſtinct.* & hoc eſſe Irenarchorum officium, ait textus in *l. Vnica, Cod. de Irenarchis, lib. 10.* nempè provinciarum tutellam agere, nec non pacem, & concordiam per ſingula territoria exercere; vide eundem *Peñam in dict. l. Vnica*, & poſt *Gloſſam* ibi, *Ioann. de Platea, Rebuff.* & alios, & ſecùndum *Abbatem in d. rubric. de treugua, & pace*, in principio, dicentem, iudicum eſſe, diſcordantes ad pacem reducere: ergo rectè fit dicendum, iudices ad pacem partes cogere poſſe; facit tandem textus in *cap. Novit, de iudic.* ubi dicitur, ad Papam pertinere pacem reformare, ac proinde ſaltem Summus Pontifex poterit ſubditos ad illam cogere. Pro parte negativa, quòd iudices partes ad pacem cogere non poſſint, ſtat *Felin. in dict. rubric. de treugua, & pace*, ſtatim in principio, citans *Abb.* ibidem, & *Bart. in l. Congruit, nu. 4. ff. de officio præſidis*; adducitur etiam ab eodem *Felin. Bart.* in loco ab illo citato, dicens non poſſe iudicem compellere partes ad compromittendum in arbitratorem, neque ad transigendum, ergo ex hac *Barthol.* doctrina dicendum videtur, non poſſe partes obligari ad pacem, & concordiam. Similiter afferri poterit, quod *Bald.* & *Angel.* dicunt in *d. l. Si cuius rei, §. Æquiſſimum*, aliàs *l. Æquiſſimum, ff. de uſu fructu*, quòd ſcilicet iudex in civilibus poteſt hortari, ſed non arctare, qua doctrina poſita ſic liceat argumentari; ſi iudex partes non poteſt arctare, ergo rectè fit dicendum eas non poſſe compellere.

Propter quæ fundamenta ad utramq; par-
3 tem adducta fortaſſe. *Bart.* (& non inepte) *in d. l. Congruit, num. 4.* cum diſtinctione in hac quæſtione procedit, dicens: vel diſcordiam eſſe inter duas civitates, & tunc iudicem ſuperiorem poſſe partes ſuas interponere, & pacem procurare; vel eſſe diſſenſionem inter privatos, & tunc iterum diſtinguit, aut enim cauſa criminalis, aut civilis eſt; in primò caſu poſſe iudicem partes ad pacem compellere ait, non ita in ſecundo caſu, ſed eas monere; cuius diſtinctionis meminit *Abb. in d. rubric. nu. 1.* Quibus omiſſis, ſic reſolutivè pro utraque parte diſputatis, ad totius quæſtionis omnimodam reſolutionem, ſequentes concluſiones proponemus.

Prima concluſio ſit: Iudices poſſunt cogere partes ad concordiam, quando lis per longum temporis ſpatium perduraverit, vel adeo intricata fuerit, ut de facili expediri non poſſit, ita communiter Doctores ſupra citati dictis locis, & præter eos vide *Bald. in cap. Cum Eccleſia, Volaterrana de elect.* in fine, ubi dicit, quòd ſi res adeo dubia, & intricata fuerit propter diverſas probationes, in contrarium compellentur partes ad compromittendum in aliquos cõmunes amicos, qui poſſint cauſam iudicare. 4

Secunda concluſio. In cauſa criminali criminaliter mota, iudices non poſſunt partes ad pacem compellere; & probatur quia, quemadmodum partes non poſſunt in criminalibus regulariter transigere, ne crimina remaneant impunita, ita etiam non poſſunt ad componendum cogi; facit etiam pro hac concluſione, quod ſupra diximus ad *cap. Studendum, hac eadem diſt.* & ibi cum *Archidiacono*, & alijs notavimus. Adde *Felin. in d. rubrica de treugua, & pace, num. 2.* 5

Tertia concluſio. In alijs cauſis criminalibus, in quibus transactio fieri poſſit, partes ad pacem cogere iudex valebit; & probatur quia, læſio, & damnum Reipublicæ ſemper evitari debent, iuxta *textum in l. 1. Cod. de iure Reipub. lib. 11.* & *textum in l. Reſpub. Cod. quibus ex cauſis maiores*, ſed cogendo partes ad pacem in cauſis criminalibus, in quibus transactio fieri poteſt, damnum, & læſio Reipub. tollitur, ergo benè poterunt iudices partes in hoc caſu compellere. Minor probatur ex *textus in l. Si quis ingenuum, §. fin. ff. de captivis*, tradit *Abb. in d. rubr.* ubi proximè. Quæ autem crimina tranſigibilia ſint, vide per *Gloſſam*, verbo, *gratiam, in cap. 1. de colluſione, detegenda.* & *Gloſſam in l. Tranſigere*, verbo, *prohibitum, Cod. de tranſact.* cum alijs, de quibus *Felin. d. num. 2.* 6

Quarta concluſio. Quando imminet timor armorum, & fixæ, poſſunt iudices partes ad pacem, & tranſactionem obligare; vide *Angel. in Authent. Vt litigantes intrent*, in fin. per *d. l. Si cuius, §. Æquiſſimum. ff. de uſu fructu.* Quemadmodum etiam in hoc caſu poſſunt partes ad compromittendum cogere; vide *Paulum de Caſtro*, & *Alexandr. in d. l. Quidam, ff. ſi certum petatur*, quidquid in contrarium dicat *Bald. in l. Ex ſtipulatione, nu. 2. Cod. de ſententijs, & interlocut.* 7

Quinta

ad illam quæſtionem. Vtrùm ſcilicet laicus poſſit excomunicare, de quo etiam in *cap. Benè quidem*, infra, 96. *diſt.*

2 Ibi *Cum pœna legibus ſtatuta.* De pœna œconomi alienantis res eccleſiæ; vel conſentientis in illius alienatione, eſt textus *l. Iubemus nullo, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* ibi: *In quamcunque alienatione conſenſerit, commiſſa ſibi œconomatus adminiſtratione privetur: deq; eius bonis quodcũq; ex inde incommodum eccleſia contigerit, reformetur; hæredesq; eius, & ſucceſſores, ac poſteri ſuper hoc facto, ſive conſenſu, competenti ab eccleſiaſticis perſonis actione pulſetur.* & in *Authent. de non alienand. aut permutand.* idem ſtatuitur.

3 Quæres. An œconomus, emendando damnum eccleſiæ, evitet pœnam? Reſpondetur quod non; ita *Bart. in Authent. de non alienand. aut permutand. rebus eccleſiæ.* in principio, *num.* 2. *collat.* 2. per *Goſſam in cap. Si quis presbyterorum, de rebus eccleſia non alienand.* & in *cap. Quod ſicut de electione. Menchaca Illuſtrium, cap.* 28. *num.* 3. & 5.

4 Ibi, *Sed probatis.* Nobiles ex ſapientia, virtutibus, ac bonis moribus præhonorantur, cum præferendi ſunt his, qui ex genere, & divitijs, ſeu loco, aut privilegio nobilitatis decorantur; ita tenet *Lucas de Peñs in l. Mulieres. in* 4. *columna*, in principio; *Cod. de dignitat. lib.* 12. quod ſic probat in 2. *col.* Cum hæ tres ſpecies nobilitatis ex ſapientia, ſcientia, & virtute ſint in anima; ſpirituales, cœleſtes pariter, & ex Deo, ſunt in omnibus præferendę his, quæ ſunt terreſtres, & ex homine, & ſine dubio digniores; nam ſicut anima præfertur corpori. *l. Sancimus, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* & Sol Lunæ. *cap. de maiorit. & obedient.* ſic & nobilitates, quæ ſunt ſpirituales in anima pariter, & ex Deo, cœteris præferuntur: Lege *Caſſan. p.* 8. *conſiderat.* 28. & 1. *p. conſideratione* 64. & 65. ubi latè oſtendit, quo pacto multi propter virtutem ex infimo loco ad Regnum pervenerunt; hinc eſt, quod ſi quis animi ſolum nobilitate illuſtratus reperiatur idoneior ad ſuſceptionem conferendi regiminis, ille eſt cœteris quantumcumq; nobilioribus præferendus; ut ex multis legibus probat idem *Caſſana. p.* 8. *conſideratione* 30.

5 Ibi, *In quibus, ſi quid reperiri poterit prævitatis, & cæt.* Quæri hîc poteſt, Vtrùm œconomi coram epiſcopo rationem reddere debeant? Sed de hac quæſtione lege *Bart. in Authent. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. œconomos, collat.* 9. qui affirmativè reſolvit, de quo *Eſcobar de ratiocinijs adminiſtratorum, cap.* 3. *num.* 7. & ſequentibus; poterunt tamen à ſententia epiſcopi ad Patriarcham appellare.

In textu, ibi, *Quo.* Quo, aliquando 6
ſignificat *propter quod l. final. ff. Si certum petatur, l. Quo enim, ff. rem raptam haberi.* Aliquando ponitur nominaliter, ut *quo ideſt aliquo, l. Qui habet, §. 2. Si pupillus, ff. de tutoribus.* Quo etiam ſignificat donec, *l.* 1. *Cod. delegatis, Barthol. in l.* 2. *§. Quod ſi quis, ff. de ſuſpectis tutoribus, l. Ex parte, §. de ſervo libertatem, ff. familiæ Erciſcundæ.* Vide *Petrum Bimum. tom.* 3. *conſil.* 277. *num.* 36. *Quoad* denotat reſolutionem temporis. *Albericus in l. Quia, §. Quæritur, ff.* circa finem, *ff. de ſuſpectis tutoribus.*

Ibi, *Videlicèt.* Propria natura iſtius 7
dictionis, non ſolum eſt declarare, ſed reſtringere ipſam diſpoſitionem ad caſus expreſſos; ut eleganter explicat *Iaſon. in l. Si pluribus, num.* 10. *ff. de legat.* 1. quam ſequitur *Petrus Bimus tom.* 1. *conſil.* 13. *num.* 14. & *tom.* 2. *conſil.* 196. *num.* 20. *textus in l. Cum quidam, §.* 1. *ff. de uſu capiendus, cap. Statutum, in* 2. *de hæreticis, lib.* 6. *Barth. in l.* 1. *ff. ad legem Aquiliam. Geminian. conſ.* 25. *nn.* 3. in fine, verſ. *Et hoc apertè, & nu.* 4. *Socinus conſil.* 47. *in primo præſentis conſultationis. num.* 6. in fine, verſ. *Sed ad hæc dicta, & num.* 7. *lib.* 1. *Angelus conſil.* 354. Incipit per oportuna conſilia, in principio. *Marant. in praxi, p.* 3. *num.* 105. ubi plura allegat *Menoch. conſil.* 21. *num.* 23. *Surd. conſil.* 315. *num.* 65. & *deciſ.* 161. *num.* 8. *Farinac. part.* 4. *conſil.* 91. *num.* 6. *Caned. ſingul.* 66. *num.* 1.

CAP. Decenter. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prohibentur epiſcopi eccleſiaſtica officia propinquis, vel favore ſibi coniunctis committere.*

2 *An ſit ſimonia dare alicui beneficium ſolo titulo conſanguinitatis?*

3 *Poſſunt epiſcopi conferre beneficia conſanguineis, ſi ſint idonei.*

4 *Poſſunt etiam illa conferre ſuis familiaribus idoneis, dummodo pactum non intercedat.*

5 *An poſſint conſanguineos, & familiares ſuos admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum.*

6 *Familiares qui dicantur? & num.* 7.

IN textu,

1 IN textu, ibi, *Quicumq; igitur Pontificum.* Prohibetur textus, ne epiſcopi bona eccleſiæ dent conſanguineis, aut familiaribus, quod etiam cavetur 1. *quæſt.* 3. *cap. Pervenit*, & 1. *quæſt.* 2. *cap. Si quis, nonj*, 115. poteſtq; confirmari ex *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 1. & ex alijs in rebus. Prima cauſa huius prohibitionis, & præcipua eſt, quam aſſignat *Suarius lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *num.* 8. ne epiſcopi nimio affectu ducti conferant beneficia indignis, & minimè idoneis, peccando contra juſtitiam diſtributivam, vel legalem, & hanc rationem aſſignat etiam Gloſſa. Secunda ratio eſt, quia ut ait Gloſſa, ſemper præſumitur, quòd res eccleſiæ latenter lædantur per eos. Tertia eſt, ut ait *Suarius* citatus, propter ſcandalum aliorum, quòd ſæpe naſcitur ex huiuſmodi proviſionibus.

2 Quæri tamen hîc poteſt, an ſit ſimonia dare alicui beneficium ſolo titulo conſanguinitatis? Affirmat *Conter. Pariſienſ.* & *Maior in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 3. *ad primum*, quos refert *Suar. lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *nu.* 5. Dicendum tamen eſt, non dari in eo caſu ſimoniam, ita *D. Thom. Altiſio, Adrian. Victor. Soto, Covar.* quos refert, & ſequitur *Suarius citatus*. Ratio eſt, quia hæc ſimonia, vel eſſet contra ius divinum, vel contra ius humanum. Neutrum tamen dici poſſe, probat ibi optimè *Suarius*.

3 Ibi, *Aut ſanguine propinquis.* Quanvis conſanguineis minimè dignis, ſeu idoneis prohibitum ſit epiſcopis beneficia largiri, ut probavimus; illis tamen licitum eſt, & honeſtum conferre beneficium conſanguineo alioqui digno ſimpliciter, vel etiam comparatione aliorum, etiamſi illum præferant ratione ſolius conſanguinitatis, ut cum *Covar.* tenet *Suar. lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 37. *num.* 8. probatq; *Gonzales in proœmio, §.* 4. *num.* 47. cum *Panormitano, Menoch. Lambertino, Tiraq.* & alijs. Neque obſtat *Gloſſa in cap. Pervenit*, 1. *quæſt.* 3. dum dicit, cæcos eſſe epiſcopos circa nepotes, ex quo gravem læſionem ſentit eccleſia, quia debet intelligi, quando non eſt idoneitas in illis nepotibus, aut conſanguineis, ut explicat *Gonzales citatus*, in quo etiam ſenſu explicat noſtrum textum; imò addit plus debere epiſcopos ſubvenire ſuis, quàm extraneis; idem tenet *Flaminius Pariſius de reſignat. benefic. tom.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 123. ubi addit, quod epiſcopus bona eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim, potius in conſanguineos, quàm in externos alienat, quam vocat communem, teſte *Burſat. conſ.* 127. *num.* 4. & 78. *lib.* 2. quod declara, ut per *Cephal. conſ.* 142. *num.* 5. *lib.* 1. & vide circa hoc etiam *Alciat. de præſumpt. regul.* 1. *præſumptione* 29. *num.* 1. & ſequentib. notat *Tiraq. de panis, cap.* 51. *nu.* 143.

Ibi, *Aut favore perſonis quibuſcumq; ſibi coniunctis.* Inquibus ſcilicet non ſit idoneitas. Nam alias reſpectu ſuorum familiarium, & aliarum ſibi gratarum perſonarum, poſſunt epiſcopi beneficia illis conferre in gratificationem, ſervitiorum, dummodo tale pactum non præcedat, ut cum *Anton. de Butrio, Hoſtienſ. Abbat. Felin. Covar. Navarr.* probat *Gonzales* §. 4. *proœmij, num.* 51. & 52. 4

Quæres. An poſſit epiſcopus admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum conſanguineos, vel affines, aut familiares ſuos, vel reſignantium, ſtante Conſtitutione Pij V. 58. Reſpondet *Garcia de beneficijs, p.* 9. *cap.* 2. *num.* 213. non poſſe, & ita inquit, ſancta Congregatio Concilij cenſuit his verbis. *Epiſcopus non poteſt admittere in parochialibus in ſuis manibus reſignatis, conſanguineos, vel familiares, tàm ſuos, quàm reſignantium*; ex Bulla Pij V. anno eius 3. Kalendis Aprilis; ita S. Dominus noſter Gregorius XIII. ex ſententia Congregationis declaravit. Quod tamen non procedit, inquit, *Garcia* in vacatione per obitum, vel aliàs. 5

Familiaris non dicitur, niſi ille, qui continuò vivit, & moratur cum aliquo, & eius expenſis alitur, *cap. Sicut nobis, de verborum ſignificatione, lib.* 6. ubi *Francus num.* 4. verſ. *Sexto nota. Oldrad. conſil.* 198. in principio. *Anchar. conſil.* 398. Vnde perſonæ, quæ non inſiſtunt circa ſervitia, nec habent expenſas dicuntur familiares ficti, & non gaudent prærogativis familiarium. *l. Alimenta, §. Libertis, in fin. de alimentis, & cibarijs legatis. Paulus de Caſtro conſil.* 341. *num.* 2. verſ. *Cæterum, lib.* 1. *Gomes in regul. de impetrandis beneficijs per obitum familiarium. Cardinalium quæſt.* 13. *Bald. conſil.* 385. circa medium, verſ. *Porrò, lib.* 1. Requiritur verò, quod non colore quæſito, ſed verè ſint familiares, *Anch. in dict. cap. Sicut nobis, notabil* 5. & quod per quatuor menſes ſteterint, *Gomes dict. quæſt.* 13. *num.* 3. 6

Imò habentes alimenta ex alia cauſa, quam familiaritatis, non ſunt familiares, *Simoneta de reſervat. quæſt.* 35. verſ. *Hic infertur.* Tamen poſt cauſatam familiaritatem; ſi recederet animo revertendi; familiaris dicitur. *Gomes dict. quæſt.* 3. *num.* 2. *Anchar. in dict. cap. Sicut, num.* 4. Verùm familiaris, quis verè dicatur; duo debent inſimul concurre, ut inſerviat actu, & vivat expenſis domini. *Gomes dict. quæſt.* 13. in princip. ubi quod Rota idem iudicavit, & ita ſe habere ſtillum Curiæ, teſtatur *num* 2. *Vitalin. in Clement. final. nu.* 34. & ſequentib. *de celebrat. Miſſar. Egyd. Bellam. conſil.* 20. *nu* 9. verſ. *De familiaribus*; multa congerunt *Maſcard. concluſ.* 755. *Cardinal. Tuſch. tom.* 9. *lit. F. concluſ.* 72. *Felin. in cap. In noſtra, nu.* 20. verſ. *Sed clave, de reſcriptis.* 7

CAP.

CAP. Ad hoc. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ordo unde dictus, & quam diligenter ſervari debeat?*
2 *Reverentia quid ſit?*
3 *Minor debet maiori impendere reverentiam.*
4 *Inferiores debent etiam à ſuperioribus honorari.*
5 *Vera concordia, qua dicatur?*
6 *Concordia, quam ſit potens ad Reſpublicas tuendas, ac conſervandas.*
7 *Concorditer dicitur factum, quod ſi à maiori parte.*
8 *Quis ordo detur in officijs, ac dignitatibus tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus.*
9 *Abſque ordine inter partes non poſſet univerſum ſubſiſtere.*
10 *Vivens in una tantùm qualitate non poteſt gubernari.*
11 *Eccleſia militans debet ordinari ad exemplar cæleſtis.*
12 *Dictio,* Ad hoc, *quid ſignificet?*
13 *Sine ordine, & regimine recta non poteſt conſiſtere adminiſtratio.*

1 IN text. ibi, *Gradus diverſos, et ordines conſtituit eſſe diſtinctos.* *Ordo* dicitur ab *ordino*; & *ordino* ab *ore* dicitur, quod idem eſt; quod diſpono, quaſi ore pronuntio, quis cuiq; locus eſſe debeat. A' quo ordo, diſpoſitio gradus, & ordinarium, in quo ordo ſervatur, & maximè ordo in dignitatibus, eſt ſervandus *l. final. Cod. de primicer. & ſecund.* & toto titulo, ut *dignit. ordo ſervetur, Cod. lib. 12.* & bonum conſiſtit in ordine ſecundum *Auguſt. in lib. de natura boni,* & ordo dat rei perfectionem, *7. quæſt. 1. cap. Nihil,* & ideo quanto aliquid ordinatus eſt, tanto id melius, & perfectius *l. 2. §. 1. ff ad Velleian.* ita dicit *Lucas de Peña in rubric. Cod. ut dignitat. ordo ſervetur, lib. 12.* & propriè ordo dicitur cum diverſarum rerum, vel perſonarum unaquæq; proprium locum tenet. *Archidiac. in cap. Decernimus,* in principio, *10. quæſt. 1.* Graduum enim, & ordo diſtributio unitatem in eccleſia conſervat; quod ampliſſimè declarat *Iodocus Clict. in ſuo Antilutthero, cap. 2. & 3. in lib. 3.* Lege *Caſan. p. 1. conſideratione 77.* ubi noſtrum textum adducit, & totum caput exponit, breviter tamen *Declan. tract. criminal. lib. 4. cap. 1. num. 4.*

2 Ibi, *Dum reverentiam.* Reverentia eſt honor, qui exhibetur cum pavore, ut dicit *Archid. in cap. 2. de offitio delegat. in 6.* & ibi *Dominicus de S. Gemini,* & eſt inter maiores, & minores, ut notat *Ioann. Andr. in cap. Non eſt ſine culpa, de regularibus, in 6.* & alicui exhibetur ratione dignitatis, vel poteſtatis, *cap. Viſis, 16. quæſt. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 103. art. 1. ad primum,* dicit, quòd reverentia non eſt idem quod honor, ſed ex una parte, eſt primum motivum ad honorandum in quantum ſcilicet aliquis ex reverentia, quàm habet ad aliquem, eum honorat; ex alia verò parte, eſt honoris finis, in quantum ſcilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reverentia habeatur ab alijs; de hac reverentia vide *Polycraticum lib. 5. cap. 4.* & etiam *Caſaneum part. 1. conſideratione 71.* ubi addit multa de hac materia, & probat reverentiam eſſe honorem exhibitum in teſtimonium virtutis.

3 Ibi, *Reverentiam minores potioribus exhiberent.* Reverentiam debet minor maiori impendere, *Gloſſa final. in l. Nihil omninò, Cod. de palatin. ſacrar. largit. lib. 12.* & inferiores iudices ſuperioribus reverentiam tribuere debent, ut eſt textus in *l. Potioris,* & in *l. final. Cod. de officio præfecti urbis,* & minores maioribus debent honorem; *l. 2.* & *final. Cod. de officio diu iudic. Rebuff. in l. 2. Cod. prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Caſſan. part. 1. conſiderat. 20. & 71.* lege eundem *Caſaneum conſideratione 72.* ubi latè probat, quòd ſubditi prælatos reverere debent, & in quibus hanc reverentiam oſtendere oportet. *Azevedo lib. 8. recopilat. tit. 15. l. 1. num. 6.* qui noſtri textus meminit.

4 Ibi, *Et potiores minoribus dilectionem impendent.* Adverte, quòd non ſolùm ſemper, & indeterminatè honor ab inferioribus debetur ſuperioribus; ſed etiam quandoque ſuperiores honorare debent inferiores, *l. Potiores, §. 1. Cod. de offic. præfect. provin.* & *cap. Eſto ſubiectus, diſtinct. 95.* Notum eſt illud L. Craſſis Senatoris, ad L. Philippum Conſulem. *Non es mihi Philippe Conſul, quia nec tibi Senator ſum.* Cui ſimile eſt illud Platonis ad Dionyſium Syracuſanum. *Si noſtra tibi placent, nos quoq; honorare debes; nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego ſequar: honoratus enim à te, & te honorabo. Non honoratus autem, conquieſcam.* Ad quod optimè facit textus in *cap. Cum beatus, diſtinct. 45.* Ex quo notatur, quòd ſi prælatus non ſervat reverentiam ſubdito,

nec

nec ſubditus tenetur ei ſervare, facit etiã textus in c. *Significaſti*, in fin. *de elect. in cap. Ad decorem, de raptu.* & quod notat *Gloſſa*, in verbo, *Me, in d. cap. Eſto.* per textum illum ibi. *Fruſtra petit debitũ, qui quod debet, non impendit.* Vide plura alia apud *Chaſſenæum part. 1. conſiderat. 21.*

5 Ibi, *Vera concordia fieret.* Vera concordia eſt illa, quæ eſt diverſarum voluntatum ad bonum, & eſt idem cum pace, quæ eſt effectus charitatis, & de qua dixit *Propheta Pſalm. 48. Non eſt pax impijs*, de ea agit *D. Thom. in 2. 2. quæſt. 29. & quæſt. 37. art. 1.* ubi ita ait. *Concordia ex charitate cauſatur; in quantum ſcilicet charitas multorum corda conjungit in aliquid unum, quod eſt principaliter quidem bonum divinum: Secundario autem bonum proximi.* Diſcordia igitur ea ratione eſt peccatum, in quantum huiuſmodi concordiæ contrariatur. Adverte autem cum *D. Thom. quæſt. 37. citat. art. 1. ad ſecundum*; quòd ſicut voluntas hominis adhærens Deo, eſt quædam regula recta, à qua peccatum eſt diſcordare; ita etiam voluntas hominis Deo contraria, eſt quædam perverſa regula; à qua bonum eſt diſcordare. Facere ergo diſcordiam, per quam tollitur bona concordia, quam charitas facit, eſt grave peccatum, unde dicitur *Proverb. 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, & hoc ſeptimum ponit eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Sed cauſare diſcordiam, per quam tollitur mala concordia, ſcilicet in mala voluntate, eſt laudabile; & hoc modo laudabile fuit, quod Paulus poſuit diſſenſionem inter eos, qui erant concordes in malo. Nam & Dominus de ſe dicit *Matth. 10. Non veni pacem mittere, ſed gladium*, & David *Pſalm. 104. Convertit cor eorum, ut odirent populum eius*, & vide *cap. 1. 90. diſt.*

6 Sed quantum vera concordia valeat ad Reſpublicas tuendas, ac conſervandas, teſtatur illud *Xenophontis. Sine concordia, nec civitas recte gubernari poteſt, nec domus recte adminiſtrari*, & illud Divi Odonis Regis. *Concordia aureum, ac adamantinum vinculum; diſcordia vaſtitatem, ſolitudinem, orbitatem, agris, oppidis, Regnis adfert.* Unde dixit *Iovius. Inſuperabilem civitatem, non arma, non pecunia; ſed unus publicus decoris conſenſus efficit.* Simile eſt illud *Ang. Curionis. Opes robur, res militaris peritia, ſine concordia, & benevolentia populorum eſſe, plerumq; conſpiciuntur, prodeſſe ferè nunquam; conſenſus verò, & benevolentia etiam ſine divitijs, & opibus plurimum valent.* Et quidem deficiente concordia, quot mala oriantur, teſtantur multarũ provinciarum, & florentiſſimorum Regnorum ruinæ. Sufficiat nunc illud *Virgilij 1. Eclog.*

Impius hæc tàm culta novalia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? En quo diſcordia cives
Perduxit miſeros? En queis conſevimus agros!

Notabis, quod ſi electio concorditer fieri 7
jubeatur, quod requiritur omnium mente diſcrepante conſenſus, *Gloſſa*, verbo; *concordem, in cap. Cupientes*, & in *cap. Quprundam de electione, lib. 6.* quas ſequitur *Abb. in cap. 3. num. 16. de ſententia, & re iudicata, Lambertinus de iure patronatus, part. 2. lib. 2. artic. 8. quæſt. 6. principali, num. 2.* & ſequentibus. Hoc tamen fallit in illis, quæ fiunt à pluribus iure Collegij ſeu Capituli, quia *concorditer*, dicitur factum, quod à maiori parte factum fuerit, ut probat *textus in cap. In cauſis, 30. de electione*, & in *cap. Ad aures, de ijs, quæ vi. Abb. in cap. Non poteſt, de re iudicata. Ioannes Annania in regal. in toto, de regulis iuris, Corſetus in Repertorio ad Abbatem*, verbo, *concorditer.*

Ibi, *Et rectè officiorum gerere adminiſtratio.* 8
Si ſcire cupis, quæ ſint eccleſiaſticarum perſonarũ gradus, quæ officia, & dignitates, quo ordine diſponantur, incipiendo à ſummo Pontifice, utq; ad ultimum, ſeu infimum eccleſiæ miniſtrum, & quis cuilibet locus debeatur. Lege *Chaſſenæum in Catalog. tota 4. part.* ubi hanc materiam copioſiſſime, & doctè tractat noviter, & eruditè *Sebaſtianus Caſar de eccleſiaſtica Hierarchia.* Si de præcellentia inter Principes ſæculares, de ordine in dignitatibus, ac officijs, quem quisque locum iure abtineat ſcire cupis, lege eundem *Chaſſenæum part. 5. 6. uſq; ad 11.*

Ibi, *Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere.* 9
Lege *Conimbricenſes lib. 1. de cœlo, cap. 1. quæſt. 1.* ubi tàm ex naturarum varietate, & diſtinctione, quàm ex ordine partium, tàm inter ſe mutuò, quàm ad Deum ſub triplicis cauſæ genere, probat univerſum eſſe perfectum. Eſt enim ordo, ut definit *Auguſtin. 19. de civitate Dei, cap. 13. Parium, diſpariumq; rerum ſua cuiq; loca tribuens diſpoſitio*; quam diſpoſitionem eſſe in mundi partibus, præſertim grandioribus, quæ ſunt corpora cœleſtia, & elementa, nemo non videt. Optimum namq; ſitum, ac ſedem cuiusq; naturæ congruentem ſortitæ ſunt; adeò ut, unaquæque pars ſuo in loco, ut in patria conſiſtens; mutationem non expoſcat. Atq; ita demum, ut *Tiis megiſtus in Aſcleplio*, ait, quaſi harmonia quædam in mundo exiſtit; ſicut enim in cantu ex diverſarum vocum moderatione concentus quidam concors efficitur; ſic mundi univerſitas ex rerum inæqualium, ac diſſimilium conſenſu, & varietate concinit. Unde *Pythagoras* univerſum prædicabat ea ratione eſſe compoſitum, quam poſtea lyra eſt imitata; qua ſimilitudine ulus etiam eſt *Philo Iudæus in lib. de Cherubim.* Divus enim *Auguſtinus epiſtol. 5. & 28.* mundum comparat carmini, quod ſyllabis longis,

DISTNCTIO. XC.

Ad initium diſtinctionis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici litigioſi eſſe non debent, hoc eſt, lites inter alios excitantes.*
2 *Diſcordia an ſit peccatum mortale?*

1 IN principio diſtinctionis, ibi, *Litigioſus.* Adducitur à Gratiano noſtro ad probandum clericos litigioſos eſſe non debere, (id eſt quòd inter alios lites non moveant) & huiuſmodi in epiſcopos promovendos non eſſe, quorum officio incumbit diſcordantes ad concordiam, & pacem reducere: ita *Turrecremata. in præſenti nu.* 1. facit quod eleganter ſcribit *Rebuf. in l. Gall. in prooemio Gloſſ.* 5. *num.* 154. ubi multa in litium detestatione dicit, & proſequitur *in prooemio concordatorum*, verbo, *ſumptibus, ſpeculat. de præparatorijs iudiciorum, part.* 2. *pattic.* 1. *num.* 9. fundatur Gratianus hîc in illa Apoſtoli authoritate ad *Timotheum* 1. *cap.* 3. ibi. *Non litigioſum, &c.*

2 In eodem principio, ibi, *Diſcordantes.* Pro pleniore huius diſtinctionis cognitione, excitabitur quæſtio, utrum ſcilicet diſcordia peccatum mortale ſit? Affirmativè reſpondetur, quando quis voluntati alterius de bono divino, aut humano notabili, cui debet conſentire, ſcienter, & ex intentione contradicit; tunc diſcordia peccatum mortale eſt ex genere ſuo, quia charitatis concordiæ directè opponitur; vide *Navar. in Manual, c.* 2. *n.* 33. qui diſcordiã quintam filiã vanæ gloriæ appellat *D. Thomas* 2. 2 *quæſtione* 37. *artic.* 1. *Caietan. in ſumma*, verbo, *diſcordia D. Antonin. in* 2. *part. ſummæ. titul.* 4. *cap.* 8. *Turrecremat.* qui elegantiſsimè totam quæſtionem diſcutit proximè citato loco à *num.* 1. *Sylveſt. in ſumma*, verbo *diſcordia num.* 1. & 2. ubi dicit, conſiliarios à bono diſsidentes communi ſcienter, & notabiliter, propter elationem, ſuperbiam, aut malam voluntatem, nolentes alijs conſentire tendentibus ad bonum, mortaliter peccare. Qui plura de diſcordia ſcire cupis, adito *Franciſcum à Mẽdoça tom* 2. *in lib. Regum variis in locis Ferdinandum Quirinum de Salazar in Proverbia Salomonis cap.* 6. *num.* 86. 89. 94. & ſequentibus, ubi graviter invehitur in diſcordiarum ſeminatores iniquiſſimos. Illud ego addam pro coronide, nullam virtutem viris clariſsimis digniorẽ quàm pacem, & concordiam; diſcordia enim, ac diſsidentium animorum tumultus, feras magis ſãguinarias, quàm homines decet pietatis, & clemẽtiæ ſectatores. Sæviant leones, tauri horrendum mugiant, urſi, ac tigres debacchentur inter ſe diſcordes, homines verò concordes ſint. Tres appono verſus in rem meam, natos ex *Gunthero Ligurino poeta clariſsimo lib.* 4. *de rebus geſtis Imperatoris Cæſaris.* Ita ille.

Trux leo ſævus aper, maculoſo vellere pulcher.
Pardus, & hirſuti rapidis cum tigribus urſi.
Diſcordes ſævire queunt, concordia ſolet.
Non decet alma virtus.

CAP. Diſcordantes. I.

SVMMARIVM.

1 *Ad epiſcopos pertinet diſcordãtes clericos concordare.*
2 *Iudicis officio incumbit ſeditiones, & tumultus compeſcere, pacem procurare.*
3 *Differentia ſedis, honorem denotat.*
4 *Non poteſt Prælatus compoſitionem cũ ſubdito facere ſuper delictum factum eccleſiæ, neque iniuriam remittere?*

1 TExtus iſte eſt Carthaginenſis Concilij quarti, aperte probat, ab epiſcopos pertinere clericos diſcordantes ad concordiam reducere, & inobedientes damnare, & ad hoc teneri epiſcopos ſub peccati mortalis reatu, docet *Felin in Rubr. de treugua, & pace numer.* 5. & vide circa concluſionem textus, *Marta de iuriſdictione* 2. *part. cap.* 22. *à n.* 14. cum ſequentib. Nõ tamẽ immeritò rogabis hoc loco. Vtrũ poſsit epiſcopus diſcordantes laicos ſub pœna excõmunicationis ad concordiam obligare? Reſpondeo poſſe quemlibet epiſcopum per cẽſuras compellere laicos inter ſe diſcordes, & diſsidentes, ut ad pacem, & concordiam reducantur, poſtquam illos primitus admonuerit. De quo puncto aliquid infra dicendum eſt ad *cap.* 9 *hac eadem diſt.* Interim adde *Barbat. conſ* 1. *num.* 2. verſ. *& adduco, volum.* 3. *Bellet. in tit. de diſciplina clericali, §.* 15. *num* 95 *& in tit. de favore clericorum reali, §.* 5. *num.* 75. *Marc. Anton. Genuens. in manual paſtorum c.* 49. *num.* 14. Item ſub peccato mortali tenetur pacis violatores excõmunicare, *cap.* 1. *de treugua & pace, cap.* 1. *§. epiſcopi, de pace tenenda in uſib. Feud. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib.* 20. *num.* 54. *in fine.*

Ad iudices enim ſuperiores ſpectat ſedare tumultus,ut non veniatur ad rixas, ſed ad pacem, & concordiã; vide textum in *l. ſi cuius rei* 13. §. *æquiſſimum, ff de uſufructu*, ubi *Bart. num.* 1. *textum in l. congruit, ff. officio præſidis*, *textus in Authent. de mandatis principum*, §. *deinde, collatione* 3. docet *Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu*, §. *ſyndicantur.* 5. *ſub nu.* 3. *fol. mihi.* 35. & vide *Nicolaum Boer. in tractatu de ſeditioſis*, §. 1. *num.* 6. ubi prope infinitos refert,dicens illum iudicem,qui clericum à tali turba,& ſeditione arcet,licét animo ſedandi vim inferat, non incidere in Canonem *ſi quis ſuadente* 17. *quæſtione* 4. & ſimiliter, ſi iudices non occurrant ad ſedandos tumultus, & rixas,debent privari officijs ſuis, notat *Cynus in l. ſeruus Cod. noxalibus action. Bart. & Bald. in l.* 1. *ff de officio præfecti vrbis*, & vide eũdem *Paris.* ubi proximé multos citantem, pleniſsimè *Petes lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 2. *ordinamenti Gloſſa* 1. verbo, *no aian occaſion*, in fine, & benè advertit ibid em,quód ſi iudex viderit aliquos ad arma venientes, eis obviet,illos incarcerando, Grave admodum eſſe ſeditionis delictum ſcribit *Menoch de arbitrar. lib.* 2. *cenſur.* 5. *caſu* 266. *num.* 4. & *caſu* 437. plura de ſeditioſis vide Cõrad. *Brun.* per totum *tract. de ſeditionibus.*

2 In textu, ibi, *Ad concordiam trahat.* Quando in ſynodo fuerit exorta controverſia circa præferentiam ſedis,debet prælis componere lites, ita ut qui priùs ordinatus eſt æqualibus præferatur, iuxta *cap. ult. diſtinct.* 17. ubi vide poſita *num.* 2. Item *cap. Conſtantinopolitana* 3. *num.* 2. & attendatur ordo dignitatis, & qualitatis, non tamen temporis, *cap. ſtatuimus de maioritate, & obedientia*, honor namque perſonis debitus in diſtributione ſedilium eſt ſervandus,ne honor unius,alijs obſit, *Gloſſa*, verbo, *perſonaliter in cap.* 2. 4. *quæſtion.* 4. Circa ſeſsionis honorem potiorem à dextris, quàm ſiniſtris, vide *Antonium Nebriſſenſem in quinquagena cap.* 39 & *Ioannem Garopium Becanam lib.* 3 *Hieroglyphic. propeſinem*, *Franciſcum Riberam in* 1. *ad Hebræos. num.* 20. *Bellarmin. lib.* 1. *de Roman. Pontif cap.* 27. *Iuſtum Lypſium* 2. *elect. cap. Ioannem Ferdinandum in Theſauro*, verbo, *dextra Pinedam in cap.* 17. *Iob* verſ. 9. *numer.* 6. *Ioannem Savaronem in ſtrom. Apollin. lib.* 1. *epiſt. ult.* ſine ullo tamen diſſidio dignorem eſſe dextram; quàm ſiniſtram; & inferiùs ſedere denotare ſubiectionem, altius verò ſuperioritatem, probat *cap. ſolita* §. *hæc autem de maioritate, & obedientia.*

3 In Gloſſ. verbo, *ratione*, in verſiculo *ſed ſi delictum.* Ergo ſi delictum pertineat ad eccleſiam,non poteſt Prælatus componi cũ ſubdito, neque remittere iniuriam factam eccleſiæ; vide *textum in cap. ſi is qui* 23. *quæſtione* 4. ubi Gloſſa, verbo, *iniurioſa in cap. contingit de ſententia excommunicationis Abb. ibidem num.* 11. *Boer. deciſ.* 120. *num.* 4. vide *Bald. in cap.* 1. *de feudis, titul. de his, qui feudum dare poſſunt in principio ſub numer.* notat *Marcus Antonius in tract. practicabilia eccleſiaſticorum. Tricènario.* 1. *quæſtione* 16. *num.* 2.

CAP. Oblationes. II.

SVMMARIVM.

1 *Quæ veniant oblationem nomine?*
2 *Quæ differentia detur inter oblationes, decimas, primitias, & ſacraficium?*
3 *Antiquiſsimus uſus eſt oblationũ in eccleſia, & quare non offeratur mel, & lac?* 1
4 *Vnde introducta ſit conſuetudo offerendi inter miſſarum ſolemnia?*
5 *Vtrúm ſinguli parochiani Dominicis, & diebus feſtivis debeant aliquid offerre?*
6 *Oblationes diſſidentium fratrum non ſunt recipiendæ ab eccleſia, neque dona eorum, qui pauperes opprimũt.*
7 *Oblationes deſidẽtium, & eorum ſacrificia, eis nihil proſunt ad etiã æternam.*
8 *Ad diaconum pertinet oblationes aſferre ad altare.*
9 *Quid ſit gazophilacium?*
10 *Vtrum prohibitio noſtri textus cõprehendat etiam oblationes, quæ nõ fiũt ad altare, ſed aliomodo?*
11 *An intelligatur ſolùm de oblationibus ſpontaneis, & non de neceſſarijs?*
12 *Tenentur ſacerdotes reijcere ab oblationibus publicos peccatores.*
13 *Quot perſonarum genera repudiat Gloſſa ab offerendo?*
14 *Vtrũ oblationes publicarum meretricũ ſint reijcienda ab eccleſia?*
15 *An oblationes hominis interdicti pœnitentiã agentis ſint recipiendæ?*

IN textu, ibi, *Oblationes.* Intra oblationũ nomine intelligunt omnia, quæ à pijs, fidelibuſque chriſtianis Deo, & eccleſiæ offeruntur, ſive ſint reſmobiles, ſive immobiles, nec refert teſtamento legentur, vel aliter donentur, *cap. qui oblationes, cap. clerici* 13. *quæſtione* 2. *Marian.* 1

Marian. Socin. in tractat. de oblation. libello 1. Troil. Malvat. ſimili tract. ferè per totum. *Simoneta de decimis cap. 2. num. 9. & cap. 3. num. 2.* qui aſſerit, oblationes quæ fiunt ad ſacrificium, ſubrogatas eſſe loco quarundam decimarum legis veteris, quas quiſque de populo in horreis recondebat, & aſſervabat, ut eas comederet illa die, qua iret ad templum Ieroſolymitanum, ipſis etiam ſacerdotibus in templi veſtibulo ad cónvivium accerſitis, & invitatis, *Deuteron. 12. & 14. & c. Hisita 13. q. 1. ſex. in c. 1. de decim.* optimã oblationũ diffinitionem apponit *Suar. tomo primo de religion. lib. 1. capit. 3. numer. 2.*

2 Differunt oblationes à decimis, primitijs, & ſacrificio. A decimis, quia decimæ ſolvuntur tanquam clericorum commoda alimenta, & tanquam merces laboris, ac debita miniſterij eccleſiaſtici ſtipendia, & tanquam obſequium debitum Deo, ut ſupremo omnium rerum dominatori. Oblatio verò dicitur, quidquid ad divinum cultum, honorem, & uſum Dei, & eccleſiæ datur, ita in ſpecie *Azor part. 1. lib. 7. cap. 28. quæſtione 9.* A primitijs quòd nomine primitiarum dicantur tantùm primi fructus Deo oblati, nomine verò oblationum ſignificantur omnia quæ Deo, & eccleſiæ offeruntur, ſive ſint mobilia, ſive immobilia, ut monilia, ornamenta, inſtrumentum ſacrum, pecunia, agri, oppida, dominia, & cæt. ita idem *Azor* ubi proximè *Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 39. dubio 6. num. 34.* A ſacrificio, quoniam oblatio latiùs patet, quam ſacrificium, res enim quæ ſacrificari dicitur, offertur quidem, ſed cum aliqua conſecratione, & mutatione, ita ut ipſa conſecratio, & mutatio fiat in peculiarem Dei venerationem, oblatio verò eſt res, quæ Deo ſalva, & incolumis offertur, & talis permanet, ut oleũ, pecuniæ, vinum, & ſimilia, ut latè proſequitur *Suar. de ſacrament. diſput. 73. ſectione 5. preſsiùs tomo primo de religion. lib. 1. cap. numer. 2. Azor* ubi proximè.

3 Vſus autem oblationum antiquiſsimus eſt in lege gratiæ, in qua in altari, vel in eccleſia tempore miſſæ, panis, oleum, vinum, mel, cera, & alia huiuſmodi offerri conſuevère, ut cõſtat ex *Cant. ſexta ſynodi, & in Can. 28. Trullano* declaratur, qua ratione poſsint fructus aliqui offerri, ut v.g. uvæ non ut diſtribuãtur cum Euchariſtia, ſed ut benedicantur, at *Can. 57.* dicitur nõ oportere offerre ad altare lac, & mel, quod *Suar. tomo primo de relig. lib. 1. de divino cultu capit. 4. num. 2.* cautum putat, propter aliquas ſuperſtitiones, quæ ex oblatione mellis, & lactis introducerentur, & quanvis ibi *Suar.* nullam in digiret, exiſtimo, tamen cautam fuiſſe ad obviandam multorum hæreticorum inſaniam, qui putabant materiam ſanguinis in ſacrificio eccleſiaſtico eſſe lac, contra quos diffinitum eſt in Concilio Bracharenſi tertio celebrato anno Domini 675. ut dixi in *hiſtoria epiſcoporum Portugalenſium part. 1. cap. 10.* ſed cum malum adhuc ſerperet, iterum ablatum eſt à ſacris oblationibus lac, à patribus, qui Canones Trullanos edidere, triginta plus ve annis poſt celebrationem tertij Bracharenſis. De iiſdem oblationibus agitur etiam in *Trullani canon. 69. & & Concilio Mattiſconenſi 2. cap. 4.*

Quæres primò, unde hæc offerendi inter miſſarum ſolemnia, panem, & vinum conſuetudo dimanaverit? Reſpondeo id introductũ primò in ordinem ad ipſum ſacrificium, cuius materia panis, & vinũ eſt, ut chriſtianis poſſit diſtribui, vide *Cyprianum in lib. de operibus, & eleemoſin. circa medium, Auguſtin. ſermone 115. Concil. Laodicen. Canon. 49. Henriq. lib. 9. de miſſa capit. 38. num. 1. & in Comment. litera C.* Introductum ſecundò propter panem benedictum, qui inter fideles diuidebatur, poſtquam intermiſit in eccleſia uſus quotidie communicandi in ſacrificio miſſæ, ut colligitur ex eodem *Concilio Laodicenſi. Canon. 14.* de quo uſu panis, vide quæ ſcripſit *Guilielm. Durand. lib. 4 rationa. offic. cap. 53. n. 2. Pamelius in Cyprian lib. de operibus, & eleemoſin. ſub num. 5. Stephanus Durantes lib. 2. de ritibus, cap. 58. Suar. lib. 1. cap. 4. tomo primo de relig.* 4

Quæres ſecundó, an ſinguli parochiani Dominicis, & diebus feſtivis, debeant aliquid deferre, quod in eccleſia inter miſſarum ſolemnia offerant? Reſpondeo hãc quæſtionem eſſe propriam *cap. omnis chriſtianus de conſecrat. diſtin. 1. & cap. ſtatuimus 16. q. 1.* ubi ex profeſſo de ea agemus. Interim certum eſt, nullibi extare præceptum faciendi tales oblationes, ut eſt cõmunis ſententia Canoniſtarum, & Theologorum, ut latè probat *Gabriel. ſuper Canon miſſa lect. 6. & S. Antonin part. 3. tit. 12. cap. 11. Alb. & Anchar. in Rubrica de parochijs, Angel., Sylveſt.* & alij verbo, *oblationes; Azor. part. 1. lib. 7. cap. 7. quæſtione 11. Leſſius cap. 39. dubio. 6. num. 34. Suar. tomo primo de relig. lib. 1. cap. 5.* ubi omnes quærunt, an oblationes eccleſiæ ex præcepto debeantur? Reſpondentque negativè contra *Gloſſam in cap. ſtatuimus, & c. omnes chriſtiani Hoſtien. in Rubric. de paroch. & in ſumma tit. de paroch. Lappum allegat. 58. num. 1. & 7.* An verò aliquando hæ oblationes cadere poſsint ſub obligatione? dixi ad *cap. præter hac diſtinctione 32.* ibi me vide *numer. 7.* & ſequentibus. 5

In textu, ibi, Diſsidentium fratrũ. Probat textus, oblationes diſsidentiũ recipiendas ab eccleſia non eſſe, neq; dona eorum, qui pauperes opprimunt (reijcit enim multorũ dona in criminis execrationẽ) vide ad noſtrum propoſitũ *Paulũ Fuſc. de ſiſtat.* 6

lib. 1. cap. 24. à num. 10. cum ſequentibus, ubi plura adducit *Beroius in cap. quia in omnibus de uſuris huius* 18. *Abb. in cap. ex tranſmiſſa de decimis, num. 4. & in cap. cum voluntate num. 7. de ſententia excommunicationis*, optimè *Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. de divino cultu cap. 6. à num. 4. D. Thom. 2. 2. quæſtion. 86. art. 3.* Recte huiuſmodi fratrum ablationes ab eccleſia reiiciendæ ſunt, cum eas Dominus reijceat. *Matth 5. num. 25. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*, ubi Maldonatus acutè expendit dixiſſe Dominum. *Habet aliquid adverſum te*, non tu adverſus illum, ut non ſolùm cum alios læſimus, ſed etiam cum ab illis læſi ſumus, relicto ſacrificio, priores cõciliationem quæramus. Cæterum verior eſt expoſitio *Chriſoſtom. homil. 17. in Matth.* *Imperfecti, Auguſtini, & Hieronym.* hîc in hęc verba *Fratrem habere aliquid adverſum nos, eſſe habere iuſtam contra nos querelam, quod à nobis iniuriam aliquam acceperit*: quo ſenſu *Ioann. Apocal. 1. 24.* loqui ſolet. *Habeo adverſum te pauca &c.* Iubet ergo Dominus iniurię prius ſatisfacere, deindè offerri ſacrificium; & Deum placato priùs fratre, placari. *Nam cũ te Deus* (inquit Auguſtin. ſermone 16. de verbis Domini) *quærat magis quam munus tuum, offers munus tuum, & tamen nòn eſt munus Dei, plus quærit Chriſtus quem redemit ſanguine ſuo, quàm quod tu inveniſti in horreo tuo, &c.*

7 Non ſolùm oblationes diſſidentium reijciuntur ab eccleſia, & eorum ſacrificia, ſed etiam nihil eis proſunt quoad vitam æternam facit illud. *D. Pauli, ad Corinthios 1. capit. 13.* ibi. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt*, & illud *Matth.* proximè citato loco. Adduci poteſt quod eleganter ſcripſit Beatus Gregorius in paſtorali ibi. *Diſcordes etiamſi boni operis fructus in ſuis actionibus præferunt, profectò nulli ſunt, quia non ex unitate charitatis oriuntur*, & idem dicit *Noverunt diſcedentes, quia tandiu nulli boni operis ſacrificium Deo immollant, quam diu á proximorum charitate diſcordant.*

8 In textu, ibi, *Neque in ſacrario, neque in gazophilacio.* Certũ eſt laicos nũquam immediatè per ſe, ſed per diaconum oblationes ſuas offerre altari, nam inter officia diaconi, unũ erat oblationes inferre, & diſponere in altari, vt habetur, in *cap. perlectis diſt. 25.* & dictũ eſt à me *cap. ſubdiaconus n. 3. diſt. 23.* Inferebant tamen laici munera ſua in ſacrarium, vel gazophilacium, quod tamen hîc diſſidentibus fratribus prohibetur, ut benè notat *Suar. tomo primo de relig. lib. 1. capit. 6. numer. 10.*

Sed quæres quid ſit Gazophilacium? Reſpondeo eſſe omnia ea loca, ubi in eccleſijs oblationes fidelium reponuntur, & cuſtodiuntur, item ubi pretioſa quæque ipſius eccleſiæ aſſervantur, ſivé ea pecuniæ ſint, aurum, argentum, veſtes, &cæt. ſive uſu conſumptibilia, ut frumentum. vinum, oleum. &cæt. ſatis celebris eſt huius vocis mentio in ſacris litteris, tum veteri, tum novo teſtamento. Veteri 4. *Regum 12. num. 9. lib. 2. Eſdræ. cap. 3. numer. 30. & cap. 10. numer. 37. & 38. & cap. 12. num. 43. & capit. 13. num. 4 5. & 9. & lib. 3. Eſdræ cap. 8. num. 29. 46. & 47.* apud *Ezechielem capit 40. num. 38. 44. 45. & 46. cap. 41. num. 10. cap. 41. à num. 1. uſque ad 13. cap. 44. num. 19. cap. 45. numer. 5. capit. 46. numer. 19.* apud *Hieremiam cap. 35. numer. 4 cap. 36. num. 10. 12. 20. & 21.* Novo. *Marcus cap. 12. numer. 41. & 43. Lucas. 21. numer. 1. Ioann. capit. 88. numer. 20.* optimè de gazophilacio *Sebaſtianus Barradas tomo 1. concordiæ evangelicæ. lib. 1. capit. 14.* ad illum locum *Ioann. cap. 8. num. 20.* Hæc verba. *Loquutus eſt Ieſus in gazophilacio* ubi etiam *Toletus, & Maldonatus*; item *eodem tomo tertio lib. 8. capit. 30.* ſtatim in principio ad locum *Marc. capit. 12. numer. 41.* Aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophilacium, & ibi Maldonatus. 9

Dubitat tamen primò *Suarez* citatus dicto *tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 6. numer. 10.* an hic textus, in quo cavetur ne diſſidentium fratrum oblationes recipiantur, & alij ſimiles, de quibus ſtatim, intelligendus ſit de oblationibus quæ fiunt in eccleſia ad altare, an de omnibus, & qualibuſcumq; oblationibus eccleſiæ factis, ut de donatione inter vivos, legato, aut teſtamento, aut quovis alio modo? Reſpondet textum hunc, & *cap. eos quos de conſecratione diſtinctione 4. & cap. divino 12. quæſtione 2. cap. qui in omnibus de uſuris. cap. minor 16. quæſtione 3.* intelligendos eſſe cũ Gloſſa *in d. c. eos, quos*, de oblationibus tantum, quæ fiũt ad altare, & allegat pro ſe *Hugon. & Turrecrem. d. cap. divino 12. quæſtione 2.* 10

Dubitat 2. An hæc prohibitio ſit pro oblationibus ſpontaneis tantùm, de quibus *Amos cap. 4. numer. 5.* ibi. *Vocate oblationes voluntarias*, & *Numer. cap. 29. num. 39. & Deutheron. 16. nu. 10.* An etiam pro neceſſarijs, & quæ ex aliquo titulo debentur? Reſponde, de omnibus intelligi; nec eas accipiẽdas eſſe in eccleſia, inter miſſarum ſolemnia, ut tales, peccatores confundantur, licèt alioquin oblationes debitæ ad ſuſtentationem exigi poſsint, & compelli parochiani ut eas tradant extra eccleſiam; quia modus, & locus ubi offeruntur, eſt valde accidentarius, & probat ex *cap. quanto de uſuris.* Addit verò pretium oblationem, quæ ex conſuetudine debentur, ſed non ad ſuſtentationem, accipi poſſe ab his peccatoribus extra eccleſiam, ſed non exigi. Lege eundem *Suar. numer. 12.* Eſt hæc doctrina *Suar*, contra *Gloſſam, & Archidiaconum*, 11

aconum,& Turrecrem.hic num. 2. Et alios, qui cõmuniter exponunt de oblationibus ſpontaneis alioquin mercedem reciperent de ſua iniquitate,cui tamẽ obiectioni optimè ſatisfacit *Suar.* citatus.

12 In textu, ibi. *A ſacerdotibus repulſanda ſunt.* Eſt hæc precisa obligatio miniſtrorũ eccleſiæ, cum peccatorũ crimen ob quod arcentur ab offerendis oblationibus,publicũ,& notoriũ eſt, nam licet peccatores, ut non poſsint offerre oblationes ſuas, indigeant ſententia declaratoria criminis, cùm hi canones reſpectu eorũ continent legem pœnalem,nullo modo ipſo facto incurrendam, tamen reſpectu miniſtrorum eccleſiæ,continent legem directivam, & 1 obligant eos, antequã peccatores tales denũtientur,ubi crimen notorium fuerit.Notat optimè *Suar.*ubi ſupra *num.*14.

31 In Gloſſa verbo, *Dona.* Enumerat ſeptẽ genera perſonarum, quibus prohibitum eſt 5 oblationes offerre. Primùm,diſsidentium fratrum,ſecundum, pauperes opprimentium hîc, Tertiùm,ſacrilegorum *cap. divino* 12.*quæſtione* 2. Quartum, extrahentium ſervos ſuos ab eccleſia ad quam confugerant, *cap.mirer* 17. *quæſt.* 3. Quintum, raptorum *cap.ſuper de raptoribus.* Sextum, vſurariorum *cap. quia in omnibus de uſuris* ſeptimum,pœnitẽtium, *cap.eos, quos de conſecrat. diſtinct.*4. ubi addit hanc pœnam extendi non debere,niſi quatenus reperitur delictum,quod idem eſt,ac non extendit debere ad alios caſus,etiamſi ſimiles eſſe videantur, ut benè notarunt *Turrecremat. & Sylveſt.* verbo,*decima n.*8. & ibi *Angel.* quos refert, & ſequitur *Suar.*ſuper *num.* 9. & vide *Panormit.in dicto cap.quia in omnibus num.*5.*de uſuris Suar.tom.* 1.*de religion.lib.*1. *de cultu divino,cap.* 6.*num.*4.

14 In eadem Gloſſa in fine, ibi, *De meretrice.* Sentit ergo Gloſſa publicas meretrices non poſſe oblationes offerre, de quo vide *Sarmient. de redditibus eccleſiaſticis* 4.*part.cap.*5.*num.*9. *propè finẽ.* Expreſſe ſacræ litteræ,huiuſmodi meretricum oblationes recipi prohibẽt. *Deuteron.*23.*n.*17.*D. Thom.*2.2.*d.quæſtione* 86.*artic.* 3.*ad primum,*ubi eleganter dicit, in veteri lege tales oblationes propter immunditiam prohiberi. In nova autem lege propter ſcandalum, & ſimiliter *quæſtione* 32. *artic.* 7. *ad ſecundum,* eandem reddens rationem, cum propter ſcandalum,tum propter reverentiam,adduci etiam poteſt illud. *Ciceron.lib.*2. *de legibus* dicentis. *Non placari Deũ donis impiorum.* Comprobat illud *Eccleſiaſt.*34.*num.* 23. ibi. *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationibus iniquorum.* Facit quod refertur *in cap.non eſt.*27. 1.*quæſt.*1. *Quidquid enim* (ait) *in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei nõ placat iracundiam,ſed irritat.* Accedit quòd etiam in eccleſia videtur hoc fuiſſe prohibitum,nam *Clemens lib* 4. *conſtitutionum Apoſtolorum cap.* 6. ait *qui deliquerunt, & eos non pœnitet delictorum ſuorum, non ſolùm non exaudientur cum precationes faciunt.ſed magis Deum irritabunt; prohibete igitur huiuſmodi miniſteria oblationum:* idem firmat. *cap.*7. & 9. conſonat *Petri Damiani* dictum,*epiſtol.*1.*Dona,*inquit, *vel oblationes ab iniquo ſuſcipere, quid eſt aliud, quàm propriam animam, damnis ſqualore ſudare* , Similiter uſurariorum oblationes deſpicit eccleſia: vide *Paul.Fuſc, de viſitatione lib.*1.*c.*4.*nu.*10. *Beronm, & Abb. dictis locis* plurima exempla adducentes, in quibus eadem militat ratio; quæ tamen opinio Gloſſæ non admittitur. *á Suar.* citato, *numer.*8. Imò docet,ſecluſo ſcandalo,benè poſſe eccleſiam oblationes meretricum ſuſcipere, ut etiã aliorum peccatorum , licet publici ſint, dummodo ſcandalum non detur,nec iptorum oblata ita malè parta ſint, ut veris dominis reſtitui debeant, aut alijs operibus charitatis ſint obnoxia, putà ſuſtentationi parentum, filiorũ, &c. de quibus *Suar.num.*6.& 7. nec etiam ipſi ab offerendo prohibeantur,lege illum *d num.*8. Facitq; pro eo regula ipſius Gloſſæ,quæ tradit, oblationes non eſſe reijciendas, niſi in caſibus à iure expreſsis, atqui nec Gloſſa hunc caſum excipit, nec alibi in iure excluduntur meretrices ab offerendis oblationibus, nam illud *Deutheronom. cap.* 23. ibi *Non offeres mercedem poſtibuli,nec precium canis in domo Dũi Dei tui;quidquid illud eſt, quod voverit , quia abominatio eſt utrumque apud Dominum Deum tuum, &cæt.*cum cæremoniale fuerit,cum ipſa lege deſit, ex *cap. translato de conſtituit,* nec *Authent. de lenonibus in principio collat.* 3. adducta hîc ab Additione marginali, vim habet legis in materia,& pœna eccleſiaſtica, ex ijs, quæ ſupra notavimus in *cap bene quidem* à verſ *quibus maximè,* & deinceps. Nec ſententia *Suar.* eſt contra concluſionem *S. Thom.* 2.2. *dicta quæſtione* 86. *articul.* 3. *ad primum,* dicentis illicitum eſſe accipi oblationes meretricũ, quia ſanctus Doctor loquitur ibi, cum ſcandalum eſt, Suares verò ſecluſo ſcandalo.

Vtrũ oblationes interdicti pœnitentis ſint recipiendæ? Vide per *Ioann Calderin. tractatu de cenſura fol mihi* 12. *col.* 1.in fine ubi multos citans affirmativè reſolvit. 15

CAP. Neque. III.

SVMMARIVM.

1 *Munera Cain quare Deo diſplicuêre, & quæ illa fuerint?*
2 *Diſsidẽtes dummodo ſint in diſcordia, nihil eis prodeſt martyriũ pro Chriſti nomine ſuſceptum.*
3 *Simul ſunt amor proximi, & amor Chriſti?*

1 IN textu, ibi, *Neque ad Cain munera.* Itaque Deo munus Cain diſplicuit, quia cũ fratre ſuo pacem non habebat; faciunt quæ notat. *Pater Suar. d.1.tom.de relig.lib.1.de divino cultu c.4.ſub.n.* 1. & ibi videbis, an oblatio Cain de fructibus terræ fuerit ſacrificium, vel ſimplex oblatio?

2 In eundẽ text. ibi, *Tales etiãſi occiſi, &c.* Dicit textus quod iſti diſcordantes etiamſi occiſi fuerint in confeſsione Chriſti, adhuc macula illa (dummodo impœnitentes dicedant) non abluetur, unde deduci poteſt illa concluſio, nempe abſque charitate martyriũ pro Chriſti nomine ſuſceptum, nihil ad meritum prodeſſe, apertè eam probat. *D. Paulus 1. ad Corinth. d. cap.13.* ibi *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt.* Vide *D. Tho.2.2 q.124.art.2.* in pricipio, ubi dicit, ſine charitate nihil valere martyrium, ſed ille, qui eſt diviſus à proximo ſuo, ſine charitate eſt; ergo nihil ei valebit martyrium abq; illa.

3 Nec obſtabit aliquis dicens, hîc ſolùm charitatem Chriſti intelligi, non autem proximi; Reſpondebitur enim, non bene ſtare charitatẽ Chriſti cum odio proximi, ſiquidem unũ ſine altero exiſtere nequit, ut ipſe Chriſtus docuit legis Doctorem quendam ab eo quærentem, quale nam erat primum mandatum in lege, dicens. *Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ſecundum autem ſimile eſt illi. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum,* Refertur apud *Marc.cap.12.* & *Matth.22.* & facit maximè pro hac concluſione quod advertit *Hieronym.* in his verbis *Secundum addit, & ſi de primo tantum interrogatur, quòd ſine ſecundo non poteſt ſtare primum.* Tandem probatur ex eo, quia iuxta doctrinã *D.Tho. 2.2.dicta q.124.art.3.* per totũ, martyriũ eſt actus maximæ perfectionis, ſed ille, qui eſt in odio proximi non eſt in maxima perfectione; ergo martyr non erit, ac proinde merita veri martyris non conſequetur.

CAP. Alienus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Murmurans à fratrum unitate reijcitur.*
2 *Murmuratio peccatum eſt mortale.*
3 *Quæ ſit differentia inter murmurationẽ, & detractionem?*
4 *Murmurantes Chriſti crucifixoribus aſſimilantur?*

PRobat textus, reijciendum eſſe à fratrum unitate, & conſortio murmurantem, & detrahentem: vide *Bernard. Diaz in pract.criminali, cap.6.num.5.* non debet enim inter fratres admitti, qui mortaliter peccat ut bene advertit *Turrecrem.hic num.1.* 1

In textu, ibi, *Qui murmurat.* Collige ex textu, murmurationem peccatum lethale eſſe, vide pleniſsimè *Navar.tom.1.in cap. inter verba 11.quæſt.3.concluſione 6. à num.1.* & per totam, conducit quæ ſcripſit *D. Thom.2.2.quæſt. 7.art.1. Caetan. in ſumma*, verbo, *detractio*, facit illud ſapientiæ 1. *Cuſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & plurimum obeſt,* Adduces etiam *Alexand. Pap.relatum in cap. ſumma 16 quæſtione 1. Summa*, inquit, *iniquitas eſt detrahere.* Quo autem intellectu verba illa debent intelligi, vide *Navar*, ubi proximè *corollar.25.* facit etiam Anacleti ſummi Pontificis dictum, in *c.deteriores eadẽ cauſa, & quæſtione*, ubi dicit *peiores eſſe eos, qui nobis ſubripiunt famam, quàm qui ſubripiunt facultates.* 2

Murmuratio, & detractio differunt inter ſe, nempe quia murmuratio nomen generale eſt, detractio verò ſolum compreheridit colloquia ſecreta, & non omnia de malis alienis, quãvis nos eam aliquando extendimus ad colloquia publica, & de malis proproprijs, vide *Navarr.d. concluſ. 6. à nu.17.* facit quod eleganter *Caietan.* reſpõdit *2.tom.lib.7.reſponſo 13. ſuper opuſcula*, cuidã ab eo ſcicitanti, *cur nec à D.Thom. nec ab ipſo in tota ſecundâ ſecundæ; ubi de omnibus, & vitijs agunt ulla fiat ſpecialis mentio de murmuratione?* Reſpondit, vitium murmurationis non eſſe genus, neque ſpeciem peccati per ſe diſtinctum ab ab alijs, quia reperitur in omnibus generibus, & ſpeciebus peccatorum linguæ; tum etiam aliorum. Mirum verò eſt, quanta ſit linguæ effrœnatæ ſolutio ad alienam famam canino dẽte corrodendam; ita ut, neque dentium, neque 3

labiorũ

labiorum muri illam undique circumvallantes ab incepto detractionis ſtudio valeant amovère. Quibus linguæ incommodis, Deus ipſe humani corporis opifex volens obviare, illam decem muſculis, veluti potentiſſimis frœnis circumligavit, ut ingeniosè obſervat *Petrus Lopez. medicus Luſitanus in ſua poeſi Philoſophica, lib.* 5. in hunc modum.

Stat frœnum, corpuſq; ligans, ni rapta ſuperbo
Imperio, inſti tranſcendat limina curſui.

Verùm ea eſt multorum hominum ad detrahendum pervicacia, imò pertinacia, ut nullis frœnis lingua ebionita valeat coerceri, imò maiori in dies improbitatis contumacia furens debacchetur.

4 Murmuratores, & detractores Chriſti crucifixoribus aſſimilantur; ſi in blaſphemias prorumpunt, iuxta Gloſſam *Pſalm.* 108. in his verbis, *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi* (inquit Gloſſa) *plus nocent in membris detrahendis Chriſto, qui animas creditorum occidunt, quam qui eius carnem nox reſurrecturam peremerunt*, & vide *Navarr. d.* 6. *concluſione, corollar.* 26.

CAP. Si qnis monachus. V.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrio Abbatis relinquitur pœnitentia imponenda rixanti monacho.*
2 *Nomen*, Monachus, *quid importet?*

1 EGce textus, ubi arbitrio Rectoris, vel Abbatis remittitur pœnitentia imponenda monacho rixoſo, vel inferenti convitium alteri, eandem concluſionem habes apud *Iacob. Menoch. d. lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 5. *caſu* 437. *fr. Emmanuel. Rodrig. dict. tom.* 2. *quæſtionum regularium, quæſt.* 31. *art.* 4. & eò magis eius maledicentia eſt coercenda, qui excitat ſeditiones in Eccleſijs, & clauſtris, ubi pax, & quies debet ſummopere obſervari, iuxta ea, quæ ſcribit *Conrad. Brun. in tract. de ſeditioſis, lib.* 5. *cap.* 7. & ideo degradandum eſſe clericum, qui in Eccleſia rixas fecerit, aſſerit *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 5. *caſu* 437. *Rodrig.* ubi proximè; facit quod D. *Thom.* docet 2. 2. *quæſt.* 38. circa contentionem, an ſit peccatum mortale?

2 In textu, ibi, *Monachus.* Hoc eſt ſolitarius, ac mæſtus, utrumq; enim ſignificat nomen, *Monachus*; ſolitarius nempè, ad fruendam Dei converſationem; mæſtus ad propria, & aliena peccata ploranda; ut elegantiſſimè advertit *Navarr.* ipſos monachos exhortando, *d. tom.* 1. *in cap. Inter verba, concluſ.* 6. *nu.* 15. *fr. Emman. Rodrig. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 7. & eſt *textus in cap. Placuit*, 16. *quæſt.* 1.

CAP. Deſſidentes. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi inter ſe concordes eſſe nebent.*
2 *Timor Dei quid ſit?*

IN textu. Epiſcopi ad concordiam redire coguntur, turpe namq; eſt, ut epiſcopi, qui alios diſcordantes ad pacem reducere debent, ipſi inter ſe diſcordent; his enim verbis alloquitur hîc *Cardinal. Turrecrem.* faciunt, quæ notat *Bart. in l. Si cuius rei.* 13. §. *Æquiſſimum, nu.* 1. *ff. de uſu fructu*, & vide *Pariſ. de Puteo in d. tract. de ſyndicatu*, §. *Syndicantur*, fol. mihi 35. 1

Ibi, *Timor Dei.* Timor Dei aliquãdo dicitur cultus Dei, qui timor pertinet ad perfectos; & manet etiam cum ipſa ſapientia. Hunc timorem dat Deus fidelibus, *Hieram. cap.* 32. tradit *Origen. ſuper Can. homil.* 3. alia congerit *Hieronym. Lauretus in ſylva allegoriarum*, verbo, *timere, fol.* 920. & de timore Domini, & eius diviſionibus tradit *Suar. de virtute ſpei, diſp.* 1. *ſect.* 4. *nu.* 3. & ſequentibus. Non poſſum tamen hoc loco ſilens prætermittere, Dei timorem eſſe omnium bonorum radicem, & virtutum omnium ſeminarium, noſtræq; ſalutis auctorem, ut optimè obſervavit idem *Petrus Lopez citat. lib.* 5. ubi ita. 2

Eſt timor in Domino lata ſpei una ſalutis,
Hic fortes animos, fortia corda facit.
Multa quidem maiora forent ſcelera omnia, pœna
Ni timor ipſe foret, ſupplicium q; minans.

CAP. Studendum. VII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis competit clericos, & laicos ad pacem vocare.*
2 *Epiſcopus in cauſis criminalibus mere criminaliter actis, non poteſt ſubditos ad pacem trahere; & idem dicendum in publicis delictis.*

1 IN textu. Textus iſte epiſcopos monet, ut potiùs ſtudeant clericos, vel laicos ad pacem revocare, quàm ad iudicium vocare, vide *Gratianum regul.* 251. & vide quæ diximus hac eam *diſt. cap.* 1. *nu.* 1.

2 In Gloſſa, verbo, *Ad pacem*, ibi, *Hæc, & ſimilia intelligo.* Intelligit ergo Gloſſa deciſionem textus, quatenus habet, quòd epiſcopus diſcordantes ad pacem trahat, procedere tantum in cauſis civilibus, non autem in criminalibus, in quibus merè criminaliter agitur, reddens ibi rationem, nempè quia peccata nocentium debent eſſe nota. Similiter in publicis delictis, in quibus ſi aliquid fuerit intentatum, vel per modum accuſationis, aut inquiſitionis, tùm debet Prælatus, abſque tali compoſitione procedere, vide *textum in cap.* 1. *de colluſione detegenda*, & ibi *Panormitan. nu.* 1. *Felin. in rubrica de treugua, & pace, nu.* 2. & *Archidiacon. hic*, *Marant. de ordine iudicior. part.* 6. *num.* 55.

CAP. Eorum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dona eorum, qui pauperes opprimunt, in eccleſia non ſunt recipienda.*
2 *Verbum*, Opprimo, *quid ſignificet?*

1 IN textu, ibi, *Qui pauperes opprimunt.* Ait textus refutanda eſſe dona pauperes opprimentium, vide *Suar. d. tom.* 1. *de religion. lib.* 1. *de divino cultu, cap.* 6. *nu.* 9. & quæ notavi ad *cap. Oblationes, hac diſt. Gregor. Lopez part.* 1. *tit.* 19. *l. fin. Gloſſa* 1. 3. & 8. *Abbatem in cap. Et tranſmiſſa, de decimis, num.* 3.

2 Ibi, *Opprimunt.* Licèt, opprimere, propriè ſit obterere, *l. Item Mela, §. Si plures, ff. ad l. Aquiliam, l. Si pecuniam*, 5. §. *ult.* ad fin. *ff. de conditione cauſa data*; in præſenti tamen accipitur pro gravari, lædi, moleſtari, ſic etiam accipitur in *l. Nec quidquam*, 9. §. *ult. ff. de officio Proconſulis*, ibi. *Opprimi aliquem per adverſarij ſui potentiam non oportet*, & in *l.* 1. §. 1. *Cod. Ne liceat potentiori*, ibi, *Tenuiores*, qui ſæpe importunis potentiorum interceſſionibus opprimuntur.

CAP. Placuit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes debent monere reduci ad pacem eos, qui in odio diuturno perſtiterunt.*
2 *Verum iudex poſſit partes litigantes ad concordiam cogere?*
3 *Quid Bart. in hac quæſtione ſentit?*
4 *Iudices poſſunt partes ad concordiam cogere, quando lis per multum tempus duraverit, & à facili expediri non poſſit.*
5 *In cauſa criminali, criminaliter mota iudices non poſſunt partes ad pacem compellere.*
6 *In cauſis criminalibus, in quibus tranſactio fieri poteſt, iudex partes ad pacem cogere poterit, & quæ crimina ſint?*
7 *Quando imminet timor armorum, poteſt iudex partes ad pacem cogere.*
8 *Iudex poterit partes ad pacem obligare, ſi ſint perſonæ inſignes, & illuſtres.*
9 *Iudex poteſt partes cogere ad pacem, quando eorum diſcordia tendat ad præiudicium, & incommodum alterius.*
10 *Iudex non tantum ſæcularis, verum etiam eccleſiaſticus partes ad treuguam cogere poteſt.*
11 *Princeps poteſt ſubditos ſuos ad pacem compellere.*
12 *Summus Pontifex poteſt duos Principes diſcordantes ad pacem cogere.*
13 *Magiſtratus cuius officio incumbit bonum publicum, & pacificus Reipub. ſtatus, poteſt ſubditos ad pacem cogere.*
14 *Qui Authores agant de materia noſtri textus.*

1 IN textu. Adeſt textus, qui probat monendos eſſe à ſacerdotibus, reduci ad pacem eos, qui longinqua, & diuturna obſtinatione in odio proximi exiſtunt, & ſi noluerint obedire, à fidelium cœtu arceantur: hunc textum, quoad hanc conclu-

concluſionem non eſſe oblivioni tradendum commendat *Abb. in cap. ult. nu. 2. de maioritat. & obedientiâ*, & cum notabilem appellat in *cap. Cum pridem, nu. 6. de pactis*, cæteriq; ſcribentes, maximè cum eo exultant *Butrius*, & *Imol. in cap. ad finem, de mutuis petitionibus. Paulus*, & *Alex. in l. Quidam, ff. ſi certum petatur*, idem *Alex. in l. Si quis mihi bona, §. Iuxta, ff. de damno infecto*, plures, quos refert *Felin. in d. rubrica de treugua, & pace, nu. 4.*

2 Ex cuius textus ſeriè, illa deduci quæſtio poteſt, utrum ſcilicet iudices partes litigantes ad concordiam cogere poſſint? Pro parte affirmativa facit, quòd ad iudices pertinet obviare cauſæ, ex qua aliquod malum poſſit contingere, docet *Iacobus de bello viſu*, per textum ibi, in *dict. Authent. de mandatis Principum, §. Deinde conveniens eſt. Lucas de Peña*, verſ. *Sed ſecundum ius Romanum, ad l. Vnicam, Cod. publica lætitiæ, lib. 12. Pariſ. de Puteo d. tractat. de ſyndicatu, §. Syndicatur, 5. ſub num. 3. Boer. d. tractatu de ſeditioſis. num. 6.* faciunt præterea, quæ diximus ad *cap. Diſcordantes*, ſupra, *hac diſtinct.* & hoc eſſe Irenarchorum officium, ait textus in *l. Vnica, Cod. de Irenarchis, lib. 10.* nempè provinciarum tutellam agere, nec non pacem, & concordiam per ſingula territoria exercere; vide eundem *Peñam in dict. l. Vnica*, & poſt *Gloſſam* ibi, *Ioann. de Platea, Rebuff.* & alios, & ſecùndum *Abbatem in d. rubric. de treugua, & pace*, in principio, dicentem, iudicum eſſe, diſcordantes ad pacem reducere: ergo rectè ſit dicendum, iudices ad pacem partes cogere poſſe; facit tandem textus in *cap. Novit, de iudic.* ubi dicitur, ad Papam pertinere pacem reformare, ac proinde ſaltem Summus Pontifex poterit ſubditos ad illam cogere. Pro parte negativa, quòd iudices partes ad pacem cogere non poſſint, ſtat *Felin. in dict. rubric. de treugua, & pace*, ſtatim in principio, citans *Abb.* ibidem, & *Bart. in l. Congruit, nu. 4. ff. de officio præſidis*; adducitur etiam ab eodem *Felin. Bart.* in loco ab illo citato, dicens non poſſe iudicem compellere partes ad compromittendum in arbitratorem, neque ad transigendum, ergo ex hac *Barthol.* doctrina dicendum videtur, non poſſe partes obligari ad pacem, & concordiam. Similiter afferri poterit, quod *Bald.* & *Angel.* dicunt in *d. l. Si cuius rei, §. Æquiſſimum*, aliàs *l. Æquiſſimum, ff. de uſu fructu*, quòd ſcilicet iudex in civilibus poteſt hortari, ſed non arctare, qua doctrina poſita ſic liceat argumentari; ſi iudex partes non poteſt arctare, ergo recte ſit dicendum eas non poſſe compellere.

Propter quæ fundamenta ad utramq; par-
3 tem adducta fortaſſe. *Bart.* (& non inepte) *in d. l. Congruit, num. 4.* cum diſtinctione in hac quæſtione procedit, dicens: vel diſcordiam eſſe inter duas civitates, & tunc iudicem ſuperiorem poſſe partes ſuas interponere, & pacem procurare; vel eſſe diſſenſionem inter privatos, & tunc iterum diſtinguit, aut enim cauſa criminalis, aut civilis eſt; in primò caſu poſſe iudicem partes ad pacem compellere ait, non ita in ſecundo caſu, ſed eas monere; cuius diſtinctionis meminit *Abb. in d. rubric. nu. 1.* Quibus omiſſis, ſic reſolutivè pro utraque parte diſputatis, ad totius quæſtionis omnimodam reſolutionem, ſequentes concluſiones proponemus.

Prima concluſio ſit: Iudices poſſunt cogere partes ad concordiam, quando lis per longum temporis ſpatium perduraverit, vel adeo intricata fuerit, ut de facili expediri non poſſit, ita communiter Doctores ſupra citati dictis locis, & præter eos vide *Bald. in cap. Cum Eccleſia, Volaterrana de elect.* in fine, ubi dicit, quòd ſi res adeo dubia, & intricata fuerit propter diverſas probationes, in contrarium compellentur partes ad compromittendum in aliquos cõmunes amicos, qui poſſint cauſam iudicare. 4

Secunda concluſio. In cauſa criminali criminaliter mota, iudices non poſſunt partes ad pacem compellere; & probatur quia, quemadmodum partes non poſſunt in criminalibus regulariter transigere, ne crimina remaneant impunita, ita etiam non poſſunt ad componendum cogi; facit etiam pro hac concluſione, quod ſupra diximus ad *cap. Studendum, hac eadem diſt.* & ibi cum *Archidiacono*, & alijs notavimus. Adde *Felin. in d. rubrica de treugua, & pace, num. 2.* 5

Tertia concluſio. In alijs cauſis criminalibus, in quibus transactio fieri poſſit, partes ad pacem cogere iudex valebit; & probatur quia, læſio, & damnum Reipublicæ ſemper evitari debent, iuxta *textum in l. 1. Cod. de iure Reipub. lib. 11.* & *textum in l. Reſpub. Cod. quibus ex cauſis maiores*, ſed cogendo partes ad pacem in cauſis criminalibus, in quibus transactio fieri poteſt, damnum, & læſio Reipub. tollitur, ergo benè poterunt iudices partes in hoc caſu compellere. Minor probatur ex *textus in l. Si quis ingenuum, §. fin. ff. de captivis*, tradit *Abb. in d. rubr.* ubi proximè. Quæ autem crimina tranſigibilia ſint, vide per *Gloſſam*, verbo, *gratiam, in cap. 1. de colluſione, detegenda.* & *Gloſſam in l. Tranſigere*, verbo, *prohibitum, Cod. de tranſact.* cum alijs, de quibus *Felin. d. num. 2.* 6

Quarta concluſio. Quando imminet timor armorum, & fixæ, poſſunt iudices partes ad pacem, & tranſactionem obligare; vide *Angel. in Authent. Vt litigantes iurent*, in fin. per *d. l. Si cuius, §. Æquiſſimum. ff. de uſu fructu.* Quemadmodum etiam in hoc caſu poſſunt partes ad compromittendum cogere; vide *Paulum de Caſtro*, & *Alexandr. in d. l. Quidam, ff. ſi certum petatur*, quidquid in contrarium dicat *Bald. in l. Ex ſtipulatione, nu. 2. Cod. de ſententijs, & interlocut.* 7

Quinta

8 Quinta concluſio. Poſſunt iudices compellere partes ad concordiam, quando eſt diſſentio inter perſonas inſignes, & illuſtres, poterit enim ex eo oriri Reipublicæ turbatio; vide pleniſſimè *Felin. in d. rubr. num. 7.* per totum, & poſt eum *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 30.*

9 Sexta concluſio. Iudex ad pacem litigantes coget, quando eorum diſcordia tendat ad incommodum, & ad præiudicium alterius; exemplum refert idem *Felin.* ubi proximè, *num. 8.* ex *Bart.* & *Oldrad. in l. 2. §. In his, num. 5. ff. de verbor. obligat.* nempè quando aliquis erat obligatus ad ſolvendum certum corpus ex obligatione generis debitum, debitores diſcrepabant in pari numero, tunc propter creditoris commodum concordare cogentur; multa proſequere circa huius concluſionis materiam cũ *Felin. dict. num. 8.*

10 Septima concluſio. Iudex non ſolùm ſæcularis, ſed etiam eccleſiaſticus partes ad treuguam cogere poteſt, probatur concluſio ex illa ratione, de qua ſupra, quia iudices poſſunt cogere partes ad pacem, ſed magis eſt ad illam compellere, quam ad treuguam: ergo à fortiori ad hanc cogere poterit, quia treugua eſt quædam *quaſi pax ad tempus, pax verò eſt in perpetuum, ergo fortiorem rationem importat illa, quam illa, liquet ex textu in *cap. Paſtoralis. §. Item cum totum, de officio, & poteſtate iudicis delegati, l. Qua de iota, ff. rei vendicatione*, optimè *textus in l. Illicitas, §. Ne potentiores, ff de officio præſidis*, tenet hanc concluſionem *Abb. in d. rubr. de treugus, &c. num. 2.* & in *cap. 1. eiuſdem tituli. num. 1. Felin. ibidem, num. 11.* apud quos, & alios, quos ipſi citant, multa alia, quæ huic loco inſervire poſſunt, videbis.

11 Octava concluſio. Princeps poterit ſubditos ſuos ad pacem compellere, ita tenet *Innocent.* per textum ibi, in *cap. Cum inter R.* in principio ibi, *Invitum coegi, de elect. Abb. ibidem, num. 1. Paulus de Caſtro in d. l. Quidam, ff. ſi certum petatur*, cum reliquis ſupra citatis declarantibus hanc concluſionem, procedere in his, in quibus Princeps habet liberam adminiſtrationem, ut per *Butrium in cap. 1.* ad fin. *de mutuis petitionibus*, & vide *Abb. in cap. Cum pridem, de pactis, num 9.*

12 Nona concluſio. Summus, idemq; Romanus Pontifex, poteſt duos Principes diſcordantes ad pacem cogere; probatur concluſio, quia quamvis poteſtas eccleſiaſtica principaliter, & directè ſola ſpiritualia, & ſupernaturalia reſpiciat, poterit tamen ſe intromittere in temporalibus indirectè, & acceſſoriè, quatenus ſcilicet conducant ad bonum ſpirituale, & ſupernaturale; ita poſt ſcribentes in *cap. Novit, de iudic.* & *cap. Solitæ, de maiorit. & obedientia*, tenet *Bellarmin. controverſiar. 1. p. lib. 4. cap. 6, controverſ. de Roman. Pontifice*, & ſupra diximus ad *cap. Si Papa, 40. diſt. Navarr. in d. cap. Novit, notabil. 3. nu. 96.* vide eundem *Navarr.* circa hanc concluſionem, *de orat. & horis Canonic. cap. 19. à nu. 92.* agentem de bello inito inter Carolum V. Imperatorem, & Franciſcum de Vallois Gallorum Regem. *Molin. de iuſtit. lib. 1. tract. 2. diſput. 28.* probat præterea textus in *cap. Per venerabilem*, verſ. *Rationibus, qui filij ſint legitimi*, ibi *Certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus*, & infra melius dicemus. Sed Summus Pontifex cogendo Principes ſæculares ad pacem, poteſtatem ſuam circa ſpiritualia, & ſupernaturalia quodammodo exercet: ergo bene poterit ſæculares Principes ad concordiam compellere. Probatur minor, quia quando Papa Principes ad pacem cogit, eos in charitate conſtituit (pacis enim fractio eſt contra charitatis præceptum) ac proinde Deo, qui eſt ſummum bonum ſupernaturale adiungit, ex illo *Ioannis epiſtolâ 1. cap. 4.* ibi. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Probatur præterea eadem minor, ex dicto *cap. Novit. de iudic.* ubi dicitur ad Papam pertinere pacem reformare, ut ſupra diximus, & tradit *Abb. in dict. rubr. de treugua, & pace.* Tandem probatur, quia quemadmodum Papa poteſt deponere Regem Regno ſuo, ex eo quòd negligens fuerit in eo regendo propter bonum ſpirituale, quod inde ſequitur, ſimiliter poterit ex eadem ratione dare coadiutorem Regibus, ut in ſimilibus caſibus videbis per *Navarr. in dict. cap Novit, notab. 3, à nu 99.* & eſt *textus in cap. Grandi, de ſupplend. neglig. prælat. lib. 6.* cum ſequentib. ita etiam poterit eodem modo Reges diſcordantes ad pacem cogere; ſiquidem bonum ſpirituale inde ſequitur. 13

Decima, & ultima concluſio, Officialis cuius arbitrio incumbit bonum publicum, & pacificus Reipublicæ ſtatus, poteſt ſubditos ad pacem compellere; patet ex ea ratione, de qua ſupra, quia ex huiuſmodi diſſenſionibus Reſpublica maximè læditur, ac proinde ad eius ſtatum quietum tales diſcordias ſedare convenit, ita poſt *Bart. in l. Ambitioſa, ff. de decret. ab ordine faciend.* tenet *Abb. in ſæpe citata rubric. num. 3.* Quibus concluſionibus ſic præhabitis, iam patet plenaria quæſtionis ſolutio, & omnes caſus in quibus iudex poteſt, vel non, partes ad pacem cogere; & inde ſolves argumenta pro utraque parte adducta, quæ procedunt, ſecundum reſoluta in ſuperioribus concluſionibus. Primum enim adductum p parte affirmativa procedit, & diluitur iuxta primam concluſionem, & ſic intelligitur Abb. dictum in prælegata *Rubric.* in principio, etiam patet dictum *cap. Novit*, iuxta poſitâ in concluſione 9. Argumenta verò adducta pro parte negativa procedunt regulariter, & in caſibus, in quibus non

datur

datur timor armorũ, vel ſimilia, unde ꝓveniat damnum Reipublicæ, & ſic explicantur dicta *Bald.* & *Bart.* ibidem relata, & procedunt omnia iuxta ſecundam, tertiam, & quartam concluſionem.

14 Vltra Doctores ſupra citatos ad materiam textus, & omnia ex eo deducta, vide *Navarr. in Manual. cap.* 14. *à nu.* 25. cum ſequentibus. *Padilha in rubric. Cod. de tranſactionibus, nu.* 14. *Iaſon. in l. Quidam, nu.* 4. *ff. ſi certum petatur. Peres lib.* 4. *tit.* 8. *ad l.* 1. *Ordinamenti, in Gloſſa,* verbo, *En los vandos,* verſ. *dubitatur,* ubi plures refert. *Cardoſ. in praxi,* verbo, *index, nu.* 37.

CAP. Si quis conſtitutus. X.

SVMMARIVM.

1 *Noſcitur Fabianus Papa.*
2 *Cogitur fratri ſuo, quis reconciliari ſatisfacienti iam iniuriæ.*
3 *Tenetur dimittere rancorem ille, cui illata fuit iniuria ſub pœna peccati lethiferi.*

1 IN ſuperſcriptione, ibi, *Fabianus Papa.* Qui fuit natione Romanus ex patre Fabio, creatus anno Domini 237. quarto Idus Ianuarij, vel ſecundum *Baron. tom.* 2. *anno Chriſti* 238. *die* 16. Ianuarij, eiuſdem anni, imperante Gordiano, & Philippo, quem nonnulli dicunt fuiſſe primum Imperatorem, baptiſmum ſuſcipientem. Huius Pontificis electio miraculo fuit celebrata, quærentibus enim patribus de Anteri ſucceſſore, columba viſa eſt ſupra Fabiani caput aſtitiſſe, quo agnito omnes unico aſſenſu in 2 eum convenere. In huius Pontificatu Concilium Romæ ſexaginta epiſcoporum, totidemque presbyterorum fuit celebratum, ubi multæ hæreſes damnatæ fuere, quarum prima fuit Novati aſſerentis denegandam eſſe pœnitentiam hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus; altera, Origeniſtarum, qui animam ſimul cum corpore interire affirmabant; tertia Helchеſaitarum, qui Apoſtolum Paulum omnino ab Eccleſia ſegregabant, putabantque fidem Chriſti in magno tormentorum incurſu abnegantem, dummodo animo eam retineret, non peccare. Statuit idem Pontifex, ut Chriſma in die Cœnæ Domini quotannis renovaretur. Multa alia mirabilia extruxit, præſertim martyrum cœmeteria; tandem Imperatoris Decij perſecutione, martyrio affectus, obiit 13. Kalend. Februarij, circa annum 251. ſepultus in via Appia in cœmeterio Calliſti; gubernavit Eccleſiam 14. annis, menſe uno, & diebus 11. Fuit vigeſſimus primus Pontifex in ordine. Præter *Baron.* ubi ſupra, vide *Platin. in vitis Pontificum, fol.* 51. *Onuphrium in Chronica Pontificum, in vita ipſius Fabiani. Dominicum Tempeſta Romanum, eodem tractat. pagin.* 107.

In textu. Probat cogendum eſſe quempiam reconciliari fratri ſuo 2 ſatisfacienti iniuriæ à ſe illatæ; vide optimè *Navarr.* hunc textum citantem *conſ.* 3. *de pœnit. & remiſſionib. nu.* 1.

In Gloſſa, verbo, *Satisfaciente.* Vult hîc Gloſſa teneri iniuriatum dimittere 3 rancorem, quem adverſus alterum habebat, propter iniuriam ſibi illatam, quanvis de ea non ſit ſatisfactus, quod ſub peccati mortalis pœna ponit *Navarr. d. conſil.* 3. *nu.* 2. non tamen tenetur iniuriam paſſus ſub peccato dimittere actionem iniuriarum; docet præter *Navarr. d. nu.* 2. *Molin.* multos citans, *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5, *nu.* 12. *Ripa in l. fin. Cod. de rev. and. donat. nu.* 225. doctiſſime *Suar. diſput.* 5. *ſect.* 5. *de præceptis charitatis. Salmeron tom.* 5. *tract.* 30.

CAP. Præcipimus. XI.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius ſecundus, quis fuit, & quo tempore fuit electus?*
2 *Epiſcopi tenentur ſibi invicem conſilium, & auxilium præbere ad pacem tenendam.*

IN ſuperſcriptione, ibi, *Innocentius II.* Qui fuit Romanus è Regione Tranſtiberina, ex familia Papareſcorum, ut refert epitaphium eius monumento ſcriptum in Eccleſia Sanctæ Mariæ trans Tiberim, in hæc verba. *Hîc requieſcunt venerabilia oſſa, ſanctiſſimi Domini Innocentij Papæ ſecundi, de domo Papareſcorum.* Electus fuit anno Domini 1139. imperante Lothario, Synodum maximam Romæ congregavit, mille circiter epiſcopis convocatis, ut teſtatur *Otto Trigenſ. epiſcopus, lib.* 7. *cap.* 23. ubi multa decreta præſidente eodem Pontifice emanarunt, inter quæ fuit textus noſter, & alij, quos videre poteteris cum multis huius Pontificis præclarè, tàm in bello, quàm in pace geſtis, apud *Baron. tom.* 12. *anno Chriſti* 1139. *nu.* 4. & ſequentibus.

Adde

Adde posita ad *cap. Si quis nesciat, nu.* 1. *dist.* 12. & ad *cap. Decernimus, num.* 1. *distinct.* 28.

2 In textu. Præcepit hic Pontifex, ut episcopi mutuum sibi consilium, & auxilium ad pacem tenendam præbeant, faciunt, quæ supra diximus ad *cap. Discordantes*, & *cap. Desidentes*, supra, *hac distinct.* colligunt hinc Glossæ, & Doctores expectare ad iudicium ecclesiæ pacem inire, notant per textum ibi, in *cap.* 1. *de treugas, & pace*, conducit ad textum, quod *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 29. *art.* 1. De pace scripsit *Boer. decis.* 40. *num.* 1.

Ad textum in cap. Prælatum. XII.

SVMMARIVM.

1 *Victor Papa quis fuerit?*
2 *Discordantes sub gravibus pœnis sunt cogendi ad pacem.*

1 IN superscriptione, ibi, *Victor Papa.* Gubernavit Ecclesiam eo tempore, quo Ælius pertinax Imperator à Didio Iuliano, & Didius à Lucio Septimo Severo fuerunt occisi; instituit ex Eleutherij sententia, ut festũ solemne Paschæ Dominico die celebraretur; idemquoq; Victor primus decrevit, ut in quauis aqua baptismum petentes baptizarentur, si necessitas instaret, sive fontana, sive Rivali; aut maritima. Fuit genere Afer Felicis filius, creatur Papa anno Christi 194. Kalend. Iunij, Obijt quinto Kalend. Augusti, anno 198. sepultus fuit in Vaticano Appio Claudio Laterano, & Marco Mario, Marco F. Titio Ruffino Consule, sedit in Cathedra annis 10. mense uno, diebus 28. Notat *Platin. de vit. Pontific. fol.* 25. *Onuphrius ibidem, Dominic. Tempest. pag.* 101. *Baron. tom.* 1. *Annal. anno Christi* 194. per totum, ubi plura de sancto Victore videbis.

1

2 In textu. Quatenus probat obligandos esse sub gravibus pœnis discordantes ad pacem venire, faciunt quæ habes notata ad *cap. Placuit*, per totum, & ad *cap. Studendum*, supra, *hac distinct.*

DISTINCTIO. XCI.

CAP. Eleutherius. I.

SVMMARIVM.

1 *Puniuntur clerici non recitantes divinum officium.*
2 *Diffinitio horarum Canonicarum traditur.*
3 *Clerici in sacris constituti, & beneficiati, similiter religiosi, & moniales tenentur ad recitandum.*
4 *Clerici minorum ordinum non obliganur ad horas dicendas.*
5 *Obligati ad recitandum peccant mortaliter non recitando totum officium, vel omittendo partem notabilem.*
6 *Qui septem horas Canonicas recitare omisit, unum tantum peccatum commisit.*
7 *Clericus excommunicatus, degradatus, & suspensus etiam tenetur ad recitandum.*
8 *Vtrum teneatur quis recitare à tempore captæ beneficij possessionis; an solùm acceptæ collationis?*
9 *Hora Canonica vigilia appellantur.*
10 *Factum alienum potest quis promittere.*
11 *An episcopus possit in sua diœcesi novam recitandi præscribere formam?*

1 IN textu. Decidit hic Pelagius Papa debita obiurgatione compescendos esse clericos, nolentes quotidiano, ad divino officio in ecclesijs vacare. Quibus debeat esse pœna imponenda ab episcopis clericis nolentibus recitare in Ecclesia prædictum officium, vide *Paulum Fusch. de visitatione, to.* 1. *cap.* 20. *num.* 20. *Bernard. Diaz in practic. criminal. cap.* 40. *col.* 1. & ibi *Salued. littera A.*

2 Ex quo textu multas quæstiones deducunt Doctores circa horas Canonicas, & in primis illam, nempe quid sint horæ Canonicæ? Omissis enim varijs definitionibus à Doctoribus traditis, quas videbis apud *Ioann. de Lignano in repetitione Clem. prima, de celebratione Missarum Cardinalem Florentinum in eadem Clement.* 1. *quæst.* 9. *Albertum de Ferrariis in repetitione cap.* 1. *eodem tit.* Placet illa, quam adducit *Turrecrem. in princip.*

huius

huius diſtinct. nu. 1. ſcilicet. *Hora Canonica eſt oratio publica, ſub certo numero pſalmorũ, lectionũ, & aliorũ huiuſmodi à ſanctis Patribus, ad laudem Dei ordinata, & per ſeptem congruentes horas diſtributa* Omnes huius diſtinctionis particulas explicat idem *Turrecrem.* & eam approbat *Navarr. in Manuali de horis Canonicis cap. 7. num. 1.* Addantur præterea *Marcel. Francolin. in tractat. de tempore horarum canon. Sot. de iuſt. lib. 10. quæſtione 5. Medin. in codice de oratione. Sandoval de officio canon. Bellar. in ſuis controverſijs tomo tertio ultima controver. lib. 1. cap 10. Iacob. de Graff in deciſ. aur. part. 1 lib. 2. capit. 50. Veg. in ſumma part. 1. cap. 28. Emmanuel Rodr. in ſumma tomo primo cap. 140.* & ſequent. *Valent. tomo tertio diſputat. 6. quæſtione 2. punctο 10. Petr. de Ledeſma in ſumma part. 2. tractat. 9. cap. 4. Zerola in praxi, part. 1.* verbo, *hora. Azor inſt. moral. par. 1. lib. 10. cap. 1. Carol. de Graſſis de effectibus clericalib. effectu 17. Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 37. num. 41. Reginald. in praxi lib. 18. cap. 11. & lib. 30. tract 3. num. 32. Vgolin. de officio epiſcopi cap. 3. §. 1. Bonacina de horis can. diſput. 1. quæſt. 3 punct. 3 num 10. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. Ioannes Malderus de virtutibus tractat. 10. c. 2.* Apud quos auctores multa de horis canonicis eleganter diſcuſſa, diſputataque invenies.

3 Secundò quæres, an clerici omnes teneãtur ad horas Canonicas dicendas? In qua quæſtione dicendũ eſt, obligari ad huiuſmodi munus clericos in ſacris conſtitutos, & alios beneficium eccleſiaſticum obtinentes, & religioſos, de quo vide *Turrecrem.* ubi proximè *num. 6. Paludan. in 4. diſt. 15. quæſt. 5. col. 1. & 2. S. Antonin. in 3 part. tit. 13. cap. 14. §. 4. Paulus Fuſc. de viſitatione lib. 1. cap. 10. num. 16. Caietan. in ſumma*, verbo, *Hora Canonica à principio, Sylveſt. in ſumma*, verbo *hora à num. 3.* per totum *Soar. de Religion. tom. 2. lib. 4 de horis Canonic. cap. 16. num. 1. & cap. 17. num. 2. Navarr. de horis Canonic. d. cap 7. á num. 1.* cum ſequentibus, dicentem communem omnium, facit textus in *d. cap. 1. de celebratione miſſarum, textus in cap. Quid ad te, & in cap diverſis fallacijs de clericis coniugatis*, conducit *D. Thom 2. 2. quæſt. 18. articul. 5.* Idem aſſerendum eſt, de monialibus profeſsis, ut per *Navarr.* ubi proximè *num. 21.*

4 Ex qua quæſtione colligitur primò, conſtitutos in minoribus non teneri ad recitandum, vide *Sylveſt. num. 3 in fine Navarr. nu. 12. Turrecrem. num. 4. dictis locis*, ubi multa videbis circa hos clericos.

5 Colligitur ſecundò peccare mortaliter obligatos ad recitandas horas Canonicas, ſi deſierint eas recitare, nulla iuſta cauſa procedente vide *Henriq. quodlibeto 29. quæſt. 30. Paludanum in quarto diſt. 15. quæſt 5. col. 5. Sylveſt.* verbo, *hora. q. 12.* quidquid contradicat. *Vicardus Anglicus in eodem quodlibeto*, de quo *Angelus de Clavaſio d.* verbo, *hora §. 10.* Similiter dicunt de eo, qui omiſit partem notabilem horarum, incurrere peccatũ mortale; ita *Paludan. d. diſtinct. 15. quæſt. 5. colum. 5.* Ex eo, quia regulariter parta ſunt, quoad peccandũ mortaliter, omittere aliquod totum, aut partẽ eius notabilem, ut docet *Navarr. d. cap. 7. num. 5. in fine, & cap. 5. num. 42.*

Tertiò quæres. Vtrùm omittens recitare 6
ſeptem horas Canonicas, unum tantum peccatum mortiferum committat, aut tot, quot ſunt ipſæ horæ? Communiter reſpondetur unum ſolummodo peccatum committere, vide *Sylveſtr. d.* verbo, *hora à num. 15. poſt multos*, quos ibi citat, & eſt ratio, quia omnes illæ horæ ſunt una tantùm oratio, ac proinde qui eas omittit, unum tantùm peccatum committit. Explicat tamen *Navarr. d. cap. 7. num. 6.* hoc non intelligi in illo, qui deliberate, & ex propoſito omittit omnes horas, quia tunc toties peccat, quoties proponit non recitandũ, in totum, vel in partẽ. Cui reſolutioni illud omnino addendum eſt, peccatum mortale quod committitur in amiſſione divini officij, tantò gravius eſſe, quantò plures horæ omittuntur. Vide gravius peccat qui omittit matutinum, & laudes, quàm qui ſolas laudes. Ita obſervarunt *Iacob de Graff. lib. 2. cap. 51. nu. 14. Henriq in ſum. lib. 5, cap. 5. §. 6. Emman. Rodr. cit. cap. 141. num. 16 Valent. tom. 3 diſput. 6. q. 2. punct. 10. Zerola*, verbo, *hora part. 2. §. 10. Flamin. de reſignat. lib. 1 queſt. 9. num S. Bellar. d. lib 1. de bonis operibus cap. 18. Azor d. lib. 10. cap 7. q 4. Petr. de Ledeſma d. part. 2. tract 9. cap. 4. Vaſquez in opuſc. de beneficijs, cap 4. §. 1. artic. 2. dub 5 num. 71. Filiuc. d. tract. 13. cap. 2 queſt. 11. num. 248 Garcia de benef. part. 1. cap. 1. num 132. Regnal d lib. 18. num. 145. & 156. Paulus Squillas de obligat. clericor. part. 1 dub 33. num. 68. Ioannes Malderus d. tract. 10. cap. 2. dub. 3. Bonacina cit. diſput. 1. q. 5. punct 1. Leſſius* tamen *d. lib. 2. cap. 37. dub. 9. numer. 53.* tanquam verum exiſtimat, tot committi peccata, quot ſunt horæ canonicæ. Fateor magnam eſſe huius viri auctoritatem, non tamen illius veſtigijs modo poſſum adhærere, imò contrariam opinionem omnino Veriorem duco.

Quartò quæres. An clericus excõmunicatus 7
tenatur ad recitandum officium divinum? Affirmativè reſpondetur, dummodo tamen cũ alio non recitet, neque dicat *Dominus vobiſcum*, quãvis Abbas, vel Abbatiſſa ſit exiſtens in suo monaſterio; vide *Archidiaconum cap presbyterum. 28. diſt. Silveſt. num 4. Turrecrem. hic num. 11.* quemadmodum etiam non excuſantur á dicendo officium degradati, aut ſuſpẽſi, huiuſmodi enim tenentur ad ea, quæ ſunt oneris, nõ autem honoris, de quo vide *Navarr. d. cap. 7. n. n. 17.*

Quintò quæres. An teneatur quis ad recitãdũ 8
à tẽpore acceptæ tantũ beneficij collationis, aut nõ aliter niſi captæ poſſeſsionis? Reſpõdet *Navarr. d. cap. 7. n. 29.* ex eo quòd collationẽ acceptavit; illico ad recitandum quẽpiã obligari;

contrarium tamen tenet *Suar. d. lib. 4. cap. 19. num 6.* ubi plenissimè vide quæstionẽ, & hæc sufficiat prælibare, reliquas verò quæstiones ad materiam spectãtes de restitutione scilicet, & quomodo sit facienda,& de causis excusãtibus à recitandi obligatione,& similibus prosequere cum supra citatis,præsertim *Navarr. & Suar.* allegatis locis.

9 In Glossa, verbo, *Vigilia.* Appellat ergo Glossa horas Canonicas vigilias (sic enim à iure vocari solent) ex eo, quia vigilanter, & non oscitanter recitari debent, de quo vide *Navarr. de horis Canon. capit. 19. num.* 1. conlonat *Hostiens. in cap. 1. de celebratione missarũ* per totum.

10 In eandem Glossam, ibi, *Sed dic quod benè potuit.* Probat Glossa Eleutherium episcopum posse se obligare hîc pro suis clericis ad hoc,ut recitent;& consequenter posse quẽpiam factum alienum promittere:circa materiam vide *Covar. in cap. quanvis pactum depactis in 6.2.part. § 5. à num.2. & 7. Gutierr. de iuramento cõfirmatorio 1.part.cap.44 à num.2.* dicentem, communem opinionem esse. *Seraphinum de privilegijs iuramenti privilegio 87. Felin. in cap. ex rescripto de iure iur. num.15.* qui Glossam nostram singularem appellat.

11 In eandem Glossam,ibi, *Consuetudinem novam.* Decidit posse episcopum in sua diœcesi inducere consuetudinem,ut iuxta novam formam officium divinum dicatur,quã Glossam quoad hoc memorabilem appellat, *Navarr. de hor. Canonic. cap. 11. num.27.* ubi eam pro alio tempore, sequutus fuit, nunc autem post publicationem breviarij Pij. Quinti maior est dubitatio de qua etiam vide posita ad *cap. novit. distinction. 12.& ad cap. de ijs, num.1.& 3. eadem distinct.*

CAP. Presbyter. II.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum recitandi est in iure expressum.*
2 *Officium divinum debet recitari ordine non præpostero.*
3 *Præceptum recitandi adimplet, qui simul omnes horas, recitat. dummodo sit ante mediam noctem.*
4 *Septem sunt horæ Canonicæ, & optimè fuerunt distributæ.*
5 *Non est necesse quod matutinæ, & nocturni media nocte dicantur.*
6 *Vtrùm peccet qui officium unius diei omittit pro officio alterius?*

IN textu. Ponit textus obligationem sacerdotum,& præscribit modũ, & formam recitandi, unde colligitur in iure Canonico præceptum, & modum recitãdi expressum esse,ut videre est per *Suar d.2.tom.lib.4. de horis. Canonic.cap.16.num.7.& 8.* 1

In text.ibi, *Matutinali officio expleto,* iuncto,ibi, *Canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonãque persolvat.* Obligat textus hic ad recitandum officium hora debita,ordine non præpostero,unde si quis recitaret horam ante horam, veluti Tertiam ante primam, vel mutando versus, aut Psalmos, peccabit mortaliter secundùm *Paul. Fusc. de visitatione d.lib. 1. cap. 2. num.19. Pelagium de planct. ecclesiæ lib 2. cap.27. Navarr. in Manuali cap. 25.nu. 97.& de horis Cononic.cap.1.numer.2.* Contrarium tamen tenet *Suar.d tom.2.lib.4,cap. 24.* per totũ, & *de horis Canonicis, cap 1. numer. 2. Lessius de iust. lib.2.cap.37.n.80. Bonacina de horis canon. disput.1. punct.o 4 num.2. Azor dicto lib.10.cap.10. quæstione 1. Filiucius d.cap 8 quæstione 8. numer. 232. Vasquez in opusculo de benef. capit. 4. §. 1. articul. 2. dubit. 4.* quam opinionem ego probabiliorem iudico; imò addo cum citatis auctoribus, eum,qui ab amico ad recitandam primam invitatur, quãvis nondum laudes, vel matutinum recitaverit, posse sine peccato ordinem invertere. 2

In textu, ibi, *Horis competentibus.* An adimpleat obligationem recitandi ille,qui horas Canonicas simul recitet,non statutis horis,dummodo sit ante mediam noctem? Affirmat *Navarr.* ubi proximè *n.49.* in fine quidquid contradicat *Turrec. hic num.3.* Verùm quidquid dicat hic auctor,communis doctorum opinio tenet, tempus recitãdi divinum officium incipere à media nocte unius diei, usque ad mediam noctem alterius inclusiuè; ideoque præceptum observabit, qui intra id tempus recitaverit. Ita *Suar.d.lib.4. cap. 27.num.11. Lessius d. cap.37 num.79. Azor d lib.10. cap.9.quæst 5. Filiucius tom.2 tract.23. cap 8 Bonacina disput.1 quæst.3.puncto.3.nu.10.* ergo nihil obest hoc vel illo tempore recitare, dummodo fiat intra illud spatium temporis præscriptum. 3

In cun-

5 In eodem textu, ibi, *Septennarius ſacratus numerus.* Ait textus, ſeptennarium eſſe horarum Canonicarum numerum, atque ſacratum, quapropter diſtributum fuit conveniente divinum officium in ſeptem horas, quas Canonicas appellamus, de quo etiam videndus *Paulus Fuſc. d. cap.* 20. *n.* 11. commendans maximè hunc textum noſtrum, & vide *Navarr. de horis canonic. cap* 21. *ſub. num* 5. dicentem ſeptem horarum Canonicarũ inſtitutionem eſſe antiquiſsimam, & congruẽtiſsimam. *Caietan. in ſumma*, verbo, *hora Canonica* verſ. *Quoad ſecundum*, & reliqui ſummiſtæ, præter omnes latiſsimè *Suar. d tom. 2. lib. 4. cap 6.* per totum fundatur textus in authoritate *Pſalmi. cap.* 18. ibi *Septies in die laudem dixi tibi.*

6 In textu, ibi, in fine, *Ergo his temporibus.* Arguit hìc Pelagius quòd matutinæ, & nocturni non niſi media noctè ſunt recitandi, hoc tamen non eſt ita preciſum, ut debeat obſervari, imò aliter de conſuetudine fuit introductum, vide *Suar. d. lib. 4. cap.* 15. *à num.* 2. & ſequentibus *Navarr. d. cap.* 10. *num.* 30.

7 Satis utile, & huic noſtræ ætati neceſſarium duxi, illa hoc loco reſolvere quæſtionẽ: Vtrũm mortaliter an venialiter peccẽt, qui officium unius diei cõmutant pro officio alterius v. g. occurrit officiũ feriæ quintæ, ſatis? quidem laboroſum, illis præcipuè, qui animo nauſeabũdo ad divinas laudes accedunt. Quæritur modo, utrum poſsit clericus (quorum multos noſtra tulit ætas, aliæ magis, ac venationi, quàm recitationi deditos) redimendi temporis cauſa, omiſſo illo officio, aliud feriæ tertiæ, vel feriæ quartæ recitare? Prima opinio affirmat talem clericum ſolùm venialiter peccare, quia adimplet præceptum quoad ſubſtantiam, quãvis deficiat quo ad modum illud adimplendi. Hanc opinionem tuentur *Vaſquez. in opuſculo de benef cap.* 4. *dub.* 2. *Azor. d lib.* 10. *capit.* 10. *quæſtione* 2. *Leſſius de iuſt lib.* 2. *cap* 37. *num.* 77. *Valentia tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſtione* 2. *punct.* 10. 4. *Quid ſi recitandus*. *Zerola in praxi epiſcop part.* 1. verbo. *Horæ canonicæ num.* 6. *Vega in ſumm part.* 1. *capit.* 117. *caſu.* 57. *Sylveſt.* verbo, *hora, quæſtione* 12. *num.* 15. Secundæ opinio omnino contraria aſſerit in tali officiorum commutatione committi peccatum mortale. *Illam* tenent *Soar. d. lib.* 4. *capit* 11 *numer* 6. & *cap.* 23. *numer.* 12. & 14. *Garcia de benef. part* 1. *cap.* 1. *num* 150. *Reginal d lib.* 18. *numer.* 177. *Bellarm. tom.* 3. *lib* 1. *controverſ.* 3. *cap.* 18. *Filiucius d. tractat.* 23. *cap* 8 *quæſtione* 2. *num.* 186. & *capit.* 7. *quæſtione* 3. *Tabiena*, verbo, *hora quæſtione* 10. *Navarr. de orat. capit.* 19. *numer.* 201. *Iacob de Graffijs d. lib* 2. *cap.* 51. *numer.* 10. *Philiarch. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *concl.* 6. *Emmanuel Rodrig. in ſumma tomo primo cap.* 141. *numer.* 3. & *quæſt. regul. tomo primo quæſtione* 42. *articul* 8. *Petr. Ledeſma in ſumma part.* 2. *tractat* 9. *capit.* 4. *concluſ.* 16. Ratio pro hac parte eſt, quia eccleſia non ſolùm præcipit divini officij recitationem in communi, & veluti in genere, ſed præcipit recitationem huius officij in particulari: ergo qui facit contrarium violat præceptum eccleſiæ in re gravi, & conſequenter peccat mortaliter. Fateor, diu anceps tem, & incertum hæſiſſe animum, in quã potius partem inclinarer, dum paria utrinq; auctoritatis pondera decertabant. Si tamen cum hominibus verè pijs, Deoque devotis agẽdum ſit, ego illos ad ſecundam opinionem amplectendam ad hortarer, & ſanè, quid homini dulcius, aut optabilius poteſt in terris evenire, quàm cum Deo miſcere colloquia, quæ eo erunt dulciora, quó fuerint longiora. Quis præterea tantæ amentiæ, aut inſaniæ invenietur homo, qui non pluris faciat, ſi Regem per longum temporis ſpatium alloquatur? Quid ergò de Deo ſentiendum omnium Regũ Rege, & omnium dominantium dominatore, ad cuius numen, & ſinus qui confugiunt, rerum ſuarum eventus habent felicisſimos. Audi *Petrum Angelum Bargæum in epigrammate ad Alexandrum Medicem*, qui habetur *folio.* 377. *libri Syriadet.*

Ad proceres cœli quicunque in parte receptos
Confugit & ſupplex hic ſibi poſcit opem.
Irrita non ſemper ſentit ſua vota preceſque.
Nec ſemper ſurdis auribus eſſe Deum.

CAP. Clericus victum. III.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tenetur ad recitandum, quãvis habeat beneficium tenue.*
2 *Non prohibetur clericus exercere agriculturam ad ſui ſuſtentationem.*
3 *Clericus poteſt mercari neceſſitatis cauſa.*

1 IN textu. Qui aſſerit poſſe clericum non habentem congruam ſuſtentationem, victum, & veſtitum ſibi aliquo officio, vel agricultura quærere, dummodo tamen officium divinum recitare non deſinat, unde colligitur clericũ teneri ad horas recitãdas, quantũvis beneficiũ tenue, &

eius alimonię insufficiens habeat, vide *Hostiēs. in cap. 1. de celebratione missarum, & in summa titul. de consecratione ecclesiæ, §. & à quibus* vers. *dic secūdum, S. Antonin. 3. part. titul. 13. capit. 4. §. 1. Sylvest.* verbo, *hora num. 3. Turrecrem. in cap. proximo num. 8. hac distinct. Navarr. de horis, Canonic. d. capit. 7. num. 27. Paulus Fusc. de visitatione lib. 1. cap. 20. num. 25. Azor lib. 10. cap. 3. quæst. 3. Abb. in cap. suam nobis de simon. num. 10. Suar. 2. tom. de religion. lib. 4. de horis Canonic. cap. 21. num. 6.* quanvis non consentiat in rigore huic opinioni *Tolet. lib. 2. instruct. cap. 14. num. 4. Valent. 3. tom. disp. 6. quæst. 2. punct. 10. Armil. in summa*, verbo, *hora num. 1.* licēt contrariam opinionē secuti fuerint aliqui ex quibus fuit *Sotus lib. 10. de iustitia quæst. 5. art. 3. fr. Emman. Rodrig in sum. cap. 140. num. 3.* & alij, quos refert. *Suar.* ubi proximè *num. 1.*

2 In Glossa, verbo, *Agricultura.* Non prohibet Glossa posse clericum agriculturam exercere, quærendi victus causa, ut per *Marantam de ordine iudic. part. 4. dist. 9. num. 65. pagin. 147.* Vnde colligitur agriculturam non esse artem sordidam, & ex illis, quæ prohibentur à clericis exerceri, ut asserit. *Tiraquel.* multis adductis *de nobilit. cap. 32. num. 3.* ubi tenet non amittere quempiam nobilitatem ex eo, quòd agriculturam exercet, & ibi multa de huius artis præstantia numeris sequentibus videbis.

3 Ad eam Glossam, *in Additione*, ibi. *Sed ipsa mercatio debet esse honestatis conscia.* Tenet ergo Glossa non posse clericos mercari, neq; negotiari, nisi interveniēte iusta causa, victus scilicet, aut vestitus necessitatis, vel similis. Hoc enim casu non dicitur clericum mercaturam facere, vide *Strach. de mercatura part. 3. num. 5. & 6. & part. 1. num. 53.* faciūt quæ docet *D. Thom. 2. 2. quæstione 77. articul. 4.*

4 In Glossa, verbo, *Vigilijs*, ibi, *Cum de altario debeant vivere.* Opponit Glossa contra resolutionem principalem ad textum, de quo supra, & solvit ibidem; similiter solvit *Navarr. de horis Canonic. d. cap. 7 num. 27.*

CAP. Clericus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest artificio aliquo sibi victum quærere.*

IN textu. Ait textus posse clericū sibi artificio aliquo victum quærere. Vide *Strach. de mercatura d. 1. part. num. 53.* cum etiam Apostoli hoc dedignati nō fuissent, ut de se ipso profitetur Paulus *Actuum 20.* ibi *Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* refertur in *capit. 1. 21. quæstione 1.* eandem nostri textus conclusionem probat *Vivius tomo primo cōmun. opin lib. 4. tit. 11. numer. 43.* vers. *& concilium pagin. 565. Navarr. commento 2. de regular. num. 37.* Neque viris Sanctis indecorum, aut ignominiosum est, alicuius honestæ artis exercitio victum sibi quærere. Nam D. Lucas pingendo, & Divus Antonius terram colendo, ficellasque iuncis texendo, congruam vitæ sustentationem perquirebant. Quapropter clericis per sacros canones permissum est, opera rusticalia exercere; canistra viminibus texere, humum ligonibus exhaurire; hortenses areolas dividere; plantas ordinatim disponere; surculos inserere, apum alvearia cavatis corticibus consuere, vineas amputare; domos reficere; retia piscādis piscibus cōstruere, & alia similia; dūmodo ecclesiæ munera non impediantur, ut optimè observavit *Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 57. num. 27.* 1

CAP. Clerici. V.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet pœnam imponere clericis non recitantibus.*

IN textu. Probat episcopos arbitrio suo debere imponere pœnam clericis contemnentibus officium divinum recitare, ac proinde obligare eos ad fructuum restitutionem, de quo vide *Dec. in cap. cum omnes de constitut. colum. 2. Angel. in summ. d.* verbo, *Horæ Canonic. §. 5. Navarr. dicto capit. 7. num. 31.* adducentem decretum Concilij Lateranensis, sub Leone X. in quo hæc pœna fundatur. *Sot. de iustitia lib. 10. quæstione 5. articul. 6.* & ferè omnes supra citatos; præter eos conducit ad textum, quod notatur ad *capit. 1. hac distinctione* in principio. 1

DISTIN-

DISTINCTIO. XCII.

CAP. Cantantes. I.

SVMMARIVM.

1 *In eccleſia non voce ſolùm, ſed corde eſt canendum.*
2 *Cantus eccleſiaſticus incepit à tempore Divi Ignatij.*
3 *Multi cantum eccleſiaſticum reprobarunt.*
4 *Muſici ferè omnes ſunt deperditæ vitæ.*
5 *Rejcienda eſt curioſitas, & laſcivia in cantu eccleſiaſtico, & nimia modulatio.*
6 *Cantus organicus non eſt licitus regularibus.*
7 *Cantores canendo in eccleſia cantum organicum, peccant per Navarrum.*
8 *Theatrali more nō eſt in eccleſia canēdum, neque in ea ludos Theatrales decet exerceri.*

1 AD textum. Adducit hîc Gratianus authoritatem Apoſtoli ad Epheſios 5. qua probat in eccleſia non ſolùm voce, ſed animo, & corde eſſe canendum, eandem reſolutionem probat *fr. Emman. Rodrig. quæſtion. regularium tomo primo quæſtione 40. artic. 1.* poſt principium. *Navarr. de horis Canonic. cap. 13. num. 1. Alphonſus de Leon in ſervitut. ſacerdot. col. 8.* in principio. *Spinus in Specul. teſtamentorum Gloſſa 3. principalis num. 67.* facit præterea quod inquit D. Hieronym. relatus in *cap. non mediocriter de conſecrat. diſtinctione 5.* ibi *Non enim verbis tantùm, ſed corde erandus eſt Deus, & ideo melior eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate, & ſerenitate, & ſpirituali hilaritate, quàm totius Pſalterij modulatio.* Adducit *Coſmas in pragm. ſanctis tomo 2. tit. quando dicunt officia modulentur folio 128. columna 2.*

2 In textu, ibi, *Cantantes.* Cantus in eccleſia incepit á tempore Divi Ignatij, vt ex *Nicephoro in hiſtoria eccleſiaſtica, Soto,* & alijs, refert *frater Emmanuel Rodrig. d. quæſtione 40. artic. 1.* ſtatim in principio.

3 In eundem textum, ibi, *Non voce, ſed corde.* Et his verbis Hieronymi non defuerunt, qui cantum eccleſiaſticum vehementer oppugnarunt. Hilarius quidam vir Tribunitius cantum eccleſiaſticum ſpernebatur; huius Hilarij meminit *Auguſtin. lib. 2. retract. capit. 11.* ſed contrarium ex eodem Auguſtino, & alijs Patribus comprobat latiſsimè *Stephanus Durantes de ritibus eccleſiæ lib. 3. cap. 21. numer. 5.* & ſequentibus, *& numer. 8.* vbi huius textus meminit *Concil. Trident. ſeſſion. 23. cap. 18.* Cæterum tales ad pſallendum in eccleſijs conſtituti, debent eſſe quorum mens cum voce concordet.

4 Verùm hodie muſici, qui cantorum vice funguntur, diſſolutiſsimi ſunt, adeo vt adagium populo dederint *miſcè vivere*, hoc eſt diſſolutè, & effœminatè, vt clamat idem *Durant. numer. 9. 10 & 11 & Durand. in rationali divinorum officiorum lib. 2. cap. 2. num. 4. & lib. 5. capit. 2. numer. 65.* & ſequentibus, vide *cap. cleros num. 11. diſtinctione 21.*

5 In textu, ibi, *Fauces dulci medicamine lenienda.* Monet ergo D. Hieron. cantores eccleſiaſticos, vt honeſtè, religioſè, & non laſcivè in eccleſia decâtēt de quo extat decretū Concilij Tridentin. de obſervandis, & evitandis in celebratione miſſæ, *ſeſſione 22.* Religioſum autem cantum iudicat *D. Bernard in epiſt. ad Arenarien. Qui ita eſt gravitate plenus, vt neque laſciviam reſonet, neque ruſticitatem; qui ita eſt ſuavis, vt non ſit levis, ita demulcens animos, vt promoveat corda. ſenſum litteræ non evacuans, ſed ſæcundans, alioquin (ait) non eſt levis iactura gratiæ ſpiritualis levitate cantus adduci á ſenſu, utilitate, & plus ſuauidis attendere vocibus, quam rebus inſuauandis,* quam epiſtolam refert, & multis exornat *Ioann. Mauitur. in Roſeto ſpirituali, diſtinctione 1. titul. 15. capit. 2. membro 2. §. 1. folio 149.* Vnde cantare Domino pro vitijs ſubiugatis, pro adverſis ſuperatis, pro promiſsis præmijs antiquorum exemplo debemus, teſte eodem Bernardo in expoſitione Canticorum, *ſermone 1.* divinus ille Cantor hoc etiam probat *Pſalm. 32.* ibi. *Bene Pſallite illi in vociferatione;* non parva virtus eſt, vt in modo ipſius cantionis liberè fiat, quæ principaliter in eccleſia inſtituta eſt, propter excitandos piæ devotionis affectus, & ob gloriam divini cultus. In cantu ergo eccleſiaſtico præcavenda eſt curioſitas, & vana fractio vocis, vnde confitetur idem *Bernard. in meditationibus cap. 11. Sæpe* (inquit) *ad ſæculum miniſterium vocem meam fregi, vt dulcius cantarem, & magis delectabar in vocis modulatione, quàm in cordis compunctione,* Valde igitur erit evitanda in cantu eccleſiæ huiuſmodi curioſitas, quam etiam prohibet extravagans *dicta ſanctorum Patrum de vita, & honeſtate*

nostra. clericorum iuxta communes vers. *nonnulli.*

6 Et ideo bene resolvit idem fr. *Emman. Rodrig.* ubi proximè, non esse licitum apud regulares cantum organicum in divinis officijs, quia potest *insurgere* aliqua occasio peccandi, imò peccatum committere cantores, qui in missa, & horis Canonicis cantum organicum canunt, dicit *Navarr. de horis Canonic. cap. 16. num. 32.* cum sequentibus.

7 Multa de cantu ecclesiastico scribit *fr. Emman. Rodrig.* ubi proximè, & de eius prohibitione. *D. Thom. 2. 2. quæst. 91. artic. 1.* & sequenti, disputans an in laudibus divinis debeant cantus assumi.

8 In Glossa, verbo, *Theatrales.* Collige ex Glossa non esse in ecclesia canendum theatralico more, idest, corporis gestus exercendo, quos magis ostentationes causa, quã devotionis faciunt, veluti histrionis, & comici, vnde ait *D. Chrisostomus homil. 19. in capit. 6. Matthæi* in hæc verba. *Cum autem oratis non gestibus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione optimæ voluntatis orationum vota reddamus,* similiter *D. Thom. 2. 2. d. quæst. 91. art. 2. ad secundum,* intelligit D. Hieronymum in nostro textu reprehẽdisse eos, qui theatrico more in ecclesijs divinas laudes decantabant, de quo vide etiam *Durant. lib. 3. cap. 21. numer. 8. Fuscum de visitat. lib. 1. cap. 26. sub num 1.* ubi episcopos monet, ne in ecclesijs, & divinis officijs theatrales ludos exercere permittant.

CAP. In sancta. II.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi non debent assumere officium cantorum in ecclesia.*
2 *Ad ecclesiæ cantores sunt eligendi homines probatæ vitæ.*
3 *In ecclesijs profanæ cantilenæ non debent decantari, quanvis sint honestæ.*
4 *Non erit decantandum in ecclesia iocosè, & cachinanter?*

1 IN textu. Damnat textus consuetudinem, quæ in curia Romana inolevit, per quam Diaconi sibi officium cantorum assumebant, cum ipsi deberent solùm inter missarum solemnia evangelicam lectionem decantare; vide *Suar.* optimè ad hunc nostrum textum, & eius resolutionem *d. tom. 2. de religion. lib. 4. de oratione vocali capit. 9. á nu. 4.* vers. *Quarto dicimus,* ubi varios huius textus enumerat intellectus.

2 In textu, ibi, *Quare congrua vita negligatur.* Deducitur ergo ex his verbis Pontificis, eligẽdos esse ad ecclesiæ cantores homines probatæ vitæ; non autem deperditæ. Adverte cum *Durant de ritibus ecclesiæ lib. 3. cap. 21. num. 9. 10 & 11.* unde *Lindan. lib. 4. Panoplia. cap. 78* hos deperditos cantores è choro deijci optabat, propter morum cum divinis laudibus dissonantiam, & è contrario in ecclesijs cathedralibus cantores psalmorum intelligentes, & Deum vita simul, & voce moderata, potiùs quam in compto garritu laudantes, eligi cupiebat.

3 Ex quo sequitur non esse in ecclesijs profanas, licét honestas, cantiones decantandas, quia Deo non placet spirituali gravitati divini officij profanas, & leves cantilenas miscere.

4 Similiter non iocosé, & cachinanter in ecclesia decantare debetur, de quo vide *Navarr. de horis Canonic. cap. 16. num. 43.* ita etiam debent divina officia, præsertim defunctorum missas, non festinanter celebrare, sed debita reverentia, ita vt audientes nõ deturbẽtur, vide eũdem *Navarr.* ubi proximè, *num. 22.*

CAP. Non liceat. III.

1 A

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum est eligere divini verbi prædicatores.*
2 *Ipsi etiam Episcopi debent ex officio prædicare in sua diœcesi nõ verò in aliena, idemque de parochis sentiendum.*

1 IN textu. Colligitur ex hoc textu uros doctrina sanos, & morũ probitate conspicuos ab episcopis esse eligendos, qui prædicatores, & divini verbi seminatores, concionandi munus, cum animarum utilitate, valeant exercere. *Concil. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2.* Quando igitur non fuerit in contrarium immemorialis consuetudo, pastorali episcoporum solicitudini incumbit prædicatores deputare. *Zerola in praxi episcop. par. 1. verbo, prædicatio, §. 7. Franciscus Leo in thesauro*

2

fori

fori Eccleſ. part. 1. cap. 8. num. 4. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicatoribus ſacra ſcript. numer. 2. Campanil. in diverſ. iuris enbr. 12. cap. 13. num. 13. & 14. Vnde colligit *Armendar.* citatus, *num. 21.* In eccleſijs cathedralibus nihil poſſe capitulum in electione cõcionatoris, ſed integram illius electionem, & deputationem penes epiſcopum verſari, Nam optimi eſt paſtoris felicia paſcua, & herboſos montes ſuis ovibus omni cum ſolertia indagare; conſtat verò ſanctum divini verbi prædicationem eſſe pabulum animabus ſaluberrimũ; ergo id muneris epiſcopali inhæret curæ. Deinde, epiſcoporum eſt, errantes oves ad Chriſtianæ religionis præſepia adducere: ſed (teſte *D. Chryſoſt. homil. 5. ad popul. Antioch.*) magna eſt divini verbi efficacia ad animas Deo convertendas: ergo prædicatores eligere munus eſt epiſcoporum. Tandem *D. Gregor. lib. 1. epiſt. in diſtione 9 capit. 24.* ingenioſè obſervavit, ideo paſtoralem baculum eſſe proprium epiſcoporum inſigne, quia illum maximè decet Evangelij verbo oves paſcere.

2 Neque ſolùm epiſcoporum eſt, concionatores eligere, ad Dei verbum in toto ſuæ diœceſis ambitu diſſeminandum; ſed ipſi etiam epiſcopi debent eſſe præcipui Evãgelij, ſacręq; doctrinæ buccinatores, ut colligitur ex citato *Tridentini loco, & ſeſſ 5. de reformat. cap. 5. Campanil. in diverſorio iuris Can. tub. 12. cap. 13. num. 13. Blaſius Viegas in cap. 2. Apocal. ſect. 7. & D. Hieron. apud eundem ſect. 1.* Quanvis autem *cap. In novo diſtinct. 21.* habeatur, maximum eſſe epiſcoporum privilegium, per totum mundum prædicare, ex Doctoribus tamen conſtat, id maximè decere intra propriam diœceſim, quia extra illam non illis conceditur prædicatio, cum poſsit prohiberi ab ordinario eiuſdem diœceſis. Quod ita fuiſſe declaratum per *Clement. ſollavum* refert *praxis nova epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 16. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 23. Aloyſius Riccius in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 180. part. 2. & in praxi fori eccleſ. deciſ. 343. in 1. edit. & reſolut. 465.* per totam *in 2. edit. Campanil. cit. num. 7.* in principio. *Stephanus Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 393. à num. 9.* Præcipua verò tempora, in quibus debent epiſcopi prædicare, vel ad id muneris contionatores deſtinare, ſunt tempus Quadrageſimæ, & Adventus, prout ex *Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 4.* apertè deducit *Armendar.* citat. *numer. 28. & 29.* De obligatione parochorum ad Evangelium prædicandum vide *Navarr. in man. cap. 25. num. 135.*

CAP. Si quis ordinatus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non receptus ab eccleſia, ad quã fuerit electus, non poteſt exercere officium Pontificale in ea diœceſi, ubi exiſtit, quanvis poſsit ſacerdotale munus exercere.*

2 *Epiſcopi titulares non poſſunt in aliena eccleſia ordines celebrare, neque alia Pontificalia exercere, abſque licentia epiſcopi loci, ſub pœna ſuſpẽſionis ab officio per annum.*

3 *Epiſcopus licèt non ſit titularis, non poteſt in aliena eccleſia Pontificalia exercere, neque ordines conferre illis, qui non ſint ſubditi epiſcopo loci illius, in quo ipſe eſt, abſque licentia proprij epiſcopi.*

4 *Epiſcopus conferens ordines in aliena diœceſi ſuſpenditur.*

5 *Non poteſt Epiſcopus in loco exempto pontificalia exercere, abſque licentia ſuperioris loci, & Ordinarij, intra cuius diœceſis fines ſit locus ille exemptus.*

6 *Quæ veniant nomine Pontificalium?*

7 *Inſignia Pontificalia, quæ ſint?*

8 *Propter ſcandalum minuitur, aut remittitur omnino pœna delinquenti.*

IN textu. Epiſcopus, qui non recipitur ab eccleſia, ad quam fuit electus, & ordinatus, propter populi cõtentionem, vel aliam ſimilem cauſam, non autem ob culpam ſuam, non poterit in diœceſi, ubi exiſtit, officium epiſcopale, ſed tantum modo ſacerdotale exercere. Notat *Præpoſitus* hic *Turrecrem. ibidem, nu. 5.* illicitum enim cenſetur exercere epiſcopum ordinis poteſtatem, & ſimilia in aliena diœceſi, ut advertit *Covar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 20. ſub num. 3.* 1

Ex quo colliges primò, epiſcopos eccleſiarum exiſtentium in partibus infidelium, qui titulares, ſeu annulares appellantur, non poſſe quempiam ordinare, vel alia officia epiſcopalia exercere, abſque licentia epiſcopi loci, ubi commoratus fuerit, ſub pœna ſuſpenſionis per annum, ab exercitio Pontificalium vide *Aluijs. Riccc. in praxi fori eccleſiaſt. reſolut. 495. in notabilibus* 2

de materia epiſcoporum num. 1. & 2. Henriq. in ſumma lib. 14. cap. 7. §. 4. in fine, littera A. Azor inſtitution. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quæſtione 6. Galet. in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo, *epiſcopus pag.* 100. noviſsimè *Auguſtinus Barboſa de officio, & poteſtate epiſcopi part. 2. allegat. 6. num. 1. Trident. ſeſſ. 14. de reformatione cap. 2. Franciſcus Leo. in Theſauro fori eccleſiaſt. part. 3. cap. 8. num. 16. epit. 1. cap. 4. numer. 24.* facitũt quæ notat *Vgolin. de officio, & poteſtate epiſcopi capit. 4. §. 14. numer. 4.* & ſequentibus. *Gonçales* tamen ad *regul. 8. chancellaria Gloſſa 43. num.* 199. & 200. dicit, epiſcopos non receptos à ſua diœceſi propter impiorum proterviam, poſſe omnimodam iuriſdictionem exercere extra ſuam civitatem, petita licentia Epiſcopi loci, quanvis non obtenta, per textum in *Clement. unica de foro competenti; Sayr. de cenſuris lib. 2. cap. 21. num. 28. in fine.* At *Garcia* negat poſſe huiuſmodi epiſcopum alternativa uti, *tom. 1. part. 5. §. 10. num. 469.*

2 Colliges ſecundò, epiſcopos quanvis non titulares, exiſtentes in aliena diœceſi, non poſſe pontificalia exercere, neq; ordinare perſonas non ſubditas illi ordinario, in cuius diœceſi exiſtunt, abſque licentia proprij epiſcopi, ita *Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5. Navarr. conſ. 11. de cleric. excommunicat. numer. 1.* & ſequentibus. *Cened. ad Decret. collectan. 52. Gutierr. Canonicar. lib. 1. cap. 26. num. 26. Flamin. de reſignat. lib. 1. quæſt. 17. num. 17. Petrus Ledeſma in ſumma part. 1. de ſacrament. ordinis, capit. 8. concluſione 4. dubio 4. Praxis epiſcopalis 1. part.* verbo, *Archiepiſcopus num. 2. pagin. 16. & part. 2.* verbo, *epiſcopus pagin. 45. Barboſa d. allegat. 6. num. 10. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 26. littera A. Armend. in additionibus ad Recopilat. legum Navarræ in lib. 1. titul. 18. l. 7. Campanil. in diverſor. iuris Canonic. Rubric. 9. capit. 5. numer. 6.*

3 Colliges tertiò, epiſcopum, licèt non annularem, ordinantem perſonas alterius diœceſis, aut alia pontificalia exercentem, abſque licentia ordinarij loci, ab officio epiſcopali eſſe ſuſpendendum, vide *Trident. d. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 2. Campanil. d. Rubr. 6. cap. 1. & 2. & Rubr. 9. c. 4. & 5.* per totum, ubi in principio ait huiuſmodi epiſcopum peccatum committere. *Barboſa* ubi proximè *d. allegat. 6. num. 4. Navarr. d. conſil. 11. Salzed. ad Bernard. in practic. d. cap. 26. in Gloſſa* verbo, *ſine licentia ſui præſulis*, verſ. *tertius caſus eſt. Bonacina de cenſur. diſputatione 3. quæſtione 6. puncto 5. num. 21. Tolet. in ſumma lib. 1. capit. 9. num. 3. Henriq. in ſumma lib. 13. de excommunicat. cap. 38. §. 1. num. 1.* nec ab hac ſuſpenſione liberatur epiſcopus, qui inadvertenter in aliena diœceſi calices, & corporalia benedicit, vide *Navarr.* ubi proximè *in præxi epiſcopali part. 2.* verbo, *epiſcopi nu. 2. Leonem in Theſauro fori eccleſiaſtici part. 3. cap. 8 num. 15.*

4 Colliges quartò, non poſſe epiſcopum, aut titularem, aut non titularem conferre ordines, nec pontificalia exercere in loco exempto, ſine licentia ſuperioris loci, & epiſcopi illius diœceſis, intra cuius fines locus exemptus conſtitutus ſit, Refert ſic deciſum fuiſſe *Aluy. Rico. in præxi fori eccleſiaſtici poſt reſolutionem 495. in notabilibus de materia epiſcopi. Galet. in Margarita caſuum conſcientiæ d.* verbo, *epiſcopus pagin. 100. Armend. d. loco numer. 35. & num. 68. Barb. d. allegat. 6. numer. 12 & 13.* cum ſequentibus, ubi plura videbis.

Nomine autem pontificalium, veniunt ordinum celebratio, chriſma, virginum, ſeu Baſilicarum conſecratio, & ſimilia, notat poſt Gloſſam verbo, à *pontificalibus in extravagant ſuſcepti regiminis de elect. Barboſa dicta allegat. 6. numer. 5.* & alij, quos ibidem refert. 5

Inſignia pontificalia, quibus epiſcopus vtitur, ſunt mitra, chirotecæ, baculus, dalmaticæ, & ſandalia, vide *Iſidor. Moſcon. in ſuo tractatu de mag. militantis eccleſiæ par. 1. lib. 1. cap. 8.* verſ. *ornamenta, Campanil. d. Rubr. 9. cap. 5. numer. 3.* quibus addit Muzzettã cappam pontificalem, & galerum, quem dicit duplicis formæ debere eſſe; alterum ſimplicem, & alterum quo utatur in ſolemnibus comitatibus equitando, utrumque tamen ex lana fabricatum, & ſerico, viridique contextu exornatum, iuxta modum cœremonialis, *lib. 1. cap. 3.* 6

In Gloſſa, verbo, *iudicare*, ibi, *Niſi ſcandalum timeatur.* Inquit Gloſſa poſſe excommunicari populum, qui epiſcopũ non recepit, ſi iuſtam cauſam non proponat, dummodo ex tali excommunicatione ſcandalum non timeatur; ergo propter ſcandalũ minuitur, aut omninò remittitur pœna delinquẽti; notat *Tiraquel.* ex hac noſtra Gloſſa *in tract. de pœnis cap. 46. num. 1.* 7

CAP. Si quis epiſcopus. V.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non receptus à populo, ad quẽ fuit electus, non poteſt ius alterius epiſcopatus aſſumere.*

2 *Poteſt redire ad primum epiſcopatum translatus ad alium, & in illo non receptus.*

EPiſcopus qui non acceſsit ad eccleſiam, cuius eſt, licèt non ſit ſua culpa, nõ poterit 1

aliquid

aliquid iuris ſibi aſſumere ab eccleſia, in qua exiſtit, de quo vide poſita ad *cap. proximum, ſupra*, quę omnia hîc adaptantur.

2 In textu, ibi, *Honoris ſit, & miniſterij particeps.* Ex hoc deducitur illa quæſtio. Vtrũ epiſcopus translatus ad epiſcopatum, in quo non fuerit admiſſus abſque culpa ſua, poſsit iterum ad primum redire? de quo vide *Rebuff. in praxi beneficiorum fol. 306. num. 12.* affirmat *Abb. conſ. 101. num. 1.*

CAP. Si qui epiſcopi. VI.

SVMMARIVM.

1 *Deponitur epiſcopus, qui voluerit vim inferre præſulibus aliarum parochiarum.*

2 *Non vacat beneficium epiſcopi promoti ad epiſcopatum, à quo non fuit receptus.*

3 *Non poteſt deponi niſi per Papam epiſcopus, qui epiſcopatum renuntiavit.*

4 *Quomodo fiat hæc depoſitio tã iure antiquo, quàm noviori ſpectato.*

1 IN textu. Si epiſcopus nominatus ad eccleſiam, à qua nõ fuerit receptus, voluerit occupare alias eccleſias, & vim inferre earũ præſulibus, debet de poni ab epiſcopali dignitate, nc autem à ſacerdotali, in qua ante erat.

In verſ. *Vbi priùs fuerat.*

2 Collige ex textu, quòd ille, qui fuit promotus ad epiſcopatum, & non fuit receptus à populo, non caret beneficio antea obtento, ex eo, quia non poſsidet epiſcopatum, ad quem fuit electus, ac proinde non vacat primum beneficium. Vide *Cardinal. in Clement. in plerisque, §. Quid ſi Licentiat. num. 3. de electione.* Ex qua doctrina hanc ſtatue certam cõcluſionem. Beneficia obtenta vacant ipſo iure, per promotionem ad epiſcopatum, ſolùm poſt adeptam poſſeſsionem, & cõſecrationem, vel poſtquam præfixũ conſecrationis tempus elapſum fuit. *Trident. ſeſſ. 7. cap. 9. & ſeſſ. 23. de reformatione capit. 2. Lambertinus de iure patronatus part. 1. lib. 2. quæſt. 6. art. 15. num. 9. Hoſeda de incompatib. benefic. part. 1. cap. 4. num. 3. Pui. deciſ. 438. num. 1. & 3. lib. 2. Flamin. de reſignat. lib. 3. quæſtione 1. num. 76. Petr. Greg de benefic. cap. 24. nu. 10. Anaſtaſ. Germon. de indultis Cardin. §. Si verò num. 20. Azor. inſt. mor. part. 2. lib. 7. cap. 16 quæſtione 12. Aloyſ. Riccius in deciſ part. 4 collect. 866. Ioann Corbet. ad reg. 24. Cancellar. num. 26. Vgolin. de officio & pot. epiſ. cap. 1. §. 2. num. 3. Camill. Borrel. in ſumm. omn. deciſ. tit. 21. num. 84.*

In Gloſſa, verbo, *Dignitate*, 3
ibi, *Non poteſt eum deponere in memoriam priſtinæ dignitatis.* Collige ex Gloſſa, non poſſe deponi epiſcopũ, qui renuntiavit epiſcopatum, niſi per Papam; ex eo enim quòd cauſa ceſſavit, effectus tamẽ propter reliquias, & veſtigia priſtinæ dignitatis nõ ceſſarunt, ſic limitata regula *cap. cum ceſſante de appellat.* ut ex hac Gloſſa notat *Felin.* ad multos cafus, & eam notabilem vocat in *cap. quæ in eccleſiarum de conſtitut. num 115. Hyppol. ſingulari 179 Tiraquel. ceſſante cauſa limitatione 15. nu. 5. & limitat. 16. num. 5.* ubi multos citat. Iam verò generaliter loquendo, epiſcoporum depoſitionem ad ſolùm Summum Pontificem ſpectare, conſtat ex *cap. Quod translationem 4.* & ibi *Gloſſa*, verbo, *reſervata, de officio legati, & Gloſſa*, verbo, *pertinere, in cap. Si. ut. 8. de exceſſib. prælat. cap. Inter corporalia de translatione epiſcopi.* Vbi poſtquam dixit Innocentius, matrimonium ſpirituale inter eccleſiam, & epiſcopum diſſolvi per translationem, depoſitionem, aut ceſsionẽ voluntariam: mox ſubiunxit, *& ideo ita hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quàm divina inſtitutione ſoli ſunt Romano Pontifici reſervata. Abbas in cap. Grave nimis de prabendis numer. 4. & in cap. non poteſt de re iudicata numer 5. Avila de cenſur. part. 4. diſp. unica dub. 2. concl. 1. Azor inſt. moral. par. 2. lib. 5. cap. 35.*

Quo loco etiam advertes, ad epiſcopum de- 4
ponendum neceſſarium eſſe nunc rum ſeptuaginta duorum teſtium. *cap. præſul*, cum ſequenti. *2 quæſtion. 4.* ſimiliterque in eiuſdem. purgatione, *cap omnibus, 2. quæſtione 5. Felin. in d. cap. non poteſt num. 10.* Quemadmodum verò in epiſcopi depoſitione, cauſa cognoſcenda eſt à duodecim epiſcopis, & à ſolo Papa diffinienda, ita etiam ſi epiſcopus de crimine iniuſtè accuſetur, nõ poteſt abſolvi à dictis duodecim epiſcopis, ſed abſolutionis ſententia à ſolo Papa eſt pronuntianda. *Gloſſa. verbo, nõ tamen diffinire, in cap. accuſatus 3. quæſtione 6. Abb. in cap. non poteſt, num. 5. de re iudic.* Adde poſita ad *cap. 1. diſtinctione 84. numer. 7.*

CAP.

CAP. Si quis episcopus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Cogetur episcopus ire ad episcopatum, quem acceptavit.*
2 *Nomine communionis in hoc textu, venit solùm cõmunio corporis, & sanguinis Christi.*
3 *Tempore primitivæ ecclesiæ nomine cõmunionis, sola communio corporis, & sanguinis Christi intelligebatur.*
4 *Quotidie in Primitiva ecclesia fideles communicabant.*
5 *Intelligitur cap. Engeltrudã 3. quæstion. 4.*
6 *Intelligitur cap. penultimum de sentẽtia excommunicationis.*

1 IN textu. Probat textus cogendum esse episcopum, qui episcopatũ acceptavit, subire ministerium sibi cõmissum, & ad ecclesiã ad quã fuerit ordinatus accedere; facit pro hac resolutione ratio illa qua hic optimè assignat *Cardin. Turrec.* quia quo semel cõsentit, cogi posset, & quod priùs erat voluntarium, post susceptionem fit necessarium, argumento *textus in cap. horrendus 32. quæstione 2.*

2 In textu, ibi, *Communione privari.* Id est corporis, & sanguinis Christi, vel aliorum sacramentorum, quæ connotat excommunicationem minorem, non autem communionẽ fidelium, quæ accipitur pro excommunicatione maiori; iuxta decisionem *textus in cap penult. de sententia excommunicationis, & in cap. 2 de exception.* & quæ latè post ordinarios explicat. *Navarr. in Manual. cap. 27. num. 1. Covar. in cap. Alma 1. part. in initio numer. 3.* & alij relati ab *Henriq. in summa lib. 13. capit 2. Pater Suar. de censur. disput. 8. sect 2. Sairus eodem tractatu lib 1. cap. 4. num. 18.* & novissimè *Marcus Alterius eodem tractat. lib. 1. cap. 5.* & facit pro hac nostra resolutione *Glossa 1. in cap. 1. de concessione prębenda, textus in cap. cum qui 7 quæst. 1.* ibi *Se participatione sacræ communionis noverit esse privatum*, sic explicans, & intelligens ad nostrum propositum Glossam istam *Imol. in d. capit. 1. de concessione prębenda num 2.* & multis latè confirmat *Rebuff. in titulo de reprobata beneficij viventis impetratione à num. 1.*

Extat tamen contra textum, & illius resolutionem, quòd loquitur solùm de communione, qui terminus generalior est, & comprehẽdit non solùm communionem sacram corporis, & sanguinis Domini, sed etiam externam fidelium, atque etiam media suffragiorum, & sacrificiorum ipsius ecclesiæ, ut latè explicant *Pater Suar. d. disputat. 8. sectio. 1. numer. 6.* & post antiquiores, & recentiores latè *Sairus lib. 2. in præludijs à principio.* 3

Quo tamen fundamento non obstante, defendi optimè potest nostra resolutio, si advertas, tempore Primitivæ ecclesiæ (quo congregatum fuit Concilium Antiochenum, ex quo textus ille emanavit) nomine cõmunionis intelligi solùm participationem corporis, & sanguinis Dñi, & cõsequẽter nomine excõmunicationis, seu privationis cõmunionis ecclesiæ, solũ intelligi illis temporibus minorẽ excõmunicationem (grave enim tunc existimabatur eadem privari) quia usus sacræ communionis frequens erat, quotidie enim communicabãt, teste *Iacobo de Graff. de arbitrar. confessarior. lib. 1. cap. 3. num. 1.* 4

Vnde ita Doctores communiter intelligunt textum difficilem, in *cap. Engeltrudam 3. quæst. 4.* ubi in priori parte de excõmunicatione minori agens (ait secũndum communem) separare à fraterna communione, & sacra participatione corporis, & sanguinis Domini. In posteriore verò agens de excommunicatione maiori, sub nomine anathematis, ait separare ab ecclesiæ corpore. Explicat benè totum discursum, *Henriq d. lib 13. cap. 2 num. 2. in fine littera P.* cum sequentibus, sequitur *Alterius d. lib. 1. disputat. 13 cap. 5.* post principium, quo posito facilè defenditur resolutio nostra, licet enim textus simpliciter agat de cõmunione, recte restringitur ad excommunicationem minorem, & solam privationem participationis corporis, & sanguinis Domini, iuxta vsum illum Primitivæ ecclesiæ. 5

Nec replicabitur ex textu *in d. cap. penult. de sententia excõmunicationis*, ubi nomine excommunicationis, dicitur venire maiorem excommunicationem, quia respondetur, quòd textus ille est Gregorij IX. qui sedem Apostolicam tenuit circa annum 1230. ut constat ex PPP Chronologiæ. Concilium verò Antiochenum multis retrò temporibus, ante Gregorium fuit congregatum, anno scilicet Christi 361. ut cõstat ex supradictis in *cap quoniam, & in cap. Primum num. 7. 16. distinct.* ac proinde tempore Gregorij aliter decisum fuit, ac erat in tempore Primitivæ ecclesiæ, & nostri textus. 6

CAP.

CAP. Si quis epiſcopus. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſubreptitiè intruſus in aliena eccleſia, debet reijci ab ea.*
2 *Vtrum eccleſia, in qua Epiſcopus ſic fuit intruſus, teneatur eidem reſtituere quidquid ipſi eccleſiæ donavit.*

1 IN textu. Probat textus non poſſe epiſcopum ſubreptitiè irruere in eccleſiam, ad quam non fuit electus, etiamſi populus, quem ſeduxit, deſideret illum, & à tali eccleſia eſſe reijciendum. Faciunt ad materiam quæ notaſti ſupra in *cap. ſi qui 6. huc diſtinctione* notat *Burchard. lib. 1. de primatu eccleſiæ capit. 39.*

2 In Gloſſa, verbo, *Irruerit.* Excitat Gloſſa quæſtionem illam, an ſcilicet ſi epiſcopus intrusus conferat aliqua bona eccleſiæ, ſint ne eidem reſtituenda? Affirmativè reſpondet *Turrecrem. hic num. 1.* & ſequitur opinionem Gloſſę, per textum in *cap. quod à te* verſ. *ſanè de cleric. coniugat.*

CAP. Si quis presbyter. IX.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm clerici teneantur ex obligatione in choro communiter recitare.*
2 *Deputatus eccleſiæ in hoc textu quomodo intellegitur?*
3 *Matutina, & veſpertina hora comprehendunt hîc totum divinum officium.*

1 IN textu. An quilibet clericus teneatur ex vi obligationis, recitare divinum officium publicè, & in communi in choro? Vide optimè *Suar. d. 2. tom. de religione cap. 10. à num. 1.* cum ſequentibus, ubi doctiſsimè quæſtionem diſputat, explicando noſtrum textum. *Navarr. in Manual. cap. 25. numer. 97. & de bonis Canonic. cap. 7. num. 2.*

2 In text. ibi, *Eccleſiæ deputatus.* Hoc eſt illi addictus, ad hoc, ut in ea tale munus exerceat, ita contra *Gloſſam 1.* in præſenti explicat *Suar.* ubi proximè *num. 9 & 10. Durant. de ritibus eccleſiæ d. lib. 3. cap. 21. num. 4.*

Ibi, *Matutinis, vel veſpertinis horis.* Nō intelliges hîc ſolùm obligari clericum ad dicendas has horas, ſed totum canonicum officium, notat *Suar. d. cap. 10. num. 2.* 3

DISTINCTIO. XCIII.

CAP. Si inimicus. I.

SVMMARIVM.

1 *Adulatores ſunt reijciēdi à Principum conſilijs.*
2 *Adulatio hebetat, & obcæcat ingenia.*
3 *Superioribus ſemper erit obtemperandum.*
4 *Vtrùm Papa excommunicetur communicando cum excommunicato.*

1 IN textu, ibi, *Cum illo nolite amici eſſe.* Reſpuendi ſunt igitur adulatores, & à Principum cōſilijs maximè arcendi, in ò ut hoſtes fugiendi, ut per multa quæ ex ſacris litteris affert, firmat *Caſſan. in conſuetudin. Burgund. in proœmio Gloſſa*, verbo, *Ordonne numer. 9 fol. 19. pagin. 1.*

2 Adulatio enim hebetat, & obcæcat ingenia, & intellectum, ſine quibus non poſſunt rectè conſilia Principibus præberi. Adulator ſcorpio eſt, qui palpando incedit, ſed cauda ferit, ut dicit *Gregor. ſuper Ezechiel, cap. 9.* & vide quæ diximus ad *cap. nihil, num. 3 ſupra diſtinctione 83.*

3 In eundem textum, ibi, *Obedire caperit monitis præſidentis.* Ergo ſuperioribus ſemper erit feſtināter obediendum, *melior* enim *eſt obedientia, quam victima* ex 1. *Regum cap. 15.* & notat *Paulus Fuſcus de viſitatione lib. 2. cap. 15. num. 58.* Plura, & elegantèr dicta lege apud *Perez. lib. 1. Gloſſa 1. colum. 2. & principi. titul. 5. lib. 8. ordinament. Azevedo lib. 8. num. 6. titul. 23. lib. 4. & lib 1. num. 6.* cum ſequent. *titul. 5. lib. 8 nova recopil. Ioan. Baptiſta Fin. de regulis iuris hom. 31. & 32.* & merito *Ioannes Climacus capit. 4.* obedien-

obedientiam vocavit totam navigationem. Quemadmodum enim in navigatione, quanvis intumescant fluctus, semper tamen, etiam dormientes procedunt: ita qui alijs obedit, semper in virtute proficit. Adde præterea, obedientiam in Angelis concordiam conservare, in monachis tranquilitatem nutrire, in civibus pacem generare.

CAP. Miratus. II.

SVMMARIVM.

1 *Vix factum attamen factum censetur.*

1 IN Glossa, verbo, *Vix.* Ait Glossa, quod vix fit, attamen fit: Notant præter *Bartol. in Glossa vix certis 53. ff. de iudicijs Augustin. lib. 2. emendationum, cap. 9. Ioann. Robert. lib. 3. sententiarum iuris, cap. 26. Revardus lib. 3. variar. cap. 17.*

CAP. Qui cathedram. III.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia fuit in ipsius Petri persona fundata.*

1 IN textu, ibi, In principio. *Cathedram Petri super quam fundata est ecclesia.* Collige ex Cypriano in præsenti, Christum in persona Petri designata ecclesiam catholicam fundasse, per illud *Matthæi, cap. 16.* in hæc verba, *Tibi dabo claves* ubi postquam Dominus locutus fuit Petro, dicens: *Beatus es Simon Bar-iona*, statim addidit. *Tibi dabo claves*, tanquam designans personam ipsius Petri, ad hoc, ut illi claves traderentur. Comprobat optimè *Bellarmin. tomo primo de Roman. Pontific. lib. 1. capit. 12.* per totum plenissimè, *& de ecclesia militante lib. 3 cap. 5. colum. 494. Melch. Can. de locis theologic. lib. 6. capit. 3.* vers. *hanc probat*, ubi multorum Patrum testimonijs hoc firmat.

CAP. Iuxta Sanctorum. IV.

SVMMARIVM.

1 *Tenetur episcopus per se, vel per suos procuratores limina Apostolorum visitare.*

2 *Episcopi immediati subiecti sedi Apostolicæ, tenentur limina Apostolorũ singulis annis visitare.*

1 IN textu. Probat teneri episcopos per se, vel per suos procuratores, limina Apostolorum Petri, & Pauli visitare, vide circa textum *Baron. tom. 9. Annal. anno Christi 743. num. 19. Anno Zachar. Papæ 2. & Constantini Coproni Imperatoris III* qui integra verba textus refert, & de exemplo sancti Bonifacij limina beatorum Apostolorum frequenter ex Anglia visitante, vide eodem *tom. anno Christi 725. num. 13.* Adde *Sayr. de censur. lib. 4. cap. 12. numer. 33. Bonacin. eodem tit. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 32. Alterius de censur. disp. 16. cap. 3.* vers. *nono. Menier. cleric. tit. de suspens. episcopor. num. 24. Anaſſaſ. Germon. de indultis Cardin. in fine. Barbos. de officio, & pot. episcopi part. 3. allegat. 112. num 41.* qui omnes latè agunt de hac obligatione, quam habent episcopi visitandi Apostolorum limina, de quo etiam diximus ad *cap. si quis 8. distinct. 165. num. 1. & 2.*

In textu, ibi, *Singulis annis.* 2 Intellige hoc procedere in episcopis immediatè subiectis sedi Apostolicæ, quòd scilicet hi tenentur singulis annis limina Apostolorũ visitare: ita explicat, & intelligit nostrũ textũ *Glossa* verbo, *singulis annis in cap. Ego de iureiurãdo.* Tenentur tamen omnes episcopi sui Pontificatus anno primo (si episcopus Italus sit tertio quoque) limina Apostolorum visitare per se, vel per nuntium certum in dignitate ecclesiæ constitutum, aut diœcesanum suum, & de suo episcopatu summo Pontifici rationem reddere, sub pœna suspentionis ingressus ecclesiæ, & administrationis tam spiritualium, quam temporalium, nec non à perceptione fructũ suarum ecclesiarum, ita post Bullam Sixti V. quę incipit *Romanus Pontifex*, latam anno Domini. 1585. decimo Kalendas Ianuarij, docet *Barthelom. Vgolin. in d. tractatu de officio, & potestate episcopi cap. 3. num. 8.*

CAP.

CAP. A ſubdiacono. V.

SVMMARIVM.

1 *Quæ fuerit olim, & quæ ſit hodie Cardinalitia dignitas.*
2 *Vtrùm Abbates ſint inferiores omnib⁹ aliorum eccleſiæ Dei miniſtrorum?*
3 *An clericus dignior ſit quolibet monacho?*

1 IN textu. Vide quæ circa intellectũ notat *Tiraquel. de nobilitate cap. 28. num. 16. In textu* ibi. *Cardinali urbis Romæ*; Quod erat antiquitus officium Cardinalium, & multa circa illorum excellentiam, poteſtatẽ, & dignitatem, nunc vide poſt infinitos relatos à *Cened. ad Decretal. collectan. 115. à num. 1. uſque ad nu. 6. Viger. conſtitutionum Theologicar. capit. 7. §. 1. verſ. 11. Gravat. ad Octavian. de ſtylo Curiæ lib. 1. cap. 1. à numer. 7. Bellarmin. tom. 1. de cleric. lib. 1. cap. 16. Barbat. de præſtantia Cardinalium. Lelium Zechium de Republica eccleſiaſtica titul. de ſtatu illuſtr. Cardinal.* per totum. Omnium novilsimé. *Sebaſtianum Cæſarem in relect. de eccleſ. Hierar.* per totam *diſput. 2.* & adde quæ ſupra ſcripſimus ad *cap. 1. num. 6. ſupra diſt. 23.*

2 In textu, ibi, *Oſtiario Abbas.* Ergo videbatur dicendum Abbatem inferiorẽ eſſe omnibus alijs eccleſiæ miniſtris; ſed reſpondetur textum intelligi de illis Abbatibus, qui non erant conſtituti in dignitate clericali, ſed tantum laici, ut olim eſſe ſolebant, de quibus *Navarr.* noſtri textus memor *conſ. 1. de ſtatu monachorum.*

3 In Gloſſa verbo, *Abbas*, ibi, *vel fortè.* Videtur deduci ex Gloſſa quemlibet clericum digniorem eſſe quolibet monacho; Explicat, & proſequitur *Floſculus clericorum part. 2 num. 109.* Vnde colligit *Petrus Dam. lib. 4 epiſtolar. epiſt. 3. M. Cauonic. epiſcop. Taurin. ante fin. pen. §. quòd quanto maior eſt presbyter monacho in dignitatis eccleſiaſtica privilegio, tanto deterior eſt in peccato.*

CAP. Diaconi. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quale ſit Diaconorum officium.*

1 ASſignat textus Diacono quid ad eius officium pertineat; de quo vide *Durand. in Rationali divinorum officiorum lib. 2. tit. de Diacono cap. 9.* ubi officium Diaconi, & unde illius nomen ditivetur, & modũ eos ordinandi ponit; ſimiliter *Trotus de perfecto cleric. lib. 1. cap. 22. ſub. num. 3.* & ſequentibus, notat textum noſtrum *Paulus Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 3. numer. 48.* & vide quæ latè ſcripſimus ad *cap. Diaconus 25. numer. 2.* & ſequenti ſupra *diſt. 23.*

CAP. Sacerdotes. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quanta ſit ſacerdotalis dignitas.*
2 *Olim Regia dignitati ſacerdotium conjunctum erat.*
3 *Sacerdotes publicis officijs fungi debẽt.*

1 IN textu. Vocat textus ſacerdotes ſal terræ, & lumen mundi, unde colligitur excellẽtia, & ſuprema ſacerdotum dignitas, quam enarrans *Gregorius Nazianzenus in Apolog. ſacerdot.* ait: *Sacerdotes cum Angelis ſtare, cũ Archangelis glorificare, ad ſuperum aliare ſacrificia tranſmittere & cum Chriſto ſacerdotio fungi.* Multa de eorum dignitate, & præeminentia, tũ ex patribus, tũ ex conſiliorũ decretis adducit *Durant de ritibus eccleſiæ, lib. 2. c. 5. n. 2* & ſequent. ſequitur *Durand.* ubi ſupra *tit. de ſacerdote lib. 2, c. 10. num. 11. & 12.* dicens in eccleſia nullum hoc ordine excellentiorem eſſe, faciunt quæ docet *Zech. de Repub. eccleſiaſtica Rubr. de clericis numer. 1. & 2.*

2 Quapropter Reges olim ſacerdotes erant, quaſi demonſtraretur dignitatem, & authoritatem Regiam non conſtare, niſi per unionem ſacerdotij, & idco Melchiſech Rex, & ſacerdos fuit. *Geneſ. cap. 14.* ibi *Melchiſedech. Rex ſalem, & ſacerdos Dei altiſſimi.* Paulus ad *Hebræos c. 7.* unde dixit *D. Tho. in eadẽ epiſt. ſacerdotiũ, & Regnũ ſimul uniti, & Plato lib. 6. de Regno pag. 8. col. 2. in fine*, loquẽs de Ægyptis ait: *Apud Ægyptios non licet Regẽ abſque ſacerdotio imperare, quinimo ſi ex alio genere qui priùm Regnum uſurpat, cogitur ſtatim fieri ſacerdotem, ut Rex poſſit eſſe.* Sic ſimiliter *Ioann. Roſin. lib. 3. cap 5. de antiquit. Romanor.* aſſerit, apud Græcos, & Romanos non dividi ſacerdotium à Regno. Conſule Virgilij commentatores, præcipuè *Ioannem de Lacerda, num. 10. & Iacobum Pontanum*, ad illud carmen Æneidos *lib 3.*

Rex Anius Rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos.

Attamen hodie poſt legem evangelicam unum ab altero ſeparatum invenitur.

37 Nec inde ſequitur non poſſe ſacerdotes iudices eſſe, imò hoc illis maximé cõvenit precipuè, ubi non datur ſanguinis effuſio. *Ælian.* enim *lib. 14. de antiquit. cap. 26.* ſic loquitur de Ægyptijs ſacerdotibus. *Iudices autem apud Ægyptios ijdem quondam fuerunt, qui & ſacerdotes.* Similiter *Ioſeph. de antiquit. lib. 14. cap. 26.* dicit Iudices Areopagitas in Athenis ſacerdotes eſſe, & non ſolùm civiles cauſas iudicaſſe, ſed etiam criminales, quibus incumbebat ex proprio officio ſceleratos punire, ut refert Politicorum Princeps *Tacitus de moribus Germanorũ, in* hæc verba *Cæterum neque animadvertere, neq; vincire, neque verberare quidem, niſi ſacerdotibus permiſſum. Cæſar* etiam *de bello Gallico lib. 6. de ſacerdotibus; Druidas in Gallia* (inquit) *magnò hi ſunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controverſijs publicis, ac privatis conſtituunt, & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cades facta, ſi de hereditate, ſi de finibus controverſia eſt, idem præmium pœnaſq; decernunt;* Ea enim ratione fundari poteſt totus hîc diſcurſus, qua *Tacitus lib. 3. Annal.* in hæc præclara, & honorifica verba. *Nunc Deorum munere ſummum Pontificem, & ſummũ hominem eſſe, non æmulatione, non odio, aut privatis affectionibus obnoxiũ.* Vide præterea *Caſiodor. lib. 2. cap. 8.* & eundem *Tacitum lib. 4. Annal;* alias huius rei rationes aſsignantes, & multa de antiquitate, officio, & dignitate ſacerdotum proſequere cum ſupra citatis.

CAP. Nulla. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundi, & vagi non ſunt exiſtimãdi clerici.*

2 *Priſcum quid ſignificat?*

1 IN textu. Non habendi ſunt clerici; qui vagabũdè oberrant, & ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur; faciũt ad textum quæ ſcribit *Peres lib. 8. Ordinamenti, titul. 14. l. 1. ad fin. de vagabundis, & vagis mendicis,* qui quidem homines perinde ſunt, ac ſi non eſſent, ut ex *Cicer. de natura Deorum* ait idẽ *Peres.* Adde *Trid. ſeſſ. 24. cap. 7. & ſeſſ. 23. cap. 16.*

2 In text. ibi. *Priſca.* Significat quod ſuperiori ætate fuit vetus. *Virgil lib. 6. Æneid.* verſ. 868.

Heu pietas, heu priſca fides, invictaque bello.

Et *lib. 9.* verſ. 79.

Dicite priſca fides facto, ſed fama perennis.

Sic *Religio priſca,* dicit *Ovidius lib. 10. Metham opher. Et priſca lingua.* Imperator Iuſtinianus *in §. Appellamus inſtit. de actionibus.*

CAP. Qui ſuis. IX.

SVMMARIVM.

1 *In quo conſiſtat obedientia, & inobedientia & quando hæc ſit peccatum?*

IN principio, textus, ibi, *Non obediunt.* Planè ſicut ſpecialis virtus obedientiæ in eo conſiſtit, quòd quis exequatur præceptum, eo quòd præcipitur, & intendens formaliter obedire ſuperiori, alioquin ſi alia intentione, aut reſpectu faciat, propriè, & formaliter non eſt virtus obedientiæ ſpecialis, ſed alia, ad quam pertinet actus ille, qui præcipitur; ſic per contrariũ propriè, & formaliter inobedientia ſpecialis in eo conſiſtit, quòd quis non facit id, quod præcipitur, & præceptum trãſgreditur principaliter, quia iubetur, eo quód contemnit, vel non vult ſubijci ſuperiori. Aliter enim ſi alio reſpectu tranſgrediatur, veluti per avaritiam, accidiam, libidinem, aut alia cauſa, licèt ſuperiori debitum obſequium non præſterur, dicetur, & erit materialis inobedientia, ſive in genere inſurgens, ex eo, quòd iniuſtè aliquid fit; & ita pertinet ad eam ſpeciẽ peccati, ſub qua collocatur trangreſsio talis peccati. Vide *D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 2.* ibi *Caetan & quæſt. 105. art. 1. ad primum Covar. in cap. Alma 1. part. § 9 ánu. 3. Navarr in Manuali cap. 23. numer. 35.* & paſsim Theologi in materia de obedientia, ſic ſanè inobedientia ſpecialis, ſeu formalis ſemper eſt peccatum mortale, generalis verò iudicari debet mortale, ſeu veniale iuxta materiã ſubiectam, & præceptum in quo verſatur, ut traditur per *Caietan. d. art. 2. & Navarr.* ubi ſupra.

CAP. Ille. X.

SVMMARIVM.

1 *Qui malè docet, & qui Epiſcopo, vel ſacerdoti nocet Deum offendit.*

IN textu. Deum manifeſtè offendit, qui bene non docet, vel qui epiſcopo, aut ſacerdoti nocet, vide *Turrec. hic, Præpoſit. & Archidiacon.* facit præterea textus in *cap. nulli. 3. quæſt. 1.* & authoritas Chriſti. *Luc. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit.*

CAP.

CAP. Diaconi qui. XI.

SVMMARIVM.

1 *Septem debent eſſe diaconi in qualibet ciuitate.*

1 IN textu. Diaconi in vnaquaque ciuitate ſeptem debent eſſe, qui epiſcopo prædicanti aſsiſtant, *textus in cap. Epiſcopus Deo de conſecrat. diſt. 1. textus in cap. illud 7. quæſt. 1. Trot. de perfect. clerico lib. 1. cap. 22.* ſub *num. 3. Durand. in rationali diuinor. lib. 2. cap. 9.* qui omnes noſtr. textus meminere.

CAP. Diaconi ſeptem. XII.

SVMMARIVM.

1 *Septenarius numerus omnes alios excellit.*

2 *Tam in diuinis, quàm humanis litteris celeberrimus.*

1 IN textu, ibi, *Septem.* Septenarius numerus perfectior eſt omnibus numeris; tradit *Lop. 1. part. in præfatione,* verſ. *ſeptenario, Gloſſa 1.* per totã ubi plures ſeptẽarij numeri excellẽtias enumerat.

2 Quod verò idem numerus ſeptennarius tã in diuinis, quàm humanis litteris maxima fuerit in veneratione, probat *Anton. Maria de comitib. opinion. lib. 1. titul. 3. num. 20. Vivi. tomo primo comm. opin. lib. 1. titul. 8. num. 2.* verſ. *ſeptem pagin. 179. Petrus Berchar. in ſuo diction. part. 3.* verbo, *ſeptem Mexia in tract. teſſe panis concluſ. 7.* in principio. *Mendoça in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 5. in expoſit. littera, num. 14.* Nos etiam ne hunc numerum omnino illibatum prætermittamus, aliquid tam in divis, quàm in humanis leviſsimé prælibemus. Pro divinis, ſtat Dei nomen ſeptem Hebræis literis exaratum: ſeptem ſpiritus Sancti dona cœlitus, infuſa: ſeptem, apud Zachariam oculi ſuper lapidem unum: ſeptem ante Dei thronũ ardentes lampades in Apocalypſi: ſeptem aurea candelabra: ſeptem ſtellæ in dextera filij hominis: ſeptem Angeli cum ſeptem tubis: agnus habens ſeptem cornua, totidemque oculos: tandemq; liber ille prodigioſus ſeptẽ ſigillis obſignatus, quẽ ſolus agnus potuit aperire. Pro humanis pugnat Roma ſepteno colle fundata bella civilia ſepties decertata: Imperij electores ſeptem conſtituti: cœlo radiantes ſeptẽ Pleiades: ſeptem orbis miracula protentoſa, & mille alia ſeptenarij numeri exempla, quæ modò, brevitati conſulens, omitto.

CAP. Diaconos. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Pelagius author fuit noſtri textus.*

2 *Diaconus an poſsit ex vi ſui officij baptizare, & corpus Chriſti miniſtrare.*

3 *Diaconus, abſente presbytero, & neceſſitate cogente, baptizare poteſt.*

1 IN ſubſcriptione textus, ibi, *Pelagius.* Ergo videtur dicendum authorem fuiſſe hujus textus Pelagium, & non Gelazium Papam, ut dixit *Vaſques in 3. part. D. Thom. quæſt. 67. diſputat. 147. art. 5. ſub num. 23.*

In textu. pontifex in præſenti diaconos monet, ne baptizent, vel corpus Chriſti populo miniſtrent, abſque epiſcoporum, vel presbyterorum præſentia, unde colligitur, Diaconos ex vi ſuæ ordinationis aptos non eſſe ad huiuſmodi munera exercenda; docet *Vaſques* ubi proximè, quanvis contrariũ illi nõ diſpliceat explicans, & intelligens textũ noſtrũ, & ad propoſitum plura jura adducens *Iſidor. Moſcon. de maieſt. milit. eccleſiæ lib. 1. de ordin. eccleſiaſticis part. 2. capit. 1 fol. 38 littera A. Navarr. de clericis non ordina. miniſtrantibus conſ. 3.* & 4. per totum.

In Gloſſa, verbo, *Neceſsitas.* 3 Collige ex Gloſſa, poſſe diaconum abſente epiſcopo, & presbytero, & neceſsitate cogente baptizare, & corpus Chriſti infirmis erogare. Recipitur *Gloſſa* hæc à *Soto in 4. diſt. 13. quæſt. 1. art. 3. ſub* verſ. *Appendit autem,* ubi ex *D. Thom. Durando,* & alis Gloſſam noſtram ſequitur *Victor. de ſacram. in genere num. 89. Vivald. part. 1. eodẽ tractatu num. 89. de ſacramento Euchariſtiæ.*

CAP. Pervenit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus nequit baptizare.*

2 *Vtrùm fiat irregularis ſi in extrema neceſsitate baptizet ſolemniter?*

3 *Quid ſi illud faciat cum licentia epiſcopi, vel parochi?*

1 IN textu. Faciunt ad hunc textum, quæ notaſti ad *caput. proximum num. 2.* quorum meminit *Iſidorus Moſconi,*

ubi supra fol. 385. littera A. Vt verò tam hîc, quam superior textus melius intelligatur, & ut cognoscas utrum loquatur de baptismo solemni, vel potius de particulari, & privato: duæ quæstiones sunt tolvendæ.

2 Prima quæstio est. Vtrùm diaconus, qui in extrema necessitate baptisat solemniter, fiat irregularis? Affirmant plerunque Doctores Theologi, neque refragantur Canonistæ. *Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 4 quæst. 2. prine. 1. Soar. in 3 part tom 3 quæst. 71. artic. 4. disp. 31. sect. 4. Bonacina de sacrament. disp 2 quæst. 2. punct. 4. numer. 3. & de censur. disput. 7. quæst. 3 part 6. num. 5. Aldrete de relig. disciplin. tuenda lib. 2. cap. 21. numer. 5. Henriq. in summ. lib. 2. de baptismo cap. 29. §. 1. & lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 2. Navarr in Man. cap. 22. num. 7.* Inter quos citatus *Henriq* tenet, idem esse dicendum de eo, qui nomen sacerdotis falsò usurpat, sicq; solemniter baptisat.

3 Secunda quæstio est. Vtrùm diaconus, qui præhabita episcopi, vel parochi licentia, baptismum solemniter administrat, fiat irregularis? Incurrere irregularitatem tenuerunt *Navarr. ad tit. de clerico non ordin. ministr. consil. 1. & 2. Marius Antonin. var. resolut lib. 13. resolut. 16. num. 6. Henriq. lib. 2. cap. 29. num. 1. Chamerota de baptismo cap. 4 dub 5. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 27 cap. 6. num 40. Bonacina citatus*, & alij. Ratio est quia, in *cap Si quis baptizaverit, de clerico non ordin. min.* disponitur, irregularem esse clericum ministrantem in pertinentibus ad ordinem, quem non habet; sed diaconus in tali casu exercet ministerium proprium ordinis sacerdotalis, ergo incurrit pœnam à iure constitutam. Hâc tamen irregularitatem non incurrit laicus solemniter baptisans, cum textus solos clericos amplectatur. Ita *Henriq supra Suar. tom. 5. disput. 11. sect. 3. numer. 22. Sayr. de censur. lib 7. cap. 10. numer. 6. Valer. Reginal. lib. 30 numer. 192. Bonacina de censur. disput 7 quæst. 3 punct 6. num. 1.*

CAP. Non oportet. XV.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus sedere non debet coram presbytero.*

IN textu. Non oportet diaconum coram presbytero absque eius iussu sedere, quod intelligitur procedere secundùm quarundam ecclesiarum consuetudinem, ut advertit Glossa hîc.

CAP. Non oportet. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Solis sacerdotibus ex officio competit ministrare corpus Christi.*

IN textu. Ministrare corpus Christi solis sacerdotibus competit, non autem diaconis, decidit textus in *cap. sanctimoniales* vers. *Si verò de summa Trinitate, textus in cap. dilectis* 1. q. 1. & vide *Trot. de perfecto clerico lib 1. cap. 22. num 4. Durand. in rational. divinor. lib. 2. cap. 9. num. 12. Durand. de ritibus ecclesiæ lib. 2. cap. 5. num. 5.* 1

CAP. Diaconi. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi ministrant episcopis, & sacerdotibus.*

IN textu. Diaconi ministri sunt episcoporum, & presbyterorum, notat textus noster, & eius decisionem sequitur, *Glossa*, verbo, *postulavit in cap. cum ecclesia volaterranea 31. de electione.* 1 1

CAP. Præsente. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *De licentia presbyteri potest diaconus eucharistiam populo ministrare.*
2 Eucharistiæ *nomen quid significet?*

IN textu. Diaconus præsentia, & iussu presbyteri, cogente necessitate potest eucharistiam populo elogare; vide *Paulum Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. n. 10. Trotti. de perfecto clerico lib. 1. cap. 22. num. 4.* meminit etiam nostri textus, *Greg. Lopez part. 1. tit. 4 l. 61. Gloss 2.* 1

In textu, ibi, *Eucharistiam.* 2

Eucharistia verbum est Græcũ, latinè, gratias agere significat, quod nomen ait *D. Tho.* sumptũ esse, vel ex significatione futuræ gloriæ, scilicet *Gratia Dei vita æterna*, vel ex recontenta, scilicet, *Christo, qui est summa gratia*, prosequitur latè

Suarez

Suares tom. 3. qui eſt primus de ſacramentis diſput. 40. queſt. 73. artic. 4. §. ſexto tandem. Sacramentum Euchariſtiæ abſolute dictum accipitur pro *cibo ſacramentali*, interdum pro *ſpeciebus ipſis*, & ſæpius pro *corpore Chriſti*, ut in noſtro textu, quia hæc omnia participant rationem ſacramenti, & ſunt ita inter ſe connexa, ut ſub uno facilé aliud intelligatur, advertit *Suar. d. tom. 3. diſput. 42. ſect. 4. §. ſecundo colligitur.*

CAP. Diaconus. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Sedeat diaconus, iubente presbytero.*
2 *Debet tamen ſedere in loco decenti.*

1 IN textu. Diaconus, iubente presbyterò poteſt ſedere; nota ad textum quæ habes ſupra ad *cap. non oportet* 15. *eadem diſt.* Vide poſita ad *cap. qui ſub gradu* 31. *num.* 3. ſupra *diſtin* 50.

2 In textu, ibi, *Quolibet loco.* Intellige tamen honeſto, & decenti, iuxta doctrinam textus in *l. ſi cum dies, §. Si arbiter ff. de arbitris l. ut gradatim, §. 1. ff. de muneribus, & honoribus, textus in cap. ſi quis omnem* 197. *textus in cap. mulier* 15. *queſt.* 1.

CAP. Nonnulli. XX.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi presbyteris, non ſeſe anteponãt in choro.*

1 IN textu. Collige ex illo, quòd diaconi presbyteris ſe ſuperiores non cognoſcant, in ſedendo in choro; nam antiquitas dat dignitatem, *Gloſſa in §. aliam, inſtit. de bonorum poſſeſſoribus*, nec enim eſt decens, maiores dignitate à minoribus præcedi, latè *Gregor. Lopez part. 1. titul. 5. l. 15. Gloſſa 2. ad finem. Decius in cap. avaritiæ num. 7. de prabendis, & conſ. 161. leg. 1. verſ. eum locum, & l. 2. verſ. ſit igitur Cod. de præfect. prætor. lib. 12.* ſic prius Doctoratus præfertur ijs, qui poſt eum ſunt doctorati; ut per *Gloſſam in l. cum quid, ff. ſi certum petatur*, & ex alijs relatio per *Caſſan. in Catbalogo gloriæ mundi. part. 10. conſideratione* 29. Adde poſita ad *cap. Epiſcoporum, num. 1. diſtinct. 74. & ad cap. ultimum, num. 3. diſt. 75.* unde *D. Gregorius homil. 3. ſuper evangel. Fertur,* 1
inquit, *apud veteres mos fuiſſe, ut quiſquis conſul exiſteret, iuxta ordinem temporis ſui locum teneret.*

CAP. Pervenit. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Prohibentur clerici compagis calceari.*
2 *Quid ſit compagũ?*

IN textu. Prohibet *D. Gregorius* clericis 1
Cantimienſis eccleſiæ ne compagis calceati incedant, licèt enim antiquitus non ſolùm epiſcopi, verùm etiam quilibet ſacerdos, quinimó diaconus ſandalijs, & compagis uteretur, hodie tamen hoc illis vetitum eſt, & tantummodo epiſcopis conceſſum notat *Durandus in rational. divinor. lib. 3. cap. 8. num. 11. Durant. de ritibus eccleſia lib. 2. cap. 9. num. 21. in fine*, qui omnes noſtri textus meminere, advertit *Turrecrem. ad eundem textum, in principio.*

In textu, ibi *Compagis.* Erat enim compagũ 2
calcei Genus, quo epiſcopi in Pontificalibus utebantur. *Durant.* ubi proximè *d. nu. 21. ad medium Durand. d. num. 11.* plura de compagis *Cælius Rhodigin. lib. 18. cap. 21. ante finem. Corraſ. ad novel. Iuſtiniani lib. 21. & lib. 26. obſervat. cap. 28.*

CAP. Illud. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent uti mapulis.*
2 *Mapula quid ſit.*
3 *Mapula eſt etiam indumentum ſacerdotale.*
4 *Mapulæ uſus quando incepit.*

IN textu. Præcipiebat idem Gregorius 1
Archiepiſcopo Ravennati, nè liceret clericis ſuis, uti mapulis, quia corũ uſus ſolùm Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & non alijs erat conceſſus.

Eſt autem mapula (pro ut hîc accipitur) 2
certum ornamentum equorum, ex *Turrec.* ad hunc textũ in principio *Durant. de ritibus eccleſiæ lib. 2. cap. 9. num. 16. in fine. Auguſtin. Eugub. adverſus Vallam de falſa donatione Conſtantini, num. 54.*

3 Significat etiam mapula indumentũ quoddam ſacerdotale, quod manipulum dicitur; aut phanon, ut per *Alcuin. de diuinis officijs cap. de ſingulis veſtibus Rhaban. Maur lib. 1. de inſtit clericor. capit. 18. & in Concil. Rhemenſi apud Brutard. lib. 2. capit 50.*

4 Mapulę, ſeu manipuli uſus (iuxta hanc acceptationem) non incepit ab Aron, ſed ab antiquis patribus chriſtianis; tradit *Durant.* ubi proximè *d. num. 16.* in principio. *Durand. in rational. diuinor lib 3. cap 6. num 3.* legimus enim in Martyrologio B. dæ. 14. Kalend. Auguſti ſanctum Arſenium ſemper ſecum habuiſſe mapulam, ſeu ſudarium in manu, vel in ſinu ad tergendum fluentem lachrymarum copiam, quæ continuò ab eius oculis profluebat; vide *Bed in lib.* quem *Collectanea, & Flores* appelant, de ſeptem ordinibus, ubi dicit: *Mapula manibus tergendis præbeantur.* vel iterum. *Oportebat ſacerdotem mapulas tenere manibus; ut tum emendatione mentis opus ſpontaneum concordet. Mapula, quæ in ſiniſtra parte geſtatur, qua pituitam oculorum. & narium detergimus, præſentem vitam deſignat, in qua ſuperfluos humores patimur.* Ita *Alcuin. d. lib de divin. offic. cap. quid ſignificent veſtimenta,* vel tandem, ut ait *Durand. d. lib. 3. capit. 6. num. 3. Porro ſecundum quod capiti ſcilicet Chriſto convenit, quòd ſacerdos manipulum portet in læva, deſignat quòd Chriſtus bravium obtinebat in via; per manipulum enim præmiũ deſignatur:* iuxta *Pſalmi 125. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos, &c.* Has, & alias manipuli ſignificationes, vide per ſupra citatos.

CAP. Diaconi ſunt. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur textus, & expenditur diaconi officium.*
2 *Vtrum ad diaconum ex officio pertineat verbi Domini prædicatio?*
3 *Quod ſit proprium diaconi officium?*
4 *Diaconus aſcendit ad locum ſublime, ut evangelium decantet.*
5 *Cur diacono evangelium lecturo detur benedictio?*
6 *Cui ex proprio officio incumbat prædicare?*
7 *Epiſcoporum avaritia maximè redarguitur.*
8 *Non licet clericis oſtiatim mendicare, niſi devotionis cauſa, aliqua pia loca viſitent.*

IN textu. *textus hic eſt Hieronym de ſeptem ordinibus eccleſiæ cap. 5.* ad 1
ductus à Gratiano noſtro, cuius prima pars tota verſatur circa præeminentiam, & laudes diaconis debitas, qui maximè ab Hieronymo commendantur, ſignificant enim ſeptem candelabra aurea, & ſeptem Angelos eccleſiæ, de quibus in *Apocalypſi cap. 1.* eorum miniſterium eſt ſacerdotibus miniſtrantibus aſſiſtere, illis calicem de menſa præbere, inferre oblationes in altari, prædicare, & cum ſacerdotibus orare, &cæt. Secunda pars eſt, contra epiſcoporum avaritiam, & ambitionem, redarguens eorum rapacitatem, quia ſibi illicitè in uſus ſuos convertunt id, quod levitarum eſt; unde clericis propter indigentiam magna ſequuntur incommoda, & indecentiæ. Tertia denique ait, illationem pro tali damno dato ab epiſcopis retribuendam eſſe à Deo, quam ipſe non differt, ſi non reddant univerſa, quæ malè ſublata fuerunt, conducunt ad textum in principio ea, quæ ſupra notaſti hac *diſtinct. ad cap. Diaconi. 6. & cap. perlectis 25. diſtinction.* quatenus ibi egimus de officio diaconi, & præter Doctores ibi citatos. Adde *Iſidor. Moſcon. de maieſt. milit. eccleſiæ part. 1. lib. 1. cap. 1. de ordin. à fol. 382. littera. C.* & deinceps, ubi pleniſsimè agit de ijs, quę ad diaconum ſpectant, & notat textum noſtrum, præſertim *fol. 382 littera C.* de diacono loquitur etiam *D. Ambroſius lib. 1. de officijs cap. 50. Chriſoſtom. homil. 83. ſuper Matth. Hieronym. epiſtol. 48. ad Sabin Clement. lib. 2.* & alijs *de conſtitut. Evangelic. Bellarm. tom. 1. de clericis contro verſ. 5. cap. 13. verſ. ſed prater. Henriquez,* & multi, quos citat in *ſumma de ſacramento ordinis lib. 10. cap. 13. §. 2. littera. I. Lalus Zech. de ſacram. tract. de ſacramento ordinis cap. 1. pag. 667. verſ. Sacerdotum* poſt principium. *Durant. de ritibus eccleſiæ lib. 2. capit. 23. à num. 5.* & ſequentibus. Adde *Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 13. Trot. de perfecto clerico lib 1. cap 22. à numer. 4. Navarr. conſ. 7 de officio iudicis delegati* per totum, & *de clericis non ordinatis miniſtrantibus d. conſil 3. & 4.* per totum, qui omnes tractant tam de his, quæ ad diaconi officium, ordinem, & vitam, quàm de illis, quæ ad ornamenta, & eorum ſignificationem ſpectant, ubi latiſsimè videre poteris.

In textu, ibi, *Ipſe prædicat* 2
Ergo videtur dicendum incumbere diaconis ex eorum officio populo prædicare, ideſt evangelium explicare: facit textus in *d. cap. Perlectis 25 diſtinctione*, ibi, *Prædicare evangelium, & Apoſtolum. d. cap. in ſancta*, ibi, *Ad prædicationis officium 92. diſtinction.* Quę iura diaconis officium prædicandi apertè videntur tribuere. Nihilominus tamen dicendum eſt, licèt diaconi prædicare poſſint de licentia habentis ad illud iuriſdictionem, tamen non eſſe hoc munus illis

proprium. *Navarr. d.conſ.7, per totum de officio, & poteſtate iudicis delegati. Lalus Zechius de ſacram. d.tract de ordin. cap.1.pag.668. in principio Moſcon.de materi. milit. eccleſiæ d.p.2.lib.1.de ord.pag 384.littera A & B Divus Thom.in 3 part. quæſt 67. artic.1. ad principium.* Qua propter ad iura illa, quatenus probare videbantur, proprium officium diaconi eſſe prædicandi, reſpondetur intelligenda eſſe non de prædicatione, hoc eſt de explicatione evangelij, ſed de eius lectione à diacono decantanda, Ita cõmuniter Doctores *Navarr. d.conſ.7.num.3 Moſcon* ubi proximè. *Gloſſa*, verbo, *ſacerdotes in cap. Adijcimus 16. quæſt. 1. Durand. in rational. divinor. lib. 2.cap.9.num.* 10. quamuis ó refert, *D. Ambroſ. in cap. 4. ad Epheſ.* ſuo tempore facultatem conceſſam diaconis ad prædicandum adeptam fuiſſe. Ex quibus manifeſtè apparet diaconum ex vi ſuæ ordinationis non habere munus prædicandi, poſſe tamen illud exercere de licentia epiſcopi, vel Prælati curã animarum habentis, ſi voluerit in eius eccleſia prædicare. Notant omnes ſupra citati dictis locis, unde colligitur, ſi diaconus prædicaverit abſque tali licentia mortaliter peccare, ex *Navarr. in Manual. cap.25. num.* 141.

3 Proprium, ac genuinum diaconi officium, præter id quod textus noſter, & Doctores ad eum citati enumerant, eſt evangelium populo legere, ſeu decantare. Vide *Durant. de ritibus eccleſiæ d.lib.2.capit.* 23. *numer.* 3. *Zech.d.tract. de ſacramento ordinis, cap.1.pagin.668. ante finem columnæ* 1. licét in primitiva eccleſia eis erat conceſſum ob ſacerdotum inopiam prædicare, & populo cathechiſmum explicare, ut tradit idem *Zech.* ubi proximè.

4 Cum autem Diaconus velit recitare, ſeu legere, vel decantare evangelium, debet aſcendere ad altiorem locum, ſecundum ea, quæ Iſaias dixit, *cap.*40. *Super montem aſcende tu, qui evãgelizas Sion*, & Dominus in mõte docebat turbas, ex *Matth.cap.*5. Aliæ ſunt rationes, quibus diaconus in altum aſcendit, decantendi evangelij cauſa, de quibus *Innocentius III. lib.2. de ſacro altaris miniſterio capit.* 42. *Alexand. de Ales in 4 partem Turrecrem.in cap. Apoſtolica num.* 1. *de conſecrat. diſtinctione* 1. *Durant.* ubi proximé *num.* 11. *&* 12. *Moſcon.* nuper citatus *pagin.* 385 *littera B.* Debet etiam diaconus cum ad legendum accedit, faciem verſus Aquilonem vertere, ut oſtendat verbum Dei contra eum dirigi, qui ſpiritui ſancto ſẽper contrarius fuit: ita *Alenin. de divinis officijs d. cap.de celebrat. miſſæ*, per Aquilonem enim Diabolus intelligitur, ex eo, quia durus, & frigidus ventus ſit, efficetus quos Diabolus, in illis quos poſsidet, operatur, reddẽdo .ſ.eos frigidos, & torpẽtes in amore charitatis, & dilectionis, ut per *Alenin.* ubi proximè *Durãt.* citato loco, *nu.14. Innoc. d.cap.*42. *Moſcon.in eadem pag.*385. *littera C.* quod autem per Aquilonem Diabolus deſignetur, aperte oſtendit *Iſaiæ cap.* 14. dicens. *Lucifer, qui dicebas in corde tuo, ſedebo in lateribus Aquilonis, &c.*

Quæri poteſt, cur diacono lecturo evangelium detur benedictio, non autem ſubdiacono, quando illi traditur epiſtola ad legendum? 2 Eam rationem tradunt Doctores, quod Deus legem, & prophetas inviſibilis inviſibiliter miſit, Apoſtolus autem, & Evangeliſtas (quorũ in hoc ſaltem enuntiandi evangelij munere diaconus perſonã gerit) viſibilis factus, & ſanctam eccleſiam ſponſam videlicet ſuam, oſculãs oſculo oris ſui viſibiliter miſit, & docuit; Tradit *Innocent. de ſacro altaris miniſterio lib.* 2. *cap.* 37. *Rupert.lib.1 de divinis officijs, cap.* 36. *Hugo de ſancto Victore lib.2. de offic. eccleſiaſt.cap.*20. ubi proximè *num.*5.

Conflat ergo ex dictis, non ſpectare ad diaconum ratione proprij officij prædicare. Si autem quæras, cui incumbat prædicandi munus? Reſpondetur ſolis epiſcopis, & alijs Prælatis quibus cura animarum commiſſa eſt, qui in ſuis eccleſijs prædicare debet, quo caſu diaconus etiam prædicabit, ſi cura animarum ſit, & illi tunc incumbet ex officio tale munus, quanvis vi ſuæ ordinationis ei non competat: docet *Navarr. conſil. 7. de officio, & poteſtate iudicis delegati numer.* 3 dicens, etiã hanc communem reſolutionem. *Abb.in cap.inter cætera nu.1 & 2. de officio ordinar Iſidor Maſcon de materi. milit.eccleſiæ d. 2 part.lib.1.cap. 19. de prædicatoribus pag* 325 *littera C.* & ſequentibus, ubi plenissimè videre poteſt omnes perſonas, quibus licitum ſit, officiũ prædicandi exercere, & omnia ad illud requiſita. *Trident ſeſſ.5. de reformat cap.2. & ſeſſ 24.cap.4.* qui omnes ſolùm Prælatis hoc tribuunt. Neq; obſtabit ſupradictis textus in *d cap.adijcimus 16. q.* 1. ibi *Nullus præter ſacerdotes Domini audeat prædicare*, quibus verbis videtur dicere dum, ſolùm ſacerdotes, & non alios debere. Reſpondetur enim, ut per *Navarr.* ubi proximè *num.* 2. textũ intelligi de prædicatione faciendã authoritate propria, & ratione officij, quale habet ſacerdos curatus, & ideo ait textus illos ſolùm prædicare, ideſt quia ipſis tantum hoc competit ex proprio officio.

In textu, ibi, *Nunc autem.* 7

Hęc eſt ſecunda pars noſtri textus, in qua maximè à D. Hieronymo epiſcoporum avaritia damnatur, quæ eſt Idolorum ſeruitus ex *cap. omnis* 1. *quæſt.*1. *cap. vrgeri, cap. ſicut vrgeri.* 147. §. 1. *eadem cauſa, & quæſtione, cap. avaritia. in principio de electione lib.* 6. quam etiam ſatis improbarunt iura civilia per totum titulum *ff. & Cod ad l Iul. de ambitu* commendat, & refert textum noſtri ũ *promptuarium in his*, verbo, *avaritia tom.* 1. *in Gloſſa littera A. fol.*48.

8 In text.ibi, *Mendicat infœlix.* Non licet clericis oſtiatim mendicare,cũ hoc ſit maximum dedecus ordinis clericalis, & ideo omnibus modis vitandum, vide *Trident. ſeſſ.21.de reformat.cap.2. in principio, Paulum Fuſc. de viſitatione lib.2.cap.22.num.13. in fin. Navarr. commentar.2.de regularibus ad cap. non dicatis 12. quæſt. 1.num.37.* vers. *Tertio*, ubi dixit, reprehenſione dignos eſſe clericos,qui peregrinantes mẽdicant, imó potiùs ſe conſenſiſſe multis illos reprehendentibus, attamen ipſe ait poſſe clericos devotionis gratia aliquem pium locum viſitantes,& exercentes humilitatem, & patientiam, ſumpto paupertatis habitu mendicare, citans ad hoc *Calderin.conſil.1.de vita, & honeſtate clericorum*, quem vide.

CAP. Legimus. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi ſubſunt presbyteris.*
2 *Ex varia locutione colligitur mentis error.*
3 *Vtrùm ſit aliquod diſcrimen inter epiſcopum, & ſacerdotem?*
4 *Approbatur verior opinio.*
5 *Quare ſummus Pontifex ſeipſum, & epiſcopos fratres appelleti?*
6 *Componitur Theologorum, & Canoniſtarum ſententia quoad diſtinctionem inter ſacerdotem, & epiſcopum.*
7 *Reſpondetur hæreticorum argumentis, & explicatur noſter textus.*
8 *Epiſcopatus licèt quoad eccleſiaſticã hierarchiam ordinem diverſum conſtituat, non tamen eſt novum ſacramentum.*
9 *Solviter argumentum contra hanc reſolutionem, & ſtatuitur ordinem ſacerdotalem per epiſcopatum ſolvi ad alia miniſteria exercenda.*
10 *Exceptis ijs, quæ epiſcopis ſunt reſervata, omnia alia competunt ſimplicibus ſacerdotibus.*
11 *Reſpondetur argumento contra hanc reſolutionem.*
12 *Aliter ſolvitur dubium.*
13 *Sacerdos ritè ordinatus, licèt hæreticus ſit, aut excommunicatus verum efficit ſacramentum.*
15 *Multam authoritatem habet Romana eccleſia.*
15 *Multitudo ſacerdotum eos contemptibiles facit.*
16 *Vtrùm electus in Imperatorem debeat à Romano Pontifice confirmari?*

IN textu. Diaconi presbyteris ſunt inferiores, ac proinde illis debent ſubeſſe. Notat *Durand.in rational.divinor. d. lib. 2. cap.9. num.2. D.Thom ad 3.partem quæſt. 67. artic. 1.in reſponſione argumentorum* in principio. *Iſidor. Moſcon.de maieſt.milit.eccleſia 2. part.lib. 1. de ordin. cap.1.pagin. 385.littera B.* facit textus, & quæ ibi notatli in *cap.nonnulli hac diſtinctione.* 1

In textu, ibi, *Quia fatuus fatua loquitur.* Ex varia, & inordinata locutione colligitur mentis error,& vagatio, quæ quidem ſiniſtram præſumptionem inducit contra ſic loquentem. Notat ad hunc textum *Roderic. Suar. allegat. 1. numer. 4. Paul. Fuſc. de viſitatione lib.2. cap. 22. numer. 12. Boerius deciſione 23. numer. 58.* 2

In textu,ibi, *Presbyteris ideſt epiſcopis*,& paulo inferius, *Eoſdẽ eſſe epiſcopos, quos persbyteros.* Contendere videtur hoc loco D.Hieronymus ordinem epiſcopalem à ſacerdotali nõ diſtingui,ac proinde nullum eſſe diſcrimen inter epiſcopum, & ſacerdotem, ſeu presbyterum, unde quidam impij hæretici occaſionẽ ſumpſere evertendi epiſcoporum, & presbyterorũ diſtinctionem, nec non pulcherrimam eccleſiæ catholicæ hierarchiam, negãtes ullam eſſe differentiam inter hos gradus iure divino;quẽ errorem præter alios excitavit Aerius, qui cũ epiſcopatum fruſtra, & impudenter ambiviſſet,ab eccleſia divertit, eam impugnans dignitatem,quam conſequi non potuit,quẽ deinde errorrem ex eadem cauſa permotus ſuſcitavit Vvitcleff.cum epiſcopatum Vegorniẽſem appeteret; de quo *Caſt. adverſus hæreſes lib.1.cap. 11.ante finem*,qui omnes adducũt ad ſuum protervum propoſitum authoritatem Pauli 1. *ad Philippenſes*, ibi, *Cum epiſcopis, & diaconibus*, quaſi nomẽ epiſcopis,pro presbyteris ponatur; alias enim de presbyteris quoque Paulus feciſſet mentionem, & deinde, quia in plurali dixit epiſcopis,qui tamen in eadem civitate plures eſſe non poſſunt, iuxta ea,quæ notantur in *cap. quoniam de officio ordinar.* Adducunt deinde Pauli 3

1. *ad Tit. cap.* 10. ibi. *Conſtituas per civitates presbyteros,* & inferius. *Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c.* quaſi illi, quos ſuperius presbyteri nomine ſignificaverit, ijdem ſint, atque illi, quos modo epiſcopos appellant, quæ omnes ferè authoritates referuntur in noſtro textu, quem tandem ijdem hæretici pro ſuo errore citant, dicentes, Divum Hieronymum ibidē expreſſē dixiſſe eoſdem eſſe epiſcopos, quos presbyteros.

4 Sed reiecto horum hæreticorum perverſiſſimo dogmate, & retenta catholica, & veriſsima ſententia, dicendum eſt epiſcopum in eccleſiæ hierarchia gradum diverſum, & diſtinctum à presbytero divina inſtitutione conſtituere; docent noſtri communiter, ut teſtatur, & ſequitur *Gloſſa*, verbo, *epiſcopus in proœmio ſexti Alexandrin. in cap. cleros num.* 4. 21. *diſt. Covar. in cap. quia nos num.* 3 *de teſtament. Navar. in Manual. cap.* 22. *num.* 18. multi quos refert *Vivald in Candelabro eccleſia de ſacramento ordin num.* 1. & probatur primò, quia ſemper in eccleſia à tēpore Apoſtolorū diſtinctio inter epiſcopos, & preſbyteros fuit obſervata. De quo vide *Dyonis. de eccleſiaſtica hierarchia cap* 5. comprobat *D. Thom.* 22. *quæſt.* 184. *art.* 6. ad primum, quin etiam à Chriſto Domino ſub diſtinctione duodecim Apoſtolorum, & 72. diſcipulorum *Luc.* 10. prædicta diſtinctio facta videtur. *cap. in nova ſupra diſtinct.* 21. *cap. quorum vices* 68. *diſtinct* obſervat *Caietan. in d. articul.* 6. *D. Thom. Sot in* 4. *diſtinctione* 24. *quæſtione* 2. *articul.* 2. idem *Sotus lib.* 10. *de iuſtitia quæſt.* 1. *art.* 4. *Ledeſma* 2. *quarti, quæſt.* 42. *articul.* 4. *Caſtr. adverſus hæreſes, lib.* 6. verbo, *Epiſcopus* per totum, & *lib.* 13. verbo, *ſacerdotium, in fine, Mich. de Medin. lib.* 1 *de ſacro homin. continent. cap.* 3. cum ſequentibus, latè *Bellarmin. tom.* 1. *lib.* 1. *de cleric. controverſ.* 1. *cap.* 14. & 15. Probatur ſecundò quia, Epiſcopi tàm in poteſtate iuriſdictionis, quàm ordinis presbyteris, ſeu ſacerdotibus ſunt ſuperiores. De poteſtate iuriſdictionis conſtat ex eo, quia plena poteſtas tàm ordinis, quàm iuriſdictionis competit epiſcopis in ſuis diœceſibus, ſacerdotibus verò eſſe communem ordinis poteſtatem cum epiſcopis, exceptis ordinādi, confirmandi, nonnulliſque alijs miniſterijs, ergo ſit conſequens manifeſtiſsimum, quoad poteſtatem iuriſdictionis epiſcopos ſuperiores eſſe presbyteris, cum ex dictis conſtet hos nullam, illos plenam in ſuis diœceſibus habere iuriſdictionem; quoad poteſtatem verò ordinis idem oſtenditur, ſiquidem ſacramentum confirmationis conficere, ordines conferre, multaque alia ordinis miniſteria ſolis epiſcopis eſſe reſervata, & presbyteris omnino denegata, atque ita reſolutionem hanc definit *Trident. ſeſſ.* 23. *de ſacramento ordinis cap.* 4 *Canon.* 6. & 7. facit textus in *capit.* 1. & 2. *de ordinatis ab epiſcopo Victor. de ſacram. ordin. à num.* 234. *Covar. variar. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 6. & 7. *Vivald in Candelabro de ſacram. ordin. à num.* 17. *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *quæſtione* 1. *art.* 1. *de confirmatione,* ſpecialiter probat textus in *cap. quanto ac conſuetudine. Trident. d. Canon.* 7. & *ſeſſ.* 7. *de confirmat. Canon.* 3. multi de quibus *Vivad. de confirmatione num.* 23. confirmat latè *Bellarmin. tomo primo controverſ.* 5. *lib.* 1 *de cleric. capit.* 14. & quos plenè refert *Henriques in ſumma de ſacram. in genere, lib.* 1. *cap.* 26. *littera. G. & de ſacrament. confirmat. lib.* 3 *capit.* 6. per totum, *Thriumph quæſt.* 93. *Pigin. in hierarchia lib.* 2. *capit.* 10. & ſequentibus *Sot. de iuſtitia d. lib.* 10. *quæſtione* 1. *articul.* 4. verſ. *Quinto* citatis locis. *Petrus Sot de inſtitut. ſacerdot. de ſacramento ordinis lectione* 2. latiſsime *Bellarm. d. tomo primo controverſ.* 5. *lib.* 1. *cap.* 14. & ſequentibus, quos omnes ad noſtrum textum vide, qui fatentur hoc diſcrimen eſſe inter epiſcopum, & presbyterum, Confirmatur deinde, quia epiſcopi in ſuis diœceſibus plenriſimā exercent iuriſdictionem puniendi omnia crimina *cap.* 1. *de officio ordinar*; poſſunt cenſuras ferre, non ita quilibet ſacerdos, niſi iuriſdictionem habeat, *cap. cum ab eccleſiarū de officio ordinar*, indulgentias concedere *cap. quod autem, cap. cum ex eo, cap penultim de pœnitem. & remiſſion.* à quibus cenſuris abſolvunt, niſi lex abſolutionem reſervet *cap nuper.* verſ. *ſecundo, de ſententia excōmunicationis*, poſſunt etiam diſpenſare in omnibus caſibus minoribus adulterio *cap. niſi clerici, § de adulter. de iud* diſpēſare in irregularitatibus occultis *Trid ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 6. multa præterea poſſunt de quibus *Henriques in ſumma de ſacram. ordin d. lib.* 10 *cap.* 35. § 4. Vnde meritò ſtatuitur concluſio illa certiſsima, nempe, quod omnia poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, quæ poteſt ſummus Pontifex in toto orbe, niſi ſint ſpecialiter reſervata, ut comprobant relati ſupra.

Hinc iam notant multi rationem quarè 5
Pontifex Romanus epiſcopos fratres ſoleat appellare, probat textus in *cap. quam grave, de crimine falſi*, quia ſcilicet pares ſunt epiſcopi ipſi Papæ in poteſtate ordinis, & iuriſdictionis, in ijs, quæ Pontifici non reſervātur. Explicat *Triūph. quæſtione* 3. *art.* 4. *ad primum*, conſtat etiam ratio, quare ſūmus Pontifex epiſcopum ſe appellat, quia ſcilicet epiſcopatus culmen ſit dignitatis; & maior ordo eccleſiæ. notat *Gloſſa d.* verbo, *epiſcopus, in proœmio ſexti*, & ex alijs *Chaſſenæus in Catalogo gloria mundi part.* 4. *conſideрat.* 25. *Bellarmin. d. controverſ.* 5. *lib.* 1 *cap.* 16. verſ. *Quantum ad tertium.* Tertiò, & ultimò probatur ſupra poſita diſtinctio, quia quemadmodum ſoli Apoſtoli poſt Petrum veri fuerunt paſtores, at verò ſeptuaginta duo diſcipuli coadiutores erant, non verò aſſumpti ad ſtatum prælationis, ut patet *Luc.* 10. ita epiſcopi hodie loco Apoſtolorum ſunt veri paſtores, presbyteri verò loco diſcipulorum ſunt paſtorum coadiutores; quem

diſcur-

diſcurſum comprobat eleganter *Triumph. q.* 88. *art.* 3. notat *Bellarm. d. lib.* 1. *cap.* 14. verſ. *Secundo probatur.*

6 Vnde videtur componendam eſſe controverſiam inter Theologos, & noſtros quoad hanc diſtinctionem; de qua præter multos, quos refert, & ſequitur *Covar. d. lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 15. & vide copioſè *Henriq. de Sacramento Ordinis. lib.* 10. *cap.* 2. in principio. Quæ tamen, ut facilè componantur, diſtinguendum eſt inter ordines, prout important gradum eccleſiæ hierarchiæ; & prout important gradum Sacramenti, priori quidem modo epiſcopalis ordo à ſacerdotali diſtinguitur, non ita poſteriori; iuxta quam diſtinctionem dicere debemus Theologos non negare epiſcopatũ gradũ eſſe diſtinctum à presbyteratu, ſed ſoùlm negare eſſe Sacramentum ordinis; at verò noſtros rectè conſtituere epiſcopatum eſſe ordinem in eccleſiaſtica hierarchia præcipuum, ut benè explicat *D. Thom. in* 4. *diſtinct.* 24. *quæſt.* 3. *art.* 2. *quæſtiuncul.* 2. *Ledeſm.* 2. *quarti, quæſt.* 42. *art.* 4. & cæteri omnes ſupracitati. Optimè *Sot. in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 2. *art.* 3. *Covar.* proximè citato loco, & alij, de quibus *Vivald. in Candelabr. de Sacramento Ordinis, num.* 3. Ex quibus ſequitur, quòd quanvis epiſcopi, & presbyteri eundem gradum, quatenus Sacramentum eſt, conſtituant, & uti tales unum, eundemq; recipiant characterem, in eo tamen differentia, & diſtinctio reſtat inter eoſdem, nam ſacerdotes characterem ſuſcipiunt ex divina inſtitutione reſtrictum, at verò epiſcopi illum extenſum recipiunt ad omnia eccleſiaſtica miniſteria, ita ex *D. Thom. in* 4 *diſt.* 24. *quæſt.* 3. *art.* 2. Explicat ibi *Sot.* verſ. *Ad ſecundum. Ledeſma ſecunda quarti, quæſt.* 42. *art.* 5. & ante alios *Triumph.* ubi ſupra, *quæſt.* 74. *art.* 2. *ad ſecundum*, & comprobat ex alijs *Henriq. in ſumm. de Sacram. Ordin. d. cap.* 2. §. 1. *littera* E. & ſequentibus, & *cap.* 7. §. 2. *littera* I. Quanvis autem epiſcoporum, & ſacerdotum diſtinctio ex Chriſti Domini inſtitutione, conſtat ex modò reſolutis, non tamen ita ab eodem diſtincta ſunt certa illa miniſteria, à quibus minores ſacerdotes debent abſtineri, ſed id eccleſiæ ſuæ determinandum relinquit, ut in alijs ſæpe materijs, iuxta ea, quæ notantur in *cap. Licet, de ferijs*, & in *cap. Omnis, de pœnit. & remiſſion.*

7 Reſtat hoc loco, ut reſpondeamus hæreticorum inſaniæ, quam ſiniſtra ſacræ paginæ interpretatione voluerunt ſeminare, & ideo ad authoritatem *Pauli* 1. *ad Philippenſes*, ibi. *Cum epiſcopis, & diaconibus*; dicendum eſt, omiſſis varijs ſolutionibus, quas proſequitur *Bellarm. d. tom.* 1. *controverſ.* 1. *lib.* 1. *de cleric. cap.* 15. & ante eum eleganter docuerat *Philipus de hierarch. lib.* 2. *cap.* 10. Vniverſum clerum, omnesq; ordines ad duo primaria genera revocari, ad ſacerdotes ſcilicet, & miniſtros, quorum priores ſacerdotes nempe, ſubdividuntur in maiores, & minores; poſteriores verò, ſcilicet miniſtri, in ſex alias ſpecies; diaconos, ſubdiaconos, accolitos, lectores, exorciſtas, & oſtiarios, quibus noſtri addunt ſpalmiſtas. De omnibus vide *cap. Cleros*, 21. *diſt.* de quo ſupra, quanvis ergo nomen epiſcopi principalibus ſacerdotibus tribui ſoleat, & nomen diaconi principalioni tantum miniſtro, utrumque tamen ſuo modo alijs convenit; nam etiam presbyteri ſuperintendunt populo. Volens igitur Paulus univerſum populum ſalutare, ſeu magis clerum, ne cogeretur ſingulos ordines numerare, generatim id fecit in nomine epiſcopi, comprehendens omnes ſacerdotes; in nomine diaconi, omnes miniſtros. Ad aliam authoritatem Apoſtoli ad Titum reſpondetur, Paulum illis verbis uſum fuiſſe, tanquam generalibus, non verò tanquã diſtinctis ex modò dicta ratione. Denique ad authoritatem Hieronymi relatam in hoc noſtro *cap.* traduntur variæ ſolutiones, ut colliges ab *Henriq.* & ibi citatis, *d. lib.* 10. *cap.* 7. §. 2. & *cap.* 21. §. 2. *Medin. de factor. homin. continent. lib.* 1. *cap.* 1. qui auſus eſt affirmare, Hieronymum cum Aërio conſentire, ſed meritò reprehenditur à *Bellarmin. d. tom.* 1. *controverſ.* 5. *lib.* 1. *cap.* 15. ubi plenſſimè de intellectu huius authoritatis agit. Sed relictis multis ſolutionibus, advertit *Bellarmin.* ibidem Hieronymum, aliosq; patres non negare hanc inter epiſcopos, & presbyteros diſtinctionem, rectè ex Apoſtolorum, & eccleſiæ traditione inſtitutam, ſed ſolùm contendere à Chriſto Domino inductam non eſſe talem diſtinctionem, quoad iuriſdictionem epiſcopi; & presbyteri, qua in re illis temporibus non preſpicua, deceptum fatetur D. Hieronymum, potiusq; univerſalis eccleſiæ decretis adhærendum, quam Hieronymi, atque aliorum Patrum opinionibus; non tamen ignoravit Hieronymus hoc diſcrimen, tanquam legitimè, & neceſſariò ad ſchiſma vitandum ab Apoſtolis introductum, vel etiam dici poteſt. Hieronymum, quanvis nullam conſtituiſſet diſtinctionem inter epiſcopos, & presbyteros intelligendum eſſe loquentem; quoad Sacramentum, quo caſu diximus ſupra epiſcopum à presbytero non diſtingui, & ita intelliges textum noſtrum in præſenti.

Ex ſupradictis colliges primò, epiſcopatum, quoad eccleſiaſticam hierarchiam vere, & propriè ordinem eſſe à ſacerdotali diſtinctum, *Trident. de Sacrament. Ordin. cap.* 4. *ſeſſ.* 23. *& Canon.* 6. *&* 7. & notavi ſupra ad hoc *cap.* verſ. *Sed reiecta*, & ſequentibus, non tamen per ſe eſſe Sacramentum, ita in effectu *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 3. *art.* 2. *quæſtiuncul.* 2. *Thom. Vbaldenſis de ſacramentalibus, tit.* 7. *cap.* 62. *num.* 3. *&* 4. *Ferrar. ad D. Thom. lib.* 4. *contra gentes, cap.* 76. 8

eſt com-

eſt communis opinio uſu eccleſiæ recepta, ex *Sot. in d. diſt. 24. quæſt. 2. art. 3.* & probatur ratione, certum eſt enim Sacramentum Ordinis principaliter ob ſanctiſſimum altaris ſacrificium inſtitutum fuiſſe, potiſſimus namque cuiusque ſacerdotij finis ſemper fuit ſacrificium, iuxta illud *Pauli ad Hebræos 5.* ibi. *Vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis,* & iterum *cap. 8. Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur.* Iuvat ipſa ſacerdotij ethymologia, quæ habetur in dict. *cap. Cleros,* ibi. *Sacerdos autem,* & quæ ibi diximus *21. diſt.* at ordo epiſcopalis nullum importat gradum ab ordinatione ſacerdotali diſtinctum, reſpectu huius ſacrificij; ſimplex namque ſacerdos non minorem, quàm epiſcopus poteſtatem habet in corpus Domini conſecrandum, & offerendum pro vivis, & defunctis; notant omnes in hoc noſtro textu, præter eos *D. Thom. d. lib. 4. contra Gentes, cap. 76.* confirmatur hæc ratio, quia ſi ordo epiſcopalis eſſet per ſe Sacramentum, ſequeretur duo eſſe Sacramenta Ordinis, alterum ſacerdotij, alterum epiſcopatus; conſtat ſiquidem unum tantum Sacramentum Ordinis, ſecundum totam ſuam perfectionem eſſe ſacerdotalem, ut modò notaſti, ergo epiſcopatus, ordo non eſt.

9 Neque obſtabit reſolutis *Medin. lib. 1. de ſacror. homin. continent. cap. 16. Rabanus Maurus lib. 1. de inſtit. clericor. cap. 4.* & alij dicentes, epiſcopatum Sacramentum eſſe, quorum præcipuum fundamentum eſt, quòd is ordo, perinde, ac ſacerdotalis fuit à Chriſto Domino inſtitutus, *cap. In novo, 21. diſt.* ac proinde rem ſacram, putà gradum ſpiritualem deſignans, quæ tamen obiectio tollitur, dicendo gradum illum poteſtatis ſpiritualis non aliter per ordinem epiſcopalem conferri, quam quatenus ſub ſacerdotali charactere ſuſcepto continetur; patet ſi expendas ſacerdotalem characterem ſupremum poteſtatis ſpiritualis gradum importare, nempè poteſtatem conſecrandi ſanctiſſimam Euchariſtiam. *Trident. d. ſeſſ. 23. de Sacrament. Ordin. cap. 2. &* 2. atq; proinde ſub ſe ſaltem virtualiter cæteros gradus poteſtatis eccleſiæ; velut inferiores continere; *regul. I. Iudicium ſolvitur, ff. de iudic.* iuvat dictum *cap. In novo,* ibi. *Sacerdotalis, 21. diſt. cap. Duo ſunt, 96. diſt.* Proinde cum gradus poteſtatis per ordinem epiſcopalem collatus in ſacerdotali charactere iam ſuſcepto ſaltem virtualiter contineatur; obidq; per talem ordinem nullus novus character imprimatur, recte fit, ut deficiente ratione Sacramenti Ordinis (quę in imprimendo charactere conſiſtit) deficiat etiam, & ipſe ordo, uti eſt communis omnium Theologorum, ex *Ledeſm. ſecunda quartæ quæſt. 37. art. 1. &* 2. ubi dicit, hoc de fide eſſe. *Sot. in 4. diſt. 1. quæſt. 4. art. 5.* apud nos eſt *Gloſſa 1. in cap. 2. de Apoſtat.* ordo ipſe epiſcopalis Sacramentum minimè cenſetur; ita in effectu reſpondit *D. Thom. in 4. diſt. 24. quæſt. 3. art. 2.* verſ. *Sed contra quia.* Explicat *Sot.* ibidem, *diſt. diſt. 24. quæſt. 2. art. 3. col. penult.* Sic ſane character ſacerdotalis circa nonnulla miniſteria ante ordinem epiſcopalem divina inſtitutione ligatus, per eundem ordinem ſolvitur. Vide *Sot.* ubi proximè. Quapropter ſequitur ordinem epiſcopalem inutiliter ante ſacerdotalem conferri *D. Thom. Ledeſm.* ubi proximè. *Sot. lib. 10. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 2. Gloſſa penult. in cap. Vnico, de clerico per ſaltum promoto. Ledeſm. ſecunda quarti, quæſt. 42 art. 5.* verſ. *Sed contra eſt. Abb. in cap. Ex litteris, num. 4. de exceſſibus prælatorum. Cardinal. Sancti Xiſti in cap. Solicitudo, num. 4. diſt. 52.* quidquid Gloſſa ultima ibi recepta contrarium dicat, communis ex *Abb. in d. cap. Vnico. Covarr. lib. 1. variar. cap. 10. num. 16.* alios citante incaute loquentes contra textum in dict. *cap Vnico, de clerico per ſaltum promoto.* & contra illud *D. Ambroſ. in epiſt. 4. Paul. ad Epheſ.* ibi. *In epiſcopo omnes ordines ſunt, igitur primò ſacerdos eſt,* & contra illud *Auguſtin. in quæſtionibus veter. & novi teſtament. cap. 101. Quid eſt enim epiſcopus, niſi primus presbyter.* Similia ſanctorum teſtimonia in propoſito colliguntur ex *Vivald. de Sacram. Ordin. num. 10. Covar.* tamen *d. num. 16.* procedit cum diſtinctione, quem vide, & quæ diximus ad *d. Gloſſam ult. in cap. Solicitudo, 52. diſt.* Vide poſita ad *cap. 1. num. 2. diſt. 32.*

10 Tertiò colliges, exceptis iis, quæ epiſcopis diximus reſervata, reliqua omnia ordinis miniſteria ſimplicibus ſacerdotibus, ex Chriſti competere inſtitutione, *cap. 1. § Vna,* verſ. *Et hoc, de ſumma Trinit. Trident. ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. cap. 1.* ibi. *Succeſſoribus in ſacerdotio,* tenatus optimus in *Extravag. Quia quorundam* verſ. *Item quæ claves, de verbor. ſignificat. Ioann. XXII.* & cõprobat *D. Thom. in 3. parte, quæſt. 22. art. 3. Turrecrem. in ſumma de poteſtate Eccleſiæ, lib. 2. cap. 93. num. 4. &* 13. *Petr. Sot. de inſtitutione ſacerdot. de Sacramento Euchariſtiæ, lectione 13. Triumph. quæſt. 4. art. 1. ad primum,* & *art. 6. in corpore. Victor. de clavibus, lib. 14. num. 14.* latè *Sot. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 2. concluſ. 4.*

11 Verùm contra hanc illationem urget maximè id, quod ſupra diximus in principio huius diſcurſus, nempè quòd ſacerdotes in locum ſeptuaginta duorũ diſcipulorũ ſuccedunt, epiſcopi verò in locum Apoſtolorum; conſtat præterea ſolis Apoſtolis, nullibi autem ſeptuaginta duobus diſcipulis poteſtatem aliquam conſecrandi, vel remittendi peccata, à Chriſto Domino conceſſam eſſe, ut conſtat ex *Matth. 18.* & *Ioann. 20.* cum multis alijs, igitur videbatur dicendum ſolis epiſcopis poteſtatem ordinis competere, minimè verò ſimplicibus ſacerdotibus. In hac difficultate ſunt, qui dicant, non ſolum Apoſtolis, ſed etiam prædictis diſcipulis

cipulis Chriſtum Dominum poteſtatem ſacramentalem conceſſiſſe, comprobantque ex authoritate *Actorum cap.* 1. unde nonnulli audent dicere contrarium eſſe hæreticum, & contra ſacram Scripturam, ut refert *Turrecrem. in diſt. ſumm. de poteſt. Eccleſiæ, lib.* 2. *cap.* 59. *art.* 8. cum ſatis ſequentibus. Quæ ſolutio planè difficultatem dirimebat, ſi ſuppoſitum in ea eſſet verum, ſcilicet Apoſtolis, & diſcipulis clavium poteſtatem eſſe datam; ſed falſum eſſe multis oſtendit idem *Turrecremat. eodem lib.* 2. *cap.* 63. *ad* 11. cum ſequentibus; notat *Bellarmin. tom.* 1. *controverſ.* 5. *lib.* 1. *cap.* 14. verſ. *Porrò*, & probatur tùm ex alijs, tùm eo præcipuo fundamento, quia certum eſt in ultima Cœna Chriſtum Dominum conſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, conſtat deinde 72. diſcipulos poſt Reſurrectionem ſacerdotes fuiſſe ab Apoſtolis ordinatos; unde dici poteſt capaces non fuiſſe ante Reſurrectionem eorum, quæ ad ſacerdotium ſpectare noſcuntur, ut eſt conſecrare, peccata remittere, & ſimilia, de quibus noſtra vertitur difficultas, quam ſentiens *Sot. in* 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 2. *concluſ.* 4. aliter reſpondet, quem ibi vide.

Sed melius pro reſolutione adverti debet,
12 Chriſtum Dominum aliqua dixiſſe Apoſtolis; ut ſingularibus perſonis, aliqua ut ſacerdotibus, aliqua ut epiſcopis, ſeu prælatis, aliqua tãdem, quatenus ſingularibus privilegijs eos proſequi volebat. Alloquebatur eos, ut ſimplices chriſtianos *Matth.* 5. cum ſequentibus, ibi. *Ne iraſcamini. & reat.* Ut ſacerdotes alloquitur, *Luc.* 22. in Cœna, ibi. *Hoc facite. & reat.* ut prælatos *Matth.* 18. ibi. *Quodcumq; alligaveritis.* Speciale verò privilegium continetur *Ioann.* 20. ibi. *Sicut me miſit Pater & reat.* Quatenus univerſaliter in univerſum orbem poteſtas data eſt; atq; etiã *Ioann.* 14 *Ogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*; ea, quæ Apoſtolis, ut ſingularibus perſonis chriſtianis dicta ſunt, ad omnes chriſtianos referuntur; ad ſacerdotes, quæ ut ſacerdotibus dicta ſunt; ad epiſcopos quæ dicta ſunt, ut prælatis, privilegia verò ad neminem tranſire potuerunt. Singulas autem claſſes diſtinguemus ex ſingulorum munerum finibus; eſt deinde advertendum ex ſacris litteris conſtare duos gradus Apoſtolorum, ſcilicet *Matth.* 10. *Marc.* 3. *Luc.* 6. & diſcipulorum. *Luc.* 10. à Chriſto Domino diſtinctos fuiſſe, planè inſtitutionem hanc, non tamen ad illud tempus, ſed ad perpetuam eccleſiæ conſervationem factam eſſe ſatis oſtendit perpetuitas à principio eccleſiæ; & ſacrificiorum, quam Chriſtus ipſe promiſit. *Malach. ultim.* ibi. *Vobiſcum ego ſum uſq; ad conſummationem ſæculi*, junctò *Marc. ſupra* 13. ubi *Quod autem vobis dico, omnibus dico.* Quòd verò autem Chriſtus ipſe Apoſtolorum, & diſcipulorum officia ſigillatim non diſtinxerit, eorum tamen inſtitutio eam diſtinctionem ſecuta, in eccleſia ſatis indicavit, & ita Apoſtoli docti magiſterio Chriſti, & deinde eccleſia magiſterio Apoſtolorum nutrita, ſemper retinuit hos duos gradus diſtinctos eſſe, ut ſupra diximus in principio huius diſcurſus; ita ut epiſcopi Apoſtolis ſuccedant in plenitudine poteſtatis ordinariæ. Presbyteri autem, qui à Chriſto in diſcipulis figurati ſunt, ſuccederent Apoſtolis in ſacerdotio, ut expreſſit *Trident. d. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. quod ſanè licèt Chriſtus expreſſè non docuerit, eius tamen fuiſſe inſtitutionem, & Apoſtoli, & eccleſia Spiritu Sancto illuſtrata patefecerunt, ut ex antiquiſſimis Patribus ab ipſis naſcentis eccleſiæ primordijs factum, comprobat *Bellarm. d. tom.* 1. *controverſ.* 5. *lib.* 1. *cap.* 14. verſ. *Quarto*, & ſequentibus; ita ut hoc unum ex illis ſit, de quibus dixit Chriſtus. *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò; cum autem venerit ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Quos diſcurſus colliges, prorerum ex *Can. de locis Theolog. lib.* 6. *cap.* 8 *verſ.* 10. *Bonh. in* 2. 2. *quæſt.* 4. *art.* 10. *dub.* 4. verſ. *Hæc autem, col.* 212. poſteriorem verò ex *Petr. Sot. de inſtit. ſacerdot. de Sacram. Ordin. lectione* 1. verſ. *Ex ipſa ſcriptura*, faciunt quæ *Can. lib.* 12. *cap.* 13. Hoc ſuppoſito facile tollitur argumentum; fatemur enim Chriſtum Dominum 72. diſcipulos non conſtituiſſe, quoad differentiam poteſtatis ordinum, neque expreſſè aliquo loco poteſtatem ordinis eis contuliſſe, ſed tamen eccleſia divino illuſtrata ſpiritu ex inſtitutione, & diſtinctione graduum, quos Chriſtus diſtinxerat optimè collegiſſe oportere epiſcopos Apoſtolis in plenitudine ordinariæ poteſtatis, presbyteros verò eiſdem in ſacerdotio ſuccedere.

Colliges quartò, poteſtatem conſecrandi 13
Sacramentum Euchariſtiæ, adeo ad ſacerdotes ſpectare, ut ritè ordinati, licèt præciſi ab eccleſia, hæreticus, aut excommunicatus validè illud conficiant, ex eo, quia poteſtas conſecrandi ita ad ſacerdotes pertinet, ut poteſtas ipſa à charactere eſſentialiter non diſtinguatur, ſed character ipſe indelebilis eſt, utpotè inhærens animæ, ita ut per nullam omnino poteſtatem ab ea ſeparari valeat; ergo nullo modò poterit ſacerdos deſinere conſecrare, *Gloſſa.* verbo. *initiati, in cap.* 2. *de apoſtat. D. Thom.* 3. *p. quæſt.* 63. *art.* 5. *Sot. in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 5. & *diſt.* 24. *quæſt.* 1. relatur ab *Henriq.* 12. *p. de Sacram. Ordin. lib.* 10. *cap.* 14. *n.* 2. *Vivald. de Sacram. in genere, num.* 10. & *de Sacrament. Ordin. num.* 18. *Trident. ſeſſ.* 23. *de Sacram. Ordin. cap.* 9. & *Can.* 4. *Gloſſa*, verbo, *degradatus, in cap.* 2. *de clerico excommunicato. cap.* 1. & 2. *de ordinatis ab epiſcopo.* Vide latè *Sot. in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. *Caſtr. lib.* 2. *cap.* 22. communis ex *Vivald. in Candelabr. eccleſiæ de Sacram. Ordin. num.* 17. verſ. *Quartò D. Thom. in* 3. *p. quæſt.* 82. *art.* 8. *Cajet.* dicente communem, *lib.* 2. *variet. cap.* 10. *num.* 8. communem eſſam

dicit

dicit *Vivald.* apud Theologos, proximè citato loco, *de Sacram. Euchariſtiæ, nu.* 58. *Cened.* multos citans ad *decretal. Collect.* 65. *nu.* 4. meritò reprehendentes ſententiam *Gloſſæ ultim.* in contrariũ ad *cap.* 2. *de pœn. lib.* 6. *Henriq.* & ab eo relati d. 2. *p. lib.* 8. *cap.* 58. *lit. G.* Reliqua, quæ hîc addereſ, & proſequi velles, vide per ſupra citatos in hoc diſcurſu per totum.

14 In textu, ibi, *Si auctoritas quæritur.* Ex hoc textu argumentantur hæretici, nullam authoritatem habere Romanam eccleſiam; ſiquidem Hieronymus dicit hic maiorem authoritatem habere orbem, quam urbem; advertit *Can. de locis Theologicis, lib.* 6. *cap.* 1. verſ. *Poſtremo.* Sed optimè reſpondet idem, intelligens textum noſtrum *d. lib.* 6. *cap.* 8. verſ. *Ad poſtremum*, ante fin. Faciunt ad hoc, quę notat *Caietan. tom.* 1. *de authorit. Pap. in Apolog. de comparata authoritat. Papæ, 2. p. cap.* 2.

15 In verſ. *Sed dicis ubi presbyteros turba contemptibilis.* Ergo ſacerdotes non modò ob eorum crimina contemptibiles reddũtur, ſed etiam ob eorum multitudinem, ſeu turbam copioſam, ut ex hoc textu notat *Promptuarium iuris, tom.* 1. verbo, *contemptibiles, in Gloſſ. littera D.* 1

16 In Gloſſa, verbo, *Imperatorem.* Agit Gloſſa, an electus in Imperatorem debeat à Romano Pontifice confirmari, & affirmativè docet. *Auguſt. Triumph. de poteſt. Pap. q.* 38. *art.* 11. & poſt *D. Antonin.* quem citat, & ſequitur *Azor in ſum. moral. p.* 2. *lib.* 20. *cap.* 5. in princip. & deinceps, ubi multa de unctione, confirmatione, & conſecratione Imperatoris videre poteris. Neque omittas *Peregrinum de iure Fiſci, lib.* 1. *cap. de iis, qui iura fiſcalia habent, nu.* 5. *Maſtrille de magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 7. & 8. *Caſtald. de Imper. q.* 18. & 26. *Auguſtin. de Ancona, de poteſt. Papæ, q.* 38. *art.* 2. *Valdeſ. de dignit. Regum, Regnorumq; Hiſpaniæ, cap.* 14. *à num.* 2. Cum quibus etiam concludo, poſſe Romanum Pontificem factam Imperatoris electionem improbare, ſi ei non videatur idoneus, aliumq; ex rationabili cauſa eligere. Quod multis exemplis doctiſſimè confirmat *Cardin. Bellarm. controverſ.* 3. *generali, tit. de Romano Pontif. lib.* 5. *cap.* 8. *Suar. de defenſ. fidei, lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 14. ubi caliginoſam hæreticæ pravitatis, imò inſaniæ cæcitatem & effrœnatam Iacobi Regis licentiam injectis argumentorum frœnis ita compeſcit, ut meridiana luce clarius eſſe oſtendat, ſupremam erga Reges, & Imperatores poteſtatem verſari penes Romanum Pontificem.

CAP. Dominus. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum dicta ſanctorum in eccleſia univerſali eandem habeant authoritatem, quam in Repub. civili reſponſa prudentum?*

2 *Intelligitur reſolutio hæc, dũmodo dictum unius ſancti alterius ſancti dicto non ſit contrarium.*

3 *Extollitur maximè ſacerdotũ reverẽtia.*

IN inſcriptione, ibi, *Item Cyprianus.* An dicta ſanctorum in eccleſia univerſali eandem habeant authoritatem; quam in Repub. civili habent reſponſa prudentum? Ad hoc reſpondit *Gloſſa in cap. Nolumus*, verbo. *in iſtis*, ſupra, 9. *diſt.* recipitur à *Felin. in cap. Ne innitaris, nu.* 2. *de conſtitut.* aſſerente dicta ſanctorum hodie probata eſſe p eccleſiam, tanquam habentia authoritatem legis, & ibi multa circa hoc, in ſpecie illam Gloſſam improbat. *Can. de locis Theologic. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 2. & iuvat *textus in cap. Ego ſolis*, 9. *diſt.* Tu reſolve cum cõmuni, quòd deficiente Canone, dicta ſanctorum fidem faciunt, & authoritatem in eccleſia univerſali, tàm ad fidei dogmata, quàm quoad mores, dũmodo ſint dicta ſanctorum, quæ recipiuntur in *cap. ult.* 15. *diſt.* probat efficaciter hanc reſolutionem, *cap. de libellis*, & *cap. ultim.* 20. *diſt.* & quæ ibi diximus; quibus iuribus ſanctorum dicta recipiuntur in vim legum, quando Canonibus non contradicunt. 1

Intellige tamen, & limita hoc procedere, niſi 2
ſi dictum unius ſancti alterius dicto reperiatur contrarium; tunc enim non habebit authoritatem; explicat *Ioann. Andr.* & cõmunis per *Felin. in d. cap. Ne innitaris*, & ſic procedit *cap. Nõ meis*, & *cap. Ego ſolis*, 9. *diſt.* idemque ſentit *Innocent. dict. cap. de libellis*, ibi, *Ad Apoſtolicam Sedem*, & quia de hac materia latiſſimè diximus ſupra, tàm in *Proœm. nu.* 26. *uſq; ad nu.* 30. quàm in iuribus proximè citatis, ideo reliqua, quæ hîc deſiderari poſſunt omittimus.

In textu. Maximè approbat textus iſte 3
reverentiam, & honorem ſacerdotibus debitum, ideoq; iubet illis eſſe ſervandum, ſiquidem Chriſtus Dominus ſemper reverentiam præſtitit non ſolum bonis ſacerdotibus, ſed etiam malis. Circa honorem ſacerdotibus præbendum, vide plenißimè *Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunitat. lib.* 1. *cap.* 10. & ſeqq. per totum, & quæ notaſti ſupra ad *cap. Sacerdotes, hac diſtinct.*

CAP. Præcipimus. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vtram vicarius generalis episcopi sit præferendus Archidiacono?*
2 *Communis opinio in hac quæstione probatur per textum nostrũ, & an benè?*

1 IN textu, ad vers. *Tunc enim.* Adducitur ad illam quæstionem, an scilicet vicarius generalis episcopi sit præferẽdus Archidiaconis, & alijs dignitatibus in sessionibus, & ijs, quæ illi competunt ratione officij sui, nempè vicariatus? Cui quæstioni cõmuniter affirmativè respondetur, de qua vide *Abb. cons.* 21. *num.* 3. *p.* 1. *Azeved. in tract. de Curia Pisan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *&* 19. intelligentem, hoc ipsum procedere etiam quando præsens episcopus sit, *Pavin. de potest. Capituli,* 2. *p.* 9. 10. *nu.* 16. *Boer. in tract. de authorit. magni Concil. nu.* 66. *Rebuff. in praxi, tit. de vicarijs, num.* 7. Contrarium tamen sentit *Cabed. diversor. iurium argumentorum, lib.* 1. *cap.* 1. per totum.

2 Communis opinio licèt vera sit, ex adductis per *Abb.* ubi supra. *Felin. in cap. Cum olim, num.* 1. *de officio, & potest. indic. delegat. Menoch. lib.* 1. *consil.* 51. ad quam probandam adducitur textus noster, ut notant ultra præcitatos *Felin. in rubric. de maioritat. & obedient. nu* 8. & alij, ut per *Gam. decis.* 1. *nu.* 48. tamen refellunt aliqui huiusmodi textus inductionem, qua prædicta opinio probatur, de quibus est *Dec. in cap. Sanè,* 2. *nu.* 2. *de officio delegat. Menoch.* ubi proximè, *cons* 52. *nu.* 60. & *lib.* 3. *cons.* 257. *à nu.* 85. cum sequentibus, qui omnes nituntur evertere opinionem Abbatis, & sequacium, sed eorum fundamenta procedunt, ubi vicarius non tanquam vicarius, nec ratione vicariatus concurrit cum dignitatibus, & canonicis velut in choro, & alijs, in quibus personam, & officium vicarij non agit, nec tãquam vicarius locum habet, pro ut contingit in casibus, super quibus *Menoch.* responsum dedit in *d. cons.* 257. *nu.* 94. in his enim Abbatis sententia admittenda non est; neq; oppositum contra Abbatem voluit *Corne. cons.* 193. relatus à *Menoch. d. nu.* 94. qui solùm dicit in his sessionibus, & præcedentijs attendendam esse consuetudinem, & quasi possessionem; id quod verum videtur, ex traditis per *Menoch. d. cons* 51. *à nu.* 49. & *d. cons.* 257. *à nu.* 36. quanvis *Abb. in d. cons.* 21. *nu.* 3. & alij multi, ut per *Azeved. tract. de Curia Pisan. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 5. *&* 19. reprobent cõsuetudinem, secùndum quam dignitates, & canonici in sedendo, & procedendo vicario anteponuntur.

DISTINCTIO. XCIV.

CAP. Valde. I.

SVMMARIVM.

1 *An sit aliqua differentia inter decessorem, & antecessorem?*
2 *Delegatus Summi Pontificis honorandus est, tãquam gerens vicem Pontificis.*
3 *Qui Authores agunt, utrum Sicilia sit de patrimonio Papæ?*
4 *Delegatus ab inferiore non potest subdelegare.*
5 *Iudex potest recusari, ut suspectus, quãvis sit legatus Summi Pontificis.*

IN textu, ibi, *Prædecessorum nostrorum.* An detur aliqua differentia inter decessorem, & antecessorem? vide *Archidiac. ad hoc cap. à nu.* 1. *Turrecrem. Præpos.* & reliquos ordinarios ibidem. 1

In textu, ibi, *Nostra per eum, cui præcipimus representetur authoritas.* Ergo delegatus Summi Pontificis, vel alterius Principis honorandus est, tanquam gerens vices Pontificis, vel Principis, non verò tanquam Pontifex, vel Princeps ipse; observat *Dec. in cap. Sanè,* 2. *num.* 2. *de officio & potest. indic. delegat.* ubi alij notant, & in *l. Solet, ff. de iurisdictione,* facit textus in *l. Sed si hæc. §. ult. ff. de in ius vocando,* omnes, quos proximè citatis ad *cap. ult. dist.* 93. *Cabed. diversor. iurium argumentorum, lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 6. *Felin. in cap. Accedentes, de præscript. num.* 7. 2

In textu, ibi, *Sicilia.* Occurrit hoc loco prælibãda illa quæstio, utrum Siciliæ regnum, sit de patrimonio ecclesiæ? Quam quæstionem priusquam attingam, liceat præfari cum humaniorum litterarum professoribus. In primis igitur *Sicilia,* nomen est ex Græco fonte deductum, & idem significat quod, *scissio, rupio, divisio, separatio.* Ex probatissimis enim auctoribus fidel traditur, Siciliam olim agro Brutio adhæsisse, postea verò mari interfuso divisam fuisse; & veluti resectam, vel scissam, ideoq; dictam *Siciliam,* pulcherrimam Tyrrheni maris insulam. Eleganter *Virgil. lib.* 3. *Æneidos,* rem describit. 3

Hæc loca

Hæc loca vi quondam, & vaſta convulſa ruina
Diſſiluiſſe ferunt; cum protinus utraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit: arua, & urbes
Littore deductas, anguſto interluit æſtu.

Neque minori elegantia comptiſſimus, & argutiſſimus *Claudianus lib. 1. de raptu Proſerpinæ*, hanc indicat Siciliæ ab Italia conuulſionem, & diviſionem.

——— *Trinacria quondam.*
Italia pars una fuit; ſed pontus, & æſtus
Mutavêre ſitum: rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſos interluit æquore montes.

Vide poſt *Benedictum Bordonium, Leandrum Albertum, Franciſcum Maurolicum, Thomam Fazellum Siculum; Abrahamum Ortelium in theatro orbis, carta 76.* Sed iam ad Siciliæ regnum veniamus, & qua temporum, atq; annorum ſeriè intercurrente, ad Summi Pontificis, deinde ad Philippi Hiſpaniarum Regis ditionem, poteſtatemq; devênit. In primis, auctore *Garcia Maſtrillo de magiſtratib. in prælud. num. 48.* refertur ex Cicerone, regnum Siciliæ Gotthis primùm, deinde à Saracenis fuiſſe occupatum; tandem Rogerio, & Normandijs Regibus cecidiſſe; poſtea in Suevorum potentiam, ac manus abijſſe; à Suevisq; ad Aragonios Reges, & ab his ad Hiſpaniarum Regis Imperium tranſijſſe. Quia tamen nihil de Romano Pontifice auctor ille inſinuavit, res ab altiori cardine, & faſtigio eſt repetenda. Quo igitur anno Henricus Imperator, anathematis vinculo impeditus à vivis diſceſſit, eius in ſcrinio repertum fuit teſtamẽtum; cuius verba refert *Franciſcus Longus in ſuo Breviario chronologico, anno* 1197. in hunc modum. *Imperatrix conſors noſtra, & filius noſter Fredericus Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia iura, quæ à Regibus Siciliæ conſueverunt habere; & Domino Papæ ſecuritatem faciant, ſicut Reges Siciliæ Sũmo Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ facere conſueverunt. Si verò prædicta conſors noſtra præmoriatur, filius noſter ſecundum ordinationem noſtram remaneat, & ſi filius noſter ſine hærede diſceſſerit, regnum Siciliæ ad Romanam ſedem deveniat.* Idem verò auctor *anno* 1307. doctè probat Siciliæ regnũ non quidem hæreditaria poſſeſſione, ſed mera Sũmi Pontificis indulgentia, & conceſſione in poſteros fuiſſe devolutum. Ideoque Robertus Rex Siciliæ ſingulis annis, feſto Principis Apoſtolorum die, octo unciarum auri millia, feudi titulo Romano Pontifici numerabat. Quia tamen periculoſa plenum opus alea videor tractare, lectores remitto ad *Turrecrem.* ad hunc textum *nu. 2. Afflict. in prælud. conſtitutionum, q. 2. num. 4.* & eſt textus in *cap. Ad Apoſtolicæ, §. Præter, de ſententia & re indic. in 6.* Videantur etiam doctores Theologi agentes de vigeſima cenſura Bullæ Cœnæ, ex quibus colliges, utrum Siciliæ regnum ſit de patrimonio Romanæ Eccleſiæ.

In Gloſſa, verbo, *Authoritas*, 4
verſ. *Quando tamen.* Colligitur ex Gloſſa delegatum ab inferiore, ideſt ab eo, qui inter ſuos principes ſupremus non eſt, caulam ſibi commiſſam alijs delegare non poſſe; notat *Gloſſa*, verbo, *delegare, in cap. Super quæſtionum, §. Si verò, de officio, & poteſt. iudic. delegat.* tradunt omnes ibidem, & probatur ex *cap. Cum cauſam, 62.* ibi. *Nonniſi delegatus de appellationibus;* textus per argumẽtum ab ſpeciali in *cap. Paſtoralis*, in princip. ibi. *Delegato à Principe, cap. Si pro debilitate.* ibi, *A Sede Apoſtolica, de officio, & poteſtat. iudic. delegat.* Ꝑ quæ iura hanc regulam conſtituunt *Felin. in dict. cap. Super quæſtion. num. 4. Laſ. in l. à iudice, num. 3. C. de iudic.* per textum ibi. *Dec. à num. 3. Curt. 4.* & multi in *l. More, ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Bernard. reg. 174.* & paſſim alij ad hæc iura, qui omnes aſſignant rationem diſcriminis inter delegatum inferioris, & ordinarium, qui ſubdelegare poteſt, non verò inferioris delegatus.

In Gloſſa, verbo, *Dubitare*, in 5
fine, verſ. *Iudex.* Ait Gloſſa, poſſe iudicem recuſari, ut ſuſpectum, quanvis ſit legatus Papæ, probat textus *in cap. Licet, de officio, & poteſtate iudicis delegati.* ubi *Abb.* in principio. *Felin.* latè proſequentes textum illum.

CAP. Si quis. II.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Papæ non debet contemni.*
2 *Poteſt delegatus iuriſdictionem ſuam exercère in eos, qui illam impedire voluerint, licèt de eis nulla in reſcripto mentio habeatur.*
3 *Non obſtat dubium quoddam adverſus hanc reſolutionem.*
4 *Delegatus etiam de iure communi poteſt impedientes coercere.*
5 *Poteſt delegatus non ſolum privatos, ſed etiam magiſtratus coercere.*
6 *Poteſt delegatus impedientes coercere, non tantum in foro eccleſiaſtico, verum etiam in ſæculari.*
7 *Quanvis delegatus non ſit Summi Pontificis, poteſt huiuſmodi iuriſdictionem in impedientes exercere.*

8 *Collega delegati non poterit à ſuo contra delegato coerceri, licèt impediat iuriſdictionem.*

9 *An requiratur publicum impedimentum ad hoc, ut impediens coerceatur?*

10 *Particula*, manifeſtè, *quomodo intelligatur quoad propoſitum.*

11 *Vtrùm delegatus poſſit coercere impedientes maiori excommunicatione, an minori tantùm?*

12 *Proponitur dubium contra reſoluta.*

13 *Solvitur, ſed tamen non plenariè.*

14 *Advertitur primò nullam eſſe præſcriptam certam pœnam; quæ poſſit delegatus impedientem coercere.*

15 *Advertitur ſecundo delegatum poſſe per cenſuras impedientes coercere, & reſpondetur prima difficultati.*

16 *Reſpondetur ſecundo argumento.*

17 *Poteſt delegatus ex vi ſuæ cõmiſſionis per cenſuras impedientes coercere.*

18 *Mulctis, & pœnis pecuniarijs poteſt delegatus impedientes cõercere.*

19 *An poſſit delegatus per privationem beneficiorum procedere contra inobedientes?*

20 *Si delegatus per cenſuras, & per alias pœnas non potuerit continere inobedientes, poterit auxilium brachij ſæcularis convocare.*

21 *Impediens legatum debet etiam affici iactura cauſæ.*

22 *Vtrùm non tantum agentes, verum etiã conſentientes cum impedientibus iuriſdictionem delegati, poſſint puniri, & quibus modis poſſit quis cõſentire?*

1 IN textu. Legatus Papæ non eſt contemnendus, quia in legato contẽnitur authoritas mittentis, ex illo *Luc. cap.* 10. ibi. *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, deinde quia utilitas p.o qua mittitur, ſubripitur, notat *Turrecremat. hic num.* 1.

2 In textu, ibi, *Arceatur*. Igitur delegatus poteſt exercere iuriſdictionem ſuam in tertios eandem impedientes, de quibus in reſcripto nulla mentio habetur eos ſcilicet excõmunicando, ut notat optimè *textus in cap.* 1. *de officio, & poteſt. iudicis delegat.* cuius deciſio maximè quadrat textui noſtro, *Gloſſa ult.* & omnes in *cap. Sanè*, 2. *Gloſſa*, verbo, *puniat*, *in cap. Paſtoralis*, 28. §. *ult. eodem tit. Abb. num.* 1. & alij, poſt *Innocent. in cap. dilectus, Zanchin. de hæretic. cap.* 31. *num.* 1. & ſequentibus, & ibi *Campeſ.* poſt multos, quos citat *Reperior. Inquiſitor.* verbo, *impediens*, poſt principium. *Lucern. Inquiſitor. eodem verbo*, §. 4. *Menoch. caſu* 438 *à num.* 3. conſonat dictum *cap. Sanè. cap. Tam litteris*, 33. ibi. *Excommunicantes ſolemniter, de teſtibus, cap. Vt officij compeſcendi, de hæreticis, in* 6. & colligitur ex generali regula *l.* 1. in principio, *ff. ſi quis iurisdictioni*, & *l.* 1. *ff. ne quis eum*, &c.

Nec obſtabit, quòd delegati iuriſdictio cum ſit odioſa, debeat reſtringi; ex *Gloſſa*, verbo, *proceſſus*, ad finem, *in cap.* 1. *de reſcriptis, lib.* 6. communiter recepta cum ſimilibus, quas adducit *Gem.* ibi, *num.* 66. *Marant. de ordine iudiciorum*, 4. *p. diſt.* 5. *num.* 29. nec non poteſt extendi, vel prorogari ad eas perſonas, quæ in reſcripto non continentur, iuxta regulam *cap. P.* & *G.* 4. *de officio, & poteſt. iudic. delegati*, ac ſubinde ad huiuſmodi impedientes non contentos in reſcripto extendi nequit. Reſpondetur enim, regulam dicti *cap. P.* ſolùm agere de prorogatione hominis, & ſic privati, per quem delegata iuriſdictio non extenditur; hîc verò agitur de prorogatione legis, quæ ad impedientes extendit iuriſdictionem delegatam ad iuſtitiam conquerentibus exhibendam, ut intendunt *Dec. num.* 5. *Berous* 28. in fin. & 37. in fine, cum ſequentibus, & alij, ad dict. *cap.* 1. *de officio delegat.* Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, tùm quia nullibi reperitur hæc prorogatio facta per legem, & textus hic, & ſimiles ſecundum iuris regulas conſultationi reſpondent; tùm etiam quia *l.* 2. & dictum *cap. Præterea, de officio delegat.* cum alijs, in quibus fundatur deciſio *textus in cap.* 1. *eodem tit.* cui maximè adæquatur textus noſter; non procedunt ex vi prorogationis, per quam delegati iuriſdictio extenditur poſt commiſſionem ad id, quod commiſſum non fuit, ſed magis ex vi commiſſionis, quia ſtatim à principio in ipſa commiſſione cauſæ recepit delegatus iuriſdictionem ſuper omnibus ad cauſam neceſſarijs, quæ committuntur: & licèt ex reſcripto expreſſa non ſit, ut ſatis probat *l.* 2. *ff. de iuriſdictione omnium iudicum*, ibi. *Ea quoque conceſſa, d. cap. Præterea*, ibi, *Ex eo*, & ibi *Recepit poteſtatem, l. Ad legatum*, 62. ibi. *Quaſi, & hoc ei mandatum non eſſet, &c.* *ff. de procuratoribus*; ac ſubinde licèt delegatus Pontificis poteſtatem ſubdelegandi recipiat à lege, & non à delegante, ex *cap. Paſtoralis, de officio delegati*, in principio, ibi. *A lege*, tamen huiuſmodi poteſtatem coercendi impedientes non à lege, ſed ab ipſo delegante, & ſic ex vi commiſſionis recepit. Vnde ex mente aliorum, & *Bero. diſt. num.* 28. in principio, dici poteſt in propoſito non offendi regulam dict. *cap. P.* & *G.* nec delegati iuriſdictionem extendi ultra perſonas in 3

reſcripto

reſcripto contentas, quia licèt huiuſmodi impedientes in verbis, & cortice reſcripti non contineantur, nihilominus tamen ex mente delegantis, & ſecúndum iuris cenſuram in reſcripto continentur, & ſub eodem comprehenduntur; hæc autem mens, & cenſura colligitur, tùm quia delegans, qui vult conſequens, & finem (ſcilicet cauſam decidi, & iuſtitiam exhiberi) vult etiam antecedens, & media ad illud neceſſaria, ac proinde etiam hæc cõmittit ex *l. Ad rem 56. ff. de procurat. & l. Ad legatum, & cap. Præterea*, cum ſimilibus, tum etiam quia aliàs maxima ex parte elideretur reſcriptum, & cõmiſſio principalis cauſæ; & eo pertinet ratio, & ſimilitudo, quam Pontifex ibi adducit in d. *cap. 1. de officio delegat.* ex teſtimonio ſcripturæ, quaſi ſit ſenſus, quòd ſicut per illud exæquantur agentes, & conſentientes, & in utriſque eadem eſt ratio, & idem iudicium, ſic quoad iuriſdictionem delegati eadem ratio, & iudicium eſſe debet de his, qui ad cauſam trahuntur, & de alijs impedientibus delegati iuriſdictionem, & ita quòd quemadmodũ delegatus poteſt ex vi reſcripti coercere illos, qui ad cauſam trahuntur, ſi iuriſdictionem, & iuſtitiam impediant, ſic etiam ex eadẽ vi reſcripti poteſt punire quoſcumq; alios impedientes, in eos, quos eandem, quam in illos iuriſdictionem recipit delegatus, idq; ſignificat textus ibi, *Tàm eos*, & cœt. iuncto verbo, *poteris*, ex quo aperte colligitur, quòd ſicut litigantes, ita etiam alios impedientes poteſt delegatus coercere, quapropter utroſque per eandem poteſtatem delegatam, ut ſic verbum, *poteris, in d. cap. 1.* & verbum, *arceatur*, ad utroſque relatum, utroſque pariformiter determinet ex *reg. l. Iam hoc iure, ff. vulgari.*

4 Amplia primò, ſuperpoſitam reſolutionem, quatenus habet, quòd delegatus poſſit exercere iuriſdictionem in impedientes illam, ut ꝓcedat etiam attento iure cõmuni, & ex vi cõmiſſionis, per quam cauſa delegatur, ac proinde non erit neceſſaria clauſula, contradictores eccleſiæ cenſura compeſcendo, de qua in *cap. Pro illorum*, in princip. *de prabend.* & in *cap Vt officij, d.* verbo, *compeſcendi, de haret. lib. 6.* idem in ſpecie obſervant *Abb. in cap. Querenti, num. 4. de verbor. ſignificat. Dec. nu. 5. Felin.* & alij, in d. *cap. 1. de officio delegat. Bero. in cap. Significaſti, num. 26.* cum ſequentib. *eodem tit. Navarr. in cap. Cum contingat. de reſcript. 2. remedio*, poſt princip.

5 Amplia ſecundò, poſſe delegatum coercere tàm privatos, quàm magiſtratus iuriſdictionẽ, & imperium obtinentes, de quibus agit *textus in d. cap. 1. de officio delegat.* in verbo, *poteſtatibus*, ſecundum *Abb. Dec.* in princip. *Ber. num. 17.* & alios, ſiquidem utroſque impedientes delegati iuriſdictionem complectitur textus, ibi, *principales, & eorum fautores*; ſimiliter textus noſter generaliter loquens omnes impedientes comprehendiſſe videtur; & ratio ſupra ſcripta in principio in utriſque locum habet, ſic planè licet in principio *textus, in d. cap. 1. de officio, & poteſt. iudicis delegati.* Epiſcopus interrogarit de poteſtatibus, in quibus caſus accidit, reſponſio tamen Pontificis, ſicut, & ratio qua initur, generalis eſt, tàm quoad poteſtates, quàm quoàd alios quoſcumq;, & ita refellitur conſideratio *Siculi in d. cap. 1. num. 52. in fin.*

Amplia tertiò, poſſe huiuſmodi delegatum coercere impedientes; non tantùm in foro eccleſiaſtico, verum etiam in ſæculari, ex *textu in d. cap. 1.* & ratione *Alexand. num. 14.* ibidem *Laſ. in l. 1. in princip. num. 20. ff. ſi quis ius dicenti*, & per hunc textum notat *Cardinal. in Clement. 2. de hæretic.* quem ſequitur *Dec. in eodem cap. 1. num. 15.* in principio. 6

Amplia quartò, non tantùm procedere reſolutionem in delegato Summi Pontificis, verum etiam in delegato epiſcopi, & alterius cuiuscumq; inferioris iuxta *Dec.* ubi ſupra, *nu. 14. Bero.* ibidem, *num. 7. & 9. Menoch. de arbitrar. d. caſu 438. num. 4.* pro quibus ultra *cap. Ex litteris, de officio delegat.* ubi *Gloſa*, verbo, *ſubdelegatus*, quam notat *Suar. de cenſur. 1. p. art. 4. num. 8.* de qua in principio, quæ quidem viget etiam in delegato inferioris, iuvat *d. l. 1.* ibi. *Omnibus, ff. ſi quis ius dicenti.* In eo tamen eſt differentia, quòd delegatus inferioris tantummodo coercet ſubditos iuriſdictione, & in territorio delegantis, non verò extra, ex *reg. l. ult. ff. de iuriſdictione, cap. 2. de conſtitut. in 6.* Cum tamen delegatus Summi Pontificis poſſit coercere quoſcũque abſque ulla reſtrictione territorij, eoquòd Pontifex delegans abſq; eiuſmodi reſtrictione, ubicũque iuriſdictionem exercet, *cap. Cuncta, 9. quæſt. 3.* obſervant *Dec. ad d. cap. 1. de officio delegat. num. 14.* licèt idem, & *Rimiald. in d. l. 1.* quos ſequitur *Menoch. d. caſu 438. num. 4.* exiſtiment delegatum inferioris etiam non ſubditos iuriſdictioni delegantis coercere poſſe, quãdo poteſtas hæc non à delegante, ſed à lege cõceditur, quæ tamen ratio nec vera eſt, ut ſupra reſolviſti, nec, ſi foret, evinceret, quia poteſtas epiſcopi ordinarij licèt à lege deferatur, nihilominus tamen reſtringitur ad ſubditos intra territorium, & diœceſim, *cap. 1. de officio ordinarij, cap. Cum epiſcopus, eodem tit. in 6.* Dic ergo delegatũ epiſcopi, vel alterius inferioris poſſe alienæ iuriſdictionis, & territorij ſubditos hactenus coercere, quatenus idem epiſcopus, vel alius inferior delegans, ratione delicti eoſdem coercere potuiſſet, iuxta regulam *cap. Poſtulaſti, & cap. ultim. de foro competent.* & ita procedit ſententia Decij, & aliorum. Nec contrarium dicunt Innocent. & alij communem ſequentes, quippequi agunt de ſubditis alienæ iuriſdictionis, quos epiſcopus, vel alius inferior delegans ex vi ſuæ poteſtatis coercere 7

non poterat. Sic etiam delegatus Summi Pontificis huiuſmodi impedientes coercet, cuiuscumq; territorij ſunt intra orbem chriſtianũ, quia in eos omnes delegans ſuam exercet iuriſdictionem, & ita id, quod dicitur in delegante, procedit in delegato, & quæ ratio illum, eadem hunc movere debet, *cap. Super litteris,* in fin. *de reſcriptis.*

8 Limita tamen reſolutionem non procedere in collega delegati, qui etſi iuriſdictionem impediat, non poteſt ab altero contra delegatos coercere; vide *Bart. in l. Vnica* §. 1. in fine, ubi *Iaſ. ff ſi quis ius dicenti, Dec. in d. cap. 1. de officio delegati, num* 14 verſ. *Retenta. Felin. ibidem, num.* 14. in fin. *Bero. à num.* 109. *Menoch. de arbitrar caſu* 438. *num* 13. *& conſ* 298. *num.* 15 *lib.* 3. *ex regula, cap. Innotuit,* 20. ibi. *Cum non habeat imperium par in parem de electione, l. Qui duos,* 47. *ff. de procuratoribus,* iuvat textus in *cap. Prudentiam,* 21. §. *Adijcimus.* iuncta *Gloſſa,* verbo, *arguendus, de offic. & poteſt. iudicis delegati.* Si tamen delegatus detur cum clauſula, *quòd ſi non omnes,* vel *quòd ſi ambo,* aut ſimiliter non procedit cõmunis, & poteſt unus alterum impedientem, tanquam inferiorem, & privatum coercere; ſecundùm *Ioann. Andr. nu.*2 *Dominic. nu.*7. & alios in *cap Si contra unum, de officio delegati, lib.*6. communis, ut per *Dec. Felin.* & *Menoch.* ubi ſupra. *Bero. in d cap* 1. *de officio delegati, à num.*111. cum quo explica, & proſequere.

9 Vtrum autem ſit neceſſarium publicum impedimentum, an privatum, ad hoc ut delegatus poſſit in propoſito coercere impedientes, quæſtio eſt? ad quam vide *Innocent. Anchar. Imol. à num* 1. & ſeqq. *Felin. in d. cap.* 1. *de officio delegati, num* 17 uſq; *Septima. Gloſſa.* 1. verbo, *Sed dic, quod bene. in cap* 1. *de officio. & poteſt. iudicis delegat. lib.* 6. quos Doctores, *Iaſon. in l.* 2. *num.* 6. *ff. ſi quis in ius vocatus,* qui omnes communiter reſolvũt, non eſſe neceſſarium publicum, ſeu notorium impedimentum ad hoc, ut delegatus poſſit exercere iuriſdictionem in impedientes illam, licet contrarium colligant *Specul. ex textu in dict. cap.* 1. *de officio, & poteſt iudic. delegati,* ibi, *manifeſtè,* & alij relati per *Felin* ubi proximè adducentes *Gloſſam* 4. *in cap. Accuſatus.* §. *Sanè. de hæreticis. in* 6. quam commendat *Sicul. in d. cap.* 1. *num.* 52. & probant alij, ut per *Simanc. de catholic. tit.* 30. *num.* 20. quæ Gloſſa cõmuniter reijcitur ex *Simancha. num.* 21. nec refragatur textus in dicto *capit.* 1. ibi *manifeſtè.* Nam particula illa non reſpicit, nec calificat verbum, *impedire,* quaſi requiratur manifeſtum impedimentum, quinimò reſpicit verbum, *Cognoveris,* cui adijcitur, & calificat cognitionem iudicis, quod patet, quia non dixit Pontifex. *Si cognoveris eos iuſtitiam manifeſtè impedire,* ſed *ſi manifeſtè cognoveris eos iuſtitiam impedire;* deinde etiam reſpectu cognitionis, ſeu probationis non requiritur ad effectum huius textus notoria impedimenti probatio, vel quòd iudex notoriè cognoſcat iuſtitiam impedire, ſed requiritur, & ſufficit, ſi id cognoſcat p probationem, & modos alios legitimos, ut conſtat tùm ex ratione, in qua fundatur is textus, tùm ex verbo, *Cognoveris,* quòd ſupponit, & exigit cognitionem, & indaginem faciendam per probationes, & modos iure probatos, cum alias in notorijs eiuſmodi cognitio, vel indago iudicialis, locũ non habeant, iuxta *cap. Manifeſta,* 2. *q* 1. *cap. Ad noſtram,* 21. *de iureiurand.* Tandem probatur, quia ſi notorium requireretur impedimentum, vix textus ille, nempe *cap.* 1. *de offic. delegat.* & noſter in præſenti locũ haberet, & fere nunquam delegatus impedientes, de quibus agit textus in dict. *cap.* 1. in princip. coercere poſſet, ſiquidem minæ, & terrores, quibus conquerentes ſilere compellebantur; non in publico, ſed in occulto plerumque inferri ſolent; nec in contrarium facit conſideratio *Sicul* ad idem *cap.* 1. *num.* 52.

Dicendum eſt igitur, retenta cõmuni particulam, *manifeſtè,* de qua in citato *cap.* 1. non intelligi ideſt, *publicè,* & *notoriè,* prout aliàs accipitur, *manifeſtum,* in dict. *cap. Manifeſta,* & in *cap. Inter cæteras, de reiudicatà,* ſed iuxta materiam ſubiectam, & mentem Pontificis, accipitur hic *manifeſtum,* pro eo, quod non eſt occultum, ſed conſtat iudici p modos legitimos. prout in *cap.* 1. ibi. *Manifeſtè apparent, de in integrum reſtitutione.* Accedit, quia etiam ea, de quibus conſtat per coniecturas, & probationes, dicuntur in iure manifeſta, & evidentia *cap.* 1. *de clericis non reſidentibus, l Lucè,* in princip. *ff. delegat.* 1. vide *Tiraq. de iure marit. Gloſſa* 7. *num* 164. *Menoch. remedio recuperanda* 15. *num.* 400. *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 39. Et ita in ſpecie huius textus, poterit delegatus per huiuſmodi coniecturas, & præſumptiones legitimas, & iure probatas cognoſcere, & impedientes coercere, ſecũndum *Innocent.* cui in his terminis non adverſantur ea, quæ poſt *Abb.* tradit *Dec. in hoc cap.* 1. *num. ult.* 10

Quæres ulteriùs. Vtrum delegatus poſſit coercere impedientes per excõmunicationem maiorem, an ſolum per minorem? Reſpondetur per maiorem, & probat *textus in d. cap.* 1. *de officio delegati,* ibi. *Diſtrictionem eccleſiaſticam,* ideſt *cenſuram,* ut habetur in originali, 2. *item. conſilior.* inter decreta *Alexand.* 3. *tit. de poteſt iudicum, cap.* 2. *pag.*857. ſub qua etiam maior excommunicatio comprehenditur; notant omnes in eodem *cap.* 1. *Felin. num.* 16. *Dec. num.*15. *&* 16. *Gloſſa,* verbo, *puniat,* ubi Doctores in *cap. Paſtoralis.* §. *ult. de officio delegat.* communis ex *Covar. in cap. Alma,* 1. p. §. 11. *num.*1. optimè textus in *cap. Præterea,* & *cap. Sanè,* 2. *eodem tit. de officio delegat. cap. Tàm litteris,* 33. ibi. *Excommunicantes ſolemniter, &c.* 11

de teſtibus,

de teſtibus. Tridentin. ſeſſ.25. de regularibus capit. 5. in fine, ibi *impedientes, vel inobedientes per cenſuras.*

12 Sed obſtat, quòd excommunicatio maior eſt pœna maxima, *cap. corripiantur,* ibi. *Nulla maior 24. quæſt.* 3. & per illam excommunicatus dicitur mori, *cap. per venerabilem,* ibi, *mori præcipitur, qui filij ſint legitimi capit.* 2. ibi, *Morte moriatur de maiorit,* ac ſubinde pertinet ad merum imperiũ ex *Innocen. in cap. tranſmiſſam* in fine *de electione,* recepto ibi, & alibi: per *Navarr. in cap. cum contingat ſecunda cauſa nulli. num. 26. de reſcriptis.* Igitur eiuſmodi merum imperium, & ſic poteſtas excommunicandi maiori, non tranſit in delegatum, mandata ſimpliciter iuriſdictione, & in eius conſequentiam, ex *l. ult. ff. de officio eius,* ibi, *Imperium quod non eſt merum.* Accedit, quia excommunicatus maiori æquiparatur relegato, deportato, & ei, cui igni, & aqua interdicitur. Gloſſa ultima poſt principium *in cap. paſtoralis* 53. §. *verum de appellat. Gloſſa* 1. *in* §. *minor inſtit. de capitis diminutione,* & vide multos per *Menoch. caſu* 438. *num.* 32. *Cald. de nominat. quæſt.* 5. *num.* 47. at delegatus in conſequentiam cõmiſſæ iuriſdictionis, & ad illam tuendam non poteſt impedientes pœnâ relegationis, deportationis, ſeu per aquæ, & ignis interdictionem, (quę ſunt pœnæ corporales) coercere, qua iuxta *d. l ult. & cap. ex litteris* 29. *de officio iudicis delegat.* modicam tantùm habet coertionem, quæ verbalem, vel pecuniariam importat, pro ut obſervant poſt *Bald. Felin. in d. cap. ex litteris* 29. *de officio delegati num.* 16, *Menoch.* ubi ſupra *num.* 28. expendentes *l. nulli* 10. *Cod. de ſententijs, & interlocut.* Obſtat item *cap. quiſquis* 2. *quæſtion.* 6. ubi inobedientes delegato non excommunicantur per ipſum, ſed per epiſcopum, ad quem neceſſariò per excommunicationẽ recurritur, ut patet ibi *Epiſcopus det litteras, &c.* & tandẽ urget *Trident. d ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. ubi prohibetur iudicibus eccleſiaſticis, ne contra inobedientes à cenſuris incipiant, ſed per alias pœnas, & iuris remedia procedant, ubi tandem hæc non profuerint, cenſuris utantur; notat *Navarr. in Manual. cap.* 27 *num.* 10. & tamen textus hic, & dictum *cap.* 1. *de officio delegat.* ſupra citatum contra inobedientes, vel impedientes à cenſuris exordiuntur. Ergo, &c.

13 Nec huiuſmodi difficultates evitantur, ſi dicas diſtrictionem eccleſiaſticam latiùs patere, & ultra cenſuras comprehẽdere etiam pœnas alias, quibus eccleſia uti ſolet, cuiuſmodi eſt ſuſpentio, perpetua depoſitio, privatio beneficij, cum ſimilibus, pro ut notant *Abb. in d. cap.* 1. & alibi ex *Dec. ibidem d num.* 14. *Menoch. de arbitrar. d. caſu* 438. *num* 20. Refellitur enim tũ quia proprius, & per anthonomaſiam, diſtrictio, vel ſeveritas eccleſiaſtica intelligitur per cenſurã, hoc eſt excommunicationem, per quam eccleſia frequentiùs, & principaliùs punit, & ut ſupra notaſti ad principium huius quæſtionis in original. textus in *d. cap.* 1. ubi loco verbi, *diſtrictione,* legitur *cenſura,* tum etiam, quia in ſpecie propoſita, de cenſura, & excommunicatione, agunt textus in noſtro *cap. in præſenti, & d. cap. præterea, cap. ſanè, & cap.* 1ã *litteris de officio delegati.* & denique, quia licet dicamus per eccleſiaſticam diſtrictionẽ, hîc intelligi etiam alias pœnas, quæ non ſunt cenſuræ; adhuc tamen urgẽt difficultates allatæ, quatenus cenſuræ etiam, & maior excommunicatio includuntur, & delegato conceditur poteſtas coercendi per illas.

Vnde inter varias opiniones de quibus *Gloſſa d.* verbo, *puniat in cap. paſtoralis de officio delegati, &* 14
Menoch. ubi proximé. Dic primò, nullam in propoſito reperiri pœnam certam, qua de legatus impedientes coercere debeat, ſed eius arbitrio relinqui, conſideratis circunſtantijs, tam ex qualitate impedientis, quam impedimenti, temporis, & loci, & cæteris omnibus, iuxta regulam *cap. de cauſis,* §. 1. *de officio, & poteſt iudicis delegati,* obſervat *Gloſſa d* verbo, *puniat,* probata ibi, & alibi ut per *Menoch.* ubi ſupra, *n.* 21. idque ſatis colligitur ex *d. cap. ſanè* verſ. *ità quod. d. cap. præterea,* & ex *d. l. ult ff de iuriſdictione,* dum de modica coertione agit *d. cap. ex litteris,* ibi *coertionem aliquam.* Nec adverſatur textus in *d. cap.* 1. *de officio delegati,* cum dicit delegatum poſſe coercere per cenſuras, non imponit neceſsitatem, ut patet ex verbo, poteris iuncta regula *l. non quidquid, ff de iudicijs,* & ita non ſignificat cenſuras eſſe pœnas certas, quæ contra impedientes neceſſariò imponendæ ſint. Similiter, nec textus noſter arctat delegatum ad puniendos inobedientes excommunicatione, ut excludat omnes alias cenſuras, ſive pœnas.

Dic ſecundò, in huiuſmodi arbitrio delega- 15
ti contineri etiam cẽſuras, quibus poteſt etiam per maiorem excommunicationem impediẽtes coercere, iuxta textum in *d. cap.* cum ſimilibus ſupra citatis, *cap. ſignificaſti in fine de officio iudicis delegati* eadem Gloſſa, verbo, *puniat* communis hîc, & illic. *Covar. in cap. Alma* 1. *part.* §. 11. *num.* 1. *Menoch. de arbitrar. caſu* 438. *num.* 20. & 21. Nec obſtant allatæ difficultates; nam ad primam reſponderi poteſt, quòd licèt maior excommunicatio, ubi ad publicam utilitatem, & ex ſuperioris officio profertur, pertineat ad merum imperium, iuxta receptam Innocentij ſententiam in *cap. tranſmiſſa de electione, num.* 2 *in fine;* nihilominus tamen prolata ad partis utilitem, & inſtantiam ut in *d. cap.* 1. non meri, ſed mixti imperij eſſe dicitur, pro ut diſtinguit *Abb. in cap. quod ſedem num. ult. de officio ordinar, & in cap. cum contingat. num.* 17. *de fòro compet,* ſequuntur

alij,ut per *Menoch.d. loco num.ult.* ſed hæc diſtinctio non habet congruam differentiæ rationẽ, ſiquidem excomunicatio eadem eſt, & æqué gravis pœna,eoſdem omnino,& æquè graves producit effectus,ubi ad publicam, & ubi ad privatam utilitatem profertur, & inſuper videtur ſemper reſpicere publicam utilitatem conſervãdi eccleſiaſticam diſciplinam,& potẽtatem,dum coercentur inobediẽtes, qui eccleſiam audire nolunt,iuxta illud *Matth.* 18.relatum in *cap. novit de iudiciis,* ibi, *Si eccleſiam non audierit ſit tibi tanquam ethnicus,& publicanus, c.cum inter de conſuetud.* ibi *Dirumpetur nervus eccleſiaſtica diſciplina*; Vnde probabiliter tẽtari poteſt,quod præſentit Gloſſa in *d. cap. quiſquis* 2. *q.*6.Cenſuram excõmunicationis maioris nõ pertinere ad merũ Imperiũ,de quo in *d.l.ult. ff.de iuriſdict.* licèt enim pœna ſit graviſsima, quia maximis bonis ſpiritualibus privat,inſuper,& mors dicatur;quia tamen abſolutè loquendo,pœna, & mors non eſt,ſed ad vitam,diſciplinã,& emẽdationẽ ordinatur illius, qui eatenus moritur, quatenus vult, & in eius poteſtate eſt, ſi recipiſcat,& corrigatur liberari, & abſolvi, iuxta illud *Pauli* 1.*ad Corinth.*5.relatũ in *c.Audi* 11.*q.* 3. textũ optimũ in *c.1.in principio de ſentẽtia excõmunicationis in 6.* tradunt *Pallat.in repetit. cap.* §. 18. *à num.*14.*Covar.in cap.Alma in principio, num.*9. Meritò cenſura excõmunicationis propter hanc peculiarem naturam,licét pœna ſit, non pertinet ad merum imperium,de quo in citata *l.ult. & in l. imperium, ff.eodem tit.de iuriſdictione,*in quibus agitur de morte,& pœna gladij,quæ abſoluté mors eſt,& pœna, à qua delinquens per pœnitentiam, & emendationem nullatenus liberatur, ex *regula l. qui ea mente* 67. *ff. de furtis.*

16 Ad ſecundum verò reſpondetur, excõmunicatum maiori,& bannitum, deportatum, & ſimiles,de quibus ſupra, æquiparari per quandam ſimilitudinem, quia ſicut ij, à Regno, civitate,& civili comercio, ita excomunicatus ab eccleſiaſtica ſacramentorum, & fidelium communione ejicitur,ut poſt *Bald.in l.*1.*num.*21. verſ. *& eſt adinventa Cod. de hæredibus inſtituendis,* notat *Menoch. diſt.caſu* 438. *numer.*33. ſecundùm quos,& *Abb.in d cap.paſtoralis,* §.*verum, numer.*19. *de appellat.* excommunicatus, & prædicti differunt in multis, & ad propoſitum, in eo maximè, quòd excommunicatus etiam maiori, ſi velit parere,& emendetur,poteſt ſtatim abſolvi,cum tamen bannitus,deportatus, & alij per pœnitentiam,emendationem, non liberentur *d.l.qui ea mente.* Textus verò in *d. cap. quiſquis* 2. *quæſt.*6. varie intelligitur,ut per Doctores, ubi plures refert intellectus Præpoſitus ibidem, quos videre poteris, & ultra eos dici poteſt textum illum non agere de excommunicatione per epiſcopum ferenda in eos,qui iudici non parebant,ſed interdictione quadã, & prohibitione ſpeciali,per quã Patriarcha,vel Romanus Pontifex,qui primę ſedis epiſcopus dicitur *cap prima ſedis,infra 99 diſt.* interdicit per litteras omnibus epiſcopis ſibi ſubditis, ne cõmunicẽt cum huiuſmodi inobedientibus, qui iudicibus parere nolunt; cui intellectui maximé conveniunt verba textus. Ad ultimum denique ex decreto Concilij reſpondetur, per illud reprobari abuſum quorundam iudicum eccleſiaſticorum,qui pro quacumque cauſa, & ſine delectu excommunicare ſolebant,& ſtatuit ne in cauſis iudicialibus,ubi alia ſuppetunt remedia, cenſuras proferant, ad quas ultimo loco devenire debent, & iuxta illud decretũ, quatenus fieri poteſt, tenetur delegatus in proferendis cenſuris arbitrium moderari, & inobedientes coercere.

Intellige iuxta prædicta poſſe delegatum 17
coercere impedientes per cenſuram excommunicationis maioris,ubi hi perſiſtunt contumaciter in peccato impediendi,& moniti non reſipiſcunt, & ſuppoſitis terminis, in quibus aliàs per excommunicationem procedi poſsit, nam ſi aliquando impedierunt, & iam nunc emendati;nihilominus faciunt,licèt delegatus excommunicandi poteſtatem habeat, non poterit excommunicare, quia non proponuntur termini neceſſarij ad excommunicationẽ ferendam,ſcilicet inobedientia,& contumacia, iuxta illud *Matth.* ſupra relatum. *Si eccleſiam nõ audierit Gloſſa* 1.*in cap. Epiſcopi* 11. *quæſt.*3. recepta ex Cardinal ſancti ſixti ibi *num.* 3. *Navarr.in cap cum contingat quinta cauſa nullitatis numer.* 5. *de reſcript. Spino in ſpecul.teſtamentor. in Rubr.part.* 11. *num.*24. intendit textus in *cap.nemo* in fine, ibi, *& quia aliter non poterat corrigi* 11. *quæſt.* 3. docet *Innocent. receptus in capit.* 1. *numer.* 1. *de exceſſibus prælatorum* , & in hunc ſenſum textus in *d.capit.* 1. *de officio delegati,*proponit præſens, & adhuc perſtidens impedimentum, ut patet ibi. *Compellunt,*& ibi. *iuſtiam impedire.* Sic ſimiliter textus noſter ibi *Impedit.* Ita etiam non debet delegatus per excommunicationem procedere,ubi ex coniecturis veroſimiliter intelligit impedientes non ſolùm non ceſſaturos,quinimò magis obduratos ulterius progreſſuros,ſequitur enim tunc contrarius effectus ei, qui per excommunicationem prætenditur, & cõſequenter,ab illa abſtineri oportet ad vitandũ maius obdurationis malum, ſicut medicus abſtinere debet à medicina, quam veroſimiliter timet maius nocumentum allaturam. Poſt alios *Palat. in repetitione Capituli d.* §.18. *numer.*13. *Covar.in d.cap.Alma in principio num. ult. Tiraq.* ubi plures *l.*9 *connubialium Gloſſa* 1.*part.*9. *numer.* 126. iuvat. *d cap.* 1. *de ſententia excommunicationis in 6.* ibi *Medicinalis,*& ibi *Medentis cap. ult,* verſ. *finito* ibi *Ne indureſcat,* ſupra 82. *diſt. cap. prodeſt.* verſ.

quod ſi,

quod ſi, cum cap. ſequenti 23. quæſt. 5. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 3. ibi *Magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quàm ſalutem.* Adde per bullam cœnæ, in quoidam impedientes prolatam eſſe excommunicationem reſervatam, ut patet in eadem bulla clauſula 14.

18 Dic tertiò poſſe delegatum per mulctas, & pœnas pecuniarias huiuſmodi impedientes coercere, iuxta *Gloſſam d.* verbo, *puniat* in *cap. paſtoralis de officio delegati*, ubi Doctores, *Sicul. in d. cap. 1, eodem tit. num. 53.* & alij ut per *Menoch. de arbitrar. caſu 438 numer. 24. Trident. dicto capit. 3.* ibi *Mulctis.* iuvat *l. 2. Cod. de ſportulis, l. 1.* ibi *pœnali indictio, ff. ſi quis int. dicenti, l. ult. ff. de iurisdictione omnium iudic. cap. ex litteris de officio delegati*, quatenus agunt de modica coertione, quæ in his mulctis, & pœnis pecuniarijs verificatur, declaratur tamen per multos, quos refert *Rebuf. in l. aliud eſt fraus, §. inter mulctam.* verſ. *Magiſtratus, ff. de verborum ſignificatione.*

19 Dic quartò quòd licèt attento iure communi, dubium ſit apud Doctores, an delegatus cõtra impedientes, ſeu inobedientes per pœnam privationis beneficiorum procedere poſsit; affirmant enim *Innocent. in cap. quia diverſitatem de conceſſione prabenda, & Felin in d. cap. 1. nu. 14. de officio delegati* per illum textum. Negant verò Doctores communiter in *d. cap. quia teſtatur* commune *Dec.* ad citatum *cap. 1. num 15. Menoch* ubi poſt alios intelligentes, in *d. cap. quia*, tuiſſe delegato conceſſa in ſpecialem privandi beneficij poteſtatem hodie tamen opinio Innocentij probata videtur in *Concil. Trident. d. capit. 3.* ibi *ſive etiam per privationem beneficiorum*; alias pœnas proſequuntur *Gloſſa d.* verbo, *puniat*, & late *Menoch.* ubi ſupra.

20 Dic quintò, quòd ſi delegatus per huiuſmodi cenſuras, & pœnas non potuerit impedientes, aut inobedientes coercere, recurrere debet ad auxilium brachij ſecularis. Arguẽto *cap. adminiſtratores, & cap. quali 23. quæſt. 5.* & iuxta *regulam cap. 1. in fine de officio ordinarij*, & textus in *cap. ut officium, §. compeſcendi*, verſ. *denique de hæreticis in 6.* Reſolvunt *Innocent.* & alij in *cap. ſignificaſti de officio delegati*, ubi *Berous num. 24.* cõmunis praxi recepta ex *Covar. practicar. cap. 10. num. 5.* & alij de quibus *Menoch. remedio 3. retin. num. 360. Mandoſ. regul. 41. Cancellar. quæſt. 2. num. 12.* probat *Trid. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 5.* in principio, & fin. contra *Archidiaconũ d. c. Compeſcendi*, & in *cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5 num. 2. Repertor. inquiſitor.* verbo, *brachiũ*, verſ. *an delegatus, Diceſtorum 3. part. quæſt. 57.* ubi *Penn. commentar. 106. Abb. antiq. d. cap ſignificaſti. Coſm. in Pragmat. titul. de collat. §. Item viſum*, in Gloſſa ultima verbo *invocando*, & verbo *brachium*, *Staphil. tit. deſignatur. litterarum inſtitiæ. n. 3. & Federic.* quẽ refert *Mãdoſ. 2. forma cõmiſſionum*, verbo, *auxilium*, ſecùndum quos textus in *dicapit. 1. de officio ordinarij* in fine cum ſimilibus, procedet tantùm in ordinarijs, licut & textus in dicto verſ. *denique*, ſpecialiter in Inquiſitoribus, ac ſubinde per argumentũ ab ſpeciali, contrarium probat in alijs delegatis, quibus ex ſtylo Curiæ conceditur, in ſpecie poteſtas implorandi eiuſmodi auxilium, quia attento iure communi talem poteſtatem non habent, ſecundum *Archidiac.* & ſequaces, quorũ ſententia non eſt improbabilis, quàvis cõmunis defendi poſsit, ſi advertas *d. cap. 1. proxime* citatum, licèt de Ordinario loquatur, procedere nihilominus ſecundùm regulam iuris communis, quod etiam in delegato locum habet, in quo etiam eadem viget ratio, & neceſsitas tuendi, & adiuvãdi eccleſiaſticam iuriſdictionem tàm in delegato, quàm in ordinario; unde ſuccedit regula *legis non poſſunt, ff. de legibus*, cum ſimilibus, textus verò in *d.* verſ. *denique* non conſtituit eos ſpeciale circa invocationem ſæcularis auxilij, ſed circa appellationem quam removet, & privilegia, quæ infringit, & circa alia de quibus ibi, ſtylus autem Curiæ emanaſſe videtur ad tollenda dubia, propter illorum opinionem, qui cum Archidiacono exiſtimant neceſſariam eſſe communionem ſpecialem in propoſito.

Dic ſextò. Præter alias pœnas ſupra impoſitas contra impedientes legatum, eſt alia, nempe, quod iactura cauſæ affici debeat, qui patrocinium potentiorum advocat, ad impediẽdam iuriſdictionem, aut executionem legati; vide *Gloſſam 1. in d. c. 1. de officio, & poteſt iudicis delegati*, ſequuntur DD. communiter ex *Sicula* in eodẽ, *cap. 1. n. 57. Dec. 6.* & alijs ibidem, ſatis *Bart. num. 1. Alex. num. 5. in l. 1. Cod. ne liceat potentioribus* ſuccedit regula eiuſdem *l. 1. ſuntſa Gloſſa 4.* & *alt.* & communis ibi, *& l. 2. eodem tit. cap. 2.* ubi *Gloſſa penult. de alienat. iudic.* tradit *Suar. allegat. 19. Ducã. regul. 88.* An autem textus ille, *Ne liceat potentioribus*, locum habeat in noſtro caſu, dubitari poteſt? Affirmat communis in eadem *l. 1.* ubi *Iacobin.* & alij *Ducã.* ubi ſupra, *ampliatione 1.* contra *Gloſſã in Rubr. Cod. de his, qui potentiorum, & in l. penult. ff. de alienat. iudic. Cuiac. lib. 8. obſervat. cap. 31. Menoch. de arbitrar. caſu 276. num. 6.*

Vtrùm non ſolùm agentes contra executionem delegati, ſed etiam conſentientes eàdẽ pœna ſint puniendi? Affirmat *d. capit. 1.* & ibi *Gloſſa 2. de officio delegat.* colligitur ex *cap. nuper. 29.* verſ. *In primis, & cap. quanta. 47. de ſententia excommunicationis, vap. ſolitus, in principio de pœnis, libr. 6.* quibus modis quis poſsit conſentire, vide eandem Gloſſam 2. Gloſſam ultimam in *d. 1. notum 2. quæſt. 1. Navarr. in cap. ita quorundam de Iudeis notabili. 9.* per totum, alios per *D. Thom. 2. 2. quæſt. 62. tit. 7. Navarr. in Manuali cap. 11. á num. 12.* intellige tamen, & limita reſolutionem *d. cap. 1.* ut procedat tantùm in illis conſentientibus, qui

qui cauſam efficacem, & propinquam præſtiterunt principali Authori delinquenti; cuiuſmodi ſunt iubentes delictum committi, & ſimiles principaliter concurrentes; hi enim conſentientes pari pœna puniuntur cum facientibus, quibus eiuſmodi cauſam efficacem, & propinquam delinquenti præſtiterunt, *d. cap. felicis de pœnis lib. 6.* in principio *l. ſi quis id, quod. ff. de iniſtit.* quem intellectum ſatis probat textus in *d. cap. 1. de officio delegati*, qui per conſentientes intelligit poteſtates, de quibus in principio textus, & fautores, non quoſcumque, ſed principales iuſtitiam impedientes, iuxta litteram in fine; tanè hi omnes tanquam cauſa efficax, & propinqua conſentiebant, ut ſatis denotat verbum *principalis*, & conſtat ex minis, & terroribus, per quos conquerentes ſilere compellebantur; intendit Gloſſa in eodem *capit. 1. & cap. notum 2. quæſt. 1.* & in *d. cap. quanta*; ſic etiam textus in *d. cap. nuper* verſ. *In primis*, per conſentientes intelligit eos, qui criminoſo, & excommunicato in eodem crimine communicabãt, ac ſubinde cauſam efficacem, & propinquam præſtabant. Similiter etiam in *d. cap. notum in fine*, ſic etiam in *d. cap. quanta*, is, qui non obviat facinori, de quo ibi agitur, præſumptivé operatur, & participat, ac ſubinde cauſam efficacem præſtat præſumptivè, vel interpretatione iuris, ut intendit textus illo, ibi *interpretamur*, & ad hoc referri debent, textus in *cap. facientes 86. diſt.* de quo ſupra, & authoritas Paul. ad *Roman. 1. in fine*. Reliquam materiã quoad ſingulas cõſentientium ſpecies, in quibus aliquando eadem, aliquando vero minor pœna imponitur, ultra Gloſſam, & DD. ad *d. caput. 1. de officio delegati*, proſequere cum *Covar. in regul. peccatum 2. part. §. 12. à principio, & in Clement. ſi furioſus 2. part. §. 1. & 2 Gom. de delict. cap. 2. à num. 8. & cap. 3. à num. 39 & à num. 45. & 48.* poſt alios *Menoch. de arbitrar. caſu 349.* per totum, cum multis ſequentibus: *Clar. in practic. §. ult. quæſtione 87.* cum ſequentibus.

CAP. Dictum. III.

SVMMARIVM.

1. Archidiaconus non poteſt in ſuos parochianos dominationem exercere.
2. Dominij nomen ad tyrannidem ſpectat.

IN textu. Probat non poſſe Archidiaconos in ſuos parochianos, & presbyteros, dominationem exercere, nec cenſum ab eiſdem exigere, notat, & explicat *Turrecrem. Præpoſit.* & alij hîc.

In textu, ibi, *Quod magis ad tyrannidem.* Ait textus tyrannicum eſſe huiuſmodi dominationem exercere in ſubditos; Vnde colliges dominationem, & nomen domini ad tyrannidem pertinere, ſicut & Regis ad dignitatem, honoriſq; poteſtatem, vide *Caſſan. in conſuetud. Burgund. in proœmio*, verbo, *ſeigneur.* in principio. Nihilominus tamen, non erit à vero ſenſu alienum, neque amœniorum litterarum ſtudioſis iniucundum, ſi ex reconditis, ac penitiſsimis latinitatis fontibus, germanam, imo genuinam *tyrannidis* ſignificationem eruamus. Si ergo cum probatiſsimis auctoribus, & ſentiẽdum, & loquendum ſit, vox *tyrãnus* idem ſignificat quod *Rex, Princeps, dominus, dominator.* Eàdem etiam originis, & derivationis ſimilitudine, vox *tyrannis* ſignificat *Imperium, maieſtatem, dominationẽ.* Ad cuius rei probationem adduco auctores probatiſsimos, & oculatiſsimos. Inprimis *Virg. lib. 7. Æneid.* ubi Regem Latinum de filiæ cõnubio ſollicitum inducit, & Æneam regio hoſpitio invitantem, eundem appoſitè dixit tyrannum.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Idem eruitur teſtimonium ex *Valerio Flacco in Argonautis.*

Nunc precor ad veſtri, quicunque eſt, ora tyranni.

Neque minus comptè, & eleganter *Seneca in Oet.* dum fortiſsimum Herculem extremo vitæ, mortiſque luctamine periclitantem, laborantemq; inducit, eum tyrãno, id eſt Regi moderanti, ac leges ferenti ſimilem eſſe dixit.

Quis ſic triumphans latus in curru ſtetit.
Victor? quis illo gentibus vultu dedit.
Leges tyrannus? quanta pax obſtat tibi?

Neque ſolùm inter poetas, ſed etiam inter hiſtoricos, & oratores, huius nominis uſurpatio celeberrima eſt. *Plutarchus in Dione* proverbialiter dixit *Ingentes erant Dionis facultates, tyrannicuſque, propè domi ſplendor, & inſtrumentum.* Id eſt, ſupellex regia, & barbarica cultus tyrannis, ſive imperatore dignus. *Plato in Amatoribus* ita inquit. *Quoties vir unus rectè civitatem inſtituit, quod nomen illi conveniet, num ne tyranni, & Regis?* Ita eſt. *Non ne tyrannica, & regia arte gubernat?* omnia. In peius tamen ruente mundo, & hominum natura in deterius vergente, accidit, ut nomen illud regia maieſtate, & imperio plenum, ad regnandi libidinem, ad inſolentiam, imò etiã ad indomitam, ſanguinariamque truculẽtiam ſignificandam verteretur. His igitur animadverſis

verſis noſtrum textum ſic explico. *Magis pertinet ad tyrannidem*, id eſt, ſi Archidiaconi in exigendis parochianorum cenſibus nimiam turgidi, & elati animi dominationem præ ſe ferant, id quidem magis dominantis, & ambitioſé imperantis animi eſt, quam fraternè, & amicè ad pacem, & concordiam dominantis, cum debeant Archidiaconi ſe pios, clementes, & miſericordes exhibére. Hinc enim eſt, ut in *cap. Archidiaconus, de officio Archidiaconi*, *oculus epiſcopi Archidiaconus* appelletur. Quod præter *Trid. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 12.* optimè obſervant *Sbroz. de officio vicarij lib. 1. quæſtion. 3. num. 17. & quæſt. 36. num. 10. Riccius in collect. deciſ. part. 5. collect. 1618.* Quemadmodum enim oculi ſunt certiſsimi pietatis, amoris, ac benevolentiæ indices, ita in Archidiaconis hæc pietas, amor, & benevolentia debent reſidere.

DISTINCTIO. XCV.

CAP. Pervenit. I.

SVMMARIVM.

1 *Non poteſt presbyter confirmationis ſacramentũ propria authoritate exercere.*
2 *Vtrùm Papa poſsit delegare ſimplici ſacerdoti confirmationis ſacramentum?*
3 *Soli presbyteri Euchariſtiam conficiunt.*
4 *Epiſcopus eſt ordinarius ordinum miniſter.*
5 *Abbates iure olim communi, & nunc ex Tridentino minores ordines cõferunt.*
6 *De quibus id intelligatur Abbatibus, & num de licentia epiſcopi conferat eos ſubditis epiſcoporum?*
7 *Vtrùm ſimplex ſacerdos ex delegatione Papæ presbyterium conferre poſsit? & num. 8.*
9 *Probabile eſt poſſe ſimplicem ſacerdotẽ ex commiſsione ſubdiaconatum impertiri, & diaconatum.*

1 IN textu. Videtur colligendum ex eo, poſſe quemlibet presbyterum ex ſe confirmationis ſacramentum conficere, ſed abſque dubio negandum eſt, ad *quod poſt Gloſſam, 1. in cap. quanto de conſuetud. & Trid. ſeſſ. 7. de confirmat. Can. 3.* vide *D. Thom. 3. part. quæſt. 72. art. 11. Soto in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 11.* in principio. *Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 6.* & ad intellectum huius textus vide *Gloſſam 1.* verſ. *ſed illud, in regula, ea, quæ fiunt, lib. 6.* & omnes ibi cum *Anchar. à num. 3 & 4. Ledeſma prima quartæ, quæſt. 13. art. 11,* verſ. *Tertia opinio*, omnino *Covar. d. lib. 1. cap. 10. nu. 11. ad fin.* ubi reprehendit *Durand.* & alios audacter loquẽtes, *Sylveſt. in ſum.* verbo, *confirmatio num. 1. ad medium Rodriguez. in ſumma 1. tom. cap. 69. num. 1.*

In text. ibi, *Sed ſi*, iuncta Gloſſa verbo, *Concedimus.* Notatur ex hoc textu, & Gloſſa quæſtio illa, Vtrùm Papa poſsit delegare ſimplici ſacerdoti confirmationis ſacramentum? Negant *Maior. Gabriel. in 4. diſt. 7. quæſt. unica* verſ. *Alia opinio Durand. ibidem diſt. 7. quæſt. 3. & 4. Soto eadem diſt. quæſt. 1.* verſ. *Ad tertium. Adrian. in 4 de confirmat. art. 3.* verſ. *Secundo principaliter, num. 6.* Attamen contrarium eſt dicendum, de quo vide *Vivald. in Candelabr. de confirmat. numer. 26. Ægid. de Covinck. de ſacram. quæſt. 72. artic. 11. dubio unico, num. 104. Suar. de ſacram. 3. tom. quæſt. 72. ſect. 2.* verſ. *Dicendum. Vaſquez. de ordin. diſput. 243. cap. 3. 4. 5. & 6. Azor tomo 2. lib. 3. cap. 30.* verſ. *Quarto quæri poteſt*, & verſ. *Quæres an ſi epiſcopus Navarr. conſ. 14. de privilegijs, num. 1. Sylveſt.* ubi ſupra *num. 1. in fine. Armil. in ſumma* verbo, *confirmatio num. 3.* qui fere omnes textum noſtrum, & Gloſſam referunt 1

In Gloſſa, verbo, *Concedimus* verſ. *vel etiam.* Quatenus habet, quòd ſoli presbyteri conficere poſſunt Euchariſtiam, notat *Abbas in cap. 1. 4. una verò num. 1. de ſumma Trinit. & in cap. 2. de furtis in fine.* 2

In eadem Gloſſa, ibi, *Confert Diaconatum.* Oppignoratam libero fidem, quàm dedi ſupra *diſt. 24. cap. 7. numer. 3.* circa miniſtrum ordinum, & ut certa ab incertis ſepararemus ſequentes ſtatuo concluſiones. Sit prima. Epiſcopus ſive hæreticus, ſive excõmunicatus, ſive ſuſpenſus, aut degradatus eſt miniſter ordinarius omniũ ordinũ. Hæc concluſio quoad primam partem eſt de fide per *Trid. Can. 7. ſeſſ. 23. de reformat. de ſacram. ordin. & Florent. in litteris Eugenij*, & probat *cap. manus de conſecrat. diſtinctione 5. & praxis nova epiſcop. 1 part. cap. 1. num. 6. Bonacin. de ſacram. diſput. 8. quæſt. unica. punct. 5. Iodoc. Cerci. in Theſauro Catholico lib. 7. à numer. 18. & D. Thom. 3. part. quæſt. 65 à 3. ad 2. Bonavent. in 4. diſt. 25. artic. 1. q. 1.* ubi *Richard. à 2. q. 1. Palud. q. 1 art. 2. Reginald. in Praxi lib. 30. num. 3.* Qui fundamentum 3

deducunt iam ex *Trident.* quàm ex *Florent. in litteris Eugenij*, Secunda pars probatur; quia potestas ordinis perpetuò manet intimul cum characterè, qui est indelebilis, & quanvis solo iure ecclesiastico facultas hæc conferendi minores concessa fuerit episcopis; quatenus sub lite est, an omnes ordines sint à Christo instituti, & sint sacramenta, noluit unquam ecclesia irritare illos, utpoté veros; Maximè quia maiores ab ijs ministris collati non erunt repetendi, ergo neque minores.

5 Secunda conclusio. Iure communi concessum est Abbatibus, ut minores ordines conferre possint; ita conceditur *in cap. 1. & 2. supra distinction. 21. & in cap. quoniam supra distinction. 69. & in cap. cum contingat de ætate, & qualitate, & ibi Glossa*, vers. *Nota quòd Abbates, & in cap. Abbates de privilegijs, in 6. & Glossa in cap. 1.* vers. *Alia de supplenda negligentia prælatorum. Sotus in 4. distinct. 23. quæst. 1.* vers. *Abbatibus, Butrius in cap. cum inter de sentent. & reiudicata Abbas. in cap. Quanto nu. 9. de consuetudine. Bellarm. citato cap. cum contingat. quæst. 1. itaque Cardin. notabili 1. Abb. num 2. Butrius, num. 13 Ioann. Andr.* in principio. *Anchar. notabili 1.* & ut communis opinio DD. *Navarr. conf. 13. Abbatibus num. 13. de privilegijs Innocent. in cap. 1. num. 1. de ætate, & qualitate*, ubi *Additio* subnectit esse communem. Firmat *Hostiens. in summa de episcop. qui veniunt episcopat. Lapus allegat. 138. nu. 6. Felin. in cap. eam te num 8. de rescript. Ioann. de Selva tract. de benefic. part. 2. quæst. 6 post. num. 3. Geminianus in cap. Abbates de privileg. in 6. num. 6. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 23. nu. 12. Sayrus in Thesauro, lib. 4. cap. 13 post. num. 15. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. numer. 9. Victoria de sacram num. 222. Bellarm. de clericis cap. 27. Nugnin. 3 part. D. Thom quæstione 38. articul. 1. Azor inst. part. 2. lib. 5. cap. 1. quæstione 12.* & confirmare videtur ex *Trident. in cap. 10. sess. 23. de reformat.* ubi de hoc nihil fuit immutatum.

6 Hæc tamen facultas restringitur, ut Abbatibus, & alijs quibuscumque exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis existentibus, nisi subditis suis regularibus minores ordines, & tonsuram conferre *Sorbus in Additionibus ad Compend. privileg. Mendicantium* verbo, *Ordines facti*, vers. *Notandum quòd sacra congregatio*, inquit, *declarauit*, quòd Abbates regulares habentes ius baculum deferendi, & mytheam, postquam sacerdotalem ordinē, & munus benedictionis susceperunt, possint minores ordines laicis regularibus episcopi subiectis conferre, si dimissorias non generatim, sed cum hac concessione habeant, & idem declarasse respectu regularium, qui, & à suis superioribus, & ab episcopo loci consensum haberēt, & cum consensum episcopi loci requiri respectu etiam aliorum, qui ab aliena diœcesi cum dimissorijs specialibus veniant, ut possint ordinari per Abbates. Ceterum *Seraphinus decis. 985. part. 1.* voto Rotæ responsum fuisse ait, non licere Abbatibus promovere personas sæculares, etiam cum litteris dimissorijs suorū episcoporum, & sequitur *Campanile in diversi. iuris Rubr. 6. cap. 2. ante num. 7. vide num. 9.* colligit tria requiri in Abbate, ut promoveat ad ordines; nempe quòd sit presbyter, quòd benedictionem accipiat per manus impositionem ab episcopo, aut benedici solitus, si cum episcopus benedicere negligat. Tandem quòd proprio monacho conferat. *Franciscus Marcus decis. Delphinat. 1082. num. 2. lib. 1.* Ad maiores iam ascēdamus ordines.

Tertia cōclusio. Sacerdotes nō episcopi nequeūt cōferre sacerdotiū, etiā vigore delegationis eis factæ à Papa. Hæc propositio est cōmunissima à paucioribus non recepta. Eam tenet *D. Thom in 4. dist. 25. q. 1. ad 2. & in supplem. ad 3. p. quæst. 38. articul. 1. ad 3. ubi Sylvius. §. Verum verò Navarr. lib. 5. conf. consil. 14. de privileg. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 10. Sot. in 4. dist. 25. quæst. 1. artic. 1. ad 2. & dist. 7 quæst unic. artic. 11. Astas. lib. 6. tit. 3. artic. 1. quæst. 2. Collectarius in cap. Quanto de consuetud. Victoria in summula num. 237. Turrecrem. hic num. 3. frater Emman. in summa cap. 13. num. 4. Vivald. de sacrament. ordin. tit. de ministro, §. Octavo si Papa Petr. Ledesma tom. 1. del sacramento de la Orden, cap. 5. conclus. 2. Ægydius de sacramen. ordin. disput. 20. dub. 9 num 86. Campanil. in diversi. Rubr. 6. cap. 2. num. 13. Clemēs Molian. Cardinalis in Compend. institut. Theologi de sacrament. ordin. cap. 53. littera H.* proposita *D. Hieronymi* sententia ad *Evag.* concludit, nos credere ex fide teneri non posse Papam eam facultatem concedere, præsertim conferendi sacerdotium. *Martinus de Ledesma 2. 4. quæst. 40. artic. 1. conclus. 2. Sayrus de sacrament. lib. 6. capit. 3. quæst. unica num. 5. Antonius Albertinus in summa compend. sacram. 1 part. cap. 46 num. 4. Isidor. Mosconus de maiestate militantis ecclesiæ lib. 1. part. 2. cap. 1. fol. 395. in fine* vers. *Ex privilegio.* Inclinat *Suar. de sacram. quæst. 72. disput. 36. sect. 2. §. secunda sententia*, ubi obiter affirmat, inauditum esse in ecclesia, posse simplici sacercoti committi, ut sacerdotes ordinet *Theologi in 4. Palud. distinct. 7. quæstione 4. num. 20. conclus. 2. Ovand. lib. 4. dist. 25. propos. 1.*

Vnde apparet singularitas contrariæ opinionis, cui favere videtur *Innocentius* sed retulit ex *Sylvestr*, & non affirmavit, ut expendenti verba patebit loco quo eam citat, & secum pertrahit in contrarium *Ochagaria tract. unico de sacram. ordin. quæst. 7. num. 10. summa Angelica*, verbo, *Orde*; *Prapositus hic num. 7.* allegat *Panormitan in d. cap. quanto de consuetudine, numer. 4.* enixe defendit *Vasquez de sacrament. ordinis disputat. 248. capit. 4.* vers. *itaque sub. numer. 41.* ubi ponit præcipuum fundamentum ex *Concilijs Antiocheni* testimonio *Can. 10.* & ex *Concil. Ancyran. Can. 13.* Ghorepiscopi, qui ex multorum opinione non erant episcopi, vigore commissionis

ſionis ordines ſacros uſque ad ſacerdotiũ miniſtrare conſueverunt. At in re adeo gravi, dubio ſatis inſultat pede adverſus torrentem DD.& authoritatem D. Thomæ, quæ magna eſt. Noſtra præcipua concluſio probatur primò. Quia in tot annorum ſpatio nullibi appareret commiſsio eius ordinationis facta ſimplici ſacerdoti, quod magnum eſt indicium nõ validæ facultatis. Secundò quia, ad epiſcopalem dignitatem pertinet eum ordinem conferre, quo immediata poteſtas tribuitur in corpus Chriſti verum, ſicut in corpus Chriſti myſticum, propter eminentiam illius dignitatis; Ergo ſimplici ſacerdoti de mandari non poteſt. Si quando verò urgeat commiſsio facta corepiſcopis pro ordinandis ſubdiaconis, dic tunc temporis non eſſe certùm, quòd ſubdiaconatus foret ordo ſacer, iuxta ea quæ ſupra dixi-mus *in cap. ſi quis eorum diſt.* 32.

9 Quarta concluſio. Summus Pontifex poteſt delegare ſimplici ſacerdoti poteſtatem conferendi ſubdiaconatum, & diaconatum. Prior pars probabiliſsima eſt tã authoritate eorum, quos ꝓ contraria retuli cõcluſione ſuperiori, tum etiam *Gloſſa in præſenti.* Indicat *Gelaſius epiſt.* 1 *cap.* 8. monens presbyteros meminiſſe ſibi nulla ratione concedi ſine ſummo Pontifice ſubdiaconũ, & Accolytum ius habere faciendi: *Turrianus in Additon. ad Concil. Nicænum. cap.* 4. *Sylvius in* 3 *part.* cit. dubitat *Martinus de Ledeſma*, citatus, quanquam ſuaſum ſibi eſſe oſtendit, ex dicto aliquorum per diploma ſummi Pontificis munus hoc conceſſum fuiſſe ſimplici ſacerdoti. & præter alios allegat. *Vaſquez. Aureolũ apud Capreolum in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 2. & conceſsionem factam Abbatibus Ciſtercienſibus, quam *Victoria in ſumma, num.* 235. teſtatur ſe legiſſe in quadam bulla, & alij in *Additione ad ſũmam Toleti.* Vnde deducitur fundamentũ, quia non eſt concedendum ſummum Pontificẽ errare poſſe in re tanti momenti. Cęterum apud me valeret congruentia ſancti Thomæ, quam poſuit in probatione tertiæ concluſionis: niſi locum cedendum fore exiſtimarem tãtis Doctoribus, ſecunda pars concluſionis probabilitatem ſumit ex quadam bulla, quam *Ioannes Maior* refert *in* 4. *diſt.* 7. *q. unic. §. Secundò arguitur* non multum ante finem ſe vidiſſe, & ex nobilibus Theologis aſſerentibus prælatis Franciſcanis in India hoc privilegium fuiſſe datũ, & Vaſquez ſe aliam inſpexiſſe bullã teſtatur, in qua *Innocentius* VIII. prędictũ privilegium Ciſtercienſibus datum continebat, & haberi in nova compilatione privilegiorum, privilegio 118. & aſſervari in bibliotheca Collegij. Complutens. Societat. datũ Romæ anno 1489. & 4. Pontificat. Innocent. prædict. 8 cuius meminit *Navarr. lib.* 5. *conſil* 14. *de privilegijs*, & dicit Abbates Ciſtercienſ. Ord. ante Concil. Tridẽt. ſemper uſos fuiſſe eo privilegio, & facultate, de quo maximè dubitat Sylvius allegatus, an manaverit a ſummo Pontifice, & ego ancipitẽ relinquo, quia nec argumentum, de quo Gloſſa in præſenti, ex *cap. Quanto de conſuetudine*, admodum firmum eſt, propter pulchram differentiam, quam D. Thom. ponit inter collationem ordinis ſacri, & cõfirmationis. Ex quibus facile inferes, quid de cõmiſsione faciẽda diaconis in cõferẽdos ordines ſacros tenerr poſsit.

CAP. Presbyteros, II.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm ſacramentum Vnctionis ſanis, furioſis, & pueris, aliiſq; id generis adminiſtrari debeat? & numeris ſequentibus.*

IN § *Iſtud.* verſ. *Imfirmatur quis* 1
Vtrùm etiam hoc ſacramentum Vnctionis ſanis, furioſis, pueris, & ad mortem damnatis ſit exhibendum; vide *Sotum in* 4 *diſt.* 23. *q.* 2. *art.* 2. *Suar tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 42 *ſect.* 1. *anu.* 5. *Dominic. in cap ſuper eo, nu.* 6. *de hæreti. lib.* 6 ubi dicit de facto reſpondiſſe *D. Thom in* 4. *diſt.* 23 *quæſt.* 2. *art.* 2. *Archidiacon. in noſtra textu. Gam. de ſacram. præſtandis q* 2. per totam *Sylveſt. in ſumma* verbo, *Vnctio. num.* 5. *Armil. eodem*, verbo, *num.* 6. & 7. & præter alios noviſsimè Luſitanus noſter *Monte in Compendio moral.* 1 *part. cap.* 13. §. *O ſegeite capaz.* Pro cuius quæſtionis ſolutione, ſequentes accipe concluſiones.

Prima concluſio. Sacramentũ extremæ Vnctionis non hominibus ſanis ſed infirmis gravi morbo laborantibus eſt conferendũ. Similiter nõ eſt huiuſmodi Sacramentũ illis hominibus adhibendũ, qui vel bellũ aliquod periculoſum adoriuntur, vel diuturnã ſuſcipiũt navigationẽ, vel tandẽ extremo capitis ſupplicio ſunt addicti, penituſq; devoti. Ita DD. ad *cap. cum veniſſet de ſacra Vnctione*, ibi. *ſalvabit ſummũ. Gãma de ſacram. præſtand. uli. ſupplicio damnatis q.* 2. *à princip. Petrus Alphonſus de Vaſconcel. in harmonia rubric. ſub hoc tit. de ſacra Vnct. num.* 8. *Petr. de Ledeſm. in tract. de Sacram. Vnction. cap* 6. *à princip. Henriq. lib.* 3. *cap.* 11. §. 1. *Emman. Rodr. quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 79 *art* 2. & 3. *Iacob de Graffis tom.* 1. *conſil. lib.* 1. *tit. ſacra Vnctio conſil* 2. *nu.* 16. *Barthol. ab Angelo dialogo* 3. §. 129. *Egyd. Coninck diſp.* 19 *dub.* 7. *Peſevin. de offic. Curati cap.* 9. *n.* 4 *Benevent. de Sacram. pœnitentia cap.* 15 *q* 8. verſ. *dico ſecundò Ludovicus Miranda tom.* 1. *q.* 49 *art.* 2. *Bonacina diſp.* 7 *q. unica punct.* 5. *Suar.* ſuperieri numero relatus. 2

Secunda concluſio. Perpetui amentes, ſivè qui ab ipſa nativitate, vel infantia amentiam 3

contraxerunt, non ſunt capaces huius ſacramenti, neque illis adhibendum eſt. Qui verò non ſunt perpetuò amentes, ſed aliquando habuerunt uſum rationis, & potuerunt actualiter peccare, huiuſmodi Sacramẽtum poſſunt recipere, illiſque conferri debet, quanvis pro illo morbi ſtatu amentes, furioſi, & phrenetici ſint. Eſt opinio Theologorum cõmunis, quos citat, & ſequitur *Suar. tom de panit. diſp. 42. ſect. 1. num 5. & 6.* Ratio eſt quia, ut perſona abſolutè capax ſit huius ſacramenti, ſatis eſt quód fuerit capax peccati actualis, devotionis, tentationis, & reſi ſentiæ; ſed capacitas ad hos actus ſolum data fuit in eo, qui aliquando habuit rationis uſum non verò in eo, qui perpetuam habet amentiam; ergo non huic, ſed illi exhibendũ eſt Vnctionis Sacramentum. Egregiè tamen obſervat idem *Suar. num.* 8. non eſſe dandam Vnctionem illi homini, de quo conſtat amiſiſſe uſum rationis in ſtatu peccati mortalis, neque poſt commiſſum peccatum aliquod doloris ſignum exhibuit.

4 Tertia concluſio. Infantes, vel pueri dũ ſunt in ea ætate, quæ doli, & peccati incapax eſt, nõ ſunt capaces huius Sacramenti: eſt etiam cõmuniſsima opinio, ut liquet ex eodem *Suar. cit. num.* 3. ideoque prolixioribus diſputationibus ſupersedeo.

CAP. Illud. III.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta à non pœnitentibus recipi non poſſunt.*

1 IN textu, ibi, *Non pœnitentibus illud fundi non poteſt.* Colli-ge ex hoc textu, ſacramenta non poſſe recipi ab illis, qui in mortifera culpa exiſtunt, unde poſt *cap. per Iſayam 1. quæſt. 1. & D. Thom. 3. part. quæſt. 64. art. 6. & in 4. diſtinct. 5 quæſt. 4. artic. 2.* optimè *Navarr. de pœnitent. diſtinction. 5. in 3. part. Gloſſa, ſumma num. 33. & in Manual cap. 4. num. 15. Gregor. Lopez part. 1. tit. 4. l. 1. Gloſſa,* verbo, *Reciba.*

CAP. Presbyteri. IV.

SVMMARIVM.

1 *Oleum Chriſmatis, intra quod tempus debeat peti à parochis?*

IN textu. Presbyteri quibus incumbit habere in eccleſijs ſuis oleum ad baptiſmum, confirmationem, & vnctionem debent illud per ſe ab epiſcopis ſuis petere, vel per diaconum, aut alium ſimilem ſacris initiatum. Notat *Turrecrem.* hîc, & præſcribit formã, & modũ petendi, & portandi huiuſmodi oleũ. & vide *Conſtitut Oliſſiponen. tit. 6. Conſtit. 1. Portugalen. tit. 8. Conſtit. 2. num. 2. Egitanen lib. 1. tit. 11. cap. 4. Vicenſ. lib. 3. tit. 6. Conſtit. 1. num. 2. Lamacenſ. tit. 8. Conſtit. 2. §. 1.* 1

CAP. Olim. V.

SVMMARIVM.

1 *An poſsit quis in epiſcopum eligi, quin ſit presbyter?*

IN textu. Duæ quæſtiones deducũtur ex illo. Prima an epiſcopus, & presbyter idem ſint? Secunda, utrùm poſsit quis in epiſcopum aſſumi, quin presbyter ſit? Ad quas vide pleniſsime quæ diximus in *cap. legimus, nu. 3. 93 diſt.* & in *cap. ſolicitudo, nu. 4. & 16. 52. diſtinct.* Præter hoc notat noſtrum textum *Præpoſit. in c. Canones, num. 3.* in fin. *diſt. 15. Lancelot. in templo omnium iudicum lib. 2. cap 5. num. 16.* 1

CAP. Ecce ego. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm presbyteri ex officio prædicent?*
2 *Sacerdos in miſſa poteſt benedictionem populo dare, & eam ab ipſo epiſcopo petere.*
3 *Poterit tamen abſque licentia epiſcopi populo in fine miſſæ benedicere.*

IN textu, ibi, *Prædicare* An presbyteri prędicent, vide *Mandoſium* alios plurimos citantem in *regula 20. Chancellar. num. 10.* qui textũ noſtrũ notat, & præter eum faciũt quę ſupra diximus in *cap. Diaconi ſunt 23. verſ. ipſe prædicat. 93. diſt.* 1

In Gloſſa, verbo, *Benedicere.* 2

Poteſt ergo ſacerdos, præſente epiſcopo in miſſa benedictionẽ populo dare, eã ab epiſcopo petẽs, quã ipſe nõ negabit ſacerdoti: proſequitur *Fulvius Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 81.* cui reſolu-

reſolutioni non obſtabit textus in *cap. miniſtrare 26. quæſt. 6.* ibi. *Benedictionem quoque ſuper plebem in eccleſia fundere, aut pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero penitus non licebit*, ubi cõmuniter DD. & in *cap. 3. de privileg. lib. 6.* notant quod ſolis epiſcopis competit benedicere. Reſpondetur enim, textum illum, & DD. loqui in benedictione ſolemni, quæ ſolis epiſcopis reſervata eſt, non autem in privata, quæ præbyteris conceditur; Sic explicat, & intelligit poſt alios *Luſitanus noſter Ferdin. Paez. in repetione capituli. Miſſarum, de conſecrat. diſt. 1. n. 123.* & ibi, notabilem appellat Gloſſam hanc.

3 In eadem Gloſſa in fine, ibi, *vel Dic.* Ex ea colligitur, miniſtrantem coram epiſcopo poſſe benedicere, abſque eo quòd petat licentiam benedicẽdi; ex eo, quia eo ipſo, quòd epiſcopus ſimplicis ſacerdotis miſſam audit, eique permittit celebrare, tacitè videtur permittere, vel delegare benedictionem illam privatam, quæ fit, in fine miſſæ: per illa verba, *Benedicat vos omnipotens Deus, &c.* Notat, & docet *Paez.* ubi proximè *num. 226.* dicens, Gloſſam hãc communiter receptam eſſe.

CAP. Eſto ſubiectus. VII.

SVMMARIVM.

1 *Subditi debent Prælato ſuo debitã præſtare reverentiam.*

2 *Oportet, ut epiſcopi clericos ſuos non ut ſervos tractent.*

1 IN textu. Subditi prẽlatos revereri debẽt, eis effectum dilectionis impendendo. Vide *Rebuff. conſ. 194.* in principio. verſ. *Secundo*, optimè *Chaſſan. in Catbalog. Gloria mundi. part. 1. conſideral. 72.* ubi latè proſequitur varios modos obediendi prælatis. *Trident. ſeſſ. 13 de reformat. cap. 1.* in principio, conducũt ad textum, que ſcribit *Tiraquel. Connubial. l. 1. Gloſſa 1. part. 1. numer. 5. & 41.*

2 In textu, poſt principium, ibi. *Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe noverint, non dominos.* Nota ex textu, quòd licet nomen, *Epiſcopus* ad dignitatem, & honoris poteſtatem pertineat, hoc tamen nomen *dominus* erga prælatos, & ſuperiores potiùs ad tyrannidem videtur pertinere, ut per *Caſſan. in conſuetud. Burg. in proœmio*, verbo, *Seigneur* in principio iam citatum in *cap. dictum ſupra diſtin. 94.* & faciunt maximè ad propoſitum, quæ ibi notata habes. Epiſcopi igitur ſi à clericis honorari velint, tanquam clericos honorare debent, nõ eos ut ſervos, aut famulos contemnere; Notat in ſimili *Tiraquel.* textum noſtrum citans *connub. l. 13. Gloſſa 1. part. 3. num. 41.* Vide poſita ad *cap. cum beatus 8. num. 5. ſupra diſtin. 45.*

CAP. Non oporter. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nõ præcant epiſcopis in ingreſſu ad chorum.*

IN textu. Non debent presbyteri antecedere ingreſſum epiſcopi ad chorum, ſed eum ſubſequi, vide *Caſſan. in Catbalog. d. conſideral. 72.* in principio, & quæ habes ſupra in *cap. proximo*, omnia enim huic inſerviunt. 1

CAP. Epiſcopus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ante epiſcopum ſedentem nõ ſtet presbyter.*

IN textu. Epiſcopus ſedens non patiatur quòd ante eum ſtet presbyter, meminit huius textus *Lancelot. in templo omnium iudicum d. lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 7.* Intelligitur tamen hoc, ut non procedat, quando eis incumbat onus ſtandi, iuxta textum in *l. quiſquam, ult. Cod. de poſtulando.* 1

CAP. Epiſcopus. X.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in ſua cathedrali debet ſedere in loco ſublimiori.*

IN textu. Epiſcopus in eccleſia ſedeat in loco ſublimiori, quam reliqui presbyteri, extra eam verò illos, ut collegas debet æſtimare; vide *Lancelot.* ubi proximè. *Gaut. 1 p. deciſ. 1. n. 5. Trid. ſeſſ. 25 de reformat. cap. 6 poſt med. & cap. 17.* in fin. *Abb. in cap. 1. nu. 1. de exceſſibus prælatorum*, qui addit ab epiſcopo presbyteros ut filios habendos eſſe, non ut vaſſallos. 1

CAP. Presbyter. XI.

SVMMARIVM.

1 *An possit presbyter de mandato sui episcopi sacramentum confirmationis administrare?*

2 *Episcopus est solus minister proprius sacramenti Confirmationis.*

1 IN textu. Videbatur enim deduci ex eo, posse presbyteros sacramentũ Confirmationis de mandato episcopi exercere; vide tamen ad intellectum, & explicationé huius textus *Parrem Francisc. Suar. de sacram. tom. 1. quæstione 72. dispu. 36. sectio. 1. colum. 5. ad medium.* Vt verò plenam habeas quæstionis resolutionem, sequentem accipe conclusionem.

2 Sit vera conclusio. Ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solus episcopus ordinatus. Vnde simplex Sacerdos neq; propria auctoritate, neque de commissione episcopi potest Confirmare, nisi ex sola delegatione Summi Pontificis. Hanc doctrinam colligunt Doctores ex *cap. unico, §. per frontis chrismationem de Sacra Vnctione Covar. lib. 1. cap. 10. num. 6. & 14. Petr. de Ledesma tract. de Sacram. Confirm. cap. 1. Iodocc. Coc. tom. 2. thesauri catholici lib. 5. art. ult. Chemer. tractat. de Confirm. capit. 5. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 25 num. 2. & 3. Navar. cons. 14 num. 2. tit. de privilegijs. Iacob de Graffis consil. 1. num. 5. & in decis. aur. part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29 & 30. Balduin. Iun. super opera controvers. Bellarmini part. 2. lib. 2. cap. 6. vers. Catholici omnes. Ægyd. Coninck de Confirm. quæstione 72. num. 97. & numer. 105. Ludovicus Miranda in manu. Prælat. tomo primo quæst. 44. artic. 1. concl. unica. Reginal. in praxi lib. 28. num. 17. Benacina de Sacram. disp. 3. quæst. unica puncto 2. Armendar. in additio. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de episcopis num. 77.*

CAP. Presbyteri. XII.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Neocæsariense, quo tempore fuerit celebratum?*

2 *Presbyteri rurales, præsente episcopo nõ possunt officia sua exercere.*

3 *Quid sit ecclesia, & quibus modis dicatur?*

1 IN subscriptione, ibi. *Item ex Concilio Neocæsariensi.* Quo anno fuit celebratum hoc Concilium, & quis illi interfuit, vide supra in *cap. Prima 2. num. 3. 16. dist. & in cap. presbyter num. 1. 28. dist.*

2 In textu. Presbyteri rurales in ecclesijs civitatis præsente episcopo, vel clericis urbis non possunt eorum officia exercere, Adducitur à *Præposito hic, num. 1.*

3 In textu, ibi, *Ecclesia.* Quid sit, & quibus modis accipiatur, post Glossam in *cap querela, verbo, Ecclesia, & prælati vices suas & Isidor. Moscon. de maiestate milit. ecclesia in prælud. pag. 5. littera B. Sylvest, in summa, verbo, ecclesia* in principio; vide *Corream in citata relect. ad cap. inter alia de immunit. part. 1. num. 7. & 8.* & ibi plures. Adde posita ad *cap. ult. num. 2. dist, 68. Latius ad cap. ult. num. 3.* & sequent. *dist. 81.*

DISTINCTIO. XCVI.

CAP. Benè quidem. I.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt disponere, neque cognoscere de causis ecclesiasticis.*

2 *Divisio causarum in merè ecclesiasticas, vel non merè, & in temporles, seu mixtas.*

3 *Omnis potestas tàm temporalis, quàm spiritualis à Deo emanavit, sed tamen diversimodè cõmunicatur inferioribus. & num. 4.*

5 *Authores, qui agunt de casibus, in quibus iudex secularis admittitur, in spiritualibus causis, vel ab eis repellitur.*

6 *Vtrùm laicus possit esse index in causa possessoria spirituali?*

7 *Vtrùm secularis iudex possit cognoscere de quæstione facti rei spiritualis?*

8 *Plenarium dicitur, quod adiectione non indiget.*

9 *Vtrùm clerici teneantur servare statuta laicorum quoad vim directivam?*

10 *Vtrùm clerici teneantur servare leges civiles absque præiuditio ecclesiæ?*

11 *Vtrùm laici possint se intromittere in electione summi Pontificis?*

12 *Varijs*

12 *Varijs titulis, & nominibus Reges ſolent nuncupari, & n.* 13. 14. & 15.
16 *Odoacer Rex quis fuit, & quomodo obijt?*
17 *Creſconius epiſcopus quis fuit?*
18 *Tudertini populi unde dicti?*
19 *Prædia ruſtica, & prædia urbana quæ ſint? & an molindinum, & navis inter illa numerentur?*
20 *Res eccleſiæ alienari non poſſunt, & quando liceat?*
21 *Cognoſcitur Maximus epiſcopus Blerana.*
22 *An poteſtas excommunicandi laicis poſsit delegari?*
23 *Principes ſæculares non poſſunt condere leges circa ſpiritualia, & an leges civiles cohibentes matrimonia per pœnas validæ ſint?*
24 *Vtrùm lex civilis generaliter loquẽs, nulla facta mentione de rebus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſervetur in iudicio eccleſiaſtico, ubi Canon non repugnat?*
25 *Stephanus epiſcopus Venuſiæ quis fuerit?*
26 *Laurentius epiſcopus Mediolanenſis quis fuerit?*
27 *Petrus epiſcopus Ravenæ noſcitur.*
28 *Qui prius in ſynodo loquitur maiorẽ prærogativam habet.*
29 *Quanvis ſummus Pontifex poſsit omnes cauſas laicis delegare, non ita prælati inferiores.*
30 *An ſũmus Pontifex poſsit delegare laicis iuriſdictionem ſpiritualem?*

1 IN textu. Qui allegatione memoratus eſt, longitudine prolixus, quæſtionibus intricatus, materiaque amplus, & ideo quanvis remiſsivè explicetur, nunquam tamen breviter tractabitur, cuius præcipua cõcluſio eſt, laicos non poſſe diſponere, ſeu agere de rebus eccleſiaſticis: tenet *Abb. in cap. ab excõmunicato, num. 6. de reſcriptis, & in cap. iuam num. 7. de ordine cognitionum. Turrecrem. hîc à num. 1. &* ſequentibus. *Præpoſitus ibidem, & Archidiac. à nu. 8. & 9. Iacobat. de concilio lib. 7. art. 7.* poſt principiũ verſ. *Secundò facit. Suar. in Anglican. lib. 3. cap. 18. n. 2.* & ſequentibus, optimè *Covar. in cap. Alma, 1. p. §. 11. n. 3. cap. 2. de inditijs cap. eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitut. Navarr. in cap. cum contingat. 2. cauſa. nullitatis numer. 11.* & in caſu ſpetiali, *Vantius tit. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ à numer. 54.* idem *Covar. de ſponſalibus 2. p. cap. 8. §. 3. n. 4. & §. 12. n. 3. Menoch. recuperandæ remedio 15. nu. 338. Simanch. de catholicis tit. 36. num. 1 & in praxi hæreſeos tit. 66. in* principio. *Iaſon in l. quoties Cod. de iudi. Dec. in cap. 2. eodem tit. num. 24. textus in cap. ult. de rebus eccleſiæ textus in d. cap. iuam de ordine cognitionũ, textus in c. lator,* ibi *Coram ſæculari ſuper hæreditate, qui filij ſine legitimi textus in c. Vt inquiſitionis* verſ. *prohibemus,* ibi *quoquo modo,* & illic *Gloſſa de hæreticis in 6. Gloſſa 4. in cap. ſi iudex 12. eodem lib. de ſententia excommunicationis,* & vide poſita ad *cap. præter, num. 15. diſt. 32.*

2 Cauſæ quædam ſunt meré eccleſiaſticæ, vel non merè, quædam merè temporales, aut mixtæ. Collige diviſionem ex textu in *cap. ut inquiſitionis* verſ. *prohibemus de hæreticis in 6.* ibi, *merè eccleſiaſticum c. ſuper eo 12.* ibi, *in cauſis quoque eccleſiaſticis de appellat. c. 2.* ibi *eccleſiaſticum 4. q. 1. c. cum ſit generale* ubi *Gloſſa ult. de foro compet. Abb.* ibi, *n. 30.* textus ubi *Gloſſa, Bald. & Salicet. in Authent. Clericus C. de Epiſcop. & clericis Rebuff. in arborem exceptionum* verſ. *Secunda diviſio, num. 200.* cum ſequentibus. *Navarr. in c. novit de iudic. notabili. 6. nu. 23. & 42.* & quidquid ſit de varietate Authorum in explicandis, & diſtinguendis prædictis membris, ut per *Navarr.* proximè citatum, *Simanch. de catholicis cap. 36. n. 1. Covar. 3. variar cap. 3. n. 1.* verſ. *Ego,* quos videre poteris, & ibi quæ illa ſint.

3 Nota ulterius; quòd licét omnis poteſtas tã ſpiritualis, ſeu eccleſiaſtica, quã temporalis, aut publica à Deo ſit iuxta illud *Pauli ad Roman. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo,* & illud *Evangelij Ioann. 19. Non haberes poteſtatẽ in me ullam, &c.* Refertur uterq; locus in *c. movet* verſ. *Sed ſecundũ 22 q. 1.* cũ alijs, de quibus per *Bellarm. in 1. part. controverſ. de laicis lib. 3. ex cap. 2. & Molin. de iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſp. 27.* Nihilominus tamẽ poteſtas ſpiritualis, ſeu eccleſiaſtica in lege gratiæ, per quã in bonũ ſpirituale, & finem ſupernaturalẽ, & media eidem accõmodata diriguntur, à Chriſto Dño immediatè conceſſa fuit Petro, & eius ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, per illa verba, *Ioann. ult. n. 18. Paſce oves meas,* & *Matth. 16. nu. 19. & n. 18. Tibi dabo claves, & quæcunq; ligaveris, &c.* ut à Divo Petro, & eius ſucceſſoribus, velut à capite in epiſcopos, & alios eccleſiæ prælatos immediatè dirivetur, *c. ita Dñs, 19. diſt.* ibi. *Vt ab ipſo tanquã à quodã capite, &c.* ut ibi notavimus, & poſt *Turrec.* & alios *Covar. in pract. c. 1. n. 2 & d. c. 31. n. 2.* verſ. 1. *Navar. in c. novit de iudic. notabili 3. à n. 81. Bellarm. d. 1. p. lib. 4. de Romano Pontifice, c. 22. & 24. Molin.* ubi ſupra *diſp. 21.* & latè *Burſat. in conſil. 125. à num. 49.* Poteſtas verò temporalis, ſeu politica ad externam inter ſubditos pacẽ conſervãdam, & in finẽ naturalẽ, ut benè vivamus in naturalibus Regi, vel Principi Reipublicæ à Deo tanquã naturę Authore, mediante lumine naturali cõceſſa ſuit, & ab illo tãquã é fõte in

reliquos inferiores Republicæ Magiſtratus dimanat, *d. cap. ſolite de maiorit. & obedientia, l. 1.* ibi *Populus*, &c. *ff de conſtitut. principum*, poſt alios vide *Covar. d. cap. 1. num. 6. Navarr. d. notab. 3. num. 85. Molin. diſp. 26.* optimé *Suar. in defenſione fidei lib. 3. cap. 1. & 2.* cum ſequentibus ubi plenissimè de hac materia: Sanè licèt eiuſmodi poteſtates in multis diſtinguantur, & deſcriptæ ſint, ut colligitur ex *cap. quoniam*, & ijs, quæ ibi diximus *10. diſtinctione*, ibi *Virtuſque poteſtatis officia diſcrevit*, plures differentias proſequitur *Navar.* ubi proximé *num. 88. & Molin. d. diſput. 21.* verſ. *habemus*, quia tamen ſpiritualis, vel eccleſiaſtica longè ſuperior eſt, & dignior, ut ſignificat. *d. cap. duo*, verſ. *Quia etiam, cap. ſolita* cum alijs, & temporalis, ſeu politica illi tanquam ſubordinata, & quoda modo ſubalterna ſubijcitur; poteſt aliquando eccleſia, & Romanus Pontifex de tēporalibus diſponere in ordinem ad ſuum finē ſupernaturalem, iuxta *cap per venerabilem* verſ. *Rationabili, qui filij ſint legitimi* ibi. *Certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionem exercemus*, & traditā per *Bellar. in d. controverſ. de Romano Pontifice, lib 5. cap. 6. & Molin diſput. 29.* & præterea poteſt nonnullas cauſas natura ſua temporales, & ad tēporalem poteſtatem pertinentes ab eadē eximere, & eccleſiaſtico tantùm iudicio iuſtè reſervare, ut patet ex *cap. 2. de foro compet. cum alijs.*

4 His conſequens eſt, poteſtatem illam ſpiritualem, vel eccleſiaſticam, quam Chriſtus Dominus in lege gratiæ Petro, & eius ſucceſſoribus conceſſit, huſquam laicis principibus, vel Reipublicę ſæculari fuiſſe communicatam, ſed magis denegatam, ut ſat deducitur ex *d. cap. ſolita de maiorit.* & ex illo *Actor. 20. num. 28.* ibi. *Quos Spiritus ſanctus poſuit regere eccleſiam Dei.* Reſolvūt *Alnain. de poteſtate eccleſiæ, cap. 3.* poſt alios *Covar. d. cap. 31. num. 2.* verſ. *Prima*, & ex Patribus contrā Berengi, & Henric. VIII. Britanniæ Regem, & quoſdam hæreticos, tradit *Bellarm.* ubi proxime *lib. 1. cap. 7. Victor. in Relect. de poteſtate civile ante finem*, ubi refert à Ioanne 22. damnatum ſuiſſe errorem Marſilij de Padua credentis, ſpiritualem iuriſdictionem apud Imperatores exiſtiſſe. Meminere *Covar. d.* verſ. *Prima*, & *Burſat. d. conſ. 125. numer. 45.* verſ. *Ioann. 22.*

5 In quibus verò cauſis eccleſiaſticis admittatur, vel non, iudex laicus, vide per *textum in cap. ultimo* in principio *de rebus eccleſiæ*, ibi *obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi*, iuncto ſummario noſtri textus, & illius verbis ibi *Anathema in ordinem eccleſiaſticum dicere*, & ibi: *Non licuit laicis ſtatuendi in eccleſia.* Optimé textus in *cap. 2. de iudic.* verbo, *tractare*, quo uterque tractatus tàm principalis, quàm incidens illis prohibetur; apertè probat textus in *d. cap. tuam de ordin. cogn.* Notant illic Gloſſa ult. & Doctores communiter ex *Abb. num. 7. in eodem textu in cap. laicos 5.* ibi. *Coram ſæculari ſuper hæreditate*, &

ibi. *Super quæſtionem nativitatis coram Norvicenſi epiſcopo, qui filij ſint legitimi, cap. ut inquiſitionis* verſ. *prohibemus* ibi *Quoquomodo* ubi Gloſia, & cōmunis de *hæretic. in 6.* & vide *Gloſam 4. in cap. ſi index 12. de ſententia excommunicat.* illo *lib. Iaſon.* & cōmunis in *l. quoties numer. 6. Cod. de iudic. Dec. in cap. 2. eodem tit. num. 24.* & alios per *Vant. tit. ex defectu iuriſdict. ordinar. à num. 54. Covar. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 3. num. 4. & §. 12. num. 3. Menoch. recuper. remedio 15. num. 338. Mant. dialog 42. Simanch. de catholic. cap. 36. num. 1.* & in *praxi hæreſeos cap. 66.* in principio. *Ioann. Andr. Dec. in cap. 2. de iudic. num. 24.* verſ. *Tertiò fallit. Ripa ibidem numer. 13. Specul.* quem ſequitur *Bald. in l. 2. Cod. de carboniano edicto, & in Authent. ei, qui, Cod. de bonis authorit. iudicis poſſidendis.* Communis ex *Menoch. retinenda remedio. 3. nu. 336. Gutierr. in Canon. lib. 1. cap. 34. numer. 46. Gloſſa ultim. in Clem. 1. de cauſa poſſeſſ.* Quorum ſententiæ contrarius eſt *Covar. practicar. cap. 35 numer. 1.* verſ. *Prima* licèt aliter defendat *Valaſc. conſult. 93. numer. 4. & 5.* Vide præterea ad alios caſus *textum in capit. clerici*, ibi. *Ex aliqua conſuetudine de iudic.* & notat *Gloſſa Abb.* & alij, ibi. *Aufrer. de poteſt ſæculari regula 1.* in principio. *Rip. num. 15. in cap. 2. de iudic. Covar. in practic. cap 31. num. 5. Rolland. conſ. 4. à num. 11. lib. 1. Gutier. Canon. cap. 34. num. 23. Gloſſa 1. in cap. 1. ſupra 10. diſtinct.* recepta communiter ex *Covar. de ſponſal 2. part. cap. 8. num. 8.* & *Rojas in epithom. ſucceſſion. cap. 23. num. 17.* Tradunt *Abb.* & communis per textum, ibi, in *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Anchar. num. 5. Dominic. numer. 6. Franc. numer. 3. in cap. ultim. de iudic. in 6. Ripa. numer. 9. & 10. in cap 2. eodem titul. in antiquis. Decius conſ 150. à num. 1. Hypolit. ſingularis. 367.* qui loquuntur in alio caſu, ubi iudex ſęcularis prohibetur agere de re eccleſiaſtica, & circa eundem vide apud eoſdem quam plures ampliationes *Gloſſa 1. ad textum in capit. contingit de arbitr.* ubi Innocentius III. in hæc verba. *Prohibemus ne ſuper ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur.* Conſonat *l. idem Pomponius aliàs ſi de meis 14. §. Recepiſſe iuncta l. 1. ff. de arbitr. §. Omnium*, ibi *Arbitros*, ubi communis. *Inſtit. de actionib.* & omnes in *d. capit. 2. de iudic. Dec. ibidem, numer. 2. Felin. 6.* verſ. 3. *& numer. 8. Ripa num. 12. Covar. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 12. numer. 2. Blanc. de compromiſſ quæſtione 2. numer. 62.* qui ſolvunt multa iura in contrarium. *Decius* tamen in *capit. 2. de iudic. numer. 1. & 2. Rip. numer. 49. & 50.* poſt alios *Berous in dicto capit. contingit de arbitr.* concedunt laicis, quòd poſsint tanquam miniſtri agere de cauſis eccleſiaſticis, licèt contrarium intendere videatur *Abb. in dict. cap. 2. de iudic. notab. 1.* & ita poſſunt Laici procuratores conſtitui in ſpiritualibus ad unum, vel plura negotia, ſive in iudicio, *cap. 1. de procuratoribus, in 6.* ubi *Gloſſa capit. 1. de Syndico*, ſiue

extra

extra iudicium, velut ad reſignandum, acceptandum, & permutandum beneficium, *Gloſſa*, verbo, *Procuratorem, in Clement. 1. de rebunt.* Præterea in alijs cauſis eccleſiaſticis ſe poterit laicus intromittere, ut videre eſt in *cap. Quia propter, de electione. Dec. num. 8. Ripa num. 60.* cum ſequent. *in cap. 2. de iudic.* poſt alios *Covar. practicar. cap. 19. num. 8.* Sic etiam in alio caſu, textus in *cap. Statutum, §. Aſſeſſores, de reſcript. in 6. l. Conſiliar. ff. de officio aſſeſſor. Aufrer. de poteſt. ſecular. reg. 4. fallentia 34.* & paſſim alij. Quem tamen caſum limitatum reperies apud *Innocent. Anton. Abb.* & alios, ut per *Dec. in cap. 2. de iudic. nu. 17. Albert. in cap. 1. quæſt. 10. num. 1. & 2. de hæretic. in 6.* & *de agnoſcend. quæſt. 26. à num. 11.* An idem procedat in inquiſitoribus, qui peritorum conſilia in cauſis fidei adhibent, iuxta textum in *cap. ult. de hæretic. in 6.* vide *Simanch. de cathol. tit. 41. num. 14.* ad finem. *Rojas de hæretic. 1. p. num. 422.* & *2. p. num. 166.*

6 Verum laicus poſſit eſſe iudex in cauſa poſſeſſoria ſpirituali, ſive ſit beneficialis, ſive matrimonialis, aut quæcumq; alia? Vide per *Gloſſam in cap. Litteras, de iuram. calumn. Gloſſam*, & Doctores, in *cap. Cum dilectus*, verbo, *iuramento, de elect.* textum optimum in *cap. ult. de iudic.* in principio, ibi, *Florentina poteſtas*, & ibi, *Super poſſeſſione, vel quaſi. cap. Petimus*, ibi, *Rectorem provinciæ alire, & authoritate iudiciaria, 11. quæſt. 1.* & *cap. Cauſam, quæ. 2. qui filij ſint legitimi. Abb. in d. cap. Litteras, num. 6.* Multos citatos per *Covar. in practic. cap. 35. num. 1. Menoch. recuper. remedio 15. num. 210.* & per *Gutierr. in Pract. lib. 1. quæſt. 20.* à principio, & in *Canon. cap. 34. ex num. 22. Vaſaſc. conſult. 93. num. 5. Burſat. conſ. 49. num. 8.*

7 Quæres denique, utrum poſſit laicus cognoſcere de quæſtione facti rei ſpiritualis, vel eccleſiaſticæ? Conſule *Fulgoſ. in l. Quoties, Cod. de iudic.* ubi *Iaſon. num. 7.* poſt *Cuman. Imol.* & alios, quos citat *Abb. num 10. ad cap. Tuam, de ordine cognition.* & ibi *Imol. in fine. Aretin. num. 31. in l. Omni novatione, Cod. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. in l. Titia, à num. 3. ff. ſolut. matrim. Abb. in cap. Cum ſit generale, de foro compet. num. 17. Ripa in cap. 2. de iudic. num. 17. Covar. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 12. num. 3. Bernard. & Additio. in regula 229. Gutierr. Canonic. d. quæſt. 34. num. 17.* & multos, quos vide, per *Padilh. in l. 1. num. 57. ff. de iuris, & facti ignorantia. Bald. ad l. Filium, num. 19. & 20.* Qui omnes ſupra citati, aliqui affirmant, alij verò negant.

8 In textu, ibi, *Nec adiectione indiget plenitudo.* Ergo plenarium dicitur, quod adiectione non indiget; notat *Archidiac. in cap. Licèt, num. 1. de præbend. lib. 6.* ita, & plenum quoque dicitur, cui nihil addi poteſt, *cap. Si omnia*, in fine, *6. quæſt. 1. Hoſtienſ. in cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi, pag. 39. column. 1.* in principio. *Bald. conſ. 338.* in principio, *lib. 3.* ubi nominatim utrumque æquiparat; notat *Tiraq.* textum noſtrum ad conſiderandum, nullam eſſe differentiam inter plenariam, & plenam probationem, quem vide plures citantem, in *retract. Lignagier, §. 4. Gloſſa 1. num. 16. & 17.* & ſequentibus.

In textu, ibi, *Quibus maximè cura eſt.* Ex hoc verſiculo 9
ſurgit quæſtio illa, utrum clerici teneantur ſervare ſtatuta laicorum, ſaltem quoad vim directivam? Circa quam vide *Tiraq. retract. Lignag. Gloſſa 13. §. 1. num. 2. Dueñ. reg. 135. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 55. verſ. Ex quibus nonnulla*, ante finem. *Hyppol. ſingular. 29. Morla in Empor. iur. ſub tit. de legibus, quæſt. 16. Caſtr. lib. 1. de leg. pœnal. cap. ult.* per totum. *Sot. de iuſtitia, lib. 1. quæſt. 6. art. 7. Marc. Anton. in practic. eccleſiaſt. quæſt. 196. num. 2.* ante finem, & *quæſt. 380.* per totam, qui explicat, & modificat noſtram quæſtionem.

Excita iterum ex hoc verſiculo. Virũ clerici 10
teneantur ſervare leges civiles, ſeu ſtatuta terrarum, quæ abſque præiudicio eccleſiæ ſunt edita, ita ut eos ligent, non ſolùm quoad vim directivam? Negat *Abbas*, & Doctores cõmuniter, in *cap. Eccleſia, de conſtitut.* Adducitur textus in *cap. ult.* ibi, *Cum facto*, &cœt. *de vita, & honeſtate clericorum*, clarius textus in *cap. Conſtitutus, de in integrum reſtitut.* iuvat textus in *cap. Quæ in eccleſiarum, de conſtitut. cap. Quod clericis, de foro compet. Bald. in l. Cunctos populos, num. 54. Cod. de ſumma Trinit. Domin. in cap. 1. num. 8. de iur. iur. lib. 6. Dec. in cap. Eccleſia, num. 53. de conſtitut.* In contrarium eſt *Bart. in d. l. Cunctos, num. 29.* ſequitur *Lap. allegat. 81. num. 1. Victor. de poteſtate eccleſiaſt. ſect. 7. pag. mihi 53. num. 4. Sot. in 4 diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 4.* & ultra omnes vide *Tiraq. retractu Lignag. Gloſſa 13. §. 1. num. 3. & 4.* ubi plures citat, qui quæſtionem diriminut, & explicant. *Abb. in cap. Quod clericis, de foro compet. num. 1. & 2. Sot. de iuſtitia, lib. 1. quæſt. 5. art. 7.* Qui regulam ponunt cum ſuis fallentijs ad quæſtionem noſtram.

In textu, ibi, *Electionem laici in ſuam redigant poteſtatem.* 11
Vtrum laici poſſint ſe intromittere in electione Sũmi Pontificis? Vide quæ notaſti ſupra, in *cap. 1. diſt. 63.* & notat *Coſtalii. de Imperator. quæſt. 99. & 109.* per totam, ſecundum etiam quæ notavi ſupra, in principio huius textus, *à num. 12.* & ſequentibus. *Petrus Gregor. ad Decretal. tit. de elect. cap. 53. à num. 16. Azor in ſumma, tom. 2. lib. 10. cap. 8. col. 1083. lit. C.*

12 In textu, ibi, *Præcellentiſſimi Regis.* Varijs titulis, & nominibus ſolent Reges à multis appellari, à quibuſdam enim cor, & anima populi dicuntur, quia ſicut anima, & cor vivificant humanum corpus, ita per Regem vivificatur iuſtitia, quæ eſt vita, & gubernatio populi, & veluti cor eſt unum, per quod cætera membra recipiunt unitatem, ſic Regnicolæ cum Rege uno debent uniri. Vide *Greg. Lopez. partit. 2. l. 5. tit. 1. Gloſ. 1.* in principio. Ex eo enim, quia Rex cor Reipub. ſit, inde illi oritur vigilandi ſemper in publicis, & communibus negotijs obligatio, dum eius ſubditi, & miniſtri profundo eorundem negotiorum ſopore deſides, ſenesq; emergent, unde *Iuſtin. Caſ. in Authent. Vt iudices ſine quoquo ſuffragio*, in principio, *collat. 2.* inquit, *Non in vanum vigilias damus, ſed in huiuſmodi eas expendimus conſilia pernoctantes, & noſtibus ſub æqualitate dierum utentes, ut noſtri ſubiecti ſub omni quietè conſiſtant ſolicitudine liberati.* Itaque Rex ad ſimilitudinem vigilantiſſimi naucleri, qui dum navigantes peregrini ſomno laxantur, ipſe affixus clavo navem dirigere, & gubernare debet. Vnde verificatur dictum Apoſtoli ad *Roman. 12. num. 8. Qui præeſt in ſolicitudine*, &cœt. & illud *Antigon. ad Elian.* de quo *Trog. An ignoras fili mi noſtrum Regnum eſſe nobilem ſeruitutem?* Sic etiam intelligitur dictum Sponſæ, *Cantic. 5. num. 2. Ego dormio, cor meum vigilat.*

13 Ab alijs etiam Reges patres familiæ, & patriæ vocantur, nihil enim ſunt Regna, quàm quædam amplæ, & numeroſæ familiæ, ut inquit *Ariſt. Polit. 1. cap. 1.* ad finem, ibi, *Omnis enim domus regitur à ſemore*, &cœt. Quapropter *Plin. in Paneg.* nimis extulit Traianum, qui vaſſallos, & ſubditos eodem amore, quo paterfamilias filijs ſuis præeſt, ſic etiam ipſe ſuos ſubditos moderabatur, & imperabat. Verba Plinij ſunt hæc. *Cum ſubditis tuis quaſi parens cum liberis vivis.* Similiter *Claud. in Paneg. ad Honorium. Tu civem patremq; geris.*

14 Sic iterum Reges vicarij Dei in temporalibus nominantur, ut patet *Proverb. 8. Per me Reges regnant.* Vnde *Homer. Ab Iove ſunt Reges.* Non tamen illis datur hæc poteſtas à Deo, ut in ſuos ſubiectos rigoris, & iræ fulmina vibrent, ſed ut eos humanitate, benignitateq; ſua foveant; nec ut eorum magnificentiam, & ſuperbiam oſtentent, ſed ut miſeros ſuo patrocinio protegant. Sic ſimiliter dicitur Rex, Canon, regula, & methodus, qua ſuarum virtutum exemplari regulari debent eius ſubditi, & vaſſalli; ita *l. Caſtella 6. tit. 1. part. 2.* ubi vide *Greg.* Nec non ſol appellatur, cuius radiorum aſpectum non patiuntur, niſi legitimæ aquilæ, ut ait *Caſſiodor. lib. 7. for. 35.* ibi. *Aſpectum ſolis niſi clara lumina non requirunt.* Quia illi tantum poſſunt pati radios, quos conſtat oculos habere puriſſimos.

Aſſimilantur poſtremò Reges corporum 15
neruis; ſicut enim nerui omnium membrorũ ligamentum firmant, ſic etiam Reges cum Regno ſimul conſtituunt corpus quoddam indiviſibile, & per ipſum indiſſolubile. Vnde *Sener. lib. 1. de clement. pag. mihi 316.* ad finem. *Ille eſt enim vinculum per quod Reſpub. cohæret, ille ſpiritus vitalis, quem hæc tot familia trahunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus, & præda, ſi mens illa ſubtrahatur.* Tãdem caput Regni vocatur Rex per legem Caſtellæ locis ſupra citatis, quia ut ait *Seneca*, ubi proximè. *A' capite bona valetudo, ſic etiam à Rege in populum diffunditur ſalus, & ſanitas.* Multas qualitates, quibus Reges debent ornari, vide per *Concilium Maguntienſe, tom. 3. p. 2. cap. 3.*

In textu, ibi, *Odoacris.* Hic dum Præfectus 16
copiarum Herculorum, & Turinginorum eſſet (reliquiæ ſcilicet Athilanorum exercituum) anno ſalutis 475. Italiam invaſit, vir quidem cui egregij militares ſpiritus inerant, novarum tamen rerum percupidus, Oreſtem tunc rerum Ravennæ ſolus potientem ingenti clade apud Ticinum ſuperavit, eiusq; fratrem Paulum relictum in præſidio interfecit. Deinde anno à partu virgineo 477. occiſo item Braachila Ravennæ Comite, ſecurè in illam dominatus eſt, aſſumpto Regis nomine, tamen abſque purpura, & Regijs inſignijs Romam profiſcicitur, ibique magno apparatu exceptus, Romæ, Italiæq; Rex conclamatur; eamq; per quatuordecim annorum ſpatium ſumma tyrannide rexit, præcellentiſſimi Regis titulo inſignitus, cuius meminit noſter textus. Hunc Odoacrum Theodoricus Oſtrogothorum Regis filius, Zenonis Auguſti authoritate, continuo prælio inſequitur; tandem cum Ravennæ exiſtentem triennali obſidione, fame, ſitiq; coegit, ut Ravennam traderet, illa nempè conditione, ut ſibi, & filijs eius liceret incolumibus abire; aſſentit Theodoricus, & pace ita firmata Ravennam ipſe ingreditur, ubi læto vultu ab omnibus recipitur, & Archiepiſcopus loci cum ſacris viris illi obvius fit, à ſuisq; Rex conclamatus. Videre hoc Odoacer vix ſuſtinuit, quem adhuc ſuperſtitem relinquere noluit Theodoricus, ſed ut ſcribit *Hieronym. Rub. in hiſtor. Raven. pag. 125.* in principio, inter convivas cuiuſdam cœnæ celebratæ in palatio, quod *Hilaritum* appellabatur, inter Sciphos cum commilitonibus eorum, Odoacer, & filius occiſi ſunt. Hæc ſufficiant ad noſtri textus intelligentiam, reliqua enim, quæ de Odoacro ſcire velis, vide per *Rubeum*, ubi ſupra, *à pagin. 121.* cum ſequentibus. *Baron. Annal. tom. 6. anno Chriſti 476.* & ſequentibus.

In textu,

17 In textu, ibi, *Creſconius Tudertina eccleſiæ epiſcopus.* Qui fuit vir quidem planè egregius, & ab Anaſtaſio Papa miſſus legationis cauſa ad Anaſtaſium Imperatorem, ut eum revocaret ab hæreſi, & ſuccurreretur eccleſiæ periclitanti ſub hæretico Principe. Extant epiſtolæ legationis apud *Baron.* qui huius Creſconij meminit, *anno Chriſti 497. à num. 1.* & ſequentibus.

18 In textu, ibi, *Tudertinæ.* Oppidũ eſt Vmbriæ Mediterraneæ, teſte *Plinio de hiſtoria naturali, lib. 3. cap. 14.* vocatum, *Tuder*, & ideo incolæ eius *Tudertes*, appellantur, vel etiam *Tudertini*, ex *Calepin.* noviſſimo, verbo, *Tuder*.

19 In § *Item Hormiſdæ*, poſt medium, ibi, *Prædium, ſive ruſticum, ſive Urbanum.* De prædijs ruſticis, ſive urbanis, & de ſervitutibus eis competentibus, vide *l. 1.* & ſequentes, *ff. de ſervitutibus urbanorum*, & *l. 1. ff. de ſervit. prædiorum ruſticorum.* Sunt itaq; prædia urbana omnia ædificia habitandi cauſa facta, ſive in civitate, ſive in villa. Ruſtica autem prædia ſunt, quæ fructuum percipiendorum cauſa fiunt; notat præter *Turrecremat. hic, num. 9. Cæpol. de ſervitut. urbanor. cap. 11. num. 2.* & 3. cum alijs; & an navis, ſeu molindinum prædia urbana ſint: vide *Menoch. adipiſcend. remedio 3. num 151.* & 152. plures citantem. *Tiraq. retract. Lignag. §. 1. Gloſſa 7. num. 89. Cæpol.* ubi ſupra, *num. 7.* & 8. & qualiter diſtinguantur prædia ruſtica, & an urbana limitibus ſint terminanda, & dividenda, vide *Specul. in titul. de emptione, & vendit. à num. 11.*

20 In textu, ibi, *Ne unquam*, & ibi, *Alienari liceat.* Regula hæc de non alienandis rebus eccleſiaſticis, conſtat ex toto titulo *de rebus eccleſiæ alienandis*, & *titul. de non alienand. lib. 6.* iuncta *Clement. 1.* & *2. Extravag. unica inter communes, eodem tit. Authent. de non alienand. collat. 2.* & ibi in utroque iure latiſſimè ſcripſere communiter ſcribentes, & præter omnes eam tenet *Rebuf. in Compendio de alienandis rebus Eccleſiæ, num. 51.* Limitatur tamen, ut non procedat, quando datur evidens eccleſiæ neceſſitas, vel utilitas, quo caſu licitè poſſunt res eccleſiæ alienari; probat *cap. Sine exceptione, 12. quæſt. 2.* ibi. *Niſi ut meliora*, &cœt. *cap. Cum Apoſtolica*, verſ. *Ne quis, cap. Tua nuper, in eodem*, verſ. *De his, quæ ſunt à prælatis, cap. 2. de donat. Clement. 1. de rebus eccleſ. Extravag. Ambitioſæ, eodem tit. inter communes*, reſolvunt Gloſſæ, & Doctores utrobique; *Gloſſa 1.* & Doctores, ubi latè *Berous in cap. Nulli, de rebus eccleſ. num. 28.* & *29. Gloſſa*, verbo, *reddit, in cap. 1. de in integr. reſtitut. Gloſſa 1. Abb. Imol.* & *Cardin. in cap. 1.* & in dict. *cap. Tua, de his quæ ſunt*; latè *Covar. lib. 2. variar. cap. 17.* per totum. *Duen. reg. 120. Menoch. illuſtrium, lib. 1. cap. 31. num. 15. Menoch. remedio 9. recuperand. à num. 115.* cum ſequentibus. *Gabriel lib. 3. communi tit. de rer. eccleſ. alienat. concluſ. 1.* per totam. *Rodoan. de rebus eccleſ. quæſt. 19. num. 26.* cum ſequentibus. *Cardoſus*, verbo, *res, num. 14.* ubi plures citat. *Riccius in praxi, 1. p. reſolut. 383. num. 1. Marc. Anton. in practicab. eccleſ. quæſt. 516. nu. 2.* ubi addit poſſe res eccleſiæ in ſubſidium relocari ei, qui eam deterioravit, & deſeruit *Rebuf.* ubi ſupra, *num. 9.* & *34.* dicens, in hoc caſu abſque debitis ſolemnitatibus poſſe eccleſiæ alienari; latè *Covar. lib. 2. variar. cap. 17. num. 2.* qui omnes præſcribunt ſingulas cauſas, & ſolemnitates, quibus res eccleſiæ poſſunt alienari, quos latiſſimè videre poteris. An autem bona confraternitatũ ad ſimilitudinem rerum eccleſiaſticarum prohibeantur alienari, ſine debitis ſolemnitatibus, vide *Marc. Anton.* ubi ſupra, *quæſt. 606.* per totam. *Rebuf.* ubi ſupra, *num. 56.*

21 In textu, ibi, *Maximus epiſcopus Blerana.* Hic vixit tempore Symmachi Papæ, de quo in noſtro textu. Vir fuit doctus, & ideo ad Concilium vocatus, ut animum ſuum, & votum liberè exprimeret, argumento legis proximè, *ff. de his, quæ in teſtamento delentur*, &cœt. Bleranæ eccleſiæ præfuit, quæ civitas eſt Italiæ; ut ſcribit *Plinius lib. 3. cap. 5. num. 20.* à qua dicti ſunt Blerani populi, Cortonenſibus, & Capenatibus vicini.

22 In textu, ibi, *Aut ſi potuit laicus, &cœt.* Vtrum poteſtas excommunicandi poſſit laicis delegari, vide *Suar. de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. num. 8.* & *9.* ubi fit mentio noſtri textus ad propoſitum, de quo agit, qui optimè ut ſolet, totam dirimit quæſtionem.

23 In textu, ibi, *De me licuit laico legem dare*, iuncto fine, ibi, *Ne in exemplum.* Collige ex hoc textu, non poſſe Principem ſæcularem concedere leges circa ſpiritualia, *cap. Litteras. de iuramento calumn. Abb. in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtitut. num. 15.* Vtrum leges civiles cohibentes matrimonia per pœnas, ut ſunt leges, *Cod. de ſecundis nupt. Authent. de raptor. uniter. collat. 9.* validæ ſint? Negat *Andr. in cap. Statutum, de hæretic. in 6. Abb. in dict. cap. Eccleſia, num. 20.* & Doctores communiter, ex *Felin.* ibi

num. 59.

num. 59. *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 3. §. 8. & de pœnis impoſitis matrimonio, vide *Gutierr. Canonic. lib.* 1. *diſp.* 30. *num.* 21. & *diſp.* 32. *ſub nu.* 21. Affirmat *Bald. in rubr. de conſtitut. num.* 33. Veteres in *dict. cap. Statutum, de hæretic. in* 6. *Sot. in* 4. *diſt.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 4. *tolumn.* 4. Alij tandem ſectantur diſtinctionem *Gloſſæ*, verbo, *certo, in cap. Cum ſecundùm, de hæretic. lib.* 6. & cum ea tranſit *Guilhelm. in cap. Rainuntius, de teſtam.* verbo, *cuidam Petro, num.* 10. & plures citati à *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 3. §. 9. *num.* 2. quos vide, & elige, quod malueris.

24 An lex civilis generaliter loquens, nulla facta mentione rerum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum, abſtineat in cauſis eccleſiaſticis, ſi alàs Canon non repugnet? Tangunt dubium *Hoſtienſ.* & Doctores, in *cap. ultim. de ſolut. involvunt*, per plures columnas *Abb.* & *Dec. in d. cap. Eccleſia, Bart.* & alij, in *l. Cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitat.* mille caſus multiplicantes *Andr. Syral.* ad finem, ibi *Abb. in cap.* 1. *num.* 8. *de novi operis. Felin. in d. cap. Eccleſia, num.* 37. & *Dec.* ibidem, *num.* 27. *Fortunat. de ultim. finib. illatione* 13. plures relati à *Tiraq. de primogen. quæſt.* 44. *num.* 3. qui omnes pro regula ponunt, quòd leges clauſæ in corpore iuris communis, quas Imperiales vocant; deficiente Canone obtinent in foro eccleſiæ; quam regulam variè limitant, & ampliant prædicti Authores, quos latè videre poteris.

25 In textu, ibi, *Stephanus Venuſinæ eccleſiæ epiſcopus.* Sic dictus à Venuſia urbe, Colonia Dauniorum, & Apulorum, teſte *Plinio de hiſtoria naturali, lib.* 3. *cap.* 11. *ſub num* 40. Plura de Venuſia urbe, vide per *Strabon. in Geograph. lib.* 5 *pag.* 172. *col.* 2. ad finem, *num.* 50. & *lib.* 6. *pag.* 175. *col.* 1. *ſub num.* 40. qui eam appellat præcipuam urbem, & iudicat Samniticam eſſe, ubi vide etiam *Iſaacum Caſaubronum, in Commentarijs ad eundem Strabonem, pag.* 100. *column.* 1. poſt principium, verſ. *Ideo.* Vlterius de hac ciuitate, & eius ſitu, vide *Ptolom. Geograph. lib.* 3. *cap.* 1. *tabul.* 6 *pag.* 49. ante medium. Fuiſſe patriam Horatij Poetæ in confinio Lucaniæ, & Apuleiæ, ex eaq; cognominatus Horatius Venuſius; notat *Calepin, littera V.*

26 In textu, ibi, *Laurentius Mediolanenſis epiſcopus.* Qui ſanctus à *Baron.* dicitur, anno Chriſti 489 *num.* 14. Hic dum Mediolanenſi ciuitati præeſſet, multas aduerſitates paſſus fuit à Barbaris, quas omnes ingenti animo p Chriſti nomine ſubſtulit, ut teſtatur *Ennod.* in vita eiuſdem, citatus à *Baron.* ubi proximè, *num.* 10. Hic idem cum alijs epiſcopis dicauit Baſilicam ſancti Petri, & Pauli, quam Victor epiſcopus ex fano Idolorum purgatam conuerterat ad cultum Dei Omnipotentis; refert *Baron. d. num.* 14. Deinde conuocatus fuit inter cæteros eminentium ſedium epiſcopos, ad Synodum celebratam ſub Symmacho Papa; teſte *Baron. anno Chriſti* 502. *num.* 3. Plura de noſtro Laurentio proſequere cum eodem *Baron.* ſupra citatis locis.

In textu, ibi, *Petrus Ravennæ epiſcopus.* 27 Vir fuit egregiæ doctrinæ, epiſtolam ad Eutichem ſcripſit, quę habetur inter præambulares ad Concilium Calcedonenſe. At Chronicæ Canonicorum regularium habent cum fuiſſe Canonicum regularem, & homilias ſcripſiſſe in Euangelia, & de ſanctis; de quo vide *Anton. Poſſevin. in Apparatu ſacr. tom.* 2. *littera P. pag.* 64. ad fin. Hunc Petrum interfuiſſe Synodo Symmachi, de quo ſupra cum Laurentio, affirmat *Baron. d. anno Chriſti* 502. *num.* 3.

In Gloſſ. verbo, *Mediolanenſis.* 28 Ergo prærogatiuam maioris dignitatis arguit, loqui prius in Synodo; notat ad propoſitum Gloſſam hanc. *Gaſpar Stratius de antiquit. Luſitan. cap.* 65. *num.* 1. *Cabed. diverſor. inr. argumentorum, lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. verſ. *Quinto. Gama deciſ.* 1. *num.* 1. notabilem eam appellat. *Navarr. in cap. Inter verba, præludio* 1. *num.* 1. meminit eiuſdem *Tiraq. de iure primogenitur. in præfatione, num.* 112. & 113.

In Gloſſa, verbo, *Prater*, ibi, 29 *Cauſam autem ciuilem.* Vult Gloſſ. quod licèt Pontifex indiſtinctè cauſas omnes ſpirituales ad forum eccleſiaſticum pertinentes, laicis cõmittere poſſit, epiſcopi tamen, & ſimiles prælati inferiores, tantùm delegare poſſint cauſas pecuniarias, & merè ciuiles, ut p Gloſſam ſimilem, & ibi notata, in verbo, *ducibus, in cap. Prater*, 32. *diſt.* Vide *Roland. conſ.* 4 *num* 14 *lib.* 1. *Gloſſam*, in princip. ibi, *Cauſæ pecuniariæ, in cap.* 2. *de iudic. Alexand.* & Doctores ibidem, in *cap. Contingit, de arbitr.* ſequuntur Doctores in *cap. Per tuas, eodem tit.* & alibi, ut per *Abbat.* & *Dec. nu.* 5. *Rip. num.* 34. *in d. cap.* 2. Doctores per Gloſſam, in *cap. Cum te,* 18. *de officio delegati.*

In eadem, quatenus ex ea probatur, poſſe 30 Summum Pontificem delegare laicis iuriſdictionem ſpiritualem. Vide *Suar. de cenſur. num.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 10. in fine, & *Segoram Davilos in Direct. iudic. eccleſiaſt. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *Sigiſm. Scacc. in tract. de iudic. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 41. *Marc. Anton. Genuen. in practicab. eccleſiaſt. q.* 750. *Decian. tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 70. præter alios, quos ſupra retuli ad *cap. Prater, diſt.* 32. *num.* 15.

CAP.

CAP. Nos ad fidem. II.

SVMMARIVM.

1 *Martianus Imperator, quis fuerit?*
2 *Quomodo ad Imperium aſcendit?*
3 *Quo anno cœpit imperare, & quo obijt?*
4 *Nulli licet diſputare de fide, animo dubitãdi.*

1 IN ſubſcriptione, ibi, *Martianus Impemtor.* Qui fuit genere Thrax, filius cuiuſdam viri rem exercentis militarem, & ideo ad exemplum paterni ſtudij, & æmulatione eius vitæ ad Philippopolim rectè ſe contulit, exercendæ militiæ gratia, in eaq; civitate adſcriptus eſt in militum numerum, fortè ei proficiſcenti accidit, ut inter viarum angiportus, & anfractus corpus recens occiſus inveniſſet; cui altitit miſericordia cõmotus (inerat enim illi; præter alias animi dotes, præcipuè hæc) & quia fratri defũcto iuſta ſolvere cupiebat, ideo ibi diu cõmoratus eſt. Verum, id, noſcente populo, fertur ut homicida ad Magiſtratus Philippopolis. Aprehenſo autem Martiano, ei quæſtionem de cæde facta præbent; ac cum coniecturis, & ſignis plus tribueretur, quàm aut veritati, aut verbis Martiani eædem pernegantis; cumq; Martianus iam pœnas homicidæ eſſet perſoluturus; repente divina largiente gratia, deprehenſus eſt ille ipſe, qui cædem cõmiſit, propter quod facinus capite mulctatur; & Martianus capitis periculo liberatur. Quo circa mirandum in modum ereptus diſcrimine ad quãdam militum turbam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare, qui admirantes hominem, & præpotentem fore, certis coniecturis augurantes, libentiſſimè eum admittunt, inq; ſuum album referunt, neque ponunt infimo in loco Martianum de more legis militaris; ſed ad quendam honoris gradum, quem vir nuper mortuus, cui nomen erat Auguſtus, obtinuerat, extulerunt; qui item Auguſti is appellabatur, quod factum videtur, tanquam certiſſimum augurium futuri nominis, Auguſti, quod, priuſquam potiretur Imperiũ, obtinuit. Ita de eo refert *Evagrius lib. 2. cap. 1.* & poſt eum *Baron. tom. 6. anno Chriſti* 450. *numer.* 18.

2 Poſt vita functum Theodoſium iuniorem Imperatorem, tùm ex Senatusconſulto, tùm voluntate ſanctæ Pulcheriæ ſubijt Martianus Imperium. Erat Pulcheria Arcadij Imperatoris filia, ex *Baron. tom. 5. anno Chriſti* 408. *num. 1. Volaterran. Antropolog. lib. 23.* verbo, *Martianus, Statius de antiquit. Luſitan. cap. 21. num. 2.* in fin. Soror ipſius Theodoſij, quam ille Auguſtam creaverat, teſtante eodem *Baron. d. tom. 5. anno Chriſti* 415. *num.* 51. quod exemplum nullo retrò tempore præceſſerat, ut Auguſta ſola habenas moderaretur Imperij, ut inquit idem *Baron. tom. 6. anno* 450. *num.* 17. Quæ iam ætate gravior, utpotè quinquagenaria nata ſub Conſulatu Theodori, & Eutropij, ſalubre illud conſilium ſequuta fuit, ut coniugij nomine virum aſſumeret ad Imperium ætate maturum, conſilio gravem, continentia probatum, atq; militari virtute ubiq; ſpectatum; quæ omnia neceſſaria ad Imperium regendum omninò reputantur; & ita ſibi in matrimonium adiunxit Martianum, veluti omnibus his, quæ deſiderabantur præditum, ipſa tamen virginitatem inviolabiliter ſervavit, quam Deo voverat; qua de re nimis laudatur à *Baron. tom. 6. anno Chriſti* 450. *num. 17.* & de ea vide eundem *Baron. ad Martyrolog. Roman. ad diem* 10. *Septembr. littera I.* in quo die Pulcheria, ut ſancta celebratur; & ibi plures videbis, qui de ea agunt.

Electus fuit ad Imperium Martianus, anno Chriſti 450. die ultimo Iulij, aut paulò antea, quod certò non conſtat; vixit tempore ſancti Leonis Papæ. Obijt anno Chriſti 457. die 26. Ianuarij, Imperij ſui ſexto anno, & ſex menſibus, & duobus diebus, ut refert *Baron.* ex alijs *tom. 6. anno Chriſti* 457. *num.* 1. toto ſui Imperij diſcurſu optimè ſe geſſit, egregius in omnibus, præcipuè in propagatione, & exaltatione catholicæ fidei, exemplum chriſtianiſſimi Principis præbens, quapropter religioſiſſimus appellatur à *Baron.* ubi proximè, *anno Chriſti* 451. *num. 2. Vvald. de dignit. Reg. cap. 13. num. 13.* cuius ſummæ laudes, & nimis dignæ recordationis extant, apud eundem, ibidem, *anno Chriſti* 457. *num. 2.* Reliqua, quæ de eo videre poteris, proſequere cum *Baron. anno Chriſti* 450. *num. 17.* & ſequentibus annis. Meminit præterea noſtri textus, quoad dictum Martianum, *Anton. in ſuis Chronicis, p. 1. tit. 8. cap. 3. §. 8.* poſt principium, *fol. 215. Pined. 2. p. monarch. lib. 12. cap. 3. §. 8.* ante finem.

3

In Gloſſa, verbo, *Inventa.* 4

Ait Gloſſa, non poſſe diſputari de fide dubitãdo, & cum animo improbandi illam, quæ diſputatio eſt omnino illicita, & hæretica, ſi adſit pertinatia; ſimilis *Gloſſa ultim. in cap. Cum quibus, 24 queſt. 3. D. Thom. 2. 2. queſt. 10. art. 7. in corpore. D. Antonin. 2. p. tit. 12. cap. 2. §. 2.* & eſt de mente omnium, ſecùndum quam procedit *textus in l. Nemo, Cod. de ſumma Trinit.* iuxta verba, & rationem illius, ut benè intellexit *D. Thom.* ubi proximè, ad 2. *Villadiego de hæretic. pravitat. queſt. 21.*

quæſt. 21. nn. 1. Anton. ubi ſupra; & ſic intelligit etiam noſtram Gloſſam *Afflict. ad conſtit. rubric. 4. num. 1.* quidquid aliter accipiunt *Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæretic. punit. cap. 19.* verſ. *Hanc veram*, & alij, vide quæ late notavimus ſupra in *cap. In mandatis, 43. diſt. num. 1.* & ſequenti.

CAP. Quædam. III.

SVMMARIVM.

1 *Baronius meminit textus noſtri:*
2 *Iuſſit* Martianus, *ne lege Imperiali eccleſiaſtica negotia terminarentur.*

1 REfertur textus iſte à *Baron. tom. 6. anno Chriſti* 451. *num.* 116. in fine, inter acta, & ſcripta Martiani Imperatoris ad Synodum Calcedonenſem.

2 In textu. Cum enim Imperatori eſſet in animo multa chriſtianæ religioni proficua ſancire, abſtinuit tamen ipſe, ſed eadem, ut à Patribus ſancirentur modeſtiſſima hac rogatione poſtulavit, ne lege imperiali eccleſiaſtica veniant negotia terminanda, notat *Turrecrem.* hîc, & præter eum conducunt ad textum ea, quæ ſupra notaſti in *cap. 1.* verſ. *De me licuit, hæc eadem diſt.*

CAP. Vbi nam. IV.

SVMMARIVM.

1 *Imperator in Concilio aſſiſtit, ut fidei authoritatem præſtet.*

1 COllige ex textu, quòd licèt quandoque Reges, & Imperatores interfuerint Concilio, non ob eam rem adfuiſſe credendi ſunt, ut aliquid ipſi ſtatuerent de rebus ad fidem pertinentibus, utq; ſibi earum cognitionem, aut iudicium uſurparent; verùm ut authoritatem, unitatem, & concordiam Concilij tuerentur, & quæ ſalubriter eſſent conſtituta, ea, ut ſervarentur, ab omnibus providerent; de quo vide optimè *Hoſium Cardinalem. de Concilio Œcumenico, cap. 24. pag. 5.* verſ. *Quod autem, fol. mihi 19.* qui textum refert. Adde *Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 7.* in principio, *fol. 498. Bellarmin. lib. 1. de Concil. cap. 16.* verſ. *Si quis obijciat.* Adde poſita ad *cap. 1. num. 2.* ſupra, *diſt. 53.*

CAP. Denique. V.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conveniens laicum in civilibus coram ſæculari iudice, poterit ab eodem ibidem reconveniri, non ſic in criminalibus.*

1 IN Gloſſa ultima, ibi, *Niſi per reconventionem.* Ergo clericus cõveniens in civilibus laicum coram ſæculari iudice, poteſt ab eodem ibi reconveniri, ut poſt *Specul. in tit. de Reo*, verſ. *Item clericus*, & *Petr. de Anchar. in reg. ea, quæ, quæſt. 14. lib. 6.* tradit *Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 17.* quod tamen limitabis, ut non procedat in criminalibus, nam ſi clericus primò laicum in iudicio, coram laico iudice accuſaſſet, non poterit etiam ab eodem laico coram eodem iudice criminaliter conveniri, ut tradit *Decian.* ſupra citato loco, & docuit *Aufrer. in repet. Clement. 1. de officio Ordinar. in 2. reg. num. 4.* verſ. *Quinto niſi.*

CAP. Cum ad verum. VI.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ſæcularis, longè diſtat ab eccleſiaſtica,*
2 *Vtrum Papa habeat poteſtatem in temporalibus extra terras patrimonij eccleſiæ?*
3 *An Chriſtus Dominus, qua homo, habuerit dominium in temporalibus?*
4 *Summus Pontifex leges temporales extra terras patrimonij condere nequit.*
5 *Reſpondetur ad* cap. ultim. de præſcript. *&* cap. 2. de exception. in 6.
6 *Opinio Afflictis reprobatur.*

1 IN textu. Qui probat diſtinctam eſſe poteſtatem ſæcularem ab eccleſiaſtica. Meminère huius textus, quoad hanc reſolutionem *Præpoſit. in cap. Certum, num. 4. diſt. 10. Navarr. de foro compet. conſil. 1. num. 2.* & 34 latiſſimè

latiſſimè *Iacobat. de Concil. lib.7. art.* 7. poſt principium. *Ludovic. Correa in Relect. ad cap. Inter alia, de immunit. eccleſiar. 2. p. num.*34. ante finem. *Pax. in praxi, tom. 2. pag.* 1. *col.* 2. *à num.* 1. ubi plures textus refert *Cevalb. de commun. contra communes, queſt.* 339. *num.* 24.

2 In textu, ibi, *Nec Pontifex nomen Imperatorium uſurpavit.* Tangit Papa hìc celeberrimam controverſiam, quàm noſtri, atq; Theologi latiſſimis cõmentarijs exornarunt; an ſcilicet Sũmus Pontifex in temporalibus habeat poteſtatem extra terras, & patrimonium eccleſiæ, ut conſtat ex noſtris in *cap. Per venerabilem, §. Rationibus,* ibi. *In alijs Regionibus temporalem,* & cœt. *qui filij ſint legitimi,* & in *cap. Novit, de iudic.* & in *cap. Solita, de maiorit.* & in *cap. Grandi, de ſupplend. neglig. lib. 6. Extravag. Vnam ſanctam, de maiorit.* & ex Theologis in 4. *diſtinct.* 24. & ultra alios latiſſimè diſputarunt *Turrecrem. de poteſt. eccleſia, lib* 2. *cap.*103. cum ſequentib. *Albert. Pig. de eccleſiaſt. hierarch. lib.* 5. *Driedon. de libert. chriſtian. lib.* 1. *cap.*15. cum ſequentib. & *lib.* 2. *cap.* 2. *Victor. Relect.* 1. *de poteſt. eccleſiæ, ſect.* 6. *Sot. de iuſt. lib.* 4. *queſt.* 4. *art.* 1. & ſuper *Matth. cap.* 28. *fr. Anton. de Cordub. quæſtion. lib.* 1. *quæſt.* 57. *dub.*3. *Bellarm. tom.*1. *de Roman. Pontifice, lib.* 5. à princip. *Pater Suar. de leigb. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 3. & *lib.* 4. *cap.* 9. per totum. *Pater Molin. de iuſtit. diſp.* 29. *tom.* 1. Ex noſtris verò omnium latiſſimè *Navarr. in d. cap. Novit, de iudic. notab.* 3. per totum. *Menchac. Illuſtrium, lib.* 1. *cap.*21. *à nu.* 1. *Covar. practicar. cap.*1. *nu.*2. *concl.*2. & in *reg. peccatum,* 2. *p.* §. 9. *nu.* 7. latiſſimè diſputat multos ad utranq; partem referens *Cevalb. cõmun. tom.* 1. *q.* 645. *à nu.*4. *Morla in Empor. iur. tit. de iuriſd. omnium iudic. q.* 4. *Tuſch. tom.*6. *concl.* 45. Ex quorũ reſolutionibus veram, & receptam colliges doctrinam, quòd directè Sũmus Pontifex poteſtatem non habet in temporalibus, & ſic procedit noſtrum *cap.* in præſenti, & dict. *cap. Novit,* cum ſimilibus; eam tamen habet caſualiter, & indirectè in ordine ad ſpiritualia, quoties ſcilicet ad ſpirituale bonum fuerit neceſſarium.

3 De eo verò argumento, quod Doctores afferunt in propoſito, de dominio, & poteſtate Chriſti Domini in temporalibus, an illud actu habuerit, quà homo eſt; & in Vicarium ſuum Roman. Pontificem tranſmiſerit, vide multa, quæ ultra præcitatos latiſſimè proſequitur *fr. Alphonſ. de Mendoça, per integram relectionem de univerſali Chriſti domino, & Regno,* ubi omnes tàm antiquiores, quàm recentiores plenè cõmemorat, & adde quæ brevius, & reſolutiùs *Pater Molin. de iuſt. d. tom.* 1. *diſp.* 28. & *Suar. ad* 3. *p. D. Thom. tom.* 1. *diſp.* 48. *ſect.* 1. *&* 2.

4 Ex dictis infertur, non poſſe Pontificem leges temporales extra terras patrimonij condere, ex defectu nempè iuriſdictionis, quam probat noſter textus. Nam ſi Pontifex temporalem poteſtatem non habet, ut dictum eſt, deficit in eo iuriſdictio condendi leges. Notat optimè *Bellarm. de Roman. Pontif. tom.*1. *controver.*5. *cap.* 6. *col.*1064. verſ. *Quantum ad leges.* Similiter non poteſt temporales leges directè abrogare, quod probatur, quia ſi potuiſſet has leges revocare, potuiſſet etiam alias condere, iuxta *regul. l. Nihil tàm naturale, ff. de regul. iuris, reg.* 1. *eodem tit. in antiquis,* atq; non poteſt leges condere, ut modò dixiſti; ergo nec revocare. Secundò probatur, quia ſi aliqua ratione Pontifex hoc poſſet facere, eſſet propter ſpirituale periculum, quod ex ipſis legibus redundaret, ſed leges civiles, licèt ex ipſis peccandi occaſionem ſubditi arripiant, vel aliquod periculum peccati oriatur, iuſtæ ſunt, nec poſſunt abrogari. Ergo nulla ratione poteſt Pontifex hoc facere. Maiorem probat *cap. ult. de præſcription. cap.* 2. *de except. lib.* 6. Gloſſa recepta, *in reg. poſſeſſor. de regul. iuris, eodem lib.* & ibi late *Covar.* 2. *p.* §. 11. *à nu.* 2. *Sot. de iuſtit. lib.* 4. *quæſt.* 5. *art.* 4. *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 64. in principio. Minor verò multis exemplis probari poteſt, & in primis ex *l. De quibus, ff de legibus, cap. ult. de conſuet.* quatenus conſuetudini præſcriptæ authoritatem legis præſtant, cum tamen periculum peccati afferant, quia ante præſcriptam conſuetudinem, omnes qui ea utuntur, peccant, eoquod lex cõtraria viget, & neceſſariò obligat ad culpam, antequam ſit abrogata, *Gloſſa recepta,* verbo, *conſtituerunt, in cap. Qua in eccleſiarum, de conſtitut. D. Thom.* 2. 2. *queſt.* 69. *art.* 4. *Sot. lib.* 1. *de iuſtitia, quæſt.* 6. *art.* 4. *Caſtr. de leg. pœnali, lib.* 1. *cap.* 4. *Covar. de ſponſal.* 2. *p. cap.* 7. §. 7. *nu.* 9. *Victor. de poteſt. civili, num.* 17. Inſuper quemadmodum omnis lex præceptiva ſemper intelligitur ad culpam obligare, niſi id apertè exprimat, ut prædicti volunt; lex autem, quæ conſuetudini authoritatem præſtat, non dicitur obligat à culpa, antequam ſit præſcripta, tùm quia id non exprimit, tùm etiam quia non iubet conſuetudinem contra legem induci, ſed poſtquam introducta eſt, vim legis præſtat, & utitur illo peccato diuturno ſubditorum voluntario in bonũ cõmune, inde fit, ut illa lex occaſionem delinquendi præſtet, & tamen iuſta ſit, & abrogari nequeat à Pontifice. Simile exemplum habetur in pacto nudo, ex quo lex civilis actionem denegat, *l. Iuris gentium, §. Igitur nuda, ff. de pact.* cum tamen in conſcientia ex pacto nudo, quis obligetur iure naturali, *l.* 1. *ff de pact.* Item in *l. quæ deceptis intra dimidiam* denegat remedium *l.* 2. *Cod. de reſcind. cap Dilecti, de emption.* Cum tamen certum ſit, peccare eos, qui decipiunt in pretio. Poſtremò in *l. quæ ſententiæ* etiam iniuſtæ authoritatem rei iudicatæ præſtat *cap. Cum inter. de re iudicata,* & tamen expleratum eſt,

non esse tantùm in conscientia victorem, qui scit sententiam iniustam esse, ut resolvunt omnes in *cap. Novit, de iudic.* Tandem in omnibus legibus, quæ ad aliquid petendum certum tempus constituunt, ut *Ordinatio lib. 4. tit. 32.* de quibus vide multa per *Couar. in dict. reg. possessor. 2. p. dict. §. 11. à num. 2. Dueñ. reg. 306. Gam. decis. 334.* quæ tamen leges iustæ sunt, licet debitum in conscientia non extinguant, pro ut in simili resolvit *D. Thom. Quodlibet. 12. articul. 25. Adrian. Quodlibet. 6. artic. 3. Covar. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 5.*

5 Sed tamen in contrarium viget dict. *cap. ult. de præscript.* & *cap. 2. de except. in 6.* & quæ diximus supra in hoc textu, *num. 2.* in fine, ultra ea, quæ tradunt Doctores, ubi supra. Quare omissis multorum sententijs, de quibus per *Covar. in reg. possessor. 2. p. §. 11. à num. 3.* dicendum est, leges civiles aliquando de temporalibus ita disponere, ut nullum præiudicium spiritualibus afferat; & tunc quanvis parum conveniat Reipub. non potest Pontifex eas abrogare, & ita nostra resolutio absque ullo dubio procedit, aliquando verò leges civiles aliquid statuunt, unde peccandi occasio arripiunt, & tunc distinguendum est, nam si bonum temporale, quod lex intendit, maioris momenti sit, quàm illud spirituale periculum; & occasio peccandi non data à lege, sed accepta à subditis, nec sit aliud medium cõmodiùs, quo bono publico consulatur, leges civiles iustissimæ erunt, nec poterũt abrogari per Pontifices, & ita procedunt omnes leges, & exempla supra posita; quia licitum est Legislatori uti peccato voluntario subditorum in bonum cõmune, & quamcũq; occasionem malitiæ subditorum arreptam negligere. Sin autem spirituale periculum, quod lex affert, maius sit, quàm bonum temporale, quod intendit, vel detur aliud medium minus periculosum, tunc lex iniusta erit, & tanquam spirituale bonum offendens, abrogari potest per Pontifices, & ita procedit textus in *d. cap. ult. de præscript.* cuius ratio in fine posita, ibi. *Quasi ne peccato mortali,* &cœt. Ita interpretari debent, ut prædictis conveniant, vel ut velit revocandam esse omnem legem, in cuius observantia peccatum datur, quia illi, in quos præceptum legis principaliter dirigitur, non possunt eam servare sine peccato, quia legi divinę repugnat. Semper tamen Pontifex tenetur Reges prius admonere, ut leges, quas propter spirituale periculũ abrogandas putant, revocent ipsi, & si illi neglexerint, tunc propria potestate revocabit, & in hoc Pontifici adversus Reges parendũ esse.

6 Infertur deinde falsam esse sententiam *Afflict. in cap. 1. num. 12. de feudo Marchiæ*, dum ait Regna vacantia ad Pontificis dispositionem pertinere, confunditur enim ex dictis in principio.

CAP. Satis evidenter. VII.

SVMMARIVM.

1 *Potestas ecclesiastica, nec potest ligari, nec absolvi à sæculari.*
2 *Summus Pontifex à nemine potest iudicari.*
3 *Clerici Dij appellantur.*
4 *Candidianus quis fuit, & quæ eius vitæ.*
5 *Ignatius fuit Patriarcha Constantinopolitanus.*

IN textu. Probat evidenter ecclesiasticos non posse solvi, nec ligari à potestate sæculari, quod procedit ex ea ratione, quia ecclesiastici sunt exempti à sæcularibus potestatibus, ex resolutis p *Dueñ. reg. 110. Marant. de ordin. iudicior. 4. p dist. 11. nu. 2.* & *quæstionibus legalib. disp. 8. nu. 13. Suar. in defens. fidei, lib. 4.* per totum. *Anast. Germon. de immunit. ecclesiar. lib. 3. cap. 17. nu. 66.* optimè *Bellarmin. tom. 1. de Romano Pontifice, controver. 3. lib. 2. cap. 29. col. 817. vers. Respondeo,* faciunt præterea verba Constantini Imperatoris præsidentis in Nicæna Synodo, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait. *Vos à nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium reservamini;* ut refertur in *cap. Futuram, 12. quæst. 1.* & in *cap. Continua, 11. quæst. 1.* conducunt præterea ad resolutionem textus, quæ scripsimus supra in *cap. Benè quidem, hac dist. à nu. 1.* & sequentib. 1

In text. ibi, *Nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem.* Ergo Summus Pontifex à nemine potest iudicari, aut deponi, de quo vide optimè *Bellarm.* ubi proximè, *cap. 26. col. 805.* qui nostri textus meminit, & sequentibus, ubi plenissimè totam exhausit quæstionem adversus *Marsil. de Pad.* & alios hæreticos, facit celebrem dictum *D. Ambrosij in oratione de tradendis Basilicis,* ad finem. *Bonus,* inquit, *Imperator inter ecclesiam est, non super ecclesiam;* & aliud *Nazianzen.* in oratione, in qua se excusat ab ecclesiastica functione. *Vos,* ait, *nolite pascere pastores, neque super terminos eorum elevamini, satis enim est vobis, si rectè pascimini, nolite iudicare iudices, nec leges ferentis legislatoribus.* Facit *cap. Si Papa,* ubi notatis supra *distinct. 40.* An autem Concilium generale sit supra Papam, ita ut eum possit deponere, vide eundem *Bellarmin.* ubi supra, *lib. 2. à cap. 13. & 14.* & sequentibus, & ibi plures, qui omnes tenent Papam non subesse Concilio. Similiter quid dicendum sit 2

de Papa

de Papa incidente in hæreſim; à quo condemnandus eſt, vide eundem *cap.* 30.

3 In textu, ibi, *Nec poſſe Deum ab hominibus iudicari.* Collige ex textu clericos Deos appellari, ita deducitur ex *Pſalm.* 81. ibi. *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Chriſti etiam appellantur in *Pſalm.* 104. ibi. *Nolite tangere Chriſtos meos.*

4 In textu, ibi, *Candidianus.* Meminit huius viri *Baron. tom.* 5. *Annal. anno Chriſti* 431. *num.* 44. ubi inter ſcripta Theodoſij ad Synodum Epheſinam primam, refert textum noſtrum, & cauſam miſſionis Candidiani ad dictam Synodum, nempè ut curaret, quòd omnia ibi tranquilè agerentur, ipſe tamen improbè ſe geſſit, exercens nempè tyrannidem contra orthodoxos, viasq; & itinera cuſtodiri iubet, ne litteræ de his, quæ in Synodo acta eſſent, ad Imperatorem deferrentur. Multa præterea mendacia conſercivit, quibus tentabat diſcordiam inter Patres Concilij, & Imperatorem, quæ omnia refert *Baron.* ubi proximè, *num.* 67. & ſequentibus.

5 In textu, ibi, *Ignatium.* Qui fuit Conſtantinopolitanus Patriarcha, ut notat *Turrecremat. hic, nu.* 2. & expulſus iniuſtè ab Imperatore, de quo in noſtro textu, quia non poterat deponere epiſcopos ex ratione, de qua ſupra, licèt Carolus Imperator habuit ex privilegio Synodi, ne ſine ſuo conſenſu conſecraretur, vel inſtitueretur epiſcopus, ut ſcripſit *Covar. practicar. cap.* 35. *num.* 5. poſt principium.

CAP. In ſcripturis. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccata ſacerdotum quantum fieri poſſunt, debent occultari.*

1 IN textu. Cuius deciſione probatur, peccata ſacerdotum, quantum fieri poſſit, occultanda eſſe, propter ſcandalum, quod ex illis exurgere poſſit. Meminit huius textus reſolutionis *Paul. Fuſch. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *num* 40. & circa illum vide *Decian. reſponſ.* 8. *vol.* 1. *num.* 16. plura de reverentia, & honore, quo ſacerdotes debent tractari, vide per *Palat. Rub. de inſt. & iure obtent. Regn. Navarr.* 4. *p.* §. 6. ante finem. Refert eundem textum *Anton. in ſuis Chronicis, p.* 1. *tit.* 8. *cap.* 2. *fol.* 215. §. 8. poſt principium.

CAP. Quis dubitet. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes Principum ſunt magiſtri, & non decet, quòd familiares capellani ſint.*

1 IN textu. Ergo ſacerdotes Principum ſunt magiſtri. Meminit huius textus, quoad hanc reſolutionem, *Felin. in rubr. de maiorit. & obedient. nu.* 12. ubi ait, notandum eſſe hoc ius, & ſimilia contra illos miſeros ſacerdotes, qui hodie ſe faciunt familiares, capellanos, & aſſumentes ſibi alia indecora officia, cum illis deceat ſubeſſe omnes Reges, & Imperatores chriſtianos, ut docet *Palat.* ubi proximè, *de inſt. & iur. obtent. Regn. Navar. d. p.* 4. §. 6. ante fin. ubi plura de dignitate ſacerdotali videre poteris, præter ea, quæ iam notaſti ad *cap. Sacerdotes*, per totum, *diſt.* 93. Ex qua ſacerdotum dignitate notabilis effectus inſurgit, nempè quòd ſacerdotes non poſſint vocari ad iudicium ſine venia prius petita, ita notavit *Iaſ. in* §. *pœnales, num.* 73. *Inſt. de act.* ubi id cogitandum reliquit, & notabile hoc appellat *Peres lib.* 1. *tit.* 3. *l.* 2. *Ordinam.*

CAP. Duo ſunt. X.

SVMMARIVM.

1 *Acta quædam Gelaſij Papæ enarrantur.*
2 *Duplex eſt poteſtas, alia ſpiritualis, alia temporalis, qua iuxta diverſos fines ſpecificantur.*
3 *Vtrùm ad validitatem excõmunicationis neceſſaria ſit aliqua citatio?*
4 *Qua iura, & Doctores ſint de neceſſitate citationis ad excommunicationem, & alias cenſuras?*
5 *Contumacia unde dicatur, & quid ſit?*
6 *Dividitur contumacia, ſecùndum varios, & multiplices reſpectus, & quæ ſit differentia inter utrumque membrum?*

1 IN ſubſcriptione, ibi, *Gelaſius Papa.* De quo ſcripſit *Alphonſ. Chacon. de vitis, & geſtis Pontificum, ſub Gelaſio* I. *anno Domini* 434. Hunc Gelaſium excom-

municaſſe Anaſtaſium Imperatorem, adde *Platinam in vita ipſius Pontificis*, de eodem etiam narrat *Luſitanus noſter Religioſiſſimus vir fr. Ludovic. de Angel Ordinis eremitarum D. Auguſt. in ſuo viridario ſanctarum Luſitaniæ, fol.* 107. confirmaſſe, recepiſſeq; ſub ſua protectione, quoddam monaſterium fundatum à ſancta Matrona virgine, & Martyre Luſitana iuxta Capuam ſub honore D. Priſci ob ſanitatem precibus eiuſdem Priſci recuperatam. Alia de Gelaſio primo, vide ſupra in *cap. Certum*, 10. *diſt.*

1
2 In textu. Collige ex eo manifeſtè, duplicem eſſe poteſtatem, aliam nempè eccleſiaſticam, quæ ſpiritualis dicitur, aliam laicam, quæ ſcilicet temporalis, ſeu Politica appellatur, inter quas magnũ intereſt diſcrimen, ut probat *textus in cap. Solitæ, de maiorit. & obedient.* notat *Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 21. à nu. 1. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 21. col. 8.* verſ. *Habemus, Sot. eodem tract. lib. 4. q. 4. §. In hac*, verſ. *Sunt nihilo ſecius. Covalb. contra cõmunes. q. 739. nu. 9. Navar. in cap Novit, de iudic. notab. 3. nu. 24. & 88. Bellarm. controver. 3. lib. 5. de poteſt. Pontificis temporali, cap. 6. col. 1. & 2. Præpoſ. in cap. Certum, 1. nu. 4. diſt. 10.* Adde quæ notaſti ſupra, in *cap. Benè quidem*, ſub verſ. *Inferitur* 2. & in *cap. Cum ad verum, hac eadem diſt. Troc. de perfecto clerico, lib. 1. cap. 18. nu. 2. Decian. tract. criminu. lib. 4. cap* 10. verſ. *Quinquageſimo*, ea tamen potiſſimè cernitur differentia ex fine, in quem utraque poteſtas principaliter ordinatur, & dirigitur; etenim eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualis in finem ſupernaturalem. Laica verò, ſeu Politica in finem naturalem, & externum principaliter dirigitur, & inſtituta eſt, ſecundùm præcitatos, qui etiam eandem conſtituunt differentiam inter utramque; qualis eſt inter Solem, & Lunam, quia ſicut hæc inter ſe diſtinguuntur ſecundum maiorem, aut minorem lucem, & dignitatem; ita etiam poteſtas ſæcularis ab eccleſiaſtica; alias præterea differentias proſequere cum ſupra citatis.

3 In textu, ibi, *Ambroſius*, iuncto ibi, *Pro culpa.* Colligunt ex hoc textu aliqui DD. nullam citationem, neque monitionem eſſe neceſſariam ad validitatem excõmunicationis, vel alterius cenſuræ, ac proinde poteſt ferri à iudice excõmunicatio propter peccatum præteritum abſq; alia contumacia, præter eam, quæ eſt in tranſgreſſione præcepti, ut potè quia *D. Ambroſ.* ob factum omninò præteritum Theodoſium Imperatorem excõmunicavit, ſcilicet, occiſionem Innocentium, ut refertur in *cap. Cum apud*
4 *Theſſalonicam*, 11. *quæſt.* 3. tenent hanc partem *Caietan. 2. 2. quæſt. 69, art.* 2. & conſtanter, & ex profeſſo tuentur *Cordub. lib. 2. quæſt. 27.* verſ. *Ad 2. probationem.* Verum contraria ſententia verior, eſt, & procul dubio cõmunis, & receptiſſima, ut fatetur ipſe *Cordub.* & expreſſè tenuit *Sot. in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2. concluſ. 4. & 5. Ledeſm. ſecunda quarti, q. 23. art. 3. dubit. 3.* incipit. *Sed hæſitabit*, & poſt *Innocent. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 11.* verſ. *Quod adeo verum eſt. Henriq. in ſumm. lib. 13. cap. 16. §. 2. inuicta littera N.* & ſequenti, & *cap. 17. §. 3.* & conſtanter tuetur contrarijs ſatisfaciens *Pater Stephan. de Avila, de cenſur. diſp. 1. cap. 5. dubit. 10. Suar. de cenſur. dub. 4. ſect* 5. per totam. *Gutierr. Canonicar. lib. 2. cap. 16. à nu. 1.* & per totum ubi *nu.* 17. & ſequenti, videbis ab eo citatum pro hac parte *Victor. Cardinal. Araceli*, & alios, qui etiam loquuntur, quando conſtat notoriè, & manifeſtè de crimine, quòd adhuc ſit neceſſaria citatio, ſeu monitio, ut feratur excõmunicatio. *Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 10. nu. 11. Gabr. cõmun. lib. 2. de citation. concluſ. 1. nu.* 165. quanvis contradixerit *Couar. in cap. Alma*, 1. p. §. 9. *nu. 6.* & poſt *Gloſſam ult. in d. cap Cum ſit Romana, de appellat.* Reſolvit *Felin.* & plures, quos refert *Gabr.* ubi proximè, *nu.* 167. Vtrum Reges poſſint ab epiſcopis excommunicari, vide poſita ad *cap. Certum, nu.* 5. *diſt.* 10. & ad *cap. Valentinianus, 3. nu. 3. & 4.* ſupra, *diſt.* 63.

Vltra ſupradicta videbis circa neceſſitatem monitionis, ſeu citationis ad excommunicationem, vel alias cenſuras, *textum in cap. De presbyterorum, 17. quæſt. 4.* & in *cap. Reprehenſibilis, 26.* & in *cap. Cum ſpeciali, de appellat.* & in *cap. Sacro, de ſententia excommunicationis*, & in *cap. Romana*, verſ. *Sed nec*, & *cap. Statuimus*, & *cap. Conſtitutionem, eodem tit. in 6.* Ex quibus notarunt præter ordinarios, ibi, *Navarr.* & *Covar.* citatis locis, latè *Hugolin. de cenſur. tabula 1. cap.* 18. à principio, & plures adducti à *Gabr. diſt. nu.* 165. & 168. *Garcia Falcon. regul.* 68. late *Gutierr.* ubi proximè, *cap.* 16. à principio. *Tolet. in ſumma, lib. 1. cap. 9.* qui omnes notant ſemper neceſſarium eſſe ad validitatem excommunicationis aliquam citationem, vel monitionem, & iuxta reſoluta intelligitur textus noſter, vel quia peccata commiſſa, de quibus hic talia fuiſſe, ut per aliquam publicam ſatisfactionem, damnum, vel ſcandalum ex illis generatum auferri oporteret. Vel quia fortaſſe Ambroſius ſæpius Imperatorem ipſum monuit, ut facti pœniteret, & debitam exhibere ſatisfactionem, ut colligitur ex textu, in dict. *cap. Cum apud Theſſalonicam.* ibi. *Ob hoc ſacerdotibus, & cum contumax extitiſſet*, tunc eum excommunicavit, & ideo illæ cenſuræ, vel excommunicationes non fuerunt latę propter ſolum peccatum commiſſum in pœnam eius, ſed ad extorquendam condignam pœnitentiam, vel ſatisfactionem. Ita *Suar. diſt. ſect. 5. nu. 23.* ubi videbis plura reſponſa ad alia iura pro hac communiori opinione, vel etiam reſponderi poteſt cum multis, Ambroſium non excõmunicaſſe Theodoſium, ſed ſolùm

ſed ſolùm ingreſſum eccleſiæ interdixiſſe. Ex dictis colliges, poſſe epiſcopum excõmunicare Reges,& Imperatores, de quo vide poſita in d. *cap. Certum*, 10. *diſt.* & quæ infra opportunius dicemus in *cap. Balaam*, 2. q. 7. *Sot. de iuſt. d. lib.* 4. *q.* 4. §. *In hac, d.* verſ. *Nihiloſecius.*

5 In Gloſſa, verbo, *Videbatur*, ibi, *Qualibet cõtumacia digna eſt.* Dirivatur contumacia, ſive à contemno, ſive ut alij volunt à contumeo, propriè loquendo importat vitium virtuti obedientiæ contrariũ, in eo conſiſtens, quòd aliquis ſuperiori, & cui tenetur, non obtemperat; ut colligitur ex *l. Contumacia*, 53 *ff. de re indic. cap. De illicita*, in fin. 24. *quæſt.* 3. tradunt *Cardin. in Clement. de dolo*, communis, in *Rubr. illo tit. num.* 12. *Marant. 6. p. membro* 2. *num.* 7. *Petrus Gregor. Syntagm. lib.* 48. *cap.* 3. *num.* 5. & poſt Sũmiſtas, verbo, *contumacia*, *Rebuf. ad leg. Gall. tom.* 3. *tract. de contumacia, in præfat. num.* 6. *& num.* 14.

6 Dividitur contumacia à Doctoribus multipliciter ſecundum varios,& multiplices reſpectus, ut p *Gloſſam*, verbo, *Contumaciter*, & omnes in d. *cap.* 2. *de dolo. Marant.* ubi ſupra, *num.* 8. ſecundũ quos aliquando dividitur in evidentem, veram, præſumptuoſam, interpretativam, ſeu fictam, non nunquam in manifeſtam, & frequenter quoad excõmunicationem, de qua in præſenti, & alios iuris articulos dividi ſolet in contumaciam, quæ in non parendo, & quæ in non cõparendo, ſeu in non veniendo conſiſtit. Prior cõmittitur, ubi quis per ſe, vel per alium comparuit apud iudicem, vel ſuperiorem, ſed tamen non paret, ideſt non exequitur præceptũ illius, ſive in dando, ſive in faciendo; poſterior verò ibi vocatus, aut iuſſus venire, & nec p ſe, nec per alium comparuit, aut venit *Gloſ. ultim. in l. ult.* §. 1. *ff. de appellat.* & *Gloſſa ult. in d. Clem.* 1. *de dolo*, ubi DD. omnes, in *cap.* 1. *de indic.* & alibi, quos vide per *Covar. in cap. Alma.* 1. p. §. 9. *d. nu.* 3. *Tiraq. tetract. Lignag.* §. 9. *Gloſ.* 2. *nu.* 42. & *Henriq. lib.* 13. *ſumm. cap.* 23. *nu.* 3. *lit. A.* ſecundum quos poſterior contumacia longè gravior eſt,& differt à priori, quia licèt excõmunicatio maior pro levi cauſa, ideſt p contumacia ex levi cauſa in non parendo infligi nequeat, iuxta *cap. Nemo epiſcoporum.* cum ſequenti, 11. *quæſt.* 3. p contumacia tamen in non comparendo etiam ſuper levi cauſa, quæ peccatũ mortale non conſtituat, imponi poteſt, quæ eſt propria,& totalis reſolutio noſtræ Gloſſæ, quam DD. ſic intelligunt, & recipiunt, ut videre eſt per *Abb. in cap. Sanè*, 0 2. *nu.* 5. *de offic. delegat.* & in *cap. Accedens*, 01. *nn.* 4. *Vt lite non conteſtata.* idem in *cap* 1. *nu.* 10. *de iudic. Card. in cap. Cum non ab homine. col.* 2. verſ. *In fine, eiuſdem Gloſſa, eodem tit.* ſingularis appellatur à *Ripa in d. cap.* 1. *de iudic. nu.* 29. poſt princip. & eſt Gloſſa ſimilis in *l. Actionibus*, verbo, *non etiam*, *ff. de in litem iurando.* Alia congerit *Peres ad lib.* 8. *Ordinam. tit.* 5. *l.* 1. *col.* 8. *Dec. in d. cap. Sanè, nu* 4. *Dueñ. reg.* 153. *ampliat.* 3. *Covar.* ubi proximè, & ex hac poſteriori contumacia ex eo, quod gravior ſit, ſequitur contumaces in non comparendo appellare non poſſe, *l. Et poſſ.* 73. §. *ult.* ubi *Gloſſa penult. ff. de indic. l. Præparandum*, §. *Sin autem reus*, verſ. *Cum ei, Cod. eodem tit. cap. ult.* verſ. *Sunt, & quorum*, 2. *quæſt.* 6. Sed tamen diſtinctio illa inter contumaciam, quæ provenit ex non parendo,& non comparendo, reprobatur à multis, & confunditur ex ijs, quæ contra illam tradit *Aretin. in d. cap.* 1. *de indic.* ubi *Dec. nu.* 12. *Beròs nu.* 100. *Covar.* ubi ſupra, *d. num.* 3. *Palat. in repet. Capituli*, §. 18. *nu.* 23. qui omnes nullam conſtituunt differẽtiam ſpecificam inter utrumque membrum, ſed ſolum ſecundùm magis,& minus, ex eo, quia gravior eſt contumacia in non comparendo, quam in non parendo, quod nullo modò conſtituit ſpecificum diſcrimen, ex vulgari regula, quod magis, & minus non differunt ſpecie, iuxta *text. in l. ult. ff. de fundo inſtruct.* & addit *Palat.* poſſe etiam pro contumacia ex levi cauſa in non parendo, excommunicari illum, qui noluit parere. Hæc, & alia videre poteris per ſupra citatos, præſertim *Covar. d. num.* 3.

CAP. Si Imperator. XI.

SVMMARIVM.

1 *Authores, qui noſtri textus meminere.*
2 *Exemptio clericorum à poteſtate civili, utrùm ſit de iure divino?*

MEminit huius textus *Boer. deciſ.* 69. *nu.* 5. 1
Prepoſit. in cap. Certum, nu. 4. *diſt.* 10. & vide *Mench. de ſucceſſ.* §. 22. *num.* 58. *Cevalb. cõmun. controver. q.* 350.

In Gloſſa, verbo, *Et diſcutiã* 2
Tenet Gloſſa, exemptionem clericorum à poteſtate ſeculari eſſe de iure divino, non autem humano, ſimilis *Gloſſa in cap. Quanquam, de cenſib. lib.* 6. ſequuntur hanc opinionem omnes in noſtra Gloſſa. *Roman. ſingular.* 414. *Cardin. in Repet. Capituli perpendimus, de ſentent. excõmunicat oppoſit.* 7. *Abb. nu.* 7. *Felin. nu* 7. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* & alij plures, quos refert *Covar. practic. cap.* 31. *à nu.* 1. *Navarr. in d. cap. Nouit, de iudic. notab* 6. *Corol.* 1. *nu.* 1. *Peres ad l.* 2. *Ordin. lib.* 3. *tit.* 1. verſ. *Quare Virùm Papa poſſit. Alciat. in cap. Cum non ab homine, de iudic. nu.* 3. plures alij, quos citat ipſe *Peres, laſ. in l. Eſt receptũ, nu.* 3. *ff. de iuriſdict. omnium iudicum*, qui valde notabilem appellat Gloſſam

hanc. Pro parte verò negativa est. *Innocent. in cap. 2. de mandat. & obedientia. Petrus Ferrariens. in practic. tit. de confessar. §. Plenam, col. 1. Medin. de restitut. quæst. 15.* in eam inclinare videtur *Covar. d. cap. 31. num. 2. vers. Contraria opinio*, ubi plenè non totam quæstionem discutit, & post omnes, quos citatis, illam prosequitur *Correa in sua Relect. ad cap. Inter alia, de immunitat. 2. part. à num. 4.* & sequentibus, quos videre poteris.

CAP. Nunquam. XII.

SVMMARIVM.

1 *Nunquam, adverbium, quid significet?*

1 IN limine textus, ibi, *Nunquã.* Adverbium hoc licèt, quandoque idem significet, quod, *raro*, ex *Glos. 1. in cap. Nunquam, 1. quæst. 1.* tenet *Turrecrem.* ibidem, *num. 1. Alex. Scot. lit. N.* Hic tamen procedit, & intelligitur pro omnimoda negatione illius, quod intendit; idest quòd nullo tempore, nec ratione possint sæculares iudicare de Pontificibus ex ea ratione, de qua supra in *cap. Duo sunt*, cum ibi notatis, & *cap. Benè quidem, hac eadem dist.*

CAP. Constantinus. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Costantini Imperatoris parentes enarrantur.*

2 *Plurimi Authores existimarũt Helenam fuisse concubinã Constantij, sed malè.*

3 *Vnde orta fuerit occasio existimãdi Helenam concubinam, & filiam hospitis?*

4 *Cuius filia fuit Helena, & quomodo in matrimoniũ eam accepit Constantius?*

5 *Connumeratur Helena inter gloriæ beatos; Crucem Domini invenit.*

6 *Quo anno fuerit inventa crux conieclurátur, & quando Helena obijt, & ubi sepulta fuit?*

7 *Ex Helena solùm Constantinum suscepit Constantius, sed tamen plures alios à Theodora.*

8 *Enumerantur anni Imperij Diocletiani, & Maximiani, quos sequitur Constantius pater Constantini.*

9 *Invasit Galerius Italiam, à qua decessit Constantius, & in Britãnia reliquit Imperium Constantino, qui feliciter progreditur mortuis pluribus tyrannis, præcipuè Maxentio, quem signo crucis profligavit. & num. 10.*

11 *Parat Constãtinus bellum adversus Maximinum, & baptismum suscipit à beato Sylvestro.*

12 *Duxit in uxorem Faustam, ex qua quatuor suscepit filios, præter Crispum, ex Minervina, & narratur mors ipsius Crispi.*

13 *Plura templa ædificavit, bona ecclesijs concessit, leges gentilicas abrogavit.*

14 *Considerantur anni, quibus vixit Constantinus, & imperavit, tandem eius interitus, & funus narratur, Imperijq; divisio inter filios ponitur.*

15 *Describitur facies, tàm corporis, quàm animi, & eius mores traduntur. & num. 16.*

17 *Qui Romani Pontifices tempore Constantini vixere.*

18 *Multi insignes viri eo tempore floruere, præcipuè Lactantius Firmianus.*

19 *Vita eremitica tùm temporis incepit, in qua viguere plures Anachoretæ, & quales fuere?*

IN textu, ibi, *Constantinus.* 1
Qui fuit filius Constantij Imperatoris, & Helenæ eius uxoris, ex utroque genere clarissimus, nam ex paterno duxit originem à Claudio Iuniore Imperatore, *Frater Ioann. de Pineda in Monarch. ecclesiast. p. 2. lib. 12. cap. 1. §. 3.* in princip. & *cap. 2. §. 1.* ex quo provenit Crispus, qui filiam Claudiam nomine habuit, & hæc cum nupta esset Eutropio viro Dardano, peperit illi Constantium patrem Constantini nostri, & si altiùs repetatur eius stemmatis principium, à Vespasiano eum trahere originem dixerunt aliqui, ut ex *Trebellio*, & *Sueton.* refert *Baron. Annal. tom. 2. anno Christi 608. num. 2.* & *tom. 3. anno Christi 306. num. 11.* Ex materno autem ab Helena.

Non defuere Authores affirmantes, illam 2
fuisse genere Bithynam filiam cuiusdam hospitis, in cuius domo receptus fuit Constantius, dum ad Persas legatione fungeretur, ibiq; concubitus cupiditate cognovisse filiam eiusdem hospitis, quæ nomine Helena dicebatur; ex qua Constantinum natum fuisse, propterea eam hospitis

hoſpitis filiã *D. Ambroſius in oratione funebr. Theodoſ.* appellavit. Sed hæc hiſtoria mendaciſsima appellatur à *Baron. d. tom. 3. anno Chriſti 306. num.* 14. & eam pluribus deſtruit fundamẽtis; imò apertiſsimé conſtat, Helenam fuiſſe legitimam Conſtantij vxorem, nam exploratũ eſt apud omnes antiquos hiſtoricos, qui res Conſtantij ſunt proſecuti, Maximianum Herculẽ adoptaſſe ſibi Conſtantium, ut ei coniungeret in matrimonium Theodoram prægnam ſuã, coegiſſeque eundem, ut repudium daret Helenæ priori vxori; teſtantur *Eutrop. lib 9. & Victor. in Diocletianum*, quos ſequitur *Baron d. tom. 3. anno Chriſti 306. num. 17.* & *tom. 2. anno Chriſti 292 n. 1.* Atqui cum compertum ſit non poſſe fieri repudium niſi legitimæ uxoris, manifeſtè colligitur Helenam non adhæſiſſe Conſtantio concubinam, ſed legitimam, & propriam uxorem; Fortificatur, & hæc veritas ex nimis commendata Conſtantini continentia ab Ethnico quodam Gallicano in *panegyrico*, 1. ad ipſum, quo præcipue laudat continentiam à Patre hæreditariam his verbis. *Neque enim forma tantùm in te patris Conſtantini, ſed etiã continentia, &* paulò poſt. *Quo enim magis continentiã patris æquare potuiſti, &c.* Vnde infertur Conſtantinum non habuiſſe concubinam, imò potiùs continentia claruiſſe, nec eſt credibile Oratorem hunc, qui de Conſtantij caſtitate locutus fuit pro concione falſum narrare coram nobiliſsimo, ac florentiſsimo auditorio cuncta ſcionte.

3 Opinio hæc, quæ apud antiquos hiſtoricos ſerpſit de concubinatu Helenæ, potuit oriri fortaſſe ex legibus Romanorum, quibus cautũ erat, ſi præfectus cohortis, vel equitum, aut Tribunus contra interdictum, uxorem duceret in ea Provincia in qua officium gerebat; matrimonium non eſſet, quia hoc prohibebat ratio poteſtatis, per textum in *l præfectus, ff de ritu nuptia.* & ideo quia Conſtãtius acceperat uxorem in Provincia, in qua poteſtatẽ exercebat, dabatur occaſio exiſtimandi eam concubinam potiùs, quam uxorem, ſed non conſiderarunt dictum Pauli Iuriſconſulti in *l. eos, qui* ibi *Si poſt depoſitum officium eiuſmodi in eadem voluntate perſeveret iuſtas nuptias efficit*, & aliud Vlpiani in *l. Si quis in Senatorio ff eodem tit. de ritu nupt.* in hæc verba *Quanvis uxor, eius non ſit, tamen ea conditione, ſi deſierit eſſe Senator, tunc uxor eius eſſe incipiat.* Quibus authoritatibus manifeſtè conſtat, quòd quanvis aliquis, dum in officio eſſet matrimonium non efficeret cum qua contraxit, tamen ſi poſtea deſierit eſſe officialis, eo ipſo veras nuptias, & matrimonium incipi. Talis videtur fuiſſe cauſa Helenæ, cum qua licet Conſtãtius dum præfectus, ſeu legatus eſſet, verum matrimoniũ celebrare non potuerit, tamen quando relinquitur officium, iam veras nuptias cõtraxiſſet, ac proinde Conſtantinus legitimus filius cenſebitur, & natus ſemper titulo matrimonij, & non concubinatus, quod poſtea evẽtus declaravit, quia uſque ad tempus, in quo coactus fuit Conſtantius à Maximiano dare repudij libellum Helenæ priori uxori, ut ei traderet in matrimonium eius filiam Theodoram, nunquam Conſtantius Helenam dimiſit, niſi hoc ipſo tempore ut tradit *Baron. d. tom. 3. anno Chriſti 306. numer. 19.* in fine.

4 Fuit itaque Helena filia cuiuſdem Reguli Britanniæ nomine Coël, ita *Baron.* citatus *3. tom. d. anno Chriſti 306. numer. 21.* non captiva, ut malè, & ſine fundamento ſcripſit Author cuiuſdam libri *Ætas mundi*, dicti à neſcio quo inſcriptus, *fol. 124.* in principio, *& fol. 10.* ſequitur *fr. Iacob. Philipp. Bergomens. de claris mulieribus, cap. 114.* qui Coël cum ex præcipuis Britannorum eſſet, impatiens dominij Aſclepiodoti præfecti prætorij Romanorum, contra eum bellum excitavit, atque occidit, & Britanniæ Rex fuit acclamatus: quod cũ vidiſſet Conſtantius Cæſar, qui Galliæ degebat, claſſem aſcendit Britãniæque portum, ſecundó mari tenuit præter Brittánorum ſpem, cui illicò obvius ſit Coël paratus ad pugnam, & ad recetem libertatem defendendam, ſed debellatus à Conſtantio fugã cepit Coël, & inito poſtea pacto inter eos, ut ſubijceretur Romanorum armis, & tributis conceſſa eidem vitæ incolumitate, domi ipſius inviſitur à Conſtantio, & ut firmior pax inter eos maneret, Helenam eius filiam in matrimonium accepit. Ita *fr. Ioann de Pined. Monarch. eccleſiaſt. 4. part. lib. 28. §. 2.* quod coniugium obſcurum exiſtimatum eſt, quia cũ externa, & Barbara, non Romana fœmina á tanto viro contractum eſſet, nepote ſcilicet Claudij Imperatoris, & totius Romani exercitus duce, quod obſcurius poſtea redditum, cum creatus eſt Imperator, & unà cum imperio Theodorã accepit uxorem, reſpectu cuius coniugij, vilé & abiectum exiſtimarunt primum matrimonium cum Helena celebratum, & quia repudiata eſſet, contemptus gratia ſtabularia nominebatur. Nec tamen ex hoc ſequitur eã fuiſſe ignobilem, & plebeam, ſed minus nobilẽ reſpectu Theodoræ filiæ Maximiani Herculei. Tu proſequere cum *Baron d. num. 22. Hect. Boethi lib. 6. hiſtor. Scotor. Galfrid. Montuenſi de Principibus Britanniæ. Alex. ſculte in Chronogra. Polido. Virg. lib. 2. hiſtor. Angl.*

5 Helenam fuiſſe inter ſanctos in gloria regnantes connumeratam, nemo eſt qui dubiter, de quo vide *D. Antonin. in Chronic. part. 1. titul 8. cap 2. §. 8. ad finem, Euſeb. Cæſar. in hiſtor. eccleſiaſt. Ruſin. interprete lib 10 cap. 7.* ubi eam fœminam incomparabilem fide, & religione animi appellat *Pined.* ubi priximé *d. §. 2* in fine, *& 2 part.*

lib.12.cap.4.§.1. in principio, *cap.* 4.§. 1. qui ait Helenam à principio Iudaismum secutam fuisse, sed postea miraculo à Sylvestro Papa præsulo, fidem Christi amplexam esse, de quo *Pined.d.2.part.cap.4.§.* 1. per totum, & postea sanctissimè vixit, divinitusque admonita crucem Domini apud Hierosolymam invenit: De loco verò, & modo inventionis Crucis, vide *Euseb.* ubi proximè *d cap.* 7. *&* 8. *Epiphan. Scholastic. in histor.tripart.lib.2.cap.*18. à principio, & deinceps ultra supra citatos de inventione Crucis, vide *Ambros. in oratione funebri Theodos. D. Paul. episcopum Nolæ epist.* 11. *tom* 9. *Bibliotec. sanctorum. Theodoret.lib.*1. *histor.tripart.cap.*18. *Socrat. lib.*1. *cap.* 13 *Sozomen lib.*2. *cap.*1. *Nicephor.lib.*8. *cap.* 29. *Iren. Lib.*2. *cap.*42. *Baron. tom.*3. *anno Christi.* 326. *à n.*42. & sequentibus. *D. Antonin in Chronic. part.* 1. *tit.* 8. *cap.*2. § 8. ante finem *Pined.*2. *part. Monarch.cap.* 10. §. 1. *&* 2.

6 De anno autem, quo Crux inventa fuerit certò nõ cõstat, licèt *Eusebius Papa* dicat, eo præsulante inventam fuisse quinto Nonas Maij in *cap Crucis de consecrat.dist.*3. multi tamen refragantur, ea ratione, quia tempore Eusebij nec Cõstantinus christianus erat, nec Helena eius mater, & ita Deorum cultrix non videtur fuisse studiosa, at solicita ad inveniendam crucem Domini, ut ex alijs refert *Baron. dict. tom.* 3. *anno* 311. *num.*41. & vide *Pined.*2. *part. Monarch. lib.* 12. *cap.*18. §. 2. ante finem, qui etiam contradixit textui huic, respõdens ad illum ex *Massco lib.*10. *Chronic.* non esse desumptum à Pontificè summo, sed ab Eusebio Patriarcha Constantinopolitano, qui eo tempore vixit, in quo mos erat episcopos Papas appellare, & probat ex epistolis inter Hieronymum, & Augustinum missis; Cum tamen sit compertum eã tempore Constantini fuisse inventam, ut patet ex *Cyrillo Episcopo. Hierosolymitano* scribente ad Constantium filium Constantini in hæc verba. *Tempore quidem Deo dilectissimi, & beata memoria Constantini patris tui salutare crucis lignum Hierosolymis repertum est. Euseb. Cæsariensis ad lib.*10. *histor. Ecclesiast.* affirmat, tempore Concilij Niceni inventam fuisse crucem, *Antonin.* ubi proximè non se firmare ausus fuit certo tempore invẽtionis crucis, quia aliquando affirmat tempore Eusebij Papæ, aliquando negat. *Baron.* similiter *d.tom.* 3. *anno Christi* 326. *num.*42. in fine, arbitrio legẽtis relinquit quæstionem. Ecclesia Romana in festo inventionis sanctæ Crucis non præscribit annum quo fuerit inventa, sed solùm ait post victoriam, quam Constantinus ex Maxẽtio reportavit, Helenam Crucem conquisijsse; sed cum *Baron.* affirmet *d.tom.*3. *anno Christi.*326. *num.*42. ex Eusebio, & alijs, Crucem inventam fuisse anno sequenti à Niceno Concilio, sequitur *Pined.*2. *part. Monarch.cap.*10. §. 1. in principio (de quo licèt dubitent aliqui quãdo fuerit celebratum, ut ex *Covar. lib.*4. *variar. cap.* 15. n. 1. *Nicephor. Constantinopolitano in Chronolog. Pined. d.*2. *part. Monarch.lib.*12. *cap.*8. §. 1. & multis, quos ibi citat, de quo iam diximus supra in *cap.*1. *num.* 6. 15. *distinct.*) tamen *Baron.* asserit congregatum fuisse anno 325. ut patet ex *tom.*3. *Annal. numero.*11. *eodem.anno.*325. iuxta quem recte possumus ex hac temporum notatione conjecturare Helenam invenisse Crucem anno 326. quinto Nonas Maij, eodem die, quo Ecclesia celebrat eius inventionem, qui quidem annus sequens fuit ab anno 325. Vnde colligitur crucem non fuisse inventam tempore Eusebij Papæ, sed Sylvestri, qui præfuit Niceno synodo ex *Baro. d.anno* 325. *num.*10. *&* diximus supra *in d.capit.*1. *num.*1. 15. *dist.* quem sylvestrum non solũ Melchiades Papa præcessit, sed etiam Eusebius, qui creatus fuit anno 307. & tenuit Papatum tribus annis, & 27. diebus, ut ex *Samothea* refert *Pined.* ubi proximè *cap.*12. §. 2. licèt *Baron.* ponat creationem Eusebij, anno 309. & eius præsulatum usque ad annum 311. ut videre est. *tom.* 3. *d.anno* 309. *nu.*8. & sequẽtibus. Octogesimum ferè annum ætatis complens Helena, è vivis decessit, ita *Theodoret. lib.* 1. *histor. Ecclesiast. cap.* 18. *Nicephor.lib.*8. *cap.*31. *Pined.* 2. *part. lib.* 12. *cap.* 10. §. 1. ante finem, sepulta fuit secundùm *Nicephor.lib.*8. *cap.*31. Romæ, ubi etiam inquit eam obijsse; alij dicunt translatam fuisse ad Constantinopolim, de quo videndus est. *Baron. dict. anno* 326. *à numer.* 59. & sequentibus. *Pined.* ubi proximè, §. 2. ad finem apud quem ibidem §. 1. & 2. videre poteris varias Basilicas, quas Helena construxit. Adde *Baron.* proximè citatum.

Nullum alium filium præter Constantinum 7
suscepit ex Helena Constantius testante *Baron. d.tom.*3. *anno* 306. *num.* 21. ante finem, qui natus fuit Britanniæ, ut patet ex eodem *Baron.* citato loco *num.*15. *&* 16. *& tom.*5. *anno Christi* 407 *n.m.* 31. *Gallican. Orator. in Panegyric.* 4. *ad Constantinũ* ibi, *Liberavit ille Britanniam servitute, in etiam nobiles illinc oriundos fecisti,* & fortasse scriptorum incuria, æquivocantes Bithyniam pro Britannia, tradidere Constantinum natum fuisse Bithyniæ, ut optimè advertit *Baron d. tom.*3. *anno* 306. *num.*15. Britannia verò Constantini patria describitur optime à *Cornel. Tacit. in vit. Agricol.* post principium ibi. *Britannia Insularum, &c.* & adde quæ scripsimus ad *cap. ult. distinct* 80. Licèt ex Helena Constantinum tantùm habuerit Constantius, suscepit tamẽ ex Theodora prævigna Maximiani Constantium patrem Galli, & Iuliani, quem Apostatam vocamus, eo quòd à fide recesserit, vel quia vitam monachalem reliquit, ut christianos persequeretur, & Constantinum Dalmatium Annibalinum patrem Dalmatij minoris, & filiã nomine Constantiã, quæ postea in matrimonium duxit Licinium,

Diocle-

8 Diocletianus tenuit Orbis Imperium anno 284.teſte *Baron.Annal.tom.2.eodem anno* 284.*nu.*17. *& anno* 286. elegit conſortem ſui Imperij Maximianum Herculeum ex eodem *Baron. d.anno* 286.*num.* 2. qui poſtquam per ſpatium viginti annorum, & plus regnarunt,ſenio affecti, vel ut alij volunt quietis adipiſcendæ cauſa moti. Alter Mediolani,alter Nicomediæ purpurã,ac Imperij adminiſtrationem depoſuit. Contigit Conſtantio Occidentale Imperium, Galerio verò Orientale,aſſumptis ſibi Illyrico, Aſia, alijſque Orientis provintijs;Conſtantio autem Gallia,Hiſpania, Italia, & Africa. Omnia videre poteris per *Baron. dict. tom.*2. *ab anno Chriſti* 285. & ſequentibus. *Burſat. conſil.* 124. *num.* 1.& ſequentibus. *Pined.* 2.*part. Monarch. lib.*12. §. 3.*D. Antonin.*1.*part. Chronic.tit.*8.*cap.*2. in principio,& §. 1.Imperavit Conſtantius,qui Clorus cognominabatur (hoc eſt revireſcens ex *Pined.* ubi proximè) in toto Occidenti ſumma cum benevolentia erga chriſtianos, velut maximus Chriſticolarum amator,ut notat *D. Antonin.dict.* §. 1. quapropter eum catholicum appellat *Pined.* 2. *part. capit.* 2. ad medium, & tanta humilitate vixit parcens ſumptui, & oſtentationi, quòd quando Imperialem magnificentiam oſtentare opus erat, alienis ſuppellectilibus mutuó utebatur, ut ex Suidas in vita Conſtantij, refert *Pined.* ubi proximé, multa alia inditia piiſsimi Principis edidit, quæ omnia vide per ſupra citatos,præſertim *Baron.* ubi proximè *num.* 10. & 11. & præter eos *ſocrat.lib.* 1.*capit.*1. *Euſeb. in vita Conſtant. lib.*8. *capit.* 11.

9 Invaſit Galerius Italiam, à qua Conſtãtius bello coactus diſceſſerat, relicto Romæ Conſtantino ſucceſſore in Imperio quẽ tenuit ſub cuſtodia ipſe Galerius, fortaſſe quia in Conſtantino ingens religionis ſpes relucebat;dum Conſtatius in Britãnia Eboraci ageret annum quinquageſimum ſextum, octavo Kal. Auguſti,hoc eſt die 27. Iullij,anno Olimpiadis 272. vel ut alij volunt 201. Conſtantinus corruptis cuſtodibus effugit ad Britanniam mari, & ad patrem iam extrema vita claudentẽ acceſsit, quem ipſe ſumma lætitia excepit,continuo coronam auream petens illius capiti impoſuit, eumque Imperij ſucceſorem nominavit ſpretis reliquis liberis,qui unà cum pluribus ſenatoribus,legatis, & cæteris imminentibus viris, lectum inſtar chori undique cingebant: Ferunt etiam Conſtantio ægrotanti Angelum ad ſtitiſſe,qui iuberet, ut Conſtantino reliqueret Imperium.

10 Defuncto igitur Cõſtantio Auguſto,de chriſtianis optimé merito, eius ultima voluntate, votoque totius exercitus,Conſtantinus eius ex Helena filius,in Imperium feliciſsimè ſubrogatur,divino potiſsimum numine ſuffragante, & poſt cecæ noctis horrorẽ,venturæ diei prænũtiũ Auroræ crepuſculũ in Conſtantio primũ erupit,ſed primusSolis radius effulſit in Cõſtãtino,quando converſo rerum ordine tàm lætæ,diuque expectatæ diei lux apparere cœpit in Occidente,eo potiſsimum tẽpore, quo adhuc perſecutionis atra tempeſtas denſa caligine obtegerat Orientem; ubi in ſuo curſu nox medium iter perageret, dum decem perſecutionis annorum vix quinque prætерlapſi fuiſſent,& adhuc totidem ſupereſſent, donec progreſsibus ſuis Sol iſte,qui aſcẽdit ſuper occaſũ, Orienti tandẽ illuxit fugatis hæreſũ tenebris, profligatiſq; earũ capitibus,& factoribus mortuo ſcilicet Maximino Herculeo, quem ipſe Conſtantinus occidit anno 310. Idibus Decẽbris,eodem die,quo ſancta Lucia martyrio affecta fuit. Addit *Nicephor. lib.*7. *cap.*20.*&* 22. *& Maſæus Criſtianus lib.* 10. *Chronic. Burſat.d. conſil.* 24.*num.*7. Maximinum Herculeum nõ gladio, ſed funę, paloque gutturi admoto periiſſe; de quo etiã ſcripſit *Sext.Aurel.*eum fuiſſe perverſæ, atq; crudeliſsimæ indolis, & habuiſſe uxorem Eutropiam. *Pined,*2.*part.Monarch. lib.*12.*cap.* 1.§.4. Diocletianus obiit,completis 78. annis ætatis ſuæ, poſt decennium relicti Imperij; de quo aliqui dicunt furore correptũ, alij hauſto veneni poculo,alij tandem timore minarum Conſtantij,& Licinij eius generi periiſſe: Crudeliſsimus chriſtianorum fuit inſectator Galerius Maximinus pater Severi, & Maximini etiam fœdiſsima occubuit morte. Huius tyrãnide dilacerata fuit Beata Catharina virgo nobilis Alexandrina, quam alij Dorotheam nominarunt, ſed male,ut advertit *Baron.tom.*3.*anno Chriſti.*307.*numer.* 31. Severus filius prædicti Maximini, rediens magno cum exercitu, ut Romam, & Maxentium obſideret, tandem in bello à militibus deſertus, fugiens, Ravennæ Maxentio occiditur. Galerius deinde intellecta Severi morte, creavit Cæſarem Liciniũ hominem ſcilicet ruſticum,fortem tamẽ, & bellicoſum. Maxentius qui Romæ fuerat factus Imperator, atrociſsimam tyrannidem exercebat,luxurioſé,& turpiſsimé vivens,circa quod vide *Nicephor.lib.*7.*cap.*21. *Euſeb. Cæſarien. Ruffin. Interpr. in hiſtor. Eccleſiaſt. lib.*8.*capit.*16. *Pined.*2. *part. Monarch. lib.*12. *cap.*2.§.5. *D. Antonin. part.*1. *tit.*8.*cap.*2.§.2. Hic à Conſtantino fuit profligatus, & coactus bello in Tibrim dimerſus parta victoria ſigno crucis,quod Conſtantino apparuit, flammeo nitore rutilans, inter hos caracteres: *ſub hoc ſigno vinces.* De tempore quo Conſtantinus bellum adverſus Maxentium inchoavit, variè tradidere ſcriptores,nam quidã dicunt fuiſſe anno tertio ſui Imperij, alij verò quinto, alij tandem ſeptimo,quod videbis per ſupra relatos.

Peracto

11 Peracto bello contra Maxentium inſtituit Conſtantinus debellare Maximinum filium Galerij, qui tyrānicum patris fomitem renovabat, ſed lepra oppreſſus ab inſtituto deſiit, quæ illi occaſionem præbuit ſuſcipiēdi baptiſmum à Sylveſtro Papa in monte Soracte latitante, & ab eo ſanctiſsimo lavacro ſanatus, de quo tamē dubitarunt multi, quos vide apud *Canum de loc. Theologic. lib. 11. cap. 5.* in fine, ſub verſi. *Quod deinde*, à quibus ipſe non multū diſſentit. Poſtquam verò Conſtantinus ſanitatem divinitus recuperávit, iterum bellum contra impium Maximinum excitavit, ſimul cum Licinio, qui ut matrimonium duxerat Conſtantiam ſororem Conſtantini, & in belli coactus tyrannus fugam turpiſsimè arripuit, obliteſcēs in certis ſui Imperij, ubi graviſsimo morbo correptus animam miſerè efflavit relicto adhuc Licinio Conſtantini ſororio, cuius odium adverſus ipſum Conſtantinum, licèt per aliquod tempus obtegeretur, non tamen diu latuit, quinimo detectus Licinius, ut proditor à Conſtantino de capitari iubetur; quæ omnia hucuſque dicta, & quam plura alia, tàm de vita, quàm de morte horum, vide per *Baron. tom. 2. Annal. anno Chriſti 306.* per totum *& tom. 3. ab eodem anno & 307.* cum pluribus ſequentibus. *D. Antonin. 1. part. Chronic. tit. 8. cap. 2.* per totum. *Pined. 2 part. Monarch. lib. 12. cap. 1. 2. & 3.* cum alijs ſequentibus. *Burſat. conſ. 124.* per totum *Euſeb. Cæſar. in vita Conſtantini hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 9 cap. 9 & cap. 10. hiſtor. tripart. lib. 1. cap. 5.* & infinitos, quos iſti citant.

12 Conquaſſatis horum hæreticorum capitibus, ſolus Conſtantinus cognomento magnus, qui ſplendor fidei, ac religionis erat totius mūdi Imperio tutiſsimè potitur, uxorem habebat Fauſtam Maximiani Herculei, & Eutropiæ filiam, ex qua ſuſcepit Conſtantinum, Conſtātium, & Conſtantem, ſimulque Flaviam Conſtantinam, quæ primò Dalmacio, poſtea verò Gallo nupta fuit, & Flaviam Iuliam Helenam quæ matrimonio Iuliani iungitur. Vide *Pined. 2. part. lib. 12. cap 3. & 6.* in fine; at nō hanc primā Conſtantinus in uxorem accepit, ſed iam antea, ut ex Ephebis acceſsit, uxorem duxit, ne conjunctione aliqua illegitima fœdaretur. Hacq; fuiſſe Mineruinam, ex qua natus eſt Criſpus verior ſententia eſt, licèt *Victor. in Conſtantino & Zoſim. lib. 2.* eam Criſpi matrem Mineruinam, fuiſſe illi non coniugem, ſed concubinam tradant. Quæ tamen opinio non omnino verā iudicatur à *Baron. tom. 3. Annal. anno Chriſti 307. numer. 6.* fuit Criſpus baptizatus unà cum Conſtantino, aſpectu pulcherrimus erat, taliſque ætate, & forma egregia, ut Fauſta ipſa Cōſtantini nova coniux amore ſuccenſa eū turpiter deperiret, & hanc fuiſſe cauſam, aiunt, cur Conſtantinus Fauſtam calore balnei, Criſpum verò veneni frigore extinxiſſet, ut ex multis refert *Baron. citi. tomo 3. anno Chriſti 307. num. 7 & anno Chriſti 324. num. 7.* & ſequentibus. *Pined.* ubi proximè.

13 Proſpera cuncta, atque felicia ex animi ſententia, Conſtantino toto ſui Imperij tempore contigère, cum præclara, & in fidei augmentum magna ſemper intenderet. Baſilicam in ſuo Lateranenſi Palatio ad honorem Chriſti Salvatoris ædificavit, ibique humeris ſuis duodecim cophinos ob duodecim Apoſtolorum reverentiam à fundamentis ædificij aſportavit. Baſilicam quoq; beato Petro Apoſtolo in templo Apollinis fecit, ibique corpus beati Petri recondidit, & multa eidem contulit dona; præterea templum D. Pauli Apoſtoli conſtruxit; deinde Romæ Baſilicam ſanctæ Crucis erexit, ſimiliter etiam Baſilicam ſanctæ Agnetis, mirificeque martyrum reliquias illuſtravit; Baſilicam ſancti Laurentij, & ſancti Marcellini ædificavit, Baſilicam item Deigentricis erexit. Plures alias ædificavit eccleſias tām in Italia, quàm in alijs Occidentalibus partibus; iuſsit denique omnes eccleſias ampliorib⁹ ſpatijs erigi: vide *Baron.* ampliſsimè *d. tom. 3. anno Chriſti 324. à num. 62.* cum pluribus ſequentibus: noviſsimè *fr. Luc. de Monioſ. de Metaphor. ſcript. Metaphor. 11. §. 1. pag. 159.* ante finem. Tanta in Conſtantino eccleſiarum vigebat veneratio, ut ſecum templum portatile, in quo miniſtri Dei divina officia celebrarēt, ſemper portaret. Bona relegatis ſimul cum eorum honoribus, & officijs reſtituit, & ubi affines, vel conſanguinei defunctorum, qui hæredarent deficiebant, bona eorum pauperibus, & eccleſijs applicabat. Prohibuit Gentilium ſolemnia, falſis eorum dijs tributa, nec non ſacrificia, & Dœmoniacas conſultationes vetuit; templa Idolorum obſerari mandavit, & menſuram, qua Ægyptij Nili fluctus creſcētes metiebātur, abolevit; Gladiatorum ſpectacula, de quibus in *l unica Cod de gladiatoribus lib. 11.* prohibuit, legem Phœnicum condemnavit, cuius virtute filiæ ante nuptias proſtituebantur, Sauromatas, tremebundam gentem ſuperavit, & quaſcumque nationes iugo Chriſti ſubijciebat, ſtatim verbum Dei illis prædicare inſtituit. In omnibus provincijs tributa, quæ populo Romano ſolvebantur ſubſtulit, & ea eccleſijs conceſsit. Militibus crucis inſigniam donavit, ut ad eius venerationem aſſueſcerent. Primū mundi diem, & hebdomadæ, quem Græci Soli dicarunt, ipſe Chriſto ſub nomine Domini applicuit, quē nos corrupto vocabulo (*Domingo*) vocamus; ſimulque Veneris diem oratione ſacravit; in numiſmatis, quæ cudere iubebat, ſemper crucem imprimi faciebat, quam deinceps nunquam permiſit, ultionem ſceleratorū fore. Aliquas Romanorum iniquas leges renovavit,

novavit inter quas illa erat, quód qui filios nõ haberent ex matrimonio, dimidiam bonorum amitterent. Legem condidit pro clericorũ libertate, & immunitate, eos ſubijciendo iudicio epiſcopi, quæ eſt lex prima, & ſecunda *Cod. de his, qui in eccleſijs manumittuntur*; Epiſcoporum ſententias, & Conciliorum conſtitutiones confirmavit, eccleſijſque cõceſsit libertatem. Inſignem ciuitatem fundavit, quam ſuo nomine *Conſtantinoplam* dixit, quæ Romæ æmulabatur, opus incepit anno decimo ſui Imperij, & anno 28. illi finem impoſuit; ſecundùm *Nicephor. lib.* 8. *c.* 4. ad medium Plura alia, quæ videre deſideres circa Conſtantinopolam proſequere cum *Pined. d.* 2. *part. lib.* 12. *cap.* 5. §. 2 *&* 3. Convocavit Nicæuũ Concilium, in quo Arius impius hæreticus damnatus fuit. De hoc ſatis ſupradictum eſt, *in c.* 1. 15. *diſtinct.* Scientiarum amator erat, Synodo Romæ celebratæ à Sylveſtro interfuit, convocatis pluribus Epiſcopis, quibus omnibus ſuppeditavit Cõſtantinus vehicula, & annonam, ut videre eſt apud *Baron d. tom* 3. *anno Chriſti* 324. *numer.* 124. præter ampliſsimam donationem, quam Conſtãtinus eccleſiæ fecit, de qua ſtatim in *cap.* ſequenti; multa alia, dum vixit, præclarè geſta vide per *Baron toto anno Chriſti* 324. qui pleniſsimè de materia agit.

14 Vixit Conſtantinus annis 65. è quibus imperavit. 31. additis, vel demptis paucis menſibus: Obijt Feliciano, & Titiano conſulibus ad undecimum Kalend. Iunij ideſt 22. Maij die ſabbati, ut quidam dicunt, anno Chriſti 337. & tertio, aut quarto Olimpiadis 279. vide *Baron. d. anno* 377. *num.* 1. *Pined. d. lib.* 12. *cap.* 17. §. 3. ad medium. Alij aſſerunt, Conſtantinum regnaſſe 32. annis, & ex *Euſeb.* refert *Baron.* citatus *num.* 2. quem redarguit, Alij tandem dixère, Imperium habuiſſe annis 30. & menſibus decem, ita *Iacob de illuſtr. imaginibus fol.* 115. verſ. *Sed tamen omnibus certior eſt prima opinio.* Infirmitate corripitur eodem tempore, quo bella adverſus Parthos parare tentabat, ob arreptam Meſopotamiam, & ubi ſe ſenſit infirmari morbo, quo perijt, profectus eſt Conſtantinopoli in Bythiniam, & inde Helenopolin, aſſumendi balnei cauſa, ubi tandem morbo opprimitur. Attamẽ affirmat *Achilles Gazarus in Epit. mund.* illum veneno perijſſe. *Pined. d. lib.* 12. *cap.* 17. §. 3. ad med. Tres filios Cæſares creavit dum vixit, ſimulq; Dalmatium ex patre eius ſobrinum, quem milites poſt obitum avunculi occiderunt. Ita imperium inter filios partitus eſt, ut Conſtantio partes Orientales relinqueret, Cõſtantino veró, & Conſtanti Occidentales; Conſtantino nempè quidquid extra Alpes remaneret; Conſtantio autem à Sinu Propontidis uſq; ad fines Orientalis imperij, Conſtanti tandem ceſsit Illiricum, Italia, Africa, Dalmatia, Tracia, Macedonia, & Achaya, vide *Pined. diſt.* §. 3. *in fine principij*, illicó poſt ultimum vitę initãs eius corpus in auri capſula reconditum fuit, & ad Conſtantinopolim delatum, ibique in eminẽti palatij loco ſepoſitum, nec defecit eadem reverentia, qua vivens celebratur, & ubi civitatem ingreditur cadaver, omnium fletu ob amiſsi beneficentiſsimi Principis mærorem, excipitur. Cognita patris morte, continuò properavit Conſtantius filius funeris cauſa, quòd honorifice celebratum fuit, & corpus ſepultũ in Apoſtolorum æde Conſtantinopolitana, ubi Helena ſepulta fuerat, & poſtea Imperatores unà cum Patriarchis. Addit *Nicephor.* quem refert *Pined. d. lib.* 12. *cap. ult.* §. 7. in fine, Deum miracula operatum fuiſſe per conſtantini corpus, dum aliqui ad eius ſepulchrũ acceſsiſſent, qui omnes ſanabantur; quibus conſonat Chronica Martiana, quæ narrat Græcos illum in ſanctorum catalogo ſcripſiſſe, & eius diem celebrari, ut Divo dicatum, die 21. Maij; ſic etiam cum hoc trãſit Divus Iſidorus & *Eutrop.* citati à *Pined. d.* 2. *part. lib.* 12. *cap.* 3. §. 4. ante finem, *&* *cap.* 17. §. 3. ad medium, idem aſſerit *D. Antonin. in Chronic.* 1. *part. tit.* 8. *cap.* 2. §. 8 *Burſat. conſil.* 124. *num.* 59. *Arnald. Pontac. in not. ad Chronic. Euſeb. col.* 705. *littera B.* Sed tamen dubitant, an fuiſſet canonizatus eccleſiaſtica canonizatione, vel gentilica, qua tempore tyranorum utebatur.

Formam, & aſpectus Conſtantini ſic deſcribit *Nicæphor. lib.* 8. *cap.* 55. *Fuit Conſtantinus forma decore nemini ſecundus, & cum gratioſus maximè fuit, tum decentiæ ipſi magnificentiam commixit, ſtatura quoque corporis ſpectabundus, nam neque nimium procerus eſt habitus, & exiguam brevitatem longè ſupergreſſus eſt, humeris latis, ſenſim ceruicem craſsiorem præbuit, colore corporis rubicundus, minus denſum habuit capillum, eumque flaveſcentem: barba mediocriter tenuis, & rara, neque admodum demiſſa erat, ita ut in pleraque faciei parte ſubreſſiere non videretur, oculi quales virũ decent, placidi, & ex quibus mirifica quadã eminebat gratia, acutioreſque illi, & grandiores, naſus ſubaduncus, cui carnoſum quiddam incidebat; facies ipſa latior, & magnanima admodum.* Huic deſcriptioni conformatur etiam *Baron. diſt. tomo tertio anno* 337. *numer.* 23. *Pined. diſt.* §. *ultim.* in fine. 15

Animę verò faciem ex rebus geſtis facile deprehendes, quam Ethnici quoque ſcriptores perpaucis quibuſdam lineamentis ſic expreſſere, etenim *Victor. in Conſtantinum* hæc de eo. *Commodiſsimus rebus multis fuit, calumnias ſedare legibus ſinceriſsimis, vulvire aries bonas, præcipuè ſtudia litterarum: legere ipſe, ſcribere, meditari, audere legationes, & querimonias provinciarum*; ita quidem *Victor. ſed, & Eutrop. lib.* 10. *Civilibus* inquit. *artibus, & liberalibus ſtudijs deditus erat, aſſectator iuſtitiæ, & amoris, qua omnino ſibi, & liberalitate, & docilitate* 16

quæsivit. Dat tamen crimen Constantino Victor quòd, ut ait, *fuerit ultra, quam æstimari potest laudis avidus.* Verùm quòd mox subdit eum detractorem potius, quàm appetitorem laudis fuisse significat, dum illud superius à nobis recitatum inculcat. *His Traianum herbam parietariã (ob sicubi multos in ædibus inscriptos) appellare solitus erat, cum certe in tot (ut aliàs diximus ubique locorum erectis à Constantino basilicis, cæterisque ædificijs publicis, quæ supersunt) nunquã, vel tantillùm inveniri quis in aliquo ipsorum Constantini nomen inscriptum,* ut notavit *Baron. d. tom. 3. anno* 337. *numer.* 25. Non desunt Authores aliqui, tribuentes Constantino vitia quędam, & falsa, quos videre poteris apud *Pined. d. 2. part. lib.* 12. *cap.* 3. §. 6. in principio, ita etiam illi falsò tribuitur hæresis Arianorũ, & quod fuerit baptizatus ab Eusebio Nycomediæ episcopo in fine vitæ, ad quod citatur *D. Hieron.* sed tamen ineptum est hoc, siquidem Constantinus post baptismum nunquam in hæresim incidit, ut advertit *Pined.* ubi proximè, §. 4. ad medium, & *cap.* 17. §. 3. in fine principij *Baron.* ubi proximè *anno* 324. *numer.* 43. *& anno* 336. *numer.* 36. & sequentibus, de quo vide etiam *Covar. lib.* 4. *variar. cap.* 16. *num.* 8. vers. *primum ad fin. Platin. in vit. Marc. Arnal. Pont. in not. ad Chronic. Euseb. d col.* 705. *littera* B. æquivocabantur Authores illi in Constantino filio magni Constantini, qui adhæsit Arianorum hæresi, & ab Euse[illegible] fuit baptizatus ex *Bars.* & alijs, quos ibi citat *consil.* 124. *num.* 58 *&* 27. *D. Antonin. d cap.* 2. §. 8. ante medium. An autem Constantinus fuisset primus Imperator christianus, vide *Lels. Zech. de potest Roman. Pontific. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. *&* 3. *Covar. practicar. cap.* 31. *numer.* 2. ubi ait Marcum Iulium Philippum fuisse primum christianum, & tetigimus supra in *cap. si quis contristatus* 10 *num.* 1. *distinction.* 90. contra quem est textus in *cap. futuram* 12. *quæstion.* 1.

17 Tempore vitæ magni Constantini, Romanæ ecclesiæ Pontifices fuere Caius primus, qui sub Diocletiano martyrio fuit coronatus, succedit Marcellinus, qui postquam metu Imperatoris Idolis semel sacrificaverat, id nolens amplius committere, anno 8. Pontificatus sub eodem, vel ut quidam, sub Maxentio capite cęsus, cum multis martyr efficitur. Marcellino succedit Marcellus effectus martyr, atque cõfessor. sub Maxentio anno 5. Pontificatus subsequitur Eusеb. qui à Gallerio Maximiano martyrij coronam adeptus fuit. Post eum Melchiades coronatus martyrio sub eodem Gallerio, vel ut alij sub Maxentio. Præfuit tunc. Sylvester, qui in pace decedit, cui sufficitur. Marcus demùm Iulius, quem secutus fuit Liberius.

18 Per idem tempus floruerunt viri insignes, non solùm scientia, sed etiam virtute, *Lactantius Firmianus*, qui fuit vir profundissimæ scientiæ, & ob id magister Crispi Constantini magni filij. *Eusebius Cæsariensis* ex eo dictus, quia Cęsareæ Palestinæ episcopus fuerat: hic intimè Constantinum tractabat, multa edidit volumina, de quibus videre poteris *D. Antonin. d. 1. part. tit.* 8. §. 9. Porfirius Philosophus primò Gentilis, postea christianus effectus à fide apostatavit, & contra christianos scripsit, cui respondêrunt Eusebius, & Apollinarius confutantes errores eius. Illustravit etiam ecclesiam lumine sanctitatis, & doctrinæ Iacobus cognomento sapiens Nicibinæ civitatis episcõpus in Persia, quem sic commendat *Hieronym. in lib. de viris illustribus. Iacobus Nicibinus agnoscitur, ad cuius preces sæpe urbs à discrimine liberata est*: Qui multa scripsit de fide contra omnes hæreses, de charitate, de oratione, de dilectione erga proximum, & pleraque alia. Postea sub Maximiano martyrio coronatus est.

Vita eremitica tum temporis incepit, scilicet á Diocletiano usque ad Phocam, qui fuerunt anni 320. Floruit præcipuè in Ægypti solitudinibus, & ibi D. Antonius, Paulus, & Hilarion pœnitentia, & omni virtutum genere claruère. Multi adhæserunt Antonio discipuli, inter quos fuit Paulus simplex nominatus, qui cum uxorem in adulterio comprehendisset, ad Antonium aufugit, apud quem prędaré vixit, Amõ Ægyptius, qui licèt uxoratus esset, per decem, & octo annos nunquam votũ castitatis amisit, & ita divisus ab uxore desertum petivit ad partes lacus Mariotis in montibus Scetidis, & Netriæ, ubi viginti, & duobus annis solus philosophavit, tandemque ad cœlum glorioſus migravit. Espiridon qui è pastore episcopus creatus fuit Trimythi civitatis insulæ Cypri, & cum ovibus irrationalibus sinul rationales sibi ex officio commissas pascebat, ita *Nicephor. lib* 8. *cap.* 2. *histor. tripart. lib.* 1. *cap.* 10. *histor. Ecclesiast. lib.* 10 *cap.* Macharius Alexandriæ episcopus mirificis virtutibus, & castitatis exẽplo illustratus vixit. Sanctus Athanasius, quem Ariani maximé persecuti fuerunt, prodigia sanctitatis per hoc tempus monstravit. Non defuerunt etiam aliquæ insignes virtute fœmine, quarum prima vocabatur Sara; quæ adeo casta vixit, vt nunquam admiserit contra puritatem tentationes. Sequitur Alexandria virtutibus famosa, & præcipuè clausura vigebat, ita ut per foramen tantùm victus ministraretur. De his, & pluribus alijs modo dictis, vide post *Baron.* locis citatis *Pined. d.* 2. *part. Monarch. lib.* 12. *cap.* 12. §. 1. & sequentibus, *&* *cap.* 13. per totum. Hæc sic modo dicta liceat nobis fusius, quàm per sit scribere in honorem tanti Imperatoris, cuius vita brevibus spatijs terminari nequit, nec remissivè tractari.

19

CAP.

CAP. COnſtantinus. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur donatio facta à Conſtantino eccleſiæ, quæ iuribus, & doctoribus plurimis probatur.*
2 *Authores, qui ineptè Conſtantini donationem oppugnarunt, & eorũ fundamenta.*
3 *Communis ſententia approbatur, & argumentis ſatisfit; Adduntur pro eadem multæ rationes.*
4 *Adducitur authoritas Damaſi Papæ, & aliorum ad probandam hanc opinionem.*
5 *Cõprobatur ulterius veritas huius opinionis ex Concilio Nicæno.*
6 *Obſtat authoritas D. Hieronymi, cui reſpondetur.*
7 *Refragantur Oroſius, & alij impugnantibus donationem.*
8 *Obſtat ulterius, ſed tamen diluitur obſtaculum:*
9 *Vltimò reſpondetur Vallæ, & alijs impugnantibus veritatem donationis.*
10 *Qui contradixerit Conſtantini donationem non procul diſtat ab hæreſi.*
11 *Non ſolũ donatio Conſtantini conſtat, ſed etiam omni iure valuit.*
12 *Quid ſit ſatrapa?*
13 *Phrigium eſt indumentum regium, auro intextum, & unde dirivetur.*
14 *Quid ſignificat chlamis, & cuius figura ſit?*
15 *Bannum quid ſignificat, & varijs modis accipitur.*

1 IN textu. Qui continet ampliſsimam Conſtantini Magni donationem, quam beato Sylveſtro ſummo Põtifici fecit, cui contulit præter Lateranenſe palatium urbem Romanam, & omnes Italiæ, & Occidentalium Regionum provincias, loca & civitates ſimul, cum ipſius aureo diademate, purpura coccinea, & reliquis ornamentis regalibus, unà item cum plenaria adminiſtratione omnium prædiorum, & iurium imperialium in Iudæa, Græcia, Aſia, Tracia, & Africa. Decrevit quoque beato Sylveſtro præſidentiam, & primatum non tantùm in quatuor præcipuis eccleſijs, ſcilicet Alexandrina Antiochena, Hierololymitana, Conſtantinopolitana, ſed etiam in reliquis toto orbe terrarum conſtitutis; cuius inſignis donationis relatæ in noſtro capite, meminere quam plures Doctores, *Covar. lib. 4. variar. cap. 16. numer. 8. Can. de locis Theolog. lib. 11. cap. 15, in fin.* verſ. *quod deinde Mexia* pleniſsimè in *hiſtor. Imperat. in vita Conſtantini, cap. 3. §. de la donacion Molin. de iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſp. 25. Suar. de legibus lib. 4. cap. 6. num. 6. Affict. ad conſtitut. in prælud. q. 2. nu. 2. Boer. deciſ. 31. nu. 2. & deciſ. 69. nu 1. Turrian. lib. 2. cap. 42.* optimè *Bellarm. tom. 1. contraverſ. 3. de Roman. Pontific. lib. 2. capit. 17.* verſ. *Hæc omnia, & lib. 5. cap. 19.* verſ. *Quarto,* & de reliquijs ſanctorum eodem *tom. 1. lib. 2. cap. 3.* verſ. *Item ex Conſtantino Cagnol. in proœmio Digeſtorum á nu. 79. Caſtald. de Imperat. quæſt. 51. Cevall. commun. q. 345. frat. Alphonſ. à Mendoça in quodlibet, q. 4. Sibol. §. 4.* verſ. *Quinto Mant. obſervat. 100. Baron. Annal. d. tom. 3. anno 324. Iacobac. de conſil. lib. 10. art. 8. de donat. Conſtantini, fol. 783.* verſ. *Quod autem,* & plures relati à *Cened. in Decretal. collectan. 109. num. 4.* Notat *Bart.* poſt *Cynum, & Alberic. in proœmio Digeſtorum col. 1.* ubi *Alberic.* ponit totum privilegium donationis. Similiter *Burſat. conſil. 124. numer. 36.* ubi infinitos videbis. *Ioann. de Imol. ff. de verbor. Ioann. Andr. in Clement. 1. §. Porrò de iureiur. & in cap. Ego. Ludovic.* verbo, *vinculis 63. diſt.* ubi tetigimus. Præter Doctorum authoritates relatas, agunt de materia quam plura decreta, tam ſummorum Pontificũ, quã Imperatorum, quæ omnia Conſtantini donationem confirmãt, *textus in cap futuram 12 quæſt. 1. textus in cap. 1.* ibi, *finibus eccleſiæ noſcimus, &c. 64. diſt. textus in cap. relatum. 10. q 3.* ibi *Patrimonium eccleſiæ, &c. textus in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi,* ibi *beati Petri, cap. fundamenta, §. 17. §. ſin autem.* verſ. *Ne autem de election. lib. 6. textus in Clement. 1. §. ipſa quoque omnia de iureiur. Extravag. inter communes,* quæ incipit *Vigevitus, §. Nos autem,* verſ. *Statuentes de fratrum conſil. de pœnit. & remiſſ.* ibi *Conſtantinus textus in cap. Ego Ludovic. 63. diſt. textus in l. D. Conſtantini C. de natural. liber. textus in Authent de rebus eccleſiæ non alienand.* in principio ibi *qui poſt Conſtantinum pra memoriæ, inter Imperatores principatum auxit, & canſtituit ſacratum eccleſiarum honorem, & diſciplinam.*

2 Quãvis tot iuribus, & authoritatibus firmetur opinio iſta, & cõmuniter probetur validitas donationis Conſtantini, non deſuere tamẽ Authores aliqui, qui eam impugnarunt, nõ rãtùm facto, quàm etiam iure; ex quibus præcipuus facit *Laurent. Valla per integrum tractatũ adverſus donationes Conſtantini. Igneus in l. donationis n. 22. C. de donat inter Cagnol. in proœmio Digeſtorũ à n. 79.* quibus videtur accedere *Æneas Silvi. de moribus Germaniæ, pagin. 101. litera A.* in principio *Franc. Balduin. de legibus Conſtantini* in principio, *lib. 1. Carol. Molinæus impius Author. in commentar. ad*

edictum Henrici Regis contra datas, numer. 133. poſt *Alciat. Parerg. 7. cap.* 19. *Franciſc. Petrarch. Baptiſt. Ignat. Baptiſt. Mant.* & plures per Molinæum citatos, *Dionyſ. Pont, in conſuet. Bleſenſ. tit.* 3. *art.* 10. *colum.* 1. *Georg. Merul, de vicecomitibus*, qui negant donationem factam fuiſſe, eo potiſsimum nituntur fundamento, quód apud illorum tẽporum ſcriptores nulla illius donationis mentio á Conſtantino facta reperitur, ut conſtat ex *Euſeb. Caſarien. lib. de vita Conſtant.* ubi nihil de hac donatione exprimit. Tacuit etiam *Socrat. Theodoret. Caſſiador.* atque alij, quare eam factã fuiſſe conſtanter negant hæretici. Quód verò non potuerit Imperator in damnum Imperij tam amplas facere donationes, probant ex eo, quia in eius coronatione iurat honorẽ, & iura Imperij illæſa, & illibata ſervare, & conſequẽter donatio de terris, & civilibus Imperij illicita fuit, & invalida, ut probat *textus in cap. intellecto de iureiur.*, & notant omnes ibi, & alibi, ut per *Felin in cap. ad audientiam de præſcript.*, & plures de quibus *Tiraq. de primogen. q.* 35. *à nu.* 19. & 20. *Covar. in cap. quanvis pactum* 2. *part.* §. 2. *num.* 4. *Gutierr. de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 52. *num.* 7. faciunt quæ in ſimili de donatione Regis in præiuditio Regiæ coronæ, notat *Valaſc.* 2. *tomo conſult.* 167. *nu.* 2. *Cabed.* 2. *part. deciſ.* 5. *nu.* 5. confirmantes ex generali regula textus in *l. ult* §. *Sin autem C. communia delegat. l peto*, §. *prædium ff. de legat.* 2. cum ſimilibus, quibus probatur, alienationem bonorum, quæ ſunt reſtitutioni ſubiecta, nõ valere, niſi in vita poſſeſſoris, qui alienavit, ut laté proſequitur poſt multos, quos refert *Molin. de primogen. lib.* 4. *à nu.* 3. *cap.* 1. *& cap* 6. *num.* 2.

3 Sed à communi ſententia; quæ veritatem hiſtoriæ, & donationis agoſcit minimé oportet recedere, quæ donationem à Conſtantino factam eſſe, & validam fuiſſe affimat; neque obſtat, quòd in antiquis illorũ temporum ſcriptoribus de ea mentio non reperiatur, quod eſt præcipuum *Laurentij Vallæ* argumentum exclamãtis contra Legiſtas diſceptantes de validitate donatationis, quæ nunquam fuit, multipliciter reſpondetur. Primó quòd non ſequitur, nõ apparet ſcriptura huius donationis, ergo nunquam facta fuit. cum plures ſint modi, quibus facta eſſe probari poteſt; conſtans, ſcilicet ſequentium ſæculorum traditio, & communis omniũ fama ex reſolutis per *Maſcard. concl.* 753. ratio autem quare de ea apud ſcriptores eius ſæculi mentio non reperitur, eſſe potuit, quòd in ultimis annis Imperij Conſtantini facta fuit, iurabantque ſequentes Imperatores eius abolere memoriam, ſicut videmus aulum fuiſſe Henricum Imperatorem negare Pontifici fidelitatis, & obedientiæ iuramentũ, & neq; á prædeceſſoribus præſtitũ, vel in futurũ præſtandũ, quẽ tamen Pontifex convincit *in Clem.* 1. *de iure iur.* Deinde reſpondetur nõ eſſe deſtitutam huius hiſtoriæ veritatẽ, authoritate antiquorũ graviſsimorũ patrum, ſcilicet Damaſi Pontificis, Gelazij, Nicolai, Adriani, Gregorij, Innocentij, &c. Beati Iſidori, Bernardi, Hieronymi, Anſelmi, & Thomæ, quorũ anthoritates tanquã maiorũ ſufficiant pro ratione inconvincibili allegaſſe, iuxta *Quintiliani* dictum; *ſummorum virorum authoritas loco rationis habetur, ſufficiaeq; dixiſſe, ipſi dixerẽ*; cũ tamen Pontifices ipſi invarijs iuribus de donatione Conſtantini locuti fuiſſent, ut iam ſupra diximus, & videre eſt in *d. cap. Ego Ludovicus* 63. *diſtinct.* & melius in *Clem. 1. de iure iur.* verſ. *Porrò*, ubi Pontifex commendat Carolũ primũ, Henricum ſecũdum, Octonem quartum, Federicum ſecundum, & Carolũ ultimũ donationem á Conſtantino factã confirmaſſe, & innovaſſe. Deinde patet ex noſtro textu á verſ. *utile*, uſque adfinem, quæ omnia ſumpta ſunt ex geſtis, ſeu actis ſancti Sylveſtri, in quibus multa procedunt, ſed hic ea tantũ relata videntur, quæ in collectionibus Doctorũ *Anſelmi*, ac *Deus dedit Cardinalis* reperiũtur. Titulus proprius huius partis in geſtis ipſius talis eſt. *Privilegiũ ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quod conſtituit D. Conſtantin. Auguſtus ſancto Sylveſtro epiſcopo urbis Romæ, & omnibus ſucceſſoribus eius uſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtoli.* Quibus conſentit *Leo nonus in epiſt.* 1. ſeu libello. adverſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtãtinopolitani, & Leonis Acridani Epiſcoporũ *cap.* 13. de hoc privilegio ſic loqẽs. *Pauca ex privilegio eiuſdẽ Cõſtantini manu cũ cruce aurea ſuper cæleſtis clavigeri venerabile corpus poſito ad mediũ proferemus.* De ijſdẽ geſtis, ſeu actibus Gelaſij, in Concilio ſeptuaginta epiſcoporũ, & refertur ſupra *diſt.* 15 *in cap. ſãcta* ſic loquitur, ut ea approbaſſe videatur, & in Martyrolog. Romano, & Vſuard. in feſto ſancti Sylveſtri legitur, cuius actus clari habẽtur. Inveniuntur etiã in pervetuſtis litteris deſcripta in Bibliotheca Vaticana, & Abbatia Honãtulæ; quorũ interpres in proœmio hæc ait. *Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſarien. unũ epiſcoporũ urbis Romæ ſanctũ Sylveſtrum me de Græco in latinũ transferre præcepiſti Dñe ſancte, ac beate Pater, &c.* Quibus verbis quicũq; ſit Author huius proœmij, eadẽ geſta ab Euſebio Græcé ſcripta fuiſſe clam profitetur, quæ etiã in uetuſtiſsimis Pontificalibus, & Codicibus, in quibus ſanctorũ vitæ ſunt deſcriptæ, in vita beati Sylveſtri referuntur. Partẽ horũ Authorũ, quæ ad baptiſmũ Cõſtãtini, & imagines ſanctorũ Petri, & Pauli ſpectat, refert *Adrian. Papa in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri eius ſcripta*, quæ in 2. actione ſeptimæ univerſalis ſynodi habetur, ſed quod ad hoc privilegium ſpectat, ipſum integrum refert. *Leo nonus in epiſtola, ſeu libello ſuperius* citato, & 13. & ſequẽti, & *Balſamo in Nomocan nonen Potbij, titul.* 8. *capit.* 1. inte-

integram hanc donationem refert quam ipſe vocat. *Oraculum magni Conſtantini ad ſanctum Sylveſtrum, eo tempore Papam urbis Romæ*, & cum ipſe Balſamo (ut eſt maxima Græcorum pars) in alijs Romanæ eccleſiæ ſe parum æquum oſtẽdat; hoc tamen Conſtantini privilegium, ut in vetuſtis Græcorum monumentis extabat, retulit. Hanc eandem donationem ante Gratianum, citarũt prędicti *Anſelm. in* loco citato. *Deusdedit lib. 4. cap. 1. & Ino part. 5. cap. 49.* ad quam referendum eſt, quod *Petrus Damianus in deceptation. Synodal.* inter Regum advocatum, & Romanę eccleſiæ defenſorem ſcripſit, qui aliqua ex hoc capitulo accepit, his verbis. *Legi Conſtãtini Imperatoris edictum.* Addo etiam *Viennens. in ſuo Comment. ætatis ſextæ*, qui poſtquam enumeravit eccleſias, quas Conſtantinus poſt ſuum baptiſmum conſtruxit, adiungit. *Caput verò totius Imperij Romani beatis Apoſtolis Petro, & Paulo ſub teſtamento tradidit.* Hanc quoque donationem refert *Gofred. Viterbien. in Chronic. part. 6. cap. 2.* ut alia recentiora tam Græcorum, quàm Latinorum teſtimonia omittantur. Nec denique deſunt Imperatorũ authoritates, ſic enim *Imperat. in l. Divi* in principio, *Cod. de natural liber.* ibi *Romanum munivit imperium*; quam donationẽ ultra alios integrã refert ex vetuſtiſsimis exẽplaribus *Albericus* citatus *in l. 1. num. 6. ff. de officio præfecti vrbis*, quæ omnia, & plura alia eleganter contra Vallam diſputans, adduxit *Cardinal. Alexandrin. in noſtro cap. Conſtantinus, nu. 2.* & poſt eũ *Iacobac. de conſil lib. 10. art. 8.* ad fin. *§. & quid.* Quorum dicta collegit *Caſtald. de Imperat. d q 51.* refertur *tom. 16. tract. in impreſſione noviori.*

4 Vltra ſummorum Pontificum, & Patrum authoritates, quas ſupra adduximus, extat authoritas Damaſi Papę viri ſanctitate, & doctrina egregij, qui vitas Pontificum prædeceſſorũ ſuorum à Petro ad ipſum deſcribens in geſtis Papæ Sylveſtri baptiſmum, confeſsionem, immenſamq; Conſtantini donationẽ enarrat, ac eam ùti veram atteſtatur. Quid igitur Damaſi teſtimonio probabilius, cui tãquã facto cæteris ſcriptoribus pro authoritate Pontificia præſtãtiori, diligentiori item in deſcribendis Pontificum geſtis ut teſtatur *Platin.* ea fides haberi debet, ut & contra, & præter alios ob eius ſolam authoritatem tota hæc hiſtoria firmari valeat, præſertim cum eo fere tempore vixerit, & numero quartus Pontifex fuerit poſt Sylveſtrum ab anno 370. uſque ad 388. Firmat etiam reſolutionẽ alia authoritas *Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi*, qui decreta Pontificum componens ſimul, ac omnia Concilia celebrata ad tempus ſuũ, circa annum Chriſti 640. In geſtis Nicæni Concilij lepræ mundationem, baptiſmum, donationem, ſeu relaxationem Romæ, Imperijque Occidẽtalis per Cõſtantinum Sylveſtro factã expreſſiſsimè ponit, ut videre eſt, in *1. tom. Conciliorum univerſal. folio* 223. & in impreſsione Colloniæ Agripinæ anno 1567. inter epiſtolas beati Leonis Papæ, *cap.* 13. cui nec modicũ credi debet, cũ beatus Iſidorus, litteriſque præditus multũ refulſerit, & ex eius opere totum penè Gratiani Decretum compilatum, & approbatum fuerit; legatur *Cardinal. Alexandr. ſupra in cap. Conſtantinus. D. Antonin. in Chronic. 2 part. tit. 13. cap. 2.* in principio. Adde poſita ad *cap. Ego Ludovicus 30. nu. 3. ſupra diſt. 63.*

Comprobatur ulterius veritas huius opinionis per *Concil. Nicæn. 2.* celebratum anno Chriſti. 754. dum ab epiſcopis 350. approbantur litteræ Adriani primi Pontificis Romani, referẽtes hiſtoriam Conſtantini cum Sylveſtro, quã vetuſtiſsimam appellant, ut omnes facilius in ſententiam corruant pro imaginum ſanctorum veneratione, ut habetur in *tom. 2. Conciliorum, fol.* 478. Vnde quia extant tot clariſsima in ſcripturis teſtimonia, tum de baptiſmo Conſtantini celebrato, miniſtro Sylveſtro, tum de eiuſdem erga Romanam eccleſiã libertate, quæ ferè in omnibus cum Romanorum Pontificum hiſtorijs conſentiunt, non eſt cur nos potiùs accedamus ad non dictũ Euſebij Cęſariẽſis, quam à tot præclariſsimis teſtimonijs recedamus, cum ſit ſumma ratio, qnæ pro religione facit, *ex l. ſuni perſona, ff. de relig. & ſumpt. funer.* præſertim cum Euſebio, nec ſit tam cõpertę veritatis, ut de ea nõ liceat omnino dubitare, aut ſit ita firmus, ut quidquid ipſe non dixerit certiſsimum ſit, contradicit enim textus in *cap. ſancta 15. diſt.* authoritati Euſebij; nec in Chronic. omnia quæ Cõſtantinus fecit, ipſe ſcripſit, cũ conſtet ex cap. antecedenti, & doctoribus ibi citatis multa, & magna egiſſe Cõſtantinum, quæ omnia tacuit Euſebius. Quinimo aiunt apud priſcos conſtantiſsimam famã extitiſſe, *Euſebium in lib. Ænead. de vit. Pontiſic.* ſub Sylveſtro torũ hoc de donatione, lavacriq; baptiſmo conſcripſiſſe, pro ut ex *Caſiodor. Hugon.* & alijs refert *Burſat. conſil. 124. num. 53.* in verſ. *præterea* poſt principium. §

Obſtat ſecundò cõtra donationẽ Cõſtãtini, 6 authoritas D. Hieronymi, qui eodẽ ferè tẽpore poſt Conſtantinũ, dũ chronicas deſcriberet, ac eã Euſebij proſequeretur, atteſtatur Cõſtantinũ Nicomediæ in ultimo vitæ baptizatum, & demũ in Arianorũ fidẽ delapſũ quod ſi verũ eſſet, falſa profecto hiſtoria noſtra redderetur, ſed tamẽ reſpõderi poteſt Hieronymo. Primò, quia ſi iure cõſcripſit ipſe epiſtolã illã ad Euſtachiũ de vinculis Petri libris ſuis inſertã quã omnes ſibi attribuunt cõtra dãnatũ Eraſmũ, certè & tãquã cõtrario minimè credẽdũ foret; imò potius pręſumẽdũ eſſe D. Hieronym. opinionẽ illã pro eccleſia magis amplexũ fuiſſe quã illã, de qua in Chronica ſua, cõtra tot alios affirmatam. Secundo reſpondetur, ex Hiero-

nymi textu non ſequi neceſſario donationis falſitatem, quæ fieri potuit tempore. quo Conſtantinus Romæ cathecumenus extitit, eccleſiaſque conſtructas dotavit, licèt poſtea Nicomediæ baptiſmum ſuſceperit, & in fidē Arianorum incurrere potuerit, quod tamen omnino negatum eſt, ut iam ſupra diximus. Accedit etiam quòd rés Conſtantini parum notæ fuiſſent D. Hieronymo, cum ipſum crudelem, & ſanguinolentum appellet. Cæteri verò illius temporis ſcriptores ipſius Conſtantini religionē, pietatem, ſanctitatemque decantent.

7 Tertio contra donationem inſurgunt tali fundamento. *Oroſius, Sozomen, Theodoret, Socrat*; & quidam alij, qui hiſtorias tempore Conſtantini ſcripſere, nullus eorum baptiſmum, vel donationem Romæ ſub Syveſtro tradidit. Nil tamen obſtat hoc, quia ut iam ſupra reſpondimus, non rectè colligit hæc conſequentia: *tales non ſcripſere, ergo evenire non potuit*, videmus enim multa præclara geſta martyrum in hiſtorijs Gentilium non tradi; ea tamen vera, & ab eccleſia recenſeri, & celebrari. ex eo ipſo enim, quód ſcriptorum antiquorum nemo legatur id teſtari, non ſequitur fabuloſam eſſe, aut omnino denegandam talem hiſtoriam; quo potiſſimùm argumento ex authoritate prædictorū permulti factum negāt, ex quibus fuit *Petrarch. Baptiſta, Mantuan. Carmelit. lib. 1. de patient. cap. 30. Baldum. de legibus Conſtantini* in principio. *Alciat. & Æneas Silvius* locis citatis; ſed tamen iſte in geſtis Concilij Baſilienſis in finalibus verbis libri ſecundi, ferè donationem hanc amplam admittit, dum ait in *cap. didici. Ridiculoſa eſt ſine potentia virtus, nec aliud eſt Roma Pontifex ſine patrimonio eccleſiæ, quam Regum, & Principū ſervus, quod prævident divina pietas Romanam eccleſiam dotari, per Conſtantinum, & locupletari voluit, &c.* quibus verbis apertiſsimè probatur, etiam Oroſium, & alios eius ſequaces donationem fuiſſe factam non negare. Secundò dicitur dato quod iſti contrarium aſſererent, non tamen indubitanter eis credendum eſſet, præſertim cum Sozomen, & cæteri calumniantur, ut videre eſt per *Nicephor. de hiſtor. eccleſiaſt. lib. 16. cap. 46.* ac proinde plena fides eis adhibenda non erit.

8 Quartò inſtari poteſt, veriſimilé non eſſe Conſtantinum donaſſe eccleſiæ totum imperium tot laboribus partum, iure divino, & naturali filijs debitum: cui tamen reſpondetur, quòd imò Conſtantinus, qui bello Maxentium ſuperavit, cui Petrus apparuit, quia lepra baptiſmo mūdatus fuit, ſanctiſsimè ſuumque imperium Chriſto ſacrare potuit, exemplo multorum, & Davidis, qui ſe, vitamque Deo devovère ob patriæ, populique diſcrimen *quid enim prodeſt homini vniverſum mundum lucrari, anime vero detrimentum pati: cap. Matthæus de ſimoni.* Cognovit etiam Conſtantinus totam terram, & plenitudinem eius Chriſti eſſe, itaque aſſignando eam Papæ Chriſti ſucceſſori, reddebat Chriſto quod ſuum erat, implebatque dictum per David. 1. Paralipom. ult. *In manu tua Dñe virtus, & potentia, & in manu tua magnitudo, & imperium, tua ſunt divitiæ, tua eſt gloria, tu dominaris omnibus, &c.* Abraham non ne filium Deo obtulit omni Regno chariorem, & ſi Valla Conſtantinum inſanum appellat, ſi donaſſet, quid dicendū de Diocletiano Imperatore, qui ſe ſpōte imperio abdicavit Cæſaribus creatis, ut iam diximus. Quot Principes imperiales faſces religionis cauſa relinquētes, ut Lotharius primus Imperator nepos Caroli magni in ſolitudinē, & monachiſmum ſe contulerunt: quid de M. Antonio, qui Cleopatræ, Iudææ, Paleſtinā, Arabiæque provincias donavit? De his Valla non miratur, ſed de Conſtantino tantùm, quē ardor divinus agebat, quemque ſperata ſalus ad ſupremas exaltabat cogitationes; propterea nec filij, nec populus donationi reſtitere, quinimo ob Imperatorem nitidum, & lavacro ſalutari datum ob Rempub. beatiorem ac feliciorem redditam, omnes quidem gaudium, lętitiamq; maximam cōcepére, quod ex alijs cōprobat *Burſat. d. conſil. 124. num. 64.*

Nec obſtat quintó quod Valla dixit, nempè 9
Sylveſtrū, utpoté Pontificem ſanctū oblata repudiaſſe; quaſi ordini clericali inconveniētia, & ex Chriſti præcepto prohibita; qui ſe Regē in mundo appellare nolluit: quia reſpondetur ne ſapiat quæ Dei ſunt, quis enim ipſi dixit eccleſiā tēporalia, ac immobilia habere nō poſſe, & hoc etiā ſecundùm Apoſtolicā inſtitutionē, nonne ipſe fateri debet Apoſtolos eleemoſinas, & pretia immobiliū venditorum, ſucceſſores demum immobilia pro ſuſtentatione eorum accepiſſe. Notatur in *cap. expedit* 12. q. 1. nec tamen iſti à bono deviarunt. Vnde incōpatibilia non cenſentur temporalia cū ſpiritualibus, quinimo neceſſaria in ordine ad ſtatum ſpiritualiū. Nec tamē poterat Sylveſter ea repudiare, quia feciſſet contra Chriſti diſpoſitionē, ſi ab hoc bono Conſtantinū divertiſſet, quē credendū eſt ſpiritu divino motū poſt tātas chriſtianorū ſtrages à Nerone hanc libertatē exercuiſſe, ut gloria Dei eccleſiæ nata trāquillitas, Chriſtiq; Vicarius præcæteris ſuperior cognoſceretur. Tandem hoc modo ſuccurere voluit Chriſtus eccleſiæ ſuæ in miſerrimo rerū ſtatu exiſtenti, ut opibus opulenta poſſet contrarijs omnino reſiſtere, quæ am tanquā omni auxilio deſtitutam oppugnabāt. Accumulant randē negātes talē donationē, quòd nō conſtat de illius acceptatione, nec de poſſeſsione habita, vel à Cōſtātinō tradita. Quinimo cōtrariū potius ob diviſionē Imperij inter filios, quibus tamē, & ſimilibus quæ adduci poſſēt, dicēdū eſt, non ab ea donationis fictionē argui, quādo quidē in

dona-

donatione, & alienatione privatorum procedant ſupra dicta argumenta non in Chriſto facta; quæ ſola mente, & voluntate ipſo iure proficitur, & hoc etiam abſque traditione alicuius, maximè cum, & hæc donatio propria nõ fuit, ſed iuris ſui verà reſtitutio, quæ in parte reſpectu exercitij exequuta fuit in totum, verò reſpectu iuris habitu accepta. Deinde dici poteſt, quòd cum donatio in fine Imperij proceſſerit, non potuit ita ſubitõ executioni mandari, nec Cõſtantini reſpectũ, qui ubique Papam conducere non poterat, minus reſpectu Sylveſtri, qui terras, quæ forte de facto obedientiam recuſabant, non ferro, & bellis, ſed bona religione paulatim ad ſuam ditionẽ perducere volebat. Non enim in uno inſtanti de profanis ad ſacra mutatio fieri poterat; negari tamen non poteſt, quin ex tempore Pontifices poſſeſſionem provintiarum ſint adepti reſpectu dominij, & recognitionis; patet hoc in regiſtris Gregorij ſeptimi, & Alexãdri tertij Põtificum, dum Regibus Occidentalibus ſcribũt in hac forma. *Scitis enim Regna veſtra ex antiquiſſimis conſtitutionibus Beato Petro, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ tradita in ius, & proprietatem,* & licet Cõſtantini filij, cæteriquè ſucceſſores provintias feré omnes poſſederint, id fuit ex permiſſu Papæ, qui eis temporalium, ut decet, exercitium permiſit, pro ut etiam in modernis temporibus permittit, licèt ipſe tanquam omniũ Dominus ab omnibus reputetur, per *Extravagantem Vnam ſanctam, de maiorit, & obedient,* facit *cap. finem clerici, vel Monachi, in 6.* vel aliter poſſeſſionem Papa habere non putuit ipſius impotẽtiã, Imperatorumque tyrannide, ſi tamen eam habuit, iterum eis permiſit, ut dicti Imperatores tanquam infeudati ab eccleſia eas regerent, & adminiſtrarẽt; quod non videtur abſonum, cũ legamus plures Sũmos Põtifices, Imperatores, Reges, ac Occidẽtis Principes Imperio eiecille, & alios ſubſtituiſſe; exempla; Gregorius XI. Leonem Imperatorem, Stephanus XI Zachariam Gallorum Regem. Gregorius IV. Ludovicum Imperatorem, & cæt.

Quibus dubijs ſic iam abſolutiſsimè confutatis, patet veritas communis opinionis, quæ tot ſanctorum, atque doctiſsimorum virorum authoritate comprobatur, quæ prevalere debet perpauciſsimis alijs, nec multum firmis; præter communem conſuetudinem, quæ in eccleſia ab immemorabilibus tẽporalibus, hucuſq; inolevit, ita quòd ſi aliquis his tẽporibus teneret donationem per Cõſtantinum Sylveſtro minime factam, quatenus verò factam nõ teneriſſe, fortè ab aliqua hæreſis ſuſpicione nõ procul diſtaret, quia incurreret in damnationẽ Ioann. Vviclef, qui contradixit hanc diutur nã eccleſiæ cõſuetudinem, quæ vim legis ſcriptæ ſapit, & ſervatur iuxta *Concil. Conſtantienſ. 6. cap. 6. & cap. Quis 11. diſt. & cap. illud. 12. diſt.* ubi notavimus, & eſt contra legem ſcriptam in *c. Sanctæ verſ. Item. 15. diſtin.* ubi approbatur legenda Sylveſtri, quæ baptiſmum, ac totam hiſtoriam Conſtantini continet, & præter noſtrum textum in præſenti *cap. fundamenta* verſ. *ne autem de elect. in 6.* & ideo cum hæc opinio ab eccleſia ſit approbata, contrarium tueri, vel tenere ſapit hæreſim, cum alias hæreticus dicatur, qui novam cõtra eccleſiam opinionem, ob cõmodum, gloriam, alium ve reſpectum gignit, vel fovet, *cap. Nulli 19. diſt.* ubi *Gloſſa*, & in *cap. finiſſunt de hæreticis cap. omnes 22. diſt.* & in terminis noſtris id affirmare, non diſtare ab hæreſi, docuit *Panormitan. conſ. 82. vol. 1. Caſtald. de Imperator. diſt. queſt. 51. nu. 2. Hieronym. Albus de donat. Conſtantinini fol. 47. Burſat. conſil. 124. num. 38. Covar. lib. 4. variar. cap. 16. ſub nu. 8. in* verſ. *Secundo* ante finem.

Nec minus firma, & vera eſt opinio quæ habet donationem non ſolùm factam fuiſſe, ſed omni iure valuiſſe, quod etiam impugnabant adverſarij cum impio Vviclef damnato in *d. Concil. Conſtanien. ſeſſ. 8.* Firmant opinionem noſtrã ultra Doctores ſupra citatos *Gloſſa*, verbo, *pertinet in dict. l. 1. ff de officijs præfecti urbis*, recepta communiter à Doctoribus contra Gloſſam in *Authent. quomodo oporteat epiſcopos* in principio teſtatur *Alexandrin.* adductus à *Caſtald. Covar. Molin. Cavall. & Cened.* dictis locis, quibus adde *Driedon. de libertat. chriſtian. lib. 1. cap 9 pag. 10.* Nec obſtat argumentum ſupra adductum contra hanc opinionem ex *cap. intellecto de iureiur.* quatenus ex eo deducitur, non poſſe Imperatorẽ tàm magnificè donare, quia fuit contra iuramẽtum acceptum in eius coronatione, ubi obligatur ſervare iura Imperij illæſa, & illibata; facillimè enim reſpondetur, quod in donatione ab Imperatore facta Romano Pontifici, & ſedi Apoſtolicæ minimè poteſt conſiderari grave Imperij præiuditium, tum quia in ſanctiſsimis eccleſijs optima menſura eſt donatarum rerum immenſitas, quia ſi plena dent Imperatores Deo, eiuſque eccleſiæ, nulló maiora ab ea accipiunt, ut eleganter ait textus in *Authent. de non alienand. §. Sanimus collat. 2.* tum quia Conſtantinus donando non tã eccleſiæ dedit, quam reddidit, ut iam diximus, ex eo, quòd eccleſijs donatur, Deo redditur, à quo omne bonũ, & donum optimũ omnibus provenit, ut ex Apoſtolo proximè retulimus; tum quia terræ, quas donavit præcedentiũ Principum tyrannide fuerant occupatæ, qua ratione utitur exquiſitam dicens *Abb. d. conſ. 82.* & ante eum *Hoſtienſ. in ſum. tit. de immunit. eccleſiar. num 12.* ante finem. *Pigi. de eccleſiaſt. hierarch. lib. 5. cap. 16.* verſ. *De Conſtantini.* eleganter *Quintinian. in repet. capit. novit. de iudicijs pag. mihi. 84.* præter *Caſtald. lacebat.* & alios citatos. Tũ denuq; quia meritò alij obiciunt Principes omnes, qui in eccleſias munifici

& liberales extiterunt, de hoſtibus ſuis triumphaſſe, & Imperium, ſeu Regnum, & longiſſimam poſteritatem traduxiſſe, ut longo diſcurſu proſequitur *Boſius de ſignis eccleſ. tom. 3. lib. 20. cap. 89. Bellarm. tom. 1. controverſ. 4. general. de eccleſ. militante lib. 4. capit. 18.* & cum ingentibus beneficijs à Deo acceptis, ſcilicet curatione leprę, & victoria contra Maxentium, divinitus permotus eſſet ad donationem illam faciendam, quia oportebat Romanam eccleſiam Imperatorum tyrannidé malè vexatam temporalium bonorum muniri præſidio, ex textu in *d. cap. fundamenta de elect. in 6.* & ſuprà notatis. Deinde reſpondetur omnem Imperatorum poteſtatem à populo ad eos fuiſſe translatam, *l. 1. ff. de conſtitut. Principum* ac ſubinde idem populus, conſentiente Principe, partem hanc, & dominium in alium transferre potuit ex *cap. 1. de regul. iur. in 6.* conſtat autem donationem nō ſolùm à Conſtantino factam fuiſſe, ſed ſimul cum Satrapis, Optimatibus, Senatu, ac populo, ex hoc noſtro *cap. Conſtantinus d. cap. fundamenta.* tandem reſpondetur, quòd licèt daremus Cōſtantini ſucceſſores, eo tempore, quo Imperiū apud Græcos reſidebat, conqueri potuiſſe de profuſa Imperatoris largitione, quod ex *d. §. Sinimus*, falſum apparet, minimè tamen iā tunc conqueri poſſunt Imperatores Germani, ad quos ex Græcis Imperium, translatum eſt, non enim à Conſtantino, vel alijs Græcis Imperatoribus imperium ſuſceperunt, ſed ab ipſo Romano Pontifice, *cap. venerabilem de elect.* explicat. *Navarr. in d. cap. novit de iudic. notab. 3. numer. 3. & numer. 124.* & per integrum tractatum explicat *Bellarm. d. tomo primo tract. de tranſlat. Imper. Molin. diſput. 26.* poſt alios, quos referunt; quare de viribus huius donationis agere nō magis pertinet ad hodiernos Imperatores, quaſi Regnum Macedonum, aut Perſarum repeterent, ut benè arguit *Pigi.* citato loco.

12 In textu, ibi, *Satrapis.* Quod nomen Perſicum eſt; ſignificans præfectum, ſeu Gubernatorem alicuius provinciæ, de quo *Terent. in Heaut. Satrapes, ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat*, ex hoc nomine venit *ſatrapia*, vel *ſatrapea*, quæ eſt Regio, ſeu præfectura. Vnde *Plin. lib. 6. cap. 20.* in fine, *etenim plerique Occidentem non Indo determinant, ſed adijciunt quatuor ſatrapias, Gedroſos, &c.* qua diviſione vſi fuerunt plures populi, præcipué Perſæ, qui capadociam in duas ſatrapeias diviſerunt, ut narrat *Strab. in ſua Geograph. lib. 12. ſub. numer. 20.* & inde Capadoces ſatrapeis utebantur, quem admodum, & alij etiam de quibus vide *Herodot. lib. 1. de Babiloniis* loquentem, & *lib. 3.* ubi ſcribit Darium conſtituiſſe Regnum in viginti ſatrapeias. *Q. Curt. lib. 5.* optimè *Tiraquel. in Alexandr. in geniali. diebus lib. 2. cap. 27.* ad fin. De ſatrapis vide etiam Iudic. *cap. 3. num. 2. & cap. 16. num. 8. & 1. Regum, cap. 5. num. 8. & cap. 6. num. 4. & num. 12. & lib. 4. cap. 18. num. 24. & lib. 2. Paralipom. cap. 9. num. 14. & 1. Eſdr. cap. 8. num. 36. & Eſter. cap. 3. num. 12. & Daniel. cap. 3. num. 2.* & ſæpe alibi in ſcriptur.

13 In textu, ibi, *Phrigium.* Eſt certum indumentum Regium auro in textum, & acu depictum, dicitur ſic, quia Phriges ex regione Phrigiæ minoris Aſiæ, primi inventores fuerunt huius texturæ, ex *Plin. lib. 8. cap. 84. num. 40.* & ideò Phrigiones appellati ſunt, teſte eodem Plinio ubi proximè, Phrigianæ togæ uſus incepit ab Auguſto, ut refert Plinius citatus.

14 In textu, ibi, *Chlamidem purpuream.* Dictio eſt Græca, ſignificat veſtem militarem pallio breviorem, & ſtrictiorem, cuius uſus antiquus eſt apud Imperatores, & Reges, ut videre eſt per *D. Thom. in Caten. ad cap. 27. Matthæi littera E. D. Hieronym.* ibidem verſ. *tunc milites, & in lib. 1. Reg. cap. 24. numer. 12. & Matth. 27.* qui meminit chlamidis coccineæ, qua Iudæi Chriſtum Dominum per ludibrium induerunt, eum Regē appellantes. De chlamide loquitur etiam *Virg. lib. 8. Ænead.*

In medio chlamide, & pictis conſpectus in armis.

Et Plaut. *Puer cape chlamidem, & da pallium.* Idem adornatum militis ait, opus eſſe chlamide. Præterea (ut auctor eſt *Pollux in Onomaſtico*) fuit chlamys proprius, vel peregrinantium, vel venatorum habitus. Qui enim longiſſimā itineris pegrinationem, aut venationem ſuſcipiebāt, ad cæli iniurias propulſandas chlamyde utebantur. Hinc eſt, ut Regina Dido in venationem profectura, chlamyde ornata pingatur à Virgilio Æneid. 4.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Vide illo loco *Pontanum, Cerdam*, & *Conradum.*

15 In textu, ibi, *Banna.* Eſt ſpecies exilij ſimilis proſcriptioni, unde banniti dicuntur, & quia hoc reputatur inter fructus iuriſdictionis, ex *Bald. in l. 1. Cod. de fruct. & litium expenſis num. 15. Calio conſt. antiq. lib. 15. cap. 17.* ideo Imperator id ſummo Pontifici conceſsit. De *Bannis* vide pleniſsimè *Ioann. Berthach. in ſuo copioſo Indice littera B. Alex. Scot. eadem littera. Greg. Lopez. p. 5. l. 45. tit. 5. Gloſſa 3.* Accipitur etiam *Bannum* in alio ſignificatu, ut videre eſt per textum in *cap. ult. qui matrimonium accuſare poſſunt*, ubi *Abb. nu. 4. Lopez. partit. 3. tit. 22. l. 26. Gloſſa 9. & part. 4. titul. 3. l. 1. Gloſſa 5. & 6.* & ſæpe alibi pleniſsimè. Eſt etiā aliud nomen huic ſimile, non duplicato, n, & ſcribiatur *Bana*, quo ſignificatur omne ædificiorum genus, de quo vide recenter *frat. Luc. de Men-*

de Monte. in Methaphor. ſuper ſcriptur. fol. 18. *col.* 1. ad medium. In alijs verò codicibus loco *Banna*, legitur, *Banda*, de quo verbo videndus *Suid. ibidem*; de banno eſt etiam textus, in *cap. Statuimus*, in fine, 16. *quæſt.* 1.

CAP. Sicut. XV.

SVMMARIVM.

1 *Imperium non poteſt ſe intromittere in ſacerdotio, debet tamen eſſe eccleſiæ patronum.*
2 *Imperator, an poſſit emendare Papam, ſi in fide erraverit?*

1 IN text. ibi, *Sit Imperialis præſentia*, iuncta additione marginali, ibi, *Imperium non poteſt, &cæt.* Ergo imperium non poteſt ſe intromittere in ſacerdotiũ, ex defectu iuriſdictionis, ex notatis per *D. Tho.* 2,2. *quæſt.* 104. *art.* 1. & *cap. ult.* verſ. *Quid præcipitur*, 14. *quæſt.* 1. & notatis ſupra, in *cap. Benè quidem. hac diſt.* Adde *Valdeſium de dignitate Regum Hiſpaniæ, cap.* 1. *num* 4. ubi probat, Imperatoris eſſe munus non quidem iudicis, ſed advocati, defenſoris, ac patroni in rebus eccleſiaſticis. In cuius rei typum oleo inungitur, ut lætitia, & animi promptitudo ſignificẽtur, qua inimicos eccleſiæ debellare, ac fidem debet conſtantiſſimè propugnare; non quidem ſe iudicem intromittendo, ſed ſe patronum exhibendo. Quod firmiſſimum erga fidem patrocinium perpolito carmine expreſſit, *noſtræ ætatis Homerus, Hiſpania Cycnus, Lupus à Vega Carpius.* tùm varijs in locis, tùm præcipue in quadam tragœdia, quæ inſcribitur; *infelicitates Regis Alphonſi Caſti*, ubi Regum, atque Imperatorum gladios pro ſanctiſſimæ Fidei defenſione acuendos, & ſtringendos eſſe oſtendit.

2 In Gloſſa, verbo, *Non tamen.* Collige ex Gloſſa, poſſe Imperatorem emendare Papam, ſi in fide erraverit, de quo vide poſita ad *cap. Si Papa*, 40 *diſt.* & notatis ſupra in *cap. Benè quidem*, eſt etiam textus in *cap. Principes*, 23. *quæſt.* 5. & vide *Bellarmin.* iam citatum ad materiam, *tom.* 1. *controver.* 3. *de Roman. Pontifice, lib.* 2. *cap.* 3. per totum.

CAP. Boni Principis. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Marcellus Papa quis fuit, & quandiù in Pontificatu ſedit?*
2 *Ad bonũ Principem ſpectat eccleſias reſtaurare, & alias de novo ædificare.*

1 IN ſubſcriptione, ibi, *Marcellus.* Qui fuit Romanus Benedicti filius, imperante Valerio Conſtãtino, Galerio Maximiano, Conſtantino Maximino, & Marco Aurelio Maxentio, ad quem hanc epiſtolam miſit, ſedit annis quinque, mẽſibus ſex, dies unum, & viginti, creatus Pontifex 21. die Novembr. anno 304. Martyrij coronam accepit, ſub eodem Maxentio tyranno, anno 310. 17. Kalend. Febr. quæ incidunt in diem 16. Ianuarij; quo die natalis eius, in eccleſia celebratur. Fecit cœmeterium via ſalaria, propter ſepulturas martyrum, viginti, & quinque titulos in urbe conſtituit, propter baptiſmum, & pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex Paganis. Vide plura per *Platin. & Panvin. in vita ipſius Marcel. Alphonſ. Chacon. de geſtis Pontifi. fol.* 73. *Baron.* 2. *tom. anno Domini* 305. & ſequentibus, & 3. *tom. anno* 307. cum ſequentibus, & diximus ſupra, in *cap.* 1. *diſtinct.* 17.

In textu: 2 Ad bonum Principem ſpectat eccleſias reſtaurare, & alias de novo reædificare. David enim totus fuit occupatus in ædificatione templi Domini, ut videbis *lib.* 2. *Reg. cap.* 7. Similiter etiam Salomon magnificum, & ſumptuoſum templum Domino erexit, *lib.* 3. *Reg. cap.* 8. Ad hoc enim inſtitutæ ſunt poteſtates ſæculares, ut optimè notavit *Turrecremat.* in hoc noſtro textu, cui etiam inſerviunt, quæ notaſti in *cap. Conſtantinus*, 1. per totum, ibi, *Religioſiſſimi Principis, & beneficentiſſimi circa eccleſias.* Plura exempla notata habes. Faciunt quæ ſcripſit *Navarr. in cap. Cum contingat. de reſcript.* 2. *tom.* 13. *cauſa nullitatis, nu.* 5. ad medium.

DISTINCTIO. XCVII.

CAP. Eccleſiæ. I.

SVMMARIVM.

1 *Cõmendatur Principibus ſæcularibus, ut legatos Papæ honorificè tractent.*

2 *Papa Reges Hiſpaniæ chriſtianiſſimos appellat, & etiam Reges Franciæ, nec non Imperatores.*

3 *Reges, & Imperatores etiam glorioſiſſimi nominantur.*

4 *Præcipitur ſæcularibus Principibus, ut eccleſiarum immunitatẽ ſervent.*

1 IN textu. Commendat Papa Honorio Imperatori, ut eccleſiam cõſerver, & ſuos legatos honorificè recipiat. Conducunt ad textum, quæ notaſti in *cap. Conſtantinus*, 1. & in *cap. Benè quidem*, per totum, *96. diſtinct.*

2 In textu, ibi, *Chriſtianiſſimi.* Qui titulus Imperatoribus, ut genuinus, & Imperio naturalis eſt, ex *Palat. de iuris obtention. Regn. Navarr. 4. p. §. 5.* ad finem, & ideo multis in locis Sũmi Pontifices Imperatores chriſtianiſſimos appellarunt, ut Leo Papa in epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ de recipienda 6. Synodo Conſtantinopolitana, relata in Concilio Toletano 14. & patet etiam ex diverſis legibus Cod. Iuſtiniani ut in *l. Inter claras, Cod. de ſumm. Trinit. & fide catholic.* & *Cod. Theodoſian.* ubi paſſim Imperatores chriſtianiſſimi cognominãtur, quod etiam facit eccleſia catholica ſingulis annis in Paraſceve, orando pro chriſtianiſſimo Imperatore, advertit *Caſtald. de Imperat. quæſt. 2.* ad finem, unde redarguitur *Ioann. Fertulat. Gallus*, aſſerens nullum alium præter Regem Franciæ chriſtianiſſimum ab eccleſia appellari, ut notat *Vald. de dignit. Reg. cap. 13. nu. 17.* advertens ibidem *num. 16.* Reges Hiſpaniæ prius fuiſſe vocatos chriſtianiſſimos, quàm Carolus Magnus, qui primus ex Gallis nominatus fuit chriſtianiſſimus; proſequere cum multis citatis à *Vald.* ubi proximè; & utrùm præſtantior, & antiquior ſit titulus chriſtianiſſimi, quàm catholici, vide per eundem *d. cap. 13. à num. 19.* & ſequentibus.

3 In textu, ibi, *Glorioſiſſimè.* Titulus eſt etiam hic, quo Imperatores, & Reges condecorantur, ut patet in *cap. Hæc quippe, 3. quæſt. 6.* ubi Ioannes Pontifex ſcribens Salomonio 3. Regi Britannorum, eum glorioſum vocat, de quo *Region. lib. 2. Chronic.* & Sampir. epiſcopus Aſſurienſis antiquiſſimus Author, & plures alij, quos vide per *Vald. d. cap. 13. nu. 10.* & cum eodem per totum hoc caput proſequere varios Imperatorum, & Regum titulos, ſcilicet excellentiſſimum Orthodoxum, Religioſiſſimum, pijſſimum, chriſtianiſſimum, &c.

4 In textu, circa fin. ibi, *In Urbe.* Notat *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 20.* in fin. ubi admonentur Principes ſæculares, ut ſervẽt immunitatem, atq; iuriſdictionem eccleſiaſticam, exemplum bonorum Principum, qui earum protectores extiterunt, exemplo Conſtantini, &cæt.

CAP. Victor. II.

SVMMARIVM.

1 *Honorius Imperator, quando fuit creatus, & quot annis vixit?*

2 *Nomen Auguſtus, quid ſignificet? & de origine appellationis Cæſaris.*

1 IN textu, ibi, *Honorius.* Creatus fuit Imperator ſimul cum Arcadio à patre Theodoſio vivente, conſulibus Olybrio, atq; Probino, anno Domini 395. & cæpit imperare poſt mortem patris 16. Kalend. Februar. eiuſdem anni, cum eſſet in ætate decem annorum. Gubernavit Imperium ab obitu Theodoſij annis 28. menſibus ſeptem, diebus duobus, vixit annis 40. uno minus, & menſe uno integro; res eccleſiæ, & Sũmos Pontifices maxime coluit; acerrimus hæreticorum fuit expugnator, & Iudæorum expulſor; vide de eo latiſſimè *Baron. tom. 8. Annal. ab anno Chriſti 395. uſq; ad annum 423.* qui meminit huius noſtri textus, præcipuè *anno Chriſti 419. num. 41.*

2 In textu, ibi, *Auguſtus.* Hõc eſt natura hominis acceptior, & venerabilior, quo titulo Imperatores poſt coronam adeptam Æthnici ornabantur, Græco nomine dicitur, *Sebaſtus*, hoc eſt ſanctiſſimus, digniſſimusq; honore, ut ex Caſſio, refert *Valdeſ. de dignit. Regũ, d. cap. 13. num. 6.* ubi etiam vide originem appellationis Cæſaris.

CAP. Nobiliſſimus. III.

SVMMARIVM.

1 *Nuntio non eſt credendum ſine litteris.*

2 *Nobiliſſimo viro credendum eſt in legatione, quanvis litteras non oſtẽdat.*

3 *Intelligitur textus, ut procedat ſine præiudicio.*

4 *Vtrùm*

4 *Vtrùm Cardinalis, ſeu Pontificis dicto ſit ſtandum abſq; iuramento? & an etiam Principis cuiuslibet?*

1 IN textu. Collige ex textu legatis, ſive nuntijs non eſſe credendum ſine litteris ſuæ legationis, de quo vide *Bart. in l. Palatinos, Cod. de col. fund. lib. 11.* & in *l. Si quis decurio 1. Cod. de decurionib, lib. 10.* & in *l. Quoties. Cod. de legationib. eodem lib.* optimè *Maſcard. de probat. concluſ. 84. num. 1.*

2 In textu, ibi, *Nobiliſſimus*, iuncta Gloſſa ibidem, verſ. *Ergo, & Cardinali.* Igitur credendum erit viro nobiliſſimo legatione fungenti, quanvis litteras non oſtendat, exemplo Cardinalis, cui plena fides adhiberi debet abſq; litteris ſui mandati; notat ex pluribus *Maſcard. d. concluſ. 84. num. 2.* & *concluſ. 160. à num. 1.* ubi per multas ampliationes, & limitationes proſequi potes reſolutionem hanc *Navarr. de teſtam. conſ. 6. num. 8. Tiraq. de nobilitat. cap. 20. num. 39. Gabr. commun tit. de probat. concluſ. 3. Hyppol. de quaſtion. ad l. 1. §. 1. num. 7.* verſ. *Et faci.*. Idem *ſingular. 273.* verſ. *Limito etiam prædicta de ſpurio. Iaſon. in l. Admonendi, ff. de iureiur. num. 96. aliàs 175.* verſ. *Tertio moveor, ff. de iur. iur.* ubi limitat dictum Cardinalis, quando de ſe ipſo aſſerat. *Capella Toloſſan. deciſ. 463.* & ibi *Additio marginalis.*

3 In fine textus, ibi, *Credidimus.* Intellige textum procedere, quando nulli infertur præiudicium, tunc enim legato Principis fides adhibetur. Contrarium autem eſt dicendum, ſi alicui aliquod inferatur damnum, de quo vide *Riccium 4. p. Collectan. 1459. Tiraq. de pœn. cauſa 51. num. 13. & 14. Capell. Toloſ.* ubi proximè, *Gloſſa ſingularis*, verbo, *alio modo. in cap. Sicut, de ſentent. excommunicat.* facit *cap. Cum à nobis, de teſtib. Farinac. eodem tract. quæſt. 63. num. 55. Mant. obſervat. 4.*

4 Vtrùm autem Cardinali ſit credendum, quando aſſerat, ut teſtis abſq; iuramento? Vide optimè *Maſcard. de probat. concluſ. 269, nu. 3. & 4.* cum ſequentibus; & an Pontificis aſſertione ſtandum ſit, vide *Bart. in l. Ambitioſa, num. 28. ff. decret. ab ordin. fact.* Eundem *Maſcard. concluſ. 1143. & 1227.* etiam *à num. 1.* quid etiam dicendum ſit in aſſertione Principis, & an contra illam admittatur probatio in contrarium, ibidem *num. 42.* & quid ſi atteſtetur de his, quæ vidit ante principatum *num. 45.* & quid in aſſertione contra ſubditum, *num. 81.*

DISTINCTIO. XCVIII.

CAP. Nullus. I.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt ordinare ſubditum alterius diœceſis abſq; litteris dimiſſorijs.*

2 *Authores, qui agunt de pœnis impoſitis epiſcopis tales ordinantibus.*

1 IN textu. Collige ex textu, non poſſe epiſcopos ordinare ſubditum alienum abſque litteris dimiſſorijs, vel cõmendatitijs, de quo vide *Navarr. in Manual. cap. 22. num. 18.* verſ. *Tertio qui. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. quæſt. 6. col. 379. Henriq. in ſumm. lib. 1. cap. 17. §. 3.* in fine, *littera A. Cardin. in praxi*, verbo, *Epiſcopus, num. 17.* adde optimè *Salzed. in practic. cap. 26. in Gloſſa*, verbo, *ſine licentia.* pleniſſimè de dimiſſorijs, & quis eas poſſit concedere. *Rebuff. in practic. beneficior. de litter. dimiſſor. num. 3.* Extat *Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 2.* & *ſeſſ 23. de reformat. cap. 3. 8. & 10.* & eſt textus in *cap. 1. de temporib. ordinat. lib. 6.*

2 De pœna, quæ imponitur epiſcopis ordinantibus non ſubditos ſine licentia, vide idem *Concil. Trident. d. cap. 2. Henriq. in ſumma, lib. 13. de excommunic. cap. 38.* verſ. *Secundò Epiſcop. Tolet in ſumma, cap. 89.* verſ. *Tertiò. Salzed ad Bernard. in pract. cap. 26, Gloſſa*, verbo, *ſine licentia ſui præſulis*, verſ. *Tertius caſus eſt.*

CAP. Tranſmarinos. II.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit chyrographum.*

2 *Inſtrumentum, antapocha, & chyrographum idem ſunt.*

3 *Chyrographum in noſtro textu quomodo accipiatur?*

1 IN textu, ibi, *Chyrographis.* Eſt pictura ex manu propria, quam *authographum*, etiam appellant. *Sueton. in Auguſt. Nihil æquè elaboraverant, quàm ut imitarentur chyrographum,*

phum ſuum. Differt autem *chyrographum*, à *ſyngrapha*, quòd in chyrographo tantum quæ geſta ſunt deſcribi ſolent; in ſyngrapha etiam contra fidem veritatis pactio ſcribitur; ut ait idem *Sueton.* citatus. *Cuius pacti non dubitavit à quibuſdam iusiurandum, à quibuſdam ſyngraphum petere.* Per ſyngraphum intelligit Sueto. chyrographum propria eorum, qui paciſcebantur, manu ſcriptum, in quo talis pactio ſcripta erat; ne negare poſſent. Notat *Paul. Iuriſconſultus, in l. Bonis, ff. de privileg. creditor.* ubi DD. cõmuniter.

2 Chyrographum eſt, cum duo paciſcentes duas ſcripturas ſub eadem forma, inter ſe conficiunt, & mutuò ſibi tradunt; vel dicitur inſtrumentum, ſeu illa littera, in qua debitor cõfitetur ſe eſſe obligatum creditori; idem quod antapocha, & chyrographa dum veneunt nomen, ſive corpus veniſſe videtur, ex *l. Servum filij, §. eum, qui chyrographum. ff. delegat. 1.* Vltra hæc de chyrographi materia, vide poſt *Bertachin.* verbo, *chyrographis*, & verbo, *ſcriptura privata. Bart. in l. Admonendi, à num. 24. ff. de iuretur.* ubi plenè de privata ſcriptura, ſive chyrographis agit.

3 Accipitur autem chyrographum in noſtro textu pro litteris, in quibus continebitur vita, mores, & ordines eius, qui illos vult inſigniri, quæ litteræ vocantur dimiſſoriæ; vel reverẽdæ, de quibus in *Concil. Trid. d. ſeſſ. 14. cap. 2.* quod ſupra expendimus, & aliquando ſunt ſpeciales, nempè, ut talis epiſcopus ordines conferat, quo caſu an recipiens ordines ab alio epiſcopo in litteris non contento, illis iuvari poſſit? Vide *Salzed. in prall. d. cap. 26. in Gloſſa*, verbo, *ſine licentia*, poſt principium.

CAP. Afros. III.

SVMMARIVM.

1 *Inveſtiganda eſt patria ordinandorum, ad colligendos eorum mores.*

1 IN textu. Collige ex textu, inveſtigãdam eſſe patriam ordinandorum ad hoc, ut colligatur qualibus moribus imbuti ſint ex illa oriundi, de quo vide *Tiraq. in l. 7. connubial. Gloſſa 1. p. 7. num. 17.* facit dictum *Vlpiani Iuriſconſulti, in l. Quod ſi nolit, §. Qui mancipia. ff. de ædilit. edicto*, ubi loquitur de ſervis venditis, de quorum patria venditores debent narrare, quia plerumq; natio ſervi, aut provocat, aut deterret emptorem *Bart. in tract. de Guelph. & Gebelin. à nu. 10.* & ſequentib. ubi plenè de patrijs moribus, & affectione agit, plures de hoc agentes congerit *Tiraq.* ubi proximè.

CAP. Omnes. IV.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus delet omnem peccati maculã.*

1 IN Gloſſa, verbo, *Omnes*, verſ. *Sed nonne baptiſmus.* Ergo baptiſmus delet omnem peccati maculam, vide textum in *cap. ult. de pœnit. diſt. 7.* ubi notat *Turrecremat.* & præter eum optimè *Navarr.* ibidem, à principio, *num. 15. & 20.* facit textus in *Clement. 1. §. fin. de ſumma Trinit.* Explicat *Trident. ſeſſ. 5. de reformat. in Decret. de peccat. original. §. Si quis per Ieſu. Covar. in cap. Alma, p. 1. §. 10. num. 11. Ægyd. de Sacrament. tom. 1. quæſt. 69. art. 6. num. 1.* & *art. 1. à num. 1. Valer. Reginald. in praxi forenſ. lib. 27. num. 61. Bellarm. lib. 1. de baptiſm. cap. 13.*

1

DISTINCTIO. XCIX.

CAP. Provinciæ. I.

SVMMARIVM.

1 *Expenditur textus materia, & promittitur tractatus de Primatia.*
2 *Quæ dicatur Provincia?*
3 *Quid ſit Primas?*
4 *Patriarcha eſt nomen Græcum ſignificans Principem Patrum, & an differat à Primate?*

1 IN textu. Vaſtiſſimam, & arduam, nec minus utilem nobis textus iſte præbebat diſputandi materiam, utpote de Primatu acturis, cum ad tanti culminis dignitatem nos Deus extulerit, ut poſſimus de eo tanquam pro iure noſtro pugnantes diſputare; ſed inſerviendo modo noſtræ intentionis methodo, & brevitati, non ultra propoſitum liceat de hac re decertare, præſertim cum in animum induxerimus integrum de hac Bracharæ Auguſtæ Primatia, Deo favente, tractatum in lucem edere, propterea q; in præſenti ſolùm de materia textus remiſſivè agendum erit. Quia verò contraria iuxta ſe poſita magis eminent, atque elucent; dum nos pro firmãda,

&

& ſtabilienda noſtri primatus auctoritate, & antiquitate, aliquid meditamur; interim videatur *Dominus Thomas Tamajo de Vargas, qui in libro inſcripto, Novedades antiguas de Eſpanha;* mira ingenij, & eruditionis ubertate, necnon ſummis eloquentiæ viribus pro Toleti primatu decertare contendit. Illud tamen huius viri ſapientiſſimi ſiniſtram hac in re opinionem excuſare videtur, quòd patriæ ſibi amantiſſimæ partes agat; qui enim Toletano in ſolo natus, educatusquè fuit, quid mirum eſt ſi Bracharenſibus primatum detrahat, ut illum tribuat Toletanis? Quis unquam ut alios laudet, ſe illaudatum relinquit? Quis ut exteros induat, domeſticos veſtibus ſpoliat? Quis ut ſaturet alienos, ſuos concives ſinit eſſe famelicos? Nullus ergo mirabitur ſi illum ſuæ patriæ laudatorem, & alienæ videat contemptorem. Ego tamen, ſic mei Bracharenſis Pontificatus meritiſſimũ primatum oſtendam, ut forſan non maneat ambigendi locus. Dummodo Deus ille omnis bonitatis auctor, & principium, meis clementer votis obtecundet.

2 In textu, ibi, *Provinciæ.* Illa dicitur provincia, quæ habet decem, aut undecim civitates cum ſuo Rege, & totidem minores poteſtates ſimul cum uno Metropolitano, & alios ſuffraganeos epiſcopos; de quo vide textum in *cap. Scitote, 6. quæſt: 3. Abb. in cap. Sicut olim. num. 1. de accuſat.* Sed tamen quæ hodie dicatur provincia, ſecùndum communem loquendi uſum, vide *Promptuar. iur. 2. tom.* verbo, *Provincia, in Gloſſa,* verbo, *ſuper centum,* verſ. *Hodie.* De provincia extat ſacra pagina *Sther. 1. num. 1.* ibi. *Aſſuerus regnavit ab India, uſque ad Æthyopiam, ſuper centum viginti ſeptem provincias.* & *Trenorum 1. Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo.*

3 In textu, ibi, *Primates.* Primâs de iure civili ille dicitur, qui alios authoritate, & dignitate, vel officio præcedit, iuxta textum in *l. Sciendum,* 4. verſ. *Sed ſi ibi Primatibus, ff. de legationib. l. ult. Cod. de officio diverſorum iudic.* & in *rubric. iunctæ l. 1. Cod. Alexand. Primatibus, lib. 11. cap. 1. de pace iuram. firmand. in feud.* ibi. *Primatibus. Tiraq. de nobilitate, cap. 37. num. 36. Ioann. Narbon. de appellat. Vicarij ad epiſcopum, fundam. 1. num. 8. p. 2.* De iure autem Canonico ſignificat ille, qui primum locum tenet in aliqua provincia, loco, vel Regno, textus in *cap Coram, de in integrum reſtitutione,* & reſolvit noſtrum *cap. in præſenti.*

4 In textu, ibi, *Patriarcha.* Eſt verbum Græcum idem ſignificans, quod Princeps Patrum, *cap. Cleros, 21. diſt. Gambar. de officio legat. lib. 1. tit. de variis ordinum nominibus, num. 11. Zech. in Repub. eccleſiaſt. tit. de ſtatu Reverendiſſimi Patriarchæ,* in principio. *Conrad. in templo iudicum, lib. 2. §. 3. num. 2. Caſſan. in Catalogo, 4. p. conſiderat. 9.* in principio; & eſt idem, quod inter latinos Primàs vocatur, *Narbon. de appellat. Vicarij, num. 6. Azor Inſtitut. moral. lib. 3. cap. 35. quæſt. 2. p. 2. Gambar.* ubi proximè, & quanvis in Occidenti Primates, in Orienti vero Patriarchæ appellentur, nulla tamen inter eos realis eſt differentia quoad officiũ, licèt ſit quoad nomina, ita ex noſtro textu in præſenti, verſ. *Qui unam. Text. in cap. duo ſimul, de officio Ordinarij,* & ibi *Innocent.* & alij. *Durand. in Rational. diuinor. lib. 2. cap. 1. nu. 20. Gyg. de reſid. epiſcopor. cap. 18. nu. 5. Gonçal. Gloſſa 41. nu. 15. Sylveſt.* verbo, *Patriarcha,* in principio. *Tiraq. de nobilitat. cap. 37. num. 36. Henriq. 2. p. ſumm. de Sacrament. Ordin. lib. 10.* in principio. *Zech.* ubi proximè. *Conrad.* ibidem. *Caſſan. in d. Catalog. 4. p. conſiderat. 9. Azor Inſtit. moral. 2. p. d lib. 3. cap. 35. quæſt. 1. Altamiran. de viſitat.* verbo, *Primates, num. 1. Vgolin. de præſtant. Patriarch.* in principio. *Gambar. de officio legat. d. lib. 1. tit. de var. ordin. nominib. num. 12. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 1. num. 46.* & tetigimus in *cap. 1. num. 3. diſt. 80.* & quare in Orienti Patriarchæ vocentur, in Occidenti verò Primates, vide ultra prædictos *Baron in Epitom. anno Domini 570. num. 3.* De Patriarchis vide etiam *Promptuar. iur.* in verbo, *Patriarcha,* & verbo, *David,* & de poteſtate Patriarchæ eſt etiam *D. Antonin in 3. p. ſumm. tit. 20. cap. 4.* & ibi latiſſimè *Bald. in l. 1. col 3. §. 1. ff. de officio præfecti prætor. Iaſ. in l. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt,* & præter eos vide etiam de materia *Gregor. Lopez parſit. 1. tit. 5. l. 9. §. Primado. Præpoſit. in cap. Cum longæ, diſt. 63.* in principio. *Specul. tit. de diſpenſat. §. Sunt quinque, num. 1. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 15. cap. 11. nu. 1. Covar. in regul. poſſeſſor. 2. p. §. 10. num. 5. & 6. Auguſtin. Barboſ. de officio, & poteſt. epiſcopi, p. 1. tit. 1. cap. 6. num. 6.* & ſequentibus, verſ. *Secundò,* qui omnes tàm de Primatibus, quàm de Patriarchis optimè agunt.

CAP. Nulli. II.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopi, qui Primàs tenent civitates, Primates vocantur.*

IN textu. Solum Archiepiſcopi, qui primas tenent civitates, Primates vocari debent, notat *Promptuar. iur.* verbo. *Patriarcha, in Gloſſa,* verſ. *Sicut Archiepiſcopi,* & ibi meminit noſtri textus; *Statius de antiquit. Luſit. cap. 64. nu. 7.* Sic etiam Patriarchæ primas 1

primas ſedes poſſident, poſt ſanctos Apoſtolos, vide *Caſſan. in Catalogo, d. 4. p. conſiderat. 9.* ubi quatuor illos præcipuos Patriarchas enumerat.

CAP. Primæ Sedis. III.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligatur Princeps ſacerdotum?*

1 IN textu, ibi, *Non appelletur Princeps Sacerdotum, &cæt.* Non ex eo, quòd non habeant immediatam iuriſdictionem in omnes eccleſias, & chriſtianos, ſed quia non eſt ſpecialiter præfectus ſingulis eccleſijs, ut excludat alios eis ſpecialiter præfectos, ſecùndum Thom. quem refert, & ſequitur *Felin. in cap. 1. à num. 7. de conſtit.* ubi multa allegat pro hac ſententia: quæ reſponſio aptior videtur, quam illa Rophenſ. contra aſſertiones Luteri in octava veritate, ſcilicèt, quod hoc dicitur, ne levis occaſio ſupervenienti detur Romano Pontifici; vide *Iacobac. de Concil. lib. 10. art. 7. pag. 624.* & ſequentibus, *in reſponſione ad 36. motivum*, & vide omninò *Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Romau. Pontific. cap. 31.* ante finem, verſ. *Sed obijcit*, cum quo ſecurè proſequere *Vaſq. de Sacram. Ordin. diſp. 236. cap. 9. num. 103. Alphonſ. à Mendoça, in Quodlibet. quæſt. 4. in ſchol. §. 3.*

CAP. Nullus. IV.

SVMMARIVM.

1 *Non vult ſupremus Princeps iuri alterius derogare.*

1 IN textu ad fin. ibi, *Subtrahat.* Collige ex textu, non velle Sũmum Pontificem, vel alium Principem ſupremum ſuo reſcripto, vel mandato iuri alicuius derogari; notat textus in *cap. Quod vero dicitis, 25. quæſt. 2.* & *cap. Pervenit, 11. quæſt. 1.* optimè textus in *cap. Super eo. de officio delegat.* Vide *Roderic. Suar. allegat. 7. num. 4. Marant. de ordin. iudicior. p. 6. num. 328. Hyppol. ſingul. 295.* verſ. *Secundo ſcias. Covar. practicar. cap. 1. à num. 1.* & *cap. 15 num. 5.* ubi plures; quod ampliatur ulterius, ut licet præiudicium exiguum ſit, adhuc tamen illud in dubio Princeps inferre non intendit, ubi abſq; eo conſiſtere poteſt; & effectum ſortiri principalis conceſſio: *Gloſſa*, verbo, *præiudicium, in cap. Cum olim, de conſuetud.* & communiter reſolvitur, in *cap. Si propter, de reſcript. lib. 6.* per illum textum, ibi, *præiudicium aliquod, l. 2. §. 1. verſ. Merito, ff. ne quid in loco publico.*

CAP. Ecce in præfatione. V.

SVMMARIVM.

1 *Abnuit Gregorius, quod eum univerſalem appellent.*

1 IN textu. Prohibet Gregorius, ne Patriarcha Alexandrinus eum univerſalem appellet. Conducunt ad textum, quæ notaſti ſupra, hac *diſt. in cap. Primæ ſedis*; facit *Bellarm. d. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 31.* ad fin. verſ. *Sed obijcitur*, meminit noſtri textus *Tiraq. l. 9. connub. Gloſſa 1. p. 9. num. 3.* in fine. *Alphonſ. à Mendoça in Quodlibet. quæſt. 4. ſchol. §. 3.* & omninò *pag. 270. Turrecrem. in cap. proximo, à num. 1.* ubi optimè. Sed ne hæretici opinionibus delirantes, moribusq; peſtilentes, ex hac Gregorij humilitate anſam arripiant, ut audaciſſimè, imò impudentiſſimè aſſeverent, Papam non eſſe totius eccleſiæ univerſalem paſtorem, ſed ſolius Romæ epiſcopum; operę pretium me facturum eſſe exiſtimavi, ſi pro confutanda inſanientium hæreticorum pravitate, & illorum inſolentia retundenda, hoc loco aliquantulum immorarer. Quis ergo non videt futilem, & prorſus inanem hæreticorum conſequentiam, qui ex profundiſſima Gregorij humilitate, illam univerſalis paſtoris appellationem tanquã nimis ſuperbam à ſe amoventis, audent arguere, & tanquam vero verius inferre, illud Gregorium noluiſſe, quia iudicaret à Summi Pontificis dignitate eſſe alienum univerſalis paſtoris cognomentum? Cæcutiunt profecto, & caligant harum noctuarum oculi, quæ in luce tenebras, in die noctem cernunt, neque eximiam Gregorij cum Eulogio de humilitate concertationem diſcernunt. Qui verò ad eam amentiam devenerint, ut Romæ epiſcopum totius eccleſiæ paſtorem eſſe dubitent, adeant *D. Bernardum lib. 2. de conſider. ad Eugenium*, ubi ita inquit. *Age indagemus adhuc quis ſis? Quam geras perſonam in eccleſia Dei? Quis eſt ſacerdos magnus Princeps epiſcoporum? Tu hæres Apoſtolorum. Tu primatu Abel: gubernatu Noè: patriarchatu Abraham: ordine Melchiſedech: dignitate Aron: authoritate Moyſes: iudicatu Samuel: poteſtate Petrus: unctione Chriſtus.* Quæ ſanè verba mirum oſtendunt Romani Pontificis

Pontificis in omnes eccleſias principatum, cui Deus, & militantis, & triumphantis eccleſiæ claves tradidit, ut eleganter exprimit *Sannazarius in epigrammate ad Clementem Septimum.*

Magne parens, cuſtoſq́ hominum, cui ius datur uni
Claudere cœleſtes, & reſerare fores.

Hinc fit, ut Summus Pontifex non determinatam, aut limitatam eccleſiam gubernandam ſortiatur, ſed totum orbem habeat pro ſua propria diœceſi. Ita *Flamin. de reſignat. lib. 11. q. 3. num. 132. Zerola in praxi, p. 1. verbo, pragmatica, §. 3. pag. 268. Baron. Annal. tom. 8. anno Chriſti 595. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §. 1. proœm. num. 8. Camill. Borrel. in ſumma omnium deciſ. tit. 4. nu. 10.*

DISTINCTIO. C.

Ad initium diſtinctionis.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit pallium?*
2 *Quibus proprium indumentum ſit pallium?*
3 *Forma pallij deſcribitur à Tertulliano.*
4 *Chriſtiani pallio utebantur, & an à Iudæis, vel Græciæ philoſophis illud acceperint?*
5 *Deſijt pallium eſſe peculiaris chriſtianorum nota, remanſit tamen in monachis.*
6 *Qui Authores de pallio agunt.*
7 *Quid ſit pallium eccleſiaſticum?*
8 *Differt pallium eccleſiaſticum à birro, lacerno, ſive palliolo.*
9 *Quid ſit Birrus clericorum?*
10 *Quæ dicatur lacerna?*
11 *Dicitur etiam pallium, phrigium.*
12 *Quis eccleſiaſticum pallium inſtituit?*
13 *Succeſſit pallium loco rationalis, quo ſummus ſacerdos in veteri lege utebatur.*
14 *Variæ pallij ſignificationes traduntur.*
15 *Ponderatio Baronij ſuper pallium.*
17 *Cõmendatur explicatio Tertulliani ad parabolam ovis deperditæ.*

1 LIbet præmittere, anteqnam ad pallium Archiepiſcopale deveniam, quid hoc nomine pallij Authores intelligant. Pallium igitur in toto ſuo ſignificatu illud innuit, quo aliquid operitur, ſive id ſit veſtimenti genus, ſive quid aliud quo ſtrata, parietes, pavimentum, altaria contexuntur; ut leges apud probatæ latinitatis magiſtros *Ovid. 1. Amor. eleg. 2. Iuvenal. ſatyr. 6.*

Propriè tamen pallium Græcorum erat habitus, Bithynicis, & Ponticis familiare, ut teſtatur *Alex. ab Alex. lib. 5. Geniali. cap. 18. verſ. Cretenſibus*, ubi de habitu diverſarum gentium notat *Tiraq.* ibidem, & citat plura ad propoſitum. Hinc Græci palliati audiebant; & comœdiæ, quæ Græcorum more fiebant, palliatæ dictæ ſunt; & togatæ, quæ Romanorum veſtibus repræſentabantur; erat enim Romanis in uſu toga. Leges apud *Diomedem*, & *Donatum*, quos refert *Tiraq.* ubi proximè, & *Turneb. adverſ. lib. 2. cap. 27.* Si quæras utrùm pallium viris, & fœminis fuerit cõmune veſtimentum? Reſpondebo affirmativè certè inter cõmunia veſtimenta illud annumerat *Vlpian.* & *Tacit. lib. 3.* pro ut illos refert *Baſius de veſtibus*; ſpectabat pallium maximè ad philoſophos, ita ut à pallio, & à *p*miſſa barba tales agnoſcerentur, licèt non ſemper barba, & pallium notæ eſſent philoſophãtium iuxta dicterium Herodis Attici, apud *Agel. lib. 9. cap. 2.* de quodam philoſophiam mentiente. *Barbam*, inquit, *& pallium video, philoſophum nondum video.* Cæterum illud fuiſſe philoſophorũ duplex, ut Crateti, & Diogeni, notavit *Turneb. adverſ. lib. 7. cap. 20.* tradens in ſententiam ſuam *Horat. lib. 1. epiſtolar. epiſt. 17.*

Contra quem duplici panno patientia velat.

2 Eſt enim ibi *Turneb.* duplex pannum, pallium duplex philoſophorum, quorum erat ſcopus patientiam in rebus adverſis oſtentare. Adducit ex *Turneb. Pamelius ad Tertullian. lib. de pallio, cap. 5.* ibi. *At enim pallio nihil expeditius, etiamſi duplex, quod Cratetis more nuſquam veſtiendo cõponitur, &c.*

3 Pallij formam deſcribit optime *Tertullian. lib. de pallio, cap. 1.* ubi ait, conſtaſſe quatuor angulis. *In viris*, inquit, *pallium extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus ab utroque laterum regeſtus, & cervicibus circunſtructus, in fibulæ morſu humeris acquieſcebat.* Liquet præterea de eius forma ex Apoſtolorum Chriſti Domini picturis; ſuper imponebatur pallium tunicæ (hinc nata paræmia, *tunica pallio propior*) atq; omni alio veſtimento, ac propterea, quod palam eſſet, pallium dicebatur; licèt aliam ethymologiam afferat *S. Iſidor.* apud *Azor p. 2. lib. 3. cap. 34. quæſt. 1.* nimirum ita appellari à pellibus, ex quarum materia fieri cõſueverat, quaſi pelleum.

4 Fuiſſe pallium chriſtianorum etiam habitũ (Authore *Tertullian. lib. de pallio*) certum eſt, incertum an illud à Iudæis, vel à Græciæ philoſophis acceperint? *Baron. tom. 1. anno Chriſti 57. num. 95.* Suſpicatur, chriſtianos, ut legem, &

mores, ſic etiam veſtimenta accepiſſe ab Apoſtolis Chriſti Domini, qui cum omnes Iudæi eſſent. *Actorum 2. num. 8.* pallio amiciebantur, de quo *Deuteron. 22. num. 11.* Funiculos in fimbrijs faciens per quatuor angulos pallij ſui, quo operiris. Cæterum probabilius non à Iudæis, ſed à Græcis philoſophis pallium ad chriſtianos tranſijſſe, nam cum hoc in eis eſſet frugalioris vitæ, & philoſophiæ quaſi index, ab eis aſſumi debuit, qui delicias omnes ſpernebant. Dicebatur hoc tranſire à *toga ad pallium*, pro verbiali figura, ideſt à gentilitate, & Idolorum cultu ad chriſtianiſmum. Notabis tamen chriſtianos, quòd reliquis veſtimentis pallium imponerent, imponentes appellatos, deinde nomine ad Cavillum detorto impoſtores dictos, atq; hoc Græco vocabulo Epitetis, quod utrumque ſignificat, & imponentem, & impoſtorem. Teſtatur hoc apertè *D. Hieron. epiſtol. ad furiam de viduitate. Vbicunq;* (inquit) *vident chriſtianum ſtatim illud à Trivio. Græcis epitetis vocant impoſtorem detrahunt*, ſimilia habet epiſtola ad Marcellam de ægrotatione Bleſillæ ad finem, ibi. *Nos quia ſerica veſte non utimur monachi iudicamur, quia ebrij non ſummus, nec cachino ora diſſolvimus, continentes vocamur, & triſtes. Si tunica non canduerit ſtatim illud è trivio. impoſtor, & Græcus eſt. Preme vocem illam Græcus & coll ge propterea græcos dici chriſtianos, quod more Græcorum*, induerentur ideſt pallio, nam ſi à Iudæis accepiſſent Iudæi potius dicēdi erant. Lege *Pamel. ad Tertull. lib. de pall. not. 1.*

4 Deſijt pallium temporis decurſu eſſe peculiarem chriſtianorum notam, & habitum, remanſit tamen in monachis. Probat *Baron. tom. 1. anno Chriſti 57. nu. 97.* & ex *Concil. Gangrenſi, cap. 12.* ubi excōmunicātur ij, qui dicerent opus eſſe monachiſmum ſectantibus pallio indui, nec alio uti veſtimento, quaſi in pallio iuſtitia eſſet non in animo. Lege etiam eundem *Baron. tom. 3. anno Chriſti 197. nu. 10.* ſufficiant iſta dixiſſe de pallio communi, nunc de pallio eccleſiaſtico.

5 Agunt in primis de illo *S. Gregor. lib. 1. epiſtolar. epiſt. 30. & 39. lib. 4. epiſt. 14. 15. 54. lib. 6. epiſt. 23. & reliquis. S. Gregor. hoc nomine ſecundus, epiſt. ad Bonifac. q. 8. & 9.* Poſt hos cæteri, qui de divinis officijs ſcripſerunt, *Vt author veterum rituū eccleſiaſticorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, lib. 1. tit. 10. cap 5 Rational. divinor. officior. lib. 3. cap. 17. Rupert. de divin. officijs. lib. 1. cap 27. Raban.* & *Alcuin.* apud *Azor*, ſtatim allegandus. *Ioann. Papa 3. lib. 2. de dignit. pallij*, de quo *Ioan. Andr. in particulari tract. Euthimius toto integro lib. de pallio*, ex noſtris *Ioann. Andr. citat. Innocent de ſacro altaris miniſterio, lib. 1. cap 62 Menoch. de præſumptuan. lib. 3. præſumpt. 103. nu. 8. Franc. Marius tom. 1. deciſ. parlam. Delphin. q. 1083. Petr. Greg. Syntag. p. 2. lib. 15. cap 11.* præterea ſcribentes ad hanc *diſt. 100.* & ad titulum *de authoritate, & uſu pallij*, & ad *cap. Antiquā de privileg.* & *cap. Significaſti de electio. L. Caſtel. p. 1. tit. 5. l. 5. Gloſſ. 32. Theolog.* cum *magiſt. in 4. diſt. 24.* ubi *D. Thom. q. 3. ad 5. Alexand. 4. p. q. 46. memb. 6. nu. 4. Sūmiſtæ*, verbo, *palium*, ubi *Sylveſt.* & alij. *Raimund. in ſumm. lib. 3. de elect. prælati, & uſu pallij, §. 5. Henriq. lib. 9. de Miſſa, cap. 29. lit. O.* & *lib. 10. de ordin. cap. 34. lit. L. Azor. p. 2. lib. 3. cap. 34. Baron.* locis citatis. *Polyd. Virg. de inventorib. rerum, lib. 12. cap. 12. Guid. Pancirol in Thezaur. vari lection. lib. 1. cap. 20. frat. Bernard. de Britio in Chron. Ciſtercienſi, lib. 4. cap. 24. pag. 255.*

Eſt igitur pallium eccleſiaſticum, ut illud definiunt Canoniſtæ, & nos divina favente ope experti ſumus, veſtis ex lana alba intexta, habens circulum humeros conſtringentem, & duas lineas, ſive vittas ab interiori, & poſteriori parte pendentes, à ſiniſtris eſt duplex, à dextris autem ſimplex, quatuor crucibus ſubnigris, ſive purpureis diſtincta, quarum unam habet in pectore, alteram in tergo, ſive in ſcapulis, tertiam in humero dextro, quartam in ſiniſtro, & ibi ſunt infixæ tres acus aureæ, & gēmis ornatæ; addunt præterea hanc veſtem deſumi ex corpore D. Petri, ut explicabimus infra. Lege *Turrecremat. cap. Epiſcopos, nu. 3. ad hanc diſtinct. Abbat. ad rubric. de authoritat. & uſu pallij, nu. 5. Azor*, & *Henriq.* ubi proximè. 6

Dictum eſt pallium inquit *Baron. tom. 3. anno Chriſti 336. nu 64.* quod inhæreat, ſive imponatur veſtimento ſacerdotali, quod pallij ſimilitudinem gerit, planetæ nimirum, ſive caſulæ, vel quia, ut exteriores veſtes, quibus induimur pallia vocamus, ſic pallium dicitur, veſtis illa brevis, quam ſuper omnia indumenta Archiepiſcopus ſuis humeris imponit. Ita *Azor tom. 2. lib. 3. cap. 34. q 1. Abb.* tamen in *rubric. de authorit. & uſu pallij, nu. 4.* deduci à verbo, *pallio*, ſcribens pallium per E, non per I. addens quod is, qui pallio utitur, debeat ieiunijs, & vigilijs, aliisq; corporis afflictionibus palleſcere, argumenta ſanè grammatica, & quæ à nullo doctore video probari. 7

Diverſum eſt pallium eccleſiaſticum à Birro, lacerno, ſive palliolo, epiſcopi corporum etiam indumento; licet enim aliqui dixere Birrum idem eſſe, quod pilleum rubrum à Græco nomine, Pirrohon. ideſt purpureum, & flāmeum pilcum, ita impius *Eraſm. ad Regul. Beat. Auguſt. fr. Ludovic. de Angel. lib. 4. de vit. D. Auguſt. cap. 15.* verùm hi omnes à veritate longè aberrant: etiam ſi non negem ab hac voce *Birrus*, vel *Birrum*, dirivari *Birretum*, quod parvum eſt capitis operimentum, poſteaquam antiquorum Birrorum uſus ſublatus fuit: tamen vox iſta, *Birrus*, apud veteres, nec pilcum, nec quod nunc vocamus *Birretum*, ſive rubrum, ſive nigrum, ullo modò deſignabat, nam uſus Birreti, ac etiā pilei, ex *Polydor. Virgil. lib. 4. cap. 18. de rerum inventorib.* 8

ventorib. recens admodũ eſt, veteres enim omninò caput non valebant, ut ille ait, nec Birrũ dicitur à nomine Græco, *Pitrobon.* ſed eſt latina dictio, & de latinis translata ad Græcos, ut animadvertit *Celius Rodegin. lib.16. antiquarum lectionum.* Eleganter *Gabriel. Pennotto in hiſtor. general. tripart. Canonicor. regul. S. Auguſt. lib.1.cap.22. nu.8. Baron. tom. 2. anno Chriſti 261. nu. 90.* & ſequent. Exiſtimant Birrum Auguſtinianum idem eſſe, quod Mozzetam, ſive murſam, qua epiſcopi, & Canonici ſæculares utuntur. Sed eſto ſub nomine Birrorum iſtæ comprehendantur; non eſt tamen in hoc iſtius nominis proprium, & genuinum ſignificatũ. Erat igitur Birrum veſtis ampla, & longa, quæ totum corpus ita contegebat, ut etiam caput poſſet operire, quæ pileorum noſtrorum, & capparum officio tunc temporis fungebatur, & in uſu erat non ſolum epiſcopis, & clericis, verùm etiam alijs de populo, ſive chriſtianis, ſive paganis, aut gentilibus, ut notat optimè ex multis, quos citat *Penottus*, ubi proximè, *cap.22.nu.4.* & hæc erat Birrorum forma generaliter loquendo ex eodem *Penotto num. 5.*

9 Sin autem de Birris clericorum in ſpecie loquamur, vel erant illi quibus tunc temporis utebantur epiſcopi, & clerici tantùm in eccleſijs, qui modò æquiparantur cappæ, quam conſiſtorialem vocamus, & veſtibus illis, quibus canonici in cathedralibus tempore quadrageſimæ utuntur. Alia erat forma Birrorum egredientium foras, nempè ſimilis cappis fratrum ordinis ſancti Dominici, vel Chartuſianorum, & poterit ſaltem in epiſcopis eſſe illud, quod manteletum vocamus, qui Rocheto ſuperinduitur extra eius diœceſim. Collige, & proba omnia ex *Penotto d. cap. 22. nu 5. & 6.* cum ſequentib. ubi de materia Birri, quæ ut plurimum vilis erat, ſed tamen aliquando pretioſa ex *D. Auguſt. in ſerm 2. de cõmun. vit. clerico.* ibi, *Offertur mihi v. g. Birrum pretioſum fortè deceat epiſcopum, quamvis non deceat Auguſtinum,* & tandem de eius colore, & perſonis, quibus conceſſus erat, videbis eundem *Penottum*, citatis locis, & de hoc iam diximus aliquid ſupra in *cap. quis virorum, 30. diſt. num. 2.*

10 De lacerno, ſive lacerna dicam breviter, erat enim longus amictus correſpondens Muzzettæ, ſive murſæ, vel almutiæ, ſed tamen longior, & amplior in terram fluens, de ea habes in *Ciceron. Philip.2. Iſidor. lib.19 cap.24. Sueton. in Claud. cap. 6.* & in *Auguſt. cap. 40. Plin. lib. 18. cap. 25. Aul. Gelli. lib. 3. cap.20.* & ex *Iuvenal. ſatyr.9.* poſt princip. ubi notat lacernam veſtem fuiſſe, quæ togæ ſuper addebatur: ad aeris iniuriam repellendam ibi.

Inde operæ pretium, pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, craſſíq; coloris,
Et malè percuſſas textoris pectine Galli.

Satis dictum ſit de Birro, nunc autem ad pallium revertamur. Porrò pallium dictum eſſe Phrigium ſubſtantive animadvertit *Baron. tom. 3. anno Chriſti 336. num.63.* ex *Theodoſ. Balſam.* & alijs, quod Phrigionum opere crucibus illis quatuor intexeretur, ſicut enim ex *Virgil. 3. Æneid.* 11

Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,
Et phrygiam Aſcanio chlamidem, &c.

Veſtes phrigias eſſe acu elaboratas, & diſtinctas, quales fuere, docuerunt Phriges, ut ſupra iam retulimus in *cap. Conſtantinus, 2.* ad textum ibi Phrigium, ex *Plin. de hiſtor. natural. lib.8. cap. 48. num.40.* & lege notas *Pontani*, & *Lacerdæ*, ad carmina Virgilij, quæ retuli.

Mentionem de pallio factam inter Romanos Pontifices, tunc primum exiſtimat *Baron.* cum *Sanctus Marcus*, qui ſedit ad annum Chriſti 336. inſtituit, ut epiſcopus Oſtienſis in conſecratione Summi Pontificis pallio uteretur, quod etiam leges apud *Panvin. in eodem Marco. Pined. 2.p. hiſtor. lib.12. cap.15. §.1.* Tempore Cæleſtini primi, qui ſedit ab anno 423. uſq; ad 431. lego ab eo donatum eſſe phrigium, ideſt palliũ, Cyrillo epiſcopo Alexandrino. Antiquius eſt, quod apud *Rupert. lib.11. de divin. offic. cap.26. vel. 13.* ſcriptum reperies, de ſancto Materno primo Treverentium epiſcopo, nimirum Maternum à D. Petro miſſum Treverenæ eccleſiæ hæreditatem pallij ſucceſſoribus reliquiſſe, de quo *Iſidor. Moſcon. de maieſt. milit. eccleſ. p. 1. lib.1. cap. 8. pag. 235. lit. B.* 12

Succeſſit pallium loco rationalis, quo ſummus ſacerdos in veteri lege induebatur, *Exod. 28. num. 15. Alb. in cap. Ex tuarum de auctorit. & uſu pallij, num. 6. S. Thom. in 4. diſt. 24. q. 3. ad 5.* & poſt illum *Baron. tom.3. Annal. anno Chriſti 336. d. nu. 63.* Addit præterea *D. Thom.* ubi proximè, datum eſſe pallium Archiepiſcopis pro torque victoribus dari ſolito. *Tacit. lib.3. annal.* aute medium, de quo *Proverb. cap.1. nu.11.* & *cap.3. nu.3.* ibi multa cum multis, de hoc torque *Salazar.* 13

De ſignificationibus, & pallij miniſterijs, invenies non pauca apud *Turrecrem. in cap. Epiſcopis, num. 4.* & ſequentibus, *hac d. Panormitan. ad rubric. de auctorit. & uſu pallij, num.6.* Adde his, quæ ipſi, & ibi ſcribentes afferunt, pulchram pallij ſignificationem ex *Iſidor. Peluſiota, lib. 1. Epiſtolar. epiſtol. 136. ad Hermin. Id, inquit, amiculum, quod ſacerdos in humeris geſtat, atq; ex lana, non ex lino contextum eſt, ovis illius, quam Dominus aberrantem quæſierit, invintamq; humeris ſuis ſubſtulit, pallium deſignat.* Epiſcopus enim, qui Chriſti Typum gerit ipſius munere fungitur, atq; ipſo etiam habitu illud omnibus oſtendit, ſe boni illius, ac magni paſtoris imitatorem eſſe, qui gregis infirmitates ſibi curandas propoſuit. 14

Neque illud eſt prætereundum, quod refert *Baron. tom.1. anno Chriſti 216. nu.13. & 14.* in 15

pallio, & sacris ecclesiæ vestibus expressam esse imaginem pastoris, ovem perditam humeris gestantis, quæ imago erat manifestum signum indulgentiæ pastoralis, & clementiæ erga suas oves. Neque solùm in sacris vestibus, sed etiam pingebatur in calicibus, ut non semel apud *Tertullian.* animadvertitur, præcipuè *lib. de pudicitia, cap. 7. à parabolis*, inquit, *licebit inspicias, ibi est ovis perdita à domino requisita, & humeris eius vecta, proteda autipsa picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius utrùm ne christiano, an Ethnico peccatori de restitutione collinet*, & *cap. 10. Patrocinabitur pastor. quem in calice depingitis &c.* Addit ergo, *eius pastoris scripturam aurea, quæ non potest frangi, &c.* Videbitur *Tertullianus*, verbo, *frangi*, facta allusione ad calices vitreos, quibus tum temporis utebatur ecclesia, & qui propter materiam ipsam facilimè frangi poterant, de quibus satis multa *Baron. in Martyrolog. 7. August. Henriq. lib 9. de missa, cap. 28. num. 2.* ibi in *Commentar. lit. E. & F.* plures refert *Suar. de Sacrament. disp. 81. sect. 7.*

16 Cæterum non te prætereat *Tertullianum* singularem esse in explicanda parabola pastoris, & ovis perditæ, prout illum retuli ex *cap. 7. de conversione Ethnici ad fidem*: verius est explicari de conversione totius generis humani, ut explicatur apud *Maldonat. & Abulens. Matth. 18. nu. 12.* vel magis de conversione peccatoris fidelis, ut explicat *Sanctus Augustin. lib. 2. quæstion. Evangelicar. Theophilat. cap. Matth. 18. & Luc. 15. Barrad. tom. 3. lib. 3. cap. 19.*

CAP. Quoniam. I.

SVMMARIVM.

1 *Quorum insigne sit pallium?*
2 *An pallium sit insigne episcoporum?*
3 *Intra tres menses debent Archiepiscopi pallium petere.*

1 IN textu, ibi, *Metropolitanorum, &c.* Collige ex textu, pallium esse proprium insigne Papæ, Metropolitanorum, Patriarcharum, & Primatum, de quo vide *Durand. in Rational. divinor. lib. 3. cap. 16. nu. 1. Azor instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 34.* in principio. *Isidor. Moscon. de maiest. milit. eccles. p. 1. lib. 1. pag. 234.* ad finem. *Menosh. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 103. num. 8. Sylvest. in summ.* verbo, *pallium. Armil. in summ.* eodem verbo, post reliquos omnes Summistas, *Cæremonial. Roman. lib. 1. cap. 8.*

2 An autem sit etiam insigne episcoporum pallii dubitari potest, quia reperiuntur aliqui, palliq utentes; sed tamen respondebis hoc præcedere ex speciali privilegio Papæ, non ex eo, quod episcopis sit proprium; notant *Isidor. Moscon. de maiest. milit. eccles. lib. 1. cap. 8. pag. 236. lit. C. Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 34. lit. A. Durand. in rational. d. lib. 3. cap. 17. nu. 13.* in fin. explicat Gloss. & DD. in *cap. Apostolica de privileg. lib. 6. Abb. in cap. Accedentibus de excessibus prælator. D. Antonin. 3. p. tit. 29. cap. 2. Durant. de ritibus ecclesia, lib. 2. cap. 9. nu. 43.* Episcopi verò, qui pallio utuntur ex particulari Papæ indulgentia, sunt Ostiensis in ostijs Tiberis fluvij degens, & ei pallium conceditur, quia Papam consecrat, & eò utitur ex institutione Marci Papæ; Papiensis episcopus in Longobardia; Lucensis in Tuscia; Bambergensis in Germania; Quinqueclesiensis in Vngaria, quos videbis per supra citatos, & præter eos in *Cæremonial. Roman. d. lib. 1. cap. 8.* vers. *Debent.*

In textu, ibi, *Ultra tres menses.* 3 Ergo intra tres menses debet Archiepiscopus pallium petere à die consecrationis, confirmationis, vel institutionis, aut collationis, de quo vide *Azor d. lib. 3. cap. 34 lit E.* vers. *Tertio quæritur. Moscon. de Maiest. milit. eccles. d. lib. 1. cap. 8. pag. 236. lit. C. Durant. de ritibus ecclesia, cap. 9. lib. 2. nu. 41. Sylvest.* verbo, *pallium*, ad fin. Hodie verò ex *Trid. sess 7. de reform. cap. 9.* alij tres menses dantur, & sic tenetur intra sex menses episcopus petere consecrationem, & rursus *Concil. sess. 23. de reformat. cap. 2.*

CAP. Prisca. II.

SVMMARIVM.

1 *Non datur pallium, nisi instantissimè petenti, & quæ forma illud petendi sit.*
2 *Traditur forma tradendi pallium.*
3 *Ordo quo illud traditur.*
4 *A solo Sũmo Pontifice pallium petitur.*

IN textu. Collige ex textu, non dari pallium, nisi instantissimè petenti, 1 1 quæ pallij petitio his verbis fieri solet. *Ego N. electus ecclesiæ N. instanter, instantius, & instantissimè peto mihi tradi, & assignari pallium de corpore S. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij*: tradũt hanc formam dandi pallium *Moscon.* ubi proximè. *Cæremoni. d. lib. 1. cap. 8.* vers. *Ego N.* ubi videbis non solum formam, qua quis ex nomine proprio pallium petit; sed etiam quandoper procuratorem suum, quod semper multis precibus est petendum; nec tamen inde sequitur tales preces ambitionem, vel simoniam inducere, ut notat *Gloss.* hic, verbo, *& fortiter. Turrecrem.* ibidem *num. 1.*

Traditur

Traditur pallium ſic petenti ſub hac forma: *Ad honorem Dei Omnipotentis, & Beatæ Virginis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & Domini Papæ. N. Papæ eccleſiæ Romanæ, & eccleſiæ N. tibi cõmiſſæ tradimus tibi N. pallium de corpore Beati Petri ſumptũ in plenitudinem Pontificalis dignitatis, ut utaris eo intra eccleſiam tuam certis diebus, qui exprimũtur in privilegijs eccleſiæ tuæ conceſſis à Romana eccleſia.* Vide *Gloſſam in cap. Ad honorem, de author. & uſu pallij. Azor d. lib. 3. cap. 34. lit. E.* verſ. *Secundo quæritur*, ſed tamen variatur forma hæc in quibuſdam verbis: ut videre eſt per ſupra citatos, & in cœremonialibus.

3 Poſtquam autem prælatus per advocatũ, vel procuratorem ſuum pallium inſtantiſſimè petivit. Tunc Pontifex excluſo advocato exquirit Patrum ſententias, an dandum ſit pallium: & ubi conſentiunt, cõmittitur Priori Diaconorũ Cardinalium pallij traditio prælato, vel eius procuratori, & expediuntur ſuper ea re litterę Apoſtolicæ. Aſſignat prius Diaconorum Prior locũ, & diem ad pallium tradendum: & ſemper fieri ſolet huiuſmodi traditio in domo ipſius Cardinalis in capella ſua privata; interdum autem in eccleſia S. Petri, ubi venit Prælatus, vel eius procurator ad accipiendum pallium adſtantibus Priori Diaconorum, & Subdiacono Apoſtolico cum ipſo pallio, qui illud explicat, & reponit ſuper altare, tunc prælatus ſi adſit indutus Rochetto, vel ſi eius procurator ſuperpellicio genuflectens in gradu altaris pallium inſtantiſſimè petit ſub prædicta forma. Tunc Prior accipiens pallium de altari, illud imponit ſuper humeros Prælati genuflexi, dicens verba, iam ſupra relata. Scilicet. *Ad honorem Omnipotentis Dei, &c.* & illud cum ſubdiacono aptat, non tamen ſpinas infigit. Vide plura de hoc p. *Chriſtophor. Martel. in Cœremonial. Roman. d. lib. 1. cap. 8.* per totum, ibi dicit ſe vidiſſe Xiſtum IV. manibus proprijs dediſſe pallium Patriarchæ Conſtantinopolitano, Hieronymo Lando Veneto, quod tamen indecens Pontifici iudicavit.

4 Si autem quæras à quo petendũ ſit pallium? Reſpondeo, quod licet olim Archiepiſcopi à magnis illis quatuor Patriarchis ſubiectos ſcilicet Conſtantinopolitano, Alexandrino, &c. pallium petere conſuevi ſſent, iuxta textum in *cap. Antiqua, de privileg.* Nunc verò à ſolo Summo Pontifice pallium peti debet, & ei competit illud conferre, ut per *Azor inſtitut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 24. lit. B.* verſ. *Quæritur.*

CAP. Novit. III.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit accipere pallium de corpore B. Petri?*
2 *Quis affert pallium ad prælatũ electum?*

IN textu, ibi, *Ante corpus B. Petri.* 1 Quæres ex textu, quid ſit tradere, vel accipere pallium de corpore B. Petri ſumptum? Ex textu in *cap. Significaſti, de elect.* Reſpondeo ideo hoc dici, quia poſtquam pallium eſt perfectum, defertur ad Baſilicam S. Petri, & per Canonicos dictæ Baſilicæ ponitur deſuper corpora Beatorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli, ſub altare maius, & ibi per noctem cuſtoditur de mane, dum tollitur, datur ſubdiaconis ad cuſtodiendum, & alia fiunt, ut in *Cœremonial. Romano*, ſæpe citato, *lib. 1. cap. 8. de pallio*, verſ. *Et ſi qui*, in fine. *Moſcon. d. lib. 1. pag. 235. lit. B. Azor inſtit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 34. lit. C.* verſ. *Porrò*, ad fin. *Durant. de ritib. eccleſ. lib. 2. cap. 9. nu. 41. Guido Pancir. in theſauro variar. lect. lib. 1. cap. 20. Ruſcus de præeminentia Archiep. dignitatis. privileg. 21.* verſ. *Et ſciendum.* Alij vero non contemnendæ auctoritatis doctores affirmant, pallium ideo aſſumi de corpore B. Petri, quia à ſolo Romano Pontifice Petri ſucceſſore eſt accipiendum. Ita ſuſpicatur, imò opinatur *Zechius de Repub. eccleſiaſt. tit. de ſtatu Illuſtriſſimi Patriarchæ, num. 5.* verſ. *Traditur. Vaſconcel. in harmonia rubricarum, ſub tit. de authorit. & uſu pallij, num. 7.* Horum tamen auctorum opinionem, tanquam minus probabilem modò non approbamus.

Quæres ulteriùs, quis affert pallium ad prælatum electum? 2 Dubium enim erat de hoc, quando promotus fui ad hanc eccleſiam Bracharenſem, ſed tamen ſoluit totum ordinarius tabellarius, qui pallium ſimul cum diplomatibus, vel litteris Apoſtolicis aſportavit, & inde regis particeps ſecretorum, vulgò, *ſecretario*, illud ad me per ſuum clientem remiſit; hæc docuit experientia, inde collegi dictum illud, nempè quòd pallium erat portandum per ſacerdotem, qui ſemper in aliqua eccleſia debeat pernoctare, exortum fuiſſe ab illa cœremonia facta à procuratore prælati petentis pallium, qui quando illud accipiebat de manibus Prioris, promittebat ſe nunquam remanſurum, niſi in loco ſacro iuxta *Cœremonial. Roman. d. cap. 8.* verſ. *Ego N. II.* & inde videbatur dicendum ſolum per ſacerdotem tali modò pallium eſſe aſportandum, ſed tamen, ut fui expertus, aliter ſe ſe res habuit.

CAP. Optatum. IV.

SVMMARIVM.

1 *De materia pallij, & quis illud conficit?*
2 *Qua parte corporis ſuperinduitur.*

1 IN text. ibi, *Pallium.* Diximus ſupra in initio huius diſtinctionis, pallium eſſe confectũ ex lana, nunc autem ſcies quomodo conficitur. Sanctimoniales monaſterij Sanctæ Agnetis, vel religioſi, qui ſunt in illa eccleſia, offerunt quotannis agnos duos albos ſuper altare illius eccleſiæ in die feſtivitatis Sanctę Agnetis, dum in Miſſa ſolemni cantatur, *Agnus Dei*, qui agni recipiuntur à duobus canonicis eccleſiæ Literanenſis,& ab eis poſtea conſignantur ſubdiacono Apoſtolici, qui agnos ipſos in paſcua mittunt, quoad veniat tempus illos tondendi opportunum. Ex his agnis tondetur lana, quæ mixta cum alia lana alba,& pariter munda, reducitur in filũ, ex quo pallia huiuſmodi contexuntur latitudine digitorum trium; vide *Chriſt. Marcel. in cæremonial. lib.1. cap.* 8 in fin. princip. *Moſcon. p. 1. lib.1. cap.8. pag.236. lit.C.* ad fin.

2 Ambit pallium prælulum humeros, & à pectore,& renibus particulam pendentem habet longitudinis palmi, & in extremitatibus laminas plumbeas tenues ad parem latitudinem in fine orbiculatas, nigro ſerico tectas, inſutas ſuper pendentes particulas ante,& poſt. Adaptatur humeris præſulis tribus acubus infixum,& ad humerum ſinitrũ pars duplex manet, quæ omnia profundiſſima continent Sacramenta: ut videre eſt per *Durand. in Rational. diviner. d. lib. 3. cap.* 17. *à nu.* 3. & ſequentib. *Innocent. lib.1. de ſacro altaris miniſterio, cap.62. Durant. de ritib. eccleſ. lib. 2. cap. 9 à nu* 44. & denique plura circa pallij cœremonias. Vide *Lanſelot. in inſtitution. Canonic. cap.* 11. in principio.

CAP. In ea. V.

SVMMARIVM.

1 *Non poteſt pallium accipi abſq; iuramẽto præſtito à prælato.*

1 IN textu, ibi, *Si prius ſe promiſerit.* Collige ex textu, non poſſe palliũ accipi à prælato, quin prius iuramentum præſtet de ſervandis licitis, & ea quæ continentur in fide, cuius forma præſcribitur in cœremonialibus *cap. de Pallio,* & poſtquam Prælatus ſic iurat, epiſcopus, cui committitur pallij traditio, illud prælato confert,quod ſemper debet fieri in eccleſia per epiſcopum Pontificalibus indutum, & poſt celebratam Miſſam, quæ omnia, & plura alia circa pallij traditionem proſequere cum *cæremonial.* loco citato.

CAP. Pallium. VI.

SVMMARIVM.

1 *In quibus locis Archiepiſcopus utatur pallio?*

2 *Papa ubiq; pallio uti poteſt.*

1 IN textu, ibi, *Intra Eccleſiam tuam ad ſola miſſarũ ſolẽnia.* Ergo Archiepiſcopus debet uti pallio in eccleſijs tantùm ſuæ provinciæ, & non omnibus diebus, quibus in Pontificali celebret; ſed ſolùm in illis, quæ numerantur in cœremoniali, ut ſunt Nativitas Domini, feſtivitas ſancti Ioannis,& ſancti Stephani Protomartyris, & in alijs, quæ ibi videre poteris, de quo etiam *Azor. 2. p. Inſtitution. lib. 3. cap.* 34. *litter. E.* verſ. *Quæres quinam. Durand. in Rational. diviner. d. lib.3. cap.17. nu.* 13. *Moſcon. p. 1. lib. 1. cap.* 8 *pag.236. lit. B.* & reliqui omnes, quos citaſti. *Frat. Emmanuel. Rodrig regul quæſt. tom. 4. in praxi criminal. tit 4. de viſit. cap.14.nu* 10. *Quaranta in ſum. Bullarij,* verbo, *Archiepiſcopi auctoritas, verſ* 32. *Zerol in praxi, p.* 1. verbo, *Archiepiſcopus. §.* 2. *Marc. Antonius Genuenſ. in praxi Curiæ Archiepiſ. Neapol. cap.7. nu.*18.

2 Summus Pontifex utitur pallio ubicũq;, & quandocunq; voluerit: ut notat *Moſcon.* ubi proximè, *pag.*235. *lit.C. Sylveſt in ſum.* verbo, *pallium,* in princip. Ratio verò cur Summus Pontifex nullum habet limitatum locum, ſed in omni indeterminate pallio uti poteſt, eſt quia illi ſoli competit plenitudo poteſtatis in omnes totius terrarum orbis eccleſias. Ita *Henriq. in ſumma, lib.* 10, *cap.* 31. in princip. Qualis autem ſit forma pallij Summi Pontificis: vide *Durand. in Rational. d. cap.* 17, *num.* 14.

CAP. Non ſolùm. VII.

SVMMARIVM.

1 *An in pallio Archiepiſcopi contineatur plenitudo Pontificalis officij?*

2 *Vtrùm Archiepiſcopus exercens ea, quæ proveniunt ex pallio, abſq; illo valida ſint?*

1 QVæres ex eo utrum in pallio Archiepiſcopi contineatur plenitudo Pontificalis officij? Reſpondeo affirmativè, & probatur ex forma tum dandi pallium,tùm accipiendi illud, quas ſupra appoſuimus,& notãt præterea

præterea *Durand.* citatus *num.* 11. *Durant. de ritibus eccleſiæ d. lib. 2. cap. 9. num.* 45. & eſt textus in *cap. niſi de authorit. & uſu palij, cap. quarto de trãslation. epiſcopi cap. Illa quotidiana de election. cap. propoſuit, §. final. de conceſſion. præbend. cap. Nihil, §. cæterum de election. Henr. in ſum lib. 9. cap.* 30. *de vero miſſa ſacrific. num.* 4. ad finem. *Frat. Emman. Rodrig.* ubi proximè. Vnde non poterit prælatus ſine pallio ea munera obire, quæ ſunt poteſtatis ordinis, vel iuriſdictionis, & inde ſequitur nõ poſſe ſe Archiepiſcopũ nominare, *cap. niſi de auth. & uſu pallij*, nec poſſe convocare concilium, nec chriſma conficere, nec dedicare Bazilicas, ordinare clericos, & epiſcopos cõſecrare, ut præter citatos notat optimè *Azor* 2. *part. inſtitution. lib.* 3. *cap.* 34. *littera B.* verſ. 5. *quæritur* ubi explicat, & intelligit cõtra hanc reſolutionem, *textũ in cap ſuffraganeis de election.*

2 Quæres ulterius, an ſi Archiepiſcopus faciat ea, quæ illi proveniunt ex pallio, abſq; illo valida, & firma ſint? Reſpondetur ſub diſtinctione, vel enim ante pallium acceptum epiſcopus conſecratus erat, vel nõ, in primo caſu rata, & firma manent, quę fecit circa poteſtatẽ ordinis chriſmatis, &c. Sed tamen peccat cõtra Canones, & iura, ſi verò non fuerit conſecratus, inania, & fruſtratoria opera exercet, ut notat *Azor* ubi proximè *littera E.* verſ. 6. & ibidem videbis an incurrat in aliquam pœnam iuris, obeundo munera ante pallium.

CAP. Contra. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Non poteſt Archiepiſcopus extra eccleſiam pallio uti.*
2 *Privilegium debet oſtendi, quando eſt contra ius cõmune.*
3 *An ſcriptura ſit de ſubſtãtia privilegij?*

1 IN textu. Nota ex eo non poſſe Archiepiſcopum de iure extra eccleſiam pallio uti, v.g. in ſupplicationibus publicis, conceſſu, vel comitijs. Vide *Azor.* 2. *part. inſtit. lib.* 3. *cap.* 34. *littera E.* verſ. 7.

2 In textu, ibi, Neq, privilegio. Ergo privilegium debet oſtendi, quando eſt contra ius commune. Vide *Felin. in cap. accedentes de præſcription. num.* 11. verſ. *primus.*

3 In textu, ibi, ad finem, aut ex ſcriptis. Vtrum ſcriptura ſit de ſubſtantia privilegij. Lege optimè *Suar. de legibus lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 1. & 3.

CAP. Rationis. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ obligatio proveniat ex pallio?*
2 *Pallij uſus eſt privilegium perſonæ inhærens.*

IN textu. Admonentur pontifices palliũ geſtantes, ut cum morum probitate ad Chriſti gloriam officium ſuum adornent: ut ex noſtro textu concludit *Durant. de ritibus eccleſiæ d. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 3. ad finem. 1

In text. ibi, *Cum uſus pallij, &c.* Collige ex textu, pallij uſum eſſe perſonæ privilegium: ac proinde ad alium non tranſit: & inde ſequitur, nõ poſſe Archiepiſcopum pallium ſuum alteri commodare, ut illo utatur. Vide *Azor d. lib.* 2. *part.* 2. *inſtitut. moral. cap.* 34 *littera A.* verſ. 8. *Quæritur, Sylveſter*, verbo, *pallium* ad finem. *Durand. in rational. Divinor. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 12. *Quarant. in ſumm. Bullar.* verbo, *Archiepiſcopi Authoritas* verſ. 32. *Authoritas*; poterit tamen cõmodare pallium, ut videatur, notat *Lancelot. inſtitut. Canon. lib.* 1. *tit. de pallij ratione* verſ. *commodari.* 2

CAP. Pallium. X.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus cum ſuo pallio debet ſepeliri.*
2 *Vtrùm Archiepiſcopus ſecundò rediens ad eundem Archiepiſcopatum novo pallio egeat? & num.* 3.
4 *Vtrum Archiepiſcopus qui renuntiavit, ſi iterum eligatur egeat novo pallio?* 1
5 *Quid ſi pallium igne comburatur, vel fuerit furatum?*

IN textu. Nota ex textu proximè Archiepiſcopum cum ſuo pallio debere ſepeliri, & ſi ad aliam eccleſiam tranſlatus fuerit, novum pallium petendum eſſe, vide *Durand. modo* citatum, *Sylveſt. & Azor.* & præter eos *Caremon. tit. de pallio, Lancelot. in canonic. lib.* 1. *tit. de receptione palij* verſ. *ſepeliendus*, & cũ pallio ſecundæ eccleſiæ ad quã fuit translatus de-

bet ſepeliri, *Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. quæſt. 8.* Vnde nunquam unus metropolitanus cum alterius pallio poterit ſepeliri, ut obſervavit *Quaranta in ſumma bullarij*, verbo, *Archiepiſcopi auctoritas* verſ. 32. *auctoritas.*

2 Poterat hoc loco quæſtio excitari. Vtrum qui ſemel habuit pallium unius Archiepiſcopatus, ſi ab illo ad alium transferatur, iterumq; redeat ad priorem, indigeat novo pallio, vel primum ſufficiat? Verbi gratia, anteceſſor noſter Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus D. Georgius à Coſta ſanctæ Romanę eccleſiæ Cardinalis, qui ſemel, atque iterum ad hanc Primatialem Sedem fuit aſſumptus, & Sereniſſimus Infans Cardinalis Henricus, poſtea Rex ad Eborenſem Archiepiſcopatum reelectus. Hanc quæſtionem nullibi excitatam inveni, conſului tamen aliquos viros doctos, ideoq; ex illorum cerebro quæſtionis reſolutio eſt petenda; ſimulq; proferam, quidquid rationis, p utraque parte ſe mihi obtulerit. Prima igitur ſententia fuit non eſſe neceſſariam novam pallij ſumptionem, ſed primum eſſe ſufficiens. Probatur primò, quia pallium eſt quædam plenitudo Pontificalis dignitatis, & veluti conditio requiſita, ut prælatus ea munera obeat, quæ ſunt poteſtatis ordinis, vel iuriſdictionis: ſed hæc conditio iam ſemel fuit poſita, & adhuc integra perſeverat, ergo non eſt cur iterum innovetur. Probatur ſecundò quia, unum palliũ nihil in ſe continet, quod aliud non contineat, cum in illis detur eadem materia, forma, & benedictio in ordine ad eandem iuriſdictionem Archiepiſcopalem: ergo qui unum obtinuit ad Bracharenſem prælaturam, non indiget alio; ſi ad eandem redeat dignitatem. Probatur tertiò quia, ut conſtat ex *Innocent. 3. lib. 1. myſteriorum miſſæ, cap. 63. Panormit. in cap. Antiqua, de privileg. Conrad. Brun. de cæremonijs, lib. 3. cap. 4.* ad fin. *Polydor. Virgil. de inventorib. rerum. lib. 12. cap. 12. fr. Bernard. de Britto in Chronic. Ordin. Ciſter. lib. 4. cap. 24. pag. 255.* pallium ex natura ſua nihil aliud eſt, quàm ornamentum Archiepiſcoporum, crucibus nigris intextum humeros, velut corona pectusq; circundans; ſed ſi Archiepiſcopus ad primam Sedem iterum vocatus, Pontificalia ornamenta integra, illæſaq; conſervet, non eſt cur alia nova inſtituat, ergo idem de pallio erit dicendum. Vltimò oſtenditur eadem ſententia quia, ut opinatur *Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 5. num. 6.* qui ob aliquem titulum Doctoratus publicam fidei profeſſionem emiſit, non tenetur eam iterum emittere ratione adepti beneficij, ſi fortè illam immemor omiſit. Et ſimiliter ſi facta profeſſione fidei canonicus ad aliam eccleſiam transferatur, probabile eſt non teneri ad novam profeſſionem, ut refert *Sanch.* citatus, & *Azor tom. 2. inſt. moral. cap. 2. q 8.* ergo etiam, qui ſemel unius Archiepiſcopatus pallium accepit, non alio indigebit ſi ad eundem Archiepiſcopatũ redeat. Et ulterius confirmatur, nam prælatus ad eandem mitram rediens, non tenetur ad iterandũ fidelitatis Sacramentum, ſed ſufficit iuramentum ſemel factum, ergo etiam ſufficiet pallium ſemel acceptum.

Secunda ſententia affirmans, requiri novam 3
pallij ſumptionem pro ſe aliqua habet argumenta non contẽnenda, Primum ſit. Pallium eſt plenitudo Pontificalis officij, & dignitatis, & eſt ſignum completæ, & integræ executionis poteſtatis ordinis, & ita eſt inhærens perſonæ, qui promovetur ad Archiepiſcopatum; ut nullo modo ab ea ſeparari poſſit, ut iam per varia iura huius diſtinctionis latè probavimus: atqui extincto toto integrali, extinguitur pars totum integrans: ergo extincta univerſali poteſtate Pontificali Bracharenſi per diſceſſum ad aliud beneficium Archiepiſcopale, extinguitur pars ipſiusmet poteſtatis Pontificalis Bracharenſis datæ tempore pallij tanquam per ſignum: ergo adveniente nova Bracharenſi poteſtate Pontificali per iteratum adventum ad idem beneficium Archiepiſcopale Bracharenſe, neceſſe eſt novum peti pallium, per quod, tanquam per ſignum re completè, & integrè poteſtas ea nova indulgetur. Sicut enim ceſsãte toto integrali; ceſſat pars integrans; ita adveniente novo toto, adveniat, opus eſt nova pars integrans. Secundũ argumentũ. Ornamẽta Pontificalia ſunt in duplici genere; primi generis inſerviunt ad actus ordinis ſolemniter perficiendos, verbi gratia, Baculus, Mitra, &c. Secundi generis ulterius ſignum exhibent cõpletæ poteſtatis Pontificalis. Inter hæc vero duo ornamentorũ genera latum cernitur diſcrimen. Nam primi generis ornamenta valent alteri Archiepiſcopo accõmodata præſtari, ut actus ordinis ſolemniter exerceat poſſunt item deferri ad aliud beneficium Archiepiſcopale, ſi ad illud fiat tranſitus: quæ omnia deſiderãtur in ornamentis ſecundi generis; quòd ſanè ex eo venit, quia ornamentum ſecundi generis non inſervit, tantùm ad ſolemniter exercendos actus ordinis Pontificalis; ſed etiam eſt ſignum completæ, & integræ poteſtatis Pontificalis, quæ tunc ſolùm tribuitur, quando tale ornamentum confertur. Probatur tertiò, quia pallium eſt privilegium ſingulare, & individuum; non ſolum reſpectu perſonæ illius Archiepiſcopi, cui conceditur (unde fit, ut alteri nequeat dari accõmodatum) ſed etiam eſt ſingulare, & individuum reſpectu ſingularis, & individuæ poteſtatis Pontificalis, in cuius ſignum datur. Vnde ſequitur, quod pallium cõceſſum ad poteſtatem Archiepiſcopalem Bracharenſem non inſerviat ad poteſtatem Archiepiſcopalem Vlyſipponenſem. Ergo ſimiliter

liter nõ inſervit ad Bracharenſem iam demiſſam, & deperditam per abceſſum quantumvis iterum fiat regreſſus ad Bracharenſem; quia licét meterialiter fiat regreſſus ad idem beneficium, eſt tamen formalitér diverſum, quia eſt nova, & diverſa poteſtas Archiepiſcopalis. Vnde colligi videtur opus eſſe novum iuramentũ incluſum in nova pallij petitione, ſicut requiruntur novæ litteræ, quidquid ſit de alio iuramento, & profeſsione fidei poſtea emiſſa iuxta Bullam Pij IV. de qua Vtrùm opus ſit iterari, pro utraque parte opinari eſt liberum.

4 Quæſtioni hactenus diſputatæ affinis eſt alia quæſtio, quæ inquirit. Vtrùm Archiepiſcopus, qui ſponte ſua ſuo ſe Archiepiſcopatu abdicavit, ſi iterum ad eandem eccleſiam eligatur, alio indigeat pallio? In qua re ſatis recens eſt memoria Sanctiſsimi Pontificis Fr. Bartholomæi á Martyribus, qui Bracharenſem Archiepiſcopatum diu regens, cum vitam ab omni curarum ſtrepitu alienam peroptaret, & omnem animarum, ſatis quidem periculoſam, curam vellet à ſe abijcere, præhabita Papæ facultate ab infula ad monachi cucullum, à baculo ad monaſterium, á Pontificali majeſtate ad ſui cœnobij ſolitudinem, aſperitatemq; confugit. Poſtea tamen cum Braccharenſes oves tanti paſtoris amore, & deſiderijs contabeſcerent, eundemq; iterum gemitibus, ac ſuſpirijs mendicantium cœtus expoſcerent, parum abfuit, quin Luſitanorum Regum imperio ad eãdem gubernandam ſedem iterum cogeretur. Quid igitur in tali eventu faciendum foret, novum ne pallium petendum? Reſpondeo cum diſtinctione. Si enim poſt factam renuntiationem, priuſquam de alio Archiepiſcopo provideretur, antequam factam renuntiationẽ Papa acceptaret, litteræque cum pallio eſſent expeditæ, ille iterum cogeretur redire ad ſuam eccleſiam, tunc primum pallium eſſet ſatis. Si verò ad renũtiatam rediret eccleſiam, cui iam de alio paſtore proviſum erat, difficilior mihi videtur reſolutio; ideoque eandem eligo reſponſionem, eademque fundamenta, quibus ſuperiori quæſtione oſtendi, novum pallũ eſſe petendum. Idem præterea oſtendo quia, Archiepiſcopus qui ſemel renuntiavit, non poteſt uti pallio, ut conſtat ex *cap. ultimo de auibor. & uſu pallij*, cum *Panvino de viſitat. 2. part. quæſtione 3. num. 19.* Ergo ſignum eſt ſimul cum Archiepiſcopatu omnem iuriſdictionis plenitudinẽ, ipſamque pallij poteſtatem perdidiſſe, igitur ſi ad eundem redeat, nova indiget iuriſdictione, & conſequenter novo pallio. Cõfirmatur quia iuxta commune Theologorum proloquium, deſtructo fundamento deſtruitur ædificiũ ſuperimpoſitum: ſed per factam renuntiationem tollitur munus Archiepiſcopale, manetque homo perſona privata: ergo ſimul perdit pallium, quod erat veluti complementũ, & plenitudo ipſius iuriſdictionis. Vnde quemadmodũ eget nova poteſtatis collatione, ita eget nova pallij ſumptione.

Adhuc tamen ſuboritur dubium, quod apud 5
nullum auctorem neque leviter præhibatum inveni. Si detur evẽtus in quo aliquis Archiepiſcopus ſuum perdat pallium á Pontifice acceptum, vel caſũ igne comburatur poterit ne abſque illo Pontificalia munera exercere? Mihi probabilius videtur affirmandum. Quod probatur primò ex *cap. Niſi de auibor. & uſu pallij*, ubi dicitur, per pallij receptionem conferri nomen Archiepiſcopale, & Pontificalis officij plenitudinem: ergo cum ille iam totum hoc receperit per pallium ſemel acceptum, quanvis illud perdiderit, nihil officiet datæ iuriſdictionis exercitio; eſtque hæc in re appoſitum exemplum ex illis deductum, qui bullam Cruciatæ accipiunt; hi enim ſi acceptam ſemel bullam perdat, adhuc illius indulgentijs uti poſſunt. Sic igitur qui datum pallium perdiderit, adhuc integer erit ad Pontificiæ poteſtatis exercitium. Probatur ſecundò ex *cap. Quia nos eodem titulo*, ubi conceditur Archiepiſcopo, ut ſine pallio, & ſãdalijs poſsit celebrare: ergo pallium non eſt eſſentialiter ad valorem actuum requiſitũ, ſed ſolùm eſt conditio in prima collatione adhibenda; quod Gloſſa in citato capite, non quidẽ obſcurè innuere videtur, & ulterius confirmatur ex *Azor lib. 3. inſt. mor. part. 2. cap. 34.* ubi ait pallij acceptionem neceſſariam eſſe ad ea munera obeunda, quæ ſunt poteſtatis ordinis, vel iuriſdictionis ergo qui ſemel accepit pallium, quanvis illud perdat, eſt quid per accidens, cũ tamen idem Archiepiſcopus teneatur certis dierum ſolemnitatibus ſuo uti pallio, tenebitur magna diligentia aliud procurare gratis omnino donandum.

CAP. Scriptorum. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quam iuriſdictionem tribuat Archiepiſcopo pallium.*

IN textu, ad finem, ibi, *Cuncta conceſsiſſe.* Probat textus per pallium concedi Archiepiſcopo iuriſdictionem Archiepiſcopalem notat *Abb. in cap Quanto, & in cap. Paſtoralis de officio iudicis ordinar.* Vide optimè *Azor. inſtit. moral. part. 2. dict. lib. 3. cap. 34. lit. B. verſ. 9. quæritur.* 1

DISTINCTIO. CI.

CAP. Pervenit unicum.

SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt Archiepiſcopi ſuas dividere provincias, abſque Papæ cõſenſu.*
2 *Quid ſit pragmatica, & quibus modis dicatur.*
3 *Sepulchum Gratiani.*

1 IN textu. Prohibet Pontifex, ne Archiepiſcopi abſque conſenſu Papæ ſuam provinciam in duas dividant; faciunt ad textum, quæ notavit *Tiraquel. de iure primogenior. tom 1. quæſt. 4. nu. 6. & 7.* Si verò inquiras quid ſit provincia? Reſponſum eruo ex Papa Pelagio Secundo relato in *cap. Sciote 6. quæſtione* 3. ubi affirmat, provinciam eſſe cui præeſt Archiepiſcopus, quæ habet ſub ſe decem, aut undecim civitates, totidemque epiſcopos, ut notavit *Rebuff. in concord. tit. de collation.* §. 1. verbo, *Metropolitana.* Mihi tamen verior apparet opinio. *Petri Gregor. Syntagm lib* 15. *cap.* 11. *num* 3. aſſerentis, illam conſtitutionem, ſive legem perpetuam, & univerſalem non fuiſſe, ſed ex principum arbitrio, & annorum decurſu eſſe variatam, proindeque numerum epiſcoporum in unaquaque provincia fuiſſe conſtitutum, prout ſingulis magis expedire videbatur. De quo iam aliquid ſupra diximus *in cap. provincia diſt. 99.*

2 In textu, ibi, *Pragmaticum ſacrum.* Dicitur propriè illud, quod princeps de conſilio procerum ſentit, & ſtatuit pro rebus cõmunibus, & univerſitatis ex textu cum ibi notatis in *leg. nlt. in fin. Cod. diverſ. reſcript. l. fin. C. domeſt & pro. li.* 12. & ex multis alijs notat optimè *Coſm. in pragmat. ſanctio. tom. 2. tit. de concluſione eccleſiæ Gallicana* ibi, *pragmaticam* fol. mihi 228. ubi plura de pragmatica, & quas ulterius habeat ſignificationes: quas ideo non lentius expẽdendas ſuſcepimus, quia noſtrum hunc laborem ad metas iam feſtinantem, optatiſsimo fine volumus abſolvi; neque enim paſtorali cura, & ſollicitudine animus præpeditus, & graviſsimis diſtrahentium curarum fluctibus occupatus, vix aliquod in litteris otium poteſt conſumere,

Eſt quippe animus integrum Gratiani opus qualicunque ſtudio, & labore elucidare. Cuius Gratiani laudes omni immortalitate, & poſteritate confecrandas aſſumpſit Ioannes Franciſcus Aldobrandus quartus Dictator Bononienſis, cũ eiuſdem divini compilatoris marmoreum monumentum, quod temporis diuturnitate nimium obſorduerat, publico ære renovavit. 3

D. O. M.

GRatiani Cluſini Cæſarei Iur. & Pont. enucleatoris propè divini, qui monachus martyrum Felicis, & Naboris æde, abſolutis. Ibidem opus Decretorũ anno Gratiæ M. C. L. I. compilavit; monumentum: quod illic carie ruderibuſq; obſorduerat, hic magnificentius renovatum, Ioannes Franciſcus Aldobrandus Bononienſis IIII. Dictator ære publico inſtauravit: Anno ſalutis M. CCCC. XCVIII. idib. Iunij: Ioãne Bentivolo II. P. P. Rẽpub. fæliciter gubernante.

Et in æde Sancti Felicis ubi idem Gratianus Decretorum opus compilaverat, hanc ſaxo vetuſtiſsimo addidit carminis inſcriptionem. Vt videre eſt in primo tomo tractatuum fol. 57.

Hanc adis partem lector reverenter adito.
Namq; loci monachus Decretum hîc condidit huius.
Divinum Gratianus opus; quantumlibet arcto
Contentus ſepto; quod, nunc reparando caducum
Et vetus hoc clauſtrum, tolli fuit inde neceſſe.
Id tamen Abbate eſt conſtructum Bartholomæo.
Mille trecentennis decies, ſeptem, atque quaternis.
Annis à Chriſto pura de Virgine nato.

Cui hominum Servatori, & humanæ libertatis aſſertori, nec non Immaculatæ Virginis Conceptioni noſtrum hunc laborem dicatum, & conſecratum eſſe volumus.

Additio

1 NVnc verò quia hæc in tempora incidimus, in quibus magna inter viros doctos Bracharæ commorantes contentio orta eſt, utrum nos in noſtro Archiepiſcopatu, & Hiſpaniarum Primatu Bracharenſi, ſimul cum Reverendo Capitulo, eiuſdem Sedis breviariũ (ob ſuam antiquitatem maximè commendandum, & non mediocre noſtri primatus argumentum) vel per detractionem, vel p novam additionem ex Romano deſumptam immutare poſſemus? Non equidem absque me facturum eſſe iudicavi, ſi diſſidentes illorum opiniones in unam veluti colligerem: dum mentem quiſque ſuam validiſſimis fultam, firmatamq; rationibus oſtendit. Quapropter hac in re ſcriptoris potius, quàm auctoris vices geram; neq; in confutatione, ſed in nuda argumentorum narratione immorabor, ut quiſque in eligendo habeat optionem, neque me aliquis alienæ ſententiæ damnatorem, ſed potius relatorem audeat appellare.

2 Præcipua igitur quæſtionis difficultas in eo principaliùs verſatur, Vtrùm illa recitationis immutatio fieri poſſit in illo caſu, quo Breviarium Bracharenſe editum fuerit ducentis annis ante editam Bullam Pij Quinti? Et quidem pro parte negativa hæc objiciuntur non contemnenda argumenta. Primum ſit deſumptũ ex *Suar. tom. 2. de religion. lib. 4. cap. 13. num. 15.* ubi affirmat, grave eſſe peccatum, aliquid, vel augere, vel imminuere in Breviario Romano, abſque licentia Summi Pontificis. Quanvis enim ſit exigua pars illa, quæ additur, vel imminuitur, ex eo tamen graviſſima reputatur, quòd perpetuum, ac veluti permanentem ritum inducat; quę ſimiles ritus inducendi facultas ſolùm eſt penes Chriſti Vicarium. Confirmatur primò quia, licet ex illa mutatione, non quidem totaliter, ſed ſolùm partialiter Bracharenſe Breviarium innovetur, cum tamen Pius Quintus Romani Breviarij obſervantiam ſtrictè præcipiat, illis exceptis, quæ ducentos annos excedunt, non eſt procul dubio diffitendum, hanc exceptionem vim habere privilegij, quod cum ſit contra univerſale præceptũ, & communem recitandi legem, reſtringi, ac prorſus limitari debet, ut doctè probant *Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 1. & 4. Suar. lib. 8. de legib. cap. 27. num. 5.* cum *Innocent. & Panormit. in cap. Quod dilectio, de conſanguin. & affin.* Certum igitur videtur, hanc exceptionem circa ducentorum annorũ Breviaria à Pio Quinto factam, non quidem favorabilem, ſed odioſam eſſe appellandam, ideoq; ad illa Breviaria reſtringendam, quæ illius Bullæ tempore vigebant, & ſecundùm formam, normamq; recitandi, quàm tunc temporis habebant; non verò ad alia, quæ ſuccedentium annorum decurſu mutari, aut innovari poterãt. Quæ doctrina firmius adhuc, & ſolidius roboratur ex ipſis verborum terminis, quibus in Bullæ tenore ipſe Pontifex uſus eſt, qualia ſunt illa verba: *alijs certis Breviarijs*: ubi non obſcurè innuitur, Pontificem apertiſſimè locutum de Breviarijs in illo certo, ac determinato ſtatu conſideratis, in quo erant dum Bulla ab eodem Pontifice ederetur. Confirmatur ſecundò quia, ut auctor eſt *Suar.* ſupra citatus, ſi talis mutatio abſque licentia Papæ in Breviario Romano exerceretur, illa quidem non canonica, ſed portentoſa, ac penitus monſtroſa mutatio ab omnibus crederetur. Ea fermè ratione, quaſi aliquis humano capiti cervicem equinam vellet adiungere, non veram equi, ſed monſtri effigiem delinearet. Illud quippe Breviarium cum partim coaleſceret ex Romano, partim ex Bracharenſi, monſtro ſimile redderetur. Quod tamen quàm ſit abſurdum quis non videt? Maximè, cum, teſte *Suar. lib. 4. cap. 11. num. 4.* nemini liceat Romanum Breviarium in partem amplecti, & in partem reijcere.

3 Secundum argumentum ex notiſſimo Canoniſtarum principio eſt eruendum. Omnes enim fatentur, præcipuam legislatoris, ac totius legis intentionem, & intellectum, ex ipſius legis proœmio colligi debére. *Tiraquel. Alexander de Nævo, Hipolytus, Gutierres*, & alij, cum *Sanches lib. 2. de matrim. diſp. 37. num. 3.* Sed totius Bullæ contextus, & proœmium clarè indicant, nullam aliam fuiſſe Pontificis intentionem, quàm unam recitandi formam in univerſa eccleſia conſtantiſſimè obſervari, omnemq; amputari varietatem, qua epiſcopi peculiaria ſuis diœceſibus Breviaria inſtituebant: ut patet ex verbis, *prava illa conſuetudo, ut epiſcopi privatum ſibi quiſque Breviarium conficerent, &c. & illam communionem inter ſe diſcerperent, &c.* Ergo nulli fas erit propria auctoritate aliquid communi recitandi formæ addere, minuere, vel innovare; cum Pontifex id manifeſtiſſimè oſtendat, & ſola ducentorum annorum Breviaria permittat in eâdem forma permanere, ita ut nihil in illis poſſit deinceps innovari. Ex quo conſtat, licet Bracharenſe Breviarium ducentos annos ante editionem Bullæ extiterit, nullam in eo poſſe fieri mutationem. Et, ut verum fatear, hoc mihi argumentum firmiſſimum videtur. Illud verò ulterius confirmo quia, auctore *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 51. num. 12. & diſp. 26. num. 6.* ex *cap. Abbate de verborum ſignificat. cap. Si Papa de privileg in 6. & l. 3.* in principio *ff. de iureiurando. Gloſſ. cap. Solita*, verbo, *tanquam, de maiorit. & obedient.* in Pontificum decretis, & ſanctionibus nulli verborum termini, imò neque ullæ ſyllabæ ſunt otioſę, & inutiliter adhibendæ; ſed in Bullæ contextu ſunt quamplurima verba limitativa, & reſtrictiva illorum Breviariorũ, quæ Romana non ſunt; ergo ne illa verba

inaniter

ſin miter adhibeantur apertè ſunt intelligenda de omnibus in univerſum breviarijs bullæ tẽpore editis,vel edendis,ita ut nihil in illis poſſe efferi additionis, vel imminutionis, ſed eandẽdi,ſub qua fuerunt approbata,ſemper formã retinerent.

4 Tertium argumentum. Ex eo quòd Pius V. omnia univerſim breviaria,Romano excepto, annullaverit, & hoc ſolùm ab omnibus obſervandum eſſe decreverit; conſequenter ſibi uni voluit reſervare omnem epiſcoporum facultatem, & poteſtatem circa ipſius Romani breviarij immutationem in ſuis eccleſis faciẽdam:ut docté probat *Suar. tom.2. de relig. lib. 4. cap.24. num. 13. & 14.* Ergò etiam ex eo quod idem Pontifex omnia,& ſola breviaria approbaverit, quæ ducentos ante bullæ editionem annos attingerent, manifeſtè deducitur, ſibi uni voluiſſe reſervare omnem epiſcoporum poteſtatem,ut nihil deinceps poſſẽt variare in ijſdem breviarijs. Confirmatur primò quia, ex ipſo Pontificiæ bullæ tenore expreſſe deducitur reſervatio meré privativa, qua Pius V. omnem epiſcopis ademit poteſtatem ad varianda breviaria ad illa uſque tempora cõceſſam,ut optimè probat *Reginal.tom.2.lib.18. num. 171.fol.120.*his verbis. *Exceptis his,qui per breviaria ante 200.annos compoſita, & approbata, recitabãt, prædicta epiſcoporum poteſtas ſuſpenſa eſt propter abuſus,quorum fit mentio in eadem bulla:* ergo cũ ſemper hoc adſit abutendi periculum,eadem ſemper aderit prohibitio. Confirmatur 2. quia,inferior nihil variare, aut immutare poteſt circa legem ſuperioris,quanvis non peculiariter reſeruatam,ut docet *Sanch.de matr.lib. 7.diſp.7. nu. 6. Soar. de leg.lib.6.cap.14 num 4. Gloſſa ultim.cap In quibuſdam de pœnis. Innocent.in cap dilectus de tempor. ordin.num.2.& 3.& cap. 2. De eo qui furtivè ordines ſuſcepit. Clement. ne Romani de elect. cap. Inferior de maiorit.& obed.* Sed Pius V. omnium epiſcoporum maximus,& totius eccleſiæ ſuperior, ſola ducentorum breviaria approbavit,ergo nullus epiſcopus,vel Archiepiſcopus aliquid circa illam ſuperioris legem poterit innovare. Confirmatur 3.quia,iuxta regulam iuris in 6. *Odia reſtringi favores cõvenit ampliari:*ſed illud decretũ, ſive lex Põtificis nõ quidẽ pœnalis & odioſa, ſed maximè favorabilis habetur:ergo extẽdẽda,& in Romanæ eccleſiæ favorẽ eſt ampliãda. Probo minorem quia, teſte *Soar.de leg.lib.5. cap. 4.num 4. Sanch de matr. lib.1.diſp.1.nu.4.cum Bart. Albert. Salicet. Felin. Covar.& Sylveſt.Sarmiento l.1. ſelect cap.12.*in eo lex favorabilis, & odioſa maximè dignoſcuntur,quod hæc novum,aut gravius onus imponat,illa verò favorem intẽdat; Sed præcipua intentio Summi Pontificis fuit divini cultus,ac religionis obſervantia, unamque individuam unitatem in Romana eccleſia conſeruare, ut idem ubique gentium,& locorũ divini officij cultus omnipotenti Deo redderetur; ergo legem illam non in pœnã epiſcoporum (quibus innovãdi poteſtatẽ ademit) ſed in Romanæ eccleſiæ favorem ceſsiſſe arbitandum eſt. Ex quó infero, in eiuſdem eccleſię favorem ita eſſe extendendam, ut vel Romano breviario,vel alijs intra illud tempus & ſub illa forma approbatis, omnibus in univerſum Chriſtianis uti liceat; neq; penes epiſcoporum poteſtatem ſit,aliquid in illis pro libito innovare.

Quia tamen contrarium in praxi tuta conſcientia defendi poſſe quam plurimi arbitrãtur: nobis pro hac parte validioribus rationibus decertandum eſt, & pro viribus oſtendẽdum,poſſe epiſcopos cum ſuo capitulo ſimilẽ in ſuis breviarijs facere mutationẽ,nulla præhabita facultate. Sit primum fundamentum. Spectato iure communi poſſunt Ordinarij cũ ſuis capitularibus breviaria de novo cõponere, & compoſita emendare: ergo etiam poterunt reformare,aliquid addendo, vel detrahẽdo breviarijs iam compoſitis. Antecedẽs probatur ex vulgari Canoniſtarum proloquio aſſerentium,poſſe epiſcopũ in ſua diœceſi,quidquid poteſt Summus Pontifex in tota eccleſia, receptis rebus, vel ad eccleſiæ univerſalis regimen,vel ad finem ſpectantibus,vel illis ſpecialiter prohibitis, ut laté probat *Sanch.lib.1. de ſponſal.diſput.61.numer.3.& lib.7.diſput.1. numer. 9.* Atqui breviarij inſtitutio,vel emendatio neq; ad univerſalis eccleſiæ regimen, neque ad fidem pertinet, neq; ipſis epiſcopis nominatim, & ſpecialiter prohibetur, ergo id poterũt epiſcopi. Confirmatur primò ex *cap.Novit diſt.12.& ex noſtro capite primo huius diſtin.* ex quibus *Gloſſa* ibidem colligit, poſſe epiſcopos in ſuis dæceſibus novos ritus inducere, quoad divinorum officiorum celebrationem, quo nomine venit breviarij recitatio. Conſentit *Azor. part. 1. lib. 10.cap. 13. quæſtione 11.* idemque poteſt deduci ex *cap.Novit,& cap. quanto,de his qua fiunt à prælatis.* Vnde eruit *Navar.lib.3. conſil.tit. de regularibus conſil.79.num.2.* epiſcopis de iure communi licère ſuas eccleſias abſolutè gubernare, ideoq; poſſe novas Sanctorum feſtivitates inſtituere, quos univerſalis eccleſia peculiari ſolemnitate non colit,vt probatur ex *cap. ultimo de feriis, & cap.1.de conſecr.diſtinct.3. Felin.cap. 1.num.18. de ſponſal. Azor.part.2.lib.1.cap.26.quæſt.1.Covar.lib.4. variar.cap.19.num. 4. Sanch. decal. lib.2.cap.43. nu. 9.Reginald.in praxi lib.19.nu.6. Soar.tom.1. de relig. lib.2.cap. 11. num. 4.* & ſequent. Ergo ſimiliter poterit Archiepiſcopus Bracharẽſis Hiſpaniarum Primas,ſuæ diœceſis breviarium per aliquam additionẽ innovare,& in meliorem formam, uſumque faciliorem illud reducere.

Confirmatur ſecundò quia ad derogandum poteſtati,quæ alicui convenit de jure cõmuni, requiritur

requiritur clauſula expreſſa derogatoria; nam cum hoc ſit odioſum, eſt ſtrictè interpretandum. Quod adeo firmum, ratumque exiſtimat *Sanches lib. 1. de ſponſal. diſp. 17. num. 6.* ut cum multis doceat, ad evitandam iuris communis correctionem, licére etiam à propria verborum forma recedere; ergo cum illa poteſtas de iure communi epiſcopis concedatur, ut iſtud ius commune limitetur, taliſque poteſtas auferatur clara, & expreſſa verba requiruntur in lege irritante. Quod verò nulla dentur huiuſmodi verba, apertiſsimè oſtendo quia, in illis verbis bullæ: *Statuentes breviarium ipſum nullo unquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum eſſe:* loquebatur Pontifex de ipſomet Romano breviario, quod immutari omnino interdicit; unde hoc minimè eſt extendēdum ad alia non Romana breviaria, quæ licitè ab eccleſijs particularibus ex permiſsione eiuſdem bullæ & Pontificis fuerunt retenta. Neque valet exemplū á Simili, vel à contrario ſenſu, neq; ab identitate rationis; hæ enim extenſiones nunquam fiunt in lege pœnali, quæ expreſsionem criminis, perſonæ, & caſus poſtulat, ut aſſerunt *Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 71. documento. 3. Afflictis deciſ. 12. numer. 7. Franciſcus Coccius in cap. tranſlato de conſtit. num. 5.* & alij apud *Sayro in clau. reg. lib. 3. cap 8 num. 9.* nam lex pœnalis non fundatur ſolùm in ratione, ut aliæ leges, ſed etiam pendet ex legislatoris volūtate:, ergo ſine prædicta expreſsione non eſt extendenda. Idem præterea oſtenditur in bulla Gregorij XIII. quæ ad finem breviarij ſolet adduci, ubi prohibetur fieri proprium officium de Sanctis, qui illius diœceſis non ſunt naturales, neque eccleſiæ patroni, vel quorum reliquiæ notabiliores, & grādiores in eadem eccleſia aſſervātur. Pontifex enim in tali bulla, ſolùm loquitur de illis eccleſijs, quæ Romano breviario utebantur. Etenim ne Romani breviarij ordo multum inverteretur, prohibuit omnium Sanctorum Hiſpanorum in omnibus Hiſpaniæ eccleſijs officia recitari, niſi prædictas bullæ conditiones haberent; Braccharenſis autem ſedes nūquam Romano breviario uſa eſt; Vnde omni ablato ſcrupulo, poteſt de conſenſu Archiepiſcopi, & Capituli, cuiuſcunque Sancti canonizati officium recitare. Neq; deſunt aliqui viri docti, qui exiſtiment hanc bullam Gregorij XIII. non eſſe uſu, vel praxi receptam, cum in Hiſpania plurimorum Sanctorum officia recitentur, abſque illis conditionibus, quas bulla requirit. Similiter neque in bulla Clementis VIII. ullum verbum eſt; quod antiquam epiſcoporum poteſtatem in minimo abrogare, vel limitare videatur.

7 Secundum fundamētum ſit, quia auctorum memoria traditum eſt, breviarium Compoſtellanum, ſecundo anno poſt editionem breviarij Romani, abque aliqua ſummi Pontificis licentia, reformatum, & emendatum fuiſſe ab illuſtriſsimo, & reverendiſsimo, Archiepiſcopo Compoſtellano D. Gaſpare Aſſumicha, qui in epiſtola ad ſuum Capitulum, quæ refertur in principio eiuſdem breviarij reformati anno 1569. hæc addit expreſſa verba: *Addita ſunt multa, ſublata nōnulla, quæ frigidè ſanctorum ſenientijs admixta, & apocrypha non pauca rejecimus, ex veteribus meliora ſufficientes, ac demum ea diligentia ſingula ſumus perſequuti ut non tam novum breviarium ex veteri, quàm recens natum eſſe videatur.* In quo facto ſecutus fuit iudicium Navarri illa tempeſtate, & omni in futurum ævo clariſsimi, qui in *tractatu de oratione cap. 11. num. 27.* & ſequentibus, affirmat, poſſe prælatos proprias recitandi formas inducere, & ueteres renovare. Probatur ulterius. Cum enim Pius V. facultatem cōceſſerit, ut relictis antiquiſsimis breviarijs, poſſet quis Romanum breviarium aſſumere, eoque impunè uti, etiam conſequenter conceſsit, ut niſi totum vellet, aliquam ſaltem illius partem liberè poſſet amplecti, eū ex Logicorum doctrina in toto partes contineantur. Illud tandē pro coronide eſt addendum, quod præcipuum contrariæ opinionis fundamētum videtur infirmare. Quanvis ſcilicet, Pius V. lege cautum ac ſancitū eſſe decreverit, ne quis aliquid in Romano breviario immutaret, non inde bonum deduci argumētum ad reliqua breviaria. Diſpar ratio eſt quia, cum Romana eccleſia ſit totius fidei caput, & fundamentum, iure optimo maior in ea unitas, & rerum cōcordia requiritur, quàm in alijs eccleſijs, ita ut omnia in ea conſonent, & nihil diſſonum, vel diſcorde appareat. Neque in hac re eſt mediocre argumentum, quod contigit Sanctiſsimo ordini Divi Benedicti, ubi omnium monachorum conſenſu, noſtra hac ætate, eiuſdem ordinis breviarium per novam additionem, & imminutionem reformatum eſt. Quare ergo non poterunt epiſcopi, quod viris religioſis propria ſui ordinis auctoritate conceſſum eſt?

1 ILlorum conſuetudo mihi ſemper optima, & maximè laudabilis viſa eſt, qui ex peractis, abſolutiſque operibus magis diffidentiæ, & diſplicentiæ concipiunt, quàm ſuperbiæ, & complacentiæ; cum teſte Solone, *plerunque errat, qui nimirum ſibi placet.* Qua propter cum hæc Decreti commentaria typis iam excuſſa viderem, non acquievit animus, niſi integrum volumen iterum perlegeret, & bis ad limam revocaret; ægrè enim, & dolenter ferrem, ſi aliquid in meis libris offenderetur, quòd vel catholicæ religionis puritatem, vel pietatis integritatem, vel veritatis ſyncericatem leviſſima ex parte minuere, aut labefactare videretur. Cum omnia in Pontifice optimæ iuventutis educationi, morum probitati, eccleſiæ conſervationi, & ſtudiorum utilitati, debeant inuigilare; nihil in moribus, vel in ſcriptis, & doctrina veritati diſſonum, aut diſcors habere. Dum igitur mea evoluerem ſcripta, aliqua offendi, quæ typographi negligentia, & oblivione ſubterfugérunt. In primis enim *diſt.47 cap.3 num. 1.fol.370.* aſſeritur, eſſe opinionem probabilem, poſſe aliquem pro tutando honore duellũ acceptare, & pro hac parte citatur ibi *Filliucius*, qui tamẽ nullo modo hanc opinionẽ dicit probabilem, ſed ſolùm affirmat *Poſſe aliquibus videri probabilem* ob aliquot fundamenta, quę ibi adducit, ut erat in originali noſtro quia ab hac opinione ſic meus ſemper animus à berravit, ut illam omnino temerariam, & audaciſsimã damnare audeam; ideoq; duellum qui illo titulo acceptant, non ſolum graviſsimè delinquunt, ſed multis etiam pœnis plectuntur quæ in Bullis Pontificalibus exprimuntur, ut videre eſt apud *Ioan. de Lignian. in tract de duello à cap. 10. uſque* ad fin. qui docte probat, eam eſſe in duello criminis atrocitatem, & adeo horrendam flagitij gravitatem, ut omni iure diuino, naturali, & Pontificio, ac civili ſit prohibitum. Quod etiam latè oſtendunt *Mar. Socin. Iun. in conſ.122.vol.2 num.1. Henr. Boic. in cap. 1. de cler. pugn. induell. Vin. in ſua ſylva communium opin. in opin.232. Lucas Florentius in tractatu de prohibitione duelli cap.1. §. 1.* quis ergo audebit dicere duellum tot iuribus prohibitum poſſe aliquando tutandi honoris gratia acceptari? An proprij honoris conſervatio poterit divini iuris integritatem violare? An plus facienda eſt leviſſima honoris ambitio, quàm divinæ legis obſervantia? Abſit tantum nefas, & piaculum, ſatius eſt graviſsimam honoris iacturam, imó etiam ipſius vitæ detrimentum pati, quam aliquod vel exiguum facinus in divinas committere. Quis vero catholicus adeo erit ad vecordiam, inſaniamque redactus, ut tot Bullas Põtificali annulo obſignatas pro contemptu habeat, ſuique honoris conſervationem pluris faciat? Hunc non clementem hominem, ſed belluam potius dicam ſanguinariam. Cũ enim tot Sanctiſsimos Pontifices Iulium ſecundum, Leonem decimum, Pium quartum, Clementẽ ſeptimum, & octavum, Gregorium decimum tertium, duellum videat ardentiſsimis verborum facibus prohibentes, audet tamẽ illorum increpationibus obſeratas aures admovere, ut tenuiſsimam honoris umbram tueatur.

Illud præterea non mediocre huius flagitij 2
eſt argumentum, quodque in duellis gravitatẽ multum auget, ſi nempe illatę pœnæ conſiderentur. Primò enim incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ. Illorum bona venalia exponuntur. Vbique poſſunt capi. In conflictu morientes carent eccleſiaſtica ſepultura. Si ſint clerici deponuntur, & ipſo facto privãtur omnibus beneficijs, manentque inhabiles ad ipſa, vel alia in poſterum obtinenda. Quas omnes pœnas latiſsimè proſequibus *Lucas Florentius* citatus *in cap.5. nu.1.* & ſequent. ubi quàm plurimos auctores citat. Deinde pro hac parte argumentor efficaciter. Si quis duellum committat alicuius iuſſu, & imperio coactus, qui mortem ipſi minatus fuit ni deſcẽderet in arenam, manifeſtè incidit in pœnas duellatoribus impoſitas, ut cum multis probat auctor cit. §.1. *num.6.* ergo cum vita ſit omnium bonorũ maximum, & honoris, famæ, ac fortunarum fundamentum, ſi aliquis ipſa conſervanda nõ poteſt duellum acceptare, minus poterit pro tutando honore. Quàm ſententiam adeo certam exiſtimo, ut contrariam nullo modo defendẽdam proponam; imo illam omnino reprobẽ.

Quia verò hanc in ſegetem falcem miſimus 3
non intempeſtivam, iuvat hoc loco binas intexere quæſtiones, quas breviſsimè tãtum perſtingemus. Prima quæſtio inquirit. Vtrũ duellum pugnis committentes incidant in Bullæ pœnas? Placet reſponſio negativa, quia ubi ceſſat præcipuus finis, & ratio legis, ceſſat etiam ipſa lex & prohibitio; ſed quando pugnis in duello decertatur, neque corpora fiunt cruenta neque inde provenit animarum perditio, quæ erat præcipua ratio prohibitionis, ergo per illud duellum minimè incurruntur pœnæ per Bullam inflictæ. Ita *Vgolinus in tractat. de officio, & pot. epiſcopi. part. 1. cap. 8. §. 2. num 2. verſ. quinto, Florentius cap.3. §. 8.* Imo addit *Caetanus in ſumma*, verbo, *duellum ſemper*, non ſolum non incurrere præſcriptas Bullæ pœnas, ſed nullo modo eſſe peccatum, quando nullum datur vitæ, aut mutilationis periculum. Magis tamen placet *Sylveſter in ſumma*, verbo, *duellum num. 2. in fin.* affirmans, eſſe peccatum mortale, propter odium plerunque ibi, interveniens.

Secunda quæſtio eſſe poteſt. Vtrùm duellũ 4
baculis cõmittentes incidant in dictas pœnas?

Eſt qui-

Eſt quidem quæſtio noſtræ Luſitaniæ ſatis opportuna, ubi non ſolùm inter agreſtes homines,& incultos ovium paſtores, multoties (ut inquit Virgilius) *Stipitibus duris agitur, fudibus vè pranſtis*; ſed etiam inter urbanos, & oppidanos hæc baculorum rixa frequens eſt; maximé inter clericos,qui dum prohibentur gladium,vel pugionem lateri accinctum geſtare, baculis armantur, *ſævoſque gerunt in bella dolones*, ut ait *Maro Æneid.*7.qui dolones,ſunt baculi quidam ferrati,duriſsimum armaturæ genus. Si igitur contingat, ut quibuſcunque baculis duellum committatur, mihi probabilius eſt, ita concertantes incurrere in Bullæ pœnas. Quam reſolutionem debes *Florano cap.* 5. §. 9. & *Vgolino tract.de officio,& pot. epiſcop. part.* 1. *cap.*8.§.2.*num.* 2.verſ.*quinto tbi.* Ratio eſt quia, ubi finis legis, ac prohibitionis locum habet, etiam ipſa lex, & prohibitio locum habere debet, *arg.cap.cum dilecta de confirm.utili vel inutil. & l. illud ff. ad leg. Aquil.& l.à Titio ff.de verbor.obligat.* Sed duellum præcipuè prohibetur ob manifeſtum vitæ periculum, quod baculis certius evenire ſolet, quàm pugnis,ergo, &c.

Cautio ad initum 90. *diſt. num.*2.

ILlud etiam in meo libro animadverſione, & correctione dignum offendi,quód irrepſit *diſt* 90. in principio *fol.*785. Guntherus poeta *clariſsimus* nuncupatur. Dictum deſpuo, & retracto. Neque enim clariſsimi cognomento dignus eſt,qui ſe fœdiſsimo hæreticorum morbo contaminavit, & omnem muſæ ſplendorẽ erroris deformitate obſcuravit. Ex indice Luſitano *fol.* 616.

Finis primæ partis Decreti.

ECCLESIÆ MATRI AVCTORIS SVBMISSIO.

EGo Domnus Rodericus à Cunha, dominus, & Archiepiſcopus Bracharenſis, Hiſpaniarum Primas, tibi ò alma mater, Sancta Romana eccleſia fidei primas defero libens:& invalidum,& nullum me habere profiteor,ſi quid eſt in hoc opere, quod candidis,ac ſacris ſanctionibus contraveniat: & Veriſsimis, pariterq; ſanctiſsimis tuis cenſuris me totum trado, ſubdo, ſubmitto uti paratiſsimus filius,& alumnus.

CATALOGVS AVCTORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CITANTVR.

ABas Antiquus.
Abas Panormitanus.
Abrahamus Hortelius.
Abrahamus Bzovius.
Abulensis.
Achilles Gazatus.
Achilles de Grassis.
Achilles Statius Lusitanus.
Adrianus Papa.
Ægidius Bosius.
Ægidius Bellamera.
Ægidius Scondoclius.
Ægidius Bellamon.
Ægidius Lusitanus.
Ægidius Coninck.
Ægidius Romanus.
Ælius Antonius Nebrissa.
Ælianus.
Æmilius Ferretus.
Æneas de Falconibus.
Æneas Sylvius.
Ætas mundi.
Agapetus Diaconus.
Albanus Cardinalis.
Albericus de Rosatis.
Albertinus.
Albertus Bassanus.
Albertus ab Albertis.
Albertus Castella.
Albertus Pighius.
Albertus Trocius.
Albertus Magnus.
Albinus.
Alexander de Ales.
Alexander Aphrodisæus.
Alexander Raudensis.
Alexander de Imola.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Trentasinq.
Alexander de Nevo.
Alexander Carrerius.
Alexander Scotus.
Alexander Sculte in chronogr.
Alexander Stiaticus.
Aloysius Lippomanus.
Aloysius de Albertis.
Aloysius Thirinus.
Aloysius Riccius.
Alphonsus de Vega.
Alphonsus de Villegas.
Alphonsus de Castro.
Alphonsus Rex Castellæ.
Alphonsus Ianuarius Poeta.
Alphonsus de Mendoça.
Alphonsus Azevedo.
Alphonsus Hojeda.
Alphonsus de Heredia.
Alphonsus Alvares Guerrero.
Alphonsus de Vlhoa.
Alphonsus Vera Cruz.
Alphonsus Villaguta.
Alphonsus de Molina Medrano.
Alphonsus Salmeron.
Alphonsus de Leon.
Alphonsus Rodrigues.
Alphonsus Chacon.
Alvarus Vallascus Lusitanus.
Amatus Lusitanus.
D. Ambrosius.
Ambrosius Morales.
Ambrosius Vignat.
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius de Opizionibus.
Amedeus de Ponte.
Ammianus.
Amphilochius.
Anastasius Synaita.
Anastasius Antiochenus.

Anaſtaſius Germonius.
Andreas Tiraquellus.
Andreas ſancti Michaelis.
Andreas Stella Somarchinus.
Andreas ab Exea.
Andreas Alciatus.
Andreas ab Iſernia.
Andreas de Laguna.
Andreas Bovadilla.
Andreas Gambarus.
Andreas Barbacia.
Andreas Poza.
Andreas Gail.
Andreas Gallus.
Anellus Amatus.
Angelus Aretinus.
Angelus Conſtantius.
Angelus Manſquius.
Angelus, vel ſumma Angelica.
Angelus Palitianus.
D. Anſelmus.
D. Antoninus.
Antonius Faber.
D. Antonius Luſitanus in concionibus.
Antonius Dalla.
Antonius Yepes.
Antonius de Govea Luſitanus.
Antonius de Roſellis.
Antonius de Canario.
Antonius Corſetus.
Antonius Gomez.
Antonius â Gama Luſitanus.
Antonius Fabricius.
Antonius Niguzantius.
Antonius Theſſaurus.
Antonius de ſancto Romano.
Antonius de Herrera.
Antonius Scaynus.
Antonius Honcala.
Antonius meneſes de Padilla.
Antonius monachus.
Antonius Butrius.
Antonius de Burgos.
Antonius Gabriel.
Antonius Quezada.
Antonius de Cordova.
Antonius de Guevara Epiſcopus.
Antonius Scapus.
Antonius Corduba de Lara.
Antonius Roſcius.
Antonius maria Coracius.
Antonius Capiſius.
Antonius Auguſtinus.
Antonius maſſa Galeſius.
Antonius de Sola.
Antonius Fernandes Luſitanus.
Antonius Vaſconcellos Luſitatus.
Antonius Cucus.
Antonius de Pretis.
Antonius Muſa.
Antonius Liberalis.
Antonius Matheus.
Antonius de Petra.
Antonius Cardozo de Amaral Luſitan.
Antonius Ruicius.
Antonius Albetanus.
Antonius Panormitanus.
Antonius Rampegola.
Antonius Poſſevinus.
Antonius de Souſa Luſitanus.
Apollonius.
Appianus Alexandrinus.
Arator Cardinalis Poeta.
Archangelus Gianius.
Archidiaconus Bononienſis.
Arias Pinellus Luſitanus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Ariſtides.
Armandus.
Arnaldus Albertinus.
Arnobius,
Arnoldus Boſſius.
Arnoldus Mennapus.
Arnoldus Boſtius.
Arnoldus de Duſco.
Arnoldus Violobelga.
Arnulphus Ruzeus.
Aſtertius.
Atalaſcus de Lovera.
D. Athanaſius.
Aubertus Miræus.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Eugubinus.
Auguſtinus Lopes.
Auguſtinus Nimphus.
Auguſtinus Berous.
Auguſtinus Barboſa Luſitanus.
Auguſtinus de Ancona.
Auguſtinus Morlanes.

Auguſtinus Florentinus.
Auguſtinus Fortunius.
Auguſtinus Ariminenſis.
Auguſtinus Triumphus.
Aulus Gellius.
Aurelius Corbulus.
Aurelius Prudenſius poeta.
Auſonius.
Aymarus Fulco.
Aymon Craveta.

B.

Bachonius.
Baculus Clericalis.
Baldus de Peruſio.
Balthazar Altamirahus.
Balthazar Mogollon.
Baltazar Paes Luſitanus.
Bander in tractat. reviſion.
Baptiſta Platina.
Baptiſta Confectius.
Baptiſta de ſancto Blaſio.
Baptiſta Stiparoliu s.
Baptiſta Ferrarienſis.
Baptiſta del Tuffo.
Baptiſta Caſtalbus Theotinus.
Barnabas de Montal vo.
Barnabas Briſſonius.
Bartholomæus Socinus.
Bartholomæus Cartagena.
Bartholomæus Carranza.
Bartholomæus Cepolla.
Bartholomæus Fumus Armilla.
Bartholomæus Vgolinus.
Bartholomæus Humada.
Bartholomæus Chaſſaneus.
Bartholomæus Medina.
Bartholomæus Salicetus.
Bartholomæus Philippe Luſit.
Bartholomæus Laurenſius.
Bartholomæus Bellicinus.
Bartholomæus de Martiribus Luſitanus Archiepiſcopus Primas.
Bartolus de Saxo Ferrato.
D. Baſilius.
Baſilius Zanchinus.
Beda Venerabilis.
Belchior Pelaes.
Belchior Canus.
Belforenſius in Coſmographia.
Benedictus Gandius.
Benedictus Iordanus.
Benedictus Leo.
Benedictus Florentinus.
Benedictus Cepra.
Benedictus Fernandes Luſitan.
Benedictus Pereira.
Benedictus Berdonius.
Benedictus Ægydius Luſitanus.
Benvenutus Stracha.
Bermondus.
Bernardinus Alphanus.
Bernardinus de Beſſa.
Bernardinus Gomes de Miedes
Bernardinus Roſignolius.
Bernardus Dias.
Bernardus Grauæus.
Bernardus Compoſtellanus.
D. Bernardus.
Bernardus Buſto.
Bernardus Comenſis.
Bernardus Valis umbroſis.
Bernardus de Britto Luſitanus.
Biblia Sacra.
Bion.
Blaſius Viegas Luſitanus.
Blaſius Alvares Mirabal.
Blaſius Flores Dias de Mena.
Blodius Fauius.
D. Bonaventura.
Bonifacius de Vitalinis.
Bonifacius Bota.
Borniguus Cavalcanus.
Boſchius Codecha.
Brunorius à Sole.

C.

Caietanus.
Caius Plinius.
Caius Plinius Iunior.
Camillus Borrellus.
Capella Tholoſſana.
Carolus Sribanius.
Carolus Sigonius.
Carolus de Tapia.

Caarolus Molinæus impius.
Carolus de Graſſis.
Carolus Magnus.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Caſtaldus Reſtaurus.
Catechiſmus Pij Quinti.
Catechiſmus ad parochos.
Catilianus Costa.
Cato de re ruſtica.
Catullus Poeta.
Cælius Rodeginius.
Cæſar Baronius.
Cæſar Francoti.
Cæſar Contardus.
Cæſar Lambertinus.
Cæſar Hiſtoricus.
Cæſar Scaliger.
Chamerotus.
Chriſoſtomus Iavellius.
D. Chriſoſtomus.
Chriſtophorus Porcus.
Chriſtophorus Clavius.
Chriſtophorus Gelius Luſitan.
Chriſtophorus Marcellus.
Chriſtophorus Roſiniacius.
Chriſtophorus Portius.
Chriſtophorus de Piroles.
Chriſtophorus Madritus.
Claudianus Poeta.
Claudius Betander.
Claudius Galenus.
Claudius Robertus.
Claudius Ptolomeus.
Claudius Paradinus.
Claudius Sponcius.
Claudius Cantiuncula.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Coccius Sabellicus.
Columella.
Conradus Germanus.
Conradus Brunus.
Cõſtantius Pulcharellius Poeta.
Conſtitutiones Synodales.
Conſtantinus Caietanus.
Conſtantius Falicenſis.
Cornelius Ianſenius.
Cornelius Benincaſius.
Cornelius á Cornelijs.
Cornelius Celſus Medicus.
Cornelius à Lapide.
Coſmas in pracmat.
Coſmas Guimier.
Coſmas Magallanius Luſitanus.
Coſmus de Faville.
Crotus de teſtib.
Curſenius Auguſtinianus.
Curſus Conimbricenſis.
D. Cyprianus.
Cyprianus Soares Luſitanus.
Cyrillus Francus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

D.

Damaſus Papa Luſitanus.
Damianus de Goes Luſitanus.
Dantes Aliger Poeta.
Deciſiones Rotæ.
Deſiderius Langobardus.
Deuſdedit Cardinalis.
Didacus Balea.
Didacus de Caſtillo.
Didacus Sahagum.
Didacus Morillo.
Didacus do Couto Luſitan.
Didacus Covaruvias à Leiva.
Didacus Perez.
Didacus de Brito Luſitanus.
Didacus Spino.
Didacus ab Alava.
Didacus Lopes de Stunica.
Didacus Merlanes.
Didacus Stella.
Didacus Segura.
Didacus Rodrigues Alvarado.
Didacus Fielcontreras.
Didacus Cuntera.
Diodorus Siculus.
Diogenes Philoſophus.
Diogenes Laertius.
Dionyſius Chryſoſtomus.
Dionyſius Paulus.
Dionyſius Halicarnarſſius.
Dionyſius Alexandrinus.
Directorium Inquiſitorum.
D. Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Petavius Poeta.

Dionyſius Lucius.
Dionyſius Cartuſianus.
Dioſcorus Epiſcopus.
Domitianus Chamirota.
Dominicus Montagnolus.
Dominicus de S. Geminiano.
Dominicus Tempeſta.
Dominicus Sotto.
Dominus Iacobatius.
Dominus Marcus Luſitanus.
Dominicus Bañes.
Donatus Gramaticus.
Donatus Fina.
Duardus Nunes de Leão Luſit.
Dynus Muxellanus.

E.

Edmondus Augerius.
Emanuel Mendes Caſtro Luſitanus.
Emanuel Alvares Luſitanus.
Emanuel da Coſta Luſitanus.
Emanuel Barboſa Luſitanus.
Emanuel Rodrigues Luſitanus.
Emanuel Pimenta Poeta Luſitanns.
Emanuel Suares Luſitanus.
Emanuel de Valle Luſitanus.
Emanuel Figueira Luſitanus,
Emericus à Rosbach.
Empedocles Ennius Poeta.
D. Epiphanius.
D. Ephrem.
Equinarius Baro.
Eraſmus Damnatus.
Eraſmus à Cochier.
Eudoxius Locatellus.
Everardus in Topica juris.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Papa.
Euthimyus.
Eutropius.

F.

Fabius de Annania.
Fabianus de Monte S. Savini.
Fauſtinus Rhegienſis.
Federicus de Senis.
Federicus Scotus.
Felicianus Solis.
Felicianus Comenſis.
Felinus Sandæus.
Ferdinandus Querinus Salaſar.
Ferdinandus Rabellus Luſitan.
Ferdinandus Paez Luſitanns.
Ferdinandus del Caſtillo.
Ferdinandus de Mendoça.
Ferdinandns de Menchaca.
Ferdinandus Loaſes.
Ferdinandus Oxea.
Flaminius Pariſius.
Flaminius Foro Cornelienſis.
Flaminius Chartarius.
Florentius Hæreus.
Floretus Poeta.
Flores Poetarum.
Flores de Mena.
Fortunius Garſia.
Franciſcus Medices.
Franciſcus Meneſius.
Franciſcus Gonſaga.
Franciſcus Modius.
Franciſcus Ovillotus.
Franciſcus Selazar.
Franciſcus Rogerius.
Franciſcus Sachinus.
Franciſcus Turrianus.
Franciſcus Torreblanca Villalpando.
Franciſcus Ribera.
Franciſcus Antonius.
Franciſcus Valleſius.
Franciſcus de Pitigianis.
Franciſcus Ottomanus.
Franciſcus Titelmanus.
Franciſcus de Prato.
Franciſcus Philelphus.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Roizius.
Franciſcus Burſatus.
Franciſcus de Caldas PereiraLuſitanus.
Franciſcus Sarmiento.
Franciſcus Marcus.
Franciſcus Zabarella.
Franciſcus Lucanus de Parma.
Franciſcus Curſius.
Franciſcus Connanus.
Franciſcus Foreiro Luſitanus.

Gregorius Lopez Madera.
D. Gregorius Naſianſenus.
D. Gregorius Thaumaturgus.
Gualterus Burlæus.
Guido Archidianonus.
Guido Pape.
Guido le Roville.
Guido Pancirola.
Guillelmus Budæus.
Guillelmus Durandus.
Guillelmus Baldeſanus.
Guillelmus Candinus.
Guillelmus de Mandagoto.
Guillelmus Dameſus.
Guillelmus Benedictus.
Guillelmus Caſſadorus.
Guillelmus Durantes.
Guillelmus Redoanus.
Guillelmus Peñaldus.
Guillelmus Paraginus.
Guillelmus Neubugenſis.
Guillelmus de Samaco.
Guillelmus Stanefeldus.
Guillelmus Grena.
Guillelmus Tyruvis.
Guntherus Ligurinus Poeta.

H.

Hector Boethius.
Hector Pinto Luſitanus.
Hector Felicius.
Heliodorus.
Henriques Bottcus.
Henriques Rijſuvichius.
Henricus Henriques Luſitanus.
Henricus Arnoldus.
Henricus Frizo.
Henricus Gandavenſis.
Herodotus.
Heſiodus Poeta.
Hieronymus Oſorius Luſitanus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Florentinus.
Hieronymus Rubius Rebenas.
Hieronymus Megi.
Hieronymus Llamas.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Gonſales.
Hieronymus Portoles.
Hieronymus Lauretus.
Hieronymus de Zenetinis.
Hieronymus Surita.
Hieronymus Vida, Poeta.
Hieronymus Blancas.
Hieronymus Romanus.
Hieronymus de la Rua.
Hieronymus Zanchius.
Hieronymus de Tortis.
Hieronymus Albanus.
Hieronymus de Monte.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Gabriel.
Hieronymus Paulus.
Hieronymus Magius.
Hieronymus Gratus.
Hieronymus Fernandes de Otero.
Hieronymus Vuelmius.
Hieronymus de Yepes.
Hieronymus Magont.
Hieronymus Plato.
Hioronymus Albus.
D. Hildephonſus.
D. Hilarius.
Homerus Poeta.
Honoratus.
Horatius Flaco Poeta.
Horatius Nandotius.
Horatius Carpanus.
Horatius Gambacurta.
Horatius Lutius.
Horatius Turcelinus.
Hortentius Cavalcanus.
Hoſius Cardinalis.
Hoſtienſis.
Hugo Cardinalis.
Hugo de ſancto Victore.
Hypolitus de Marſilijs.
Hypolitus Marſilius de Colũna.
Hypolitus Riminaldus.
Hypolitus Bonacoſſa.
Hypocrates.

I.

Iacobus Alvarotus.
Iacobus Philippus.
Iacobus Grethſerus.

Ioannes Nicolaus.
Ioannes Imola.
Ioannes Faber.
Ioannes Lupi.
Ioannes Nider.
Ioannes Iacobus.
Ioannes de Cruce.
Ioannes Franciſcus Leo.
Ioannes Otalora.
Ioannes Sallas.
Ioannes Vela.
Ioannes Petrus Moneta.
Ioannes Hentenius.
Ioannes Garetius.
Ioannes de Rada.
Ioannes Sanches.
Ioannes Ferus.
Ioannes Selva.
Ioannes Gratianus.
Ioannes Ovinus.
Ioannes Orozeus.
Ioannes Andreas.
Ioannes Lecirier.
Ioannes de S. Georgio.
Ioannes Brunellus.
Ioannes Parladorus.
Ioannes Baptiſta Caccia Lupus.
Ioannes Rojas.
Ioannes Baptiſta Ferretus.
Ioannes Franciſcus Ripa.
Ioannes Matienço.
Ioannes Gutierrez.
Ioannes de Medina.
Ioannes Neviſanus.
Ioannes Campegius.
Ioannes Caroſius.
Ioannes Crotus.
Ioannes Rioche.
Ioannes Socarratis.
Ioannes de Graſſis.
Ioannes de Arnono.
Ioannes de Indagine.
Ioannes Baptiſta Aſinius.
Ioannes Cephalus.
Ioannes Martines de Olano.
Ioannes Gaſpar Ortigas.
Ioannes Franciſcus Fara.
Ioannes Franciſcus Pavinus.
Ioannes Paulus Lancellotus.
Ioannes Sepulveda.

Ioannes de Bardaxi.
Ioannes Coſta.
Ioannes Dilectus.
Ioannes Picus Mirandula.
Ioannes Igneus.
Ioannes Antonius Rubeus.
Ioannes de Heroſco.
Ioannes de Turrecremata.
Ioannes Tarcagnota.
Ioannes Montolinus.
Ioannes Trullo.
Ioannes Vaſcus.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Nicolaus Delphinatus.
Ioannes Segura Davalos.
Ioannes de Garnica.
Ioannes Maria Monticellus.
Ioannes Maria Poltianus.
Ioannes Geminianus.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Ludovicus de la Cerda
Ioannes Buſæus.
Ioannes Lopez.
Ioannes Torres.
Ioannes de Arias.
Ioannes Soares Epiſcopus Luſitanus.
Ioannes Maldonatus Luſitanus.
Ioannes Rusbroquius.
Ioannes de Aqua Veteri.
Ioannes Palionidorus.
Ioannes Chiniveto.
Ioannes de Gauda.
Ioannes de ſancta Maria.
Ioannes Marquez.
Ioannes Bruxelinus.
Ioannes Maulinius.
Ioannes Maugurnus.
Ioannes de Nigravalle.
Ioannes Trullus.
Ioannes de Caſtavila.
Ioannes Gabucius.
Ioannes Petrus Suſſanus.
Ioannes Picardus.
Ioannes Panchetus.
Ioannes Florentinus.
Iodocus Coccius.
Iodocus Damhouderius.
Iodocus Amanus.
Ioſephus Angles.
Ioſephus à Coſta.

Ioſephus Scaliger.
Ioſephus Pamphilus.
Ioſephus Maſcardus.
Ioſephus Antiquitatum.
Ioſephus Stephanus.
Ioſephus Gonſalez.
Ioſephus Ludovicus.
Ioſephus Bernaldinus.
Ioſias Mercerus.
Iſacus Caſaubonus.
D. Izidorus Hiſpal.
Izidorus Clarus Brixianus.
Izidorus Moſconius.
Izidorus Peluſiota.
Iudocus Clitoveus.
Iulianus Taboetus.
Iulius Rugerius.
Iulius Cæſar Capuccius.
Iulius Clarus.
Iulius Ferretus.
Iulius Ravirius.
Iuſtus Reuberius.
Iuſtus Lipſius.
Iuvenalis Poeta.
Iuvencus.

L.

Lactantius Firmianus.
Laertius Chirubinus.
Lampridius.
Lancellotus Conradus.
Lancellotus Gallia.
Lanfrancus de Oriano.
Laurentius Iuſtinianus.
Laurentius Belli.
Laurentius Valla.
Laurentius Cuperus.
Laurentius Surius.
Laurentius Chircovius.
Laurentius Borellas.
Laurentius de Empolli.
Laſarus Fænutius.
Leander Albertus.
Leander Galganetus.
Lelius Zechius.
Leo Cardinalis.
D. Leo Papa.
Leonadus Leſſius.
Lilius Giraldus.
Lindanus.
Lucanus Poeta.
Lucas de Peña.
Lucas de Montoja.
Lucas Floranus.
Lucas Tudenſis.
Lucas Pantius.
Lucas Ferrinius.
Lucianus.
Lucius Florus.
Lucius Marineus Siculus.
Lucilius.
Lucrecius Poeta.
Ludovicus de Molina Theologus.
Ludovicus de Molina Iuriſconſultus.
Ludovicus de Granada.
Ludovicus Romanus.
Ludovicus Meſſia.
Ludovicus Carrerius.
Ludovicus Lopes.
Ludovicus Gomeſius.
Ludovicus Falconius.
Ludovicus Peguera.
Ludovicus de la Puente.
Ludovicus Pons.
Ludovicus de Beja.
Ludovicus de Avendaño.
Ludovicus de Souza Luſitanus.
Ludovicus de Gozadinis.
Ludovicus Rodolphinus.
Ludovicus de Angelis Luſitanus.
Ludovicus del Marmol Carvajal.
Ludovicus de Cruce Poeta Luſitanus.
Ludovicus Camonius Poeta Luſitanus.
Ludovicus de Miranda.
Ludovicus de Leone.
Ludovicus Correa Luſitanus.
Ludovicus Boglinius.
Ludovicus Furtado.
Ludovicus de Carbone.
Ludovicus Sotomayor Luſitatus.
Ludovicus Roboledo.
Lupus à Vega Carpius Poeta.

M.

Macrobius.
Magiſter Sententiarum.
Mambrinus Roſæus.
Mathæus Raderus.
Michael Ghiſlerius. Marce-

Marcellus donatus.
Marcellus Francolinus.
Marcellus de Mauro.
Marcellus de Callaca.
Marcellus Marullus.
Marcus Antonius Peregrinus.
Marcus Antonius Natta.
Marcus Salon de Pace.
Marcus Antonius Boldus.
Marcus Fabius Quintilianus.
Marcus Mantua.
Marcus Tullis Cicero.
Marcus Antonius Cucus.
Marcus Antonius Amatis.
Marcus Antonius Genuentis.
Margarita Confeſſorum.
Marianus Socinus.
Marius Salamonius.
Marius Antoninus.
Marius Alterius.
Marſilius Ficinus.
Martialis Poeta.
Martinus ab Aſpilcueta Navarrus.
Martinus Vallus.
Martinus Polacus.
Martinus de Ayala.
Martinus Laudenſis.
Martinus del Rio.
Martinus Alphonſus de Vivaldo
Martinus Martini.
Martinus Garſia.
Martinus de Ledeſma.
Martinus Pollonus.
Martinus Miraucte Blancas.
Martinus Garratus.
Martinus de Carualho.
Martiuus de Viriana.
Martinus Carrilho.
Martinus Pornarius.
Martinus de Frias.
Martinus monter à Cueva.
Martinus Meſnartius.
Martyrologium Romanum.
Maſſuerius.
Mathęus Palmerius.
Mathęus Chærianus.
Mathęus de Pace.
Mathęus de Affilictis.
Mathęus Mtthesilanus.
Mathęus Brunus.
Mathęus Gribaldus.
Mathęus Belloicus.
Mathęus Villanius.
Mathęus de Fano.
Matthias de Pace.
Matthias Colerius.
Maximus Epiſcopus.
Melchior Phæbo Luſitanus.
Michael Thomaſius.
Michael Pavianus.
Michael Agia.
Michael de Palacio.
Michael Pinto in Muſa Panegyrica Luſitanus.
Michael Timotheus.
Michael Cifuentes.
Michael Graſijs.
Michael à Medina.
Michael Cercito.
Michael Aviñon.
Michael del Molino.
Michael Gingeta.
Michael Andreas Bettēdropius.
Michael Bartholomeus Salon.
Michael Vlcurrunus.
Michael Pampilon.
Michael Verinus.
Michael Montanus.
Michael Craſſus.
Michael de Viadin.
Michael Naſarius.
Michael martin de Villar.
Michael Verinus Poeta.
Micrologus.
Miles in Reportorio.
Mutinus Iuſtinus.

N.

Naſcimbenus in Virgilium.
Natalis Comes.
Natalis Gauer mercenarius.
Nellus de Sancto Geminiano.
Nepos à monte Albano.
Nicephorus:
Nicolaus Florentia.
Nicolaus Orlandinus.
Nicolaus Cruſſonus.
Nicolaus Antonius Grauatius.

Nicolaus

Nicolaus Couſenius.
Nicolaus Garcia.
Nicolaus Everardus.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Reuſnerus poeta.
Nicolaus Vigucrius.
Nicolaus Anellus Pacca.
Nicolaus Borrius.
Nicolaus Plotus.
Nicolaus Aurificus.
Nicolaus Millis.
Nicolaus Feſtaſius.
Nicolaus Moronius Gualdenſis.
Nicolaus de monte Celſo.
Nicolaus Turdi anus.
Nicolaus Ariminenſis.
Nicolaus de Niſſe Theologus.
Nicolaus Gorranus.
Nicolaus Gruchius.

O.

Octavianus Cacheranus.
Octavianus Simoncellus.
Octavianus Veſtrius.
Octavius Pancirolus.
Odoardus Nemeſius.
Oddus Peruſinus.
Oldradus de Ponte.
Oldradus Pontanus.
Oldradus Roffenſis.
Oleaſtro Luſitanus.
Onuphrius Panuinus.
Ordinationes Luſitaniæ.
Origines.
Otto Abbas.
Ovidius Naſo.

P.

Palatius Rubeus.
Paludanus Theologus.
Pamellius in Cyprianum.
Papirius Maſonius.
Paphnutius Epiſcopus.
Paulinus Epiſcopus.
Paris de Puteo.
Paulinus poeta.
Paulus Pariſius.
Paulus Venetus.
Paulus Santorius.
Paulus Fuſcus.
Paulus Comitolus.
Paulus Morigia.
Paulus Fraxinellus.
Paulus Squillas.
Paulus Eleazarus.
Paulus Grilandus.
Paulus de Cittadinis.
Paulus Caſtrenſis.
Paulus Regius.
Paulus Granutius.
Paulus de Palatio.
Paulus de Caſtro.
Paulus Æmilius.
Paulus de Montepico.
Paulus Oroſius.
Paulus Iovius.
Paulus Nanutius.
Pedanius Dioſcorides.
Pedraza.
Pepinus.
Perſius poeta.
Petronius Arbiter.
Petrus Bollus.
Petrus Ribadaneira.
Petrus à Monte.
Petrus de Ravenna.
Petrus Miſſia.
Petrus de Onha in ſua Logica.
Petrus Sutor.
Petrus Ruizius.
Petrus de Petra.
Petrus à Biaxio.
Petrus Lenauderius.
Petrus Bimius.
Petrus Nunes de Avendaño.
Petrus Sottus.
Petrus Navarra.
Petrus Gregorius in Syntagm.
Petrus de Vbaldis.
Petrus Dueñas.
Petrus Nonvis Salacienſis.
Petrus Barboſa Luſitanus.
Petrus Sanz Morquechus.
Petrus Muños de Eſcobar.
Petrus Alphõſus Vaſcõcellos Luſitanus.
Petrus Gadofredus.

Petrus de Ledeſma.
Petrus Iacobus.
Petrus de Bruxellis.
Petrus Philippus Corneus.
Petrus de Alcoçer.
Petrus Apianus.
Petrus Hiſpanus.
Petrus Tartaretus.
Petrus Caballus.
Petrus Caretus.
Petrus de Perufio.
Petrus Victorius.
Petrus Dominicus Magdalenus.
Petrus Bleſenſis.
Petrus Ferrarienſis.
Petrus Angelus Bargæus poeta.
Petrus Lopes Luſitanus poeta.
Petrus Folerius.
Petrus de Bella pertica.
Petrus Pechius.
Petrus Rebuffus.
Petrus Belluga.
Petrus Salazar.
Petrus Beniotendis.
Petrus Lazarius.
Petrus Gerardus.
Petrus Paulus Pariſius.
Petrus Ludovicus Martinez
Petrus Honcala.
Petrus de Vnzola.
Petrus Bertrandus.
Petrus Mexia.
Petrus Roizius.
Petrus Mozius.
Petrus Villalo Tortoles.
Petrus Ancharranus.
Petrus Sanches.
Petrus Michael Corbonel.
Petrus Peralta.
Petrus Naya.
Petrus Galeſinus.
Petrus Antonius Beuter.
Petrus de Natalibus.
Petrus Plaça.
Petrus de Aragon.
Petrus Cirvelus.
Petrus Caniſius.
Petrus Greſeus.
Petrus Recordatus Caſſinenſis.
Petrus Dorandus Palmerius.

Petrus à Fonſeca Luſitanus.
Petrus Opmerus.
Petrus Bellovis.
Petrus Mariſius Luſitanus.
Petrus Matthæus.
Petrus Antonius Spinellus.
D. Petrus Chryſologus.
D. Petrus Damianus Cardinalis
Petrus Furtado de Mendoça.
Phanutius de Phanutijs.
Philbertus Pingonius.
Philippus Probus.
Philippus Aureolus.
Philippus Moræus.
Philippus Novarienſis.
Philippus Portius.
Philippus Decius.
Philippus de Franchis.
Philippus Franco.
Phillippus Bergomas.
Philo Hebræus.
Philo Carpatius.
Piaza univerſal de Garſonij.
Pierius Valerianus.
Piznella ſumma.
Pierius commentator Virgilij.
Plautus poeta.
Plutarchus.
Pomæriũ eccleſiæ Rhavenatis.
Polancus.
Polyanthea.
Polydorus Virgilius.
Polydorus Ripa.
Pomponius Lætus.
Pomponius Faber.
Porphyrius.
Pratum Spirituale.
Priſcianus.
Procopius Cęſarienſis.
Propertius poeta.
D. Proſperus.
Proſperus de Auguſtino.
Proſperus Caravita.
Prudentius da Sandoval.
Prudentius poeta.

Q.

Quintanaduenas.
Quintilianus Manſidous.
Quintus Curtius.

R.

Rabbanus Maurus.
Rabbi Salomon.
Rades de Andrada.
Raphael Miſſæus.
Raphael de la Torre.
Raphael Cumanus.
Raphael Fulgoſius.
Raphael Volaterranus.
Raphael Baſſanus.
Raymundus Lulius.
Raxiſius Textor.
Remigius.
Remigius de Gonni.
Renatus Choppinus.
Repertorium Inquiſitorum.
Rævard. lib. coniect.
Richardus Anglicus.
Richardus de Media villa.
Richardus Victorinus.
Robertus Maranta.
Robertus Bellarminus.
Robertus Lancellotus.
Rochus Curtius.
Rodericus Ferdinandus.
Rodericus Soares.
Rodericus Gonçalves Luſitan.
Rodericus de Enciſo.
Rodericus Archiepiſcop. Tolet.
Rodericus Epiſcopus Zamorẽs.
Rodolphus Agricola.
Rodolphus Cupers.
Rofredus Beneventanus.
Rolandus à Valle.
Romanus Sinurus.
Roſinius antiquit. Roman.
Rota Romana.
Rota Genuenſis.
Ruginellus.
Rupertus Abbas.
Rutilius Benſonius.

S.

Saluſtius.
Sartius Ciracelus.
Scipio Ianuarius.
Scotus.
Sebaſtianus Gomes de Figueiredo Luſit.
Sebaſtianus Monticulus.
Sebaſtianus Medices.
Sebaſtianus Vantius.
Sebeſtianus Nævi.
Sebaſtianus Barradas Luſitan.
Sebaſtianus Cæſar Luſitanus.
Sebaſtianus Brantius.
Sebaſtianus Peres.
Sebaſtianus Orozco.
Sedulius Poeta.
Seneca Philoſophus.
Seneca Poeta.
Seraphinus de Freitas Luſitan.
Seraphinus de Seraphinis.
Seraphinus Cardin.
Serario.
Servius commentator Virgilij.
Severinus Boetius.
Severinus.
Severinus Binius.
Sextus Ruffus.
Sfortius Odda.
Sidonius Apollinaris.
Sigiſmundus Scaccia.
Signorolus de Homedeis.
Silius Italicus.
Simon de Pretis.
Simon Maiolus.
Simon de Caſſia.
Simoncellus.
Sirapion vel Serapion.
Sorbus.
Speculum exemplorum.
Spino de Caceres.
Spondanus Biciolla.
Staniſlaus Hoſius.
Staniſlaus Socolouius.
Statius Papinius Poeta.
Stephanus Garibay.
Stephanus Coſta.
Stephanus Aufrerius.
Stephanus Durantes.
Stephanus Fagundes Luſitanus.
Stephanus Gratianus.
Stephanus Quaranta.

Stephanus de Gaeta.
Stephanus Bertandus.
Stephanus Forcatulus.
Stephanus de Avila.
Strabus.
Suetonius.
Suidas.
Sylvanus Ruizius.
Sylveſter Marulus.
Sylveſter Prierate.
Symmachus.
Sozomenus.

T.

Tarquinius Gallutius poeta.
Terentius Poeta.
Tertullianus.
Theocritus Poeta.
Theodoretus.
Theodorus Gaza.
Themiſtocles.
Theophylactus.
Theophylus.
Thezaurus linguæ latinæ.
D. Thomas Aquinatis.
Thomas Bozius.
Thomas Zerola.
Thomas de Mercado.
Thomas de Thomas.
Thomas Linacrus.
Thomas Tamayo de Vargas.
Thomas Grammaticus.
Thomas de Vio Caietanus.
Thomas Cerdan Tallada.
Thomas Mieres.
Thomas Cananus.
Thomas Garbus.
Thomas Vallaſcus Luſitanus.
Thomas Artius.
Thomas de Marino.
Thomas Triviſanus.
Thomas de Scorpi.
Thomas Phaſellus Sicullus.
Thomas de Ieſus.
Thomas Garſoni Bagna Cavalle.
Thomas Caſtel Fonde.
Thomas Vuinte Combe.
Thomas Firmanus.
Troilus Malvetius.
Tyberius Decianus.

V.

Valdericus Helinger.
Valerius Reginaldus.
Valerius Maximus.
Valerius Flavus Poeta.
Varro.
Vegetius.
Vellevis Paterculus.
Vincentius Brunus.
Vincentius Lerinenſis.
Vincentius Ferrer.
Vincentius Belvacenſis.
Vincentius Ferdinanddus.
Vincentius de Annania.
Vicentius de Franchis.
Vincentius Cabotius.
Viglius Zuichemius.
Virgilius Maro.
Vitalis de Cambanis
Vitalis de Mauſenſis.
Vitalinus.
Vmbertus Hednus.
Vmbertus Vandebarchius.
Vſuardus.
Vvaldenſis Carmellitanus.
Vvalfredus de Strabonis.

X.

Xenophon.
Ximenes.

Z.

Zacharias.
Zachinus Vgolinus.
Zenobius.
Zoalnus Brachilone.
Zorioaſtes.

INDEX RERVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

PRIOR NOTA DISTINCTIONEM, SECVNda caput, tertia numerum, quarta paginam significat.

A.

A Quid significet, dist. 25.cap.2.nu. 3. & 4.pag.273.

Ab.

Propositio, Ab, quid significet. dist.50.cap.24. num.2. pag.392.

Abbas.

Abbates an debeant venire ad synodum dist. 18.cap.11.n.1.& 2.pag.129.& dist.31.cap.11. num.10.pag.232.
Quo loco in synodo sint recipiendi. dist.18.c. 1.num.4.pag.125.
Abbbas non potest facere liberum servũ monasterij. dist.54.c.22.n.1.pag.490.
Abbates possunt conferre primam tonsuram suis subditis duntaxat. dist.69.cap.1.num.1. pag.589.
Examinatio requiritur in benedictione abbatũ ibidem. num.3.
Vtrum abbates sint inferiores omnium aliorũ ecclesiæ Dei ministrorum.dist.93.c.5. nu.2. pag.809.
Abbates iure olim communi, & nunc ex Tridentino minores ordines conferunt.distin. 95.cap.1.n.5.pag.832.
De quibus id intelligatur abbatibus, & num de licentia Episcopi conferant eos subditis Episcoporum. ibidem.num.6.

Abbatissa.

Moniales assumi possunt ab alio monasterio eiusdem ordinis ad Abbatissas dist.58.cap.2. num.10.pag.530.

A.

Absolutio.

Vtrum liceat absolvere invitum ne deterior fiat. dist.82.cap.5.num.7.pag.701.

Absque.

Dictio, absque, quid importet. distinction.41. cap.2.num.2. pag.310.

Abstinentia.

Cum abstinentia ciborum,iungenda vitiorum est. dist.86.cap.12.num.1.pag.732.

Abusus.

Quomodo se debeat habere prælatus,qui vult in ecclesia sua aliquem abusum extirpare. dist.44.cap. 1.num.1. pag.329.

Ac.

Dictio, Ac, quid significet.distinctione 50.cap. 66.num.3.par.415.

Acacius.

Acacius Alexandrinum,& Antiochenum Patriarchas excommunicavit. distinctione 22. cap.5.num.3.pag.154.

Accusare.

An quis possit accusari de peccato,de quo pœnituit.dist.25.cap.6.n.5.pag.192.

Qui delictum accuſat eleemoſynam dicitur facere. diſt.45.cap.11.n.6.pag.357.
An clericus accuſare poſsit. diſtin.46.cap.4.n. 1.2.3.& 4. pag. 362.

Acephalus.

Acephalum, hoc eſt, ſine capite. diſt.21.cap.8. n.3.pag.151.
Acephali dicuntur, qui nulli epiſcopo ſubeſſe volunt. ibidem.

Acolythus.

Acolythus qualiter ordinetur. diſt.23.cap.16.n. 1.pag.169.
De acolythorum, ſeu acoluthorum ethymologia. ibidem.n.2.pag.170.
Acolythus ab archidiacono inſtruitur. ibidem. num.3.
Officium acolythi quale ſit. ibidem.n.4.
Acolythi an poſsint tangere vaſa ſacra. diſt.24. cap.1.num.2.pag.181.

Actus.

Actus in voluntatem relictus non debet ad actum prohibitum extendi. diſt.1.n.9.p.9.
Actum frequentat, qui bis illum exercet. diſt. 26.cap.4.n.2.pag.194.

Ad.

Propoſitio, Ad, quid ſignificet. diſtin.31. cap.6. num.2.& 3.pag.227.

Adminiſtratio.

Poteſt quis eſſe maior in ordine, & minor in adminiſtratione. diſt.21.c.2.n.12.p.147.

Adoleſcentia.

Adoleſcentia erudita, non debet cõtemni. diſt. 38.cap.16.n.3.pag.298.
Aliquando ſeniores à iunioribus conſilio vincuntur. ibidem. num.4.

Adrianus.

Adrianus pontifex quis fuerit. diſtinctione 22. cap.7.n.1.pag.155.

Aduena.

Aduenæ an obligentur legibus loci, in quo morantur, diſt.8.cap.2.num.6.pag.42.

Adulatio.

Adulatio an ſit peccatum mortale, vel veniale diſt.46.c.2.n.1.p.360.
Tres ſunt ſpecies adulationis. ibidem.
Adulatio habetat, & obcæcat ingenia. diſt. 93. cap.1.num.2.pag.807.

Adulator.

Qui aures adulantibus præbet, multis ſe exponit periculis. diſtinctione 83.cap. 6. num. 3. pag.710.
Aliquando licet laudibus non diſſentire. ibid. num.4.
Adulatores ſunt reijciendi à principum conſilijs. diſt.93.cap.1.n.1.p.807.

Adulter.

An liceat magiſtratum adulterium committentem occidere. diſtinctione 40.cap. 1.nu. 1.pag.300.
Multi in Chriſti genealogia adulteri. diſtinct. 56.cap.8.num.2.pag.518.

Advocatus.

Advocatus an poſsit advocare pro utraq; parte diſt.45.c.9.n.11.p.354.
Varijs modis poteſt advocatus iura exponere. diſt.50.c.17.n.2.p.389.
Advocatus reum defendẽs in cauſa ſanguinis, an punito pœna talionis accuſatore, fiat irregularis, diſt.51.c.1.n.6.p.417.
Non fit irregularis advocatus, qui cauſam ſanguinis in iudicio tractat, non ſecuta morte, aut deformitate. ibidem.n.5.
Advocatus cauſas clientuli ſumma fidelitate debet defendere. diſt.87.cap.5.n.8.p.755.
Prohibentur epiſcopi, & clerici officium advocati exercere. diſt.88.c.4.n.1.p.766.
Quatuor caſus, in quibus id licet clericis, proponuntur. ibidem. n.2.
Poteſt clericus advocati officium exercere, ſi ſit pauper. ibidem.n.3.
Idẽ poteſt monachus de licẽtia ſui prælati, pro utilitate, & ſuſtẽtationi monaſterij. ibid.n.4.

Æquitas.

An æquitas ſit præferenda rigori. diſtinctione 45.cap.9.n.5.& 6.pag.352.

Ætas.

An recipere minores ordines ante ſeptẽnium, ſit mortale.diſt.77.c.2.n.6. pag.634.
Suſpenſio ob collatam tonſuram non habenti ętatem,non eſt ipſo facto,ibidem.n.8.
Eam non incurrit epiſcopus conferens non habenti ętatem ad ordines minores ibidem. n.9.p.635.
Explicatur textus, ubi de ætate ad tres mineres ordines.ibidem.n.10.
Explicatur textus,ubi de ætate duodecim annorum ad acolytatum. ibidem.n.11.
Alia textus explicaſio ubi de ætate quatuordecim annorum ad acolytatum. ibidem.n.12.
Textus explicatio de ætate ad ſubdiaconatum. ibidem.n.13.
Refellitur hæc explicaſio.ibidem.n.14.
Proponitur germana textus explicaſio iuxta authorem.ibidem.n.15.
Probabilior opinio de ætate minorum ordinum poſt Clementinam generalem,de ætate, & qualitate in 6.ibidem.n.16.
Hæc eadem ſtabilitur ex Tridentino. ibidem. n.17.pag.636.
Qui ante ætatem minores ſuſcipit,non eſt ſuſpenſus,aut ſuſpendendus.ibidem.n.18.
Ætas ad diaconatum.ibidem.n.19.
Ætas ad ſacerdotium.ibidem.n.20.
Ætas ad ſacros ordines præſcripta.diſt.77.cap. 4.n.1.p.638.
Vtrum attingens unam horam vigeſimi quinti anni queat ordinari.ibidem.n.2.
Qui ante ætatem legitimã ordinatur in ſacris, eſt ſuſpendendus.ibidem. n.3.p.639.
Ante bullam Pij. XI. non erat talis ipſo iure ſuſpenſus.ibidem.n.4.& 5.
Poſt bullam Pij XI. ſuſpenſus eſt ſic ordinatus ipſo iure.ibidem.n.6.
Ad incurrendam hanc ſuſpenſionem opus eſt dolo.ibidem.n.7.
Qui ſic ſuſpenſus miniſtrat in ordine male ſuſcepto,fit irregularis.ibidem. n.8.
Non tollitur iſta ſuſpenſio adveniente legitima ætate.ibidem.n.9.
Epiſcopus in ea poteſt diſpenſare.ibidem. nu. 10.pag.640.
Ad munera civilia,& reipublicæ officia ſatis eſt attigiſſe annum vigeſinum quintũ.ibid. num.11.
Secus in Luſitania, ubi ordinatio requirit annum vigeſimum quintum completum. ibidem.n.12.
Non verificatur hæc ætas in impetrãtibus veniam ætatis.ibidem.n.13.
Modificatur primò Ordinatio ubi defuerint maiores viginti quinque annis. ibidẽ. n.14.
Nunquam admittendi ſunt pupilli ad munera reipublicæ.ibidem.n.15.
Limitatur ſecundò in eis, qui non ſunt proprietarij,ſed ſuffecti.ibidem.n.16.
Non placet ea limitatio.ibidem.n.17.
Modificatur tertio in muneribus, ubi non requiritur tanta prudentia.ibidem.n.18.
Qua ætate quis poſsit diaconus initiari.diſt.77. cap.5.n.1.p.641.
Ætas pro diacodatu.diſtinct.77. cap.6.num. 1. pag.643.
Probitas,& honeſtas ſupplet ætatem.diſtin.77. cap.9.n.2.pag.652.
Attingens vigeſimum ſecundum annum an poſsit aſſequi canonicatum in cathedrali. diſt.78.c.2.n.1.pag.654.
Quę ætas requiratur ad canonicatum in eccleſia cathedrali.ibidem.n.2.

Afflictio.

Non ſcit afflictiones afflictorum, qui experimentum afflictionis non habuit.diſtinct.50. cap.53.num.1.pag.409.

Agar.

Agar an verè fuerit uxor Abraham. diſtin.56. cap.9.num.1.pag.520.

Agatho.

Agatho Papa primus quis fuerit.diſt. 19.cap.2. n.1.pag.133.
Agatho tertius quis fuit. diſtinctione 16.cap. 10.num.8.pagin. 115.

Agreſſor.

Aggreſſus quando ſuum aggreſſorem poteſt occidere.diſt.64.c.6.n.3.p.578.

Albinus.

Albinus Alcuinus quis fuit. diſtinctione 45. cap.12.num.1.pag.354.

Alea.

An posſit quis repetere, quod in alea perdidit, & an acquiſita in ludo debeant reſtitui. diſt. 35. cap. 1. num. 10. pag. 272.

Aleator.

Qualis clericus dicatur publicus aleator. diſt. 35. cap. 1. n. 11. pag. 272.

Alexander.

Alexander ſecundus quis fuerit. diſt. 32. cap. 6. num. 1. pag. 239.

Allegare.

An quando allegatur lex, ſit neceſſarium allegare coram illius. diſtinctione 45. cap. 17. num. 6. 7. 8. pag. 357.

Alias.

Dictio, Alias ſumitur in bona ſignificatione. diſt. 65. c. 1. num. 3. pag. 580.

Alioquin.

Dictio, alioquin, quã ſignificationem habeat. diſt. 37. cap. 8. num. 3. p. 284.
Eſt reſolutiva diſpoſitionis, in qua profertur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes. ibidem.

Alius.

Dictio, Alius, quid importet. diſtinctione 49. cap. 1. num. 6. pag. 380.

Altare.

Diaconi, & ſubdiaconi miniſtrant altarî. diſt. 31. cap. 10. num. 2. p. 229.

Ambiguitas.

Ambiguitas multiplex, & quomodo tollatur. diſt. 33. c. 7. num. 3. pag. 258.

Ambroſius.

Ambroſius quis fuerit. diſtinct. 4. cap. 5. num. 11 pag. 31.
D. Ambroſius an fuerit poſtulatus ab imperatore. diſtinctione 61. cap. 11. num. 4. pag. 545.

Amor.

Simul ſũt amor proximi, & amor Chriſti. diſt. 90. cap. 3. num. 3. pag. 790.

Amphilochius.

Amphilochius quis fuerit. diſtinctione 16. cap. 7. num. 24. pag. 112.

Amplius.

Dictio, amplius, quid ſignificet. diſtinctione 68. c. 4. num. 3. pag. 588.

Anacletus.

Anacletus Pontifex quis fuerit. diſtinct. 21. cap. 2. num. 1. pag. 146.

Anaſtaſius.

Anaſtaſius percuſſus, quia volebat revocare Achatium. diſt. 19. c. 9. n. 1. p. 137.
Anaſtaſius 2. quis fuerit. diſt 19. c. 8. n. 1. p. 137.

Anathema.

In quo differat anathema ab excomunicato. diſt. 42. cap. 1. num. 3. p. 316.

Angelus.

Prælati cur Angeli appellentur. diſtinctione 88. cap. 1. num. 8. pag. 763.

Anicetus.

Anicetus Pontifex quis fuerit. diſtinctione 23. cap. 21. num. 1. pag. 172.

Anima.

Anima debet præponi corpori. diſt. 10. c. 6. nu. 2. pag. 55.

Franciſcus Suares.
Franciſcus Peña.
Franciſcus Georgius.
Franciſcus Mantica.
Franciſcus Muños de Eſcovar.
Franciſcus Blancus.
Franciſcus Somnius.
Franciſcus Felicianus.
Franciſcus à Victoria.
Franciſcus Vivius.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Garcia.
Franciſcus Perſonalis.
Franciſcus Platea.
Franciſcus Marſarius.
Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Tarapha.
Franciſcus Ortis Lucius.
Franciſcus Beccius.
Franciſcus de ſancta Cruce Morales.
Franciſcus Turſanus.
Franciſcus Longus.
Franciſcus de Mendoça Luſitanus.
Franciſcus Pavinus.
Franciſcus del Caſtillo.
Franciſcus Scacchius.
Franciſcus Galettus.
Franciſcus Leo.
Franciſcus Molinus.
Franciſcus Milanenſis.
Franciſcus de Piſa.
Franciſcus de Ponte.
Franciſcus Vargas.
Franciſcus Maurolcus.
Fructuoſus Risbe.
Frumentius.
D. Fulgentius.
Fulvius Pacianus.
Furtunius Garcia.

G.

Gabriel Vaſques.
Gabriel Varius.
Gabriel Paleotus.
Gabriel Peñotus.
Gabriel Sarayva.
Gabriel Biel.
Gabriel de Toro.
Gabriel Prateolus.
Gabriel Monterrozo Alvarado.
Gabriel Pereira de Caſtro Luſitanus.
Galeottus Martins.
Galfridus Montueſis.
Gallicanus orator Panegiricus.
Gallus poeta.
Galvanus Flavia.
Garcia Toletanus.
Garcia de Loaiſa Archiepiſcopus Tolet.
Garcia de Reſende Luſitanus.
Garcia Maſtrillo.
Gaſpar Rodrigues.
Gaſpar de Quiroga.
Gaſpar Calderinus.
Gaſpar Baeça.
Gaſpar Caballinus.
Gaſpar Caſalius.
Gaſpar Pegado Luſitan.
Gaſpar Peruſinus.
Gaſpar Theſaurus.
Gaſpar Statius Luſitanus.
Gambertus Fabricius.
Gennatidius.
Genebrardus.
Georgius Purbachius.
Georgius de Cabedo Luſitanus
Georgius Trapeſuntius.
Georgius Vivienus.
Georgius Scherer.
Geortius Natta.
Georgius Merulus.
Gil Gonſalves de Avila.
Giovani Tarcagnota.
Giraldus Caner.
Gloſſa Ordinaria.
Gondicallus de Illeſcas.
Gondicallus Argote de Molina
Gondicallus Villadiego.
Gondicallus Soares de Paz.
Gondicallus Mendes Luſitanus.
Gratus Falconius.
Grægorius Papa XIII.
Gregorius Sayro.
D. Gregorius Papa.
D. Gregorius Nicenus.
Gregorius Lopez de Tovar.
Gregorius Toloſſanus.
Gregorius de Valentia.
Gregorius Turonenſis.

Gregorius Lopez Madera.
D. Gregorius Naſianſenus.
D. Gregorius Thaumaturgus.
Gualterus Burlæus.
Guido Archidianonus.
Guido Pape.
Guido le Roville.
Guido Pancirola.
Guillelmus Budæus.
Guillelmus Durandus.
Guillelmus Baldeſanus.
Guillelmus Candinus.
Guillelmus de Mandagoto.
Guillelmus Dameſus.
Guillelmus Benedictus.
Guillelmus Caſſadorus.
Guillelmus Durantes.
Guillelmus Redoanus.
Guillelmus Peñaldus.
Guillelmus Paraginus.
Guillelmus Neubugenſis.
Guillelmus de Samaco.
Guillelmus Stanefeldus.
Guillelmus Grena.
Guillelmus Tyruvis.
Guntherus Ligurinus Poeta.

H.

Hector Boethius.
Hector Pinto Luſitanus.
Hector Felicius.
Heliodorus.
Henriques Botteus.
Henriques Rijſuvichius.
Henricus Henriques Luſitanus.
Henricus Arnoldus.
Henricus Frizo.
Henricus Gandavenſis.
Herodotus.
Heſiodus Poeta.
Hieronymus Oſorius Luſitanus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Florentinus.
Hieronymus Rubins Rebenas.
Hieronymus Megi.
Hieronymus Llamas.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Gonſales.
Hieronymus Portoles.
Hieronymus Lauretus.
Hieronymus de Zenetinis.
Hieronymus Surita.
Hieronymus Vida, Poeta.
Hieronymus Blancas.
Hieronymus Romanus.
Hieronymus de la Rua.
Hieronymus Zanchus.
Hieronymus de Tortis.
Hieronymus Albanus.
Hieronymus de Monte.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Gabriel.
Hieronymus Paulus.
Hieronymus Magius.
Hieronymus Gratus.
Hieronymus Fernandes de Otero.
Hieronymus Vuelmius.
Hieronymus de Yepes.
Hieronymus Magont.
Hieronymus Plato.
Hioronymus Albus.
D. Hildephonſus.
D. Hilarius.
Homerus Poeta.
Honoratus.
Horatius Flaco Poeta.
Horatius Nandotius.
Horatius Carpanus.
Horatius Gambacurta.
Horatius Lutius.
Horatius Turcelinus.
Hortentius Cavalcanus.
Hoſius Cardinalis.
Hoſtienſis.
Hugo Cardinalis.
Hugo de ſancto Victore.
Hypolitus de Marſilijs.
Hypolitus Marſilius de Colũna.
Hypolitus Riminaldus.
Hypolitus Bonacoſſa.
Hypocrates.

I.

Iacobus Alvarotus.
Iacobus Philippus.
Iacobus Grethſerus.

Ioannes Nicolaus.
Ioannes Imola.
Ioannes Faber.
Ioannes Lupi.
Ioannes Nider.
Ioannes Iacobus.
Ioannes de Cruce.
Ioannes Franciſcus Leo.
Ioannes Otalora.
Ioannes Sallas.
Ioannes Vela.
Ioannes Petrus Monetj.
Ioannes Hentenius.
Ioannes Garetius.
Ioannes de Rada.
Ioannes Sanches.
Ioannes Ferus.
Ioannes Selva.
Ioannes Gratianus.
Ioannes Ovinus.
Ioannes Orozeus.
Ioannes Andreas.
Ioannes Lecirier.
Ioannes de S. Georgio.
Ioannes Brunellus.
Ioannes Parladorus.
Ioannes Baptiſta Caccia Lupus.
Ioannes Rojas.
Ioannes Baptiſta Ferretus.
Ioannes Franciſcus Ripa.
Ioannes Matienço.
Ioannes Gutierrez.
Ioannes de Medina.
Ioannes Neviſanus.
Ioannes Campegius.
Ioannes Caroſius.
Ioannes Crotus.
Ioannes Rioche.
Ioannes Socarratis.
Ioannes de Graſſis.
Ioannes de Arnono.
Ioannes de Indagine.
Ioannes Baptiſta Aſinius.
Ioannes Cephalus.
Ioannes Martines de Olano.
Ioannes Gaſpar Ortigas.
Ioannes Franciſcus Fara.
Ioannes Franciſcus Pavinus.
Ioannes Paulus Lancellotus.
Ioannes Sepulveda.

Ioannes de Bardaxi.
Ioannes Coſta.
Ioannes Dilectus.
Ioannes Picus Mirandula.
Ioannes Igneus.
Ioannes Antonius Rubeus.
Ioannes de Heroſco.
Ioannes de Turrecremata.
Ioannes Tarcagnota.
Ioannes Montolinus.
Ioannes Trullo.
Ioannes Vaſcus.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Nicolaus Delphinatus.
Ioannes Segura Davalos.
Ioannes de Garnica.
Ioannes Maria Monticellus.
Ioannes Maria Poliianus.
Ioannes Geminianus.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Ludovicus de la Cerda
Ioannes Buſæus.
Ioannes Lopez.
Ioannes Torres.
Ioannes de Arias.
Ioannes Soares Epiſcopus Luſitanus.
Ioannes Maldonatus Luſitanus.
Ioannes Rusbroquius.
Ioannes de Aqua Veteri.
Ioannes Palionidorus.
Ioannes Chiniveto.
Ioannes de Gauda.
Ioannes de ſancta Maria.
Ioannes Marquez.
Ioannes Bruxelinus.
Ioannes Maulinius.
Ioannes Maugurnus.
Ioannes de Nigravalle.
Ioannes Trullus.
Ioannes de Caſtavila.
Ioannes Gabucius.
Ioannes Petrus Suſſanus.
Ioannes Picardus.
Ioannes Panchetus.
Ioannes Florentinus.
Iodocus Coccius.
Iodocus Damhouderius.
Iodocus Amanus.
Ioſephus Angles.
Ioſephus à Coſta.

Ioſephus Scaliger.
Ioſephus Pamphilus.
Ioſephus Maſcardus.
Ioſephus Antiquitatum.
Ioſephus Stephanus.
Ioſephus Gonſalvius.
Ioſephus Ludovicus.
Ioſephus Bernaldinus.
Ioſias Mercerus.
Iſacus Caſaubonus.
D. Izidorus Hiſpal.
Izidorus Clarus Brixianus.
Izidorus Moſconius.
Izidorus Peluſiota.
Iudocus Clitoveus.
Iulianus Taboetus.
Iulius Rugerius.
Iulius Cæſar Capuccius.
Iulius Clarus.
Iulius Ferretus.
Iulius Ravirius.
Iuſtus Reuberius.
Iuſtus Lipſius.
Iuvenalis Poeta.
Iuvencus.

L.

Lactantius Firmianus.
Laertius Chirubinus.
Lampridius.
Lancellotus Conradus.
Lancellotus Gallia.
Lanfrancus de Oriano.
Laurentius Iuſtinianus.
Laurentius Belli.
Laurentius Valla.
Laurentius Cuperus.
Laurentius Surius.
Laurentius Chircovius.
Laurentius Borellas.
Laurentius de Empolli.
Laſarus Fænutius.
Leander Albertus.
Leander Galganetus.
Lelius Zechius.
Leo Cardinalis.
D. Leo Papa.
Leonadus Leſſius.
Lilius Giraldus.
Lindanus.
Lucanus Poeta.
Lucas de Peña.
Lucas de Montoja.
Lucas Floranus.
Lucas Tudenſis.
Lucas Pantius.
Lucas Ferrinius.
Lucianus.
Lucius Florus.
Lucius Marineus Siculus.
Lucilius.
Lucrecius Poeta.
Ludovicus de Molina Theologus.
Ludovicus de Molina Iuriſconſultus.
Ludovicus de Granada.
Ludovicus Romanus.
Ludovicus Meſſia.
Ludovicus Carrerius.
Ludovicus Lopes.
Ludovicus Gomeſius.
Ludovicus Falconius.
Ludovicus Peguera.
Ludovicus de la Puente.
Ludovicus Pons.
Ludovicus de Beja.
Ludovicus de Avendaño.
Ludovicus de Souza Luſitanus.
Ludovicus de Gozadinis.
Ludovicus Rodolphinus.
Ludovicus de Angelis Luſitanus.
Ludovicus del Marmol Carvajal.
Ludovicus de Cruce Poeta Luſitanus.
Ludovicus Camonius Poeta Luſitanus.
Ludovicus de Miranda.
Ludovicus de Leone.
Ludovicus Correa Luſitanus.
Ludovicus Boglinius.
Ludovicus Furtado.
Ludovicus de Carbone.
Ludovicus Sotomayor Luſitatus.
Ludovicus Roboledo.
Lupus à Vega Carpius Poeta.

M.

Macrobius.
Magiſter Sententiarum.
Mambrinus Roſæus.
Mathæus Raderus.
Michael Ghiſlerius.

Marcellus donatus.
Marcellus Francolinus.
Marcellus de Mauro.
Marcellus de Callaca.
Marcellus Marullus.
Marcus Antonius Peregrinus.
Marcus Antonius Natta.
Marcus Salon de Pace.
Marcus Antonius Boldus.
Marcus Fabius Quintilianus.
Marcus Mantua.
Marcus Tullis Cicero.
Marcus Antonius Cneus.
Marcus Antonius Amatis.
Marcus Antonius Genuentis.
Margarita Confeſſorum.
Marianus Socinus.
Marius Salamonius.
Marius Antoninus.
Marius Alterius.
Marſilius Ficinus.
Martialis Poeta.
Martinus ab Aſpilcueta Navarrus.
Martinus Vallus.
Martinus Polacus.
Martinus de Ayala.
Martinus Laudenſis.
Martinus del Rio.
Martinus Alphonſus de Vivaldo
Martinus Martini.
Martinus Garſia.
Martinus de Ledeſma.
Martinus Pollonus.
Martinus Miraucte Blancas.
Martinus Garratus.
Martinus de Carualho.
Martiuus de Viriana.
Martinus Carrilho.
Martinus Potnarius.
Martinus de Frias.
Martinus monter à Cueva.
Martinus Melnartius.
Martyrologium Romanum.
Maſſuerius.
Matheus Palmerius.
Matheus Chærianus.
Matheus de Pace.
Matheus de Affilictis.
Matheus Mtthesilanus.
Matheus Brunus.
Matheus Gribaldus.
Matheus Belloicus.
Matheus Villanius.
Matheus de Fano.
Matthias de Pace.
Matthias Colerius.
Maximus Epiſcopus.
Melchior Phæbo Luſitanus.
Michael Thomaſius.
Michael Pavianus.
Michael Agia.
Michael de Palacio.
Michael Pinto in Muſa Panegyrica Luſitanus.
Michael Timotheus.
Micheel Cifuentes.
Michael Grafijs.
Michael à Medina.
Michael Cercito.
Michael Aviñon.
Michael del Molino.
Michael Gingeta.
Michael Andreas Bettēdropius.
Michael Bartholomeus Salon.
Michael Vlcurrunus.
Michael Pampilon.
Michael Verinus.
Michael Montanus.
Michael Craſſus.
Michael de Viadin.
Michael Naſarius.
Michael martin de Villar.
Michael Verinus Poeta.
Micrologus.
Miles in Reportorio.
Mutinus Iuſtinus.

N.

Naſcimbenus in Virgilium.
Natalis Comes.
Natalis Gauer mercenarius.
Nellus de Sancto Geminiano.
Nepos à monte Albano.
Nicephorus:
Nicolaus Florentia.
Nicolaus Orlandinus.
Nicolaus Cruſſonus.
Nicolaus Antonius Grauatius.

Nicolaus Couſenius.
Nicolaus Garcia.
Nicolaus Everardus.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Reuſnerus poeta.
Nicolaus Viguerius.
Nicolaus Anellus Pacca.
Nicolaus Borrius.
Nicolaus Plotus.
Nicolaus Aurificus.
Nicolaus Millis.
Nicolaus Feſtaſius.
Nicolaus Morotius Gualdenſis.
Nicolaus de monte Celſo.
Nicolaus Turdicanus.
Nicolaus Ariminenſis.
Nicolaus de Niſſe Theologus.
Nicolaus Gorranus.
Nicolaus Gruchius.

O.

Octavianus Cacherranus.
Octavianus Simoncellus.
Octavianus Veſtrius.
Octavius Pancirolus.
Odoardus Nemeſius.
Oddus Peruſinus.
Oldradus de Ponte.
Oldradus Pontanus.
Oldradus Roſſenſis.
Oleaſtro Luſitanus.
Onuphrius Panuinus.
Ordinationes Luſitaniæ.
Origines.
Otto Abbas.
Ovidius Naſo.

P.

Palatius Rubeus.
Paludanus Theologus.
Pamellius in Cyprianum.
Papirius Maſonius.
Paphnutius Epiſcopus.
Paulinus Epiſcopus.
Paris de Puteo.
Paulinus poeta.
Paulus Pariſius.
Paulus Venetus.
Paulus Santorius.
Paulus Fuſcus.
Paulus Comitolus.
Paulus Morigia.
Paulus Fraxinellus.
Paulus Squillas.
Paulus Eleazarus.
Paulus Grillandus.
Paulus de Cittadinis.
Paulus Caſtrenſis.
Paulus Regius.
Paulus Granutius.
Paulus de Palatio.
Paulus de Caſtro.
Paulus Æmilius.
Paulus de Montepico.
Paulus Oroſius.
Paulus Iovius.
Paulus Nanutius.
Pedanius Dioſcorides.
Pedraza.
Pepinus.
Perſius poeta.
Petronius Arbiter.
Petrus Bollus.
Petrus Ribadaneira.
Petrus à Monte.
Petrus de Ravenna.
Petrus Miſſia.
Petrus de Onha in ſua Logica.
Petrus Sutor.
Petrus Ruizius.
Petrus de Petra.
Petrus à Biaxio.
Petrus Lenauderius.
Petrus Bimius.
Petrus Nunes de Avendaño.
Petrus Sottus.
Petrus Navarra.
Petrus Gregorius in Syntagm.
Petrus de Vbaldis.
Petrus Dueñas.
Petrus Nonvis Salacienſis.
Petrus Barboſa Luſitanus.
Petrus Sanz Morquechus.
Petrus Muños de Eſcobar.
Petrus Alphõſus Vaſcõcellos Luſitanus.
Petrus Gadofredus.

Petrus de Ledeſma.
Petrus Iacobus.
Petrus de Bruxellis.
Petrus Philippus Corneus.
Petrus de Alcoçer.
Petrus Apianus.
Petrus Hiſpanus.
Petrus Tartaretus.
Petrus Caballus.
Petrus Caretus.
Petrus de Perufio.
Petrus Victorius.
Petrus Dominicus Magdalenus.
Petrus Bleſenſis.
Petrus Ferrarienſis.
Petrus Angelus Bargæus poeta.
Petrus Lopes Luſitanus poeta.
Petrus Folerius.
Petrus de Bella pertica.
Petrus Pechius.
Petrus Rebuffus.
Petrus Belluga.
Petrus Salazar.
Petrus Beniotendis.
Petrus Lazarius.
Petrus Gerardus.
Petrus Paulus Pariſius.
Petrus Ludovicus Martines
Petrus Honcala.
Petrus de Vnzola.
Petrus Bertrandus.
Petrus Mexia.
Petrus Roizius.
Petrus Mozius.
Petrus Villalo Tortoles.
Petrus Ancharranus.
Petrus Sanches.
Petrus Michael Corbonel.
Petrus Peralta.
Petrus Naya.
Petrus Galeſinus.
Petrus Antonius Beuter.
Petrus de Natalibus.
Petrus Plaça.
Petrus de Aragon.
Petrus Cirvelus.
Petrus Caniſius.
Petrus Greſeus.
Petrus Recordatus Caſſinenſis.
Petrus Dorandus Palmerius.
Petrus à Fonſeca Luſitanus.
Petrus Opmerus.
Petrus Bellovis.
Petrus Mariſius Luſitanus.
Petrus Matthęus.
Petrus Antonius Spinellus.
D. Petrus Chryſologus.
D. Petrus Damianus Cardinalis
Petrus Furtado de Mendoça.
Phanutius de Phanutijs.
Philbertus Pingonius.
Philippus Probus.
Philippus Aureolus.
Philippus Moræus.
Philippus Novarienſis.
Philippus Portius.
Philippus Decius.
Philippus de Franchis.
Philippus Franco.
Phillippus Bergomas.
Philo Hebræus.
Philo Carpatius.
Piaza univerſal de Garſonij.
Pierius Valerianus.
Piznella ſumma.
Pierius commentator Virgilij.
Plautus poeta.
Plutarchus.
Pomæriũ eccleſiæ Rhavenatis.
Polancus.
Polyanthea.
Polydorus Virgilius.
Polydorus Ripa.
Pomponius Lætus.
Pomponius Faber.
Porphyrius.
Pratum Spirituale.
Priſcianus.
Procopius Cęſarienſis.
Propertius poeta.
D. Proſperus.
Proſperus de Auguſtino.
Proſperus Caravita.
Prudentius da Sandoval.
Prudentius poeta.

Q.

Quintanaduenas.
Quintilianus Manſidous.
Quintus Curtius.

R

Rabbanus Maurus.
Rabbi Salomon.
Rades de Andrada.
Raphael Miſſæus.
Raphael de la Torre.
Raphael Cumanus.
Raphael Fulgoſius.
Raphael Volaterranus.
Raphael Baſſanus.
Raymundus Lulius.
Raxiſius Textor.
Remigius.
Remigius de Gonni.
Renatus Choppinus.
Repertorium Inquiſitorum.
Rævard. lib. coniect.
Richardus Anglicus.
Richardus de Media villa.
Richardus Victorinus.
Robertus Maranta.
Robertus Bellarminus.
Robertus Lancellotus.
Rochus Curtius.
Rodericus Ferdinandus.
Rodericus Soares.
Rodericus Gonçalves Luſitan.
Rodericus de Enciſo.
Rodericus Archiepiſcop. Tolet.
Rodericus Epiſcopus Zamorẽs.
Rodolphus Agricola.
Rodolphus Cupers.
Rofredus Beneventanus.
Rolandus à Valle.
Romanus Sinurus.
Roſinius antiquit. Roman.
Rota Romana.
Rota Genuenſis.
Ruginellus.
Rupertus Abbas.
Rutilius Benſonius.

S.

Saluſtius.
Sartius Ciracelus.
Scipio Ianuarius.
Scotus.
Sebaſtianus Gomes de Figueiredo Luſit.
Sebaſtianus Monticulus.
Sebaſtianus Medices.
Sebaſtianus Vantius.
Sebeſtianus Nævi.
Sebaſtianus Barradas Luſitan.
Sebaſtianus Cæſar Luſitanus.
Sebaſtianus Brantius.
Sebaſtianus Peres.
Sebaſtianus Orozco.
Sedulius Poeta.
Seneca Philoſophus.
Seneca Poeta.
Seraphinus de Freitas Luſitan.
Seraphinus de Seraphinis.
Seraphinus Cardin.
Serario.
Servius commentator Virgilij.
Severinus Boetius.
Severinus.
Severinus Binius.
Sextus Ruffus.
Sfortius Odda.
Sidonius Apollinaris.
Sigiſmundus Scaccia.
Signorolus de Homedeis.
Silius Italicus.
Simon de Pretis.
Simon Maiolus.
Simon de Caſſia.
Simoncellus.
Sirapion vel Serapion.
Sorbus.
Speculum exemplorum.
Spino de Caceres.
Spondanus Biciolla.
Staniſlaus Hoſius.
Staniſlaus Socolouius.
Statius Papinius Poeta.
Stephanus Garibay.
Stephanus Coſta.
Stephanus Aufrerius.
Stephanus Durantes.
Stephanus Fagundes Luſitanus.
Stephanus Gratianus.
Stephanus Quaranta.

Stephanus de Gaetã.
Stephanus Bertandus.
Stephanus Forcatulus.
Stephanus de Avila.
Strabus.
Suetonius.
Suidas.
Sylvanus Ruizius.
Sylveſter Marulus.
Sylveſter Prierate.
Symmachus.
Sozomenus.

T.

Tarquinius Gallutius poeta.
Terentius Poeta.
Tertullianus.
Theocritus Poeta.
Theodoretus.
Theodorus Gaza.
Themiſtocles.
Theophylactus.
Theophylus.
Thezaurus linguæ latinæ.
D. Thomas Aquinatis.
Thomas Bozius.
Thomas Zerola.
Thomas de Mercado.
Thomas de Thomas.
Thomas Linacrus.
Thomas Tamayo de Vargas.
Thomas Grammaticus.
Thomas de Vio Caietanus.
Thomas Cerdan Tallada.
Thomas Mieres.
Thomas Cananus.
Thomas Garbus.
Thomas Vallaſcus Luſitanus.
Thomas Artius.
Thomas de Marino.
Thomas Triviſanus.
Thomas de Scorpi.
Thomas Phaſellus Sicullus.
Thomas de Ieſus.
Thomas Garſoni Bagna Cavalle.
Thomas Caſtel Fonde.
Thomas Vuinte Combe.
Thomas Firmanus.
Troilus Malvetius.
Tyberius Decianus.

V.

Valdericus Helinger.
Valerius Reginaldus.
Valerius Maximus.
Valerius Flavus Poeta.
Varro.
Vegetius.
Vellevis Paterculus.
Vincentius Brunus.
Vincentius Lerinenſis.
Vincentius Ferrer.
Vincentius Belvacenſis.
Vincentius Ferdinanddus.
Vincentius de Annania.
Vicentius de Franchis.
Vincentius Cabotius.
Viglius Zuichemius.
Virgilius Maro.
Vitalis de Cambanis
Vitalis de Mauſenſis.
Vitalinus.
Vmbertus Hednus.
Vmbertus Vandebarchius.
Vſuardus.
Vvaldenſis Carmellitanus.
Vvalfredus de Strabonis.

X.

Xenophon.
Ximenes.

Z.

Zacharias.
Zachinus Vgolinus.
Zenobius.
Zoalnus Brachilone.
Zorioaſte.

INDEX RERVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

PRIOR NOTA DISTINCTIONEM, SECVNda caput, tertia numerum, quarta paginam significat.

A.

A. Quid significet, dist. 25.cap.2.nu. 3. & 4.pag.273.

Ab.

Propositio, Ab, quid significet. dist.50.cap.24. num.2. pag. 392.

Abbas.

Abbates an debeant venire ad synodum dist. 18.cap.11.n.1.& 2.pag.129.& dist.31.cap.11. num.10.pag. 232.

Quo loco in synodo sint recipiendi. dist.18.c. 1.num.4.pag.125.

Abbbas non potest facere liberum servũ monasterij. dist.54.c.22.n.1.pag.490.

Abbates possunt conferre primam tonsuram suis subditis duntaxat. dist.69.cap.1.num.1. pag.589.

Examinatio requiritur in benedictione abbatũ ibidem. num.3.

Vtrum abbates sint inferiores omnium aliorũ ecclesiæ Dei ministrorum.dist.93.c.5. nu.2. pag.809.

Abbates iure olim communi, & nunc ex Tridentino minores ordines conferunt.distin. 95.cap.1.n.5.pag.832.

De quibus id intelligatur abbatibus, & num de licentia Episcopi conferant eos subditis Episcoporum. ibidem.num.6.

Abbatissa.

Moniales assumi possunt ab alio monasterio eiusdem ordinis ad Abbatissas dist.58.cap.2. num.10.pag.530.

A.

Absolutio.

Vtrum liceat absolvere invitum ne deterior fiat. dist.82.cap.5.num.7.pag.701.

Absque.

Dictio, absque, quid importet. distinction.41. cap.2.num.2. pag.310.

Abstinentia.

Cum abstinentia ciborum,iungenda vitiorum est. dist.86.cap.12.num.1.pag.732.

Abusus.

Quomodo se debeat habere prælatus,qui vult in ecclesia sua aliquem abusum extirpare. dist.44.cap. 1.num.1. pag.329.

Ac.

Dictio,Ac, quid significet.distinctione 50.cap. 66.num.3.par.415.

Acacius.

Acacius Alexandrinum,& Antiochenum Patriarchas excommunicavit. distinctione 22. cap.5.num.3.pag.154.

Accusare.

An quis possit accusari de peccato,de quo pœnituit.dist.25.cap.6.n.5.pag.192.

Qui delictum accusat eleemosynam dicitur facere. dist. 45. cap. 11. n. 6. pag. 357.
An clericus accusare possit. distin. 46. cap. 4. n. 1. 2. 3. & 4. pag. 362.

Acephalus.

Acephalum, hoc est, sine capite. dist. 21. cap. 8. n. 3. pag. 151.
Acephali dicuntur, qui nulli episcopo subesse volunt. ibidem.

Acolythus.

Acolythus qualiter ordinetur. dist. 23. cap. 16. n. 1. pag. 169.
De acolythorum, seu acoluthorum ethymologia. ibidem. n. 2. pag. 170.
Acolythus ab archidiacono instruitur. ibidem. num. 3.
Officium acolythi quale sit. ibidem. n. 4.
Acolythi an possint tangere vasa sacra. dist. 24. cap. 1. num. 2. pag. 181.

Actus.

Actus in voluntatem relictus non debet ad actum prohibitum extendi. dist. 1. n. 9. p. 9.
Actum frequentat, qui bis illum exercet. dist. 26. cap. 4. n. 2. pag. 194.

Ad.

Propositio, Ad, quid significet. distin. 31. cap. 6. num. 2. & 3. pag. 227.

Administratio.

Potest quis esse maior in ordine, & minor in administratione. dist. 21. c. 2. n. 12. p. 147.

Adolescentia.

Adolescentia erudita, non debet cõtemni. dist. 38. cap. 16. n. 3. pag. 298.
Aliquando seniores à iunioribus consilio vincuntur. ibidem. num. 4.

Adrianus.

Adrianus pontifex quis fuerit. distinctione 22. cap. 7. n. 1. pag. 155.

Aduena.

Aduenæ an obligentur legibus loci, in quo morantur, dist. 8. cap. 2. num. 6. pag. 42.

Adulatio.

Adulatio an sit peccatum mortale, vel veniale dist. 46. c. 2. n. 1. p. 360.
Tres sunt species adulationis. ibidem.
Adulatio habetat, & obcæcat ingenia. dist. 93. cap. 1. num. 2. pag. 807.

Adulator.

Qui aures adulantibus præbet, multis se exponit periculis. distinctione 83. cap. 6. num. 3. pag. 710.
Aliquando licet laudibus non dissentire. ibid. num. 4.
Adulatores sunt reijciendi à principum consilijs. dist. 93. cap. 1. n. 1. p. 807.

Adulter.

An liceat magistratum adulterium committentem occidere. distinctione 4d. cap. 1. nu. 1. pag. 300.
Multi in Christi genealogia adulteri. distinct. 56. cap. 8. num. 2. pag. 518.

Advocatus.

Advocatus an possit advocare pro utraq; parte dist. 45. c. 9. n. 11. p. 354.
Varijs modis potest advocatus iura exponere. dist. 50. c. 17. n. 2. p. 389.
Advocatus reum defendẽs in causa sanguinis, an punito pœna talionis accusatore, fiat irregularis, dist. 51. c. 1. n. 6. p. 417.
Non fit irregularis advocatus. qui causam sanguinis in iudicio tractat, non secuta morte, aut deformitate. ibidem. n. 5.
Advocatus causas clientuli summa fidelitate debet defendere. dist. 87. cap. 5. n. 8. p. 755.
Prohibentur episcopi, & clerici officium advocati exercere. dist. 88. c. 4. n. 1. p. 766.
Quatuor casus, in quibus id licet clericis, proponuntur. ibidem. n. 2.
Potest clericus advocati officium exercere, si sit pauper. ibidem. n. 3.
Idẽ potest monachus de licẽtia sui prælati, pro utilitate, & sustẽtationi monasterij. ibid. n. 4.

An posſit quis repetere, quod in alea perdidit, & an acquiſita in ludo debeant reſtitui. diſt. 35. cap. 1. num. 10. pag. 272.

Aleator.

Qualis clericus dicatur publicus aleator. diſt. 35. cap. 1. n. 11. pag. 272.

Alexander.

Alexander ſecundus quis fuerit. diſt. 32. cap. 6. num. 1. pag. 239.

Allegare.

An quando allegatur lex, ſit neceſſarium allegare cottam illius. diſtinctione 45. cap. 17. num. 6. 7. 8. pag. 357.

Alias.

Dictio, Alias ſumitur in bona ſignificatione. diſt. 65. c. 1. num. 3. pag. 580.

Alioquin.

Dictio, alioquin, quã ſignificationem habeat. diſt. 37. cap. 8. num. 3. p. 284.
Eſt reſolutiva diſpoſitionis, in qua profertur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes. ibidem.

Alius.

Dictio, Alius, quid importet. diſtinctione 49. cap. 1. num. 6. pag. 380.

Altare.

Diaconi, & ſubdiaconi miniſtrant altarî. diſt. 31. cap. 10. num. 2. p. 229.

Ambiguitas.

Ambiguitas multiplex, & quomodo tollatur. diſt. 33. c. 7. num. 3. pag. 258.

Ambroſius.

Ambroſius quis fuerit. diſtinct. 4. cap. 5. num. 11. pag. 31.
D. Ambroſius an fuerit poſtulatus ab imperatore. diſtinctione 61. cap. 11. num. 4. pag. 545.

Amor.

Simul ſũt amor proximi, & amor Chriſti. diſt. 90. cap. 3. num. 3. pag. 790.

Amphilochius.

Amphilochius quis fueri. diſtinctione 16. cap. 7. num. 24. pag. 112.

Amplius.

Dictio, amplius, quid ſignificet. diſtinctione 68. c. 4. num. 3. pag. 588.

Anacletus.

Anacletus Pontifex quis fuerit. diſtinct. 21. cap. 2. num. 1. pag. 146.

Anaſtaſius.

Anaſtaſius percuſſus, quia volebat revocare Achatium. diſt. 19. c. 9. n. 1. p. 137.
Anaſtaſius 2. quis fuerit. diſt 19. c. 8. n. 1. p. 137.

Anathema.

In quo differat anathema ab excommunicato. diſt. 42. cap. 1. num. 3. p. 316.

Angelus.

Prælati cur Angeli appellentur. diſtinctione 88. cap. 1. num. 8. pag. 763.

Anicetus.

Anicetus Pontifex quis fuierit. diſtinctione 23. cap. 21. num. 1. pag. 172.

Anima.

Anima debet præponi corpori. diſt. 10. c. 6. nu. 2. pag. 55.

Vbi agitur de periculo animæ, non eſt facile credendum viris, & ſi alias ſanctitate polleant. diſtinctione 19. cap. 8. num. 5. pagin. 137.
Animę poſt mortem quomodo purgẽtur. diſt. 25. c. 5. n. 1. p. 190.
Quomodo in illas poſsit agere ignis corporeus. ibidem. n. 2.
Animæ è purgatorio non tranſeunt ad aliunt locum amænum, ſed immediate ad locum beatitudinis. ibidem. n. 4. p. 191.
Animæ an poſsint è purgatorio ante finitam purgationem ad tempus exire. ibidem. numer. 5.
Animæ in purgatorio ſunt omnino certæ de ſua ſalute. diſtinctione 25. cap. 5. num. 6. pag. 191.
Vtrum animæ in purgatorio pro nobis orent, poſsintque aliquid nobis mereri, aut impetrare. ibidem. n. 7.
Miraculum animæ in lingua ſervatæ quoad. uſque baptiſmum reciperet. diſtinctione 10. cap. 3. num. 4. pagin. 53.

Annus.

Annus quomodo computetur. diſtinctione 23. cap. 1. num. 4. pag. 156.

Ante.

Propoſitio, Ante, quid ſignificet. diſtin. 31. cap. 1. num. 4. 5. & 6. pag. 223.

Anteceſſor.

An ſit aliqua differentia inter deceſſorem, & anteceſſorem. diſtinctione 94. cap. 1. num. 1. pagin. 822.

Antinomia.

In iure an detur aliqua antinomia. diſtinctione 1. num. 1. 2. & 3. pag. 8.

Apocryphus.

Hæretici etiam Chriſto apocrypha opera impoſuerunt. diſtinctione 15. cap. 3. num. 54. pagin. 94.
Vide liber.

Apollo.

Apollo legem dedit Arcadis. diſtinctione 1. cap. 3. num. 2. pag. 12.

Apoſtata.

Apoſtata fictus, an ſit irregularis. diſt. 50. cap. 32. num. 3. pag. 397.
Quis poſsit cum illo diſpenſare. ibidem. numer. 4.
Ad clericatus officium non admittuntur apoſtatæ. diſtinctione 50. cap. ultim. num. 1. pagin. 416.

Apoſtatare.

Apoſtatare quid ſit. diſtinctione 50. cap. ultim. num. 2. pag. 416.

Apoſtolus.

Apoſtoli controverſias definiebant. diſt. 16. c. 2. n. 3. pag. 106.
Apoſtoli an epiſcopalem conſecrationem à Petro acceperint. diſtinctione 21. cap. 2. num. 3. pag. 146.
Apoſtoli acceperunt à Chriſto iuriſdictionem ibidem. num. 5.
Apoſtoli an fuerint pares Petro. ibidem. num. 10. pag. 147.
Apoſtoli fuerunt epiſcopi, & an eſſent ſacerdotes vivente Chriſto. diſtinctione 66. cap. 2. num. 3. & 4. pag. 585.

Appellare.

In temporalibus an appelletur ad Papam. diſt. 10. cap. 8. n. 4. pag. 56.
An per remotionem appellationis, removeatur appellatio neceſſaria. diſt. 70. c. 2. nu. 28. pag. 607.
Vtrum liceat appellare à prælato nimis ſevero. diſt. 86. c. 4. n. 2. pag. 727.

Apud.

Dictio, Apud, quam ſignificationem habeat. diſt. 50. cap. 60. nu. 2. pag. 412.

Arbitrium.

Quid importẽt verba, ſecundum proprij arbitrij voluntatem. diſtinct. 45. cap. 5. num. 7. pag. 158.

Mala opera in ſolum liberum arbitrium, bona verò, & ſupernaturalia in Dei gratiam refunduntur. diſt.23.cap.2.n.11.pag.158.

Archidiaconus.

Archidiaconus an ſit maior Decano. diſtin.25. cap.1.n.11.pag.185.
Archidiaconus iudicabat clericos. ibidem. num.12.
Quod ſit munus, & officium archidiaconi ibidem.
Archidiaconus an poſsit excommunicare. ibidem.n.17.pag.186.
An habeat ordinariam iuriſdictionem. ibidem num.18.
De iure communi non habet archidiaconus iuriſdictionem ordinariam. ibidem.n.20.
Archidiaconus quando archipresbyter ruralis eſt mortuus, an debeat illuc ſe transferre. diſt.63.cap.20.nu.1.pag.561.
Archidiaconus non poteſt in ſuos parochianos dominationem exercere. diſt.94.cap. 3. num.1.pag.830.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus eſt caput Concilij. diſt.18.cap. 1.n.1.pag.124.
Archiepiſcopus an Primati ſubijciatur. diſtin. 17.n.3.pag.118.
Non poſſunt Archiepiſcopi ſuas dividere provincias abſque Papæ conſenſu. diſt.101.cap. 1.num.2.pag.878.
Quando poſsit Archiepiſcopus aliquid à Prælatis petere. diſt.18.c.7.n.3.pag.127.
Archiepiſcopus à quo debeat recipere palliũ. diſt.21.cap.1.n.5.p.145.
Archiepiſcopus Toletanus an præcedat Bracharenſi. diſt.63.c.25.n.5.& 6.pag.568.
Iacobus fuit primus Archiepiſcopus .diſt. 66. cap.2.num.2.pag.585.
In quibus locis Archiepiſcopus utatur pallio. diſt.100.cap.6.n.1.p.874.
An in pallio Archiepiſcopi contineatur plenitudo pontificalis officij. diſt.100.cap.7.n.1. pag.874.
Vtrum Archiepiſcopus exercens ea, quæ proveniunt ex pallio, abſque illo, valida ſint. ibidem.n.2.pag.875.
Vide Metropolitanus,& Pallium.

Archiflamines.

Archiflamines, qui dicantur. diſt.80.cap.2.nu. 3.pag.662.

Archipresbyter.

Archipresbyter, & Decanus an ſit idem. diſt. 5.cap.1.num.13.pag.185.

Argumentum.

Argumẽtum à contrario ſenſu, an valeat. diſt. 9.cap.1.n.7.pag.47.
Argumẽtum à ſimili, quomodo procedat. diſt. 37.cap.11.n.4.p.286.
Argumentum à contrario ſenſu, valet in iure. diſt.43.cap.4.num.4.& 5.pag.326.
An ſit validum argumentũ de maiori ad minus. diſt.46.n.1.pag.359.
Quid ſit argumentum. diſt.50. cap.24. num.1. pag.392.

Argumentari.

Argumentari poteſt ab ordine verborum. diſt. 63.cap.19.num.4.pag.561.
Ab exemplis gentiliũ poteſt argumẽtari. diſt. 21.cap.8.n.5.pag.151.
Vtrum per ſimilia liceat argumentari. diſt.37. cap.14.n.3.pag.287.

Arius.

Arius execrabilis homo fuit, & de eius erroribus. diſt.16.cap.9.n.3.pag.114.
Arius ſcripſit librum, Crapula, vocatum. diſt. 15.cap.1.n.8.pag.76.

Arianus.

Ariani epiſcopi, qui in Concilio Nicæno interfuerunt. diſt.15.c.1.n.5.pag.76.

Arithmetica.

Definitio arithmeticæ. diſtinctione 37. cap. 10.num.3. pag. 285.

Arma.

Deferens arma ad Turcas, an incurrat pœnam. diſt.22.cap.2 n.7 pag.153.
Delentes arma depicta poſſunt puniri. diſt.30. c.2.n.5.p.214.

Ars.

Artium liberaliũ utilitas ad ſcripturas intelligendas.

gendas.diſt.37.cap.12.num.4.pag.286.

Aſſumptio.

Qua certitudine tenendum ſit, Beatam Virginem in aſſumptione cum corpore ad cælũ evolaſſe.diſt.15.cap.3.n.79.pag.98.
Feſtum aſſumptionis quando fuit inſtitutum. diſt.70.cap.2.n.27.pag.607.

Athanaſius.

Athanaſius poſtulabat capita Nicæni Concilij.diſt.16.cap.12.n.3.pag.118.

Avaritia.

Avaritia an ſit ſemper peccatum mortale.diſt. 47.cap.8.n.4.pag.373.
Epiſcoporum avaritia maxime redarguitur. diſt.93.cap.23.n.7.pag.815.

Auguſtinus.

Sub regula ſancti Auguſtini quę congregationes militent.diſt.54.c.12.n.7.pag.445.
Auguſtinus quis fuerit. diſtinctione 4. cap.3. num. 1. pagin.29.

Auguſtus.

Nomen, Auguſtus,quid ſignificet,& de origine appellationis Cæſaris. diſtinctione 97. cap.2.num.2.pag.864.

Aut.

Dictio,Aut,quid ſignificet. diſtinct. 32. cap.9. num.3.4.& 5 pag. 244.

Autem.

Dictio, Autem, quid ſignificet.diſt.50. cap. 35. num.1.& 2.pag.400.

Authenticum.

Si aliquid, ut authenticum obſervabatur, ut tale eſt tenendum, diſtinctione 19. num. 1. pag.132.

Author.

Non ſunt allegandi multi Authores.diſtinctione 23.cap.4.num.4.pag.161.

Authoritas.

Authoritates ſacræ Scripturæ poſſunt allegari in cauſis tamquam leges,in proœm.num.22. pag.4.
Dicta, Sanctorum inſerta in Decreto, an habeant firmam authoritatem, in proœm. nu. 26.pag.5.
Authoritates Sanctorum an prò lege habeantur.ibidem. à n.26.uſque 29.
Sanctorum authoritas, ſive paucorũ, ſive plurium,cum ad eas veritates affertur, quæ naturali lumine continentur,certa argumenta non ſuppeditat:ſed tantum pollet, quantum ratio conſentanea perſuaſerit. ibidẽ. n.28.
Conſentiens eadem ſanctorum omnium ſententia, aut ſcripturarum interpretatio, in docendo aliquid ad rectam fidem ſpectare, pro catholica veritate accipienda, obſervãdaque eſt. ibidem.num.29.
Authoritas quid ſit, in proœm. num.16.pag.4.
Vtrum dicta Sanctorum in eccleſia univerſali eamdem habeant authoritatem, quam in republica civili reſponſa prudentum. diſt. 93.cap.25.n.1.& 2.pag.821.

Avus.

An nepotes teneantur ſuccurrere avis, ſicut & patribus.diſt.86.cap.21.num.1.pag.742.

B.

Bannum.

Bannum quid ſignificat, & varijs modis accipitur.diſt,96.cap.14.n.15.pag.862,

Baptiſmus.

Error Cypriani circa baptiſmum.diſt.9.c.9.n. 3.pag.50.
Baptiſmus an fiat,ſi unus abluat, alter profiterat verba.diſt.23.cap.14.n.9.pag. 168.
In baptiſmo an crimina dimittantur.diſtin.26. cap.1.n.3.& ſeqq. pag.192.
Baptiſmus quas maculas auferat.diſt.26.cap.4. num.1.pag.194.

Per

Per baptiſmum confertur remiſsio peccatorũ, & gratia. diſt.23.cap.2.n.13.pag.159.
Baptiſmus poteſtas cæteris ſacramentis ratione neceſsitatis. diſt.23.cap.3.n.7.pag.160.
Puer an poſſit in utero baptizari. diſt.5.cap.3.n.1.pag.35.
Parentes an obligentur ad baptizandos filios in tempore infantiæ. ibidem.n.2.
Quis poſsit baptizare. diſt.50.cap.31.nu.2.& 3.pag.396.
Non valet conſuetudo baptizandi in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & diaboli. diſt.11.c.6.n.1.p.62.
Anima in lingua defuncti expectat baptizari. diſt.10. cap.3.n.4.pag.53.
Quando aliquis vi præciſa compellitur ad baptiſmum, character non imprimitur. diſt.45. cap.5.n.3.p.348.
Quando compellitur per vim conditionalem, ſeu compulſivam, tunc imprimitur character, & fit validum ſacramentum. ibidem.
Baptiſmus delet irrigularitatẽ ex delicto. diſt. 51.c.1.n.3.pag.417.
Non baptizatus non eſt proprie irregularis, quas irregularitates tollat baptiſmus. diſtin. 51.c 4.n.2.p.419.
Religioſus factus epiſcopus poteſt tenere, & ſuſcipere in baptiſmo. diſt.53.cap.1.num.5. pag.427.
Religioſi poſſunt eſſe compatres baptizando. ibidem...6.
Qui baptizatur in ægritudine mortali, eſt irrigularis. diſt.57.c.1.n.2.p.525.
Quid ſi dilatio baptiſmi ſit, lõga ſed baptiſmus ſuſceptus ante ægritudinem. ibidem.num.3. pag.526.
Quid ſi baptiſmus ſuſcipiatur obmetum. ibid. num.4.
Irregularitas hæc eſt ad omnes ordines. ibidẽ. num.5.
Baptizatus, & ordinatus morientes, ſi poſtea reſurgant, non debent iterum baptizari, vel ordinari, niſi dubitent. diſt.64.cap.1. n. 1.& 2.pag.586.
Præſumitur quis in dubio potius non baptizatus. diſt.68.c.2.n.2.p.587.
Vtrum liceat adultis inſtructis in fide differre baptiſmum. diſtinctione 77.cap. 3.n.5.& 6. pag.637.
Vtrum eccleſia determinaverit aliquod tempus adultis ad ſuſcipiendum baptiſmum. ibidem. n.7.
Vtrum hoc tempus potuerit determinari ab eccleſia. ibidem.n 8.
Eccleſia poteſt determinare tempus pro adultis, & infantibus chriſtianorum. ibidem. num.9.
Diaconus an poſſit ex vi ſui officij pabtizare. diſt.93.c.13.n.2.pag 811.
Diaconus abſente presbytero, & neceſsitate cogente, baptizare poteſt. ibidem.n.3.
Baptiſmus delet omnem peccati maculã. diſt. 98.c.4.n.1.pag.866.
Diaconus nequit baptizare. diſt. 93.c. 14.nu.1. pag.811.
Vtrum fiat irrigularis, ſi in extrema neceſsitate baptizet ſolemniter. ibidem.num.2. pagin.812.
Quid ſi illud faciat cum licentia epiſcopi, vel parochi. ibidem.n.3.

Baro.

Barones an habeant poteſtatem condendi leges. diſt.2.cap.1.n.9.pag.20.

Baſilica.

Baſilica quid ſit. diſtinctione 30. cap. 9. num. 3. pagin.218.

Baſilius.

Baſilius quis fuerit. diſt.11.c.5.num.1.pag.61.

Beatus.

Beati utrum in cælo ad Deum pro nobis orẽt. diſt.22.c.2.n.5.pag.153.
Beati in cælo iam non merentur. diſtinctione 23.cap.2.num.14.pag.159.

Beda.

Beda quis fuerit. diſt.31.cap.2.num. 1.pag.224.

Bellum.

Captus in bello, an peccet fugiendo. diſt.1.c.9. num.7.pag.17.
Præda belli quomodo dividenda. diſt.1.cap.10. num.2.3.& 4.pag.18.
Princeps pace facta cum hoſtibus, non poteſt illis bona remittere, quæ ſui ſubditi tempore belli acquiſierunt, abſque illorum conſenſu. diſt.9.cap.2.n.2.p.48.
Quando poſsint epiſcopi, & clerici intereſſe bellis. diſtinctione 36. cap. 3. num. 2. pagin.279.
Bellum defenſivum nulli eſt prohibitum, & nemo in illo fit irrigularis. diſt.51.cap.4. nu. 3.pag.420.

Irregularitas contracta in bello aggreſsivo iuſto, eſt defectus Lenitatis in laicis. diſt. 51. cap.4.num.6.pag.420.
Quæ nam faciant bellum aggreſsivum iuſtũ. ibidem.n.7.8.& 9.

Benedictio.

Qui benedicit eſt maior eo, qui benedicitur, diſt.21.c.6.n.1.pag.149.
An peccent eccleſiaſtici, non benedicentes menſam. diſtinctione 44. cap. 12. num. 2. pag.339.
Iube domne benedicere, quare dicitur.diſt.21. cap.6.n.3.pag.149.
Simplex ſacerdos non poteſt in miſſa populo benedictionem dare in præſentia epiſcopi, niſi annuente epiſcopo. diſt.21.cap. 6. nu.3. pag.149.
Sacerdos in miſſa poteſt benedictionem populo dare,& eam ab epiſcopo petere. diſt. 95. cap.6.n.2.p.834.
Poterit abſque licenſia epiſcopi populo in fine miſſæ benedicere.ibidem.n.3.p.835.
Cur Diacono Evangelium lecturo detur benedictio. diſt.93.cap.23.n.5.p.815.

Benedictus.

Sancti benedicti congregatio quo tempore inſtituta.diſt.54.c.12.n.10.p.444.
Quæ familiæ militent ſub regula ſancti Benedicti.ibidem.
Qui Authores agant de congregatione ſancti Benedicti.ibidem.

Benefacere.

Abſurdũ eſt alijs benefacere,& non ſibi, diſt. 19.cap.1.num.4.pag.132.

Beneficentia.

Quid ſit beneficentia. diſtinctione 86. cap. 14. num.1.pag.738.

Beneficium.

Reges beneficia conferunt.diſt.10.c.5.n.4.pag. 54. & diſt.17.cap.6.n.8.p.122.
In beneficijs an præferatur bonus alij,qui fuit malus.diſt.12,c.8.n.3.p.68.
Inſtitutio beneficiorum eſt de iure poſitivo, diſt.22.c.1.n.2.p.152.
In beneficijs præfertur ſenex iunioridiſt.24.c. 5.n.8.p.183.
Collatio beneficij facta illiterato eſt nulla, diſt.38.c.3.n.4.pag.292.
An iniuſtè detinens beneficium, ſi collationẽ eiuſdem impetret à ſummo Pontifice, debeat facere menſionem de iniuſta detentione.diſt.40.cap.12.n.3.p.308.
An beneficium poſsit conferri in invitũ, diſt. 45.cap.11.n.5.p.357.
Irregularis an poſsit beneficium habere.diſt. 50.cap.39.n.3.p.403.
Clericus excommunicatus an ſuos faciat fructus beneficij. diſtinctione 50.cap.39. nu.5. pag.403.
Conſtituti in ſacris habentes concubinas benefacio carent.diſtinctione 28.cap.2.num.3. pag.200.
An ſint privati beneficijs ipſo iure. ibidem, num.3.
Qui inſcius beneficium adeptus eſt ex ſimonia patris,eo ipſo iure privatus eſt. diſt. 56. cap.7.n.6.pag.517.
Avis nepotes legitimi ex filio legitimo poſſunt in beneficijs immediate ſuccedere.diſt. 56.c.13.n.8.p.524.
Filijs patres immediate poſſunt ſuccedere in beneficijs,licet vere non ſint legitimi. ibid. num.9.
Fratres fratribus immediate poſſunt ſuccedere in beneficijs. ibidem.n.10.
Epiſcopus olim conferebat archidiaconatum, & beneficia quocumque tempore vacantia: quod hodie limitatur.diſt.60.cap.1. num. 1. pag.533.
Epiſcopus acceptans alternativam,ſi reſideat, confert beneficia vacantia in menſe Februarij, Aprilis. Iunij, auguſti, octobris, decembris:& quando incipiat gaudere alternativa.ibidem.n.2.
Epiſcopus accepta alternativa,ſi abſit, in principio menſis Aprilis, & poſtea revertatur die 10.& die 15.vacet beneficium, papæ reſervatur.ibidem.n.3.p.534.
Epiſcopus accepta alternativa,ſi non reſideat, ad ſummum confert beneficia vacantia in duobus menſibus.ibidem.n.4.
Serviens epiſcopo ſpe futuræ remunerationis beneficij,an contrahat ſimoniam.diſtin.61. cap.7.n.2.p.541.
Extraneus in beneficijs, incolis debet poſtponi.diſt 61.c.12.n.1.p.545.
An ſit iuſta lex, vel ſtatutum, quod beneficia eccleſiaſtica, & officia ſecularia non cõferantur exteris.ibidem.n.2.
An proviſiones Apoſtolicæ contra huiuſmodi ſtatuta iuſte impediãtur manu regia.ibid. num.3.
Dum aliquis invenitur eiuſdem eccleſiæ, non debent

debent beneficia exteris concedi.diſt.61. c. 13.n.3.pag.546.
An in omni beneficio reperiatur ius patronatus.diſt.63.c.15.n.3.& 4. pag.559.
Beneficium debet ſufficere ad victum honeſtum.diſt.70.cap.1.n.5.pag.594.
Quale dicatur beneficium ſufficiens ad victũ honeſtum.ibidem.6.
Oppidani, & concives præferendi ſunt in beneficijs aliunde ortis.ibidem.n.7.
Qui ſunt ex greminio alicuius eccleſiæ, alijs, qui ſunt alterius, præferantur.ibidem.n 8.
In Hiſpania, Portugallia, & Francia non admittuntur ad beneficia, qui nõ ſunt exregno.ibidem.n.9.
Fundatores poſſunt vocare clericos conſanguineos ad beneficia à ſe inſtituta. diſt. 70. cap.1.n.27.pag.598.
De requiſitis in eligendis.ibidem. n.28.
An gradus conſanguinitatis in hac vocatione computentur canonice, vel civiliter.ibidẽ. num.29.
Vtrum præferendi ſint deſcendentes per viã maſculinam.ibidem.n.30.pag.599.
Quomodo,& quando cenſeantur illigimi excluſi.ibidem. à n.31.uſque 42.
Beneficia regularia dabantur in titulum regularibus.ibidem.n.44. pag.602.
Beneficia regularia regularibus, & ſecularia ſæcularibus danda.ibidem.n.45.
Beneficium,quo quis ordinatur,an debeat eſſe perpetuum. diſt.70.c.2.n.9.p 604.
Quæ dicantur beneficia perpetua. ibidem. nu. 10.& 11.
Incompatibilitas beneficiorum,quando cæperit.ibidem. à n.12.uſque 20.p.605.
Collatio beneficij facta ab alieno epiſcopo, eſt nulla.diſt.71. cap.3.n.3.pag.613.
In impetratione beneficij oportet declare ordinatum eſſe ab alieno.ibidem.n,5.
Impetrationes beneficiorum viventiũ reprobantur. diſt.78.c.7.n.3.p.658.
Si reſerventur beneficia alicuius, non ſolum cenſentur reſervata illa,in quibus habet canonicum titulum , verum etiam illa, quæ poſsidebat, licet in eis canonicum titulum non haberet.diſt.16.c.3.n.4.p.107.
Plura beneficia eccleſiaſtica in una perſona ſunt incompatibilia.diſt. 89.c.1.n.1.p.776.
An plura poſsint bona fide obtineri, etiã Romano Pontifice concedente,ſeu permittente.ibidem.n.2.p.777.
Quinque cauſæ, quæ, approbante iure, plura largiuntur beneficia.ibidem.n.3.
In quibus beneficijs hæc pluralitas canonum authoritate conceſſa locum habeat.ibid.n.4.
Prohibentur epiſcopi eccleſiaſtica officia propinquis,vel favore ſibi coniunctis committere. diſt. 89.c.6.n.1.p.781.
An ſit Simonia dare alicui beneficium ſolo titulo conſanguinitatis.ibidem.n.2.
Poſſunt epiſcopi conferre beneficia conſanguineis, ſi ſint idonei.ibidem.n.3.
Poſſunt etiam illa conferre ſuis familiaribus idoneis, dummodo pactum non intercedat. ibidem.n.4.
An poſsint conſanguineos , & familiares ſuos admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum.ibidem.n.5.
Vide,illegitimus.

Beneficiatus.

Beneficiatus debet eſſe in tali ætate, ut poſsit promoveri ad ordinem, quem beneficium, aut dignitas requirit, & quæ ætas ſufficiat in cathedrali. diſtinctione 60. cap. 1. num. 5. pagin. 534.

Bibere.

An poſsint clerici bibendo trinam vicem excedere.diſt.44.c.9.n.3.p.336.
Clerici non debent in convivijs alios invitare ad bibendum.diſt.35.cap.6.n.1.pag.275.

Bibliothecanus.

Bibliothecatus eſt , qui ſcripta habet recondita.diſt.63.cap.2.num.1.pag.551.

Bigama.

Bigama ante baptiſmum an impediat ordines. diſt.26.c.1.n.2. pag.192. & cap.2.n.2 p.193.
Bigama an tollatur per baptiſmum.diſt. 26.c. 5.n.2.p.195.
In irregularitate bigamæ, quis diſpenſet. ibidum.numer. 4.

Bigamus.

Bigamus quare efficitur irregularis diſt.26.nu. 1.pag.162.
Bigamus an ſit,qui poſt baptiſmũ habuit uxerem,& ante alteram.diſt.26.c.3.n.2.p.193.
Bigamus an ſit ille,qui ignoranter cum corupta contrahit.diſt.32.c.12.n.4.p.247.
Bigamus an ſit,qui fœminam prius ab illo cognitam,duxit in uxorem.ibidem.n.5.
Contrahens matrimonium cum uxore defuncti ante copulam, non eſt bigamus. diſt. 34.cap.20.n.1.p.270.

Birrus.

Birrus quid ſit. diſt 30. cap.15.num.2.p.221.
Quid ſit Birrus clericorum. diſtinctione 100. num.9. pagin.871.

Blaſphemia.

Quid ſit blaſphemia, & de eius pæna.diſtinct. 25.cap.4.num.7.pag.190.

Bonifacius.

Bonifacius tertius quis fuerit. diſtinctione 79. cap.7.num.1.pag.658.

Bonum.

Bonum gratia Dei acquiritur.diſt. 23. cap.2.n. 11.pag.158.
Aliquis cogendus eſt ad bonum.diſt.23.cap.22. n.3.p.175.
Propter malum cohærens,prohibetur bonum. diſt.21.c.6.n.5.pag.150.
Pæna delapidantium bona eccleſiæ. diſtinct. 50.cap.22.num.1.pag.391.

Bonus.

Bonus non indiget correctione. diſt. 22. cap.4. num.3.pag.154.
Qui bonus reputatur,bonus eſt cenſendus.diſtinct.24 c.4.n.4.pag.182.
An unuſquiſque in dubio præſumi debeat bonus,& ſanctus. diſt.40.cap.1.num.3.p.301,

Breviarium.

Vtrum Archiepiſcopus Bracharenſis, Hiſpaniarum Primàs ſimul cum capitulo, eiuſdē ſedis breviarium,vel per detractionem,vel per novam additionē ex Romano deſumptā poſsit immutare.pag.879. à n.1. uſque ad.7.

Bulgari.

Conſultum Bulgarorum ad Nicolaum primū. diſt.28.cap.17.num.1.pag.210.

C.

Calixtus.

Calixtus primus quis fuerit. diſt.12.c.1.num.1. pag.64.
Calixtus 2. quis fuerit. diſtinctione 27. cap.8. num.1.pag.198.

Candidianus.

Candidianus quis fuit,& eius vita.diſtinctione 96.cap.7.num.4.pag.847.

Canis.

Habens canem furioſum,an maneat irregularis, ſi aliquem occidat. diſtinctione 50. cap. 50.num.3.pagin.408.

Canities.

Canities maturam præſignat prudentiam. diſt. 84.cap.6.num.2.pag. 718.

Canon.

Vnicuique canoni, qui in Decreto eſt, eadem authoritas dāda eſt, quæ authori eius datur. in proœm.n.20.pag.4.
Canon idem eſt quod regula.diſt.3.cap.1.nu.1. pag.24.
Græci an teneantur ad obſervationem canonum.diſt.20. c.1.n.6.p.141.
Conſuetudo contra canones etiam in laicis facta, non valet.diſt.12.c.3.n.3.& 4.p.66.
Canones Apoſtolici an poſsint mutari ab eccleſia.diſt.14.c.2.n.3.p.74.
Canones Apoſtolorum per Clementem primum translati.diſt.16.cap.1.n.1.p.104.
Canones Apoſtolorum an reijciantur.ibidem. num.2.
Numerus canonum Apoſtolorum. diſtin. 16. cap.2.n.2.p.105.
Canonum Apoſtolorum numerus ſecundum Leonem diſt.16.c.3.n.3.p.106.
Octoginta quinq; canones Apoſtolorum fuerunt recepti.diſt.16.c.4.nu.1.p.107.&.cap.5. n.1.p.108.
An canones Apoſtolorum in Concilijs debeāt proponi.ibidem.n.2.
Diſputatur de authoritate canonum Apoſtolorum.ibidem.n.3.
Qui canones ad ſcribantur ſextæ ſynodo Cōſtantinopolitanæ.diſt.16,c.9.n.1.p.114.

Canones Apoſtolorum an approbentur. diſt. 20.cap.1.n.3.pag.140.
Canones Trullani non habent firmam authoritatem.diſt.28.c.16.n.1.pag.209.
Contrarietas canonũ quomodo reducatur ad concordiam.diſt.29.c.1.n.1.pag.211.
Canon tertij Concilij Nicæni explicatur. diſt. 31.cap.12.num.5.pag.231.

Canonicus.

Canonici regulares ſuo nomine & iure pontificio dato,merito gloriari debent. diſtin. 3.c. 1.n.3.pag.24.
Congregatio Canonicorum regularium ſanctæ Crucis Conimbricenſis.diſtinct.54.cap. 12.n.32.p.450.
Canonici ſoli epiſcopum eligebant. diſt. 23. c. 2.n.6.pag.158.
Canonicus qui vadit ad horam pro denario,an committat ſimoniam.diſtinctione 61.cap.7. num.1.pag.541.
Canonici an poſsint ſeparatim conſentire in actibus capituli.diſt.63.c.1.n.2. pag.551.
Munus,& officium canonici quale ſit.diſt.70. cap.2.num.22.pag.606.
Congregatio Canonicorum regularium ſancti Auguſtini inſtituta ab Apoſtolis ſtatim poſt Chriſti Domini aſcentionem,recepta à ſancto Iacobo,minore Apoſtolo, & Hieroſolymæ epiſcopo, à Divo Marco Evangeliſta in Alexandria, & ab alijs alibi ſuſcitata, & quaſi denuo erecta à ſancto Aug.in civitate Hiponenſi.diſt.54.cap.12.n.2.p.443.
Vide, Congregatio.

Canonicatus.

Canonicatus in collegiata debet eſſe in ætate 14.annorum, & an exiſtens in ætate. 7. annorum,poſſit penſionem obtinere. diſt. 60. cap.1.n.6.p.534.
Canonicatus , & præbenda an diſtinguantur. diſt.70.cap.2.n.22.pag.606.

Canoniſta.

Variant quandoque Canoniſtæ, à Theologis, & legiſtis. diſt.3.cap.1.num.4.p.24.
An præferendus Theologus canoniſtæ in aſſecutione epiſcopatus. diſtinctione 86. num. 4.pag.724.
In pertinentibus ad forum iudiciale præferendus Canoniſta Theologis.ibidem.
In materia de uſuris, ſtandum Canoniſtis. ibidem.

Cantilena.

In eccleſijs profanæ cantilenæ non debent decãtari, quanvis ſint honeſtæ. diſtinctione 92.cap.2.num.3.pag.802.

Cantor.

Diaconi non debent aſſumere officium cantorum in eccleſia,diſtinct. 92.cap.2.num. 1. pag.802.
Ad eccleſiæ cantores ſunt eligendi homines probatæ vitæ. ibidem.n.2.
Vide Cantus.

Cantus.

Cantus quare fiat in eccleſia, & an debeat laudari.diſt.21.cap.1.n.11.p.145.
In eccleſia non voce ſolum, ſed corde eſt canendum.diſt.92.c.1.n 1.p 801.
Cantus eccleſiaſticus incepit à tempore divi Ignatij,ibidem.n.2.
Multi cantum eccleſiaſticum reprobarunt.ibidem.n.3.
Muſici ferè omnes ſunt deperditæ vitæ. ibidem.n.4.
Reijcienda eſt curioſitas , & laſcivia in cantu eccleſiaſtico, & nimia modulatio. ibidem. num.5.
Cantus organicus non eſt licitus regularibus ibidem.n.6.p.802.
Cantores canendo in eccleſia canuum organicum,peccant.ibidem.n.7.
Theatrali more non eſt in eccleſia canendum, neque in cathedra theatrales decet exercere. ibidem.n.8.
In eccleſijs profanæ cantilenæ non debent decantari , quanvis ſint honeſtæ. diſtinctione 92.cap.2.num.3.pag.802.
Non erit decentandum in eccleſia cocos, & cachinnatores. ibidem.num.

Capellania.

Capellania fuit olim in uſu. diſtinctione
Capellaniæ quando poſſunt eſſe ſimoniales. ibidem in ordines. diſtinctione 70. cap.2.num.

Capitulum.

Capitulum ſede vacante an det licentiam ſubditis tranſeundi ad alienam diœceſim. diſt. 24. cap. 3. n. 5. p. 182.
An appellatione capituli veniat prælatus. diſt. 145. cap. 17. num. 1. pag. 356.

Captivitas.

Quando fuit captivitas Babylonica, & qua de cauſa. diſtinctione 45. cap. 9. num. 9. & 10. pagin. 353.

Carcer.

An iuſte captus, damnatus que ad mortẽ, aut aliam corporis pœnam, poſsit abſque peccato à carceribus fugere diſtin. 1. cap. 9. num. 7. pag. 17.
An ſubveniendum ei ſit, qui obſcelera in carcere detinetur. diſt. 86. c. 14. n. 6. p. 735.

Cardinalis.

Cardinales an habeant poteſtatem condendi leges. diſt. 2. c. 1. n. 4. p. 19.
An reſponſiones congregationis Cardinalium caſſitutæ ad explicationem Tridentini vim legis habeant. diſt. 2. c. 5. n. 3 p. 22.
De officio, & antiquitate Cardinalium. diſt. 23. c. 1. n. 6. p. 156.
Doctores qui de Cardinalibus agunt. diſt. 71. c. 5. n. 1. pag. 614.
Cardinales dicti ſunt à cardine. ibidem. n. 2.
Cardinales ſede vacante habent iuriſdictionẽ pontificis. diſtinctione 79. cap. 4. numer. 2. pag. 657.
Cardinales invadens in electione papæ excõmunicatur. diſtinctione 79. cap. 5. numer. 1. pag. 958.
Papa Cardinales presbyteros, non epiſcopos, vocat filios, ſi non ſint conſecrati. diſt. 86. cap. 6. n. 3. p. 728.
Quæ fuere olim, & quæ ſit hodie Cardinalitia dignitas. diſtinctione 93. cap. 5. numer. 1. pag. 809.

Carmelitæ.

Carmelitarum congregatio inſtituta ſub vita eremitica, ſine votorum obligatione, ab Elia, propheta magno. Vbi infra.
Suſcepere ſub poſt Chriſti ad tempus Chriſti fidẽ cum baptiſmo, ac vota ſabbatina religionis emiſere, non vero antea. diſt. 54. cap. 12. n. 3 p. 441.

Caro.

Habens licentiam comedendi carnes in quadrageſima, non peccat. diſt. 4. cap. 6. num. 4. pag. 31.
Recuſans carnes comedere, quando ab ordine deponatur. diſt. 30. c. 17. n. 4 p. 222.
Eſus carnium, & vini potus, non fuit ante diluvium. diſt. 35. cap. 2. n. 1. pag. 272.

Cathecumenus.

Cathecumeni qui dicantur. diſtinctione 34. c. 26. num. 2. pag. 262.

Carthuſianus.

Congregatio Carthuſiana à quo inſtituta. diſt. 54. cap. 12. n. 20. pag. 447.
Qui Authores agunt de hac familia. ibidem.
Conſtitutio Carthuſianorum abſtinendi ab eſu carnium, an obliget cum periculo mortis. diſt. 2. cap. 1. num. 6. pag. 19.

Caſsianus.

Caſsianus quis fuerit. diſtinctione 15. cap. 3. num. 99. cap. 101.

Caſsiodorus.

Caſsiodorus quis fuerit. diſtinctione 88. cap. 13. num. 1. pag. 775.

Caſtitas.

Virtus caſtitatis quanta ſit. diſtin. 28. cap. 5. n. 4. pag. 202.
Servans caſtitatem quando peccet, & excommunicetur. diſt. 30. cap. 5. n. 1. p. 214.
Epiſcopus an ſuſsit facere cõſtitutiones, quod nullus in Acolytum ordinetur, niſi caſtitatẽ promittat. diſt. 32. cap. 15. n. 3. p. 250.
Orientalis eccleſia an ſuſceperit votum caſtitatis. diſt. 28. c. 13. n. 5. pag. 208.
Quo tempore inceperit obligatio ſervãdi caſtitatem presbyteris, ſub rigore obligationis, & quomodo fuerit introducta. diſt. 31. cap. 14. n. 7. pag. 234.
Exemplum inſigne caſtitatis Alphonſi Cardinalis, Emmanuelis Luſitaniæ Regis filij. 54. cap. 12. n. 123. pag. 477.
Vide Continentia.

Caſtrare.

Nulli licet ſe caſtrare. diſtinctione 55. cap. 4. n. 2. pag. 495.
Reprehenditur Origines quod ſe caſtrarerit. ibidem. n. 4. p. 496.
Ob animæ ſalutem non licet ſe caſtrare. diſt. 55. cap. 5. num. 1. pag. 496.

Cave.

Verbum, Cave, ſolemne fuit. diſtinctione 50. cap. 51. num. 3. pag. 408.

Caupo.

An caupo peccet, ſi die reiunij cænam apponat, aut cibos vetitos. diſtinctione 4. cap. 6. num. 7. pagin. 32.

Cauſa.

Cauſa remota non eſt in culpa. diſt. 50. cap. 50. n. 4. pag. 408.
Cauſæ eccleſiaſticæ poſſunt in eccleſia tractari. diſt. 42. cap. 6. n. 3. p. 320.
Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus. diſt. 61. cap. 9. n. 2. pag. 542.
Diviſio cauſarum in mere eccleſiaſticas, vel non mere, & in temporales, ſeu mixtas. diſt. 96. cap. 1. num. 2. pag. 837.

Cautio.

Plus valet ſpecialis cauſio, quam generalis. diſtinct. 23. cap. 6. n. 6. p. 162.
De cautione iuratoria. ibidem. num. 5.

Celeritas.

Celeritas in approbatione perſonarum eſt de iure reprobata. diſtinctione 24. numer. 1. pag. 180.

Celeſtinus.

Celeſtinus tertius reprobavit conſuetudinem, quod electio de voluntate ſæcularis fuit. diſt. 63. cap. 5. num. 3. pag. 557.

Celibatus.

Celibatus an ſit de iure divino. diſtinctione 28. cap. 15. num. 2. pag. 209.

Cæremonia.

Cæremoniæ legis veteris, an hodie allegentur. diſt. 5. cap. 1. n. p. 34.
Conſuetudo contra ius divinum cæremoniale, eſt valida. diſtinctione 5. cap. 2. numer. 1. pagin. 35.

Cenſura.

Particulæ, affectatio, audacia, ſcientia in cenſuris, quid importent. diſtinctione 55. cap. 7. num. 3. pagin. 501.

Certum.

Aliquid pro certo, quando habeatur. diſtin. 10. cap. 9. num. 3. pag. 57.

Character.

Sacramenta veteris legis non imprimebant characterem ſpiritualem. diſt. 77. cap. 7. n. 18. pag. 649.
Quæ ſacramenta novæ legis characterem imprimant. ibidem. num. 29.

Charitas.

Non facere alijs, quod nolumus nobis fieri, quomodo intelligatur. diſt. 1. n. 7. pag. 9.

Chyrographum.

Quid ſit chyrographum. diſt. 98. cap. 2. num. 1. pag. 865.
Inſtrumentum, antapocha, & chyrographum idem ſunt. ibidem. n. 2. pag. 866.
Chyrographum in textu quomodo accipiatur. ibidem. num. 3.

Chlamis.

Quid ſit chlamis, & cuius figura ſit. diſtin. 96. cap. 14. num. 14. pag. 862.

Chorepiſcopus.

Chorepiſcopi qui fuerint. diſt. 68. cap 4. num. 2. pag. 587.

Chriſma.

Oleum Chriſmatis intra quod tempus debeat peti à parochis. diſtinctione 95. cap. 4. num. 1. pagin. 834.

Chriſtus.

Nullus Chriſto contrarius eſt audiendus. diſt. 8. cap. 9. n. 2. p. 46.
Hæretici etiam Chriſto apocrypha opera impoſuerunt. diſtinctione 15. cap. 3. num. 54. pag 94.
Corpus Chriſti appellatur benedictio pœnitẽtiæ. diſt. 50. c 57. n. 2. p. 411.
Chriſtus natus ex gentilibus. diſt. 56. c. 8. nu. 1. pag. 518.
Cur in Chriſti genealogia ſpecialiter nominati Phares, & Zaran. ibidem. n. 4. p. 519.
An Chriſtus dominus, qua homo, habuerit dominium in temporalibus. diſtinct. 96. cap. 6. num. 3. pag. 845.

Chriſtianus.

Chriſtianus quæ teneatur cire ad ſalutem. diſt. 37. cap. 16. n. 1. pag. 288.
Peccat mortaliter, qui diſsimulat ſe Chriſtianum, licet corde confiteatur. diſt. 50. cap. 32. n. 1. p. 397.
Iudæus, aut Ethnicus effectus Chriſtianus, non debet puniri de delictis antea commiſsis. diſt. 26. cap. 1. num. 4 pag. 192.
Iudæus, aut Ethnicus, effectus Chriſtianus in fraudem, & ut pœnam commiſsi delicti evitet, poterit non obſtante baptiſmate, de delictis antea commiſsis accuſari, & puniri. ibidem. n. 6. pag. 193.
Aliquis effectus Chriſtianus adhuc tenetur reſtituere male ablata, & omne illud, quod civiliter ex furto, aut alio delicto naſcitur. ibidem. num. 7.

Chronicon.

Liber chronicorum in factis antiquis inducit probationem. diſt. 16. cap. 4 n. 4. p. 107.

Cibus.

Cibi, quibus ieiunantes uti debent. diſtinctione 4. cap. 6. n. 6. pag. 32.
Vide ieiunium.

Cyprianus.

Cyprianus quis fuerit. diſtinctione 15. cap. 3. num. 84. pag. 98.

Circunciſio.

Circunciſio fuit ſigura baptiſmi. diſtinctione 35. cap. 2. num. 5. pag. 273.

Citatio.

Quid faciendum ſit, quando capitulum, ſeu Vniverſitates citari debent. diſt. 44. cap. 1. n. 2. & 3. pag. 330.
Teſtes ſine partis citatione non probant. diſt. 44. c. 5. n. 2. pag. 333.
Citatio debet fieri ad electionem: & quis poſſit contradicere. diſt. 63. c. 11. n. 3. p. 557.

Civis.

Appellatione civis comprehenditur ex privilegio factus. diſt. 10. cap. 7. n. 5. p. 56.

Claudus.

Claudus an ſit irrigularis. diſt. 55. cap. 10. nu. 1. pag. 503.
An poſsit epiſcopus diſpenſare cum claudo, ut celebret cum pede ligneo. ibidem. n. 2.
An prælatus regularis poſsit diſpenſare cũ ſuo ſubdito claudo, ut cum pede ligneo, celebret. ibidem. num. 3.

Clavis.

Claves duæ ſcienſiæ, & poteſtatis. diſt. 20. nu. 2. pag. 139.
Quæ ſit clavis ſcienſiæ. ibidem.
Clavis auctoritatis, & excellentiæ in ſolo Deo, & Chriſto ſervatore reperitur. ibidem.
In iudice eccleſiaſtico utraque clavis requiritur. ibidem. num. 4.

Clauſula.

An clauſula in principio diſpoſitionis poſita, trahatur ad alia capitula, & comprehendat totam diſpoſitionem. diſtinctione 43. cap. 1. num. 6. pag. 323.

Clemens.

Clemens primus quis fuerit. diſt. 23. cap. 4. nu. 1. pag. 161.
Clemens Alexandrinus quis fuerit. diſtin. 15. cap. 3. num. 97. pag. 100.

Clementiá.

Quid ſit Clementia. diſtinctione 86. cap. 22. num. 1. pagin. 744.

Clericus.

Diſcreta debet eſſe Clericorum, & laicorũ vita. diſt. 4. cap. 4. n. 3. pag. 39.
Clericus imperitus an poſsit præbenda ſpoliari. diſt. 8. c. 4. n. 2. p. 43.
Qui ante baptiſmum cum vidua contraxit, nõ debet ad clericatum admitti. diſt. 34. cap. 13. n. 1. & 2. pag. 266.
Rex contra clericos inquirere nequit. diſtin. 8. cap. 4. n. 3. p. 43.
Clericus incorrigibilis, an ipſo iure privilegium perdat. diſtinctione 17. cap. 4. nu. 4. 2. pag. 121.
Clerici civitatis ſunt vocandi ad Concilium. diſt. 18. cap. 17. n. 1. p. 131.
Clerici ſunt res ſpirituales. diſt. 21. cap. 1. num. 1. pag. 144.
Clericus quando ordinatur, profitetur fidem. diſt. 23. c. 6. n. 2. p. 162.
Clerici non debent comam nutrire. diſtin. 23. cap. 21. n. 2. p. 172. c. 23. n. 3. p. 175. & cap. 32. n. 2. pag. 179.
Converſatio Clericorum qualis eſſe debeat. diſt. 23. c. 3. n. 1. d. 159.
Clerici ſuper caput in modum ſphæræ debent radere. diſt. 23. cap. 21. n. 3. p. 173.
Quid ſignificet clericorum caput in medio raſum, & in extremitatibus capillatum. ibid.
Clericus debet deferre tonſuram. diſt. 23. c. 22. n. 2. pag. 174.
Clericis quæ veſtes ſint interdictę. ididem. nu. 4. pag. 175.
Clercus habitum non deferens, punitur. ibidẽ. num. 6.
Clericis debent aures patere. diſt. 23. c. 32. n. 4. pag. 180.
Ad miniſterium eccleſiæ clerici eiuſdem promoventur. diſtinctione 24. cap. 3. num. 2. pag. 181.
Clerici ordinandi quomodo debeant examinari. diſt. 24. cap. 5. n. 2. pag. 182.
Clerici tenentur ſine crimine vivere. diſtinctione 25. cap. 6. num. 2. pag. 192.
Clericus an tantum committat ſimplicẽ fornicationem. diſtinctione 28. cap. 9. num. 3. pag. 205.
Clericus publice punitur, quando publice peccat. ibidem. n. 5.
Qui publice punitur, non fit clericus. diſt. 30. cap. 17. n. 1. p. 222.
Non licet clericis orientalibus hebdomada, qua ſerviunt eccleſiæ, uxoribus cõmiſceri. diſt. 31. c. 13. n 5 pag. 232.
Clericus publice concubinarius, ſi celebret, an incurrat ſuſpenſionem. diſt. 32. cap. 6. n. 3. 4. & 5. pag. 239.
Clericus decedens in concubinatu, an careat eccleſiaſtica ſepultura. ibidem. n. 6 p. 240.
Explicatur caput, cum olim, de clericis coniugatis. diſt. 31. c. 14. n. 11. p. 233.
Clericus in ſacris matrimonium contrahens, an privetur beneficio. diſt. 32. cap. 11. num. 2. pag. 246.
Clerici non debent habere in domo mulieres ſuſpectas. diſtinctione 32. cap. 16. num. 1. pag. 251.
Clerici debent evitare conſortia mulierũ. diſt. 32. c. 17. n. 1. p. 251.
Clericus coniugatus, ſi eius uxor fuerit adultera, an perdat privilegium clericale. diſt. 34. cap. 12. n. 2. pag. 266.
Qui bis contrahunt, non debent clerici fieri. diſt. 34. cap. 14. n. 1. p. 270.
Clericis an liceat intereſſe comædijs. diſt. 34 c. 19. n. 3. p. 270.
Pæna clerici lutoris de iure civili, & de iure canonico. diſtinctione 35. cap. 1. num. 2 & 3. pag. 271.
Clericus lutor an debeat ſuſpendi. diſt. 35. c. 1. num. 5. & 6. pag. 271.
Hoc crimen an ſit mixti. ibidem. num. 8 & 9. pag. 272.
Clerici non debent in convivijs alios invitare ad bibendum. diſtinctione 35. cap. 6. n. 1. pag. 275.
Clerici quando poſsint intereſſe bellis. diſt. 36. c. 3. n. 2. p. 279.
Exceſſus Clericorum debent corrigi. diſt. 37. cap. 5. n. 2. p. 282.
Clerici tenentur ire ad cathedralem in feſto rogationum. diſtinctione 38. cap. 2. num. 2. pag. 291.
Clerici in omnibus debent oſtendere ſtatum, quem profitentur. diſtinctione 41. cap 8. nu. 1. pag. 314.
Clerici non debent arma portare. ibidem. numer. 2.
An clericus arma portans poſsit per laicos capi, & armis ſpoliari. ibidem. n. 3.
Clerici an poſsint renunciare privilegio fori. diſt. 42. c. 3. n. 2. & 3 p. 317.

Caſus, in quibus iudex laicus poteſt cognoſcere de clericis. ibidem. n. 4. p. 318.
Clerici an poſſint prorogare iuriſdictionem Clericorum. diſt. 42. c. 3. n. 5. p. 318.
An appellatione Clericorum comprehendatur populus civitatis, vel loci, & è converſo. diſt. 42. c. 5. n. 3. p. 319.
An incurrat excommunicationem, qui clericum detinet verbis, contra eius volũtatem. diſt. 45. cap. 9. n. 2. p. 352.
Clerici appellantur nobiles. diſt. 50. cap. 5. n. 2. pag. 383.
Clerici an poſsint hortari in bello. diſt. 50. cap. 5. n. 3. pag. 383.
Clericus degradatus an conficiat Euchariſtiæ Sacramentum, diſtinctione 50. cap. 10. num. 5. pag. 386.
Familia clericorum an ſit convenienda in foro Eccleſiaſtico. diſt. 32. cap. 10. n. 8. 9. & 10. pag. 246.
Alio modo puniuntur clerici minorum ordinum, alio maiorum. diſt. 50. cap. 21. num. 3. pag. 391.
Clericus excommunicatus, aut ſuſpenſus, an poſsit repetere fructus. diſt. 50. c. 21. nu. 4. & 5. pag. 391.
Clericus in crimine deprehenſus, an poſsit capi per laicos. diſtinctione 50. cap. 34. num. 4. pag. 400.
Clericus non tenetur pro debito, niſi in quantum facere poteſt. diſtinctione 50. cap. 39. n. 4. pag. 403.
Clericus in minoribus an poſsit tranſire ad militiam ſecularem. diſtinctione 50. cap. 61. n. 1. pag. 413.
Quid ſtatuendum de clericis ſine examine ordinatis, diſtinctione 24. cap. 7. num. 2. & 5. pag. 184.
Clericus poteſt filias dotare de bonis eccleſiæ. diſt. 31. cap. 11. n. 3. pag. 230.
Poteſt etiam ſororibus dotem conſtituere. ibidem. num. 4.
Clericus quis dicatur. diſtin. 21. cap. 1. num. 13. pag. 146.
Clerici dicuntur milites. diſt. 54. cap. 1. num. 3. pag. 430.
Non debent proprijs ſtipendijs militare. ibidẽ. num. 4.
Plena libertas requiritur in ſervo ad clericatũ. ibidem. n. 5.
Licet clericis ſervire eccleſiæ propter dignitates conſequendas. diſt. 59. c. 3. n. 1. p. 532.
Laici non admittũtur ad accuſantum clericos. diſt. 81. c. 6. n. 3. p. 669.
Clericus an propter fornicationem deponatur. ibidem. n. 4.
Clericus depoſitus in monaſterium debet detrudi, ubi peccata lugeat. diſt. 81. cap. 7. num. 2. pag. 669.
Percutiens clericum depoſitum, an maneat excommunicatus. diſtinctione 81. cap. 8. nu. 2. pag. 670.
Clericus confeſſus, aut convictus de adulterio, privatur ab officio, & beneficio. diſt. 81. cap. 10. n. 2. pag. 671.
An hoc procedat, ſi clericus putabat mulierẽ eſſe ſolutam. ibidem. n. 3.
Clericus non deponitur propter fornicationẽ. diſt. 81. c. 12. n. 1. p. 672.
Propter periurium privatur clericus ab officio, & beneficio. ibidem. n. 2.
Clericus in furto captus, deponitur. ibidem. num. 3.
Propter homicidium deponitur clericus, & an veniat beneficio privandus. ibidem. n. 4.
Clericus fornicarius non communicabit cum alijs clericis. diſtinctione 81. cap. 3. num. 2. pag. 673.
Clericus depoſitus an poſsit in neceſsitate ſolemniter baptizare. diſt. 81. cap. 14. num. 1. & 2. pag. 673.
Clericus publice concubinarius, an maneat ſuſpenſus. diſt. 81. c. 15. n. 2. p. 674.
Clericus trinam ſpernens admonitionẽ propter fornicationem, excommunicatur. diſtin. 81. cap. 22. n. 2. p. 677.
Clerici non cohabitent cum ſuſpectis muſcribus. diſt. 81. c. 23. n. 1. p. 677.
Solus clericus ad ſolam mulierem non accedat. diſt. 81. cap. 26. n. 1. p. 679.
Quas mulieres, exceptis conſanguineis, poſsit clericus ſecum habere. diſt. 81. cap. 27. num. 1. pag. 680.
Clerici non habeant communia balnea cum mulieribus. diſtinctione 81. cap. 28. num. 1. pag. 680.
Venundentur ab epiſcopo, quæ appetunt clericorum conſortia. diſtinctione 81. cap. 30. n. 1. pag. 681.
Cum clericis ſolum cohabitent mulieres, quas neceſsitudo excuſat. diſtin. 81. cap. 30. nu. 1. pag. 681.
Clerici non accedant ad fœminarum domicilia, niſi ex iuſsione prælati. diſt. 81. cap. 32. n. 1. pag. 682.
Clerici incontinentes omni honore eccleſiaſtico ſunt privandi. diſtinctione 82. cap. 2. n. 1. pag. 692.
An clerici in ſacris teneantur horas canonicas recitare, & quonam præcepto. ibidem. num. 5. pag. 693.
An clericus in honeſtus, & concubinarius deponi debeat. diſtinctione 82. cap. 5. num. 2. & 12. pag. 699.
Quod nam privilegium amittat clericus per bigamiam. diſtinctione 82. cap. 5. numer. 3. pag. 717.
Clerici in minoribus non habentes beneficiũ, poſſunt

possunt negotiare. distin. 86.cap.26.num.3. pag.748.
Clerici in sacris, si velint possunt acceptare tutellam legitimam.ibidem.n.7.pag.749.
Clerici litigiosi esse non debent, hoc est, lites inter alios excitantes. distinctione 9. nu.1. pag.785.
Ad episcopos pertinet discordantes clericos concordare.dist.90.c.1.n.1.p.785.
Clericus tenetur ad recitandum, quamvis habeat beneficium tenue.distinctione 91. cap. 3.num.1.pag.799.
Non prohibetur clericus exercere agriculturam ad sui sustentationem. ibidem. num.2. pag.800.
Clericus potest mercari necessitatis causa. ibidem.num. 3.
Clericus potest artificio aliquo sibi victum quærere.dist.91.cap.4.num.1.p.800.
An clericus dignior sit quolibet monacho. dist.93.c.5.n.3.p.809.
Vagabundi,& vagi non sunt existimandi clerici. dist.93.cap.8.n.1.p.810.
Prohibentur clerici compagis calceari. distin. 93.cap.21.n.1.p.813.
Clerici non debent uti mapulis.dist.93.cap.22. n.1.pag.813.
Non licet clericis ostiatim mendicare, nisi devotionis causa, aliqua pia loca visitent. dist.93.c.23.n.8.p.816.
Vtrum clerici teneantur servare statuta clericorum quoad vim directivam.dist. 96. cap. 1.n.9.pag.839.
Vtrum clerici teneantur servare leges civiles absque præiudicio ecclesiæ.ibidem.n.10.
Clericus conveniens laicum in civilibus coram sæculari iudice, poterit ab eodem ibidem conveniri,non sic in in criminalibus. dist. 96.c.5.n.1.p.844.
Clerici Dij appellantur.dist.96.cap.7. num. 3. pag.847.
Exemptio clericorum à potestate civili, utrũ sit de iure divino. dist.96. cap. 11.n.2.p.849.
Prohibentur clerici conducere allena prædia. dist. 88.cap.1.n.2.pag.761.
Tam iure canonico, quam civili arcentur clerici à negotijs sæcularibus. ibidem. num. 4. pag.761.
Clericorum exemptis à negotijs sæcularibus, ex iure divino naturali sequitur. ibidem. num.5.
Negotiatio mere lucrativa, est clericis illicita, atque interdicta.distinctione.88.cap.2.num. 1.pag.763.
Clerici exercentes negotiationem, excommunicantur, suspenduntur, ac deponuntur. ibidem.num.2.
De quibus clericis hæc intelligi debeant. ibid. n.3.pag.764.
Immunitatem bonorum amittunt.ibidem.numer.4.
An clerius hanc immunitatẽ bonorum amittat,antequam ter à suo ordinario sit admonitus.ibidem.n.5.
Vtrum sufficiat una admonitio, quæ sit instar trium.ibidem.n.6.
An post trivam admonitionem immunitatis privilegium pereat etiam in bonis ecclesiasticis.ibidem.n.7.
Vtrum contẽptis tribus admonitionibus privetur clericus alio privilegio,quam immunitatis.ibidem.n.8.& 9.
An clerici,qui negotiationi serviunt, possint amissum privilegium recuperare. ibidem. num.10.p.765.
Politica negotiatio non decet clericos. distin. 88.c.3.n.1.p.765.
In quibus casibus possit id eis licere. ibidem. num.2.
Possunt clerici artificio aliquo uti ut aliquid lucrentur.dist.88.cap.9.n.2.p.770.
An clericus tenẽatur ementare pluribus, quod ex mercatura superlucrau sunt.dist.88.cap. 13.n.3.pag.775.
Clerici tutores, & curatores, esse non possunt, nisi legitima tutela. dist. 88. cap. 14.num. 1. pag.776.
Appellatione clericorum veniunt clerici in minoribus constituti,quando agitur de materia favorabili.dist. 46.cap. 4.nu.3.p.362.
Quando agitur de publica vindicta, clericus nullo modo potest accusare.dist.n.46.cap.4. num.1.pag.362.
Cum igitur de privata iniuria, & delicto pro quo non venit imponenda pœna sanguinis, bene potest clericus laicum accusare.ibid.
Si detur pœna sanguinis, si clericus accuset, excitur irregularis.ibidem.
Clericus poterit laicum accusare,quando civiliter prosequitur suum interesse, licet iudici videretur imponese pœnam sanguinis. ibidem.n.3.p.362.
Per viam exceptionis potest clericus crimen opponere, etiam si pro eo pœna sanguinis veniret imponenda.distinctione 46. cap. 4. n.3.pag.362.
Potest clericus laicum accusare de delicto,pro quo venit imponenda pœna sanguinis, si protestetur,quod ad pœnam sanguinis index non procedat.ibidem.n.4.pag.363.

Cælestinus.

Cælestinus primus quis fuerit. dist.59. c.4.n.1. pag.532.

Cogere.

Aliquis

Aliquis cogendus est ad bonum, & potest alius quando decipi, ut bonum faciat. dist. 23. c. 22. n. 3. p. 171.
An possit aliquis cogi ad fidem. dist. 45. cap. 1. n. 3. p. 341.
Vtrum index possit partes litigantes ad concordiam cogere. dist. 90. c. 9. n. 2. p. 793.
Vide, Concordia.

Colloquium.

Colloquia prava corrumpunt bonos mores. dist. 37. cap. 8. n. 4. pag. 184.

Coma.

Ignominia est viris nutrire comam. dist. 23. c. 21. n. 4. & 5. p. 173.
Mulieres non debent comam amputare. dist. 30. c. 2. n. 1. p. 213.
Coma in mulieribus est signum pulchritudinis. ibidem. n. 2.
Quod limitatur in fœminis religiosis, ibidem, num. 3. & 4.

Comœdia.

Repræsentantes comœdias sunt irregulares. dist. 33. c. 2. n. 8. pag. 255.
Clericis an liceat interesse comœdijs. dist. 34. cap. 19. n. 3. pag. 270.
Sacerdos non debet comœdias legere. dist. 37. c. 2. n. 1. p. 280.
Quam pœnam inuirrat. ibidem. n. 2.
Comœdiæ actores notantur, & qui spectatorū voluptatem, & venationes edunt. dist. 51. c. 1. n. 10. pag. 418.
Vtrum peccent, qui in sacris, sunt præsentes comœdijs. dist. 86. c. 7. n. 3. p. 730.
Vide, Histrio.

Commenda.

Commendam revocare, quando possit Pontifex. dist. 56. c. 5. n. 4. pag. 517.
Vtrum incompatibilitas beneficiorum in una persona, locum habeat in commendis. dist. 89 cap. 1. nu. 5. pag. 777.

Comes.

Comites an habeant potestatem condendi leges, dist. 2. cap. 1. n. 9. pag. 20.

Comessalia.

Quid dicatur comessalia. dist. 44. c. 10. n. 2. p. 337.

Commissio.

Commissio causæ requirit iudicialem informationem, cum non committatur arbitrio, & conscientiæ. dist. 54. c. 28. n. 3. p. 438.

Communio.

Copula coniugalis, an prohibeat communionem. dist. 6. c. 1. n. 7. p. 37.
Quid sit privare à communione ecclesiæ. dist. 18. c. 10. n. 4. p. 129.
Peregrina communio, quæ dicatur, dist. 50. c. 21. n. 1. p. 390.
Quæ sit communio laica, & peregrina. dist. 84. c. 5. n. 4. p. 717.
Vide, Eucharistia.

Communicare.

Nullus cum eo communicet, in sacris canonibus, quæ pœna sit. dist. 18. c. 2. n. 13. p. 539.

Communicatio.

Vtrum detur communicatio bonorum operū inter fideles. dist. 81. c. 34. n. 8. p. 688.

Compagum.

Prohibetur clericis compagis calceari. dist. 93. c. 31. n. 1. pag. 813.
Quid sit compagum. ibidem. n. 2.

Comparare.

Augustinus, Hieronymus, Gregorius, quomodo comparentur. dist. 9. c. 6. n. 2. pag. 49.

Compilator.

Compilatores Decreti, qui fuerint. in prœm. à nu. 38. usq; 42. pag. 6.

Compositio.

Non poteſt prælatus compoſitionem cum ſubdito facere ſuper delictum factum eccleſiæ, neq; iniuriam remittere. diſtinct. 90. cap. 1. nu. 4. pag. 786.

Concedere

Verbum, Concedo, an inducat ius novum. diſt. 13. cap. 2. n. 8. pag. 73.

Concilium.

Concilium provinciale habet poteſtatem ferendi leges. diſt. 11. c. 8. n. 2. pag. 63. & diſt. 17. c. 6. n. 2. pag. 122.
Concilium Bracharenſe primum, quando celebratum. diſt. 12. c. 14. n. 1. pag. 71.
Conciliorum celebratio, quando inceperit. diſt. 15. c. 1. n. 1. pag. 75.
Concilium Nicœnum cur dicatur primum. ibidem. n. 2.
Numerus patrum, qui Concilio Nicæno interfuerunt. ibidem. n. 3.
Viri illuſtres, qui illi interfuerunt. ibidem. n. 4. pag. 76.
Ariani epiſcopi, qui Concilio Nicæno interfuerunt. ibidem. n. 5.
Quo tempore fuit celebratum. ibidem. n. 6.
Cauſa Nicæni Concilij. ibidem. n. 7.
Nicæni Concilij canones ubi ſervati. diſt. 15. c. 1. n. 11. 12. 13. 14. pag. 77.
Numerus canonum Nicænæ Synodi. ibidem. n. 15. & 16.
Concilium Conſtantinopolitanum ſecundum generale, quo tempore celebratum. diſt. 15. c. 1. n. 19. pag. 78.
Perſonarum numerus, quæ illi interfuerunt. ibidem. n. 18.
Cauſa Concilij Conſtantinopolitani. ibidem. n. 20. pag. 79.
Concilium Epheſinum, tertium generale, ubi celebratum. diſt. 15. c. 1. n. 21. pag. 79.
Epiſcoporum numerus, qui in hoc Concilio interfuerunt. ibidem. n. 22.
Quando fuit celebratum. ibidem. n. 23.
Cauſa Concilij Epheſini. ibidem. n. 24.
Concilium Chalcedonenſe, quartum generale, quo tempore celebratum. diſt. 15. c. 1. n. 29. pag. 80.
Vbi celebratum. ibidem. n. 27.
De numero epiſcoporum illi aſſiſtentium. ibidem n. 28.
Cauſa Concilij Chalcedonenſis. ibidem. nu. 30. pag. 81.
Quatuor Concilia ſuſcipienda, ſicut quatuor evangelia, quomodo intelligatur. diſt. 15. c. 2. n. 2. pag. 82.
Geſta in Concilio generali ſubſcribuntur per patres, qui interfuerunt. diſt. 16. c. 6. n. 4. pag. 108.
Concilium Conſtantinopolitanum ſecundū, & quintum univerſale, quando celebratū. diſt. 16. c. 8. n. 5. pag. 113.
Qui patres illi interfuerunt. ibidem.
Concilium Nicœnum ſecundum, ſeptimum è generalibus, quando celebratum. ibidem. nu. 7.
Concilium Conſtantinopolitanum quartum, octavum è generalibus, quando celebratū. diſt. 16. c. 8. n. 8. pag. 113.
Senſus Conciliorum non debet interpretari. diſt. 16. c. 8. n. 9. pag. 114.
Concilium Sardicenſe, quando celebratum. diſt. 16. c. 14. n. 2. pag. 118.
Concilia quomodo debeant congregari. diſt. 17. n. 2. pag. 118.
Concilia generalia ſolus Papa convocat, & aperit. diſt. 17. c. 1. n. 1. & 2. pag. 119. & c. 2. n. 4. pag. 121.
In exordio eccleſiæ cur convocarentur Concilia generalia per Imperatores. diſt. 17. c. 1. n. 2. pag. 119.
Non eſt Concilium niſi Pontifex illud approbet. diſt. 17. c. 2. n. 2. pag. 119.
Pontifex per legatos poteſt intereſſe Concilijs. ibidem. n. 3.
Si dubitatur de ſenſu Concilij ad Sedem Apoſtolicam eſt recurrendum. diſt. 17. c. 4. n. 2. pag. 121.
Non eſt Concilium, quod ſine Sedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. diſt. 17. c. 5. n. 3. pag. 121.
An à Concilio provinciali appelletur. ibidem. nu. 5.
Concilia ſine Papæ authoritate congregata, ſunt irrita. diſt. 17. c. 6. n. 1. pag. 121.
Concilia provincialia, an errare poſſint. diſt. 17. c. 6. n. 3. pag. 122.
In Schiſmate de papatu, quis vocet Concilium. diſt. 17. c. 6. n. 5. pag. 122.
Romana eccleſia non habet authoritatem à Conciliis. diſt. 17. c. 6. n. 6. pag. 122.
Concilia epiſcoporum, an poſſint definire, & corrigere. diſt. 18. à n. 1. uſq; 8. pag. 123.
Archiepiſcopus eſt caput Concilij. diſt. 18. c. 1. n. 1. pag. 124.
Metropolitanus à quo diſpenſetur, ſi non poſſit celebrare Concilium. ibidem. n. 2.
In Concilijs provincialibus in præcedentia epiſcoporum, eſt attendendum tempus ordinationis, non autem dignitas eccleſiaſtica. ibidem. n. 3.
In quo loco ſint recipiendi in Concilijs provincialibus Commendatarij, & Abbates. ibidem. n. 4. pag. 125.
Concilium provinciale, an cognoſcat de cauſis provin-

provinciæ. diſt. 18. c. 2. n. 4. pag. 125.
Nicænum Concilium quando, & qualiter celebratum. diſt. 18. c. 3. n. 1. pag. 125.
Concilium provinciale, quo tempore debeat celebrari. diſt. 18. c. 3. n. 2. p. 125.
An epiſcopus non dum conſecratus poſſit cõgregare Concilium. diſt. 18. c. 4. num. 4. pag. 126.
An inferior ab epiſcopo poſſit perſcribere poteſtatem congregandi Concilium. diſt. 18. c. 4. n. 4. p. 126.
Epiſcopi vocati ad Concilium, debent venire. diſt. 18. c. 5. n. 1. p. 126.
Quomodo ſe debeant excuſare, ſi non poſſunt venire. ibidem. n. 2.
Pœna non venientium ad Concilia. ibidem. n. 3. & 4.
Epiſcopi non venientes ad Concilium poſſunt corrigi. diſt. 18. c. 6. n. 2. p. 127.
Quæ neceſſitas excuſet non venientes ad Concilium. ibidem. n. 5.
Convocatio Concilij ad Metropolitanum ſpectat. diſt. 18. c. 7. n. 1. p. 127.
Sede Metropolitana vacante poſſunt epiſcopi provinciæ congregari ad Concilium celebrandum. ibidem. n. 2.
Epiſcopus, qui non poteſt venire ad Concilium, tenetur mittere nuntium. diſt. 18. c. 9. n. 2. p. 128.
Quid ſi epiſcopus ſubeſt duobus Metropolitanis, & eodem tempore vocetur ab ambobus ad Concilium. ibidem. n. 3.
Senectus excuſat veniendi ad Concilium. diſt. 18. c. 10. n. 2. p. 129.
Epiſcopus debet venire intra terminum aſſignatum. ibidem. n. 3.
Epiſcopus non veniens ad Concilium poteſt probare impedimentum per unum teſtem. ibidem. n. 7.
Concilium Arelatenſe ſecundum, quando celebratum. diſt. 18. c. 11. n. 1. p. 130.
Clerici civitatis ſunt vocandi ad Concilium. diſt. 18. c. 17. n. 1. p. 131.
Concilium Carthaginenſe tertium, quando celebratum. diſt. 23. c. 5. n. 1. p. 161.
Concilium Carthaginenſe quartum, quando celebratum. diſt. 23. c. 7. n. 1. p. 162. & c. 15. n. 1. p. 169. & c. 28. n. 1. p. 177.
Concilium Toletanum undecimum, quando celebratum. diſt. 23. c. 6. n. 1. p. 162.
Concilium Bracharenſe tertium, quando celebratum. diſt. 23. c. 9. n. 1. p. 164.
Concilium Toletanum perperam citatur. diſt. 23. c. 14. n. 1. p. 167.
Concilium Agathenſe, quando celebratum. diſt. 23. c. 22. n. 2. p. 174. & c. 30. n. 1. p. 178.
Concilium Romanum, quando celebratum. diſt. 23. c. 23. n. 2. p. 175. & diſt. 28. c. 2. n. 2. pag. 200.
Concilium Laodicenſe, quando celebratum. diſt. 23. c. 26. n. 1. p. 176.
Concilium Nannatenſe, quando celebratum. diſt. 24. c. 5. n. 1. p. 182.
Concilium Toletanum quartum, quando celebratum. diſt. 28. c. 5. n. 1. p. 200.
Concilium Toletanum ſecundum quando celebratum. diſt. 28. c. 5. n. 1. p. 202.
Concilium Arelatenſe ſecundum, quãdo celebratum. diſt. 28. c. 6. n. 1. p. 203.
Concilium Arelatenſe tertium, quando celebratum. diſt. 28. c. 7. n. 1 pag. 203.
Concilium Neocæſarienſe quando celebratũ. diſt. 28. c. 9 n. 1. pag. 205.
Concilium Aurelianenſe primum, quando celebratum. diſt. 28. c. 11. n. 1. p. 206.
Concilium Gangrenſe quando celebratũ. diſt. 28. cap. 15. num. 1. pag. 209. & diſt. 30 c. 1. n. 1. pag. 212.
Cauſa Concilij Gangrenſis qualis fuerit. diſt. 30. n. 1. p. 212.
Concilium Carthaginenſe quintum, quando celebratum. diſt. 32. c. 13. n. 1. p. 248.
Concilium Toletanum primum, quando celebratum. diſt. 34. c. 4. n. 1. p. 261.
Concilium Aurelianenſe quartum, quando celebratum. diſt. 34. c. 2. n. 1. p. 260.
Concilium Eliberitanum, quando, & ubi celebratum fuit. diſt. 47. c. 5. n. 1. p. 372.
Concilium Ilerdenſe, quando fuerit celebratum. diſt. 50. c. 36. n. 1. p. 401.
Concilium Vormacienſe, quando celebratũ. diſt. 50. c. 50. n. 1. p. 407.
Concilium Triburienſe, quando celebratum. diſt. 50. c. 51. n. 1. p. 408.
Concilium Gerundenſe, quando celebratum. diſt. 50. c. 57. n. 1. p. 411.
Concilium Toletanum 12. quando celebratũ. diſt. 54. c. 17. n. 1. p. 484.
Concilium Matiſconenſe, quando celebratũ. diſt. 54. c. 18. n. 1. pag. 484.
Concilium Neocæſarienſe, quando celebratum. diſt. 57. c. 1. n. 1. p. 525. & diſt. 95. c. 12. n. 1. p. 836.
Concilium Pariſienſe primum, quando celebratum. diſt. 63. c. 5. n. 1. p. 554.
Concilium Arauſicanum primum, quando celebratum. diſt. 64. c. 3. n. 1. p. 577.
Concilium Carthaginenſe ſecundum, quando celebratum. diſt. 65. c. 5. n. 1. p. 581.
Concilium Milevitanum, quando celebratum. diſt. 72. c. 3. n. 1. p. 616.
Concilium Magontinum primum, quando celebratum. diſt. 76. c. 2. n. 1. p. 626.
Concilium Salegunſtadienſe, quando celebratum. diſt. 76. c. 3. n. 1. p. 627.
Vide, Synodus.

Concordia.

Epiſcopi inter ſe concordes eſſe debent. diſt. 90. c.6. n.1. p.791.
Epiſcopis competit clericos, & laicos ad pacem vocare. diſt.90. c.7. n.1. p.792.
Epiſcopus in cauſis criminalibus merè criminaliter actis, non poteſt ſubditos ad pacem trahere: & idem dicendum in publicis delictis. ibidem. n.2.
Vtrum iudex poſſit partes litigantes ad concordiam cogere. diſt.90. c.9. n.2. p.793.
Quid Bart. in hac quæſtione ſenſit. ibidem. nu. 3.
Iudices poſſunt partes ad concordiam cogere, quando lis per multum tempus duraverit, & à facili expediri non poſſit. ibidem. n.4.
In cauſa criminali criminaliter mota, iudices non poſſunt partes ad pacem compellere. ibidem. n.5.
In cauſis criminalibus, in quibus tranſactio fieri poteſt, iudex partes ad pacem cogere poterit, & quæ crimina ſint. ibidem. n.6.
Quando imminet timor armorum, poteſt iudex partes ad pacem cogere. ibidem. n.7.
Iudex poterit partes ad pacem obligare, ſi ſint perſonæ inſignes, & illuſtres. ibidem. n.8. pag.794.
Iudex poteſt partes cogere ad pacem, quando eorum diſcordia tendat ad præiudicium, & incommodum alterius. ibidem. n.9.
Iudex non tantum ſæcularis, verum etiam eccleſiaſticus partes ad treguam cogere poteſt. ibidem. n.10.
Vera concordia, quæ dicatur. diſt.89. c.7. n.5. pag.783.
Concordia, quam ſit potens ad reſpuplicas tuendas, ac conſervandas. ibidem. n.6.
Concorditer dicitur factum, quod ſit à maiori parte. ibidem. n.7.
Vide, Diſcordia.

Concubina.

Concubina, quæ dicatur. diſt. 34. c. 4. nu. 2. pag.261.
Concubinæ an permittantur. diſt.34. c. 5. n.4. pag.262.
Non licet concubinas habere. diſt.34. c. 6. n. 1. p. 262.

Concubinarius.

Clericus publicè concubinarius, ſi celebret, an incurrat ſuſpenſionem. diſt. 32. c. 6. n. 3. 4 & 5. p.239.
Non eſt audienda miſſa presbyteri concubinarij. diſt.32. c.6. n.2. p.239.
Clericus decedens in concubinatu, an careat eccleſiaſtica ſepultura. ibidem. n.6. p.240.
Habens concubinam ante clericatum, non eſt irregularis. diſt.33. c.7. n.1. p.258.
Eccleſiaſtici iudices, an poſſint iudicare de laicis concubinarijs. diſt.34. c.7. n.4. p.263.

Condemnare.

Deprehenſus in crimine, an ſtatim poſſit condemnari. diſt.50. c.29. n.4. & 5. p.396.

Conditio.

Conditiones legis quot, & quales ſint. diſt. 4. c.2. p.28.
Conditio alia caſualis, alia poteſtativa, alia mixta. & quæ ſint. diſt. 47. c. 10. nu. 1. pag.375.
Si conditio impeditur impleri per caſum, an habeatur pro impleta. ibidem. n.2. 3. & 4.
Quid quando conditio impeditur per eum, à quo debebat adimpleri, ſeu ex cuius facto pendebat. ibidem. n.5.

Conductio.

Conductiones prohibentur epiſcopis, clericis & religioſis ob lucrum. diſt. 86. c. 26. n. 1. pag.748.
Quando dicatur hæc conductio fieri ob lucrū. ibidem. n.2.
Ex fructibus conductionum debentur decimæ, & gabellæ. ibidem. n.4.

Confeſſio.

Confeſſio clerici nocet ad ordinandum, ſed non nocet ad alia. diſt.50. c.55. n.3. p.410.
Vide, Confiteri.

Confirmatio.

Non poteſt presbyter confirmationis Sacramentum propria authoritate exercere. diſt. 95. c.1. n.1. p.831.
Vtrum Papa poſſit delegare ſimplici ſacerdoti confirmationis Sacramentum. ibidem. nu. 2.
An poſſit presbyter de mandato ſui epiſcopi Sacramentum confirmationis adminiſtrare. diſt.95. c.11. n.1. p.836.
Epiſcopus eſt ſolus miniſter proprius Sacramenti confirmationis. ibidem. n. 2.

Confirmare.

An eadem res poſſit per aliquem donari, & ſimul confirmari. diſtinct. 63. cap. 23. n.4. pag.364.
Confirmatione ſuperioris non acquiritur aliquid novi. diſt.12. c.2. n.6. p.66.

Confiscatio.

Si quis condemnatur in pœnam mortis naturalis, cum confiscatione bonorum, si pendente appellatione moriatur condemnatus, evanescit confiscatio. dist. 54. c. 10. n. 1. p. 270.

In crimine læsæ maiestatis, etiam post mortem procedi, & cognosci potest, ut convicto mortuo, memoria eius damnetur, & eius bona successori eripiantur. dist. 23. c. 14. n. 7. p. 168.

Quando reus delinquens moritur post sententiam latam contra eum, quæ transit in rem iudicatam, tunc pœna confiscationis bonorum, & quælibet pecuniaria transit ad hæredes, & mortè defuncti non extinguitur. ibidem. n. 8.

Confiteri.

Confessio in iudicio sine deliberatione, potest revocari. dist. 29. c. 1. n. 2. p. 211.

Confessio prælati, ne noceat ecclesiæ. dist. 22. c. 4. n. 5. p. 154.

Confiteri debet quis errores suos. dist. 9. c. 4. n. 1. p. 48.

Qui crimen confitetur, mitius est puniendus. dist. 50. c. 3. n. 1. p. 382.

Nisi confiteatur metu probationis. ibid. n. 2.

Confraternitas.

An possint congregationes, & confraternitates facere statuta, quod semel, vel bis in anno conveniant. dist. 42. c. 1. n. 1. p. 315.

An possint statuere, quod nullus recipiatur, nisi certum quid solvat. ibidem, n. 2.

Vide, Congregatio.

Congregatio.

Congregationes factæ pro communi utilitate, & ad opus pium, sunt approbatæ à iure, & possunt fieri in ecclesia. dist. 41. c. 5. nu. 3. pag. 313.

Congregationes, quæ fiunt in ecclesijs, non debent contemni. dist. 30. c. 9. n. 1. p. 218.

Quæ sint religiosæ congregationes. dist. 54. c. 12. n. 2. p. 441.

Quot hodie numerentur in ecclesia catholica religiosæ congregationes. dist. 54. c. 12. à n. 4. usq; ad numerum. 147.

A quo sint fundatæ, quem habitum gestent, quot provincias, & monasteria contineant, & Authores, apud quos mentio aliqua honorifica earum invenitur. ibidem.

Congregatio Carmelitanorum. dist. 54. c. 12. n. 4. p. 441.

Congregatio Cruciferorum, ibidē. n. 5. p. 442.

Congregatio S. Basilij. ibidem. n. 6.

Congregatio Eremitarum S. Augustini. dist. 54. c. 12. n. 7. p. 443.

Congregatio canonicorum regularium S. Augustini. ibidem. n. 8.

Congregatio canonicorum regularium Lateranensium. dist. 54. c. 12. n. 9. p. 444.

Congregatio sancti Benedicti. ibidem. n. 10.

Congregatio canonicorū regularium S. Fredia-ni, sive Brigidiani. dist. 54. c. 12. n. 11. p. 445.

Congregatio Cluniacensium. ibidem. n. 13.

Congregatio Camaldulensium. ibidem. n. 14.

Congregatio Fontis Coryli. ibidem. n. 15.

Congregatio Vallis umbrosæ. dist. 54. c. 12. n. 16. p. 446.

Congregatio Grandimontensium. ibid. n. 17.

Variæ reformationes canonicorum regularium. ibidem. n. 18.

Congregatio canonicorum regularium sancti Rufi. dist. 54. c. 12. n. 19. p. 447.

Congregatio Carthusiana. ibidem. n. 20.

Congregatio S. Antonij Eremitæ. ibidem. n. 21.

Congregatio canonicorum regularium Arrosiæ. dist. 54. c. 12. n. 22. p. 448.

Congregatio Cisterciensium. ibidem. n. 23.

Congregatio canonicorum sancti Victoris. ibidem. n. 24.

Congregatio Fontis Ebraldi. n. 25.

Congregatio Permonstratensis. dist. 54. c. 12. n. 26. p. 449.

Congregatio Guillelmitarum. ibidem. n. 27.

Congregatio Gilbertinorum. ibidem. n. 28.

Congregatio canonicorum regularium Mantuanorum. ibidem. n. 29.

Congregatio canonicorum regularium S. Sepulchri. ibidem. n. 30.

Congregatio sancti Guillielmi Ducis Aquitaniæ. dist. 54. c. 12. n. 31. p. 450.

Congregatio canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensis, apud Lusitanos, ibidem. n. 32.

Congregatio Humiliatorum. ibidem. n. 33.

Congregatio Floriacensis. dist. 54. c. 12. n. 34. pag. 451.

Congregatio S. Spiritus in Saxea. ibidem. n. 35.

Congregatio sanctissimæ Trinitatis. ibidem. n. 36.

Congregatio fratrum de Penitentia S. Demetrij. dist. 54. c. 12. n. 37. p. 452.

Congregatio Prædicatorum. ibidem. n. 38.

Congregatio Minorum. ibidem. n. 39.

Congregatio S. Pauli primi Eremitæ. ibidem. n. 4. p. 453.

Congregatio Mercenariorum. ibidem. n. 41.

Congregatio Vallis Scholariorum. dist. 54. c. 12. n. 43. p. 454.

Congregatio Sylvestrinorum. ibidem. n. 43.

Congregatio Servitarum. ibidem. n. 44.

Congregatio Vallis Caulium. dist. 54. c. 12. n. 45. p. 455.

Congregatio Cruciferorum per Germaniam, Belgium, & Galliam. ibidem. n.46.
Congregatio Bonorum hominum. ibidem. n. 47.
Congregatio Celeſtinorum. ibidem. n.48.
Congregatio fratrum Pœnitentiæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ. diſt.54. c.12. n.49. p.456.
Congregatio mulierum Pœnitentium. ibidem n. 50.
Congregatio Charitatis ſanctæ Mariæ. ibidem. n. 51.
Congregatio clericorum Hoſpitaliorum. ibidem. n.52.
Congregatio Alexianorum. ibidem. n.53.
Congregatio Olivetanorum. diſt. 54. c. 12. n. 54. p.457.
Congregatio Ieſuatorum S. Hieronymi. ibidem. n.55.
Congregatio ſanctæ Brigittæ. ibidem. n.56.
Congregatio ſancti Hieronymi per Hiſpaniam. diſt.54. c.12. n.57. p.458.
Congregatio clericorum vitæ communis. ibidem. n.58.
Congregatio canonicorum regularium Gronodaci, ideſt, Vallis viridis. ibidem. n.59.
Congregatio ſancti Hieronymi per Italiam. ibidem. n.60.
Congregatio ſancti Hieronymi in Piſis. ibidem. n.61.
Congregatio canonicorum regularium Vvindemenſium. diſt.54. c.12. n.62. p.459.
Congregatio ſancti Hieronymi in Feſſulanis. ibidem. n.63.
Congregatio clericorum regularium Frigionariæ. ibidem. n.64.
Congregatio canonicorum regularium ſancti Salvatoris. ibidem. n.65.
Congregatio canonicorum regularium S. Georgij in Alga. diſt.54. c.12. n.66. p.460.
Congregatio ſanctæ Iuſtinæ Patavinæ. ibidem. n. 67.
Congregatio ſancti Ambroſij ad nemus. ibidem. n.68.
Congregatio minorum ſancti Franciſci de Paula. ibidem. n.69.
Congregatio fratrum Apoſtolorum. ibidem. pag. ſequenti. n.70.
Congregatio canonicorum regularium S. Petri de Monte Corbulo. ibidem. n.71.
Congregatio clericorum boni Ieſu Ravenatis. ibidem. n.72.
Congregatio clericorum regularium Theatinorum. diſt.54. c.12. n.73. p.460.
Congregatio clericorum regularium ſancti Pauli de collati. ibidem. n.74.
Congregatio clericorum regularium Somaſchinorum. ibidem. n.75.
Congregatio fratrum Ioannis de Deo Luſitani. ibidem. n.76.
Congregatio clericorum regularium Societatis Ieſu. diſt.54. c.12. n.77. p.461.
Congregatio Pœnitentiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ. ibidem. n.78.
Congregatio clericorum regularium, quos appellant miniſtros infirmorum. diſt. 54. c. 12. n.79. p.462.
Congregatio clericorum regularium ſanctæ Mariæ de Luca. ibidem. n.80.
Congregatio clericorum regularium minorum. ibidem. n.81.
Congregatio clericorum regularium, vulgò Scholæ piæ. ibidem. n.82.
Congregatio ſancti Antonij Abbatis in Flandria. ibidem. n.83.
Congregatio militaris ſancti Lazari. ibidem. n. 84. p. 463.
Congregatio militaris ſancti Ioannis Melitenſis. ibidem. n.85.
Congregatio militaris ſancti ſepulchri. ibidem. n.86. p.464.
Congregatio militaris equitum templi. ibidem. n.87.
Congregatio militaris ſanctæ Mariæ Teutonicorum. diſt.54. c.12. n.88. p.465.
Congregatio militaris ſancti Ioannis Acconenſis. ibidem. n.89.
Congregatio militaris Aviſij in Luſitania. ibidem. n.90. p.466.
Congregatio militaris ſanctæ Mariæ de Calatrava, apud Hiſpanos. ibidem. n.91.
Congregatio militaris Alcæ, apud Luſitanos. ibidem. n.92. p.467.
Congregatio militaris ſancti Iacobi, apud Hiſpanos. ibidem. n.93.
Congregatio militaris ſancti Iacobi, apud Luſitanos. diſt.54. c.12. n. 94. p.468.
Congregatio militaris Alcantaræ, apud Hiſpanos. ibidem. n.95.
Congregatio militaris Montis Gaudij, apud Ieroſolymitanos. ibidem. n.96.
Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide. ibidem. n. 97. p.469.
Congregatio militaris Chriſti, apud Livonos. ibidem. n.98.
Congregatio militaris Ieſu Chriſti. ibidem. n.99.
Congregatio militaris ſanctæ Mariæ de Mercede, apud Aragonios. ibidem. n.100.
Congregatio militaris ſanctæ Mariæ glorioſæ, apud Italos. diſt.54. c.12. n. 101. p.470.
Congregatio militaris Chriſti, apud Luſitanos. ibidem. n.102.
Congregatio militaris Montęſiæ, apud Hiſpanos. ibidem. n.103. p.471.
Congregatio militaris ſancti Stephani Papæ. & martyris, apud Florentinos. ibidem. n.104.

Congregatio militaris ſancti Mauritij apud Sabaudos. ibidem. n.105 p.472.
Congregatio militaris ſanctæ Mariæ de Monte Carmelo, apud Gallos. ibidem. n.106.
Congregatio militaris Tabulæ rotundæ, apud Anglos. diſt.54.c.12. n.108. p.473.
Congregatio militaris Ginetæ, apud Gallos. ibidem. n.109.
Congregatio militaris Lilij, apud Navarros. ibidem. n. 110.
Congregatio militaris Canis,apud Gallos.ibidem. n.111.
Congregatio militaris ſancti Salvatoris, apud Aragonios. ibidem. n.112. p. 474.
Congregatio militaris Chriſti, apud Italos.ibidem. n.113.
Congregatio militaris Bandæ, apud Caſtellanos. ibidem. n.114.
Congregatio militaris Guarteriæ, apud Anglos. ibidem. n.115. p.475.
Congregatio militaris Stellæ,apud Gallos.ibidem. n.116.
Congregatio militaris Columbæ, apud Caſtellanos. ibidem. n.117.
Congregatio militaris Nodi, apud Neapolitanos. diſt.54. c.12. n.118. p.476.
Congregatio militaris Annunciatæ, apud Sabaudos. ibidem. n.119.
Congregatio militaris Draconis, apud Germanos, & Hungaros. ibidem. n.120.
Congregatio militaris Velleris aurei. ibidem. n. 121.
Congregatio militaris Cardui, apud Gallos. ibidem. n.122. p.477.
Congregatio militaris Spicæ, apud Gallos.ibidem. n.123.
Congregatio militaris Hyſtricis,apud Gallos. diſt.54. c 12. n.124. p.478.
Congregatio militaris Squamæ, apud Caſtellanos. ibidem. n.125.
Congregatio militaris ſancti Georgij, apud Carinthios. ibidem. n.126.
Congregatio militaris ſancti Michaelis, apud Gallos. ibidem. n. 127.
Congregatio militaris S. Georgij, apud Italos. ibidem. n.128.
Congregatio militaris S. Petri, apud Italos. ibidem. n.129.
Congregatio militaris crucis Burgundicę. diſt. 54. c.12. n.130. p.479.
Congregatio militaris S. Pauli, apud Italos. ibidem. n.131.
Congregatio militaris Delilio,apud Italos.ibidem. n.132.
Congregatio militaris equitum Piorum, apud Italos. ibidem. n.133.
Congregatio militaris S. Spiritus, apud Gallos. ibidem. n.134.
Congregatio militaris Lauretana, apud Italos. ibidem. n. 135. p.480.
Congregatio militaris ſanguinis Chriſti, apud Mantuanos. n. 136.
Congregatio militaris Balnei, apud Anglos. diſt.54. c.12. n.137. p. 481.
Congregatio Cardui S. Andreæ, apud Scotos. ibidem. n.138.
Congregatio militaris Elephantorum, apud Danos. ibidem. n.139.
Congregatio militaris Cypri. ibidem. n.140.
Congregatio militaris Seraphinorum, apud Suevos. ibidem. n.141.
Congregatio militaris Gladiorum, & Galeæ, apud Suevos. ibidem. n.142.
Congregatio militaris Calzæ, apud Venetos. ibidem. n.143.
Congregatio militaris Hungarica. ibidem n. 144.
Congregatio militaris ſancti Gerionis. diſt. 54. c.12. n.145. p.482.
Congregatio militaris Navium, apud Gallos. ibidem. nu. 146.

Coniugatus.

An qui ſunt in carne coniugati, poſſint Deo placere. diſt.82. c 2. n.6 p.694.
Textus diſponit quæ fieri debent, ubi coniugati ſunt iuvenes. diſt.77. c.6. n.2. p.645.
Diſpoſitio cap.coniugatus,de converſione cōiug. pro his,qui ſenes etiam ſunt. ibid. n.3.
Hæc voluntas requirenda eſt etiam in matrimonio rato. ibidem. n.5.
Non debet eſſe metu gravi, vel dolo extorta. ibidem. n.6.
Non ſufficit ſpontanea diſſimulatio. ibidem. n. 7.
Vltra licentiam requiritur ſeparatio, & qualis eſſe debeat. ibidem. n.8.
Maritus, cui uxor adulterium commiſit, non eget eius facultate, ut ordinetur: nec ſi damnata eſt de hæreſi. ibidem. n.4.
An textus requirat alterius coniugis ingreſſum in religionem. ibidem. n.12. p.644.
Proponitur ſententia Authoris. ibidem.n.13.
Solvuntur quæ contra obijci poſſunt, & magis ſtabilitur. ibidem. n.14.
Diſpoſitio textus etiam pro ordinibus minoribus, & tonſura. ibidem. n.15.
Coniugatus volens de licentia uxoris tonſurari, debet vovere caſtitatem. ibidem. nu. 16. pag. 645.
Vide, Matrimonium.

Connexitas.

Ratione connexitatis res inter alios acta perjudicat. diſt.81. c.3. n.6. p.667.

Conſan-

Conſanguineus.

Conſanguinei præferendi ſunt : cum ampliatione, & limitatione. diſt.86. cap. 14. n.2. pag. 734.

Conſcientia.

Verba, tuæ conſcientiæ committimus, quid importent. diſt.33. c.7. n.2. p.258.

Conſecratio.

Conſecrari non poteſt illegitime electus. diſt. 63. c.13. n.1. p.558.

Conſecratio epiſcopi non tenet inconſulto Primate. diſt.65. c.5. n.2. p.581.

Vtrum ad conſecrationem epiſcopi, tres epiſcopi requirantur. diſt.66. c.2. n.1. p.584.

Conſenſus.

Conſenſus aliquando ponitur pro conſilio. diſt.63. c.35. n.1. p.574.

Conſenſus eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet, ſimul iuncta. in prooem. n.16. p.4.

Aliquando non ſufficit non contradicere. diſt. 27. c.1. n.5. p.195.

Tacens quando conſentire videatur. ibidem. n.6. p.196.

Quomodo puniendus, qui conſenſum præſtat erranti. diſt.83. c.4. n.2. p.708.

Conſenſus maioris partis, an, & quando præiudicet. diſt.65. c.3. n.1. p.580.

Cauſam contradictionis non aſſignans, habetur pro conſentiente. diſt.65. c.1. n.4. p.580.

Habentes rem communem, an poſſint ſuper illa diſponere, ſi omnes non conſentiant. diſt.65. c.3. n.2. p.580.

Conſenſus quid ſit. diſt.6. c.2. n.6. p.39.

Differentia inter conſenſum, & delectationē. ibidem. n.7.

Conſiliarius.

De officio conſiliarij regis. diſt.37. c.3. n.3. 4. 5. & 6. p.281.

Non ſolum tenentur conſiliarij iuſta, & bona conſulere, ſed etiam impedire, cum res cadit in detrimentum regis, vel regni. ibidem. n.4.

Si propter malum conſilium, aliquod dānum datum eſt, tenetur conſiliarius in foro conſcientiæ, & civili, illud reſarcire. diſt. 37. c.3. n.5. p.281.

Conſiliarij tenentur potius dimittere officiū, quam aliquid conſtituere, vel conſentire, quod non ſit bonum. ibidem. n.6.

Conſilium.

Prudentes ſunt conſulendi, & conſilijs eorū obſequendum. diſt.84. c.1. n.3. p.712. lib

Conſtantinopolis.

Conſtantinopolis olim erat urbs regia, nova Roma, communis patria. diſt.65. c.6. n.1. p.581.

Conſtantinus.

Conſtantini Imperatoris parentes enarrantur. diſt.96. c.13. n.1. p.850.

Enumerantur anni Imperij Diocletani, & Maximiani, quos ſequitur Conſtantinus pater Conſtantini. ibidem. n.8. p.853.

Conſtantinus feliciter progreditur mortuis pluribus tyrānis, præcipue Maxentio, quem ſigno crucis profligavit. ibidem. n.9. & 10.

Parat Conſtantinus bellum adverſus Maximinū, & baptiſmum ſuſcipit à B. Sylveſtro. ibidem. n. 11. p. 854.

Duxit in uxorem Fauſtam, ex qua quatuor ſuſcepit filios, præter Criſpum ex Minervina, & narratur mors ipſius Criſpi. ibid. n.12.

Plura templa ædificavit, bona eccleſijs donceſſit, leges gentilicas abrogavit. ibid. n.13.

Conſiderantur anni, quibus vixit Conſtantinus, & imperavit, tandem eius merito & funus narratur, imperijq; diviſio inter filios ponitur. diſt.96. c.13. n.14. p.855.

Deſcribitur facies tam corporis, quam animi, & eius mores traduntur. ibidem. n.15. & 16.

Qui Romani Pontificis tempore Conſtantini vixerunt. ibidem. n.17. p.856.

Multi inſignes viri eo tempore floruerunt. ibidem. n.18.

Vita heremitica tum temporis cœpit, in qua viguere plures Anachoretæ, & quales fuerunt. ibidem. n.19.

Ponitur donatio facta à Conſtantino eccleſiæ, quæ iuribus, & doctoribus plurimis probatur. diſt.96. c.14. n.1. p.857.

Authores qui inepte Conſtantini donationem oppugnarūt, & eorum fundamenta. ibid. n.2.

Communis ſententia approbatur, & argumentis ſatisfit; addentur præterea multæ rationes. ibidem. à n.3. uſq; 9. p. 858.

Qui contradixerit Conſtantini donationem, non procul diſtat ab hæreſi. diſt. 96. c.14. n.10. p.861.

Non ſolum donatio Conſtantini conſtat, ſed etiam omni iure valuit. ibidem. n.11.

Conſtitutio.

Conſtitutio, quid ſit. diſtinct. 2. cap. 4. nu. 1. pag. 21.

Conſtitutio eccleſiaſtica dicitur aliquando canon. diſt.3. c.5. n.11. p.14.

Conſtitutiones contra canones non valent. diſt.10. c.4. n.1. p.53.
Conſtitutiones in quas diſpenſatio non cadit. diſt.14. c.2. n.2. p.74.
Conſtitutio non ligat præterita. diſt. 28. c. 7. n.3. p.203.
Epiſcopus an poſſit facere cõſtitutiones, quod nullus in Acolytum ordinetur, niſi caſtitatem promittat. diſt.32. c.15. n.3. p.250.
Tempus quod habent epiſcopi ad publicandas conſtitutiones factas in Synodo. diſt.18. c.17. n.2. p.131.
Conſtitutiones epiſcoporum debent potiùs obſervari, quam ius commune, diſtinct.50 cap. 42. nu. 2. f. 405.

Conſuetudo.

Conſuetudo eiuſdem eſt pœnæ, cuius lex. diſt. 1. c.11. n.7. p.10.
Inter morem, conſuetudinem, & uſum, quæ differentia detur. diſt.1. c.4. n.3. p.13.
Conſuetudinis definitio. diſt.1.c.5. n.1. p.13.
Conſuetudo triplex, ſecundum legem, contra legem, præter legem. diſt.1. c.5. n.2. p.13.
An conſuetudo legi humanæ contraria, illam abroget. ibidem, n. 3.
Quot ſint neceſſaria, ut conſuetudo contra ius, ſive legem, vires obtineat. ibidem.
Quantum temporis requiratur, ut conſuetudo præſcribat contra legem. ibidem.
Quæ conſuetudo irrationabilis iure cenſeatur. ibidem. p. 14.
An conſuetudo poſſit abolere legem, in qua eſt clauſula derogatoria, non obſtante quacumq; conſuetudine. diſt.1.c.5.n.4. p.14.
An lex improbans conſuetudinem, cenſeatur ſolùm præcedentem tantum, & non ſubſequentem improbare. diſt.1.c.5.n.5. p.14.
Quot actibus, & quanto tempore conſuetudo præter legem introducta cenſeatur. ibidem. nu. 5.
Cum conſuetudo ſit quid facti, nunquam præſumitur, & ſic per allegantem probanda eſt. ibidem.
Quibus modis probari poſſit. ibidem.
An ſint in iure aliquæ perſonæ, quæ non poſſint conſuetudinem inducere. ibidem. n.7.
Poteſt à matronis conſuetudo induci earum rerum, quæ ſunt muliebris officij. ibidem.
Conſuetudo an ſit ius non ſcriptum. ibidem nu 8.
Conſuetudo excuſat in delictis. diſt. 4. c. 6. n. 11. p.33.
Scientia Principis an requiratur, ut conſuetudo ſit introducta. diſt 4. c.3. n.7. p.30.
Conſuetudo an poſſit tollere ieiunium. diſt. 4. c.4. n.6. p.31.
Secundum conſuetudinem iudicandum eſt etiam contrariam iuri ſcripto, ſi talis conſuetudo ſit rationabilis, & præſcripta. diſt.1. c. 5. n.10. p.14.
Conſuetudo contra ius divinum cæremoniale, eſt valida. diſt.5. c.2. n.1. p.35.
Contra ius naturale nulla conſuetudine agere licet. diſt.8. c.2. n.1. p.42.
Pernitioſa conſuetudo eſt evellenda. diſt. 8. c. 3. n.1. p.43.
Veritas conſuetudinem excludit. ibidem. c.4. n.1. & diſt.8. c.5. n.1. p.43.
Ex conſuetudine competit ius excipiendi. ibidem. n.2.
Veritate revelata, conſuetudo cedere debet. diſt.8. c. 6. n.1. p.44.
Conſuetudo veritati fruſtra opponitur. diſt. 8. c 7. n.1. p. 45.
Conſuetudo quomodo introducatur. diſt. 8. c. 7. n. 3. & 4. p. 45.
An ut conſuetudo inducatur, requiratur, ut actus fiat eo animo, ut illam inducat. diſt.8. c. 7. n.4. p. 45.
Conſuetudo an requirat ſcientiam Principis. ibidem. n. 5.
Conſuetudo debet à maiori parte communitatis obſervari. ibidem. n.6.
Conſuetudo inducitur per errorem. diſt. 8. c. 8. n.2. p.46.
Conſuetudo fini æterno repugnans, non eſt rationabilis. ibidem. n.3.
Conſuetudo excuſat à pœna. ibidem. n.4.
Conſuetudo Romana, an ubiq; ſit ſervanda. diſt. 11. c. 3. n. 4. p.60.
Conſuetudo an vincat legem. diſt. 11. cap. 4 n.3. 4. & 5. p. 60.
Conſuetudo antiqua Apoſtolorum, an tradat aliquid de fide. diſt. 11. c.5. n.2. p.61.
Conſuetudo univerſalis ligat tanquam lex. ibidem.
Non valet conſuetudo, quod clerici in minoribus beneficiati non teneantur ad horas, ſeu divinum officium. diſt. 11. c.6. n.1. p.62.
Conſuetudo præter legem eſt valida. diſt. 11. c.7. n.1. p.62.
Trangreſſor conſuetudinis punitur, ſicut tranſgreſſor legis. diſt.11. c.7. n.3. p.62.
Quælibet eccleſia regitur ſuis conſuetudinibus. diſt.11. c.8. n.1. p.63.
Conſuetudo Romanæ eccleſiæ, an debeat in alijs eccleſijs obſervari. diſt. 11. c. 9. n. 1. p. 63.
In conſuetudine recurrendum eſt ad vicinos. diſt. 12. c.1. n.3. p.65.
Conſuetudo debet obſervari, diſt.12. c.4. n.2. p.66. & c.8. n.1. p.68.
Contra conſuetudinem facta revocantur. diſt. 12. c.7. n.1. p. 68.
Conſuetudine non debent illicita perpetrari. diſt.12. c.9. n.1. p.69.

Conſuetudo an ſit efficax ad reddẽdos aliquos inhabiles ad matrimonium contrahendum. diſt.32.cap.13.num.3.& ſeqq. p.248.
Ius conſuetudinarium quando habuit exordium.diſt.6.cap.3.n.4.p.39.
Conſuetudo facit nõ eſſe delictum, quod alias eſſet.diſt.63.c.28.n.2.p.576.
Conſuetudo immemorialis privilegium inducit.diſt.64.cap.6.num.2.pag.578.

Conſul.

Suffecti Conſules qui dicantur. diſtinctione 2. cap.6.num.4.pag.23.

Continentia.

Difficile eſt continere.diſtin.50.cap.16.num.3. pag.388.
Qui divinis inſerviunt, continentes eſſe oportet.diſt.31.c.3.n.1.pag.224.
Epiſcopis,& presbyteris imponitur lex continentiæ.diſt.31.c.10.n.1.p.229.
Clericis in minoribus non poteſt continentia iniungi. diſt.28.c.5.n.6.p.202.
Longa continentia quæ dicatur.diſt. 28.cap. 4. n.4.pag.201.
Quo iure ſit annexa continentia ordini ſacro. diſt.84.cap.3.n.2.pag.715.
An idem dicendum de epiſcopatu. ibidem. num.3.
Vtrum in eccleſia ſit poteſtas imponendæ eius obligationis ex voto.ibidem.n.4.
A quo tempore inceperit obligatio continẽtiæ in ſacris ibidem.n.6.
Quam continentiæ obligationem adeat coniugatus, ſi ſacris initietur.diſt. 84.c.4.num. 1. pag.716.
Quomodo ſe habere debeat quoad ſeparationem.ibidem.n.2.
Quam culpam incurrat presbyter propriam cognoſcens uxorem.ibidem.n.3.
Quam pænam quilibet in ſacris incurrat. ibid. num.4.pag.717.
Vide, Caſtitas.

Contractus.

An in vitus teneatur ſervare contractus.diſtin. 45.cap.5.num.3.4.5.pag.348.

Contrahere.

Contrahens cum vidua, eſt irregularis. diſtin. 50.cap 8.num.1.pag.384.
Vide, Matrimonium.

Contrarietas.

Contrarietas canonum quomodo reducatur ad concordiam.diſtinct. 19. cap. 1. num 1. pag.211.
Vtrum in iure detur aliqua contradictio. diſtinctione 1.num.1.pag 8.

Contritio.

Contritio eſt propter amorem Dei,non propter infamiam,aut honorem.diſtinctione 50. cap.25.num.3.pag.392.

Contumacia.

Contumacia unde dicatur, & quid ſit.diſt. 86. c.10.n.5.p.849.
Dividitur contumacia ſecundum varios, & multiplices reſpectus,& quanta ſit differetia inter utrumq; membrum, ibidem.n.6.

Converſatio.

Converſatio clericorum qualis eſſe debeat. diſt.23.cap.3 n.1.pag.159.

Convincere.

An per ea,quæ quis in ſuis libris ſcribit, convincatur de eo, quod in eis reperitur. diſt. 45.cap.3.n.14.15.16.pag.346.

Convivium.

In eccleſia non debent fieri convivia. diſt.44. cap.8.n.1.pag.335.
Quod in convivijs etiam præferentia obſervetur.ibidem.num.2.& 3.
Clerici non debent in convivijs alios inuitare ad bibendum.diſt. 35.cap.6 nu.1.pag.275.

Copula.

Coniugalis copula,quando illicita.diſt.31. nu. 13.c.7.pag. 233.
Copula coniugalis an prohibeat communionem.diſt.6.cap.1.n.7.pag.37.

Corona.

Corradus Imperator corona palcæ vulgo dicebatur redimitus in præm.n.32.p.6.
Coronæ in capitibus ſacerdotum quid ſignificent.diſt 23.c.21.nu.3.p.173.
Sunt victoriæ ſigna. ibidem.

Corpus.

Anima debet præponi corpori.diſtin.10.cap.6. n.2.pag.55.

Corpus Chriſti appellatur benedictio pœnitẽtiæ.diſt.50.c.57.n.3.pag.411.

Corradus.

Imperator Corradus corona palcæ vulgo dicebatur redimitus. in proœm.n.32.p.6.

Correctio.

Quomodo ſe debeat habere prælatus circa correctionem ſubditorum.diſtin.45.c.1.nu.1.& 2.p.341.
Quod ut correctio ſit recta quatuor requiruntur.diſt.45.c.14.n.1.pag.355.
Bonus non indiget correctione.diſt.22.c.4.n.3.pag.154.
Occulte peccantes occulte corriguntur.diſtin.31.c.11.n.3.p.246.
Homo lapſus fraterno affectu debet corripi.diſt.50.c.14.n.4.p.388.
An ſoli prælati teneantur corrigere fraterne.diſt.83.cap.2.num.2.pag.705.

Creare.

Deus an ſimul omnia creaverit.diſtinction.35.cap.8.num.7.pag.277.

Credere.

Non eſt facile credendum, quando agitur de præiudicio tertij.diſtinctione 50.cap.27.nu.1.pag.394.
An ſit credendum alleganti ſe criminoſum.diſt.74.cap.3.n.3.p.620.
Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs, & translationibus, Gregorio in moralibus. diſt. 19.c.6.n.3.p.49.
Etiam viro ſancto non eſt de facili credendũ.diſt.9.c.5.n.4.p.49.
Magis eſt credendum honorabilibus perſonis.ibidem.6.
Vbi agitur de periculo animæ, non eſt facile credẽdum. diſtinctione 19. cap. 8. num. 5. pag.137.
Non eſt facile credendum.diſt.86. c.23.num.1. pag.744.
Nuntio non eſt credendum ſine literis.diſtin.97.cap.3.n.1.p.865.
Nobiliſsimo viro credendum eſt in legatione, quamvis literas non oſtendat.ibidem.n.2.
Vtrum Cardinalis, ſeu Pontificis dicto ſit ſtandum abſque iuramento; & an etiam principis cuiuslibet. ibidem.num. 4.

Crimen.

In crimine læſæ maieſtatis,etiam poſt mortem procedi,& cognoſci poteſt, ut cõvicto mortuo,memoria eius damnetur, & eius bona ſucceſſori eripiantur.diſt.23.cap. 14.num.21 pag.168.
An hoc procedat etiam quando crimen committitur contra alios principes inferiores, civitates,ſeu reſpublicas.ibidem.
In baptiſmate an crimina dimittantur. diſtin. 26.c.1.n.3.& ſeqq. p.192.
Quæ crimina digna ſint depoſitio. diſt. 50.c.9. n. 1.pag. 385.
Deprehenſus in crimine an ſtatim poſsit condemnari. diſtinctione 50.cap.29,num. 4. & 5.pag.396.
An quando crimẽ eſt notorium, cogatur quis facere pœnitentiam.diſtinct. 46. cap.5.num. 3.pag.364.
Crimina capitalia numerat Gratianus.diſt.25. cap.3.n.6.pag.187.
Aſsiduitas in criminibus magis punitur.diſtin. 25.cap.3.num.17.pag.188.
Crimina an morte finiantur.diſt.23.c.14.nu.3. & ſeqq. pag.167.
In crimine notorio non requiritur ordo iuris. diſt.21.c.9.n.4.p.151.
Crimen quando debeat augeri.diſt.19.c.5.n.4. pag.135.
Quid dicatur crimen. diſtinctione 81. cap. 1. num.3. pagin.666.

Criminoſus.

Criminoſus non excipit contra electum. diſt. 23.c.5.n.2.p.161.
An ſit credendum alleganti ſe criminoſũ.diſt. 74. cap.3.num.3.pag.620.

Crinitus.

Nihil martiæ virtutis homini crinito, ac cincinato in eſſe poteſt.diſt.23.cap.21.num.4.& 5.pag.173.
Ignominia eſt comas nutrire.ibidem.
Prohibitio Concilij Illiberitani circa pueros comatos,ac calamiſtratos.ibidem.
Vide, Coma.

Cruciferi.

Cruciferorum inſtitutio eſt hoſpitalibus inſervire, hoſpitalitatem colere. diſtinct. 54. cap.12.num.5.pag. 442.

Cruz.

Inventio ſanctæ crucis quando inſtituta, & de eius feſto.diſtin.15.cap.3.num.29.& 30. pag.89.

An feſtum ſit de iure communi.ibidem.num. 31.pag.90.
Signum crucis quomodo debeat fieri. diſt.11. c.5.n.6.p.61.
Vide,Helena,& Conſtantinus.

Culpa.

An unus puniatur pro alio ſine culpa.diſt.22.c. 6.n.2.pag.154.
Bonarum eſt mentium timere culpam,ubi cul pa non eſt.diſt.5.c.4.n.2.p.36.
Præſumitur culpa in domino,ſi eius familiares ſunt mali.diſt.18.c.6.n.4.p.127.

Cum.

Dictio, Cum, coniungit per modum acceſſo-rij. diſt.34.c.20.n.2.p.270.
Vnde ſi principalis diſpoſitio eſt nulla, nullũ eſt acceſſorium.ibidem.
Si quis condemnatur in pœnam mortis natu-ralis cum confiſcatione bonorum, ſi pen-dente appellatione moriatur condemnatus, evaneſcit confiſcatio. ibidem.

Cupiditas.

Cupiditas pro avaritia ſumitur.diſtin. 47. c.7. n 2.pag.372.
Cupidus deviat à veritate.diſtinctione 47.cap. 6.num.2.pag.372.

Curator.

Iurant curatores facere utilia pupillis. diſtin. 87.cap.5.num.1.p.754.
Vide, Tutor.

Curialis.

Qui ſint curiales.diſt.51.cap.1.n. 8. p.418.& c. 2.num.3.
Cauſæ cur curiales non ordinentur.diſtinctio-ne 51.cap.2.num.4.pag.419.

D.

Damaſus.

Damoſus Pontifex quis fuerit.diſtinctione 17. cap.3.num.1.pag. 120.

Dalmatica.

Dalmatica dicta eſt à Dalmatia Græciæ pro-vincia,in qua primum texta eſt.diſtinctione 63.cap.20.num.3.pag.165.

De.

Propoſitio, De, regulariter cauſam materialẽ, & immediatam ſignificat.diſt. 62. c.1.num. 2.pag.549.
Si iungatur loco,denotat originem.ibidem.
Si ſtatutum ponat certam pœnam accuſato de homicidio, non habebit locum in eo, qui mandavit committi homicidium,ibidem.

Debere.

Diſcrimen inter verbum, poteſt, & verbum, debere. diſt.50.c.48.n.4.p.467.
Dictio,debeat, quid ſignificet. diſtinctione 81. cap.26.num.2.pagin.679.

Decalogum.

Phariſæi decalogum in mẽbranulis ſcribebãt, & in fronte ligebant, ut religionis intimę ſpeciem præberent.diſtinctione 15. cap.3.n. 111.pag.103.

De cætero.

Quid importet dictio, De cætero. diſtinctione 48.cap.1.num.2.pag.376.

Decretum.

Decretum quid ſit apud Authores ſacros in proœm.n.1.2.4.p.1.
Apud athores profanos quid ſignificet. ibidẽ. n.5.& 6.p.2.
Decretũ apud iuriſcõſultos quid ſit in proœm. à num.9.uſque. 13.p.3.
Decretum apud Pontifices quid ſignificet ibi-dem.n.14.15.17.p.3.
Decreta ferrea cur dicantur.ibidem. num. 7. pag.2.
Decreta ambitioſa quæ dicantur. ibidem. nu. 12.pag.3.
Quæ diſtinctio detur inter decretum, autho-ritatem,& conſenſum.n. 16.
An liber iſte, Decreti reperiatur approbatus in proœm. à n.18.uſque.29.p.4.
Volumen Decreti quanvis receptum ſit ab eccleſia,non tamen recipitur tamquam ius continens quoad omnia in ipſo contenta. ibidem.n.18.
Non omnia, quæ in Decreto Gratiani ſunt, ſunt canonizata.ibidem.n.19.
Decreta Conciliorum Generalium, ac ſũmo-rum pontificum à Gratiano relata neceſſa-riam habent obſervantiam.ibidem. nu. 20. pag.4.
Vnicuique canoni, qui in Decreto eſt, eadem authoritas danda eſt,quæ authori eius datur. ibidem.

Leges imperiales in Decreto translatæ, nõ eo ipſo cenſentur canonizatæ, niſi ſint per aliquem canonem approbatæ. ibidem. n. 21.
Decreta quæ ſub nomine Paleæ referuntur, certæ fidei non ſunt, neque ut authentica allegari poſſunt. in proœm. num. 33. & 48. pag. 6.
Decreta principum an habeant vim legis. diſt. 2. c. 4. n. 3. pag. 22.
Decreta Pontificum debent obſervari. diſtin. 20. cap. 2. num. 3. pag. 141.

Decretalis.

Decretales epiſtolæ quam authoritatem habeant, & quæ dicebantur. diſtinctione 19. cap. 1. num. 1. pag. 132.

Decretorium.

Decretorium ſidus, vel tempus nũcupatur id, ex quo de aliquarum rerum proventu futuro ſumitur iudicium, ſive coniectura. in proœm. n. 6. p. 2.
Decretorium aliquando eſt idem, atq; firmatum. ibidem.

Deformis.

Deformis facies animum deformem arguit. diſt. 56. cap 5. n. 3. p. 514.
Corporis deformitas animi pulchritudine ſuperanda. ibidem. num. 4.

Degradatio.

Verbum, degradatur, quomodo intelligatur. diſt. 46. cap. 3. n. 5. p. 362.
An poſſit epiſcopus reſtituere degradatũ. diſt. 46. c. 5. n. 4. & 5. p. 364.
Forma degradationis. diſtinctione 43. cap. 3. num. 4. pag. 325.

Deinceps.

De dictione, Deinceps. diſtinctione 34. cap. 19. num. 2. pag. 270.

Delectatio.

Delectatio moroſa an ſit peccatum. diſt. 6. c. 2. num. 4. p. 38.
Quid ſi fuerit ſolum tacite, & implicite voluntaria, non explicite. ibidem. n. 5. p. 39.
Differentia inter conſenſum, & delectationem. ibidem. num. 7.

Delegare.

Cauſæ meri imperij an poſſint delegari. diſt. 23. cap. 10. num. 4. pag. 165.
Quanvis ſummus Pontifex poſsit omnes cauſas laicis delegare, nõ ita prælati inferiores. diſt. 96. cap. 1. n. 29. p. 842.
An Summus Pontifex poſsit delegare laicis iurisdictionem ſpiritualem. ibidem. n. 30.

Delegatus.

Delegatus ſummi Pontificis honorandus eſt, tamquam gerens vicem Pontificis. diſt. 94. c. 1. n. 2. p. 822.
Poteſt delegatus iuriſdictionem ſuam exercere in eos, qui illam impedire voluerint, licet de eis nulla in reſcripto mentio habeatur. diſt. 94. c. 2. n. 2. & 3. p. 824.
Delegatus etiam de iure cõmuni poteſt impedientes coercere. ibidem. n. 4. p. 825.
Poteſt delegatus non ſolum privatos, ſed etiã magiſtratus coercere. ibidem. n. 5.
Poteſt delegatus impedientes coercere, non tantum in foro eccleſiaſtico, verum etiam in ſæculari. ibidem. n. 6.
Quanvis deligatus non ſit ſummi Pontificicis, poteſt huiuſmodi iuriſdictione m in impedientes exercere. ibidem. n. 7.
Collega delegati non poterit à ſuo contra delegato coerceri, licet impediat iuriſdictionem. diſt. 94. c. 2. n. 8. p. 826.
An requiratur publicum impedimentum ad hoc, ut impediens coerceatur. ibidem. n. 9.
Particula, manifeſte, quomodo intelligatur ad propoſitum. ibidem. n. 10.
Vtrum delegatus poſsit coercere impedientes maiori excommunicatione, an minori tantum. ibidem. n. 11.
Proponitur, & ſolvitur dubium contra reſoluta. ibidem. n. 12. 13. & ſeqq.
Nulla eſt præſcripta certa pæna, qua poſsit delegatus impedientem coercere. ibidem. num. 14.
Delegatus poteſt per cenſuras impedientes coercere. ibidem. num. 15.
Poteſt delegatus ex vi ſuæ commiſsionis percenſuras impedientes coercere. diſt. 94. cap. 2. n. 17. p. 828.
Mulctis, & pœnis pecuniarijs poteſt delegatus impedientes coercere. ibidem. n. 18. p. 829.
An poſsit delegatus per privationem beneficiorum, procedere contra inobedientes. ibidem. n. 19.
Si delegatus per cenſuras, & per alias pœnas non potuerit continere inobedientes, poterit auxilium brachij ſæcularis convocare. ibidem. n. 20.
Impediens legatum debet etiam affici iactura cauſæ. ibidem. n. 21.
Vtrum non tantum agentes, verum etiã conſentientes

ſentientes cum impedientibus iuriſdictionem delegati, poſsint puniri, & quibus modis poſſit quis conſentire. diſtinctione 94. cap. 2. num. 22. pagin. 829.

Deliberare.

Etiam in illicitis datur tempus ad deliberandum. diſt. 38. cap. 7. n. 2. pag. 294.

Delictum.

Delictum iteratum gravius punitur. diſt. 11. c. 10. n. 3. p. 63.
Non eſt committendum delictum, ne alij graviora committant. diſt. 14. c. 1. n. 1. p. 73.
Dignitas an augeat delictum. diſt. 40. cap. 4. n. 2. pag. 302.
An ex ſola deprehenſione in delicto probetur delictum. diſt. 46. c. 3. n. 2. 3. & 4. p. 361.
Ex delicto occulto per ſe, non incurritur irregularitas. diſt. 50. c. 33. n. 2. pag. 398.
Delictum familiæ quando obliget dominum. diſt. 63. c. 33. n. 4. p. 572.
Ratione delicti ſortitur quis forum. diſt. 81. c. 11. n. 3. p. 671.
Qui delictum negligenter arguit, aut acculat, facit ſuum. diſt. 83. c. 3. n. 3. pag. 707.

Depoſitio.

An crimen civiliter probatum inducat depoſitionem. diſt. 48. cap. 1. n. 3. & 4. p. 376.
An qui deponitur, perpetuo deponatur. diſt. 50. cap. 1. n. 3. pag. 382.
Quæ crimina digna ſint depoſitione. diſtin. 50. c. 9. n. 1. p. 385.
Sacerdos contumelioſus in ſuum epiſcopum, an ſit deponendus. diſtinctione 55. cap. 13. n. 15. pag. 507.
Quid ſi epiſcopum interficiat, aut religioſus ſuperiorem. ibidem. n. 16.
An poſsit Papa poteſtatem alicui dare, ut ipſummet deponat. diſtin. 63. cap. 23 num. 6. pag. 565.
Epiſcopus ſolus non poteſt deponere presbyterum, nec Papa Cardinalem. diſt. 67. c. 2. n. 1. pag. 586.
In depoſitione Diaconi, & ſubdiaconi requiruntur tres epiſcopi; & quid in depoſitione epiſcopi. ibidem. n. 2.
Iudicis arbitrio relinquitur pœna depoſitionis clero imponenda. diſtinctione 81. cap. 1. n. 4. pag. 666.
Propter negligentiam poteſt quis deponi. diſt. 81. cap. 8. num. 1. pag. 670.

Deputatus.

Deputatus eccleſiæ, quomodo intelligatur. diſt. 91. c. 9. num. 2. pag. 807.

Derogare.

Iuri non derogatur propter meritum perſonæ. diſt. 78. c. 1. n. 2. 653.
Limitatur primò ubi eſſet utilitas eccleſiæ. ibidem.
Limitatur ſecundò quando perſona eſſet multum utilis, & neceſſaria, velut ſi eſſet unica in arte. ibidem.
Limitatur tertiò quando quis eſſet benemeritus de republica, vel de principe. ibidem.

Detrahere.

Detrahentes prælatis dicuntur ponere os in cœlum. diſp. 21. c. 9. n. 3. p. 151.
Vide, Murmuratio.

Deucalion.

Deucalion Delphis legem dedit. diſtinctione 1. cap. 3. num. 2. pag. 12.

Deus.

Quo ſenſu dicatur Deus homines neſcire. diſt. 38. cap. 10. n. 3. p. 295.
Non bene conveniunt laus Dei, & Iovis. diſt. 86. cap. 5. num. 3. pag. 728.

Diaconus.

Diaconus qualiter ordinetur. diſt. 23. c. 11. n. 1. pag. 166.
Diaconi miniſterium, & Ethymologia. ibidem. num. 2.
Diaconus an miniſtret ſine ſtola. diſt. 25. c. 3. n. 1. p. 187.
Diaconi non debent ordinari, niſi caſtitatem profiteantur. diſt. 28. cap. 2. num. 2. p. 203.
Cum Diaconis an diſpenſet epiſcopus, ut uxores ducant. diſtinctione 28. cap. 8. à num. 2. uſque 6 pag. 204.
Diaconi an in primordijs eccleſiæ matrimonium inirent. ibidem. n. 8.
Quale ſit diaconorum officium. diſt. 93. cap. 6. n. 1. pag. 809.
Septem debent eſſe diaconi in qualibet civitate. diſt. 93. cap. 11. n. 1. p. 811.
Diaconus an poſsit ex vi ſui officij baptizare, & corpus Chriſti miniſtrare. diſt. 93. c. 13. n. 2. p. 811.
Diaconus abſente presbytero, & neceſsitate cogente, baptizare poteſt. ibidem. n. 3.
Diaconus nequit baptizare. diſt. 93. cap. 14. n. 1. pag. 811.

Vtrum fiat irregularis ſi in extrema neceſsitate baptiſet ſolemniter. ibidem. nu. 2. p. 813.
Quid ſi illud faciat cum licentia epiſcopi, vel parochi. ibidem. n. 3.
Diaconus ſedere nō debet coram presbytero. diſt. 93. c. 15. n. 1. p. 812.
Diaconi miniſtrant epiſcopis, & ſacerdotibus. diſt. 93. c. 17. n. 1. p. 812.
De licentia presbyteri poteſt diaconus euchariſtiam populo miniſtrare. diſt. 93. cap. 18. n. 1. & 2. p. 813.
Sedeat diaconus iubente presbytero. diſt. 93. c. 19. n. 1. p. 813.
Debet tamen ſedere in loco decenti. ibidem. num. 2.
Diaconi presbyteris nō ſe anteponant in choro. diſt. 93. c. 20. n. 1. p. 813.
Expenditur diaconi officium. diſt. 93. c. 23. nu. 1. pag 814.
Vtrum ad diaconum ex officio pertineat verbi domini prædicatio. ibidem. n. 2.
Quod ſit proprium diaconi officium. ibidem. n. 3. pag. 815.
Diaconus aſcendit ad locum ſublimem, ut evangelium de cantet. ibidem. n. 4.
Cur diacono Euangelium lecturo detur benedictio. ibidem. n. 5.
Diaconi ſubſunt presbyteris. diſtinctione 93. cap. 24. n. 1. p. 816.

Diaconatus.

Diaconatus an ſit ſacramentum. diſtinctione 23. cap. 11. num. 3. & 4. pag. 166.

Diœceſis.

Diœceſis exprimitur ſub vocabulo ſancti, & non loci. diſt. 24. c. 3. n. 3. p. 181.
Ciuitas, & diœceſis an ſit idem. diſtinctione 61. c. 13. num. 2. pag. 545.

Dialectica.

Dialectica quid ſit. diſtinctione 37. cap. 6. n. 2. pag. 283.
Dialectica ſophiſtica damnatur: vera tamen prodeſt ſcientijs comparandis. ibidem. n. 3.

Dictio.

Dictiones taxatiuæ. diſtinctione 24. cap. 6. numer. 4. pag. 184.

Dictum.

Dicta ſanctorum an debeant obſeruari. diſtin. 9. c. 3. n. 2. & 3. p. 48.
Dicta ſanctorum an habeantur pro lege. diſtinctione 20. cap. 1. num. 2. pagin. 140.
Dicta antiquorum ſeruanda ſunt. diſtinct. 19. cap. 7. n. 5. p. 136.
Quando ſtandum ſit dicto cuius. diſt. 86. cap. 24. num. 9. pag. 747.
Vtrum Cardinalis, ſeu Pontificis dicto ſit ſtandum abſque iuramento: & an etiam principis cuiuslibet. diſtinct. 97. cap. 3. n. 4. pag. 865.

Dies.

Dies dominica, dies eſt lætitiæ. diſt. 75. c. 5. n. 2. pag. 625.
Peccat qui diebus dominicis negotia exercet. ibidem. n. 3.
Epiſcopi die dominico conſecrantur. ibidem. num. 4.
Dies inter Paſcha, & Penthecoſtem dicuntur dies lætitiæ. diſt. 76. cap. 5. n. 1. p. 628.
Vtrum feſtum diei dominicæ ſit de iure diuino. diſt. 86. c. 24. n. 2. p. 745.
Quæ opera liceant, aut prohibeantur diebus feſtiuis. ibidem. n. 3. & 4.

Difficile.

Dictio, Difficile, quid importet. diſtinctione 47. cap. 9. num. 2. pag. 374.

Difficultas.

Decem modi ad diſſolvēdas difficultates, quæ inter aliquas leges, & canones obueniunt. diſt. 1. n. 3. p. 8.
Variæ difficultates in opere faciendo poſſunt occurrere, & quæ earum augeat meritum. diſt. 88. cap. 12. num. 3. pag. 774.

Dignitas.

Quæ ſit dignitas epiſcopalis. diſtin. 40. num. 1. pag. 299.
Quæ ſit dignitas ſacerdotalis. ibidem. num. 3. pag. 300.
Dignitas an augeat delictum. diſt. 40. c. 4. n. 2. pag. 302.
Incidens in hæreſim an perdat dignitatē. diſt. diſt. 22. c. 5. n. 4. p. 154.
Licet clericis ſeruire eccleſiæ propter dignitates conſequendas. diſtinctione 59. cap. 3. n. 1. pag. 532.
Appellatione dignitatis, an comprehendatur epiſcopatus. diſtinctione 59. cap. 4. num. 2. pag. 532.
Dignitates non ſunt ambitioſe ſuſcipiendæ. diſt. 61. cap. 5. n. 6. pag. 540.
Electiuæ dignitates non vocant in curia Romana: quod limitatur. diſt. 63. c. 4. n. 2. p. 554.

Dignus.

Dignus.

Dignus ſemper preſumitur, qui non noſcitur indignus. diſtinctione 64. cap. 2. numer. 31 pag. 577.
Maius dignum trahit ad ſe minus dignū. diſt. 76.cap.3.num. 3.pag.627.

Dionyſius.

Dionyſius Alexandrinus quis fuerit.diſtinct. 16.cap.7 num.17.pag.111.

Diſcorus.

Dioſcorus epiſcopus Alexandrinus quis fuerit.diſtinct.21.cap.9 num.2.p.151.

Diſcordia.

Iſmaelis, & Iſaac diſcordia,quid. diſt.56.cap. 9.n.2 pag.520.
Diſcordia an ſit peccatum mortale. diſtin.90. num.2 pag.785.
Vide, Concordia.

Diſpenſatio.

Nemo diſpenſat in lege naturali.diſt. 5.n. 2.2. 3.& 4.p. 33.
Nullus diſpenſat in his, quę ſunt de neceſsitate Sacramenti. diſtinctione 4.cap. 2.num.4. pag. 74.
Papa an diſpenſet circa articulos fidei.diſt.15. c 2.n.7.p.82.
Prelati inferiores non poſſunt diſpenſare in legibus ſuperiorum.diſt.21.c.4.n.2.p.148.
Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum bigamo. diſt.34.c 18.n.2.& 3.p.296.
Pontifex an diſpenſet contra Apoſtolum ibid. num.4.
Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſet.diſt.38. cap 4.n.2.p.292.
Quis poſsit diſpenſare in defectibus corporis impedientibus ordinum ſuſceptionem.diſt. 49.c 1.n.3.pag.380.
Epiſcopus an poſsit diſpenſare ſine conſenſu ſui capituli.diſt.50.cap.55.n.2.p.410.
Epiſcopus in minoribus ordinibus diſpenſare poteſt cum bigamo.diſtin.50 cap.56.num.3. pag.410.
An epiſcopus poſsit diſpenſare cum bigamo, ut ordinetur.diſt.50.cap.59.n.1.p.412.
An poſsit diſpenſare cum imperitis ad ordines,vel beneficium.ibidem.n.2.
Homicida voluntarius de facili non diſpenſatur,diſt 50.cap.4.n.1.p.381.
Solus papa an diſpēſet in irregularitate. diſt. 50.c.4.n.3.p.383.
An ſuperior teneatur ſemper diſpenſare. diſt. 50.c.28.n.1.p.394.
Facilius diſpenſatur cū eo,qui ſemel deliquit. diſt.50.c.52.n.1.p.408.
Diſpenſatio an ſolum fiat propter utilitatem publicam. diſtinctione 50. cap.25. num. 42 pag. 393.
Rigor,ius,& diſpēſatio differunt inter ſe.diſt. 50.cap.25.n 6.p.393.
Epiſcopi poſſunt tacite diſpenſare, ubi poſſūt expreſſe. diſtinctione 34 cap.19. numer.5. pag.486.
Ex ratione futura non bene colligitur diſpēſatio præſens.ibidem.n.7.pag.487.
Ex taciturnitate, & patientia epiſcopi, non colligitur animus diſpēſandi in foro externo. ibidem.n.8.
Poterit tamen colligi pro foro conſcientiæ. ibidem.n.9.
Ex præcepto epiſcopi de certa ſcientia, colligitur animus diſpenſandi.ibidem.n.10.
Probatio huius ſcientiæ incumbit promoto. ibidem.n.11.
An poſsit epiſcopus diſpenſare cum claudo, ut celebret cum pede ligneo. diſtin.55.cap. 10.n.2.pag.503.
An prælatus regularis poſsit diſpenſare cum ſuo ſubdito claudo,ut cum pede ligneo celebret.ibidem.n.3.
Diſpenſatus ad epiſcopatum, an talis cenſeatur ad archiepiſcopatum.diſt.56.cap.13.nu. 2.pag.523.
Clauſulæ diſpenſationis pontificiæ, Dummodo paternæ incontinentiæ imitator non ſit quid operetur.diſt.56.c.14.n.2.p.525.
Papa ſolus diſpenſat in defectibus ætatis. diſt. 60.cap.1.n.8 pag.534.
Diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſat diſpenſatio.diſt.77.c.9.n.3 pag.653.
Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper ætate. diſt.78. cap.5.n.1.p.655.
Epiſcopus diſpenſat ſuper ætate ad dignitates non curatas,dummodo diſpēſandus habeat. 20.annum completum. ibidem.n.2.
Diſpenſatio contra ius commune ad epiſcopos facta non valet,ſi non præcedit cauſæ cognitio.diſt.81.c.4.n.3.p.668.
Vtrum epiſcopus poſsit diſpenſare ſine conſenſu capituli.ibidem.n.4.
Vide, Illegitimus.

Diſponens.

Diſponens, de re duplici modo poteſt diſponere.diſt.70.cap.1.n.31.pag.559.
Diſponens,vel poteſt diſponere per verba civilia, vel per verba naturalia. ibidem. numer. 32.
Vide, Illegitimus.

Diſputare.

Quando liceat de fide diſputare. diſt.43.cap.2, nu.1 .uſque.5.pag.323.
De pœnis diſputantis de fide in caſu prohibito. diſt.43.cap.2.n.6.pag.325.
Nulli licet diſputare de fide,animo dubitandi diſtinct. 96.c.2.n. 4.pag.843.

Diu.

Dictio, Diu, quid ſignificet. diſtinctione 50 cap.52.num.2.pag.408.

Diverſum.

Diverſum an poſsit dici contrarium.diſtin.50 cap. 23.num.1.pag.392.

Dives.

Divites non debent cogi pauperum cibis veſci.diſt.42. cap.3.num.1.pag.311.

Diviſio.

Rerum divitio iure gentium introducta fuit. diſt.8.c.1.n.1.p.41.
Aliqua rerum diuitio iure civili introducta. ibidem.num.3.

Divitiæ.

Habere diviſias an ſit peccatum.diſt.30.c.16. n.3 pag.222.
Divitiæ non ſunt appetendæ.diſt.37. c.3. nu.2. pag.280.
An peccaverit Salomon immenſos pecuniarũ cumulos coacervando.diſt.23.cap.2.num.2. pag.159.

Docere.

Mulieres uon debent docere.diſt.23.cap.29.n. 1.pag.178.
Qui male docet, & qui epiſcopo,vel ſacerdoti nocet, Deum offendit. diſtinctione 93. cap.10.num.1.pag.810.

Doctor.

Libere poteſt quis contradicere doctoribus. diſt.9.c.10.n.2.p.51.
Doctores ſacri an præferantur pontifici. diſt. 20.cap 1.n.5.p.141.
Doctor ſimul, & miles debet uti veſtibus diverſis. diſtinctione 23. cap. 9. numer. 4. pag.165.
Privilegijs doctorum an gaudeant etiam non legentes. diſtinctione 37. cap. 12. numer.2, pag.286.
An maior pars doctorum ſequenda ſit in deciſionibus cauſarum, an minor, qui melioribus rationibus fulciuntur.diſtinctione 40. cap.12.num.5.pag.308.

Doctus.

Iuniores docti præferendi ſunt ſenioribus indoctis.diſt.77.cap.9.n.4.p.653.

Domeſticus.

Domeſtici qui dicantur. diſt. 47.cap.8.num.7. pag.373.
Qui domeſticorum negligentes ſunt eorum peccata ſuis accumulant. diſtinct. 86. cap. 13. num.4.pag.733.

Domicilium.

Domicilium proprium quod dicatur, & quæ ſit propria diœceſis. diſt.63. cap.34.num. 2. pag.573.
Quale dicatur domicilium originis.diſt.71. n. 2.pag.608.
Nati alicubi,ſed ex itinere,& extra locum domicilij parentum,unde ſint oriundi. ibidē. num.3.
Oriundus civiliter, & non proprie, non poteſt ordinari ab epiſcopo talis loci. ibidem. num. 4.pag.609.
Natus alicubi,ubi pater habebat domicilium, licet civiliter nō habeatur pro oriundo,habetur tamen canonicè quoad ordines. ibid. num. 5.
Sacramenta confeſsionis, euchariſtiæ, & matrimonij, á quo epiſcopo adminiſtrari debeant.ibidem.n.6.
Enodantur ſex quæſtiones circa ordinem ab epiſcopo domicilij.ibidem.n.7.& 8.
Epiſcopus loci,ubi eſt cappellania, nō collati- & ubi ſita eſt penſio eccleſiaſtica,nō dicitur epiſcopus beneficij.ibidem.n.9.p.610.
Authores tractantes de domicilij definitione. ibidem.n.10.
Nō deperditur domicilium, deperdito animo perpetuò habitandi.ibidem.n. 11.
Domiciliū ſtatim acquiritur, ubi figitur habitatio,cū animo perpetuo habitandi. ibidem. n. 12.
Filij officialium regis,reginæ, dominorum,& Conciliorum,vulgo, Camaras, quando ordinari poſſunt,ab epiſcopo loci, ubi patres habent officium.n.13.pag.611.

Dominicus.

Prædicatorum congregatio inſtituta à ſancto Dominico, ſub regula ſancti Auguſtini. diſt. 54.cap.13.n.38.p.452.
Authores qui agunt de hac familia. ibidem.

Dominium.

Dominij nomen ad tyrannidem ſpectat. diſt. 94.cap.3.num.2.pag.830.

Dominus.

Præſumitur culpa in domino, ſi eius familiares ſunt mali. diſt.18.c.6.n.4.p.127.
Res alienæ conſecratæ, ſi manumes ſint, non reddantur dominis. diſtinctione 54.cap.10 n.3.p.437.
Dilectum familiæ quando obliget dominum. diſt.63.cap.33.num.4.pag.571.

Domus.

Domus quid dicatur,& quid veniat illius appellatione. diſt.61.c.5.n.2.p.539.

Donatio.

Vtrum donationes factæ meritricibus ſint validæ. diſt 86.c.8.n.2.pag.739.
Donationes quas ipſis faciunt conjugati, aut religioſi, ſunt nullæ. ibidem.n.3.p.731.
Donatio Conſtantini an fuerit valida. diſt.63. c.cap.30.n.3.p.571.
Proponitur donatio Conſtantini facta eccleſiæ, quæ iuribus, & doctoribus pluribus probatur. diſtinctione 96. cap.14. num.1. 3 pag 857.
Vide, Conſtantinus.

Donec.

Donec,dictio, quid ſignificet. diſtinctione 46. cap.7.numa.pag.365.

Dormiens.

Obijciuntur dormientibus,quæ vigilantes cogitarunt. diſt.6.c.7.n.2.p.39.
Quando ſit peccatum nocturnis imaginibus illudi,& pollui. ibidem.n.1.
An dormiens poſsit amittere gratiam. ibid.

Dos.

Sponſa traducta ad domum viri, ipſe dotem lucratur. diſtinctione 23. cap. 33. numer.1. pag.180.
Clericus poteſt filias dotare de bonis eccleſiæ, diſt.31.c.11.n.3.p.230.
Poteſt etiam ſororibus dotem conſtituere. ibidem.num.4.
Statutũ quod maritus lucretur dotem mortua uxore, ſi non extent filij exeũtes, non impedit maritum lucrari, licet extent nepotes. diſt.44.cap.6.n.3.pag.324.

Dubitare.

Quoties dubitatur de ſignificatione alicuius verbi inſerti in lege, vel privilegio, ad eiuſdem legis, & privilegij principium recurrẽdum eſt. diſt.77.cap.7.n.12.p.652.
Cum de verbo inſerto in privilegio dubitatur, conſiderari debet ſupplica oblata principi. ibidem. num.13.

Dubium.

In dubijs debet præſumi pro eo, quod minus nocet, & quod actus magis valeat, quã pereat. diſt.41.c.1.n.3.p.320.
Dubia in meliorem partem interpretanda. diſt.46. cap.2.n.2. pag.360.

Duellum.

Duellum non poteſt prætendo honore acceptari. pag.882.n.1.
Vtrum duellum pugnis cõmittentes incidant in bullæ pœnas. ibidem.n.3.
Vtrum duellum baculis cõmittentes incidãt in bullæ pœnas. ibidem.num.4.

Dum.

Dictio, Dum, quid ſignificet, diſtinctione 50. cap. 1.num.2.pag.381.

Dux.

Duces an habeant poteſtatem cõdendi leges. diſtinctione 2.cap.1.num.9. pag.20.

E.

Ebrietas.

Ebrietas quomodo definiatur. diſt.25.c.3.nu.8. pag.187.
An ſit peccatum lethale. ibidem.n.9.
Qui in cibo,aut potu plus accipit, an peccet. ibidem.n.18.p.188.
Vbi eſt ebrietas, ibi libido, & furor dominatur. diſt.35 cap 5.n.1.p.274.
Omnium vitiorum nutrix eſt ebrietas. diſt.35. cap.8.n.2.pag.276.

Ebrius.

Ebrius furioso æquiparatur. dist. 35. c. 5. num. 2. pag. 275.
Ebrius si hominem occidat, an fiat irregularis. dist. 35. c. 6. n. 2. & 3. p. 275.
Deprehensi ebrioli. distinctione 35. cap. 9. num. 1. 2. & 3. pag. 274.

Ecclesia.

Ecclesia Romana ab omnibus sequenda. dist. 12. c. 1. n. 2. p. 65.
Quamobrem ecclesia regitur suis consuetudinibus. dist. 11. c. 8. n. 2. p. 36.
Ecclesiæ Romanæ consuetudo, an debeat in aliis ecclesijs observari. distinct. 12. c. 9. n. 1. pag. 63.
Non usurpantur concessa Romanæ ecclesiæ. dist. 17. c. 3. n. 2. p. 120.
Pœna delapidantium bona ecclesiæ. dist. 50. c. 22. n. 1. p. 391.
Quidquid Romana ecclesia statuit, est observandum. dist. 19. c. 4. n. 2. p. 135.
Romana ecclesia obtinet primatum à Christo. dist. 21. c. 3. n. 2. p. 147. & dist. 22. cap. 2. num. 2. pag. 153.
Romana ecclesia cæteris est prælata. ibid. n. 3. pag. 148.
Sedes Romana an possit esse in alio loco. ibidem. n. 4.
Ecclesia Romana appellatur Apostolica. dist. 22. c. 2. n. 3. pag. 153.
Ecclesia constantinopolitana, an præferatur omnibus. distinctione 22. cap. 3. numer. 1. pag. 153.
Confessio prælati an noceat ecclesiæ. dist. 22. c. 4. n. 5. p. 154.
Ecclesia an possit punire voluntatem. dist. 27. c. 4. n. 3. 4. & 5. p. 197.
Non licet convivia facere in ecclesia, nec in ea dormire. distinctione 42. cap. 4. num. 2. pag. 318.
Quod in casu necessitatis possint episcopi, ecclesiastici, & laici comedere in ecclesia, nō verò extra casum necessitatis. ibidem. cap. 5. n. 1. p. 319.
An hoc omnibus sit de præcepto. ibidē. n. 2.
Qui docent spernere ecclesias, excommunicantur. dist. 30. c. 10. n. 1. p. 218.
Ecclesia qua ratione puniat voluntatem. dist. 55. c. 6. num. 8. p. 498.
Ecclesia de facto nihil potest in actus mere internos, sive ut illos imperet, si ut prohibeat, & puniat. ibidem. n. 9.
Ecclesia potest reservare peccata mere interna, & solo corde retenta. ibid. n. 10. p. 499.
Ecclesia potest imperare, vel prohibere, & punire actus internos quatenus illi necessarij sunt, vel ad esse physicum, vel ad esse morale actuum externorum. ibidem. n. 11.
Ecclesia non potest imperare, vetare, vel punire actum interni, qui non est necessarius ad esse physicum, vel morale actus externi. ibidem. n. 12.
Ecclesia non potest punire actum externū de se bonum, propter aliquem actum internū, qui illum vitiat. ibidem. n. 13.
Ecclesia potest per censuras, & irregularitatē punire actum interiorem ut manifestatur in aliquo externo mortali, quanvis talis manifestatio iudicialiter probari non possit. ibidem. n. 14.
Ecclesia potest punire actum exteriorem de se malum, cum dependētia ab aliquo actu interno, à quo habet novam malitiam, licet talis actus internus non satis declaretur per externum, nec ad illum in genere moris pertineat. dist. 55. c. 8. n. 15. p. 500.
Ecclesia beneficia sua, vel indulgentias, vel quidquid pendet ex mera eius voluntate, conferre potest cū obligatione habēdi aliquē actū internū, & non aliter. ibidē. n. 16.
Christus ecclesiæ sponsus. distinct. 56. cap. 6. num. 1. pag. 514.
Ecclesia Christi ex gentilibus collecta. ibidē. num. 2.
Ecclesia Christi separari ab ipsius charitate, & fide non potest. ibidem. n. 5. p. 515.
Ecclesia vocatur congregatio fidelium: ecclesia malignantium quæ dicatur. dist. 63. c. 1. n. 3. pag. 551.
Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, olim vocabatur sancti Salvatoris, fuit ecclesia Romæ. dist. 63. c. 23. n. 2. p. 564.
Ecclesia semel consecrata non debet iterum consecrari. dist. 68. c. 3. n. 1. p. 587.
Ecclesia polluitur ex copula inter virum, & uxorem. ibidem. n. 2.
Consecratio non est necessaria, quando pollutio est occulta. ibidem. n. 3.
Ecclesia dicitur multis modis. dist. 68. c. 6. n. 2. pag. 588.
Defensores ecclesiæ qui sint. dist. 77. c. 2. n. 21. pag. 636.
Quid sit ecclesia, & eius nomine veniat. dist. 81. c. 34. n. 3. p. 687.
Vtrum non baptizati, & catechumeni pertineant ad ecclesiam. ibidem. n. 4.
Hæretici non sunt membra ecclesiæ. ibidem. n. 5.
Schismatici utrum sint ecclesiæ membra. ibid. num. 6.
Vtrum excommunicati sint ecclesiæ membra. ibidem. n. 7. p. 688.
Vtrum detur communicatio bonorum operū inter fideles. ibidem. n. 8.
Vtrum fideles satisfacere, & iuvare sese possint suffragijs. ibidem. n. 9.

Eccleſias ædificare eſt opus neceſſarium,& religioſum.diſt.86.cap.18.n.4.p.739.
Ex quibus reditibus teneantur parochi eccleſias reparare.ibidem.n.5.p.740.
Eccleſia fuit in ipſius Petri perſona fundata. diſt.93.c.3.n.1.p.808.
Eccleſia numquam claudit gremium ſuũ ad ſe redeuntibus.diſt.87.c.1.n.1.p.750.
Qui emit rẽ eccleſiæ ab Oeconomo, qualiter rem,& pretiũ amittat.diſt.89.c.4.n.2.p.779.
An poſsit habere regreſſum contra eccleſiam poſito quod Oeconomus nõ ſit ſolvẽdo.ibidem.num.3.
Quæ ſit pœna Oeconomi alienantis res eccleſiæ.89.c.5.n.2.p.780.
Eccleſia militans debet ordinari ad exemplar cæleſtis.diſt.89 c.7.n.11.pag.784.
Quid ſit eccleſia,& quibus modis dicatur.diſt. 95.c.12.n.3.p.836.
Res eccleſiæ alienari non poſſunt, & quando liceat.diſtin.96.cap.1.n.20.p.841.

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſticus dicitur divinus.diſtinctione 50. cap.30.num.2.pag.396.

Educatio.

Educatio liberorum eſt de iure naturali. diſt. 1.c.7.n.5 p.15.
Filius qui accepta portione, remiſit patri neceſsitatem alendi, egeſtate preſſus adhuc poteſt petere alimenta,etiãſi iuraſſet ſe non petiturum.ibidem.
An hoc procedat, ſi filius dolo, vel lata culpa bona diſsipaſſet.ibidem.

Electio.

Perſona in eligibilis poteſt conſuetudine fieri eligibilis.diſt.12.c.8.n.4.p.68.
Electio ubi debeat fieri.diſtin.23.cap.8.num.4. pag.68.
Tractatus præcedit electionẽ. ibib.n.12.p.156.
Electio epiſcoporum pertinebat ad clerum. diſt.23.c.2.n.3 p.157.
Fiebat conſenſu pontificis.ibidem.n.4.
Populus eligebat ſimul cum clero, ibidem. n. 5.pag.158.
Canonici ſoli epiſcopum eligebant.ibid. n.6.
Imperatores,& Reges nunc epiſcopos elegũt. ibidem.n.7.
Rex Luſitaniæ habet ius præſentandi ad epiſcopatum.ibidem.n.8.
An qui poteſtatem habent eligendi epiſcopũ, ſi eligant non habentem qualitates á iure præſcriptas, electio ſit nulla.diſt.40. cap.3. n.1.pag.301.
An Teneantur eligere dignos tantum,an digniores, & quas pœnas incurrant, ſi contra faciant. diſt.40.c.3.n.2. p.301.
Electus an habeat ius ante confirmationem. diſt.28.c.13.n.6.pag.208.
Contra electum in epiſcopum poteſt opponi. diſt.23.c.5.n.3.p.161.
Ex duobus malis minus eſt eligendum. diſt. 13.cap.1.n.1.p.72.
Talis electio non eſt contra conſcientam tam in malis pœnæ,quã in malis culpæ.ibidem. num.2. & 3.
Si duæ difficultates concurrant, minor eligitur.diſt.13.c.2.n.1.p.73.
Incidens in hæreſim non poteſt amplius eligi.diſt.12. cap.8.n.2.p.68.
Eligere aliquando eſt conſecrare. diſt.23.c.5. n.4.p.161.
Eligendus non ſolum debet habere ſcientiã, ſed experientiam.diſt.39.c.1.n.1.p.299.
An exiſtens in peccato mortali poſsit eligi. diſt.46.c.7.n.3.p.363.
An ad dignitatem ſit potius eligendus,qui fuit criminoſus,& pœnituit, quam qui ſemper fuit bonus.diſt.50.c.54.n.1.p.409.
Eligentis conſideratio eſt,eligere ſecũdũ Deũ & nõ ſecũdũ carnem.diſt.61.c.5 n.4.p.539.
Electus præſumitur alijs melior.ibidem.nu.8. pag.540.
Electio quando fit à papa,poteſt eſſe ſub conditione, non verò quãdo fit ab inferioribus diſt.61.c.15.n.1.p.546.
Ambitioſus non poteſt eligi epiſcopus, nec ſchiſmaticus.diſt.61.c.17.n.2.p.547.
Neque excommunicatus,aut ſuſpenſus. ibidẽ. n.3.
Laici electioni eſi canonicis intereſſe prohibentur,etiã ſi ſint Reges. diſtin. 63.c.1.n.1. pag.551.
Antiqua electio ſummorum pontificiũ. diſt. 63.cap.2.n.2.p.551.
Laicus poteſt ad electionem inuitari.ibid.n.4. pag.552.
Principibus, & laicis quare prohibeatur, ne huiuſmodi electionibus ſe immiſceant, & an eorum legibus teneantur clerici.diſt.63. cap.3. n.2.p.552.
Eligens indignum quomodo puniatur. ibidẽ. n.5 p.553.
Electiuæ dignitates non vacant in curia Romana:quod limitatur.diſt.63.c.4. n.2.p.554.
Celeſtinus tertius reprobauit conſuetudinem, quod electio de voluntate ſæcularis fiat.diſtin. 63 c.5.n.3.p.554.
Epiſcopus eſt eligendus authoritate Apoſtolica,non regio favore.diſtin.63.cap.4.num.1. pag.553.
Papulus non debet eligere epiſcopum. diſt.63. cap.6.n.1.p.555.

Non eligantur à populo,qui ſunt promovendi ad clerum.diſt.63.c.8.n.1.p.555.
Laici ratione privilegij poſſunt, & debent intereſſe, non ad eligendum, ſed ad conſentiendum. diſt.63.c.9.n.1.p.555.
Laici ſi ex cauſa vocantur ad electionem,ceſſante cauſa,non debent vocari. ibidem.nu. 2 pag.556.
Electio ſecunda non valet,prima non caſſata. diſt.63.c.10.n.3.p.556.
Electus an habeat ius in re.ibidem.n.4.
Conſecrari non poteſt illigitime electus. diſt. 63.c.13.n.1.p.558.
Dignus paſtor debet eligi.diſtin.63.c.20.nu.2. pag.561.
Electio eſt ſedativa rixarum.diſtin.63 cap.27. n.1.pag.569.
Electio,& cõſecratio Romani Pontificis quomodo fiat.diſt.63.cap.31.n.1.pag.572.
Pontifex an ſit à ſolis Cardinalibus elegẽdus. diſt.63.c.34.n.3.4. & 5.p.573.
Ad quos canonicos ſpectet electio epiſcopi. diſt.63.c.35. n.2.p.574.
An electio epiſcopi abſque conſenſu religioſorum ſit valida. ibidem. n.3.
Mortifere peccant, qui omiſsis dignioribus, dignos eligunt.diſt.63. cap.36. n.4.p.575.
Quod tamen non procedit in beneficijs ſimplicibus.ibidem.n.5.
Non tenetur quis ad reſtitutionem, ſi omiſſo digniori,dignum eligat.ibidem.n.6.
An hoc procedat, quando proviſio beneficij, ſit per concurſum,& oppoſitionem. ibidẽ. num.7.& 8 p.576.
In electione requiritur ius. diſt.72.c.3.num.2. pag.617.
Electio quæ, per vim eſt reſtricta ad certum hominem,non valet.diſt.88.c.8.n. 1.p.769.
Pro electione particularis perſonæ,etiam dignisſimæ,non eſt licitum pecuniam offerre. ibidem.n.3.
Licitũ eſt offerre pecuniam,ne eligatur ineptus.ibidem.n.4.
Pro electione perſonæ idoneæ in genere,licitum eſt offerre pretium.ibidem.n.5.
Non expedit ſe obligare,ut aliquis eligatur. ibidem.n.7.p.770.
Exceptio nulla admittitur contra electum in papam.diſt.79.c.1.n.1.p.655.
Papæ electioni contradicens eſt excommunicatus.diſt 79.c.6.n.1.p.658.
Electio epiſcopi, & Papæ non fit de ſede plena. diſt.79 cap.7.n.1.p. 658.
Quid ſit faciendum, ſi duo fuerint electi. diſt. 79.cap.8.n.1.p.659.
De eo qui canonica electione ordinatur. diſt. 79 cap.9.n.1.pag.659.
Laicus an poſsit eligi in Romanum Pontificem.ibidem.n.4.

Eleemoſyna.

Pauper an poſsit compellere iudicem, ut faciat ſibi eleemoſynam.diſt.42.cap.2.num.2. pag.316.
An qui ſimulat ſanctitatem, vel paupertatem, & ea ratione eleemoſynam recipit, tenetur reſtituere.diſt.41.c.6,n.1.p.313.
An ſine diſtinctione debeat dari eleemoſyna omnibus pauperibus, & quomodo ſe debeat unuſquiſque habere eam diſtribuẽdo. ibidem.n.3.& 4.
Quot ſunt genera eleemoſynarum. diſt. 45. c. 12.n.2.& 3.p.354.
Quod eleemoſyna non data bono zelo, non prodeſt.diſt.45.c.13.n.1.p.354.
Quod eleemoſyna ſpiritualis excedit temporalem.ibidem.n.2.pag.355.
An qui in extrema neceſsitate eſt,poſsit recipere eleemoſynam ab excõmunicato. diſt. 45.c.13 n.3.p.355.
Qui delictum accuſat eleemoſynam dicitur facere.diſt.45.c.11.n.6.p.357.
An dare eleemoſynam de ſuperfluo,ſit de neceſsitate præcepti.diſtinct.47.c.8.nu.2.& 3. pag.373.
An eleemoſyna poſsit per actionem peti. diſt. 47.c.8.n.10.pag.374.
An pater poſsit petere eleemoſynam iure actionis.diſt.50.cap.28.n.3.p.394.
An eleemoſynæ largitio fieri debeat per liberalem omnino donationem. diſt.82.cap.1. n.4.p.691.
Vtrum ſit obligatio inquirendi pauperes, ut fiat eleemoſyna.diſtinctione 86.cap.17.n.1. pag.737.
Vtrũ eccleſia poſsit divites cogere ad eleemoſynam pauperibus erogandam.ibidem.n.2.
Non ad ditandos,ſed ſuſtentandos conſanguineos danda eleemoſynam.ibidem. num.4. pag.738.
An præferendi ſenes iunioribus in elemoſynis.diſt.86.c.17.n.2.p.738.
Vtrum ſatius ſit, elargiri uni, vel pluribus pauperibus. diſtinctione 86. cap. 18. num. 1.pag.739.
Vtrum vitium ſit eleemoſynam facere publice.ibidem.n.2.
De quibus bonis facienda eleemoſyna. ibidẽ. n.7.& 8.pag.740.
Vtrum publicanorum eleemoſyna ſit accipienda diſt.86.c.19.n.3.p.741.
Vtrum filij authoritate propria poſsint elargiri eleemoſynas.ibidem.n.4.
Vtrum pauperes teneantur eleemoſynas facere.ibidem.num.5.
Vide, Pauper.

Emphyteuta.

Emphyteuta non eſt irregularis. diſt. 54. c. 7. n. 5. p. 434.

Energumeni.

Energumeni, qui dicantur. diſt. 23. c. 17. n. 5. pag. 170.

Epiſcopus.

Epiſcopi habent poteſtatem condendi leges. diſt. 2. c. 1. n. 3. p. 19.
An illam accipiant à Summo Pontifice, an immediatè à Chriſto. ibidem.
Epiſcopi præſunt principibus temporalibus. diſt. 10. c. 3. n. 3. p. 53.
Epiſcopi an poſſint reges excõmunicare. ibidem. n. 5.
Epiſcopus prohibet, quæ ſunt contra bonos mores. diſt. 10. c. 4. n. 2. p. 54.
Poteſt prohibere ludos noxios ſub pœna excommunicationis. ibidem.
Cauſa epiſcopi debet referri ad Sedem Apoſtolicam. diſt. 12. c. 2. n. 3. p. 65.
Epiſcopus ſolum à Papa condemnatur. ibidem. n. 7. p. 66.
Epiſcopus in diœceſibus nova feſta poteſt inducere. diſt. 12. c. 10. n. 2. p. 69.
Ad deponendum epiſcopum omnes epiſcopi concordes eſſe debent. diſt. 17. c. 5. nu. 4. pag. 121.
Epiſcopi qualem ordinem ſervent in Concilijs. diſt. 17. c. 7. n. 1. p. 122.
Qui prius dignitatem recepit, præferendus eſt alijs. ibidem. n. 2. p. 123.
Epiſcopus contra ius commune nihil poteſt, nec per ſe, nec in Synodali Concilio ſtatuere. diſt 18. n. 4. p. 123.
Nec poteſt aliquid ſtatuere circa maiores, & graviores cauſas. ibidem. n. 5.
Epiſcopus, & Concilium diœceſanum poterunt ſtatuere circa cauſas, quæ non fuerint graviores, nec iuri communi adverſentur. ibidem. n. 6. p. 124.
Epiſcopus poteſt adiungere pœnam prohibitioni iuris canonici. diſt. 18. c. 2. n. 5. p. 125.
Epiſcopus non conſecratus, an poſſit Synodũ congregare. diſt. 18. c. 4. n. 4. p. 126.
Epiſcopi vocati debent ad Synodum venire. diſt. 18. c. 5. n. 1. p. 126.
Quid faciat ad ſe excuſandum. ibidem, n. 2.
Pœna non venientium ad concilia. ibidem. nu. 3.
Epiſcopus ſi non venerit, poterit excommunicari. ibidem. n. 4.
Epiſcopi non venientes ad Concilium poſſunt corrigi. diſt. 18. c. 6. n. 2. p. 127.
Sede Metropolitana vacante, poſſunt epiſcopi provinciæ congregari ad Concilium celebrandum. diſt. 18. c. 7. n. 2. p. 127.
Epiſcopus qui non poteſt venire ad Concilium, tenetur mittere nuntium. diſt. 18. c. 9. n. 2. p. 128.
Epiſcopus, quando ſolus cum clericis ſuis poteſt procedere. diſt. 18. c. 12. n. 2. p. 130.
Epiſcopus non poteſt decedere à Synodo. ibidem. n. 3.
Rex poteſt vocare epiſcopos ad negotia. diſt. 18. c. 13. n. 2. p. 130.
Epiſcopus ſi vocetur à Rege, & Metropolitano, ad regem debet accedere. ibidem. n. 4.
Tempus quod habent epiſcopi ad publicandas conſtitutiones factas in Synodo. diſt. 18. c. 17. n. 2. p. 131.
Epiſcopus unde dicatur. diſt. 21. cap. 1. nu. 7. pag. 145.
Epiſcopus an poſſit interdicere, ne fiant exorciſmi. diſt. 21. c. 1. n. 2. p. 146.
Epiſcopus an poſſit iudicare clericos ſine capitulo. diſt. 21. c. 8. n. 4. p. 151.
Epiſcopus an poſſit creare novam dignitatem. diſt. 22. c. 1. n. 6. p. 152.
Epiſcopi appellantur Reverendiſſimi. diſt. 23. c. 1. n. 13. p. 156.
Epiſcopi quomodo ſunt eligendi. diſt. 23. c. 2. n. 1. p. 157.
Imperatores, & Reges nunc epiſcopos eligunt. ibidem. n. 7. p. 158.
Mortuo epiſcopo denuntianda eſt mors Regi. diſt. 23. c. 2. n. 9. p. 158.
Inventarium bonorum epiſcopi coram quo iudice debeat fieri. ibidem. n. 10.
Contra electum in epiſcopum, poteſt opponi. diſt. 23. c. 5. n. 3. p. 161.
Perſonæ quæ admittuntur ad excipiendum contra epiſcopum. diſt. 23. c. 5. n. 5. p. 161.
Epiſcopi dicebantur inſpectores, ſpeculatores, & Viſitantes. diſt. 23. c. 7. n. 2. p. 162.
Quale ſit epiſcoporum officium, & an epiſcopatus ſit Sacramentum. ibidem. nu. 3. pag. 163.
Epiſcopus quomodo ordinetur, & conſecretur. diſt. 23. c. 7. n. 4. p. 163.
Presbyteri an poſſint conſecrare epiſcopum. ibidem. n. 5.
Epiſcopus lethaliter delinquit, ſi conſcius peccati conſecretur. ibidem. n. 6.
Epiſcopi capitis abraſi erant. ibidem. n. 7.
An epiſcopus ſolus conſecret electum. ibidem. n. 8.
Ad conſecrationem epiſcopi, an ſit neceſſe ponere librum ſuper caput eius. ibidem. nu. 9.
Epiſcopi quomodo approbentur. diſt. 24. c. 4. n. 2. p. 183.
An comprehendantur ſub eccleſiaſtica dignitate. ibidem. n. 3.
Epiſcopus an poſſit ordinare clericos ſine

conſenſu capituli. diſt.23. c.6. n.2. p.183.
An ſit miniſter Sacramenti Ordinum. ibidem. n.3. p.184.
Epiſcopus an poſſit punire clericos ſine conſenſu capituli. ibidem. n.5.
Epiſcopus debet eſſe ſine crimine. diſt.25. c.6. n.1. p.192.
Non debent in epiſcopos eligi, qui continentes non ſint. diſt.28. c.4. n.2. p.201.
Differtur ordinatio epiſcopi, qui uxorem habet. diſt.28. c.13. n.2. p.208.
Epiſcopus qualis eſſe debet. ibidem. n.3.
Poteſt providere conſanguineis, ſi indigeant. ibidem. n.4.
Epiſcopi apud Græcos continentiam cũ uxoribus obſervabant. diſt.31. c.13. n.6. p.233.
Epiſcopi tenentur facere obſervari canones. diſt.32. c.9. n.2. p.244.
Epiſcopus an poſſit facere conſtitutionem, quod nullus in acolytum ordinetur, niſi caſtitatem promittat. diſt.32. c.15. n.3. p.250.
Epiſcopi debent modicam familiaritatem cum mulieribus habere. diſt.34. c.1. n.1. p.259.
Epiſcopi Principes eccleſiæ, & Summi ſacerdotes appellantur. diſt.35. c.4 n.4 p.274.
Non debet fieri epiſcopus, qui divinis diſciplinis non ſit eruditus. diſt.36. c.2. n.3. p.279.
Epiſcopus alios debet docere, & ad omnes quæſtiones reſpondere. diſt.36. c.2. nu. 5. & 6. p.279.
Epiſcopi quando poſſint intereſſe bellis. diſt. 36. c.3. n.2. p.279.
Epiſcopi ſunt cæci circa nepotes. diſt. 37. c.5. n.1. p.282.
Sapientia rerum ſæcularium requiritur in epiſcopo. diſt.37. c.7. n.3. p.283.
Epiſcopi debent ſcire ſacras ſcripturas, & canones. diſt.38. c.1. n.2. p.290.
Appellatione ſacerdotum, an veniant epiſcopi. diſt.38. c.4. n.3. p.292.
Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſet. ibidem. nu. 2.
Epiſcopus debet habere ſcientiam iurium, & novi, & veteris teſtamenti. diſt.38. c.6. n.2. pag. 293.
Epiſcopus debet eſſe in ſacro ordine, vel doctor, vel licenciatus. ibidem. n.3.
Epiſcopus litteris expeditis habita poſſeſſione, acquirit iuriſdictionem ordinariam, ſed non poteſtatem ordinis, niſi per conſecrationem. diſt.38. c.6. n.4. p.293.
Epiſcopus ignarus, an debeat ſe ab epiſcopatu abdicare. diſt.38. c.6. n.5. p.294.
Epiſcopus etiam ſenex debet addiſcere à iunioribus. diſt.38. c.16. n.1. p.298.
Epiſcopus debet inquirere, & corrigere exceſſus ſubditorum, tanquam legatus Apoſtolicus. diſt.38. c.16. n.2. p.298.
Quibus virtutibus debent eſſe ornati epiſcopi. diſt. 40. nu.2. pag. 300.
Quæ ſit dignitas epiſcopalis. diſtinct. 40. n.1. pag.299.
An poſſit epiſcopus conſanguineis ſuis hæreditatem relinquere, ſeu an pertineat ſucceſſoribus in dignitate. diſt. 40. c.1. nu.2. pag.300.
Epiſcopi debent habere modicam ſupelectilem. diſt.41. c.7. n.1. p.313.
Vbi debent epiſcopi habere habitationem in ſuis eccleſijs. diſt.41. c.7. n.2. p.313.
An epiſcopi poſſint hodie habere magnas poſſeſſiones. diſt.41. c.7. n.3. & 4. p.313.
Epiſcopus, & Doctor debent publicè veritatem docere, & nequitiam increpare. diſt.43. c.4. n.3. p.326.
Quando epiſcopus habet impedimentum ad regimen eccleſiæ, debet ei dari coadiutor. diſt.43. c.4. n.2. p.326.
Quod epiſcopi poſſint intereſſe convivijs, quãdo fiunt intentione charitatis impendendæ. diſt.44. c.6. n.1. p.334.
Qualem pœnam incurrat epiſcopus percutiens presbyterum, ſeu diaconum, quando eos corrigit. diſt.45. c.7. n.1. p.356.
Epiſcopi debent honorare clericos. diſt. 45. c.8. n.5. p.352.
Quid ſignificet, quod epiſcopus aſſumat mithram, & baculum, quando prædicat, & eam deponat, cum offert in altari. diſt. 45. c.9. n.12. p.355.
Epiſcopus an poſſit mutare pœnitentiam à Papa impoſitam. diſt.50. c.10. n.1. p.385.
Epiſcopus olim Papa dicebatur. diſt. 50. c.26. n.1. p.393.
Ex ordine ſubdiaconorum non poterat eligi epiſcopus, ſed tantum ex ordine diaconorum. diſt.24. c.1. n.2. p.181.
Canonici inter tres menſes epiſcopum eligere debent. diſt.50. c.11. n. p.386.
Epiſcopus ordinans curiales, & contentos. cap. Aliquantos, non habet pœnam ipſo facto. diſt.51. c.1. n.11. p.418.
An factus de laico epiſcopus antequam ſacerdos, vere epiſcopus ſit. diſtinct.52. c.1. n.4. pag 424.
Vtrum qui non eſt ſacerdos, poſſit eſſe epiſcopus. ibidem. n.16. p.425.
Epiſcopus ſervum à ſe ordinatum ſcienter, reddit in duplo. diſt.54. c.19. n.1. p.485.
Epiſcopi poſſunt tacite diſpenſare, ubi poſſunt expreſſè. ibidem. n.5. p.486.
Epiſcopi non poſſunt tacite abſolvere à cenſura, ubi poſſunt expreſſè. ibidem. n.6.
Epiſcopalis ordo liberat à forma ſervili, & à patria poteſtate. diſt.54. c.20. à n.8. uſq; 13. pag.489.
Epiſcopus non debet pompam quærere. diſt. 56. c.2. n.1. p.531.

Epiſcopus

Epiſcopus olim conferebat Archidiaconatum, & beneficia quocumq; tempore vacantia: quod hodie limitatur. diſtinct. 60. cap. 1. n.1. p.533.
Epiſcopus accepeans alternativam, ſi reſideat, confert beneficia vacantia in menſe Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, Decembris: & quando incipiat gaudere alternativa, ibidem. n.2.
Epiſcopus debet eſſe 30. annorum. ibidem. n.7. p.534.
Epiſcopus non poteſt eligi, niſi ſit in ſacris. diſt 60. c.4. n.1. p.535.
Laicus non poteſt eligi epiſcopus quantumcumq; ſit perfectus. diſt.61. c.1. n.1. p.536.
Poteſt propter ſcandalum impediri, ne electus confirmetur. ibidem. n.2.
In electione epiſcoporum eſt maior cura adhibenda. diſt.61. c.2. n.3. p.537.
Epiſcopus non debet eligi, qui ſit ſolemniter pœnitens. diſt.61. c.3. n.3. p.538.
Procurans epiſcopatum, an precet. diſt. 61. c. 5. n.7. p.540.
Epiſcopus non conſecratus à tribus epiſcopis, an dicatur conſecratus. diſt. 61. c. 6. nu. 2. pag.541.
Epiſcopus ignarus quare eligi non poteſt. diſt. 61. c.8. n.1. p.541.
Laicus an poſſit fieri epiſcopus. ibidem. n.4. pag.542.
Electio epiſcopi quando competebat capitulo, petebatur confirmatio à ſuperiori. diſt. 61. c.11. n.1. p.544.
Epiſcopus eligitur cum in conſiſtorio præconizatur. ibidem. n.2.
Epiſcopus confirmatur, quando facto proceſſu de vita, & moribus expeditur cedula in conſiſtorio. ibidem. n.3.
Papa epiſcopos conſecratos vocat fratres. diſt. 61. c.18. n.1. p.548.
Conſecratio epiſcopi facta ſine conſenſu populi, an caſſetur. diſt.62. c.1. n.1. p.549.
Pontifex an debeat inſtituere epiſcopos ſine conſenſu regum. ibidem. n.3.
Epiſcopus qui non eſt legitimè electus, an poſſit conſecrari. diſt.62. c.3. n.1. p.550.
Epiſcopus eſt eligendus authoritate Apoſtolica, non regio favore. diſtinct.63. c.4. nu.1. pag.553.
Epiſcopus non cogitur dare poſtulatum, quãdo habet iuſtam cauſam. diſt.63. c.14. n.2. pag. 558.
Epiſcopus debet ordines celebrare in ſabbatis quatuor temporum. ibidem. n.2.
Princeps ex privilegio præſentat epiſcopos in hoc regno. diſt.63. c.16. n.1. p.560.
Epiſcopus ſaltem à tribus epiſcopis eſt conſecrandus. diſt.64. c.1. n.1. p.576.
Epiſcopi provinciales ſunt convocandi in conſecratione alterius epiſcopi. diſt.64. c. 2. n. 1. p.577.
Epiſcopus an poſſit à duobus epiſcopis conſecrari, diſt.64. c.3. n.2. p.577.
Epiſcopus conſecratus abiente Metropolitano, debet cum infra duos menſes viſitare: quod ampliatur. diſt.65. c.8. n.1. p.583.
Pœna non viſitantium limina, & ubi dicantur limina. ibidem. n.2.
Infirmus, aut iuſto impedimento detentus, non tenetur viſitare Metropolitanum, & quæ impedimenta excuſent. ibidem. n.3.
Epiſcopi dicuntur filij eccleſiæ per baptiſmũ, & alia ſacramenta. diſtinct. 68. cap. 6. nũ. pag. 588.
Epiſcopus qui ordinaverit ſubditum invitum, an teneatur ad damna. diſt.74. cap. 8. nu.1. pag.622.
Conſecratio epiſcopi, an debeat fieri in die dominica. diſt.75. c.1. n.2. p.623.
Epiſcopus intra tres menſes debet conſecrari. diſt.75. c.2. n.1. p.623.
Conſecrari in epiſcopum non niſi ſacerdos, eligi non niſi conſtitutus in ſacris poteſt. diſt.77. c.1. n.8. p.633.
Quid ſi tempore electionis fuerit in minoribus, in tempore verò confirmationis in ſacris. ibidem. n.9.
Poſtulari poteſt in epiſcopum, qui non ſit conſtitutus in ſabris. ibidem. n.10.
Ætas prò epiſcopatu neceſſaria. diſt. 77. c. 6. n.17. p.645.
Epiſcopus conſecratus ante completos 30. annos, non incurrit ſuſpenſionem Pij III. ibidem. n.18.
In una civitate, an poſſint eſſe duo epiſcopi. diſt.80. c.1. n.4. p.662.
Prohibitio epiſcoporum in eadem eccleſia, quando fuit introducta. ibidem. n.5. p.663.
Civitas an poſſit eſſe ſine epiſcopo. diſt. 80. c. 3. n.1. 2. & 3. p.663.
Epiſcopi non debent poni in villis, & caſtellis. ibidem. n.4. p.664.
Vicarius non poteſt epiſcopum conſecrare. ibidem. n.5.
Sedes epiſcopales non debent inter ſe multũ diſtare. diſt.80. c.6. n.1. p.665.
Qui ordinantur epiſcopi, debent eſſe ſine crimine, non tamen ſine peccato. diſt.81. c. 1. n.1. p.666.
Cur Papa vocet in textu epiſcopum fratrem, & coepiſcopum. diſt.84. c.1. n.1. p.711.
Epiſcoporum eſt cauſas oppreſſorum, viduarum, & pauperum defendere. ibidem. n. 2. pag. 712.
Epiſcopi bona eccleſiæ alienare poſſunt in ſubſidium pauperum. ibidem. n.3.
Epiſcopi olim conſiliarios, & aſſeſſores habebant. ibidem. n.6. p.712.

Cauſæ epiſcoporum deferuntur Papæ. ibidem. n.8 p.713.
Epiſcopi debent iura eccleſiarum intacta ſervare. diſt.84. c.1. n.2. p.713.
Quid demùm antiquo, & noviori teneantur epiſcopi circa monaſteria. ibidem. num. 3. pag. 714.
Epiſcopi hoſpitalitatis amici eſſe debent. diſt. 85. c.1. n.3. p.721.
Epiſcopus tenebatur ſcire memoriter pſalmodiam. ibidem. n.4.
Quare maximè requiratur ſcientia in epiſcopo. diſt.86. n.1. p.724.
Qui gradus ſcientiæ quid de iure novo ri. ibidem. n.2. & 3.
Quæ qualitas ſcientiæ. ibidem. n.4.
Cur epiſcopi vocentur fratres Papæ, & Reges filij. diſt.86. c.6. n.1. p.728.
Propter unum epiſcopum, vocat Cardinales fratres, ſi ſint diaconi. ibidem. n.2.
Epiſcopi adeundi eccleſiam obligatione tenentur. diſt.86. c.13. n.2. p.733.
Vtrum epiſcopum deceat verberare clericum propriis manibus. diſt.86. c.25. n.1. p.747.
Vtrum id poſſit per laicos. ibidem. n.2.
Epiſcopi tutores ſi, & curatores eſſe non poſſunt ullo genere tutelæ, niſi miſerabilium perſonarum. diſt.86. c.26. n.6. p.748.
Epiſcopus ne quidem criminaliter actis, non poteſt ſubditos ad pacem cogere, & idem dicendum in publicis delictis. diſt. 90. c.7. n.2. p.792.
Epiſcopi tenentur ſibi invicem conſilium, & auxilium præbere ad pacem tuendam. diſt. 90. c.11. n.2. p.796.
Epiſcopus debet pœnam imponere clericis non recitantibus. diſt.91. c.5. n.1. p.800.
Epiſcopi debent ex officio prædicare in ſua dioeceſi, non verò in aliena, idemq; de parochis intelligendum. diſt.92. c.3. n.2. p.803.
Epiſcopus non receptus ab eccleſia ad quam fuit electus, non poteſt exercere officium Pontificale in ea dioeceſi, ubi exiſtit, quamvis poſſit ſacerdotale munus exercere. diſt. 92. c.4. n.1. p.803.
Epiſcopi titulares non poſſunt in aliena eccleſia ordines celebrare, neq; alia Pontificalia exercere, abſq; licentia epiſcopi loci, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum. ibidem. n.2.
Epiſcopus licèt non ſit titularis, non poteſt in aliena eccleſia Pontificalia exercere, neq; ordines conferre illis, qui non ſint ſubditi epiſcopo loci illius, in quo ipſe eſt, abſq; licentia proprij epiſcopi. ibidem. n.3. p.804.
Epiſcopus conferens ordines in aliena dioeceſi, ſuſpenditur. ibidem. n.4.
Non poteſt epiſcopus in loco exempto Pontificalia exercere abſq; licentia ſuperioris loci, & ordinarij, intra cuius dioeceſis fines ſit locus ille exemptus. ibidem. n.5.
Epiſcopus non exceptus à populo, ad quem fuit electus, non poteſt ius alterius epiſcopatus affumere. diſt.92. c.5. n.1. p.804.
Poteſt redire ad primum epiſcopatum tranſlatus ad alium, & in illo non receptus. ibidem. n.2. p.805.
Deponitur epiſcopus, qui voluerit vim inferre præſulibus aliarum parœciarum. diſt.92. c.6. n.1. p.805.
Non vacat beneficium epiſcopi promoti ad epiſcopatum, à quo non fuit receptus. ibidem. n.2.
Non poteſt deponi niſi per Papam epiſcopus, qui epiſcopatum renunciavit. ibidem. n.3.
Quomodo fiat hæc depoſitio, tàm iure antiquo, quàm novíori ſpectato. ibidem. n.4.
Cogetur epiſcopus ire ad epiſcoparum, quem acceptavit. diſt.92. c.7. n.1. p.806.
Epiſcopus ſubrepticiè intruſus in aliena eccleſia, debet reijci ab ea. diſt.92. c.8. n.1. p.807.
Vtrum eccleſia, in qua epiſcopus ſic fuit intruſus, teneatur eidem reſtituere, quidquid ipſi eccleſiæ donavit. ibidem. n.2.
Tenetur epiſcopus per ſe, vel per ſuos procuratores limina Apoſtolorum viſitare. diſt. 93. c.4. n.1. p.808.
Epiſcopi immediati ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, tenentur limina Apoſtolorum ſingulis annis viſitare. ibidem. n.2.
Vtrum ſit aliquod diſcrimen inter epiſcopum, & ſacerdotem. diſt.93. c.24. n.3. p.816.
Approbatur verior opinio. ibidem. n.4. p.817.
Quare Summus Pontifex ſeipſum, & epiſcopos fratres appellet. ibidem. n.5.
Componitur Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, quoad nullam diſtinctionem inter ſacerdotem, & epiſcopum. ibidem. n.6. p.818.
Reſpondetur hæreticorum argumentis, & explicatur textus. ibidem. n.7.
Epiſcopus licet quoad eccleſiaſticam hierarchiam ordinem diverſum conſtituat, non tamen eſt novum Sacramentum. diſt.93. c. n.24. n.8. p.819.
Statuitur ordinem ſacerdotalem per epiſcopatum ſolvi ad alia miniſteria exercenda. ibidem. n.9. p.819.
Oportet, ut epiſcopi clericos ſuos, non ut ſervos tractent. diſt.95. c.7. n.2. p.835.
Clerici non præeant epiſcopis in ingreſſu ad chorum. diſt.95. c.8. n.1. p.835.
Ante epiſcopum ſedentem non ſtet presbyter. diſt.95. c. 9. n.1. p.835.
Epiſcopus in ſua cathedrali debet ſedere in loco ſublimiori. diſt.95. c.10. n.1. p.835.
Epiſcopus poteſt ſe intromittere de executoribus teſtamentorum. diſtinct. 87. c.2. n.3. pag. 751.

Epiſcopus domeſticarum, & temporalium rerum curis non diſtrahatur. diſt.88. c.6. n.1. pag. 767.
Orationi, & lectioni debet eſſe intentus. ibidem. n.2.
Epiſcopo ex officio convenit poteſtas prædicandi in propria diœceſi. ibidem.n.3 p.768.
Non ſolum poteſt, ſed tenetur fidem prædicare. ibidem. n.4.
Excuſatur ab obligatione prædicandi per ſe ob legitima impedimenta. ibidem. n.5.
An poſſit epiſcopus prædicare extra propriam diœceſim. ibidem. n.6.
Quarum perſonarum gubernationem non debeat epiſcopus per ſe, ſed per alium exercere. diſt.88 c.7. n.1. p.768.
Peregrini ſunt ſub tutela, & cura epiſcopi. ibidem. n.2.
Epiſcopi prohibentur committere eccleſiaſtica officia propinquis, vel favore ſibi coniunctis. diſt.89. c.6. n.1. p.781.
Poſſunt epiſcopi conferre beneficia conſanguineis, ſi ſint idonei. ibidem. n.3.
Poſſunt etiam illa conferre ſuis familiaribus idoneis, dummodo pactum non intercedat. ibidem. n.4.
Vide, Concilium, Electio, Domicilium, ordo.

Epiſcopatus.

Papa non debet epiſcopatum dividere. diſt. 10. c.1. n.5 p.52.
Epiſcopatus an ſit de iure divino. diſt. 21. c.2. n.8 p.147.
Rex Luſitaniæ habet ius præſentandi ad epiſcopatum. diſt.23. c.2. n.8. p.158.
Epiſcopatus an ſit ordo. diſt. 32. cap. 1. nu. 2. pag.236.
An poſſit aliquis cogi ad epiſcopatum. diſt.40. c.7. n.4 p.306.
An epiſcopatus ſit Sacramentum. diſt. 23. c.7. n.3. pag.163.
Epiſcopatus eſt dignitatis culmen, & propriè dignitas. diſt.61. c.6. n.1. pag.540.
An iuramentum non aſcendendi ad epiſcopatum liceat, & obliget. diſt. 85. cap. 1. n.8.9. & 10. pag.721.
Vtrum regularis poſſit cogi à ſuo prælato ad acceptandum epiſcopatum. ibidem. nu. 11. pag.1722.
Vtrum ſic iurans teneatur obedire Pontifici extra eccleſiæ neceſſitatem. ibidem.n.12.
Epiſcopatus licet quoad eccleſiaſticam hierarchiam ordinem diverſum conſtituat, nõ tamen eſt novum Sacramentum. diſt. 93. cap. 24. nu. 8. pag. 819.

Epiſtola.

Epiſtola Samuelis contra Ibam. diſt.15. cap.1. n.6. pag.81.
Epiſtola Ieſu ad Agabarum apocrypha. diſt. 15.c.3. n.104. pag.102.
Epiſtola Agabari ad Ieſum: & reſcripta Ieſu ad Agabarum, quam fidem habeant. ibidem. n.105. 106. 107.
Epiſtolæ decretales, quam authoritatem habeant, & quæ dicebantur. diſt. 19. c. 1. n. 1. & 2. pag.131.
Epiſtola Nicolai ad Rodulphum. diſt.23. c.12. n.2. pag.166.
Epiſtolam canens in peccato mortali, an peccet mortaliter. diſt.60. c.4. n.3. pag.536.

Eques.

Si duo equites in ſimul tangant pallium, omnes equites currere debent. diſt. 79. c. 8. n. 2. pag. 659.
De Ordinibus militaribus equeſtribus, vide, Ordo, & Congregatio.

Eremita.

Congregatio Eremitarum ſancti Auguſtini, quando inſtituta, & quam late propagata. diſt.54. c.12. n.7. pag.443.
Qui Authores agunt de familia Eremitica D. Auguſtini. ibidem.

Error.

Semper debet error ſalvari in aliqua Scriptura. diſt.9, c.5. n.3. pag.49.
Error quid, & quotuplex. diſt. 38. c. 11. nu 3. pag 296.

Et.

Dictio, Et, quid importet. diſt. 81. c. 21. n.2. & 3. pag.676.

Etiam.

Dictio, etiam, quid ſignificet. diſt. 34. c. 14. n. 2. pag.266.

Evangelium.

Lucianus falſavit evangelia, item Hircius. diſt. 15. cap.3. n.60. 61. pag.95.

Euchariſtia.

Laici an debeant abſtinere ab uxoribus die, qua ſumenda eſt Euchariſtia. diſt.31. cap 7. n.1. 2. & 3. pag.227.
Euchariſtia an ſit deneganda ijs, qui in patibulo ſuſpenduntur. diſt.50. c.63. n.2 p.413.
Sacerdos diſtribuens Euchariſtiam in mortali, peccat mortaliter. diſt.77. c.1. n.5. p.632.

Laicus qui in caſu extremæ neceſſitatis confert Euchariſtiam in mortali, non peccat mortaliter. ibidem, n.6.
Quid de ſacerdote mutante, vel deferente in ſupplicatione Euchariſtiam in mortali. ibidem. n.7. pag.633.
An laicorum coniugatorum cõmunicatio corporis, interdicatur die communionis. diſt. 82. c.2. n.4. pag.693.
Sacræ Euchariſtiæ uſus corda emollit, diſt. 82. c.5. n.4. pag.700.
Quis fuerit olim uſus illius. ibidem. n.5.
Vtrum liceat quotidie communicare. ibidem. nu.6.
Vtrum privatio communionis poſſit inferri in pœnam ſatisfactoriam. ibidem.n.10. p.701.
Nomine, Communionis, in textu, venit ſolum cõmunio Corporis,& ſanguinis Chriſti. diſt.92. c.7. n.2. pag.806.
Tempore primitivæ eccleſiæ nomine communionis,ſola communio Corporis,& ſanguinis Chriſti intelligebatur. ibidem. n.3.
Quotidie in primitiva eccleſia fideles cõmunicabant. ibidem. n 4.
Diaconus an poſſit ex vi ſui officij Corpus Chriſti miniſtrare. diſtinct.93. cap.13.nu.2. pag. 811.
Solis ſacerdotibus ex officio competit miniſtrare Corpus Chriſti. diſt. 93. cap. 16. nu. 2. pag. 812.
De licentia presbyteri poteſt diaconus Euchariſtiam miniſtrare. diſt.93. c.18. n.1. p.812.
Euchariſtiæ nomen, quid ſignificet. ibidem. nu. 2.
Soli presdyteri Euchariſtiam conficiunt. diſt. 95. c.1. n.3. pag.831.

Eugenius.

Eugenius primus quis fuerit. diſt. 81. c. 7. n.1. pag.669.
Eugenius ſecundus quis fuerit. diſt. 81. c. 22. n.1. pag.677.

Eulogia.

Eulogia quid ſint. diſt.18. c.8. n.4. p.128.

Eunuchus.

Eunuchi ſunt ad libidinem proniores. diſt. 55. c.5. n.2. pag.496.
Non poſſunt contrahere matrimonium. ibidem. n.3.
Rediculum eſt Eunuchos ſacerdotes ferre ſuſpenſam è collo partem abſciſam. diſt. 55. cap. 8. nu.4. pag.502.

Euſebius.

Euſebius Cæſarienſis quis fuerit. diſt. 15. c.3. n.39. p.91.

Euthyches.

Eutiches damnatus. diſt.15. c.1. nu.31. & 32. pag. 81

Ex.

Dictio, Ex, quid ſignificet. diſt.50. c. 20. n.2. pag. 390.
Ex de ſua ſignificatione denotat cauſam proximam, & immediatam, eſtq; relativa præcedentium. diſtinct. 44. cap. 6. nu. 2. & 3. pag. 334.
Aliquando denotat etiam cauſam remotam. ibidem.

Examen.

Ante examinationem clericus non ordinatur diſt.24. c.2. n.1. p.181.
Quid ſi pro ſe habeat bonam famam. ibidem. nu. 2.
Notorie litteratus non debet examinari. ibidem. n.3.
Clerici ordinandi, quomodo debeant examinari. diſt.24. c.5. n.2. p.182.
Etiam ſi ſint religioſi. ibidem. n.3.
Pro examine non poteſt aliquid accipi. diſt.24. c.5. n.10. p.183
Quid ſit ſtatuendum de clericis ſine examinatione ordinatis. diſt.24. c.7. n.2. p.184.
Creati ſine examine, an ſint deponendi. ibidem. n.5.
Ordines minores,an conferantur cum examine. ibidem. n.6.
An doctor, ſeu licentiatus in receptione beneficij, ſeu ordinum, & ad audiendas confeſſiones, ſit examinandus. diſt.47. c.4. n.6. pag. 371.
Religioſi an debeant examinari ab epiſcopis ad ſacros ordines ſuſcipiendos. diſt. 77. c.8. n.6. uſq; 14. pag.651.
Licet regularibus ſatis ſint ſuorum ſuperiorũ litteræ comendatitiæ, non tamen ſatis erũt, quæ de ſcientia aliquando eorundem approbationes ſecum afferre ſolent, quisquis ille ſit, qui defert, vel qui contulit, ſed epiſcopus debet eos examinare. diſt. 77. c. 8. n. 2. pag. 650.
Præcipitur, ut accuratam in illis examinandis diligentiam Ordinarij adhibeant. ibidem. nu. 3.
Ratio optima cur debeant antè ordines examinari. ibidem. n.5.
Nulli magis ſcientia egent, quam regulares. ibidem.
Societatis Ieſu privilegium circa examen ſuorum ſubditorum ordinandorum. ibidem. n.6. pag.651.

Vtrum hoc privilegium eximat religioſos Societatis, & qui eorum participant privilegijs ab examine epiſcoporum in ordinibus ſuſcipiendis. ibidem. n.7. & ſeqq. p.651.
Patres Societatis ſe ſubdunt examini. ibidem. n.14. pag.652.

Exceptio.

Petenti reſtitutionem poteſt opponi exceptio de hæreſi. diſt.8. c.1. n.5. pag.41.
Perſonæ quæ admittuntur ad excipiendum cõtra epiſcopum. diſt.23. c.5. n.5. p.161.
Criminoſus non excipit contra electum. ibidẽ. n. 2.

Excommunicatio.

Excommunicatio minor, quæ privat aliquando paſſiva perceptione Sacramentorũ. diſt. 18. c.10. n.5. pag.129.
Vna tantum eſt ſpecies excommunicationis minoris. ibidem.
Excommunicatio an poſſit proferri ad certũ, & determinatum tempus. diſt. 18. cap. 17. n.3. pag.131.
Percutiens pſalmiſtam, an incurrat excommunicationem. diſt.21. c.1. n.14. p.146.
Nemo ſeipſum excommunicat. diſt. 21. c. 7. n.8. pag.150.
Excommunicatus non poteſt petere reſtitutionem. diſt.23. c.1. n.15. pag.157.
Excõmunicatio ſumitur pro ſuſpenſione. diſt. 23. c.9. n.3. pag.165.
Excommunicationis umbra fuerit ne in ſtatu legis naturæ, legis ſcriptæ. diſt. 30. c.5. n.2. 3. 4. & 5. pag.215.
Poteſt quis excommunicari, ſi mutet veſtimẽta. diſt. 30. c 6. n.1. pag.215.
Excõmunicatio an poſſit proferri propter peccatum internum. diſt.30 c.8 n 5.& 6. p.217.
Excommunicatus poteſt cum alijs communicare, & tollerantur propter contractum celebratum ante excommunicationem. diſt. 41. c.1. n.2. pag.310.
An mortui doſſint excommunicari. diſt.88. c. 14. n.3. p. 776.
An qui ſemel fuit excommunicatus, admittatur poſtea ad actus legitimos. diſt.46. c.4. n. 5. & 6. pag.363.
Excommunicatio quomodo cognoſcatur, an ſit latæ ſententiæ, vel ferendæ. diſt.63. c.24. n.2. pag.566.
Appellari poteſt à ſententia excommunicationis conditionali. ibidem. n.5.
Appellare non poteſt excõmunicandus, ut ſolvat penſionem, ſi penſioni conſentit. ibid.n.6.
Excommunicatus ſub conditione, ſi iudex ea pendente decedat, an maneat excommunicatus. ibidem. n.7.
Excommunicatus ſub conditione, an mutato domicilio maneat ligatus. ibidem. num. 8. pag.567.
Excommunicatio latæ ſententiæ, de qua non meminere Authores. diſt. 71. c. 4. n.1. & 2. pag. 613.
Excommunicatio lata ad certum tempus, vel ſub conditione, eget abſolutione. ibid.n.3.
Quis abſolvet epiſcopum ab excommunicatione non ſervata Pontificis. ibidem. n. 4. & 5. pag.614.
Verberans pſalmiſtam, an maneat excommunicatus. diſt. 72. c.2. n.2. pag.616.
An excommunicatio cauſet metum gravem. diſt.74. c.1. n.1. 2. 3. & 4. pag.618.
Debet præcedere trina monitio, ut clericus excommunicetur. diſt.81. c.29. n.4. p.681.
Vtrum Papa excommunicetur cõmunicando cum excõmunicato. diſt.93. c.1. n.4. p.808.
An poteſtas excommunicandi laicis poſſit delegari. diſt.96. c.1. n.22. pag.841.
Vtrum ad validitatem excommunicationis neceſſaria ſit aliqua citatio. diſt. 96. c. 10. n.3. pag. 848.
Quæ iura, & Doctores agant de neceſſitate citationis ad excommunicationem, & alias cenſuras. diſt.96. c.10. n. 4. pag.848.

Excuſare.

Propter infirmitatem, aut timorem quis excuſatur. diſt.23. c.10. n.5. pag.165.

Exemplar.

Quæ exemplaria emendatiora, latina, aut græca. diſt.19. c.6. n.2. pag.49.

Exemplum.

Exempla non ſunt ſequenda, ſi ratio contradicit. diſt.9. c.11. n.1. pag.31.
Ab exemplis gentilium poteſt argumentari. diſt.21. c.8. n.5. pag.151.
Exempla poſſunt allegari. diſt. 23. c.12. nu. 5. pag. 167.
Exempla non reſtringunt regulam. diſt. 47. cap. 7. nu. 1. pag. 372.

Exequiæ.

Celebrare exequias mortuorum bibendo, & comedendo inhoneſte, prohibitũ eſt. diſt. 44. c.7. n.1. p.335.

Exilium.

Quot modis ſumatur exilium. diſt. 45. cap. 8. nu. 2. pag. 351.

Exorciſta.

Exorciſta qualiter ordinetur. diſt.23.c.17. n.1. pag.170.
Patres antiqui de exorciſtis agunt. ibidem.n.2.
Officium exorciſtæ quale ſit. ibidem. n.3.

Exorciſmus.

Primus qui docuit exorciſmos, diſt. 23. c. 17. n.4. pag.170.
Epiſcopus an poſſit interdicere, ne fiant exorciſmi. diſt.21. c.1. n.12. pag.146.
Exorciſmus quid ſit, & ad quem finem inſtitutus. diſt.69. c.2. n.1. pag.589.
Sententia illorum, qui affirmant exorciſmis ineſſe virtutem naturalem ad fugandos dæmones. ibidem. n.2. pag.590.
Talis virtus non eſt naturalis, ſed ſupernaturalis. ibidem. n.3.
Ad quas perſonas ſpectet facere exorciſmos, & utrum hæreticis, vel infidelibus concedatur dæmonia eijcere. ibidem. num. 4. pag. 591.
Vtrum ad exorciſmos requiratur puritas conſcientiæ. ibidem. n.5.
Vtrum liceat exorciſtis aliqua à dæmone interrogare. ibidem. n.6. 7. & 8. pag.592.

Expenſa.

Victus an ſemper condemnetur in expenſis. diſt.74. c.8. n.3. pag.622.

Experientia.

Eligendus non ſolum debet habere ſcientiam, ſed experientiam. diſt.39. c.1. n.1. p.299.

Expoſitus.

Expoſiti an inter illegitimos numerentur. diſt. 56. n.2. pag.508.
Filij expoſiti cenſentur illegitimi. diſt.87. c.9. n.1. pag.759.
An ſint capaces ſanctæ Inquiſitionis. ibidem. nu.2.
Inter miſerabiles perſonas computantur. ibidem. n.3.
Quorum expenſis debent lactari. ibidem. n 4.
Expoſitis nutriendis locum ædificavit Traianus. ibidem. n.5. pag.760.
Infans expoſitus, & ſervus ægrotus habitus pro dereliſto, libertatem conſequuntur. diſt.87. c.9. n.6. pag.760.
Expoſitus occidens patrem, non tenetur crimine parricidij. ibidem. n.11.
Limitatur. ibidem. n.12. pag.761.
Parentes expoſitorum, an teneantur ad ſumptus nutritionis. ibidem. n.13.

Extra.

Dictio, extra, quid ſignificet. diſtinct.64. cap. 5. nu. 2. pag. 578.

F.

Fabianus.

Fabianus Papa quis fuerit. diſt.90. c. 10. nu. 1. pag.795.

Facies.

Deformis facies animum deformem arguit. diſt.56. cap. 5. n. 3. pag.514.

Factum.

Ex facto alieno, quod quis indagare tenetur, colligitur ſcientia illius. diſt.54. c. 19. n. 11. pag. 487.
Non poteſt quis venire contra factum ſuum. diſt.55. c.3. n.2. pag.495.
Vix factum attamen factum cenſetur. diſtinct. 93. cap. 2. nu.1. pag. 808.

Falſare.

Pœna clerici, qui litteras falſaverit. diſt. 50. c. 7. n.1. pag.384.
Impetrans reſcriptum, in quo per malitiam verum aliquid ſuppreſſit, aut falſum expreſſit, eſt invalidum. diſtinct. 19. cap. 3. n. 7. pag. 134.
Per abraſionem, & cancellationem reddunturſcripturæ, & litteræ falſæ. ibidem. n.8.
Dicuntur etiam litteræ falſæ, ſi alieno ſigillo ſignantur. ibidem. n. 9.
Falſa latinitas in litteris Apoſtolicis arguit falſitatem, & vitiat reſcriptum in totum. ibidem. n.10.
Habet locum in omnibus litteris, tam gratiæ, quam iuſtitiæ. ibidem.
Præſumptio falſitatis, quæ ex diverſitate atramenti colligitur, quando dicatur levis, quãdo probabilis. ibidem. n.11.
Falcidicans litteras Papæ excõmunicationem incurrit, & omnibus beneficijs ipſo iure privatur, & degradatus traditur curiæ ſæculari. diſt.19. c.3. n.12. pag.134.

Fames.

Miſeriarum omnium extrema eſt fames. diſt. 86. c.20. n.2. pag.742.

Familia.

Familia clericorum, an ſit conuenienda in foro eccleſiaſtico. diſt. 32. c. 10. n. 8. 9. & 10. pag. 246.

Familiares.

Familiares, qui dicantur. diſt. 89. c. 6. n. 6. & 7. pag. 781.

Famulus.

Famuli dominos comitantes ad meretrices, an peccent. diſt. 9. c. 1. n. 5. pag. 47.

Famuli epiſcoporum, an iudicentur à iudice ſæculari. diſt. 32. c. 10. n. 11. pag. 246.

Vide, ſervus.

Fas.

Fas, an ſit idem, quod iuſtitia. diſt. 1. c. 1. n. 9. pag. 10.

Fauſtinus.

Fauſtinus Rhegienſis, quis fuerit. diſt. 15. c. 3. n. 102. pag. 101.

Felicitas.

Felicitas principum augetur ex iuſtitia. diſt. 10. cap. 3. nu. 4. pag. 53.

Felix.

Felix Pontifex, quis fuerit. diſt. 10. c. 3. nu. 1. pag. 53.

Fœmina.

Fœmina non poteſt accedere ad altare. diſt. 23. c. 31. n. 3. pag. 179.

Fœmina ſubintroducta, quæ dicatur. diſt. 32. c. 16. n. 2. pag. 251.

Fœminæ zeli furore ſe ipſas occidunt. diſt. 50. c. 43. n. 2. pag. 405.

Vide, Mulier.

Fœnus.

An fœnus ſit idem, quod uſura. diſt. 46. cap. 9. n. 2. pag. 367.

Fœtus.

Fœtus fœmineus, & maſculinus, quando animetur. diſt. 5. n. 6. & 7. pag. 34.

Ferrum.

Ferrum non debet parui pendi. diſt. 50. c. 18. n. 1. pag. 389.

Feſtivitas.

Feſtivitas eſt idem, quod ritus. diſt. 45. cap. 3. n. 6. pag. 344.

Quæ ſint feſtivitates, & ritus Iudæorum. ibidem. à nu. 6. uſq. 13.

Feſtum.

Nova feſta poteſt epiſcopus in diœceſibus inducere. diſt. 12. c. 10. n. 2. pag. 69.

Feudatarius.

Feudatarij non poſſunt ordinari. diſt. 54. c. 7. n. 4. pag. 434.

Feudum.

Feudum de novo vacans, poteſt alienari. diſt. 12. cap. 2. nu. 5. pag. 65.

Fides.

Summus Pontifex deſiniens ea, quæ ad fidem pertinent, nullo modo errare poteſt. diſt. 40. c. 6. n. 6. pag. 304.

Conſentiens eadem ſanctorum omnium ſententia, aut ſcripturæ interpretatio, in docendo aliquid ad rectam fidem ſpectare, pro catholica veritate accipienda eſt. in proœm. n. 29. pag. 5.

Papa an diſpenſet circa articulos fidei, diſt. 15. c. 2. n. 7. pag. 82.

Errans in fide, debet errorem confiteri. diſt. 21. c. 7. n. 3. pag. 150.

An poſſit aliquis cogi ad fidem. diſt. 45. c. 1. n. 3. pag. 341.

Blanditijs allicere ad fidem licitum eſt. diſt. 45. c. 5. n. 2. pag. 348.

Nulli licet diſputare de fide animo dubitandi. diſt. 96. cap. 2. n. 4. pag. 843.

Fiducia.

Fiducia ſanctorum, quam in Deo conſtituunt, non ex fide ſola, ſed etiam ex bonis meritis naſcitur. diſt. 88. c. 12. n. 4. p. 775.

In bonis meritis, quæ vere talia eſſe compertum ſit, fiducia aliqua collocari poteſt, modo ſuperbia caveatur, ibidem.

Propter incertitudinem propriæ iuſtitiæ & periculum inanis gloriæ, tutiſſimum eſt fiduciam totam in ſola Dei miſericordia, & benignitate reponere. ibidem.

Filia.

Exponens filiam, tenetur illam dotare. diſt. 87. c. 9. n. 10. pag. 760.

Filia quæ peccavit in corpus ſuum, an ſi pœnituerit, poſſit exhæredari. diſt. 50. cap. 18. n. 3. pag. 389.

Filius.

Filius qui accepta portione, remisit patri neceſſitatem alendi, egeſtate preſſus adhuc poteſt petere alimenta, etiam ſi iuraſſet ſe non petiturum. diſt. 1. c. 7. n. 5. pag. 15.
Filius religioſus, an poſſit exire à monaſterio pro alendo patre. diſt. 30. c. 1. n. 2. p. 213.
An filius peccet, qui monaſterium ingreditur, cum pater eius ope, & alimonia indiget. ibidem.
Filij tenentur honorare parentes. ibidem. n. 3.
Parentibus infidelibus, an debeant filij ſubvenire. ibidem. n. 4.
An filiorum nomine in odioſis, veniant nepotes. diſt. 56. c. 1, n. 6. pag. 510.
Filij presbyterum ſunt irregulares. ibidem. n. 1. pag. 509.
Filius ſpurius, an poſſit eſſe Summus Pontifex. diſt. 56. c. 2. n. 1. pag. 511.
In malorum filijs imitatio timetur. ibidē. n. 2.
Semen humanum in ſe bonum eſt. ibidem. n. 3. pag. 512.
Ex illo parentum inclinationes filijs communicantur. ibidem. n. 4.
Vitia parentum filijs imputantur. diſt. 56. c. 3. n. 1. pag. 512.
Inanis laus, quæ à parentum nobilitate deſcendit. diſt. 56. c. 4. n. 2. pag. 513.
A malis bonum eſſe, glorioſum. ibidem. n. 3.
Filij puniri poſſunt propter delicta parentum. diſt. 56. c. 7. n. 1. pag. 516.
Eccleſia punit filios propter parentum delicta. ibidem. n. 2.
Filius non amittit dignitatem eccleſiaſticam, quam habet, propter delictum patris. ibidem. n. 3.
Filij reorum læſæ maieſtatis, non amittunt beneficia, quæ poſſident, nec imposterum poſſidenda. ibidem. n. 5. pag. 517.
Ancillarum, & ſecundarum uxorum filij, quomodo dicebantur. diſt. 56. c. 9. n. 3. p. 520.
Filij illegitimi, an ſint infames. diſt. 59. c. 10. n. 3. pag. 521.
Filius illegitimus tollit malam præſumptionem, monaſterium ingrediens. diſt. 56. c. 11. n. 1, pag. 521.
Filij presbyterorum ex ante habito legitimo matrimonio, non ſunt irregulares. diſt. 56. c. 13. n. 3. pag. 523.
Filij presbyterorum eccleſiæ Græcæ, quando non ſunt irregulares. ibidem. n. 4.
Filij legitimi presbyterorum non poſſunt immediatè patribus ſuccedere in eccleſijs. ibidem. n. 5.
Poſſunt ſuccedere parentibus intermedia perſona. ibidem. n. 6. pag. 524.
Filij clericorum in minoribus non poſſunt ſuccedere immediatè parentibus. ibid. n. 7.
Filijs patres immediatè poſſunt ſuccedere in beneficijs, licet verè non ſint legitimi. ibidem. n. 9.
Filius genitus poſt votum continentiæ à parentibus emiſſum, illegitimus eſt. diſt. 81. c. 19. n. 3. pag. 676.
Qui filij, & quo iure teneantur ſuccurrere parentibus hæreticis. diſtinct. 86. cap. 16. nu. 3. pag. 737.
Vide, Educatio, & Illegitimus.

Flamines.

Flamines, qui dicantur. diſt. 80. c. 2. n. 2. p. 662.

Fletus.

Fletus eſt prima vox, quam emittit homo, lictibus, & querelis manet expoſitus. diſt. 63. cap. 11. nu. 11. pag. 557.

Forenſis.

Forenſes quomodo teneantur ſervare ieiunia loci, per quem tranſeunt. diſt. 12. c. 11. n. 1. pag. 69.
Qui appellentur forenſes. diſt. 51. cap. 1, nu. 4. pag. 417.

Fornicatio.

Sacerdotes an deponantur propter ſimplicem fornicationem. diſt. 50. c. 33. n. 2. pag. 400.
Differentia inter fornicationem, & mœchiam. diſt. 81. c. 13. n. 1, pag. 673.

Forte.

Dictio, forte, quid ſignificet. diſt. 75. cap. 2. nu. 2. & 3. pag. 623.

Fortitudo.

Vitia opponuntur fortitudini. diſt. 61. c. 14. n. 2. pag. 546.

Forum.

Locus iudicij unde dictus forus. diſt. 1. c. 3. n. 2. pag. 12.
Vxor clerici an ſortiatur eccleſiæ forum. diſt. 32. c. 10. n. 4. & 5. pag. 245.
Concubinæ clericorum an poſſint iudicari in foro ſæculari. diſt. 32. c. 10. n. 6. & 7. p. 245.
Familia clericorum, an ſit convenienda in foro eccleſiaſtico. diſt. 32. c. 10. n. 8. 9. & 10. pag. 246.

Franciſcus.

Congregatio Minorum inſtituta à D. Franciſco. diſt. 54. c. 12. n. 39. pag. 452.

Quot habet hæc familia provincias, conventus, & religioſos. ibidem.
Authores qui agunt de hac familia. ibidem.
Congregatio Minorum S. Franciſci de Paula. diſt.54. c.12. n.69. pag.459.

Frater.

Frater an poſſit inſtituere extraneum, omiſſis fratribus. diſt.30. c.14. n.3. pag.220.

Frequentare.

Actum frequentat, qui bis illum exercet. diſt. 26. c.4. n.2. pag.194.

Fructus.

An clericus non recitans horas canonicas, teneatur reſtituere fructus, & quomodo. diſt. 44. n.3. pag.328.
An Commendatarij teneantur ad reſtitutionem fructuum, ſi illis malè utatur. ibidem. n.4. & 5. pag. 329.

Frumentius.

Frumentius quis fuerit. diſt. 15. cap. 3. n. 103. pag.102.

Fugere.

An in bello captus, peccet fugiendo. diſtinct.1. c.9. n.7. pag.17.
Vide, Carcer.

Fundator.

Fundatores eccleſiæ omnes efficiuntur patroni. diſt.63. n.1. pag.550.

Furioſus.

Furioſi non debent ordinari. diſt.33. c.2.n.11. pag.255.

Furnus.

Qui longo tempore uſus eſt furno, non poteſt prohibere volentem, novum furnum facere. diſt.8. c.1. n.2. pag.41.

Furtum.

Saccum in quo erat pecunia furripiens, tenetur furto, tàm pecuniæ, quàm ſucci. diſtin. 50. cap. 45. n.1. pag.406.

Futurum.

Futuris caſibus eſt prudenter occurrendum. diſt.23. c.1. n.11. pag.156.

Futurum pro præterito ſæpe ponitur, diſt. 63. cap. 12. nu. 2. pag.558.

G.

Gabella.

Tranſeuntes ſine ſolutione gabellæ, an debeant puniri, diſt.8. c.2. n.4. p.42.

Gazophilacium.

Quid ſit Gazophilacium. diſt.90.c.2.n.9. pag. 788.

Gelaſius.

Gelaſius primus quis fuerit. diſt. 10. cap. 12. n.1. pag.58.
Gelaſius ſecundus quis fuerit. diſt. 24. cap. 3. n.1. pag.181.

Gennadius.

Gennadius quis fuerit. diſt. 16. cap. 7. nu. 16. pag.112.

Generaliter.

Dictio, Generaliter, quid ſignificet. diſt.64.c.8. n.1. p.579.

Geniculari.

An liceat geniculari ad verba, & homo factus eſt, tempore reſurrectionis. diſt.76. c.8. n.2. pag.619.

Geometria.

Geometria quomodo definiatur. diſt.37. c.10. n.2. p.285.

Gloriari.

Vtrum de proprijs operibus poſſit quis gloriari. diſt.88. c.12. n.4. pag.775.

Grammatica.

Magiſtri Grammaticæ, quæ ſtatuta poſſint facere. diſt.10. c.11. n.2. pag.58.
Illiteratus eſt, qui ignorat Grammaticam. diſt. 37. c.10. n.1. & 5. pag.285.
Vtrum liceat epiſcopis Grammaticam docere. diſt.86. c.5. n.2. pag.728.

Gratia.

Ad opera bona ſupernaturalia Dei gratia requiritur. diſt.23. c.2. n.11. pag.158.

Vtrum iuſti in hac vita ad eam iuſtitiæ perfectionem poſſint pervenire, qua certi reddantur, citra ſpecialem revelationem, ſe eſſe in Dei gratia. diſt. 30. c.8. n.2. p. 217.
An id ſaltem certitudine morali cognoſcere poſſit aliquis iuſtus. ibidem. n.3.
Vtrum omnes ordines conferant gratiam. diſt. 40. c.4. n.3. p.392.
De fide eſt Sacramenta novæ legis cauſas eſſe gratiæ. diſt.23. c.2. n.13. p.159.
Gratia de beneficio, cum clauſula, ſi vacat, non reddit gratiam conditionalem. diſtinct. 61. cap. 15. n.2. pag.546.

Gratianus.

Non omnia, quæ in volumine ſuo Gratianus retulit, ſunt canonizata in procem. nu. 19. pag. 4.
Dicta eiuſdem Gratiani non inducunt neceſſitatem, quin potius plura ex illis infirmãtur. ibidem.
Gratiano referenti authoritatem Concilij, Papæ, ſeu ſancti, credendum eſt. in procem. n. 48. pag. 7.
Gratianus non dubitavit ordines fuiſſe à Chriſto inſtitutos. diſt.21. n.3. p.143.
Sepulchrum Gratiani. diſtinct.101. c. 1. nu.3. pag. 878.

Græcus.

Græci an teneantur ad obſervationem Canonum, diſt.20. cap.1. n.6. pag.141.

Gregorius.

Gregorius I. Pontifex quis fuerit. diſt.22. c. 4. n.1. pag.154.
Gregorius Pontifex II. quando creatus. diſt. 22. c.23. n.1. pag 175.
Gregorius IV. quis fuerit. diſt.12. cap. 2. nu.1. pag. 65.
Gregorius VII. quis fuerit. diſt. 81. cap. 15. n. 1. pag.673.

Gula.

Quid ſit gula, & an ſit peccatum mortale. diſt. 44. n.1. p.328.

H.

Habitus.

Mulieres peccant utendo habitu virili. diſt.30. c.6. n.2. pag.215.
Limitatur ſi adſit neceſſitas. ibidem. nu. 3. pag. 216.
Virgines ſanctimonia illuſtres habitum virilem induxæ. ibidem. n.4.
Prohibum viris, ne ornatu muliebri utantur. ibidem. n.5.
Poteſt quis excommunicari, ſi mutet veſtimẽta. diſt.30. c.6. n.1. pag.215.
An ſit neceſſarius habitus, & tonſura, ut quis gaudeat privilegio fori. diſt. 40. c. 2. nu. 1. pag. 301.
Quas pœnas incurrunt non portantes habitũ, & tonſuram. diſt.40. c.2. n.2. p.301.

Habilitatus.

Habilitatus ad ordinem factum, & quaſcumq; eccleſiaſticas dignitates, an talis cenſeatur ad epiſcopatum. diſt.56. c.13. n.1. p.523.

Hæreſis.

Hæreſis Monothelitarum reprobata. diſt. 16. c.6. n.5. p.108.
Hæreſis ponentium in Chriſto unam tantum voluntatem dãnata. diſt.16. c. 8. n.6. p.113.
Hæreſis Eutychis ubi damnata. diſt.15. c.1. n. 30. pag.81.
In crimine hæreſis etiam poſt mortem poteſt quis accuſari, & puniri. diſt.23. c. 14. nu. 5. pag. 168.
Contra factores, & receptatores hæreticorum iam mortuos, non poteſt accuſatio refricari. ibidem.
Intra quod tempus poſt mortem defuncti, poteſt inquiri contra eum de crimine hæreſis. ibidem. n.6.
Incidens in hæreſim, an perdat dignitatem. diſt.22. c.5. n.4. pag.154.
Lapſus in hæreſim, an poſſit reconciliari per epiſcopum. diſt.50. c.25. n.1. p.392.
Vide, Hæreticus.

Hæreticus.

Hæreticus poteſt puniri pœna pecuniaria. diſt. 23. c 6. n.4. p.162.
Verba hæreticalia iocoſe proferens, an ſit hæreticus. diſt.37. c.4. n.2. p.281.
Hæretici opiniones ſuas fundant ſuper ſophiſtica diſputatione. diſt.37. c.6. n.1. p.282.
Hæretici incorrigibiles debent tradi curiæ ſeculari. diſt.43. c.3. n.3. p.325.
Vtrum hæreticus pœnitens recuperet dignitates priſtinas. diſt.50. c.20. n.1. p.350.
Vtrum hæreticus in mente ſit excommunicatus, & aliquibus pœnis ſubiectus. diſt. 27. c.4. n.5 p 197.
Hæretici huius temporis confutantur. diſt. 63. c.27. n.2. p.569.

Qui non impedit,cum poſsit,hæreticum, iure fingitur hæreticus. diſtinctione 83. cap.5.n. 1.pag.709.
Dicitur etiam talis,qui leviter reſiſtit.ibidem. num.2.
requiſita ut æquum de illis feratur iudicium, & an poſt habenda ſit admonitio. ibidem. num.3.
An reſecandi, vel tolerandi ſint hæretici. ibidem.n.4.
Vide, hæreſis.

Hæreſiarcha.

Nonnulli hæreſiarchæ reſenſentur. diſtinctione 15.cap.3.num.112.pag.104.

Hebræus.

Hebræis an eſſet licitum ducere alienigenas. diſt.56.cap.8.num.6.p.519.

Helena.

Plurimi Authores exiſtimarunt,Helenã fuiſſe Concubinam Conſtantij, ſed male.diſt.96. cap.13.n.2.p.850.
Vnde orta fuerit occaſio exiſtimandi helenã concubinam, & familiam hoſpitis.ibidem. n.3.p.851.
Cuius filia helena, & quomodo in matrimonium eam accepit Conſtantius.ibidẽ.n.4.
Connumeratur Helena inter gloriæ beatos crucem domini invenit.ibidem.n.5.
Quo anno fuerit inventa cruz coniectatur,& quando Helena obijt, & ubi ſepulta fuit. ibidem.num.6.p.852.
Ex Helena ſolum Conſtantinum ſuſcepit Cõſtantius, ſed tamen plures alios à Theodora. ibidem. num. 7.

Heli.

Heli an fuerit in æternum damnatus.diſtinct. 37.cap.5.num.3. pag.282.

Hermophroditus.

Hermophroditi ſunt irregulares. diſtinctione 55.num.3.& 4. pag.493.

Hierarchia.

Quid ſit hierarchia.diſtinctione 89. c. 7.num. 11.pag.784.
Triplex eſt hierarchia ſecundum triplicẽ ordinatam à Deo poteſtatem. ibidem.

Hyeruſalem.

Hyeruſalẽ multipliciter fuit vocata. diſtinct. 65.cap.7.num.1.pag.582.

Hilarius.

Hilarius pontifex quis fuerit. diſtin. 34.cap.9. num.1.pag.264.

Hymnoſophiſta.

Hymnoſophiſtæ Indis legem dederunt. diſt. 1.cap.3.nu.2.pag.12.

Hinc.

Dictio, hinc, quid ſignificet. diſtinctione 59. cap. 2.num.2 pag.531.

Hypocriſis.

Hypocriſis definitur. diſtinctione 27. cap. 6. num. 4. pagin. 198.

Hiſpania.

Hiſpania ob luxuriam capta à Mauris. diſtin. 56.cap.10.num.5.pag.521.

Hiſtoria.

Quantam authoritatem hiſtoriæ ſuppeditent in proœm.n.24.p.5.
In factis antiquis ſtatur libris hiſtoriarũ. diſt. 21.cap.3.num.5.pag.148.

Hiſtoricus.

Nullus hiſtoricus eſt idoneus ad faciendam certam fidem. in proœm.n.24.p.5.
Graves hiſtorici probabile argumentum faciunt. ibidem.
Si omnes probati,ac graves idem aſſerunt, certum argumentum promitur. ibidem.

Hiſtrio.

Hiſtriones hominum fæces. diſt. 51. c.nnu.9. pag.418.
Improbantur hiſtriones. diſt. 86.cap.7.num. 1.pag.729.
Vtrum aliquando liceat hiſtrionibus largiri. ibidem.num.2.pag.730.
Vide, Comædia.

Hoc.

Dictio, Hoc, quid ſignificet. diſtinctione 59. cap.3.num.2. pag.532.

Homicida.

Homicida voluntarius de facili non diſpenſatur.diſt.50.c.4.n.1.p.382.
Occidens paganum homicida eſt.diſtinctione 50.cap.5.num.1.pag.583.

Homicidium.

De pœna homicidij, & an poſsit iuſtè puniri Pœna tantum pecuniaria diſtinctione 3.cap. 4.num.5.6.27.
Ratum habens homicidium,an ſit irregularis. diſt.50.c.8.n.4.p.385.
Homicidium caſu proveniens non imputatur.diſt.50.cap.48.num.1.p.407.

Homo.

Privatus homo duobus modis dicatur.diſt.3.c. 3.n.6.p.26.
Novus homo,& iuvenis quis dicitur. diſtin. 61.cap.8.num.2.pag.541.

Honeſtus.

Non omne,quod licet, eſt honeſtum. diſt. 44. cap.12.n.1.p.339.
Vir honeſtus non præſumitur male facere. diſt.37.cap.11.num.1.pag.285.

Honor.

Homo non debet appetere honorem terrenũ non ſibi debitum.diſtinct.88. cap.8.num.6. pag.769.
Honos in quo conſiſtat.diſtin.22.cap. 3. nu.2. pag.153.
An licitum ſit mori pro honore tẽporali. diſt. 47.cap.3.num.1.pag.370.

Honorare.

Accuſatum de crimine non eſt honorandus. diſt.81.cap.3.n.1.2.& 3.p.667.
Limitatur,niſi accuſatio fiat per frudem.ibid. num.4.
Vel niſi fiat de levi crimine,vel poſt elapſum annum,ibidem.n.5.
Inferiores debent etiam à ſuperioribus honorari.diſt.89.c.7.n.4.p.782.

Honorius.

Honorius Imperator, quando fuit creatus, & quot annis vixit. diſtinctione 97.cap.2.numer. 1.pag.864.

Horæ Canonicæ.

Conſtitutio in dicendis Horis canonicis, ſervabitur. diſtinct.12.cap.10.num.1.pag.69.
Definitio horarum canonicarũ traditur. diſt. 91.cap.1.n.2.p.796.
Horæ canonicæ vigiliæ appellantur. ibidem n.9 pag.798.
Vide,recitare,& Breviarium.

Hormiſda.

Hormiſda pontifex quis fuerit.diſt.50.cap.29. num.1. pag. 395.

Hoſpitalis.

Omnis ſacerdos debet eſſe hoſpitalis.diſtinct. 42.num.1.pag.315.

Huiuſmodi.

Dictio, Huiuſmodi,quid ſignificet. diſtinctione 37.cap.16.num.2 pag.288.

I.

Iactantia.

Iactantia opponitur veritati. diſtinctione 23. cap. 3. num.3.pag. 159.

Iba.

Iba epiſcopus Edeſſe diſt.15.cap.2.n.5.p.82.

Idem.

Dictio, Idem, quid ſignificet,diſtinctione 76. cap.12 num.3 pag 631.

Id eſt.

Dictio,id eſt, quid ſignificet. diſtinctione 79. cap.5.num.2.pag.658.

Idolum.

Debet quis abſtinere à carnibus idolo immolatis.diſt.30.c.13.n 1.p.219.
An tale præceptum obliget in extrema neceſsitate.ibidem.n. 2.pag.220.

Idoneitas.

Verbum, Idoneitas, quid ſignificet. diſtinct. 77.cap.7.num.10.& 11.pag.651,

Ieiunium.

Ieiunij quadrageſimæ origo. & inſtitutio. diſt. 4.c.4.n.4.p.30.
Conſuetudo an poſsit tollere ieiunium.ibidē. num.6.pag. 31.
Ratio quadrageſimalis ieiunij duplex. diſt. 4. cap.5.n.4.p.31.
Cibi quibus ieiunantes uti non debent.diſt.4. cap.6.n.6.pag.32.
Solum in ieiunio quadrageſimæ lac, butyrū, Caſeus,ova,& cætera,quæ ex carnibus originem trahunt, prohibentur.ibidem.
Habens poteſtatem comedēdi ova in quadrageſima, poteſt comedere lac, & butyrum. diſt.4.cap.6.n.7. p.32.
An poſsit ſimul uti piſcibus. ibidem.
Ieiunium Sabbati quando inſtitutum. diſt. 11. cap.11.n. 2.pag.64.
Forenſes quomodo teneantur ſervare ieiunia loci,per quem tranſeunt.diſtin. 12. cap. 11. n.1.2.3.4.p.69.
Hora comedendi in die ieiunij. diſt.25. cap.3. n.19.p.188.
Ieiunans die dominica peccat mortaliter, niſi ex voto, vel devotione fiat. diſt.30. cap. 7. nu.1. & 2. p.216.
Ieiunia Eccleſiæ contemnentes excommunicantur.diſt.30.c.8 n.1. pag.217.
Ieiunium appellatur abſtinentia alicuius fructus.diſt.35.c.8. n.4.p.276.
Quid ſit ieiunium. diſtinctione 41. cap. 2.n.3. pag. 310.
An qui cibis utuntur magna auiditate, ieiunium ſervent.ibidem.
Quis excuſetur à ieiunio. diſt. 41. cap.3.num. 2.& 3.pag.311.
An qui horam comedendi non ſervat, frangat ieiunium. diſtinctione 41.cap.4.num.1. pag.312.
Quibus temporibus ieiunia celebrantur. diſt. 76.c.1.n.1.p.626.
Ratio propter quam ieiunatur quatuor temporibus.ibidem.n.2.
Dominica,& ieiunium ſimul concurrere non poſſunt. diſt.76.c.3.n.4.p.627.
Ieiunia quatuor temporum, an ſint à tempore Apoſtolorum.diſt.76.cap.4.n.2. pag.627.
Vtilitas ieiunij quoad ſpiritualia. diſt. 76.c.6. n.1.p.628.
Vtilitas ieiunij quoad corporalia.ibidē. n.2.
Traditur ratio ex veteris teſtamenti ieiunio. diſt.76.c.7.n.1.p.629.
Quinquaginta diebus,qui inter paſcha,& Pentheceſtem interveniunt,non ieiunatur.diſt. 76.cap 8 n.1.p.629.
In vigilia Pentecoſtes eſt ieiunandum. diſtin. 76.cap 9.num.1.p.630.

Ieſue.

In quo Ieſus fuerit typus Ieſus Salvatoris. diſt.50.cap.20.num.3.pag.390.

Ignatius.

Ignatius fuit patriarcha Conſtātinopolitanus. diſt.96.cap.7.num.5.pag.847.

Ignis.

Ignis inferni,& purgatorij, eiuſdem ſunt ſpeciei cum noſtro elementari.diſtin.25.cap.5. n.2.pag.190.
Quomodo animas urat. ibidem.

Ignorantia.

Nemo ignorat,quæ publice fiunt. diſt. 16.cap. 14.n.3.p.118.
Ignorantia affectata quæ dicatur. diſt. 37. cap. 15. num.2.pag.288.
Ignorantia iuris naturalis non excuſat. diſtin. 38.n.1.p.289.
Ignorantia iuris civilis an excuſet. ibidē.n.2.
Quid in ruſticis, militibus,& mulieribus. ibidem.num.3.
Ignorantia facti quando excuſet.ibidem.n.5.
Ignorantia craſſa,Supina,& affectata, quæ dicantur. ibidem. n.7. pag.290.
Ignorantia eſt mater errorum.diſt. 38. c.1.n. 1.pag.290.
Ignorantia præſulum intolerabilis, & odioſa. diſt.38. cap.3, n.3.p.292.
Ignorantia in ſacerdote eſt indiſpēſabilis. ibidem. nu. 4.
Ignorans cæco,& homicidæ comparatur, nec venit appellatione hominum.diſt.38. c5.n. 2.prg.293.
Quæ ignorantia excuſet à pæna.diſt.82. cap.2. n.7 8.& 9.p.694.
De iuramento ad probandam ignorantiam. ibidem.n.11.p.695.
Aut venia,aut mitior pæna imponitur,ignorātia lapſis. diſtinctione 82. cap. 4. numer.1. pag.698.
An detur ignorantia in peccato venereo. ibidem. num. 2.

Illegitimus.

Species illegitimorum numerantur, & Authores de his agentes. diſtinctione 56.num. 1.pag.508.
Expoſiti an inter hos numerentur. ibidem. num.2.
Illegitimi quibus modis legitimentur. ibidē. num.3.
Papa an poſsit legitimare prō civilibus in toto orbe terrārum.ibidem.n.4.

Quod

Quod tempus inſpiciendum, ad prolis legitimitatem, vel illegitimitatem. ibidem. num. 5. & 6. pag. 509.
Ad Papam pertinet diſpenſatio cum illegitimis ad ſacros ordines. diſt. 56. c. 12. num. 1. pag. 521.
Ad beneficia, quæ habent curam animarum. ibidem. n. 2 pag. 522.
Ad dignitates, & perſonatus, licet non habeant curam animarum. ibidem. n. 3.
Ad epiſcopum pertinet diſpenſatio ad ordines minores. ibidem. n. 4.
Ad beneficia ſimplicia. ibdem. n. 5.
Ad penſiones. ibidem. num. 6.
Ad canonicatus etiam eccleſiæ cathedralis. ibidem. n. 7.
Licet habeant annexam curatam. ibidem. n. 8. pag. 523.
Morum probitas, & ſcientia illegitimo non tollunt irregularitatem. diſt. 57. cap. 14. nu. 1. pag. 525.
Illegitimi an recipiant characterem. ibidem. num 3.
Illegitimus varie conſiderari poteſt. diſtin. 70. cap. 1. num. 33. pag. 599.
Certum eſt nullos vocari, illegitimos ad diſpoſitiones maioratus, emphyteuſis, capellaniæ, quæ ad nomen conſervandum, & familiam ſtabilendam, honorandamque domum, & progeniem inſtituuntur. ibidem. num. 34.
Cum vocantur deſcendentes per verba iuris, ut ſi vocet inſtituens natos ex familia domo, proſapia, linea, &c. adhuc de iure cõmuni cenſentur excluſi omnes illegitimi, vel ab illegitimis deſcendentes. ibid. nu. 35.
Si diſpoſitio ſit de rebus parum, aut nihil attendentibus ad ſplendorem, conſervationẽ, aut ſtabilimentum familiæ, licet fiat per verba iuris, ſi illegitimi ſunt legitimati à principe, cenſentur vocati. ibidem. n. 36.
Si talis diſpoſitio ſit, adhuc cenſentur vocari naturales ex parte matris. ibidem. n. 37.
Extenditur hoc etiam omnes ad ſpurios, dummodo non ſint ex damnabili, & punibili coitu. ibidem.
Si diſpoſitio ſit in rebus parum, aut nihil attẽdentibus ad ſplendorem, conſeruationẽ, & ſtabilimentum familiæ, licet per verba iuris, adhuc ex conſuetudine vocati cenſentur in Hiſpania filij naturales. ibidem. n. 38.
In Luſitani idem videtur dicendum. ibidem.
Cum vocantur deſcendentes per verba affectus naturæ explicantia, & diſpoſitio non pertineat expreſſe, & aperte ad ſplendorẽ, & ſtabilimentum familiæ, certum eſt vocari legitimos, ex illegitimis deſcendentes. ibidem. n. 39.
Cum vocantur deſcẽdẽtes per verba affectus naturæ explicantia, ac diſpoſitio non eſt de rebus attinentibus ad ſplendorem, & conſervationem familiæ, æque vocantur illegitimi in ſe etiã ſpurij, ſicut legitimi, & ſemper deſcendentes à legitimis. ibidem. n. 40.
Cum res eſt dubia, utrum verba vocantis ſint iuris, an naturæ, interpretanda ſunt pro natura: item cum dubitatur utrum vocans voluerit excludere illegitimos, iudicandũ eſt in eorum favorem. ibidem. n. 41.
Vbicumque vocantur legitimi, ac illegitimi, proximiores, non eſt locus præcedentiæ, niſi ex proximitate cum vocante. Si tamen æquales fuerint in gradu, tũc legitimi illegitimos præcedent. diſtinctione 70. cap. 1. num. 42. pag. 602.

Illiteratus.

Qui iure canonico dicantur illiterati. diſtin. 34. c. 10. n. 3. p. 265.
Illiterati non ſunt ad clerum promovendi. diſt. 36. c. 1. n. 1. p. 278.
Illiteratus eſt, qui ignorat grammaticam. diſt. 37. cap. 10. n. 1. p. 285.
Collatio beneficij facta illiterato, eſt nulla. diſt. 38. cap. 3. num. 5. pag. 292.

Illuſio.

Genus illuſionum multiplex. diſtinctione 6. cap. 1. num. 1. pag. 37.

Imago.

Quis author erroris negantium honorẽ imaginibus ſanctorum. diſtinctione 16. cap. 8. n. 7. pag. 113.
Quare Deus in veteri teſtamento nullas imagines paſſus fuerit. ibidem.
Imagines ſanctorum ſunt venerandæ, ſicut illorum reliquiæ. diſtinctione 63. cap. 28. n. 3. pag. 570.
Homo quo non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus eſt. diſtinctione 88. cap. 11. num. 13. pagin. 773.

Immunitas.

Præcipitur ſæcularibus principibus, ut eccleſiarum immunitatem ſervent. diſt. 97. cap. 1. n. 3. p. 864.
De multiplici immunitate eccleſiæ, & quo iure introducta. diſtinct. 87. cap. 6. num. 1. pag. 755.
Quænam eccleſiæ propria immunitate gaudeant. ibidem. n. 2. pag. 756.
Quæ perſonæ gaudeant propria eccleſiarum immunitate. ibidem. n. 3.

An infidelibus valeat hęc immunitas. ibidem. num. 4.
An hæretici gaudeant hac immunitate. ibidē. num. 5.
In quibus caſibus valeat templorum immunitas, & in quibus non. ibidem. n. 6.
Quod crimen, & quæ pœna iudicis reum extrahentis ab eccleſia. ibidem. n. 7.
An liceat eccleſiaſticis perſonis armis uti ad defendēdum confugientem ad eccleſiam. ibidem. n. 8.
Quis interim præſtabit ei alimenta. ibidem. n. 9. pag. 757.
Servo non ſolum conceditur immunitas reſpectu iudicis, ſed etiam reſpectu domini. ibidem. num. 10.

Imperator.

Imperator an ſit dominus mundi. diſt. 1. c. 12. n. 3. p. 18.
Imperatores appellantur pontifices. diſtin. 10. c. 9. n. 4. p. 57.
Filius Imperatoris poteſt eligi in Imperatorē. diſt. 16. c. 6. n. 3. p. 108.
Imperator poteſt intereſſe Concilio. diſtin. 21. c. 7. n. 1. p. 150.
Duo Imperatores an poſsint ſimul eſſe. ibidē. num. 6.
Imperator primò eligitur in Regem Romanorum. diſt. 23. c. 1. n. 7 p. 156.
Imperator undenam piiſsimus, & ſacratiſsimus appelletur. diſtinct. 53. cap. 1. num. 2. pag. 426.
Imperator an talis poſsit dici ante coronationem pontificiam. ibidem. n. 3. p. 427.
Filij Imperatorum dicuntur etiam Auguſti. diſt. 63. c. 2. n. 3. p. 552.
Imperator an poſsit excommunicari à quocumque epiſcopo, cui ſubſit. diſt. 63. cap. 3. n. 3. & 4. p. 553.
Imperator non debet habere ordines ſacros. ibidem. n. 6.
Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur. diſtinctione 63. cap. 18 n. 1. pag. 560.
Conſuetudo dandi certam pecuniam Imperatori, quando Papa confirmabatur, tollitur. diſt. 63. cap. 21. n. 2. p. 562.
Imperator quare olim papam confirmabat. diſt. 63. c. 22. n. 1. & 2. pag. 562.
Imperator an ſit dominus totius mundi. ibid. n. 7. p. 563.
Imperator præſtat Papæ iuramentum fidelitatis. diſt. 63. c. 33. n. 1. p. 572.
Vtrum electus in Imperatorem debeat à Romano Pontifice confirmari. diſt. 93. c. 24. n. 16. pag. 821.
Imperator in Concilio aſsiſtit, ut fidei authoritatem præſtet. diſtinctione 96. cap. 4. n. 1. pag. 844.
Imperator non poteſt ſe intromittere in ſacerdotio, debet tamen eſſe eccleſiæ patronus. diſt. 96. c. 15. n. 1. p. 863.
Imperator an poſsit emendare Papam, ſi in fide erraverit. ibidem. n. 2.
Imperatores Chriſtianiſsimi appellantur, item glorioſiſsimi. diſt. 97. c. 1. n. 2. & 3. p. 864.

Imperium.

Cauſæ meri Imperij an poſsint delegari. diſt. 23. cap. 10. num. 4. pag. 165.

Impetus.

Impetus omnia mala miniſtrat. diſtinctione 65. cap. 1. num. 2. pag. 580.

Impudicitia.

An impudicia ſit peccatum mortale. diſtinct. 43. num. 2. pag. 321.

Imputare.

Quando per aliquem non ſtat, quominus aliquid fiat, non eſt ei imputandum. diſtinct. 47. cap. 10. num. 1. 2. 3. & 4 pag. 375.

In.

Dictio, In, quid denotet. diſtinctione 34. cap. 8. numer. 2 pag. 264.

Incorrigibilis.

Incorrigibilis ſine accuſatione removetur. diſt. 17. c 4. n. 3. p 121.
Clericus incorrigibilis, an ipſo iure privilegiū perdat. ibidem. n. 4.
Quis dicatur incorrigibilis. diſt. 45 cap. 2. nn. 2. pag. 342.
An incorrigibilitas ſit cauſa, propter quam clerici poſsint verberari. ibidem. n. 3.

Indeſinenter.

Dictio, indeſinenter, quid importet. diſtinct. 36. cap. 3. num. 3. pag. 279.

Infamia.

Infamia de qua loquitur cap. qui in aliquo diſt. 51. cap. 5. num. 5. pag. 423.

Infantia.

Invidia.

Invidia quomodo definitur. diſt. 25. c. 3. num. 7. pag. 187.

Invitus.

An invitus teneatur ſervare contractus. diſt. 45. c. 5. n. 3. 4. 5. p. 348.
Quod quis invitus patitur, non ei parat præiudicium. diſt. 5 c. 4. n. 8. p. 36.
Invitis ægrotis medicina, & ſervis libertas cõferri poteſt. diſtinct. 83. n. 2. p. 703.

Ioannis.

Inventio capitis, Ioannis Baptiſtæ, & de eius capitis revelatione. diſt. 15. cap. 3. nu. 32. 33. 34 pag 90.
Ioannis Pontifex VIII. quis fuerit. diſtin. 10. cap. 10. num. 1 pag. 57.

Ioculator.

Quis dicatur ſcurrilis, & ioculator, & quibus pœnis puniatur. diſt. 46. cap. 6. n. 1. p. 365.

Ipſe.

Dictio, ipſe, quid ſignificet. diſtinctione 72. cap. 1. num. 2. pag. 616.

Ira.

Impetus omnia mala miniſtrat. diſt. 65. c. 1. nu. 1. 2. pag. 580.
Quæ ira à Chriſto Domino prohibita. diſtinct. 55. cap. 13. num. 1. pag. 505.

Irregularis.

Bis contrahens, eſt irregularis. diſt. 33. c. 1. n. 1. pag. 253.
Quid ſi invalide contrahit. ibidem. num. 2. 3. 4. & 5.
Concubinarius an ſit irregularis. ibidem. nu. 6. pag. 254.
Contrahitur irregularitas, etiam ſi contingat vtrumque matrimonium eſſe nullum. diſt. 33. c. 2. n. 1. p. 254.
Concubinam ducens in uxorem, an ſit irregularis. ibidem. n. 2.
Ducens viduam repudiatam, aut meretricem, an contrahat irregularitatem. ibidem. nu. 3. 4. & 5.
Qui ſemetipſum truncavit, eſt irregularis. ibidem. n. 6.
Vſurarius eſt irregularis. ibidem. numer. 7. pag. 255.
Repræſentantes comœdias ſunt irregulares. ibidem. n. 8. p. 255.
Publice pœnitentes, an ſint irregulares. ibidē. n. 9. & 10.
Furioſi, & amentes nō debent ordinari. ibid. n. 11. & 12.
Diabolo vexatus eſt irregularis. diſt. 33. c. 2. n. 13. p. 255.
Dæmoniaci, arreptitij, & energumeni ſunt irregulares. diſt. 33. c. 3. n. 2. p. 256.
Quando tales poſsint ordinari. ibidem. n. 3.
A dæmonibus obſeſsi, ſunt irregulares. diſt. 33. c. 4. n. 1. p. 256.
Dæmoniaci an poſsint ad minores ordines prōmoveri. ibidem. n. 4. p. 257.
Lunatici, paralytici, epileptici ſunt irregulares. diſt. 33. c. 5. n. 1. p. 257.
Leproſi, & ſcabie laborantes an poſsint ad ſacros ordines promoveri. ibidem. n. 2.
Quando poſsint Lunatici, epileptici, paralytici, & caduci miniſterium divinum exercere. ibidem. n. 3.
Suſtinentes inſaniam, an fiant irregulares. diſt. 33. c. 6. n. 1. p. 257.
An in dubio quis ex duobus, vel tribus occiderit hominem, reputentur omnes irregulares. diſtinctione 42. cap. 2. num. 5. & 6. pag. 317.
Lapidem iaciens, & puerum interficiens, an ſit irregularis. diſtinctione 50 cap. 37. nu. 2. pag. 402.
Si ex inciſione rami aliquis comprimatur, an cæſor maneat irregularis. diſtin. 50. c. 49. n. 1. pag. 407.
Habens leonem, vel canem furioſum, an maneat irregularis, ſi aliquem occidant. diſt. 50. c. 50. n. 3. p. 408.
Qui participant in cauſa ſanguinis, non ſecuta morte, aut deformitate, non fiunt irregulares. diſt. 51. cap. 1. n. 5. p. 417.
Advocatus reum defendens in cauſa ſanguinis, an punito pœna talionis accuſatore, fiat irregularis. ibidem. n. 6.
Milites quando fiant irregulares. diſt. 51. c. 1. n. 7. pag. 418.
Qui in cauſa ſanguinis miniſtrant, non ſunt irregulares, niſi ſequatur executio. diſt. 51. c. 2. n. 2. p. 418.
An Conſiliarij principū ſint irregulares. diſt. 54. c. 3. n. 3. p. 452.
Hermaphroditi ſunt irregulares. diſt. 55. nu. 3. pag. 493.
Viri qui aliquando habuerunt ſexum fœmineum, non ſunt irregulares. ibidem. num. 4.
Gygantes, & pigmæi ſunt irregulares. ibidem. num. 5.
Qui mori bi faciant irregularem. ibidem. num. 6.

Vtrum ad irregularitatem opus ſit, ut quis ſibi integrum membrum abſcindat. diſt. 55. cap.6.n.1.p.497.
An ſufficiat partem digiti abſcindere. ibidem. num.2.
Quomodo hæc irregularitas incurratur.ibid.
An percutiens debeat dare operam rei illicitæ.ibidem.n.4.
Irregularitas ex mutilatione non incurritur, niſi cum mortali.ibid.n.5.
Ab ea excuſat quæcumque ignorantia, ibidē. n.6.p.498.
Qui defectus in menibus faciat irregularem. ibidem.n.17.p.500.
Carentes membro occulto,vel externe mutilati,quando non ſunt irregulares.diſt. 55.ci 11.n.1.p.503.
Defectus dentium non facit irregularem. ibidem.n.2.
Surdaſtri non ſunt irregulares. ibidem.nu.3. pag.504.
Defectus digitorum in pedibus,& in manibus citra deformitatem, non faciunt irregularem,nec barbæ tinctura.ibidem.n.4.
Defectus capillorum ut plurimum, non facit irregularem.diſt.55. c.13.n.4.p. 505.
Oculo utroque orbatus, eſt irregularis, item cæcus.ibidem.n.5.p.506.
Qui caret virtute videndi dextro oculo nō eſt irregularis.ibidem.n.7.
Qui caret dextro,vel ſiniſtro oculo,eſt irregularis.ibidem.num.6.
Qui caret virtute videndi in ſiniſtro oculo,an ſit irregularis.ibidem.n.8.
Carens naſo,& manibus,eſt irregularis, quid de alijs vitijs naſi.ibidem.n.9.
Surdus,& carens aure aliqua eſt irregularis, quid de ſurdaſtro,& carente auriculis. ibidem.n.10.
Os diſtortum habens,corroſa labia, item elinguis, & mutus, ſunt irregulares. ibidem. num.11.
Edentulus non eſt irregularis.ibidem. nu. 12. pag.507.
Regula Canoniſtarum circa irregularitatem. ibidem.n.14.
Filij presbyterorum ſunt irregulares. diſt.56. c.1.n.1.p.509.
Hæc irregularitas tollitur per profeſsionē religionis approbatæ.ibidem.n.2.
An tollatur per vota biennij Societatis Ieſu. ibidem.n.3.pag.510.
An expulſis à religione profeſsis, vel poſt vota bienij à Societate, hæc irregularitas reviviſcat.ibid.n.4.
Profeſsio non tollit irregularitatem ad dignitates.ibidem.n.5.
An nepotes presbyterorum ex hoc ſolū ſint irregulares.ibidem.n.7.
Qui baptizatur in ægritudine mortali,eſt irregularis.diſt.57.c.1.n.2.p.525.
Irregularitas hæc eſt ad omnes ordines ibid. n.5.p.525.
An datis duabus conditionibus, quas requirit textus, adhuc is egeat diſpenſatione, & à quo preſtabitur.ibidem n.6.
An ad diſpenſationem debeant concurrere ambæ conditiones.ibidem.n.8.
Vide, Irregularitas, & filius.

Irregularitas.

Quando ex notorio crimine inſurgat irregularitas.diſt.25.c.6.n.3.p.192.
Quæcumque enormitas an inducat irregularitatem.ibidem.n 4.
Irregularitas an tollatur in baptiſmo. diſt. 26. c.3.n 6.p.194.
Propter nuptias prohibitas ex ignorantia, an incurratur irregularitas.diſt.28.cap. 16.n.4. pag.210.
Epiſcopus aliquando diſpenſat in irregularitate.ibid.n.3.
Ex defectu literaturæ irregularitas incurritur, & an tales priventur ſuis beneficijs.diſt.34. c.10.n.2.pag.264.
Maritus accuſans uxorem de adulterio, an ſit irregularis,ſi ob mandatum iudicis,pendēte accuſatione,uxori ſolvat debitum. diſtinct. 34.c.11.n.4.p.265.
Propter vilem conditionem mulieris, cum qua matrimonium contrahitur, irregularitas incurritur.diſt.34.c.15 n.1.p.267.
Ob unicum matrimonium cum vidua, cōtrahitur irregularitas. diſtinct. 34. cap.15.n.2. pag.267.
Irregularitas an incurratur per mortem ſpiritualem.diſt.43.c.4.n.6.p.327.
An ſolus Papa diſpenſet in irregularitate. diſt. 50.c.4.n.3.p.383.
Ex peccato externo preterquā ex homicidio, non inducitur irregularitas. diſt.50.c.33.n. 3.& 4.p.398.
Crimen externum depoſitione dignum, & ſimul notorium,inducit irregularitatē.ibidem.n.5.p.399.
Differentia inter irregularitatem proveniēnti ex delicto notorio depoſitione dignum, & ex delicto notorio tranſeunte. diſt. 50.c.33. n.6.p.399.
Ex delicto occulto per ſe, non incurritur irregularitas.diſt.50.c.33.n.2.p.397.
Quanta culpa ſufficiat ad incurrendā irregularitatem.diſt.50.c.42.n.1.p.405.
Irregularitas conſurgens ex obligatione ad ratiocinia,talis proprie non eſt. diſt. 53.c.1. n.1.p.416.
Authores de irregularitate propter ſervitutē tractan-

tractantes.diſtinſtione 54.cap. 1. numer. 1. pag.430.
Authores qui agunt de irregularitate ex corpore vitiato.diſt.55.n.1.p.492.
Irregularitas ex corpore vitiato num ſemper é ſacerdotio ſit ſumenda.ibidem.n.2.
Vide, Irregularis.

Ita.

Dictio, Ita, quid importet.diſt.34.c.17.num.2. pag. 268.

Ita tamen.

Dictio, Ita tamen, quid ſignificet, diſtinctione 50.cap.52. num. 3.pag.408.

Ita ut.

Dictio, Ita ut,quid ſignificet. diſtinctione 34. cap. 17.num.3. pag. 269.

Iudex.

Nullus iudex debet mittere falcē in meſſem alienam.diſt.10.c.8.n.3.p.56.
Iudex eccleſiaſticus compellit ſæcularem ad leges ſervandas.diſtinctione 10.cap.13. nu. 3.p.59.
Iudex delegatus ſecundum quam conſuetudinem debet iudicare. diſtinct. 12. cap.4.nu. 3. pag.66.
Peccans poteſt revelari. diſt.13. cap.2.num.6. pag.73.
Iudex ſi de deponat tamquam teſtis,an poſsit puniri per inferiorem. diſt.21.cap. 4.num. 4 pag.148.
Cauſa eſt deferenda ad maiorem iudicē. diſt. 21.cap.8.n. 2.pag.151.
Iudex deber exprimere cauſam, quare facit actum.diſt.24.cap.3.n.4 pag.182.
Iudex aliquando ſupplet, quæ reddent iudicium nullum. diſtinctione 28. cap. 4.num 6.pag.202.
Iudex poteſt minuere pænam. diſt. 27. cap. 3. num.2.pag.196.
An iudex iudicans contra iuſtitiam teneatur parti reſarcire damnum. diſt.45.cap. 10. n. 1.2.3.pag.355.
Quemadmodum, & quibus caſibus iudex uti debeat miſericordia.diſtinct.45. cap.10.n.5. pag.356.
An quis poſsit eſſe iudex in cauſa propria. diſt.45.c.11.n.1.2.3.p.356.
Papa,& Imperator poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſive patrimonij, ſive delicti. ibidē. num. 1.
Non tamen ſi ſit in crimine hæreſis.ibidem.
Neq;quando duo contendunt de papatu.ibid.
Inferior Papa,& imperatore, ſeu Rege, non recognoſcente ſuperiorem, non poteſt iudicare in cauſa propria.ibidem.n.2.
Hoc non procedit in facto notorio. ibidem.
Neque in cauſa eccleſię, in qua prælatus poteſt iudicare.ibidem.
Nemō poteſt eſſe iudex in cauſa ſui familiaris.diſt.45.c.11.n.3.p.356.
Non procedit hoc in iuriſdictione voluntaria. ibidem.
Neque in cauſis breviſsimis, vel ubi lis peritura eſſet.ibidem.
Neque ubi filius non ageret coram patre, ſed conveniretur.ibidem.
Neque ubi iudex eſſet dominus actoris,& rei. ibidem.
Neque ſi eſſet talis qualitatis, ut omnem ſuſpicionem purgaret, ut ſi eſſet monachus. Ciſtercienſis.ibidem.
Neque ubi non opponitur,quod nō poſsit eſſe iudex.ibidem.
Neque in illo,qui fuit dominus olim,ſed non eſt hodie.ibidem.
Falſus iudex, non eſt iudex. diſt.45.c. 15.nu.2. pag 356.
An iudex eccleſiaſticus poſsit punire ſæculares propter crimina ab eis commiſſa.diſtinct. 45.c.17.n.3.& 4.p. 357.
An iudex ex officio poſsit inquirire de crimine. diſt.47.c.4.n.1.uſque.5.p.370.
Iudex tunc poterit procedere, ſeu inquirere ex officio ſpecialiter contra aliquem, ſi præcedat infamatio,vel aliqua indicia. ibid. n.3.p.371.
Inquiſitio,attento iure civili,prohibita eſt,iuxta illam regulam,quod nemo ſine accuſatione damnatur.ibid,n.4.
Limitatur in crimine læſæ maieſtatis.ibid.
Item quando Rex mandat inquiri.ibidem.
Item in crimimbus notorijs.ibidem.
In manifeſtis item, & famoſis latronibus, & itinerum aggreſſoribus, & in publicis homicidis fugientibus,vel latitantibus.ibid.
Item contra ſocios.ibidem.
Attento iure canonico inquiſitio eſt permiſſa in omni crimine.ibid.n.5.
Hodie de conſuetudine etiam attento iure civili, in quocunique caſu permiſſum eſt iudici procedere ex officio,& ſic per inquiſitionem.diſt.47.c.4.n.5.p.371.
An clementius iudex agat cum amico,diſt.50. 37.n.3.p.402.
Iudex non debet eſſe externus.diſt. 61.c.12.n. 2.pag 545.
Iudex deber iudecare ſecundum communem opinionem,diſt 65.cap.1.n.1.p.579.
Non precibus, ſed legibus flectendus iudex. diſt.83.c.1.n.5.p.704.

Iulius.

Iulius primus quis fuerit. diſt.11.c.3.n.1.p.59.

Iuramentum.

Minus malum eſt iuramentum noxium frangere, quam implere. diſtinct.15.cap.1.n.3. pag.72.
Iuramentum in teſtimonio ferendo eſt neceſſarium. diſt.44.c.5.n.3.4.& 5.p.333.
An ſi præditum iuramentum deferatur non tactis evangelijs, ſed reliquijs ſanctorum, Crucc, vel ſuper animam ſuam iuraleat. ibidem.num.4.
Dantur plures caſus in quibus iuramentum abſque tactu ſacrorum non adminiſtratur, ibid. n.5.p.334.
Regulariter in caſibus in quibus tactus ſacrorum exigitur, excepti cenſentur epiſcopi. ibidem.
Iurare an ſit ſemper prohibitum. diſt. 70.c.2. n.29.p.608.
Cur introducta in iuramento Evangeliorū tactio. diſt.85.c.3.n.5.p.321.
Tactio Evangeliorum aliquādo neceſſaria ad effectus iuris. ibidem.n.6.
Quomodo tangenda ſunt Evangelia, cum tactio poſtulatur. ibidem.n.7.
An iuramentum non aſcendendi ad epiſcopatum liceat, & obliget. ibid.n.8.9.10.
Votū, & iuramentum non procurandi epiſcopatum, eſt omnino licitum, & obligat. ibidem.n.8.
Votum, vel iuramentum non acceptādi epiſcopatū in nullo caſu, imo reſiſtendi ſuperiori accerſare iubenti, eſt omnino illicitū, & peccaminoſū, nec obligat. ibid.n.9.p.722.
Votum, vel iuramentum nō acceptandi epiſcopatum, quantum eſt ex parte promittentis, vel iurantis, niſi præcepto aliquo conſtringatur acceptare, eſt licitum, ac proinde obligatorium ſub mortali. ibidem.n.10.
Verum ſic vovens vel iurans, ſi fuerit regularis, poſſit cogi à ſuo ſuperiori regulari, ut acceptet. ibidem.n.11.
Verum ſic iurans teneatur obedire Pontifi extra eccleſiæ neceſſitatem. ibidem.n.12.
Verum Cardinalis, ſeu Pontificis dicto ſit ſtādum abſque iuramento, & an etiam principis cuiuslibet. diſt.92.c.3.n.4.p.865.
Vide, Teſtimonium.

Iuriſdictio.

Princeps ſæcularis peccat uſurpando iuriſdictionem eccleſiaſticam. diſt.10.c.5.n.3.p.54.
Pontifex an habeat iuriſdictionem temporalem. diſt.10.cap.8.n.1.p.56.
Summus Pontifex an poſſit laicis committere iuriſdictionem temporalem. diſt.37.c.6.nu. 15.& 16.p.241.
An habens iuriſdictione ſuper aliquem, poſſit per ſe cum punire. diſt.45.c.18.n.4.p.357.

Ius

Ius naturale an ſit, quod in Evangelio continetur. diſt.1.n.4.5.6.p.8.
Ius varias habet ſignificationes. diſt.1.cap.2. n.1.p.11.
Ius an ſit verum dicere, & injuſtum an mentiri. ibidem.n.2.
Ius, iuſtitia, & iuris prudentia quomodo differant. ibidem.n.3.
Diviſio iuris in ius naturale, civile, & gentium. diſt.1.cap.6.n.1.p.14.
Iure naturali utebantur primi homines. diſt. 1.cap.7.n.1.p.15.
Ius naturale eſt illa lex, quæ humanę menti inſudet ad diſcernēdū honeſtū à turpi. ibid.n.2.
Ad legem naturalem non ſolum quædā principia, ſed etiam concluſiones pertinet. ibid.
In qua materia verſetur lex naturalis, utrū ſit mutabilis, an poſſit quis eximi ab eius obligatione. ibidem.
Ius naturale an ſit, quod natura omnia animalia docuit. diſt.1.cap.7.n.5.p.15.
Ius civile cur ſic dicatur. diſt.1.c.8.n.1.p.16.
Origo, & diviſio iuris civilis. ibidem.n.2.
Ius gentium quare ſic dictum. diſt.1.c.19.n.1. pag.17.
An ius naturale, ſeu poſitivum ſit revocandum. ibidem.
Ius gentium aliud primarum, aliud ſecundarium. ibidem.n.2.
Ius gentium ſimpliciter ſumptum eſt humanum, & poſitivum. ibid.3.
An ius gentium aliquid præcipiat, vel prohibeat, an ſolum concedat, vel permittat. ibidem.n.4.
Quæ ſint iuris gentium. ibidem.num.5.
Quando poſſit quis rem propriam auctoritate propria furripere, & quando non. diſt.1.c.9.n.6.p.17.
Dicitur ius publicum, quaſi populicum. diſt. 1.c.11.n.1.pag.18.
Non poteſt privatorum pactis immutari. ibid.
Leges inducentes ſolemnitatem pro forma actus, ſunt iuris publici. diſt.1.c.11.n.2.p.18.
Ius Quiritum primū Archagato medico datū fuit. diſt.1.c.12.n.1.p.18.
Ius conſuetudinarium quando habuit exordiū. diſt.6.c.3.n.4.pag.39.
Iure gentium rerum diuiſio introducta fuit. diſt.8.cap.1.n.1.pag.41.
Aliqua rerum diviſio iure civili introducta. diſt.8.c.1.n.3.p.41.

Contra ius naturale nulla consuetudine aggredi licet. distinctione 8. cap. 2. numer. 1. pag. 42.
Ius retractus, an sit licitum. dist. 8. cap. 3. nu. 3. pag. 43.
Ius creandi dignitates ecclesiasticas pertinet ad Pontificem. distinctione 22. cap. 1. nu. 3. pag. 152.
Qui vult reducere ius ad pristinam naturam, habet assistentiam iuris. dist. 35. cap. 2. nu. 2. pag. 272.
Expoliatione non acquiritur ius. dist. 50. c. 29. n. 3. p. 396.
Nemo plus iuris potest in alium transferre, quam ipse habet. distinctione 54. cap. 22. n. 2. pag. 491.
Non vult supremus princeps iuri alterius derogare. dist. 99. c. 4. n. 1. p. 868.
Iuri non derogatur propter meritum personæ. dist. 78. c. 1. n. 2. p. 653.
Fallit primò ubi esset utilitas ecclesiæ, ibidem.
Fallit secundò quando persona esset multum utilis, & necessaria, veluti si esset unica in arte, quo casu licet deberet puniri pœna mortis, recedituir à iuris regulis, ut mitius puniatur. ibidem.
Fallit tertiò quando quis esset benemeritus de republica, vel de principe. ibidem.

Iustitia.

Iustitiam esse semper administrandam probatur miraculo. distinctione 10. cap. 3. n. 4. pag. 53.
Iustitia ministranda est semper cum misericordia. dist. 45. cap. 6. n. 1. p. 356.
Quid sit iustitia. distinctione 45. cap. 15. num. 1. pag. 356.
Munera accipiens, venalem exponit iustitiã. dist. 83. cap. 1. num. 1. pag. 704.

Iuvenis.

Iuvenes à senioribus debent edoceri. distin. 12. cap. 5. num. 2. pag. 67.

L.

Labor.

Labor quid sit. distinctione 61. cap. 5. num. 5. pag. 539.
Labor dicitur pater gloriæ, & famis obsoniũ. ibidem.
Ferocitatem carnis domat. ibidem.
Labor non debet esse sine remuneratione, & fructu. ibidem.

Labyrinthus.

Labyrinthus quid sit. dist. 29. c. 1. n. 3. p. 211.

Lacerna.

Quæ dicatur lacerna. dist. 100. n. 10. p. 871.

Laicus.

Laici non possunt tangere calicem. dist. 23. c. 17. n. 3. p. 177.
Laici an possint ejicere sacerdotem concubinarium. dist. 28. c. 17. n. 3. p. 212.
Laici non iudicant clericos. dist. 28. cap. 17. n. 1. pag. 211.
Laici sũt subiecti canonibus in materia nutritiva præcedit. distin. 44. caput unum. n. 3. 4. 5. pag. 337.
An nomine laicorum veniant illi, qui sunt astricti alicui religioni. dist. 44. cap. 12. nu. 3. pag. 339.
Laici non possunt disponere, neque cognoscere de causis ecclesiasticis. dist. 96. c. 1. n. 1. pag. 837.

Larvatus.

Nonnulla contra eos qui larvati incedunt. dist. 51. cap. 1. n. 9. pag. 418.
Larvatos incedere Lusitanos cauũ est. ibidem.
Diabolus primus fuit, qui personam, & larvam sibi aptavit. distinctione 51. cap. 3. n. 1. pag. 419.

Laurentius.

Laurentius episcopus Mediolanensis, quis fuerit. dist. 96. cap. 1. num. 26. pag. 842.

Laus.

Non bene conveniunt laus Dei, & Ipvis. dist. 86. cap. 5. n. 3. p. 728.
Vide, Adulator.

Lectio.

An lectio scripturæ sacræ debeat legi in omni mensa, in qua sacerdotes comedunt. & an hoc sit de præcepto. distinctione 44. cap. 11. num. 1. pag. 338.
Vtrum sit utilis profanorum librorum lectio. dist. 86. cap. 5. num. 1. pag. 727.

Lector.

Lector qualiter ordinetur. distinctione 23. cap. 18. num. 1. pag. 171.

Officium lectoris quale ſit: ibidem. n. 3.
Doctores antiqui lectoris miminere. ibidem. n. 2.

Legatum.

Legatum mulieri viduæ relictum donec honeſte vixerit, an perdatur, ſi nubat. diſt. 30. c. 16. n. 2. pag. 221.
Mulier quæ tranſit ad ſecunda vota, an perdat legatum ſibi relictum. diſt. 31. c. 12. nu. 11. pag. 232.
Vtrum ſit legatum pium, quod nobili pro victu ſatis habenti relinquitur. diſt. 86. c. 17. n. 1. pag. 638.

Legatus.

Commendatur principibus ſæcularibus, ut legatos Papæ honorifice tractent. diſtinct. 97. cap. 1. n. 1. pag. 864.

Legislator.

Legislatores antiqui, qui fuerint. diſt. 1. c. 3. n. 2. pag. 12. & diſt. 7. c. 1. n. 3. pag. 40.
Vide, Lex.

Legitimare.

Reges non poſſunt legitimare ad ſpiritualia. diſt. 10. c. 1. n. 4. pag. 52.
An legitimatus à Rege ſuccedat in iure patronatus eccleſiæ. ibidem.
Nec legitimatus à Principe, nec ab eccleſiaſtico, quoad omnia bona poteſt ſuccedere in feudalibus, niſi exprimatur. ibidem.
Legitimatio Principis non procedit ad ſpiritualia. diſt. 59. c. 2. n. 4. pag. 532.

Lenitas.

Miſcenda eſt lenitas cum ſeveritate. diſt. 45. c. 9. n. 1. pag. 352.

Leo.

Leo primus rerum geſtarum magnitudine, Pontificia ſanctitate, Apoſtolica facundia, modeſtia chriſtiana, omnique divina virtute fuit admirabilis. diſt. 21. c. 10. n. 1. pag. 63.
Leo IV. quis fuerit. diſtinct. 10. cap. 9. nu. 1. pag. 56.
Signo crucis incendium, quod diu per domos Saxonum, & Longobardorum vagatum D. Petri Baſilicæ appropinquabat, extinxit. ibidem.
Leo IX. Bruno antea vocatus. diſt. 16. c. 5. n. 6. pag. 106.
Omnem authoritatem creandi Pontificem ab Imperatore ad clerum tranſtulit. ibidem.
Chriſtum Dominum ſub pauperis, ac leproſi habitu ſuſcepit hoſpitio. ibidem.

Leproſus.

Leproſi, & Scabie laborantes, an poſſint ad ſacros ordines promoveri. diſt. 33. c. 5. n. 1. pag. 257.

Levita.

Levitæ vnde dicti. diſt. 21. c. 1. n. 10. p. 149.
Levitæ in quot familias diviſi. diſt. 77. c. 7. n. 1. pag. 646.
Annus 25. pro deputatione Leuitarum. ibidem. n. 3.
Primum Levitarum munus circa tabernaculum in deſerto. ibidem. n. 11. pag. 647.
Secundum Levitarum munus. ibidem. n. 12.
Servitia Levitarum circa tabernaculum, & templum in terra promiſſionis, ubi de tribus cantoribus maximis Aſaph, Heman, & Idithum. ibidem. n. 13.
Singulis magiſtratibus civilibus duo Levitæ attributi, apud Hebræos. ibidem. n. 14.
Vnde ſubdiacono, & diacono eccleſiæ dicti Levitæ. ibidem. n. 15.
Vide, Sacerdos.

Lex.

Leges imperiales in Decreto translatæ, non eo ipſo cenſentur canonizatæ, niſi ſint per aliquem canonem approbatæ. in proœm. n. 21. pag. 4.
Si per aliquem canonem approbentur, eo ipſo ſuſcipiunt vim legis canonicæ. ibidem.
Quid ſit lex, & propriè. diſt. 1. n. 8. pag. 9.
Multa de lege divina veteri, & nova. diſt. 1. cap. 1. n. 3. pag. 10.
Legis divinæ veteris author ipſe Deus. diſt. 1. c. 1. n. 4. pag. 10.
Non habebat ex ſe virtutem juſtificandi. ibidem.
Quomodo ceſſare potuit, cum eſſet divina. ibidem.
Fuit abrogata poſt Chriſti adventum. ibidem.
Lex nova divina eſt, & vera, ac propriſſima lex præceptiva. diſt. 1. c. 1. n. 5. pag. 10.
Quæ ſit materia legis novæ, & quæ præcepta ejus. ibidem.
Cœpit obligare populum Iudaicũ in die Pentecoſtes. ibidem.
Gentiles non cœpit obligare uſque ad revelationem Petro factam. ibidem.
Quo tempore fuerit prædicata Bracharenſibus per Sanctum Iacobum, & Sanctum Petrũ eius diſcipulum. ibidem.
Perpetuo eſt duraturæ uſque ad finem mundi. ibidem.
Leges humanæ multiplices. diſt. 1. cap. 1. n. 6. pag. 10.
Leges humanæ diverſæ ſunt, ſecundum diverſitatem patriæ. diſt. 1. c. 1. n. 8. pag. 10.

Non eſt dabilis lex, cuius ratio ſit ſola voluntas. diſt.1. c.2. n.4. pag.11.
Legis definitiones. diſt.1. c.3. n.1. pag.11.
Legis etymologia. ibidem.
Quis habeat poteſtatem ferendi legem, & eius conditiones. diſt.1. c.3. n.3. pag.12.
Licet optimus modus ferendi legem ſit in ſcripto, non eſt tamen hoc de ſubſtantia, & valore legis. diſt.1. c.3. n.4. pag.12.
An conſuetudo legi humanæ contraria, illam abroget. diſt.1. c.5. n.3. pag.13.
Ad legem naturalem non ſolũ quædam principia, ſed etiam concluſiones pertinent. diſt.1. c.7. n.2. pag.15.
Lex naturalis humanæ menti inſidet ad diſcernendum honeſtum à turpi. ibidem.
Quis habeat poteſtatem condendi leges. diſt.2. c.1. n.1. & ſeqq. pag.19.
Prima poteſtas legum eccleſiaſticarum eſt penes Summum Pontificem ab ipſo Deo derivata. ibidem. n.2.
Poteſtas condendi leges eſt penes epiſcopos. ibidem. n.3. pag.19.
An illam accipiant à Sũmo Pontifice, vel immediatè à Chriſto. ibidem.
Cardinales, & legati, an habeant poteſtatem condendi leges. ibidem. n.4.
Facultas condendi leges convenit ſuperioribus religionum in congregatione generali. ibidem. n.5.
Pendet hæc facultas à Pontifice religiones approbante. ibidem.
Talis facultas concedebatur olim religionibus ab epiſcopis. ibidem.
Legum civilium primus author eſt Imperator, deinde Reges, & Principes ſupremi. diſt.2. c.1. n.7. pag.20.
Hæc poteſtas poteſt eſſe in regina regni hærede. ibidem.
Reſpublica ſuprema poteſt leges condere. ibidem. n.8.
Duces, Marchiones, & Comites, an habeant poteſtatem condendi leges. ibidem. n.9.
Leges ſæculares, an obligent in foro eccleſiaſtico. diſt.2. c.6. n.1. pag.23.
Lex an obliget cum conicientia, & cum periculo vitæ, & à quo tempore incipiat obligare. diſt.2. c.1. n.10. pag.20.
Leges Romanorum. diſt.2. c.6. n.2. pag.23.
Papia lex qualis. ibidem. n.5.
Multa de lege Satyra. diſt.2. c.7. n.1. pag.23.
Lex nova de pluribus diſponit. ibidem. n.2.
Leges nomen aſſumunt ex loco, ubi ſunt cõditæ. diſt.2. c.8. n.1. pag.24.
Officium legis quadruplex. diſt.3. cap.4. n.1. pag.26.
Multa à legibus Permittũntur. ibidem. n.2.
Multa vetantur. ibidem. n.3.
Multa puniuntur. ibidem. n.4.
Lex præcipit multa. diſt.3. c.6. n.6. pag.26.
Lex humana habet vim ligandi. diſt.4. cap.1. n.1. pag.27.
Leges humanæ, & civiles habent efficaciam obligandi in foro conſcientiæ. ibidem. n.2.
Dantur leges pœnales non obligates in conſcientia, ſed tantum ſub pœna. ibidem.
Vnde dignoſcatur legem obligare in conſcientia. ibidem. n.3.
Lex humana an obliget cum vitæ periculo. diſt.4. c.1. n.4. pag.27.
Legis qualitates quales ſint. diſt.4. cap.2. n.1. pag.28.
Effectus legis eſt reddere homines ſimpliciter, & moraliter bonos. ibidem.
Prima legis conditio eſt, ut præcipiat rem honeſtam. ibidem. n.2.
Secunda conditio, ut ſit iuſta. ibidem. n.3.
Tertia, ut ſit poſſibilis. ibidem. n.4.
Quarta, ut conveniat tempori. ibidem. n.5.
Quinta, ut ſit neceſſaria. ibidem. n.6.
Sexta, ut ſit utilis. ibidem. n.7.
Septima conditio, ut ſit manifeſta. ibidem. n.8. pag.29.
Vltima conditio, ut ſit pro bono communi. diſt.4. c.2. n.9. pag.29.
Lex, & privilegium, quomodo diſtinguantur. ibidem. n.10.
De legibus non eſt iudicandum. diſt.4. cap.3. n.3. pag.29.
Promulgatio an ſit de ratione legis. diſt.4. c.3. n.3. pag.29.
Vtrum promulgatio legis in curia principis ſufficiat ad omnes ſubditos obligandos. ibidem.
Quando incipiat lex obligare. ibidem. n.4. pag.30.
Lex non approbata, an obliget. ibidem. n.5. pag.30.
Lex abrogata, an ſit lex. diſt.4. c.5. n.6. p.30.
Lex non obligat, ſi non ſit recepta. diſt.4. c.6. n.8. pag.32.
Quando dicatur uſu recepta. ibidem.
Nemo diſpenſat in lege naturali. diſt.5. n.1.2. 3. & 4. pag.33.
Mutatio in illa non contingit ex parte ipſius legis, ſed materiæ, quæ variatur. ibid. n.4.
Agitur de legibus duodecim tabularum. diſt. 7. c.2. n.1. pag.41.
Leges præteritæ, an poſſint allegari. ibidem. n.2.
Advenæ an obligentur legibus loci, in quo morantur. diſt.8. c.2. n.6. pag.42.
Legibus principum aliquando non obtemperatur. diſt.9. c.1. n.1. pag.46.
Pontifex, & Princeps legibus ſuis ſunt adſtricti. diſt.9. c.2. n.1. pag.47.
Leges in adiutorium eccleſiæ allegantur. diſt. 10. c.7. n.2. pag.55.

Lex Imperialis deficiente canone, an ſervetur in eccleſia. diſt. 10. c. 9. n. 2. pag. 57.
Lex prohibitiva, an annullet actum. diſt. 10. c. 10. n. 2. pag. 57.
Lex an obliget in conſcientia. diſt. 10. c. 11. n. 1. pag. 58.
Lex loquens de conſilio non obligat ad peccatum. diſt. 10. c. 11. n. 3. pag. 58.
Leges Romanorum debent ſervari. diſt. 10. c. 12. n. 2. pag. 58.
Lex Imperatorum, an obliget eccleſiaſticos. diſt. 10. c. 13. n. 4. pag. 59.
Bona quæ ex legibus deducuntur. diſt. 11. c. 3. n. 3. pag. 69.
Conſuetudo an vincat legem. diſt. 11. c. 4. n. 3. 4. & 5. pag. 60.
Quæ leges dicantur contra libertatem eccleſiæ. diſt. 44. c. 10. n. 3. pag. 337.
In dubio potius attendendum eſt ius canonicum, quam ius civile. ibidem. n. 4.
Diſtinctio legis in declarativam ſimpliciter, & conſtitutivam ſimpliciter, & in declarativam, ac conſtitutivam ſimul. diſt. 54. c. 9. n. 7 pag. 436.
Lex declarativa ſimpliciter comprehendit, non ſolum futura, ſed etiam præterita. ibidem. n. 8.
Lex pure conſtitutiva novi iuris, licet ex natura ſua feratur in futurum, bene tamen poteſt conſtituere aliqua pro præteritis ex voluntate expreſſa, & declarata legislatoris. ibidem. n 9.
Lex mixta ex declarativa, & conſtitutiva, & fertur in futurum, & retro agitur in præteritum. ibidem. n. 10. pag. 437.
Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda eſt. diſt. 55. c. 13. n. 13. pag. 507.
Quot menſium ſpatium ſit neceſſarium, ut notitia legis habeatur. diſt. 82. cap. 2. nu. 10. pag. 695.
Principes ſæculares non poſſunt condere leges circa ſpiritualia. diſt. 96. cap. 1. nu. 23. pag. 841.
An leges civiles cohibentes matrimonia per pœnas, validæ ſint. ibidem.
Vtrum lex civilis generaliter loquens, nulla facta mentione de rebus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſervetur in iudicio eccleſiaſtico, ubi canon non repugnat. ibidem. n. 24. pag. 842.
Ne lege imperiali eccleſiaſtica negotia terminarentur, iuſſit Martianus. diſt. 96. c. 3. n. 2. pag. 844.
Summus Pontifex leges temporales extra terras patrimonij condere nequit. diſt. 96. c. 6. n. 4. pag. 845.
Lex vetus per Moyſen data, abrogata eſt poſt Chriſti adventum. diſt. 88. cap. 11. nu. 14. pag. 774.
Conſuetudo interpretandi legem. diſt. 78. c. 11. n. 3. pag. 631.
Vide, Ius, Iudex, Conſuetudo, Reſponſum.

Liber.

Libri ſacri, an habeant plures ſenſus. diſt. 9. c. 5. n. 2. pag. 49.
In libris corrigendis præferuntur ſeniores. diſt. 9. c. 6. n. 1. pag. 49.
Quales libri ab eccleſia Romana approbentur. diſt. 15. c. 3. n. 2. pag. 84.
Vetus, & novum teſtamentum, quos libros contineat. ibidem. n. 3.
Libri Agiographi, qui dicantur. diſt. 15. c. 2. n. 4. pag 84.
Cypriani opuſcula. ibidem. n 5.
Athanaſij opuſcula. ibidem. n. 6.
Opuſcula Gregorij Nazianzeni. ibidem. n. 7. pag. 85.
Baſilij opuſcula. ibidem. n. 8.
Ioannis Conſtantinopolitani, & Chryſoſtomi opuſcula. diſt. 15. c. 3. nu. 9. & 10. p 85.
Theophili opuſcula. ibidem. n. 11. pag. 86.
Cyrilli opuſcula. ibidem. n. 12.
Hilarij opuſcula. ibidem. n. 13.
Ambroſij opuſcula. diſt. 15. c. 3. n. 14. p. 87.
Auguſtini opuſcula. ibidem. n. 15.
Hieronymi opuſcula. ibidem. n. 16.
Proſperi opuſcula. ibidem. n. 17.
Leonis Papæ epiſtolæ, & earum miraculum. ibidem. n. 18. 19. 20. pag. 88.
Opuſcula omnium patrum. ibidem. n. 21.
Decretales epiſtolæ. ibidem. n. 22.
Sanctorum martyrum geſta. ibidem. n. 23.
Quid ſentiendum de geſtis martyrum, quorum authores ignorantur. diſt. 15. c. 3. n. 24. pag. 89.
Vitæ patrum Pauli, Antonij, & Hilarionis recipiuntur. ibidem. n. 26.
Beati Sylveſtri acta. ibidem. n. 27. 28.
Inventio ſanctæ crucis. ibidem. n. 29.
Inventio capitis Ioannis Baptiſtæ. ibidem. n. 32. 33. 34. pag. 90.
Rufini opera. ibidem. n. 35.
Origenis nonnulla opuſcula permittuntur. ibidem. n. 36. 37. 38. pag 91.
Euſebij Cæſarienſis Chronicon. ibidem. nu. 39. 40.
Pauli Oſorij opera. ibidem. n. 41. 42. p. 92.
Opera Sedulij. ibidem. n. 43.
Iuvenci opera. diſt. 15. c. 3. n. 44. pag. 92.
Libri apocryphi, qui dicantur. diſt. 15. c. 3. n. 45. 46. pag 93.
Ariminenſis Synodus apocrypha, quando celebrata. ibidem. n. 47. 48.
Quos actus Apoſtolorum Romana eccleſia recipiat. ibidem. n. 49.

Itinerarium Petri Apoſtoli apocryphum. ibidem. n.50. pag.93.
Actus Andreæ Apoſtoli apocryphus. diſt. 15. c.3. n 52. pag.94.
Actus Thomæ Apoſtoli apocryphus. ibidem. nu. 53.
Actus Philippi Apoſtoli apocryphus. ibidem. nu.52.
Hæretici etiam Chriſto apocrypha opera impoſuerunt. ibidem. n.54.
Evangelium Thadæi Apoſtoli apocryphum. ibidem. n.55.
Evangelium Thomæ apocryphum. ibidem. nu.56.
Evangelium Barnabæ apocryphum. ibidem. nu.57.
Evangelium Bartholomæi, apocryphum. ibidem. n.58.
Evangelium Andreæ apocryphum. diſt. 15. c.3. n.59. pag.95.
Liber de infantia Salvatoris, apocryphus. ibidem. n.61.
Liber de Nativitate Salvatoris, apocryphus. ibidem. n.63.
Liber de ſancta Maria, apocryphus. ibidem. n.64. 65.
Liber paſtoris apocryphus. ibidem. n.66.
Libri, quos fecit Lenticius, apocryphi. diſt. 15. c.3. n.67. pag.96.
Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. ibidem. n.68.
Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. ibidem. n.69.
Liber de filiabus Adæ, apocryphus. ibidem. nu. 70.
Centimetrum Chriſti, apocryphum. ibidem. nu. 71.
Actus Thecle, & Pauli, apocryphus. ibidem. nu.72.
Liber nepotis apocryphus. ibidem. num. 73. pag. 93.
Liber Proverbiorum ab hæreticis ſcriptus, apocryphus. ibidem. n.74.
Revelatio Pauli apocrypha. diſt. 15. c. 3. n.75. pag. 97.
Revelatio Thomæ apocrypha. ibidem. n. 76.
Revelatio Stephani apocrypha. ibidem. n.77.
Liber de tranſitu Beatæ Mariæ, apocryphus. ibidem. n.78. 79.
Liber de pœnitentia Adæ, apocryphus. diſt. 15. c.3. n.8 pah.98.
Liber Ogiæ Gygantis, apocryphus. ibidem. nu. 81.
Liber de teſtamento Iacob, apocryphus. ibidem. n.82.
Liber de pœnitentia Origenis, apocryphus. ibidem. n.83.
Liber de pœnitentia Cypriani, apocryphus. ibidem. n.84.
Liber de pœnitentia Iamnis, & Mambræ apocryphus. ibidem. n.85.
Liber de ſortibus Apoſtolorum apocryphus. diſt. 15. c.3. n.86. pag.99.
Liber Luſanæ, apocryphus. ibidem. n.87.
Liber Canonum, apocryphus. ibidem. n.88.
Liber Phyſiologus, apocryphus. ibidem. n.89.
Hiſtoria Euſebij Pamphili, apocrypha. ibidem. n.90.
Opuſcula Tertulliani, apocrypha. ibidem. n.91. 92.
Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. diſt. 15. c.3. n.93. 94. pag.100.
Opuſcula Montani, Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. ibidem.
Opuſcula Fauſti Mamichæi, apocrypha. ibidem. n.96.
Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. ibidem. n 97. 98.
Opuſcula Caſſiani, apocrypha. diſt. 15. cap. 3. n.99. pag.101.
Opuſcula Victorini Pictavienſis, apocrypha. ibidem. n.100.
Opuſcula Fauſtini Rhegienſis, apocrypha. ibidem. n.102.
Opuſcula Frumentij, apocrypha. ibidem. n. 103. pag.102.
Epiſtola Ieſu ad Agabarum, apocrypha. ibidem. n.104.
Epiſtola Agabari ad Ieſum; reſcripta Ieſu ad Agabarum, quantam fidem habeant. ibidem. n.105. 106. 107.
Paſſio Georgij, apocrypha. ibidem. n.108.
Paſſio Cirici, & Iulitæ, apocrypha. diſt. 15. c. 3. n. 109. pag.103.
Contradictio Salomonis, apocrypha. ibidem. nu.110.
Phylacteria omnia, apocrypha. ibidem. n.111.
Libri hæreticorum, an debeant legi. diſt. 16. c.1. n.4. pag.105.
Libri, qui licet ſint canonici, apocryphi tamen dicuntur, quia authores ignorantur. diſt.16. c.1. n.5. pag.105.
Itinerarium Clementis, quod eſt Circuitus Petri, apocryphum. diſt.16. c.3. n.2. p.106.
Liber Chronicorum an probetur. diſt.16. c.4. n.4. pag.107.
Liber rationum plane probat contra ſcribentem. diſt.45. c.3. n.14. pag.346.
Nec ſolum procedit, quando liber eſt ſcriptus propria manu ſcribentis, ſed etiam quãdo ſcribit manu alterius ſuas rationes. ibidem.
Item licet in illo libro non interveniant ſolẽnitates, & ita ſine die, & Conſule. ibidem.
Non procedit, quando cauſa debiti non continetur in dicto libro, neceſſaria enim eſt cauſa, ut probet. ibidem.
Nec quando ſcribitur in aliquo memoriali, vel

vel ſchedula, quæ reperitur in libro rationum. ibidem.
Nec quando pars à principio contradixit, ſi enim poſtea prædicto libro voluerit ſtare in ſuum favorem contra ſcribentem, non poterit, nec erit audiendus. ibidem.
Liber rationum non probat pro ſcribente. diſt. 45. c. 3. n. 15. pag. 346.
Probat liber rationis pro ſcribente in his, quæ dependent ab eius mera voluntate. ibidem.
Item quando in alijs particulis ibi ſcriptis non redarguitur de mendacio, ſed omnes probantur veræ. ibidem.
Item quando in libro rationum aliqua ſunt pro ſcribente connexa his, quæ contra eum ſunt, & ita quod non poſſint commode ſeparari. ibidem.
Probat liber rationum pro ſcribente, quando adeſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod libris mercatorum plena fides detur pro ſcribente. diſt. 45. c. 3. n. 15. pag. 346.
Limitatur, niſi mercator ſit infamis, vel ſuſpectæ vitæ. ibidem.
Si liber rationum eſt confectus ratione officij de publico iniuncti, ut quando publicus officialis, gabellarius, vel theſaurarius publicus ſcribit in libro communi, vel officij aliquid, quod pertinet ad tertios, tunc ille liber plenam fidem facit. diſt. 45. c. 3. n. 16. pag. 346.
Quando liber rationis non eſt officialis publici, ſed publici camptoris, vel mercatoris, non facit plenam, ſed ſemiplenam probationem. ibidem.
Cæteri libri aliorum fidem non faciunt. ibid.
Libri prohibiti, an poſſint aliquando legi. diſt. 37. c. 1. n. 1. pag. 280.

Liberalitas.

Quid ſit liberalitas. diſt. 89. c. 6. n. 4. pag. 729.

Libertas.

Libertas eſt de iure naturali. diſt. 1. c. 7. n. 6. pag. 16.
Libertatis datio non inducitur ex verbis enunciativis, ſed tantum ex diſpoſitivis. diſt. 87. c. 7. n. 2. pag. 757.
Cauſa libertatis, eſt cauſa pia. ibidem. n. 3.
An cauſa libertatis ſit cuilibet alij piæ cauſæ præferenda. ibidem. n. 4. & 5.
Libertas concedi nequit pro tempore determinato, ſed ſemel conceſſa, eſt perpetua. diſt. 87. c. 8. n. 2. pag. 758.
Libertas præſtita ſervo ad ordines, intelligitur abſoluta. diſt. 54. c. 5. n. 1. pag. 433.
Indirecta libertas ſufficit ad ordines. ibidem. nu. 3.
Invitis ægrotis medicina, & ſervis libertas conferri poteſt. diſt. 83. n. 2. pag. 703.

Libertus.

Libertus eſt, qui cum eſſet ſervus, factus eſt liber. diſt. 87. c. 7. n. 1. pag. 757.
Liberti qui, & utrum ſint liberi. diſt. 54. c. 7. n. 3. pag. 434.
Liberti laicalium ſine conſenſu patroni non poſſunt ordinari. diſt. 54. c. 24. n. 1. p. 491.

Licentia.

Vtrum conceſſa licentia eundi, cenſeatur conceſſa redeundi. diſt. 45. c. 9. n. 3. pag. 352.
Precibus importunis extorta licentia, eſt violenta. diſt. 83. c. 1. n. 6. pag. 705.

Limen.

Tenetur epiſcopus per ſe, vel per ſuos procuratores limina Apoſtolorum viſitare. diſt. 93. c. 4. n. 1. pag. 808.
Epiſcopi immediati ſubiecti Sedi Apoſtolicæ tenentur limina Apoſtorum ſingulis annis viſitare. ibidem. nu. 2.

Limes.

De crimine, & pœna eorum, qui limites evellunt. diſt. 86. c. 24. n. 5. pag. 746.

Linga.

Miraculum in lingua viri iuſtitiam adminiſtrantis. diſt. 10. c. 3. n. 4. pag. 53.

Lis.

Lites epiſcoporum ſunt cauſæ eccleſiaſticæ, diſt. 10. c. 1. n. 2. pag. 52.
Vide, Iudex.

Litania.

Litaniarum origo, & qualiter in eis procedatur. diſt. 38. c. 2. n. 4. pag. 191.

Litteræ.

Litteræ quibus modis dicantur falſæ. diſt. 19. c. 3. n. 6. vſq. 12. pag. 135.
Pœna clerici, qui litteras falſaverit. diſt. 50. c. 7. n. 1. pag. 384.
Litteræ formatæ, quæ dicantur. diſt. 71. c. 9. n. 2. pag. 615.
Litteræ dimiſſoriæ, quæ dicantur. diſt. 72. c. 1. n. 1. pag. 616.
Clerici ad alienam diœceſim venientes, non debent

debent celebrare ſine litteris dimiſſorijs. diſt.72. c.2. n.1. pag.616.
Commendatitiæ litteræ, quæ dicantur. diſt.73. n.1. pag.617.
Formatæ litteræ, quæ ſint. ibidem. n.2.

Litteratus.

Princeps tenetur remunerare viros litteratos. diſt.38. c.10. n.1. pag.295.

Litigium.

In quo conſiſtat litigium, & unde proveniat. diſt.46. n.2. pag.359.

Litigioſus.

Prælatus litigioſus comparatur ruſtico. diſt. 46. n.3. pag.359.
Cauſa quare litigioſus non debeat ordinari. diſt. 46. nu.4. pag. 359.

Locus.

Non locus occultus ſalvat, ſed gratia Dei. diſt. 40. c.10. n.1. pag.307.
An ius varietur ex varietate locorum. ibidem. nu. 2.
Locus hominem non ſanctificat, ſed homo locum. diſt.40. c.12. n.1. pag.308.

Locutio.

Sacra locutio non debet ſecundum unam linguam interpretari. diſt.38. c.15. n.1. p.298.
Ex varia locutione colligitur mentis error. diſt.93. c.24. n.2. pag.816.

Loth.

Loth an peccaverit proſtituendo filias. diſt.14. cap. 1. nu.3. pag. 74.

Lotharius.

Lotharius Auguſtus monaſticum habitum ſuſcepit. diſt.10. c.13. n.2. pag.58.

Lucius.

Lucius Papa quis fuerit. diſt.80. c.1. n.1. p.661.

Ludus.

Ludi in introitu quadrageſimæ, qui ſint liciti. diſt.4. c.6. n.3. pag.32.
Multa crimina in ludo perpetrantur. diſt. 35. c.1. n.1. pag.271.
Quot ſunt puncta in taxillis, tot ſunt ſcelera in ludo. ibidem.
Ludi amphytheatrales, ac ſcænici à quo inventi, diſt.51. c.3. n.1. pag.419.
Diabolus ſcænicorum ſpectaculorum auctor. ibidem.
Vide, Luſor.

Luna.

Luna cur dicebatur Synodica. diſt. 15. c. 1. n. 34. pag.81.

Lunaticus.

Lunatici non poſſunt miniſteria ſacra tractare. diſt.33. c.5. n.1. pag.257.

Luſor.

Clericus luſor, an debeat ſuſpendi. diſt.35.c.1. n.5. & 6. pag.271.
Pœna clerici luſoris de iure civili, & de iure canonico. ibidem. n.2. & 3.
Quid dicendum in religioſis. ibidem. n. 4.
Hoc crimen an ſit mixti fori. ibidem. n.8. & 9. pag.272.
Vide, Alea.

Luxuria.

Hiſpania ob luxuriam capta à Mauris. diſt.56. cap.10. nu.5. pag.521.

M

Magis.

Dictio, Magis, quid ſignificet. diſt.38.c.3. n.2. pag.291.

Magiſter.

Magiſtri Grammaticæ, quæ ſtatuta poſſint facere. diſt.10. c.11. n.2. pag.58.
Magiſtri an poſſint petere collectam à ſcholaribus. diſt.18. c.8. n.5. pag.128.
Magiſtri per epiſcopum qualiter conſtituantur. diſt.37. c.12. n.1. pag.286.
Quando Doctores, ſeu magiſtri poſſunt petere ſallarium. diſt.37. c.12. n.5. pag.286.
Magiſter quis dicatur, & à quo. diſt.64. c.4. n.1. pag.538.
Magiſtri dicuntur præceptores cuiuſcumque diſciplinæ. ibidem. n.2.
Magiſter dicitur doctor in Theologia, medicina, & Philoſophia. ibidem. n.3.
Magiſtri vocantur Doctores legum, & canonum. ibidem. n.4.
Magiſter eligi non debet, qui non fuit bonus diſcipulus, & doctor dicitur à docendo. ibidem. n.5. pag. 539.

Maiores.

Maiores nato, qui dicantur. dist. 2. c.1, nu. 11, pag. 20.

Maioratus.

Infidelis habens filium, si convertatur, succedit in maioratu. dist.26. c.3. n.4. p.194.

Maledicus.

Maledici regnum Dei non possidebunt. dist. 21. c.6. n.4. pag.149.
Maledici dum in alios sæviunt, se miserrimè dilacerant. ibidem.
Quis dicatur maledicus.dist.46. c.5.n.1. p.363.
Maledictio si fiat malo animo, & maledicus est clericus, cogitur ad veniam postulandam, & si noluerit, est degradandus. ibid.
Si fiat bono animo causa correctionis, non est pœnalis, sed meritoria. ibidem.
Si laicus maledicit, extraordinarie punietur. ibidem.
An liceat maledicere creaturas irrationales, & eas excõmunicare, & anathematizare. ibidem. n.2. pag.364.

Maleficium.

Sit ne licitum uti maleficio ad procurandam sanitatem. dist.88. c.12. n.1. pag.774.

Malitia.

Ob malitiam temporis potest aliquid statui. dist.21. c.6. n.2. pag. 149.

Malum.

Ex duobus malis, minus est eligendum. dist. 13. c.1. n.1. 2. & 3. pag.72.
Talis electio non est contra conscientiam.ibidem. n.2.
Quando duo præcepta contraria circa idem factum concurrunt, illi obtemperandũ est, quod arbitrio discreti viri potiorem obligandi vim habet, tunc verò alterius suspẽditur obligatio. ibidem.
Procedit hoc non tantum in malis pœnæ, sed etiam in malis culpæ. ibidem. n.3.
An liceat aliquem inducere ad minus malũ, ut eviket maius. dist.14. c.1. n.2. pag. 74.
Propter malum cohærens prohibetur bonum. dist.21. c.6. n.5. pag.259.
Verba, præterita mala, quid significent. dist. 31. c.1. n.7. pag.223.
Verba, futura mala, quid significent. ibid.n.8. pag.224.

Mancipium.

Christiani non possunt esse Iudæorum mancipia. dist.54. c.13. n.1. pag.182.
Christiana mancipia eorum, qui in Inquisitione damnantur, an maneant libera. dist. 54. c.17. n.2. pag. 484.

Mandatum.

Mandatum morte mandantis, an, & quando expiret. dist.63. c.15. n.1. pag.559.

Manifestum.

Res, quæ devenit ad iudicium, dicitur manifesta. dist.50. c.33. n.1. pag.400.

Manumissus.

Manumissus, qui dicatur, & quare. dist.87. c.8. n.1. pag.758.
Vide, Libertus.

Mapula.

Mapula quid sit. dist.93. c.22. n.2. pag.813.

Marcellus.

Marcellus primus statuit circa Concilia generalia. dist.17. c.1. n.1. pag.119.

Marchio.

Marchiones an habeant potestatem condendi leges. dist.2. c.1. n.9. pag.20.

Martianus.

Martianus Imperator quis fuerit. dist.96. c.12. n.1.pag.843.
Quomodo ad Imperium ascendit. ibidem.
Quo anno cœpit imperare, & quo obiit. ibidem. n.3.
Iussit ne lege imperiali ecclesiastica negotia terminarentur. dist.96. c.3. n.2. pag.844.

Martinus.

Martinus Pontifex quis fuerit, dist.24.c.7.n.1. pag.184.

Martyr.

Martyres debent venerari. dist. 15. c.3. nu.15. pag.89.
Quid sentiendum de gestis martyrum, quorũ authores ignorantur. ibidem. n.24.

Masculinum.

Masculinum an comprehendat fœmininum. dist.47. cap.9. n.1. pag.374.

Mathematica.

Mathematicæ definitio. dist. 37. cap. 11. nu. 3. pag. 285.

Matricula.

Matricula, in qua nomina clericorum scribantur. dist. 50. c. 21. n. 2. pag. 391.

Matriculæ.

Matriculæ quæ sint. dist. 32. c. 19. n. 5. p. 253.

Matrimonium.

Actus matrimonialis an possit aliquando esse culpabilis. dist. 13. c. 2. n. 4. pag. 73.
Peccatum an sit consummare matrimonium ante benedictionem. dist. 23. cap. 33. nu. 2. pag. 180.
Ex accidenti potest matrimonium fieri culpabile. dist. 27. c. 5. n. 2. pag. 197.
Sacris initiati non possunt matrimonium contrahere. dist. 27. c. 8. n. 2. pag. 198.
A quo tempore hæc matrimonia irrita sint. dist. 27. c. 8. n. 3. pag. 199.
An hoc procedat ex constitutione ecclesiæ. ibidem. n. 4.
Pontifex an possit dispensare cum clericis, ut matrimonium ineant. dist. 28. c. 15. n. 3. p. 209.
In causa matrimonij testes consanguinei sunt idonei. dist. 29. c. 2. n. 2. pag. 211.
Excommunicantur, qui matrimonium vituperant. dist. 30. c. 4. n. 1. pag. 214.
Matrimonium terminatur per legem ecclesiasticam. dist. 10. c. 1. n. 3. pag. 52.
Damnantur affirmantes non posse coniugatos cœlum ingredi. dist. 30. c. 12. n. 1. p. 219.
Nubere proprium est fœminarum, ducere virorum. ibidem. n. 2.
Nunquam in ecclesia græca licuit sacerdotibus matrimonium inire. dist. 31. cap. 14. n. 2. pag. 234.
Coniugium contractum etiam apud Græcos, post sacrum ordinem, irritum erat. dist. 31. c. 14. n. 4. pag. 234.
Tempore Apostolorum homines coniugati ad sacros ordines admittebantur. ibidem. n. 5. pag. 234.
Coniugati assumpti ad sacerdotium continentiam servabant. ibidem. n. 6. pag. 234.
Permissus est sacerdotibus ob duritiam usus prioris matrimonij. ibidem. n. 8. pag. 235.
Rodit apud presbyteros Græcos usus matrimonij licitus. ibidem. n. 10.
Quid dicendum, si sacerdos Græcus coniugatus se transferat ad latinos. ibidem. n. 13.
An Pontifex dispenset cum monachis, ut matrimonium contrahant. dist. 32. c. 4. n. 4. & 5. pag. 238.
An valeat matrimonium contractum cum infideli. dist. 32. c. 15. n. 1. pag. 250.
Quo decreto ecclesiæ matrimonium hoc irritetur. ibidem. n. 2.
Sufficit usus ecclesiæ ex receptissima consuetudine, & Apostolorum traditione vim legis obtinente. ibidem.
Potest Pontifex ex iusta causa dispensare, ut matrimonium inter fidelem, & infidelem celebretur. ibidem. n. 3.
Tale matrimonium ex parte suscipientis baptizati est Sacramentum, non verò ex parte infidelis. ibidem.
Coniugium personæ fidelis cum hæretica baptizata, vel apostata à fide, est validum, quamvis illicitum. ibidem. n. 4.
Non est peccatum mortale in his locis, in quibus hæretici non denunciati, nec public clericorum percussores catholicis permiscentur, ut in Germania, Gallia, Polonia. ibidem. n. 4. pag. 251.
An mutuus consensus in contrahentibus sit necessarius, ut matrimonium sit verum, & an requiratur etiam copula. dist. 40. cap. 8. n. 1. pag. 306.
An ad matrimonium requiratur consensus expressus, an sufficiat, quod signis exprimatur. dist. 43. c. 1. n. 4. pag. 322.
Matrimonium est verum Sacramentum novæ legis, & gratiam confert. dist. 23. c. 3. n. 5 p. 160.
Matrimonium quatenus Sacramentum est, vendi non potest. ibidem. & n. 6.
An servi ordinati possint contrahere matrimonium. dist. 54. c. 4. n. 4. pag. 433.
Matrimonium ratum, an propter adulterium alterius coniugis dissolvatur. dist. 56. cap. 6. n. 3. pag. 515.
Sacerdos in mortali assistens matrimonio, & conferens benedictiones nuptiales, non peccat mortaliter. dist. 77. c. 1. n. 4. pag. 632.
Qui finis servandus in contrahendo matrimonio, dist. 82. c. 3. n. 4. & 5. pag. 696.
Vtrum ex pacto coniugum dirimi possit matrimonium. dist. 85. c. 1. n. 13. pag. 722.
Vide, Coniugatus, & Nuptiæ.

Mauritius.

Mauritius Imperator sancti Gregorij Papæ cõpater. dist. 53. c. 1. n. 4. pag. 427.

Medicus.

Medicus imperitus qua pœna puniatur. dist. 29. c. 2. n. 2. pag. 212.
Medici non sunt irregulares, dist. 55. c. 7. n. 4. pag. 501.
Vtrum medici teneantur gratis pauperibus mederi. dist. 83. n. 1. pag. 702.

Invitis ægrotis medicina, & ſervis libertas conferri poteſt. ibidem. n.2. pag.703.
Vtrum medicus pro curatione ægroti inviti expenſas poſſit exigere. ibidem. n.3.
Signum furoris eſt medicis non obtemperare. ibid. n.4.

Melchiades.

Melchiades Papa qui fuerit. diſt. 88. c. 1. n. 1. pag.761.

Meletius.

Meletius epiſcopus Schiſmaticus. diſt. 15. c.1 n.9. pag.77.

Mens.

Mens canonis antefertur verbis grammaticalibus. diſt.38. c.13. n.1. pag.297.
Idem dicendum in teſtamentis, & contractibus. ibid. n.2.

Menſa.

An peccent eccleſiaſtici non benedicentes menſam. diſt.44. c.12. n.2. pag.339.
Quem ordinem ſervent in ſedendo ad menſam perſonæ eccleſiaſticæ, ſi ſimul concurrant. diſt.44. c.8. n.2. & 3. pag.335.

Menſis.

Menſes hyperberetæi.diſt.18.c.4. n.3. p.126.

Mercator.

An mutuum dantes dici poſſint mercatores. diſt.88. c.11. n.3. pag.772.
Appellatione mercatoris, an contineatur uſurarius. ibidem. n.4.
Vide, Negotiator.

Mereri.

Neq; Beati in cœlo mereri, neq; dæmones in inferno poſſunt demereri.diſt.23. c.2. n.14. pag. 159.

Meritum.

Variæ difficultates in opere faciendo poſſunt occurrere, & quæ earum augeat meritum. diſt.88. c.12. n.3. pag.774.
Fiducia ſanctorum, quam in Deo conſtituunt, non ex fide ſola, ſed etiam ex bonis meritis naſcitur. diſt.88. c.12. n.4. pag.775.
In bonis meritis, quæ verè talia eſſe compertum ſit, fiducia aliqua collocari poteſt, modo ſuperbia caveatur. ibidem.
Propter incertitudinem propriæ iuſtitiæ,& periculum inanis gloriæ tutiſſimum eſt fiduciam totam in ſola Dei miſericordia,& benignitate reponere. ibidem.

Meretrix.

Quare permittantur meretrices. diſt.4. cap.2. n.7. pag.29.
An peccent locantes meretricibus domos.diſt. 9. c.1. n.3. pag.47.
Ancillæ inſervientes meretricibus, an peccent. ibidem.
Quid de famulis dominos comitantibus ad meretrices. ibidem. n.5.
An huiuſmodi ancillæ, & famuli poſſint abſolvi à confeſſoribus. ibidem. n.6.
Meretrix quæ dicatur. diſt.34.cap.16. n.5 & 7. pag. 268.
Non dicitur meretrix,quæ iam eſt nupta.diſt. 50. cap.18. nu.5. pag.389.

Metropolis.

Civitas Metropolis qualis dicatur. diſt.1.c.13. n.2. p.70.

Metropolitanus.

Metropolitanus poteſt punire diviantes à conſuetudine Metropolitanæ eccleſiæ. diſt. 12. c.13. n.3. pag.71.
Metropolitanus à quo diſpenſetur, ſi non poſſit celebrare Concilium.diſt.18. cap. 1. n.2. pag.124.
Ad Metropolitanum ſpectat electio loci ad celebrandum Synodũ.diſt.18. c.15.n.2. p.130.
Metropolitani unde dicti. diſt. 21. cap. 1. n.7. pag. 145.
Metropolitanus recipiens pallium, cenſetur confirmatus diſt.63. c.9. n.4. pag.556.
Clericorum, & civium voluntate, an Metropolitanus ſit eligendus.diſt.63. cap.19. n. 1. pag. 561.
An ſemper optimus debeat eligi. ibidem. n.2.
Cõſecrari ubi debeat Metropolitanus.ibid.n.3.
Privilegia Metropolitani. diſt.64. cap. 6. n.1. pag. 578.
Metropolitanus refert primati conſecrationẽ ſuffraganei. diſt.65. c.4. n.1. pag. 181.
Vide, Archiepiſcopus, & Pallium.

Metropolita.

Metropolita quis dicatur. diſt. 65. cap. 4. n. 2. pag.581.

Meum.

Verbum, Meum, natura ſua denotat dominium. diſt.8. c.1. n.6. pag.42.

Miles.

Milites cæteris caſtiores eſſe debent. diſt. 56. c.10. n.4. pag.521.

Militaris.

Quot hodie numerentur in eccleſia ordines militares. diſt.54. cap.12. à nu.84. uſq; 146. pag. 463. & ſeqq.
Vide, Congregatio.

Miniſter.

Melius eſt paucos miniſtros habere idoneos, quam multos inutiles. diſt. 23. cap. 4. n. 3. pag. 161.

Minor.

Tutor res minoris emere non poteſt. diſt. 87. c.5. n.6. pag.755.
Res immobiles minoris vendi non poſſunt, ſine decreto iudicis. ibidem. n.7.
Vide, Tutor.

Miſerabilis.

Cognoſcit iudex eccleſiaſticus de omnibus cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum. diſt.87. c.1. n.3. pag. 750.
An viduæ, & orphani dicantur miſerabiles perſonæ, cum ſunt divites. ibidem. n.4. & 5.
Quæ ſint miſerabiles perſonæ. diſt.87. c.2. n.1. pag.751.
Iudicis arbitrio relinquitur, quæ ſint miſerabiles perſonæ præter expreſſas in iure. ibidem. n.2.

Miſericordia.

Miſericordia eſt ſequenda. diſt.9. cap.11. n.2. pag. 51.
Quod ſemper juſtitia miniſtranda eſt cum miſericordia. diſt.45. c.6. n.1. pag.536.
Quid ſit miſericordia. diſtinct.45 cap.10. n.4. pag. 356.
Quemadmodum, & quibus caſibus iudex uti debeat miſericordia. diſtinct.45. c.10. nu.5. pag. 356.
Miſericordia non eſt ſemper ſequenda. diſt. c.26. n.3. pag.393.
Quid ſit miſericordia. diſtinct.86. cap.22. n.2. pag. 744.

Miſſa.

Quis inſtituerit, ut in Natali Chriſti tres miſſæ celebrarentur. diſt.4. c.5. n.5. pag.31.
Miſſa auditur de principio Evangelij. diſt.25. c.3. n.12. pag.188.
Audiens miſſam dimidiam ab uno ſacerdote, & aliam ab alio, an audiat integram miſſam. diſt.23. c.14. n.10. pag.168.
Sabbato ſancto, die Paraſceves, & feria quinta hebdomadæ ſanctæ, an poſſint miſſæ celebrari. diſt.31. c.4. n 8. & 9. pag.225.
Miſſa presbyteri concubinam habentis, an debeat audiri. diſt.32. c.5. n.2.3. & 4. p.238.
Non eſt audienda miſſa presbyteri concubinarij. diſt.32. c.6. n.2. pag.236.
An miſſa boni ſacerdotis ſit melior, quam mali. diſt.49. n.4. & 5. pag.378.
Miſſæ quatuor temporum, quando dicendæ, diſt.75. c.4. n.1. pag.624.
Olim miſſa Reſurrectionis noctu dicebatur. ibidem. n.2.
An teneantur presbyteri quotidie celebrare. diſt.82. c.2. n.2. pag.692.
Quot vicibus in anno ſatisfaciant muneri. ibidem. nu. 3. pag. 693.

Moderamen.

Qua ratione ſervetur moderamen inculpatæ tutellæ. diſt.51. c.4. n.4. pag.120.

Modus.

Dictio, nullo modo, quid ſignificet. diſt. 78. cap. 1. nu. 3. pag.654.

Moyſes.

Moyſes tulit Hebræis legem. diſt.7. c. 1. n. 1. & 2. pag.40.

Molendinum.

Qui longo tempore uſus eſt molendino, non poteſt prohibere volentem novum molendinum facere. diſt.8. c.1. n.2. pag.41.

Monaſterium.

Regimen monaſteriorum, an ſpectet ad epiſcopum. diſt.12. c.13. n.4. & 5. pag.71.
An monaſteria veniant appellatione eccleſiarum. diſt.12. c.14. n.3. pag.71.
Quot monaſteria habeat hodie unaquæq; religioſa congregatio, vide ubi agitur de ipſis religioſis congregationibus. diſt.54. c.12. à n.4. uſq; 146. pag.441. & ſeqq.
Vide, Congregatio.

Monachus.

Monachus electus in epiſcopum non mutat habitum. diſt.23. c.24. n.3. pag.176.
An ſufficiat monacho, quod tantum bonus ſit, licet ſit illiteratus. diſt.77. c.8. n.4 p.650.
Vix bonus monachus bonum clericum facit. ibidem.
Monachi ante profeſſionem debent moneri de ſtatutis ſuæ regulæ. diſt.38. cap.7. nu.2. pag. 294.
Olim omnes monachi erant ſubiecti epiſcopo. diſt.12. c.13. n.4. pag.71.

Hodie

Hodie omnia ferè monaſteria proprijs privilegijs ab epiſcoporum iuriſdictione ſubtracta ſunt. ibidem.
Sunt multi caſus, in quibus monachi exempti ſubduntur ordinarijs. ibidem. n.5.
Monachus fugitivus, an acquirat monaſterio. diſt.54. c.23. n.1. pag.491.
Monachus nihil habet proprium, & ſervo cõparatur. ibidem. n.2.
Monachus poteſt eſſe epiſcopus. diſt.58. cap.2. n.15. pag.130.
Monachus non poteſt eſſe canonicus ſæcularis. ibidem. n.16. pag.531.
Monachus poteſt eligi epiſcopus, ſi ſuperior conſentiat. diſt.61. c.18. n.2. pag. 548.
Monachus factus epiſcopus non habet fructuum dominium, nec bonorum proprietatem. ibidem. n.3.
Monachus an promoveatur ad beneficium, vel canonicatum. diſtinct. 74. cap.6. nu. 3. pag .621.
Nomen, Monachus, quid importet. diſt. 90. c.5. n.2. pag.791.
Arbitrio abbatis relinquitur pœnitentia imponenda rixanti monacho. ibidem. n.1.
Vide, Religioſus.

Moneta.

Qui retundit monetam excedentem iuſtum pondus, an committat crimen falſi. diſt. 55. cap. 6. n. 18. pag. 500.

Monialis.

Profeſſio monialis inducitur per impoſitionem velaminis. diſtinct. 27. cap. 6. nu. 5. pag.198.
Monialis quæ conſecratur, debet eſſe virgo. diſt.23. c.24. n.1. pag.175.
Non conſecratur, niſi à ſuo epiſcopo. ibidem. n.2. pag.176.
Monialis in infirmitate utitur habitu religionis. ibidem. n.4. pag.176.
Mulier corrupta inter moniales coaptari non poteſt, ut recipiat conſecrationem virginũ. diſt.26. c.2. n.3. pag.193.
Moniales aſſumi poſſunt ab alio monaſterio eiuſdem ordinis ad abbatiſſas. diſt. 58. c.2. n.10. pag.130.
An ſemper requiratur licentia epiſcopi ad egreſſiones monialium exemptarum. ibidem. n.11.
Quæ nam mulierum ſub nomine ſanctimonialium veniant. diſt.81. c.33. n.3. pag.683.
Quæ dicantur oblatæ, & quæ profeſſæ. ibidẽ. n.4. pag.684.
Vtrum liceat religioſis operari manibus. ibidem. n.5.
Vtrum liceat laborioſo opere victum comparare, & reditus annuos, vel ex induſtria privatim retinere. ibidem. n.6. pag.685.
Familiaritas ſanctarum virginum cum viris execranda. ibidem. n.7.
Vtrum debeat hæc familiaritas pœnis, & cenſuris interdici: & utrum incurrant excommunicationem, qui epiſtolas ſcribunt, & mittunt monialibus. ibidem. n.8.

Mora.

Mora, quandoq; eſt neceſſaria, tam in iudicio, quam in ſententia, & executione. diſt. 50. cap. 35. n. 3. pag.401.

Morbus.

Qui morbi faciant irregularem. diſt. 55. n.6. pag. 493.
Vide Irregularis.

Mors.

Si percuſſus moriatur intra triduum, præſumitur mortuus ex vulnere. diſt.50. cap. 43. n.1. pag.405.
Quando mors ex vulnere, vel aliunde probetur. diſt.50. c.39. n.2. pag.403.
Pœna mortis nunquam in iure canonico intelligitur de naturali, ſed de ſpirituali, hoc eſt, excommunicatione. diſt.63. c.23. n.3. pag. 564.

Mos.

Mos, quid ſit. diſt.1. c.4. n.1. pag.12.
Propriè tantùm in liberis actibus reperitur. ibidem.
Aliquando bonis tribui ſolet. ibidem.
Mos, quam antiquior ſit legibus. diſt. 1. c. 4. n.2. pag.12.
Leges ſine moribus nihil proficiunt. ibidem. pag.13.
Differentia inter morem, conſuetudinem, & uſum, quæ ſit. ibidem. n.3. pag.13.
Mos, quanto tempore inducatur, & quot exemplis. diſt.1. c.4. n.4. pag.13.
Diuturni mores ſunt obſervandi. diſt.12. c.6. n.1. pag.67.
Mos debet rationi. ibidem. n.2 pag. 68.
Doctrina inter morem, & mores. ibidem. nu. 3.
Non ſemper fuit idem mos in eccleſia circa res ſacras. diſt.23. c.27. n.1. pag.177.
Mos regionis excusat in uſu veſtimentorum. diſt.30. c.15. n.3. pag.221.
Quod etiam procedit in clericis. ibidem. n.4.
Magiſtri inducentes novitates exprobantur. diſt.30. c.16. n.1. pag.221.
Mos regionis debet ſequi. diſt. 41. cap. 1. n. 1. pag. 310.

Licet ab externa corporis phisiognomia mores conijcetari. dist.56. c.5. n.1. pag.513.
Deformis facies animum deformem arguit. ibidem. n.3. pag.514.
Corporis deformitas animi pulchritudine superanda. ibidem. n.4.

Motus.

Motus subiti voluntatis, an sint peccata. dist. 6. cap. 2. nu. 3. pag. 38.

Mox.

Dictio, Mox, quid significet. dist.61.c.17.n.4. pag.548.

Mulier.

Mulier in partu nullum peccatum incurrit. dist.5. c.2. n.2. pag.35.
Mulier an teneatur tempore menstrui reddere debitum. distinct. 5. c. 4. à n. 3. usq. 7. p.36.
Mulier non potest vasa sacra tangere. dist.23. c.25. n.2. pag.176.
Nec incensum ponere super altaria. ibidem. nu. 3.
An possit pallas tangere. ibidem. n.4.
Mulieres peccant utendo habitu virili. dist. 30. c.6. n.2. pag.215.
Quod tamen limitatur, si adsit necessitas. ibidem. n.3.
Mulier an possit discedere à viro. dist.30. c.3. n.3. pag.214.
Mulier debet habitare cum viro. dist. 30. c.3. n.2. pag.214.
Mulier subintroducta, quæ dicatur dist.32. c.5. n.5. pag.239.
Mulieres regulares, seu canonicæ, quæ sint. dist.32. c.16. n.3. pag.251.
Mulier corrupta an possit inter moniales coaptari. dist.34.c.7. n.1. pag.263.
Mulier concubinaria, quando præsumatur honesta. dist.50. c.18. n.4. pag.389.
Mulier se fingens monialem nubere non valet. dist.27. c.6. n.2. pag.198.
Mulier vovens non potest nubere, vir tamen, qui eam disponsavit, libere illa utitur. dist. 27. cap.5. nu.3. pag.197.
Vide, Fœmina.

Multus.

Multi quot dicantur. distinct.44. cap. 1. nu. 4. pag. 330.
Dictio, Multa, verificatur in duobus, vel tribus. dist.67. c.1. n.2. pag.585.
Pœna minui debet, quando multitudo delinquit. dist.44. c.1. n.5. pag.330.

Murmuratio.

Murmurans à fratrum unitate reijcitur. dist. 90. c.4. n.1. pag.790.
Murmuratio peccatum est mortale. ibid.n.2.
Quæ sit differentia inter murmurationem, & detractionem. ibidem. n.3.
Murmurantes, Christi crucifixoribus assimilantur. ibidem. n.4. pag.791.

Munus.

Qui muneris obliviscitur, memoriam perdit honoris. dist.84. c.2. n.1. pag.713.
Inter munera sæcularia, quædam manifestè derogant sanctitati personæ, & ecclesiastica munera impediunt, quædam non. dist. 88. cap. 1. n.6. pag.762.

Musica.

Scientia musicæ, an sit necessaria in episcopo. dist.37. c.10. n.4. pag.285.
Vide, Cantus.

Musicus.

Musici ferè omnes sunt deperditæ vitæ. dist. 92. c.1. n.4. pag.801.
Vide, Cantus.

Mutatio.

Mutatio loci facit mutari mentis affectum. dist.81. c.9. n.1. pag.670.
Mutatio loci conducit ad salutem animæ. ibidem. n.2.

Mutilatio.

Authores agentes de mutilatione sui ipsius. dist.55. c.4. n.1. pag. 495.
Nulli licet se castrare. ibidem. n. 2.
Clericus qui se mutilat, incurrit excommunicationem, cap. Si quis. ibidem. n.3.
Sanctus Marcus, qui sibi pollicem abscidit, non fuit Marcus Evangelista. ibidem.n.5.
Nullus tenetur ad patiendam evirationem propter salutem, si non sit necessarius bono publico. dist.55. c.7. n.1. pag.501.
Qui se ipsum ex scientia artis chyrurgicæ abscidit pro tutanda vita, non est irregularis. ibidem. n.2.
Qui iussu tyranni, ut evaderet mortem, se mutilaret, non esset irregularis. dist.55. cap. 8. n.1. pag.502.
Licet se mutilare ad flectendum ad misericordiam tyrannum. ibidem. n.2.
Ob bonum commune patriæ poterit quis se mutilare. ibidem. n.3.

N.

Nathinæi.

Nathinæi qui fuerint. diſt. 77.c.7.n.18.p.647.

Naufragium.

Patientibus naufragium non poſſunt bona auferri.diſt.2.c.8.n.2.p.24.
An qui ea auferunt,ſint excommunicati.ibid. n.3.

Neceſsitas.

An extrema neceſsitas faciat omnia communia.diſt.47.cap.8.n.8.p.374.
Neceſsitas an excuſet à peccato.diſt.48.cap.1. n.1.p.376.
An in extrema neceſsitate liceat idolothitis. neſci.diſt.50.cap.33.n.6.pag.398.

Neceſsitudo.

Verbum, Neceſsitudo, in quo ſenſu accipiatur.diſt.81.c.31.num.2.pag.681.

Negatio.

Duæ negationes faciunt unam affirmationẽ. diſt.47.cap.10.num.5.pag.376.

Negotiatio.

Pœnæ contra clericos,& religioſos negotiantes quales ſint. diſtinctione 86.cap.26.numſſ. 13.pag.749.
Fas ne ſit clericis,& religioſis per alios negotiari.diſt.88.c.9.n.1.pag.770.
Aliquarum rerum venditio non eſt clericis prohibita.ibidem.n.3.
Vtrum religioſi ex India Orientali poſsint ſuas merces mittere in Luſitaniam vendẽdas.ibidem. n.4.
Negotiatio in varias ſpecies dividitur.88.cap. 10.n.1.p.771.
Proprijſsime ſumpta neque vitij, neque virtutis opus eſt,ſed indifferens ad utrumque. ibidem.n.2.
Negotiatio eſt reipublicæ ſimpliciter utilis, & neceſſaria. ibidem.n.3.
Homo mercator, ſeu negotiator multis ſuæ ſalutis periculis exponitur.diſt.88.cap.11.n. 2.pag.772.
An mutuum dantes dici poſsint negotiatores, & mercatores.ibidem.n.3.
An liceat locare pecuniam pro eius locatione aliquid accipiendo.diſtinct. 88.cap.11.n.10. pag.773.
An clerici teneãtur erogare pauperibus, quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt. diſtinctione 88.cap. 13.num.3. pag.773.

Negotiator.

An qui tantum prædia propria locat,& aliorũ conducit,mercator,ſeu negotiator ſit. diſt. 88.c.11.n.7.p.772.
Negotiatores vituperabiles exterminari debent.diſt.88.c.13.n.2.p.775.
Vide, Negotiatio.

Negotium.

Tam iure canonico,quam civili arcentur clerici à negotijs ſæcularibus.diſt.88.cap.1.n. 4.pag.762.
Inter munera ſæcularia,quædam manifeſtè derogant ſanctitati perſonæ,& eccleſiaſtica munera impediunt, quædam non. ibidem. num.6.

Nemo.

Nemo, idem valet, ac nullus homo. diſtinct. 81.cap. 2. num. 2. pag. 666.

Nemroth.

Nemroth quis fuerit. diſt.6.c.3.n.5.p.39.

Neophitus.

An Neophitus poſsit ordinari. diſt.48.num.1. pag.376.
Neophitus quare prohibeatur in epiſcopũ ordinari.diſt.61.cap.9.n.1.pag.542.

Nepos.

Et ſi nepotes in favorabilibus veniant appellatione filiorum,ſecus eſt quando filiorum qualitas non convenit nepotibus. diſtin.44. cap.6.n.3.p.334.
An filiorum nomine in odioſis veniant nepotes.diſt.56.c.1.n.6.p.510.
An nepotes presbyterorum ex hoc ſolum ſint irregulares.diſt.56.c.1.n.7.p.510.
An poſsint avo immediate ſuccedere in beneficio.ibidem.n.8.
An nepos non legitimus poſsit ſuccedere avo presbytero ex teſtamento. ibidem. n. 9, & 10.pag.511.

Neſtorius.

Neſtorius damnatus. diſtin. 15. cap.1.num.25. pag.80.
Neſtorius quenam poſt damnationem machinatus fuerit,ibidem.n.26.

Beneficia regularia an conferri poſsint novitio. ibidem.n.4.pag.529.
Vide, Novitiatus.

Nubere.

Nubentes non ſunt ſeparandi. diſtin.27.cap.2. n.2.p.196.
Nubere an ſit peccatum. diſt. 27. cap.5.nu. 1. pag.197.
Nubere non valet mulier ſe fingens monialem. diſt.27.c.6.n.2.p.198.
Mulier, quæ cum Diacono contraxit, ſi poſtea nubat, eſt ſeparanda. diſt.28. cap.10. num.2. pag.206.
Vxor conſentiens, quod vir ad ordines promoveatur, eo mortuo, non poteſt nubere. diſt.28.c.10.n.4.p.206.
Mulier vovens, non poteſt nubere. diſt. 27.c. 5.n.3.p.197.
Quando detur præceptum nubendi, & quem obliget. diſt.74.c.2.n.3.p.619.
Vtrum aliquando obliget religioſos, & ſacerdotes. ibidem. num.4.

Nudus.

Nudus qui dicatur. diſt.21.cap.1.n.16.pag.146.

Nullus.

Dictio, Nullus, quid ſignificet. diſt.62.c.3.n.2. pag.550.

Numerus.

Septenarius omnes alios excellit. diſtinctione 93.cap.12.num.1. pag.811.
Tam in divinis, quam in humanis literis eſt celeberrimus. ibidem.num.2.

Nummus.

Quid ſit nummus, & vnde dictus. diſtin. 88. cap.11.n.11.p.773.
De nummorum inventoribus, & imaginibus. ibidem.n.12.

Nunc.

Dictio. Nunc, quid ſignificet. diſt.63.c.18.n.2. pag.561.

Nuntius.

Nuntio non eſt credendum ſine litteris. diſt. 97.c.3.n.1.p.865.
Nobiliſsimo viro credēdum eſt in legatione. quanvis literas non oſtendat. ibidem. n.2.

Nuptiæ.

Nuptiæ ſunt licitæ diſtinctione 30.cap.3.nu.1. pag.214.
Excommunicantur, qui nuptias vituperant. diſt.31.c.8.n.1.p.228.
Quid de fide tenendum hac in re. ibid. n.2.
Excommunicantur, qui nuptias horreſcunt. diſt.31.c.9.n.1.p.229.
Vide, Matrimonium.

O.

Ob.

Dictio, Ob, quid ſignificet. diſt.81. c.17.n.5.p. 675.

Obedire.

Nemo debet obedire iniuſte præcipienti. diſt. 9.c.1.n.2.p.47.
Non obedientes poſſunt excommunicari. diſt. 12.c.2.n.4.p.65.
Subditi tenentur obedire prælatis. diſt.43. c. 5. n.2.& 3.p.327.
Mandanti prohibita à iure non debet obediri, & quomodo quis obligetur. diſtinct.63.cap. 24.n.1.p.565.
Debet prælatis obedientia præſtari. diſtinctione 81.cap.15.num.3.pag.674.

Obedientia.

In quo conſiſtat obedientia, & inobedientia, & quando hæc ſit peccatum. diſt.93.c. 9.n. 1.pag.810.
Vide, Obedire.

Oblatio.

Putant aliqui dari præceptum eccleſiaſticum de oblationibus ſolvendis. diſtinctione 32. c.6.n.7.p.240.
Verius eſt non dari. ibidem.n.8.
Quatuor tituli, ex quibus oblationes deberi poſſunt. diſt.32 c.6.n.9.p.240.
Tres declarationes Suarij circa tertium titulum. ibidem.n.10.
Authores agentes de quarto titulo. ibidem. nu. 11.pag.241.
Prohibetur iniqua exactio oblationum. ibidē. num.12.
An in iure ſit aliqua pæna contra non ſolventes oblationes. ibidem.n.13.pag.241.
Quæ veniant oblationum nomine. diſt. 90.c. 2.n.1.pag.786.
Quæ differentia detur inter oblationes, decimas, primitias, & ſacrificium. ibidem.nu.2. pag.787.
Antiquiſsimus eſt uſus oblationū in eccleſia, & quare non offeratur mel, & lac. ibid.n.3.

Vnde introducta ſit conſuetudo offerendi inter miſſarum ſolemnia.ibidem.n.4.
Vtrum ſinguli parochiani dominicis, & diebus feſtivis debeant aliquid offerre. ibidē.
Oblationes diſsidentium fratrum non ſunt recipiendæ ab eccleſia,neque dona eorum, qui pauperes opprimunt.ibidem.n.6.
Oblationes diſsidentium, & eorum ſacrificia nihil proſunt ad vitam æternam.ibidem.n. 7.pag. 788.
Ad diaconum pertinet oblationes afferre ad altare.ibidem.n.8.
Vtrum prohibitio textus comprehendat etiam oblationes,quæ non fiunt ad altare,ſed alio modo ibidem.n.10.
An intelligatur ſolum de oblationibus ſpontaneis,& non de neceſſarijs.ibid.n.11.
Tenentur ſacerdotes reijcere ab oblationibus publicos peccatores.ibidem.n.12.p.789.
Quæ perſonarum genera repudiet Gloſſa ab offerendo.ibidem.n.13.
Vtrum oblationes publicarum meretricū ſint reijciendæ ab eccleſia.ibidem.n.14.
An oblationes hominis interdicti pœnitentiā agentis ſint recipiendæ.ibidem. n.15.
Bona eorum. qui pauperes opprimunt, in eccleſia non ſunt recipienda.diſt. 90.cap.8.n. 1.pag.792.
Ad quem pertineant oblationes factæ in oratorio privato.diſt.42.c.7.n.2.p.320.

Oblivio.

Oblivio an poſsit cadere in papam.diſtinctione 23.cap.12.num.4.pag. 166.

Occaſio.

Occaſio, quid ſit. diſtinctione 11. cap. 2. nu.3. pag.59.
Occaſiones malorum ſunt fugiendæ. diſtinct. 88. cap.12. num.2. pag. 774.

Occidere.

Qui ſe defendendo, occiderit paganum,an ſit irregularis.diſt.50.cap.6.n.1.p.383.
An contrahat irregularitatem, qui ad propriā defentionem invaſorem occiderit. diſt. 50. c.6.n.3.p.384.
Non ſolum qui occidit, ſed qui præcipit, aut conſulit,eſt irregularis.diſtin.50.cap.8.nu.2. pag. 384.
An occidens ante baptiſmum, ſit irregularis. Ibidem.n.5.pag.385.
An occidens ob propriam defenſionem ſit irregularis.ibidem.n.3.p.384.
Quando præſumatur animus occidendi.diſtin. 50.cap.46.num.1.pag.406.

Occultum.

Iudices an poſsint interrogare ſuper criminibus occultis.diſt.32.c.11.n.4.p.247.
Eccleſsia an iudicet de occultis.diſt.32.c.11.n. 5.p.247.

Odium.

Odij definitio, & effectus. diſt. 50. cap.40. n. 2.pag.404.
Quod dicatur odium privatum, & publicum. diſt.86.c.2.n.1.p.726.
Quomodo habendum ſit odium peccati, & non peccatoris.ibidem.n.2.
Vide,Diſcordia.

Odoacer.

Odoacer Rex quis fuit, & quomodo obijt.diſtinctone 96.cap.1.num.16.pag.840.

Oeconomus.

Quo pacto œconomus dicatur idoneus. diſt. 89.c.2.n.1.p.778.
Infamis non poteſt eſſe œconomus epiſcopi. ibidem.n.2.
Qualiter conſtituatur iſte œconomus.ibidem, num.3.
Capitulum ſede vacante poteſt eligere œconomos.ibidem.n.4.
Oeconomus tenetur ſpectare maxima cōmoda ſui Domini.diſt.89.cap.3.n.1.p.778.
Maiordomus, idem eſt ac propoſitus, & œconomus.ibidem.n.2.
Oeconomus quis dicatur.diſt. 89. cap. 4.nu.1, pag.779.
Qui emit rem eccleſiæ ab œconomo, qualiter rem,& pretium amittat.ibidem.n.2.
An poſsit habere regreſſum contra eccleſiā, poſito quod œnonomus non ſit ſolvendo. ibidem.n.3.
Quæ ſit pœna œconomi alienātis res eccleſiæ diſt.89.c.5.n.2.p.780.
An œconomus emendādo damnum eccleſiæ, evitet pœnam.ibidem.n.3.
An œconomus coram epiſcopo rationem reddere debeat.ibidem.n.5.

Officium.

Officium prælati, ac principis, quale. diſt. 88. cap.1.n.7.p.762.
Idem ordo debet ſervari in matutinis,& veſpertinis officijs.diſtinctione 12.cap.14. n.2. pag.71.
Officium oſtiarij.diſtinctione 25. c.1. num.2. 185.pag.
Officium acolythi.ibid.num.3.
Officium pſalmiſtæ,ibid.nu.5.

Officium lectoris.ibidem.n.5.
Officium Subdiaconi.ibidem.n.6.
Officium diaconi ibidem.n.7.
Officium presbyteri, & episcopi, ibid.n.9.
Officium primicerij. distin.25.cap.1.num.14. pag.185.
Officium Thesaurij.ibidem. n.15.p.186.
Seniores iunioribus præferendi sunt in electione ad officia.dist.85.c.1.n.5.p.623.
Vnum solum officium vix digne quis potest implere.dist.89.cap.1.n.6.p.777.
Prohibentur episcopi ecclesiastica officia propinquis,vel favore sibi coniunctis committere.distin.89.cap.7.num.1.p.781.

Olim.

Dictio, Olim, quid significet.distinctione 54. cap.16.num.2. pag.484.

Omnimodo.

Dictio, Omnimodo , quid importet. distinct. 37.cap.8. nnm.2. pag. 284.

Omnino.

Dictio, Omnino, quid significet. distin. 50.c. 9.n. 2.p.385.

Omnis.

Qui dicit, Omnia, nihil excludit. dist.19.cap. 1. n. 3.pag.132.
Quod à multis fit, dicitur fieri ab omnibus. dist.76.c.12.n.2.p.631.
Dictio, In omnibus,quid importet. distinctione 81.cap.27.num 2.pag.680.

Opinio.

Opinio cedit veritati. distinct.8.cap.8.num.1. pag.46.
Errant illi, qui peregrinas citant opiniones. distinct.11.cap.3.num.2.pag.60.

Oportet.

Verbum,oportet,aliquando dicit necessitatē. dist.23.c.26.n.3.p.177.& dist.64. cap.7.nu.1, pag.579.

Opprimo.

Verbum, opprimo,quid significet. distinctione 90.cap.8. num.2. pag.792.

Optio.

In pœnis non datur optio reo, sed iudici. dist. 34.c.7.n.5.p.263.

Opus.

An ecclesiastici teneantur in operibus pijs convertere omnia,quæ eis superfunt,deductis necessarijs ad sustentationem status. dist.42.n.2.pag.315.
Non verbis, sed operibus credendum. distinct 81.cap.2.n.1.p.666.
Fidei opera adiungenda ad salutem. distinct. 56.cap.8.num. 3. pag. 518.

Opusculum.

Opuscula Posthumiani,& Galli apocrypha. dist.15 c.3.n.93.94. p.100.
Vide,liber.

Orarium.

Orarium quid sit.dist.23.cap.28.n.3.pag.178.

Oratio.

Debemus orare versus orientem. distinct. 11, cap.5.n.4.pag.61.
Vtrum Beati in cælo ad Deum pro nobis orēt, dist 22.c.2 n.5.p.153.
Olim fiebat oratio ad occidentem.dist.11.cap, 5.n.5.p.61.
Oratio est necessaria ad salutem.dist.31.c.7.n. 4.pag.227.
Quale sit eius præceptum.ibidem. p.228.
Vtrum hoc præceptum impleatur per solam orationem mentalem.ibidem.n.5.
Quale peccatum committatur in violatione huius præcepti.ibidem.n.6.
Pro quo tempore obliget hoc præceptum.ibidem.n.7.
Pro quibus sit orandum.dist.31.cap. 7.num 8, pag.228.
An orationes factæ per malum sacerdotē, eodem modo prosint, quo factæ per bonum. dist.49.n.1.2.& 3.pag.378.
Quæ nam requiratur assiduitas in oratione,& reliquis operibus bonis.dist.81.cap.34.nu.2, pag.689.
Vtrum pro excōmunicatis,hæreticis,& schismaticis orare liceat.dist.81. cap. 34.num. 10. pag.688.
Vtrū liceat orare pro sanctis, Christo,& Deo, ibidem.n.11 p 689.
Vtrum liceat orare pro defunctis in purgatorio,& apud Inferos.ibidem.n.11.
An liceat pro eo orare, qui in peccato mortali decessit. dist.88.cap.14.n.2.pag.776.

Orator.

Oratores possunt allegari. in proœm. num.25. pag.5.

Oratorium.

Quid ſit oratorium.diſtinct.42. cap. 6. num. 1. pag.319.
Quod in oratorijs non eſt tractandum de rebus profanis.ibidem.n.2.
Differentia inter baſilicam,& oratorium.diſt. 42.c.7.n.1.p.320.
Ad quem pertineant oblationes factæ. in oratorio privato.diſt.42.c.7.n.2.p.320.

Ordinatio.

Ordinationes ſæculares, an ſeruentur quo ad clericos.diſt.10.cap.2. n.2.pag.53.

Ordo.

Ordo unde dictus,& quam diligenter ſeruari debeat.diſt.89.cap.7.n.1.p.782.
Quis ordo detur in officijs, ac dignitatibus tã eccleſiaſticis,quam ſæcularibus.ibidem.nu. 8.pag.783.
Abique ordine inter partes nõ poſſet. univerſum ſubſiſtere.ibidem.n.9.
Eccleſia militans debet ordinari ad exemplar cæleſtis.ibidem.n.11.p.784.
Sine ordine,& regimine,recta non poteſt cõſiſtere adminiſtratio.ibidem.n.13.
De omnibus ordinibus militaribus, qui hodie in Eccleſia ſunt, agitur diſt.54. cap.12. à n. 84 uſque. 146.p.463. & ſeqq.
Vide, Congregatio.

Ordo Sacer.

Indignus non debet ordinari. diſt.28.cap.4 n. 3.pag.201.
Furioſi, & amentes non debent ordinari. diſt. 33.cap.2.n.11.p.355.
Male ordinans quam pœnam incurrat.diſt.36. cap.2.n.4.pag.279.
Ordinari non debet epiſcopus antequam coram eo legantur ſacræ regulæ, nec clerici antequam moneantur per epiſcopum. diſt. 38.cap.7.n.1.p.294.
An crimen committens poſsit ordinari poſt peractam pœnitentiam. diſtinct.49. num.6. uſque.9.p.379.
Epiſcopus qui ſciens ordinaverit ſolemniter pœnitentem,qua pœna puniatur.diſt. 50. c. 68.n.1.p.416.
Ordinatus an tangat inſtrumentum ab epiſcopo porrectum.diſt.23.c.15.n.6.p.169.
Ordo ſacerdotalis eſt dignitas.diſt.4.c.6. nu.2. pag.32.
An fuerit ordo ſacer tempore Apoſtolorum. diſt.21.n.2.p.142.
Gradus,& nomina eccleſiaſticorum ordinũ. diſtinctione 21.cap.1.num.3.pag.144.
An poſsit quis eſſe maior in ordine,& minor in adminiſtratione. diſtinctione 21. cap. 2. n.12.p.147.
Epiſcopus cæcus an poſsit ordines miniſtrare.diſt.23.cap.14.n.2 p.167.
Pſalmiſtatus an ſit ordo.diſt.23.cap.20.num.4. pag.172.
Pſalmiſtatus, & quatuor minores ordines, an ſint ſacramenta. diſt.23.cap.20.n.6.p.172.
Vtrum fœminæ ſint capaces ordinationis eccleſiaſticæ.ibidem.n.7.
Non licet exiſtenti in minori ordine miniſtrare in altiori. diſtinctione 23. cap. 28.n.2. pag.178.
Appellatione ſacrorum ordinum an comprehendantur etiam minores. diſt.24.cap. 5.n. 4.pag.183.
Ordines generales debent fieri in civitatibus. ibidem.n.5.
Deſcendentes Sarracenorum,an debeant promoveri.ibidem.n.6.p.183.
Patria ordinandorum eſt inveſtiganda. ibidẽ. num.7.
Ordines minores an conferantur cũ examinatione.diſt.24.c.7.n.6.p.184.
Ordines an ſint novem. diſt.25.cap. 1.num. 1. pag.185.
Ordines ſacri qui dicantur, diſtin.32 .num. 1. pag.235.
Initiati ſacris ordinibus irrite matrimonium contrahunt.diſt.32 c.1.n.1.p.236.
Epiſcopatus an ſit ordo. ibidem.n.2.
Reſcipiens ordines ab excõmunicato,an maneat ſuſpenſus. diſtinctione 32.cap.6.n. 14. pag.241.
Ad ſacros ordines non promoventur,niſi viri probatæ caſtitatis. diſtinct.32.cap. 12.n.1. pag.247.
Conſtituti in minoribus,an peccent, ſi matrimonium contraxerunt. diſt.32. cap.14.n.2. 3.4.& 5. p.249.
Vxoratus promotus ad ordines , an poſsit in illis miniſtrare.ibidem.n.6.
Vxor illius, qui ad ordines eſt promotus , an teneatur caſtitatem ſeruare. ibidem.n. 7.& 8.pag.250.
Dœmoniaci an poſsint ad minores ordines promoveri.diſt.33.c.4.n.4.p.157.
Qui virginem non duxerit uxorem , non debet ad ordines promoveri.diſt.34.cap.9.nu. 3 pag.264.
An omnes ordines conferant gratiam. diſtin. 40.c.4.n.3.pag.302.
An ſit neceſſarius baptiſmus ad hoc ut ordinãdus poſsit ordinari.diſt.40.c.8.n.3.p.306.
An ſi aliquis recipiat ordinem presbyteratus non ſuſceptis inferioribus, ſit vere ordinatus.ibidem.n.4.p.307.

Qui

Qui ſint defectus corporis impedientes ordinum ſuſceptionē.diſt.49.c.1.n.1. & 2.p.386.
Quis poſsit diſpenſare in hoc defectu.ibid.n.3.
Crimina quæ impediunt ordinis executionē. diſt.50.c.34.n.1.p.400.
Rebaptizatus non poteſt ad eccleſiaſticos ordines promoveri.diſt.50.c.65.n.2.p.414.
Quid ſit ordinari ordine prępoſtero.diſt. 52. c. 1.n.2.p.423.
Qui per ſaltum ordinatur, vere characterem recipit.ibidem.n.3.
Quos ſtatus conſiderent Doctores in promoto per ſaltū,ad ſuſpenſionem.ibid. n.5.p.424.
Verum promotus per ſaltum ſit ipſo iure ſuſpenſus.ibidem.n.6.
Promotus per ſaltum non eſt ſuſpenſus ab ordine rite ſuſcepto. ibidem.n.7.
Probabilius eſt promotum per ſaltū eſſe ſuſpenſum ipſo iure ab ordine,quem male ſuſcepit.ibidem.n.8. & 9.
Promotus per ſaltū eſt impeditus ad ſuperiores,& ad reliquos ordines ſuſcipiendos.ibidem.num.10.
Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſic promoto,& in quo caſu.ibidem.n.11.12.13.p.425.
Cum promoto per ſaltum poteſt epiſcopus diſpenſare,ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat,& ut in ordine male ſuſcepto miniſtret,& ad ſuperiores aſcendat quamvis delictum ſit publicum,dummodo talis in male ſuſcepto ordine, vel in prætermiſſo non miniſtraverit ante diſpenſationem. diſt. 52. cap.1.n.11.p.425.
Non poteſt epiſcopus diſpenſare, ubi talis fuit ad miniſtratio,ut irregularitatem induxerit. ibidem.
Quanvis ſic promotus per ſaltum miniſtrēt in ordine male ſuſcepto,vel in derelicto, ſi crimen fuit occultum, ad hoc poterit epiſcopus cum eo diſpenſare, ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat, miniſtret in male ſuſcepto,aſcendat ad ſuperiores.ibidem.n.12.
Epiſcopus poteſt diſpenſare cum miniſtrante publice,& ſcienter ante diſpenſationem in male ſuſcepto ordine,ut prætermiſſum ſuſcipiat,& in male ſuſcepto miniſtret. ibidē. n.13.pag.425.
Ordinatus per ſaltum eſt ipſo iure ſuſpenſus ibidem.n.15.
Ordines prætermiſſi, quo tempore ſuſcipiendi.diſt.52.c.1.n.14.p.425.
Libertas ſervis dari poteſt ſub conditione, ut ordinetur.diſt.54.cap.4.n.1.p 432.
Libertas præſtita ſervo ad ordines intelligitur abſoluta.diſt.54.c.5.n.1.p.433.
Indirecta libertas ſufficit ad ordines. ibidem. num. 3.
Patroni poſſunt retinere obſequium compatibile cum officio clericali.ibid.n.2.
Feudatarij non poſſunt ordinari.diſt.54.cap.7. n.4.pag.434.
Epiſcopus ſervum à ſe ordinatū ſcienter,reddit in duplo.diſt.54.c.19.n.1.p.485.
Ordinati in minoribus non debentur in duplo. ibidem.n.2.
Nec quibus legata eſt, libertas poſt' aliquod tempus,& deeſt modicum.ibid.n.3.
Expectanda eſt iudicis ſententia ad dupli ſoluſionem.ibidem.n.4.
Epiſcopus debet inquirere de moribus, & vita ordinandi.diſt.55.c.1.n.5.p 493.
Illiteratus non debet ordinari. ibidem.n.6.
Nec bigamus.ibidem.n.7.p.494.
Nec corpore vitiatus.ibidem.n.8.
Nec ſervus.ibidem.n.9.
Nec curiæ addictus.ibid.n.10.
Nec obligatus ad rationem.ibid.n.11.
Nec publice pœnitens.ibid.n.12.
Expectanda ſunt interſtitia ad ordinationem. ibidem.n.13.
Epiſcopus ordinans publice pœnitentem, & bigamum,per annū ſuſpenditur à celebratione miſſarum.diſt.55.c.2.n. 1.p.495.
Deſcendentes ex Iudæis an poſsint ordinari. diſt.57.cap.1.n.7.p.526.
Ordinatus invitus non tenetur continere.diſt. 60.c.3.n.2.p.535.
Ordinari poteſt laicus invitus, quando deſunt clerici.ibidem.n.3.
Ordinantes, & ordinati debent eſſe ieiuni. diſt.67.c.1.n.1.p 585.
Regulares non profeſsi egent titulo ad ordines.diſt.70.cap.1.n.1.p.593.
Enumerantur varij tituli ſufficientes ad ordinationem,ante Tridentinū. ibid.n.2.
De iure requiritur titulus ad primam tonſuram,& minores, non de conſuetudine.ibidem.n.3.
Epiſcopo debet conſtare de titulo ordinandi. ibidem.n.4.
Ordinari poteſt quis ad titulum patrimonij ſui, & tale patrimonium debet actualiter poſsideri.ibidem.n.9.p.595.
Verum qui mulices, vel capellæ annuæ, vel grāmatices lectionis ſtipēdio vivunt, queāt ordinari.diſt.70.c.1.n.13.p.595.
Pater tenetur facere patrimonium filio volēti ordinari.ibid.n.14.
Regulares hodie ordinantur ad titulum profeſsionis.diſt.70.c.1.n 46.p.602.
Ordinatus ſine titulo, an maneat ordinatus. diſt.70.cap.2.n.1.p.603.
Ordinatus ſine titulo,an maneat ſuſpēſus.ibid. n.4.uſque.7.
An ſaltem maneat ſuſpenſus ex bulla Xiſti quinti.ibid.n.8 p 604.
Explicatur caput.Cum Nullus,de temporibus ordinat.in 6. diſt.71.n.1.p 608.

An epiſcopus poſsit ordinare alienum ſubditū ſub ratihabitione. diſtinct. 71. cap. 1. nu. 3. pag. 612.
An prima tonſura accipi poſsit ab epiſcopo alieno, ſine proprij licentia. ibidem. num. 1. & 2. pag. 611.
Epiſcopus ordinans alienum ſubditum, quali pœna puniatur. diſt. 71. cap. 2. n. 1. p. 612.
Ordinati in ſacris ab alieno epiſcopo, ſine proprij facultate, ſunt ſuſpenſi. diſt. 71. cap. 3. n. 2 pag. 612.
Ordinatus ab alieno epiſcopo, ſine proprij facultate, non gaudet privilegio fori. ibidem. n. 4 pag 613.
In impetratione beneficij oportet declarare ordinatum eſſe ab alieno. ibid. n. 5.
Ordo eſt ſacramentum voluntatis. diſt. 74. cap. 2. n. 1. pag. 619.
In caſu neceſsitatis compelli poſſunt laici ad ſuſcipiendos ordines. ibidem. n. 2.
Habens beneficiū poteſt cōpelli, ut intra annum ordinetur. ibidem. n. 6.
Ordinati extra tempora an ſint ſuſpenſi. diſt. 75. cap. 3. n. 1. p. 624.
Quo in loco debeant ordines celebrari. ibidē. num. 2.
Ordines quatuor temporibus quare conferātur. diſt. 75. c. 7. n. 2. pag. 626.
Priūs ordinatus an præferatur alijs. ibidem. num. 3.
Ordinationes presbyterorū quādo celebrādæ. diſt. 76. c. 12 n. 1. p. 631.
Infantes ante uſum rationis ordinati in ſacris, vere ordinem recipiunt. diſt. 77. c. 7. nu. 19. pag. 648.
An tales teneātur ad votum caſtitatis, refertur prima ſententia. ibidem. n. 20.
Refertur ſecunda ſententia. ibidem. n. 21.
Quid ſi tales infantes ſint doli capaces. ibidē. num. 22.
Impubes poſt uſum rationis ordinatus, an teneatur continere. ibidem. num. 23. 24. 25. pag. 649.
Quid dicendum in talibus de matrimonio, & obligatione recitandi. ibidem. n. 26.
Ætas ad ad ordines ſacros. ibid. n. 27.
Olim ad epiſcopos petinebat de monachis ordinandis inquirere. diſtin. 77. cap. 8. nu. 1. pag. 650.
Quid ſit dicendum attento concilio Tridentino. ibid n. 2.
Quid attento Concilio 4. Bracharenſi. ibidem. n. 3. & 4.
Religioſi an debeant examinari ab epiſcopis ad ſacros ordines ſuſcipiendos. ibidem. n. 6. 7. 8. 9. pag. 651.
Presbyter olim non poterat ordinari ante trigeſimum annum completū. diſt. 78. cap. 1. n. 1. pag. 653.
Epiſcopus ordinans indignum peccat, ſicut ordinatus. diſt. 78. c. 3. n. 1. p. 654.
Ordinandi ſunt potius pauci digni, quam multi inter quos ſint aliqui indigni. ibidem. num. 2.
Presbyter olim non ordinabatur ante. 30. annos. diſt. 78. c. 4. n. 1. p. 654.
Ordinatus ante legitimam ætatem, quibus pœnis puniatur. ibidem. n. 2. p. 655.
An condemnatus ad mortem fugiens á carcere promoveri poſsit ad ſacros ordines. diſt. 81. c. 1. n. 2. p. 666.
Ordinatus quin præcedat inquiſitio, & exāē, quanvis dignus, eſt deponendus, ſi ſit ignotus. diſt. 81. c. 4. n. 1. p. 668.
Abbates iure olim communi, & nunc ex Tridentino minores ordines conferūt. ibid. n. 5. pag. 832.
De quibus id intelligatur abbatibus, & num de licentia epiſcopi conferat eos ſubditis epiſcoporum. ibid. 6.
Vtrum ſimplex ſacerdos ex delegatione papæ presbyterium conferre poſsit. ibidem. num. 7. & 8.
Probabile eſt poſſe ſimplicem ſacerdotem ex commiſsione ſubdiaconatum impertiri, & diaconatum. ibidem. n. 9. p. 833.
Epiſcopus non poteſt ordinare ſubditum alterius diœceſis abſque litteris dimiſſorijs. diſt. 98. cap. 1. n. 1. p. 865.
Authores qui agunt de pœnis impoſitis epiſcopis tales ordinantibus. ibid. n. 2.
Inveſtiganda eſt patria ordinandorū ad colligendos eorum mores. diſtinctione 98. cap. 3. n. 1. p 866.
Vide, examen, Irregularis, ætas, promotus, domicilium.

Originarius.

Originarij qui ſunt. diſtinct 54. cap. 11. num. 1. pag. 437.
Vtrum ſit differentia inter ſervos, & originarios. diſt. 54. cap. 12. n. 148. pag. 482.

Origeniani.

Origeniani ob quid ſint in ſexta generali ſynodo damnati. in proœm. n. 29.

Origo.

Quicumque retinet patris originem. diſtinct. 10. cap. 7. num. 4. pag. 56.

Ornamentum.

Ornamenta altaris, & ſi benedicta, poſſunt tāgi ab omnibus. diſt. 23. cap. 27. n. 2. p. 177.

Orphanus.

Orphanus.

An cognoſcat Iudex eccleſiaſticus de cauſis orphanorum, cum ſunt diuites. diſt. 87. c. 1. n. 4. & 5. p. 750.

Orpheus.

Nonnulla de Orpheo poeta. diſt. 37. c. 13. n. 2. pag. 287.

Oſtiarius.

Oſtiarius qualiter ordinetur. diſtin. 23. cap. 19. n. 1. p. 171.
De oſtiarijs patres meminere. ibid. n. 2.
Officium oſtiarij quale ſit. ibidem, n. 3.

Otium.

Otium aliud fugiendum, aliud laudabile, & amplectendum. diſt. 88. c. 12. n. 5. pag. 775.

Ovum.

Habens poteſtatem comedendi ova in quadrageſima, poteſt comedere lac, & butyrũ. diſt. 4. c. 6. n. 7. p. 32.
Vtrum poſsit ſimul cum ovis uti piſcibus. ibidem.
Vtrum uti ſanguine poſsit, cui ovorum uſus conceditur. diſt. 82. c. 5. n. 13. p. 702.

P.

Palamedes.

Palamedes primus fuit lator legum Bellicarum. diſt. 1. cap. 3. num. 2. pag. 12.

Pallium.

Archiepiſcopus à quo debeat accipere palliũ. diſt. 21. cap. 1. n. 5. p. 145.
Quid ſit pallium. diſt. 100. n. 1. p. 869.
Quibus proprium indumentum ſit palliũ. ibidem. n. 2.
Forma pallij deſcribitur à Tertulliano. ibidẽ. num. 3.
Chriſtiani pallio utebantur, & an à Iudæis, vel Græcis philoſophis illud acceperint. ibid. n. 4.
Deſijt pallium eſſe peculiaris Chriſtianorum nota, remanſit tamen in monachis. ibidem. n. 5. p. 870.
Qui authores de pallio agunt. ibid. n. 6.
Quid ſit pallium eccleſiaſticum. ibid. n. 7.
Differt pallium eccleſiaſticum à birro, lacerno, ſive palliolo. ibidem. n. 8.
Dicitur etiam pallium, phygium. ibidem. nu. 11. pag. 871.
Quis eccleſiaſticum pallium inſtituit. ibidem, num. 12.
Succeſsit pallium loco rationalis, quo ſummus Sacerdos in veteri lege utebatur. ibidem. num. 13.
Variæ pallij ſignificationes traduntur. ibidem. num. 14.
Ponderatio Baronij ſuper pallium. ibid. n. 15.
Quorum inſigne ſit pallium. diſt. 100. cap. 1. n. 1. pag. 872.
An pallium ſit inſigne epiſcoporum. ibidem, num. 2.
Intra tres menſes debent Archiepiſcopi pallium petere. ibidem. n. 3.
Non datur pallium niſi inſtantiſsime petenti, & quæ forma illud petendi ſit. diſt. 100. cap. 2. n. 1. p. 872.
Traditur forma tradendi pallium. ibidem. n. 2. pag. 873.
Ordo quo illud traditur. ibidem. n. 3.
A ſolo ſummo pontifice pallium petitur. ibid. num. 4.
Quid ſit accipere pallium de corpore Beati Petri. diſt. 100. cap. 3. n. 1. pag. 873.
Quis affert palliũ ad prælatum electum. ibid. num. 2.
De materia pallij, quis illud conficit. diſt. 100. cap. 4. n. 1. p. 874.
Qua parte corporis ſuper induitur. ibid. n. 2.
Non poteſt pallium accipi abſque iuramento, præſtito à prælato. diſtinct. 100. cap. 5. nu. 1. pag. 874.
In quibus locis Archiepiſcopus utatur pallio. diſt. 100. cap. 6. n. 1. p. 874.
Papa ubique pallio uti poteſt. ibid. n. 2.
An in pallio Archiepiſcopi contineatur plenitudo pontificalis officij. diſt. 100. cap. 7. n. 1. pag. 874.
Vtrum Archiepiſcopus exercens ea, quæ proveniunt ex pallio, abſque illo, valida ſint. ibidem. n. 2. pag. 875.
Non poteſt Archiepiſcopus extra eccleſiam pallio uti. diſt. 100. c. 8. n. 1. pag. 875.
Archiepiſcopus cum ſuo pallio debet ſepeliri. diſt. 100. c. 10. n. 1. pag. 875.
Vtrum Archiepiſcopus ſecundo rediens ad eſidem Archiepiſcopatũ, novo pallio egeat, ibidem. n. 2. & 3. p. 876.
Vtrum Archiepiſcopus, qui renuntiavit, ſi iterum eligatur, egeat novo pallio. ibidem. n. 4. pag. 877.
Quid ſi pallium igne cõburatur, vel fuerit furatum. ibidem. n. 5.
Quæ obligatio proveniat ex pallio. diſt. 100. c. 9. n. 1. p. 875.
Pallij uſus eſt privilegium perſonæ inhærens, ibidem. n. 2.

Quam iuriſdictionem tribuit Archiepiſcopo pallium.diſt.100.cap.11.num.1.p.877.

Pannonia.

Pannonia eſt quaſi compendium decreti Iuonis. in prozm.num.46.pag.7.

Papa.

Papa non debet epiſcopatum dividere.diſt.10. c.1.n.5.p.51.
Papa an habeat iuriſdictionem temporalem. diſt.10.c.8 n.1.p.56.
Eſt judex ubi lis oritur inter principes. ibidē. num. 2.
In temporalibus an appelletur ad papam.diſt. 10.c.8 n.4.p.56.
Papa olim ſe nominabat in numero ſingulari.diſt.22.c.4.n.2.p.154.
Papa removet patriarcham.diſt.22. cap.7.n.2. pag.155.
Papa beatiſsimus vocatur. diſtinctione 23.cap. 1.n.5.p.156.
Papa ante coronationem eſt verus pontifex. diſt.23.c.1.n.8.p.156.
Electus in papam per ſeditionem, non debet recipi.ibidem.n.9.
Papa hæreticus an ipſo facto cadat à papatu. diſt 40.c.6.n.11.p.305.
An papa poſsit ſtatuere contra canones Apoſtolorum.diſt.47.cap.1.n.2.p.368.
Si papa committat crimen notorium, & ſcandalizatur eccleſia per factum eius, an poſsit accuſari. diſt.40.cap.6.n.12.p.305.
Verus pontifex, niſi in perpetuam incidat amentiam,quanvis multis alijs criminibus, & calamitatibus impediatur, ne poſsit eccleſiam commode gubernare, nequit dignitate ſua privari. ibid.n.13.
An papa poſsit accuſari de hæreſi occulta. ibidem.n.14.& 15.
Non poteſt papa legem conderere,quod ipſe non poſsit de hæreſi accuſari,vel alius quiſpiam pontifex.ibidem n.16.p.306.
Papa olim de ſe loquendo utebatur verbis ſingularis numeri. diſtinct.50.cap. 58. num.2. pag 411.
Exceptio nulla admittitur contra electum in papam.diſt.79.c.1.n.1,p.655.
Papa non poteſt eſſe hæreticus, furioſus, neq; per ſimoniam electus.ibid.n.2.p.656.
Conventicula faciens de papatu, committit crimē læſæ maieſtatis.diſt.79.c.2.n.1.p.656,
Vtrum papa ſit eligendus de cœtu Cardinaliū. diſt.79 c.3.n.1.p.657.
Doctores qui de quæſtione controverterunt. ibidem. n.2.
Papa propter Simoniam, an poſsit iudicari. diſtinctione 79. cap. 9.num.2.pag.659.
Papa an poſsit ſibi eligere ſucceſſorem.diſtin. 79.c.10.n.1.p.660.
Electio pontificis quomodo ſit facienda. diſt. 79.c.11.n.2.p.660.
Ad requiratur populi,& imperatoris conſenſus: & totum eligendi ius eſſe penes Cardinales.ibidem.n.3.p.661.
An quos pertineat papæ electio,ſi vacāte ſede, moriantvr Cardinales.ibid.n 4.
Vtrum papa habeat poteſtatem in temporalibus, extra terras patrimonij eccleſiæ. diſt. 96.c.6.n.2.p.845.
Summus pontifex leges temporales extra terras patrimonij condere nequit,ibidem.n.4.
Vide, Pontifex.

Paphnutius.

Paphnutius quis fuit.diſt. 31.c.12.n.1.p.130.

Paralyticus.

Paralytici quomodo poſsint miniſterium divinum exercere.diſt.33.cap.5.n.3.p.157.
Vide, Irregularis.

Paranimpha.

Paranimphæ quæ dicantur. diſtinctione 23. cap. 33.num.3. pag.180.

Parens.

Parentes an poſsint religionem ingredi prætermiſſa cura filiorum. diſt.30.cap. 14. n.4. pag.220.
Educatio liberorum eſt de iure naturali. ibidem.2.
In quibus conſiſtat honor parentibus debitus. diſt 86.cap.20.n.1.pag.742.
Vtrum præfendus ſit pater eccleſiæ. ibidem. num.3.
Vtrum pro communi neceſsitate parentum, diffendus ingreſſus religionis. diſt.86.c.21. n.2.pag.743.
Quid dicendum pro gravi neceſsitate.ibidem. num.3.
Quid de parentibus pro filijs. ibidem. num. 4.& 5.
Vide, Pater, & filius.

Parochus.

Promoti ad eccleſias parochiales debent eſſe in ſacris. diſtinctione 18. cap. 3. numer.3 pag.101.
Parochus an poſsit ab eccleſia abeſſe. diſt. 70. c.2.n.23.pag.606.

Cauſæ

Cauſæ propter quas parochus nõ tenetur reſidere. diſt. 74. c. 6. n. 1. p. 621.
Ille qui eſt alligatus curæ alterius eccleſiæ parochialis, poteſt ad aliam eligi. diſt. 61. c. 10. n. 8. pag. 544.
Clericus alienæ diœceſis non eſt eligibilis, ſi idoneus detur in propria. ibidem. nu. 9.

Partus.

Partus Virginis fuit puriſsimus. diſt. 5. c. 1. n. 2. pag. 34.

Par.

Par in parem an, & quomodo habeant imperium. diſt. 65. c. 9. num. 2. pag. 583.

Pars.

Appellatione partis comprehenditur Pars dimidia. diſt. 28. cap. 4. n. 5. p. 102.
Conſuetudo, vel ſtatutum, ut maiori parte nõ ſtetur, non valet. diſtinctione 79. c. 10, n. 2. pag. 660.
Maior pars non poteſt innovare in præiudicium aliorum. ibidem. n. 3.
Maior pars, imo tota pars non poteſt ſtatuere aliquid contra ius. ibidem. n. 4.

Paſcha.

Aſiani epiſcopi Iudaico ritu paſcha celebrabant. diſt. 15. cap. 1. n. 10. pag. 77.

Paſtor.

Qui per ſe ducit oves ad paſcua, vere dicitur paſtor. diſt. 83. c. 6. num. 2. pag. 710.

Pater.

Peccat pater, qui negligit filios alere. diſt. 30. c. 14. n. 1. p. 220.
An pater poſsit petere eleemoſynã iure actionis. diſt. 50. c. 28. n. 3. pag. 394.
Pater, & filius, an, & quando cenſeatur una, & eadem perſona. diſtinctione 63. cap. 33. n. 3. pag. 572.
Peccat graviter filius, qui patri graviter egenti non ſuccurrit. diſtinctione 86. cap. 14. nu. 3. pag. 735.
An ſubvenjendum ſit patri hæretico. ibidem. num. 5.
Vide, parens.

Patria.

Patria an nobiliter. diſtinct. 40. cap. 3. num. 4. pag. 302.
Propter patriam præſumitur quis bonus, vel malus. diſt. 24. c. 5. n. 11. pag. 183.
Patria ordinandorum eſt inveſtiganda. ibidem. num. 7.

Patriarchæ.

Plura de patriarchis traduntur. diſt. 22. cap. 6. n. 1. pag. 154.
Papa removet patriarcham. diſt. 22. cap. 7. n. 2. pag. 155.
Patriarchæ Conſtantinopolitani contenderũt cum papa de primatu ſedis. diſt. 65. cap. 6. n. 4. pag. 582.
Patriarchæ, & Primates, an ſit idem. diſt. 80. cap. 1. n. 3. pag. 662.
Patriarcha eſt nomen græcũ ſignificans principem patrum, & an differat a Primate. diſt. 99. cap. 1. n. 4. pag. 867.
Quatuor patriarchæ præcipui numerãtur. diſt. 22. cap. 7. n. 3. pag. 155.
Patriarchæ tenentur venire ad Concilĩu. diſt. 16. cap. 6. num. 1. pag. 108.

Patrimonium.

Ordinari poteſt quis ad titulum patrimonij ſui, & tale patrimonium debet actualiter poſsideri. diſt. 70. c. 1. n. 10 p. 595.
Patrimonium debet cõſiſtere in rebus immobilibus, & fructiferis. ibidem. n. 11.
Quale dicatur patrimonium ſufficiens. ibid. num. 12.
Pater tenetur facere patrimonium filio volẽti ordinari. ibidem. 14.
Donatio patrimonij facta filio eſt irrevocabilis. ibidem. n. 15. p. 596.
Patrimonium excedens vires legitimæ, & tertiæ donantis deducendum eſt, quo ad exceſſum ad collationem. ibidem. n. 16.
Vtrum ſatisfaciat Trident. per retentionem patrimonij ſine uſufructu. ibidem. num. 17. pag. 596.
Patrimonium alienari nõ poteſt, poſt ordinationem. ibidem. n. 18.
Vtrum alienatio patrimonij ſine requiſitis in Tridentino, ſit valida. ibid. 19.
Redonatio patrimonij facti ſub ea condĩtione ſi fiat ante ordinationem, valet, poſtea vero minime. ibidem. n. 20. p. 597.
Pactum inter donantem patrimonium, & donatarium de redonatione poſt obtenta alia ſuſtentatione, validum eſt. ibid. n. 21.
Patrimonium fictum debet domino reſtitui, & uſus fructus illius. ibid. n. 22.
Quæ pœna ſit deprehenſis in fraude patrimonij. ibidem. n. 23.
Vtrum qui muſices, & capellæ annuæ, vel grãmatices lectionis ſtipendio vivunt, quæ ant ordinari. diſt. 70. c. 1. n. 13 p. 595.

Pacta inter donantem ficte patrimonium, & donatarium, non ſunt ſimoniaca. ibidem. n.24. pag.597.
Vtrum de licentia epiſcopi alienare poſsit patrimonium ordinatus, quin habeat unde viuat.ibidem.n.25.
Vtrum ſit neceſſaria licentia epiſcopi, ſi clericus habeat unde viuat.ibidem.n.26.

Patronus.

Patronus laicus non legatur, quando exprimitur eccleſiaſticus. diſtinct.25 cap.4. num.8. pag.190.
Patroni poſſunt retinere obſequium compatibile cum officio clericali.diſt. 54 cap.5.n. 2.pag.433.
Patroni debent præſentare illos, qui maioribus iuvantur meritis. diſtinctione 63.cap.36.n. 3.pag.575.
Vide, Diſponens.

Paulus.

Paulus quomodo fuit civis Romanus. diſt.10. cap.7.n.3.p.55.
Congregatio D.Pauli primi Eremitæ, quã appellamus montis Oſſæ.diſt.54.c.12.n. 40. p. 453.

Pauper.

Apagem,& convivia, quæ pauperibus exhibentur,dilectio,& charitas appellãtur. diſt. 42.c.3.n.1.p.317.
Magis delinquit,qui aufert, quam qui non dat pauperi.diſt.47.c.8.n.9.p.374.
Vtrum ſit peccatum delitioſa pauperibus largiri.diſt.25.c.3.n.4 p.188.
Quæ differentia ſit inter pauperem, egenum, & inſopem.diſt.87.c.4.n.2. pag.754.
Plura ſunt commoda, & privilegia paupertatis.ibidem.n.3.
In eligendis pauperibus diſcrimen faciendũ. diſt.82.n.1.p.690.
An dicatur pauper, qui divites parẽtes habet. ibidem.n.2.
An is relictum pauperibus legatum accipere poſsit.ibidem.n.3.
An epiſcopus debeat providere non potentibus laborare.diſt.82.c.1.n.1.p.691.
An liceat erogare Eleemoſynam amplectentibus mendicitatem.ibidem.n.2.
An licite prohibeantur pauperes, ne extra patriam peregrinentur.ibidem.n.3.
Vtrum ſit in præcepto retinere bona, ut pauperibus diſtribuantur. diſtin.86.cap.15.n.2. pag.736.
Vtrum qui privatam viuunt vitam, pauperiem ſervare debeant, aut teneantur.ibidem.numer. 3.
An opitulari liceat eis, qui vitio ſuo paupertate laborant.diſt.86.cap.17.n.4 p.739.
Vide, Eleemoſyna.

Paupertas.

Vtrum paupertas ſit neceſſaria ad ſalutẽ æternam.diſt.86.cap.15.n.1.p.735.
Vtrum paupertatis votum fuerit in lege veteri.ibidem.n.5.p.736.
Vide Pauper.

Pax.

Sacerdotes debent monere reduci ad pacem eos, qui in odio diuturno perſiſtunt.diſt.90. cap.9.n.1.p.792.
Vtrum iudex poſsit partes litigantes ad concordiam cogere.ibidem. n.2.p.793.
Princeps poteſt ſubditos ſuos ad pacem cogere.ibidem.n.11.p.794.
Summus Pontifex poteſt duos principes diſcordantes ad pacem compellere. ibidem. num.12.
Magiſtratus cuius officio incumbit bonũ publicum,& pacificus reipublicæ ſtatus, poteſt ſubditos ad pacem cogere.ibidem.n.13.
Vide, Diſcordia.& Iudex.

Peccare.

Vir quando peccet cognoſcendo uxorẽ. diſt. 25.c.3.n.20.p.189.
Qui invitus peccat, mitius punitur.diſt.50.cap. 32.n.2.p.397.
Peccans ex contemptu, peccat in ſpiritum ſanctum.diſt.25.c.4.n.9.p.190.
Quando ex contemptu quis peccet.diſt. 81. c. 5.n.2.p.668.
Quando peccans ex contemptu debeat deponi.ibidem.n.3.p.669.
Propter ſuſpicionem magis damnatur occulte peccãs, quam palam.diſt.81.c.20.n.2. p.676.

Peccator.

Peccator an poſsit ob devotionem abſtinere ab ingreſſu eccleſiæ.diſt.5.c.2.n.3.p.35.
Peccator poteſt revelari iudici diſt.13 cap.2.n. 6.pag.73.
Peccatores nonorij an debeant excludi à cõmunione hominum. diſt.45.c.16.n.1.p.356.
Ex uno peccatore polluuntur alij.diſt.45.c.7. n.5.pag.357.
Vide.Peccare,& Peccatum.

Peccatum.

Peccata quæ cogitatione, delectatione,& conſenſu perpetrantur.diſt.6.c.2.n.1.& 2.p.38.

Quando

Quando ſit peccatum nocturnis imaginibus illudi. diſt. 6. cap. 3. n. 1. p. 39.
An quis poſsit committere peccatum veniale, ne alius incidat in mortale. diſt. 14. cap. 1. n. 4. p. 74.
Nullum eſt peccatum adeo graue, nec tanta multitudo peccatorum, quæ nō poſsint per veram pœnitentiam deleri in hac vita. diſt. 25. c. 4. n. 10. p. 190.
Quod nam ſit peccatum in ſpiritum ſanctum. ibidem.
Iuſti in levia peccata cadunt. diſt. 25. cap. 3. n. 2. pag. 187.
Ignoranter agenti parcitur. ibidem. n. 3.
Veniale peccatum an poſsit eſſe mortale. ibidem. n. 4.
Peccatum veniale triplex, quomodo deleatur, & an pœna perpetua poſt hanc vitam plectatur. diſt. 25. c. 3. n. 5. p. 187.
Peccata venialia numerat Gratianus. ibidem. n. 11. pag. 188.
Crimina capitalia numerat Gratianus. diſt. 25. cap. 3. n. 6. p. 187.
Aſsiduitas in criminibus magis punitur. ibid. n. 17. pag. 188.
Peccata quæ poſt vitam purgantur. diſt. 25. c. 4. n. 2. p. 189.
An grauius reputetur peccatum, & delictum commiſſum ab eo, qui eſt cōſtitutus in dignitate. diſt. 40. cap. 5. n. 1. pag. 302.
An omne peccatum mortale dejciat iam promotum. diſt. 47. c. 1. n. 3. 4. & 5. p. 368.
Grauius nocet ſacerdotis, quam laici peccatū. diſt. 83. c. 2. n. 1. p. 705.
Polluitur, qui peccatum ſinit. diſt. 83. c. 4. n. 1. pag. 708.
Quid peccet iudex, aut prælatus ratione muneris. diſt. 86. c. 1. n. 1. p. 725.
Aliorum peccata referuntur in diſsimulantes præſides. ibidem. n. 2.
Peccata ſacerdotum quantum fieri poſsit, debent occultari. diſtinctione 96. c. 8. num. 1. pag. 847.
Vide, Peccare, Peccator, Promotus.

Pecunia.

Conſuetudo pecunias ſpargendi eſt damnata. diſt. 12. c. 9. n. 2. p. 69.
Amor inordinatus pecuniæ qualis. diſt. 23. cap. 3. n. 2. p. 159.
Pecuniæ nomen varie accipitur. diſt. 83. c. 11. n. 8. pag. 773.
Vſus pecuniæ duplex. ibidem. n. 9.
An liceat locare pecuniam, pro locatione aliquod intereſſe recipiendo. ibidem. n. 10.

Pelagius.

Pelagius Pontifex primus quis fuerit. diſt. 18. cap. 13. n. 1. p. 207.
Pelagius Pontifex ſecundus quis fuerit. diſtin. 17. cap. 5. num. 1. pag. 121.

Pellex.

Pellex apud antiquos quæ ſit. diſt. 33. c. 6. nu. 4. pag. 258.

Penitus.

Dictio, Penitus quid ſignificet. diſt. 71. c. 7. n. 2. pag. 615.

Pentecoſtes.

Pentecoſte unde dicatur. diſt. 76. c. 8. n. 3. p. 630.

Per.

Dictio, Per, quid ſignificet. diſt. 35. cap. 8. n. 3. pag. 276.

Percuſſor.

Quod etiam datus percuſſor ſpiritualis, quemadmodum corporalis. diſtinctione 45. cap. ult. n. 1. p. 358.
Percutiens clericum degradatum, an maneat excōmunicatus. diſt. 50. cap. 10. n. 4. p. 386.

Peregrinatio.

Peregrinationes ſunt licitæ, & religioſæ. diſtin. 44. c. 4. n. 3. p. 332.
Vide, Peregrinus.

Peregrinus.

Peregrinis ratione peregrinationis multa conceduntur. diſtinctione 44. c. 4. num. 1. & 2. pag. 332.
Peregrini an obligentur legibus loci, in quo verſantur. diſt. 11. c. 7. n. 2. p. 62.
Peregrini ligantur ſtatutis loci. diſt. 8. cap. 2. n. 2. pag. 42.
Si condunt teſtamentum, debent ſeruare formam loci. ibidem. n. 3.
Peregrini ſunt ſub tutela, & cura epiſcopi. diſt. 88. c. 7. n. 2. p. 769.
Peregrini non debent facile admitti ad ſacramenta miniſtranda. diſt. 71. c. 9. n. 1. p. 615.

Perfectus

Exiſtimans ſe perfectum, non ſequitur quod ſit perfectus. diſt. 30. cap. 9. n. 2. p. 218.

Peritus.

Peritia requiritur in ſacerdotibus. diſt. 39. nu. 1. pag. 299.

Patres periti an debeant adhiberi, an ſufficiat unus. diſt. 65. cap. 9. num. 1. pag. 583.

Periurium.

Periurium an ſit maius peccatum homicidio. diſt. 13. cap. 1. n. 4. pag. 72.
Vide iuramentum.

Permiſsio.

Permiſsione unius contrarij, an aliud cenſeatur prohibitum. diſt. 1. n. 11. p. 9.
Vitium quod non tollitur ſine periculo, debet permitti. diſt. 4. cap. 6. n. 5. p. 32.
Quod ſuperior permittit, non approbat. ibid. n. 12. pag. 33.
Multa permittuntur ad alia evitanda. diſt. 10. cap. 1. n. 7. p. 25.
Multa permittuntur, quæ vitio carent. diſt. 13. cap. 2. n. 5. p. 73.
Permiſſum aliquid, ſi non fiat, non conſtituit tranſgreſſorem. diſt. 76. c. 10. n. 2. p. 630.
Permiſsio peccati aliquando licet, & ibi de eo, qui clericum non defendit. diſtinctione 83. cap. 3. num. 4. pag. 708.

Perſona.

An apud Deum detur acceptio perſonarum. diſt. 40. c. 4. n. 1. p. 302.
An in ſpiritualibus detur acceptio perſonarū. diſt. 61. cap. 16. n. 2. p. 546.
Induſtria perſonæ quando cenſeatur electa. diſt. 61. cap. 17. num. 1. pag. 547.

Petrus.

Divus Petrus divi Iacobi diſcipulus, & Hiſpaniarum Primas, quo tempore Bracharenſibus Chriſti fidem prædicaverit. diſt. 1. c. 1. n. 5. pag. 10.
D. Petrus an digne reprehenſus fuerit à Divo Paulo de ſimulatione, quam fecit. diſt. 8. c. 6. n. 3. pag. 44.
An peccaverit in illa ſimulatione ſaltem venialiter. ibid. n. 4.
Petrus accepit primatum à Chriſto. diſt. 21. c. 2. n. 4. p. 146.
In potestate Apoſtolis præfuit. ibidem. num. 6. pag. 147.
Petrus à quo fuit electus. ibidem. n. 7.
Petrus epiſcopus Ravennæ noſcitur. diſtinctione 96. cap. 1. num. 27. pag. 842.

Philacteria.

Philacteria quid eſſent. diſtinct. 15. cap. 3. n. 111. pag. 103.

Philoſophus.

Philoſophi ſunt legendi ad paganorum vanitatem revincendam. in præm. n. 23. p. 5.
Philoſophorum omnium conſenſio certam fidem facit philoſophici dogmatis. ibid.

Photius.

Photius hoſtis Pontificū. diſt. 20. c. 2. n. 2. p. 141.

Phrygium.

Phrygium eſt indumentum regium auro in textum, & unde dirivetur. diſtinctione 96. cap. 14. num. 3. pag. 862.

Pietas.

Pietas idem eſt quod ſanctimonia. diſtinctione 10. cap. 2. num. 4. pag. 53.

Pigmæus.

Pigmæi ſunt irregulares. diſt. 55. n. 5. p. 493.

Piſcatio.

Quare piſcatio, non venatio, liceat clericis. diſtinct. 86. cap. 11. num. 1. pag. 732.

Pius.

Pius pontifex quis fuerit. diſtinct. 33. cap. 3. n. 1. pag. 256.

Plebeſcita.

Plebeſcita dicebantur ea leges, quas nō populus univerſus, ſed plebs tantum conſtituiſſet. diſt. 1. c. 2. n. 1. p. 20.
Quod diſcrimen fuerit inter leges, & plebeſcita. ibidem.
Plebeſcita quando ortum habuerunt. ibidem. num. 2.

Plebs.

Plebs non debet iam electioni intereſſe. diſt. 63. c. 26. n. 1 p. 369.
Plebs eſt collectio ignobilium, & quæ perſonæ ſub plebe contineantur. ibidem. num. 2. pag. 369.
An hodie plebs poſsit condere ſtatuta. diſtin. 2. c. 2. n. 3 p. 21.
Quot homines plebem faciant. ibidem.
Quid à plebe populus differat. ibidem. num. 1. pag. 20.
Vide, populus.

Plenarium.

Plenarium dicitur, quod adiectione non indiget. dist. 96. cap. 1. n. 8. pag. 839.

Plerunque.

Dictio. Plerunque, quid significet. distinctione 81. cap. 9. num. 3. pag. 670.

Pœna.

Pœna capitalis an sit pœna mortis. dist. 3. cap. 4. n. 5. pag. 26.
Non debet quis duplici pœna puniri. dist. 5. c. 2. n. 4. p. 35.
Pœna quando imponitur ipso iure. dist. 23. cap. 23. n. 5. p. 175.
Iudex potest minuere pœnam. dist. 27. c. 3. n. 3. pag. 196.
In primitiva ecclesia certis criminibus certa pœna præscribebatur. distinct. 50. c. 41. num. 1. pag. 404.
Nobiles in pœnis corporalibus mitius puniuntur. dist. 41. c. 3. n. 5. p. 311.
Quod pœnæ possint commutari. dist. 41. c. 3. n. 6. pag. 312.
Numerantur septem causæ ad commutandas pœnas. ibidem.
In pœnis non datur optio reo, sed iudici. dist. 34. c. 7. n. 5. p. 263.
Pœna minui debet, quando multudo delinquit. dist. 44. cap. 1. n. 5. p. 330.
Limitatur, nisi multitudo defenderet delictũ. ibidem.
Item nisi delictum esset maximum. ibid.
Item nisi esset multitudo religiosorum. ibid.
Nisi esset delictum non commissum, sed committendum. ibidem.
Nisi cessaret scandalum. ibidem.
Nisi loquatur in pœna æterna. ibidem.
Nisi in multitudine esset aliqui principaliores, tunc enim in his casibus, illis non parcitur. ibidem.
Pœna statim debet executioni mandari, & quãdo possit differri. distinct. 65. cap. 4. num. 3. pag. 581.
Pœna cap. episcopus, incurritur ipso facto. dist. 74. cap. 1. n. 6. p. 619.
De crimine, & pœna eorum, qui limites evellunt. dist. 86. c. 24. n. 5. p. 746.
Nonnumquam propter senectutem pœna mitigatur. ibidem. n. 6.
Vtrum per simplicitatem, & rusticitatem excusetur aliquis à culpa, & à pœna. ibidem. num. 7.
Propter scandalum minuitur, aut remittitur omnino pœna delinquenti. dist. 92. cap. 4. n. 8. pag. 804.
Vide, Punire.

Pœnitens.

Pœnitens peracta pœnitentia dicitur dispensatus. dist. 50. cap. 12. n. 2. p. 387.
Deus quare dicatur plus gaudere de pœnitente, quam de innocente. distinct. 50. c. 16. n. 1. pag. 388.
Pœnitens potest ad maiora promoveri. distin. 50. c. 17. n. 1. p. 389.
Publice pœnitentes ab ordinibus excludũtur. dist. 50. c. 60. n. 1. p. 412.
Vtrum pœnitens delicti debeat puniri. distin. 86. cap. 2. n. 3. pag. 726.
Vide pœnitentia.

Pœnitentia.

Vtrum detur peccatum adeo grave, quod per pœnitentiã in hac vita remitti nequeat. dist. 25. c. 4. n. 100. p. 190.
Pœnitentia sacramentum quid requirat. dist. 23. c. 2. n. 12 p. 158.
An pœnitentia nomẽtanea sufficiat pro peccatis multorum annorum. dist. 47. cap. 3. n. 2. pag. 370.
Episcopus an possit mutare pœnitentiam à papa impositam. distinct. 50. cap. 10. num. 1. pag. 385.
Lapsi post ordinem, habita condigna pœnitẽtia, sunt restituendi. distt. 50. cap. 13. num. 5. pag. 387.
Solemnis pœnitentia non debet iterari, & an possit imponi mulieribus, aut clericis. dist. 50. c. 62. n. 1. p. 413.
Pœnitentia solemnis potest mulieribus imponi. dist. 50. c. 63. n. 3. p. 414.
Quæ servanda sint in solemni pœnitẽtia. dist. 50. c. 64. n. 1. p. 414.
Aliquando certus habitus assignatur. ibidem. num. 2.
Solemnis pœnitentia non imponitur clericus. dist. 50. c. 65. n. 1. p. 414.
Qui solemnem egerit pœnitentiam, irregularis est. dist. 50. cap. 66. n. 1. p. 415.
Verba, septem annos pœniteat, quomodo intelligantur. distinctione 50. cap. 41. num. 3. pag. 404.
Pœnitentia delet peccata. dist. 5. cap. 4. num. 1. pag. 512.
Pœnitentiæ non imponendæ regula. dist. 82. c. 5. n. 8. p. 701.
Pœnitentiæ imponendæ regula. ibid. n. 9.
Vtrum privatio communionis possit inferri in pœnam satisfactoriam. ibid. n. 10.
Vtrum confessarius teneatur semper pœnitentias imponere, & pœnitens acceptare. ibidẽ. n. 11. pag. 702.
Vide, Pœnitens.

Poeta.

Poetæ poſſunt allegari. in proœm. numer. 25. pag. 5.
Poetarum figmenta incitant mentes ad vitia. diſt. 37. cap. 15. num. 1. pag. 288.

Pollutio.

Pollutio nocturna, quæ accidit ex ſuperfluitate, vel infirmitate, non eſt timenda, nec impedit ſuſceptionem Euchariſtiæ. diſtin. 6. c. 1. n. 2. pag. 37.
Poteſt eſſe peccatum veniale. ibidem. n. 3.
Aliquando eſt peccatum mortale. ibid. n. 4.
An propter illam debeat ſacerdos à miſſa abſtinere. ibid. n. 5. & 6.
An pollutio poſsit deſiderari in ſomno. diſt. 6. cap. 1. num. 8. pag. 38.

Pontifex.

Pontifex apppellatur epiſcopus Romæ. diſt. 4. cap. 4. n. 2. pag. 30.
Pontifex non ſubijcitur ſententiæ Concilij. diſt. 21. c. 7. n. 5. p. 150.
Summus pontifex an habeat poteſtatem ſecularem. diſt. 23. c. 1. n. 4. p. 152.
Pontifex poteſt detrahere uni eccleſiæ, & dare alteri. diſt. 22. c. 1. n. 7. p. 152.
Pontifex an poſsit ſucceſſorem eligere. diſtin. 23. c. 1. n. 2. p. 155.
An poſsit ſummus pontifex ab alio iudicari. diſt. 40. c. 6. n. 1. p. 303.
Quis ſit iudex competens caſu, quo poſsit iudicari. ibidem. n. 2. p. 304.
An caſu, quo poſsit iudicari, ſufficiat quod crimen ſit manifeſtum, an neceſſarium ſit, quod ſit notorium. diſt. 40. c. 6. n. 3. p. 304.
An poſsit ſummus pontifex deponere reges, & imperatores, & an ſit univerſalis iudex. diſt. 40. cap. 6. n. 4. pag. 304.
Pontifex an poſsit errare in definiendis rebus fidei. diſt. 40. cap. 6. n. 6. 7. 8. 9. p. 304.
Summus pontifex definiens ea, quæ ad fidem pertinent, nullo modo errare poteſt. ibidē. num. 6.
Pontifex aſſertive de moribus definiendo, neq; in rebus neceſſarijs ad ſalutem, errare, aut deficere poteſt. ibidem. n. 7.
Pontifex ſequendo hiſtorias, & hominum teſtimonia in iudicijs ferendis litigioſis, & in notitia facti, & geſtorum humanorum, & in alijs factis, & diſpoſitionibus, vel ſtatutis non continentibus regulam fidei, vel morū omnibus fidelibus tenendam, iudicando, & definiendo, errare poteſt. ibidem. n. 8.
An ſi imponatur pontifici, quod ſit hæreticus, & ille negat, poſsit admitti probatio opponentis, & à quo iudicetur. diſt. 40. cap. 6. n. 10. pag. 305.
Pontifex habet ſupremam poteſtatem. diſt. 50. cap. 54. n. 2. pag. 409.
Summus pontifex poteſt duos principes diſcordantes ad pacem cogere. diſt. 90. cap. 9. n. 12. pag. 794.
Summus pontifex à nemine poteſt iudicari. diſt. 96. cap. 7. n. 2. pag. 846.
Vide, Papa, & Concilium.

Pontificalia.

Quæ veniant nomine pontificalium. diſtin. 92. cap. 4. n. 6. p. 804.
Inſignia pontificalia quæ ſint, ibidem. n. 7.

Populus.

An appellatione populi comprehendantur ſenatores. diſt. 45. c. 17. n. 1. p. 356.
Vanæ voces populi non ſunt audiendæ. diſtinctione 62. cap. 2. num. 1. pag. 550.

Poſſeſsio.

An epiſcopi poſsint hodie habere magnas poſſeſsiones. diſt. 41. c. 7. n. 3. & 4. pag. 313.
An liceat alicui rem quaſi propriam poſsidere. diſt. 47. c. 8. n. 5. p. 377.
Dicitur eſſe alicuius id, quod reputatur ſuum. diſt. 16. cap. 3. n. 4. p. 107.
Quæ ſit poſſeſsio in corporalium. diſt. 84. c. 5. n. 5 p. 718.

Poſt.

Dictio, Poſt, quid denotet. diſtin. 24. c. 7. num. 4. pag. 184.

Poſtea.

Dictio, Poſtea, quid ſignificet. diſtinctione 81. cap. 4. num. 2. pag. 668.

Poſtulatio.

Poſtulare quid ſit. diſtinct. 61. cap. 10. num 1. pag. 543.
Poſtulatio quod ius tribuat poſtulato. ibidem.
Differentia inter electionem, & poſtulationē, ibidem. n. 5.

Poteſtas.

Poteſtas eccleſiaſtica unica eſt. diſt. 20. num. 3. pag. 139.
Id ſolum poſſumus, quod licite facere poſſumus. diſt. 87. c. 1. n. 2. pag. 750.
Omnis poteſtas tam ſpiritualis, quam corporalis à Deo emanavit, ſed diverſimode cōmunicatur inferioribus. diſt. 96. cap. 1. nu. 3. & 4. pag. 837.

Poteſtas ſæcularis longe diſtat ab eccleſiaſtica. diſt.96.cap.6.fi.1.p.844.
Poteſtas eccleſiaſtica, nec poteſt ligari, nec abſolui á ſæculari. diſtinctione 96.cap.7.nu.1. pag. 846.
Duplex eſt poteſtas alia ſpiritualis, alia temporalis, quę iuxta diverſos fines ſpecificantur. diſt.96.cap.10.n.2.pag.848.

Pragmatica.

Pragmatica quid ſit. diſt.101.c.1.n.2.p.878.

Præceptum.

Præceptum humanum obligare poteſt cum periculo vitæ, ſed regulariter leges humanæ hoc non intendunt. diſt.4.cap.1.n.10.p.29.
Præcepta moralia veteris legis an expiraverint. diſt.6.c.3.n.3.p.39.
Diſtinctio præceptorum veteris legis. ibidem n.4.pag.40.
Præceptis Apoſtolicis non eſt reſiſtendũ. diſt. 12.c.2. n.2.p.65.
Trangrediens præcepta pontificis an dicatur hæreticus. diſt.19.cap.5.n.5.p.135.
Sine peccato exercetur, quod fit de præcepto. diſt.26.cap.3.num.5.pag.194.

Preces.

An precibus importunis acquiſita, ſint obnoxia reſtitutioni. diſt.83.c.1.n.6.p.705.

Præda.

Pręda belli quomodo dividenda. diſt.1.c.10.n. 2.pag.18.
Res immobiles principi acquiruntur. ibidem. num.3.
Principis portio eſt quinta pars. ibidem.

Præcipitans.

Præcipitans ſe ex muro, vel turri, quando peccet. diſt.13.cap.2.num.7.pag.73.

Præcipue.

Quid importet dictio, Præcipue, ſeu præſertim. diſt.47.cap.6.num.1. pag.372.

Prædicare.

Perſonæ quæ prædicare poſſunt. diſt.19.c.8. n. 6.pag.137.
Laicus an poſsit prędicare. diſt.23.cap. 29.nu.3. pag.178.
Non debet prædicari in domibus privatis. diſtinctione 30.cap.11.nu.1.pag.119.
Prælati, & prædicatores non debent ceſſare ab officio prædicandi propter perſecutionem. diſt.43.cap.3.n.2.pag.325.
An exiſtens in peccato poſsit licite prædicare. diſt.50.p.19.n.1.p.390.
Epiſcoporum eſt eligere divini verbi prædicatores. diſt.91.c.3.n.1.pag.801.
Ipſi etiam epiſcopi debent ex officio prædicare in ſua dioceſi, non verò in aliena, idemque de parochis ſentiendum. ibidem.nu. 2. pag.803.
Cui ex proprio officio incumbat prædicare diſt.93.c.23.n.6. p.815.
Vtrum presbyteri ex officio prædicent. diſt. 95.cap. 6.num. 1. pag. 834.

Prædicator.

Prædicatores non debent tacere. diſt.43.cap.5. num.1.pag.327.
Vide, Prædicare.

Prædeſtinatus.

An prædeſtinati in hac vita poſsint ſcire certo, abſque ſpeciali revelatione ſe eſſe ſcriptos in libro vitæ. diſt.30.cap.8.n.4.pag.117.

Prædium.

Prædia ruſtica, & prædia urbana quæ ſint, & an molindinum, & navis inter illa numerentur. diſt 96. cap. 1.n.19.pag.841.

Præfatio.

Quid ſit præfatio. diſtinctione 70.cap. 2. n.25. pag. 607.
Præfatio Beatæ Virginis quando cęperit. ibidem. num.26.

Prælatus.

Prælati habent libertatem reprehendẽdi. diſt. 10.c.6.n.1.p.54.
Prælatus non poteſt de ſubdito alterius cognoſcere. diſt.19.c.7.n.3.p.136.
prælatus promovens indignum tenetur ad intereſſe. diſt.23.cap.4.num.2.p.161.
Prælati non debent inter epulas, & convivia affluere. diſt.35.cap.4.n.1.p.274.
Prælatus non debet eſſe negligens in non obviando delictis ſubditorum. diſt.43.c.1.n.1. pag.322.
Prælati non debent ſe occupare convivijs. diſt. 44.cap.5.n.1.p.333.
Prælatus ſingulos iuvare debet. diſt.45.c.16.n. 2.pag.356.
Quæ requirantur in prælato. diſt.46. cap.1.n.1. pag.360.

An qui

An qui noviter factus eſt monachus poſsit, ſeu debeat ſtatim eligi in prælatum. diſt. 48. c. 2. n. 2. & 3. p. 377.
Debent eccleſiæ prælati omnibus ſubvenire. diſt. 87. cap. 3. n. 2. p. 753.
Officium optimi prælati, ac principis, quale. ibidem. diſt. 88. cap. 1. n. 7. p. 762.
Prælati cur Angeli appellentur. ibidem. nu. 8. pag. 763.
Prælatu non ſatisfaciunt ſuo numeri, quam ſi de digniori eccleſiæ prouideant. diſt. 63. c. 36. n. 1. p. 574.
Quod procedit non ſolum per viam collationis, ſed etiam per viam electionis. ibid. nu. 2. pag 575.
An ſoli prælati teneantur corrigere fraterne. diſt. 83. c. 2. n. 2. p. 705.
An liceat ſubditis arguere prælatos, & principes. ibidem. n. 3. p. 706.
Negligens prælatus quare dicatur impudicus canis. ibidem. n. 4.
Quid peccet Iudex, aut prælatus ratione muneris. diſt. 86. c. 1. n. 1. p. 725.
Aliorum peccata referuntur in diſsimulantes præſides. ibid. n. 2.
Prælatum ultorem, & non tutorem ſentiant flagitioſi. diſt. 86. c. 1. n. 4. p. 725.
Non poteſt prælatus compoſitionem cum ſubdito facere ſuper delictum factum eccleſiæ, neque iniuriam remittere. diſt. 90. c. 1. n. 4. pag. 786.
Subditi debent prælato ſuo debitam præſtare reverentiam, diſt. 95. c. 7. n. 1. pag. 835.

Prælatura.

Prælatura plus mæroribus afficitur, quam honoribus. diſt. 13. c. 2. n. 3. p. 73.
Non debet quis appetere prælationem. diſtin. 40. cap. 12. num. 4. pag. 308.

Præpoſitura.

Præpoſitura an ſit dignitas. diſt. 60. c. 2. n. 2. pag. 535.

Præpoſitus.

Præpoſitus, & æconomus, an ſit idem. diſtinct. 70. cap. 2. num. 24. pag. 607.

Presbyter.

Presbyter unde dicatur. diſtinct. 21. cap. 1. n. 9. pap. 145.
Presbyteri quibus ſucceſſerunt. diſt. 21. c. 2. n. 9 pag. 147.
Presbyteri an poſsint conſecrare epiſcopum. diſt. 23. c. 7. n 5 p. 163.
Presbyteri qui dicantur. diſt. 23. c. 8. n. 1. p. 164.
Ritus imponendi manus ſuper presbyteros antiquiſsimus. ibidem. n. 2.
Materia, & forma conſecrationis presbyteri. ibidem. n. 3.
Presbyteri officium. ibid. n. 4.
Manus presbyteri cõſecrantur oleo, nõ chriſmate. diſt. 23. cap. 13. n. 6. pag. 167.
Presbyteri cum ordinantur, promittunt ſe caſte victuros. diſt. diſt. 28. c. 3. n. 2. p. 201.
Presbyter ducens vxorem, an deponatur. diſt. 28. cap. 9. n. 2 pag. 205.
Debet abſtinere ab officio presbyter nuptijs detentus. diſt. 28. c. 16. n. 2. p. 209.
An presbyteri poſsint matrimonio uti. diſtin. 31. c 12. n. 2. p. 230.
Presbyter uxorem diligat, & fugiat. diſt. 31. c. 18. n. 1. p. 252.
Presbyter quid ſignificet. ibidem. n. 2.
Presbyter an ſine miniſtro poſsit celebrare. diſt. 38. c. 12. n. 3. p. 296.
Presbyteri non debent ordinari à non epiſcopis. diſt. 68 c. 2. n. 1 p. 586.
Presbyter frequenter ad fœmineę tabernaculũ non accedat. diſt. 81. c. 20. n. 1. p. 676.
Verum presbyteri recte dicãtur ſeniores. diſt. 84. c. 6. n. 1. p. 718.
Presbyteri curiales, præſente epiſcopo nõ poſſunt officia ſua exercere. diſt. 95. cap. 12. n. 2. pag. 836.
Vide, Clericus, & ſacerdos.

Presbyteræ.

Presbyteræ quæ dicantur. diſt. 32. cap. 18. nu. 3. pag. 252.
Presbyteræ aliquando ſeniores dicuntur. diſtinctione 32. cap. 19. num. 1. pag. 252.

Præſentare.

Princeps ex privilegio præſentat epiſcopos in ſuo regno. diſt. 63. c. 16. n. 1. p. 560.
Vbi de conſuetudine requiritur conſenſus alicuius domini, illo abſente, ſufficit conſenſus vicarij. ibidem. n. 2.
Præſentari quis poteſt per literas, niſi præſentia perſonæ requiratur. diſtinct. 65. cap. 2. nu. 1. pag. 580.
An credatur literis, ſine adminiculo teſtium. ibidem. n. 2.
Presbyter incognitus non debet præſentari. diſtin. 71. cap. 8. num. 1. pag. 615.

Præſumptio.

Quomodo præſumatur inimicus ex non ſalutatione. diſt. 63. cap. 29. n. 2 pag. 570.
Contra præſumptionem iuris non admittuntur probationes. diſt. 54. c. 15. n. 2. p. 483.

Recu-

Recuſans venire ad iudicium, contra illum præſumetur.diſt.74.c.8.n.2.p. 622.
An unuſquiſq; in dubio præſumi debeat bonus & ſanctus.diſt.40.c.1.n.3.p.301.
Vir honeſtus non præſumitur male facere. diſtin.32.cap.11.num.1. pag.285.

Præter.

Quid importet dictio, præter.diſt.48.c.1.nu.5. pag.377.

Primas.

Archiepiſcopi, qui primas tenent civitates, primates vocantur.diſtinct. 99. c.2.num.1. pag.867.
Archiepiſcopus an primati ſubijciatur. diſtin. 17.n.3.pag.118.
Primas in Concilio debet præcedere Archiepiſcopum,licet tempore ordinationis antiquiorem.diſt.18.c.1.n.3.p.125.
Quid ſit Primas. diſtin.99.cap.1.n.3.p.867.
Promittitur tractatus de Primaſia.diſtinctione 99.cap.1. num. 1. pag. 866.

Princeps.

Princeps an poſsit bona remittere,quæ ſubditi tempore acquiſierunt.diſt.9.cap.2.nu. 2. pag.48.
Sacerdotes principum ſunt magiſtri,& nõ decet,quod familiares capellani ſint .diſt. 96 c.9.n.1.pag.847.
Ad bonũ principem ſpectat eccleſias reſtaurare,& alias denuo ædificare.diſt. 96. c.16. n.2.pag.863.
Quomodo intelligatur,princeps ſacerdotum. diſt.99 c.3.n.1. p.868.
Non vult ſupremus princeps iuri alterius derogare.diſt.99.c.4.n.1.p.868.
Princeps ex privilegio præſentat epiſcopos in ſuo regno.diſt.63.c.16.n.1.p.560.
Officium optimi principis.diſt.88.cap. 1.nu.7. pag.762.

Principale.

Si principalis diſpoſitio eſt nulla, nullum eſt acceſſorium.diſt.34.cap.20.n.2.p.270.

Principium.

Malis principijs eſt reſiſtendum.diſt.8. cap.3. n.2.dag 43.

Priſcum.

Priſcum quid ſignificet.diſtinct.93.cap. 8.n.2. pag.810.

Privatus.

Perſonæ privatæ quæ dicantur.diſt.4.cap.6.nu. 10.pag.33.
Privatus homo duobis modis dicitur.diſtinct. 3.cap.3.num.6. pag.26.

Privilegium.

Privilegij definitio.diſt.3 c.3.n.1.p.25.
Aliud eſt reale, aliud perſonale.ibidem.n.2.
Aliud perpetuum,aliud temporale. ibidem.
Quomodo privilegia amittantur,& an ſint favorabilia.ibidem.n.3.
Privilegium in privatum fertur, & quomodo extendatur.diſt.3.cap.3.n.4.p.25.
Privilegiũ quomodo diſtinguatur á lege. diſt. 4.cap.2.n.10 p.29.
Privilegium à pluribus conceſſum validius. diſt.11.cap.9.n.2.p.63.
Privilegium,vel reſcriptum faciens mentionem de alio ei creditur: contrarium eſt in inſtrumento. diſt.19.cap.1.n.5.pag.132.
Papa confirmans privilegia alicuius eccleſiæ,quãvis alia privilegia aliter nova appareant,valet privilegium. diſt.19. cap.1.n.6. pag.132.
Diſpoſitio facta primo privilegio non derogat ei,non facta eius menſione.diſt, 18. cap. 7,n.4.pag 127.
Privilegium debet oſtendi, quando eſt contra ius commune. diſtinctione 100. cap. 8. nu. 2.pag.875.
An ſcriptura ſit de ſubſtantia privilegij. ibid. num.3.
Privilegium viduæ prævalet alijs. diſt. 87. c. 1. n.7.pag.751.
Plura ſunt privilegia paupertatis. diſt. 87.c.4. num.3.pag.754.
Quando Reges poſsint privilegijs renuntiare, cum præiudicio ſucceſſorum.diſtin.63.cap. 23.n.5.pag.565.
Ludovicus renuntiavit privilegio electionis. diſt.63.c.30.n.1.p.571.
Privilegium quando per abuſum amittatur. diſt.74.c.7.n.2.p.621.
Qui privilegio abutitur, illo privari meretur. diſt. 82.c.4.n.3.p.698.
An clericus in minoribus iniens matrimoniũ perdat privilegium.ibidem.n.4.
An amittat privilegium fori. ibid.n.5.p. 699.
Privilegium ſocietatis Ieſu circa examen tuorum religioſorum ordinandorum. diſt. 77. cap.7.n.6.& ſeqq.651.
Quoties dubitatur de ſignificatione alicuius verbi in lege,vel privilegio,ad eiuſdem legis, vel privilegij principium recurrendũ eſt.diſt.77.c.7.n.12.p.652.
Cum de verbo inſerto in privilegio dubitatur conſiderari debet ſupplica oblata principi. ibidem.n.13.

Appellatione civis comprehenditur ex privilegio factus.diſt.10.cap.7.n.5.p.56.

Prius.

Dictio, Prius,quid ſignificet. diſt.38.c.7.nu.3. pag.294.

Pro.

Dictio, Pro,quid ſignificet. diſt. 63.c.21.nu.1. pag.562.

Probare.

Reſecanda ſunt quæ authoritate non probantur.diſt.12.c.12.n.1.p.70.
Licet ſocius criminis non ſit idoneus teſtis, probat tamē ſimoniā.diſt.79.c.2.n.2.p.656.
Socij criminis admittuntur ad probandā hereſim,& crimen læſæ maieſtatis. ibid.n.3.
Socius criminis,& moneris non probant ſimoniam,nec confidentiam.ibidem.n.4.

Procurator.

Quid nam intelligatnr nomine, Procuratorū, Actorum,&c.diſt.54.c.3.n.2.& 4.p.432.
An procurator qui recipit uſuras nomine alterius,teneatur illas reſtituere.diſt.46. c.10. n.3.pag.367.
Renovatio procuratoris non valet, niſi fuerit intimata. diſt.63 cap.33.nu.2.pag.572.

Prodigalitas.

Quid ſit,& quod vitium prodigalitas. diſtin. 86.cap 15. num.4.pag.736.

Proditor.

Proditor dicitur, qui unum habet in verbis, aliud in corde,diſt.46.c.3.n.1.pag.361.
Item qui ſocium in via percuſit.ibidem.
Qui aliquem veneno occidit.ibidem.
Qui movet bellum ſine diffidatione.ibid.
Qui offendit ſedentem in menſa. ibidem.
Qui permittit tranſire gentem inimicam, & non revelat.ibidem.
Qui offendit occulte convivantem ſecū. ibid.

Profeſsio.

Profeſsio caſtitatis antiquitus fiebat.diſt. 28.c. 3.n.4.p.201.
Profeſsio monialis inducitur per impoſitionē velaminis.diſt.27.cap.6.num.5.p.198.

Prohibere.

An prohibito quod eſt minus, prohibeatur quod eſt maius.diſt.44.c.3.n.3.p.332.
Conceſſo quod eſt maius,cenſetur conceſſum quod eſt minus.ibid.

Proles.

A quo tempore proles cenſenda ſit legitima, naturalis,vel ſpuria.diſt.56.n.5 p.509.
Prima ſententia tenet, inſpiciendum tempus bono prolis accommodatius, ſive ſit conceptio,ſive nativitas.ibidem.
Probabilius eſt ex conceptionis tempore ſummendū eſſe,prolem eſſe naturalē, vel ſpuriam,aut etiam legitimam.ibid.n.6.

Promittere.

Factum alienum poteſt quis promittere. diſt. 91.cap.1.num. 10.pag.798.

Promotus.

Neceſſariū eſt neceſsitate præcepti,ut promovendus pro tempore promotionis,non ſolū ſit ſine macula criminis,ſed etiam ſine macula peccati mortalis.diſt.47.cap. 1.num.3. pag.368.
Tamquam præſumptuoſus, & mortaliter peccat,qui cum cōſcientia peccati mortalis ad ordines ſuſcipiendos accedit.ibidem.
Licet requiratur pro tempore promotionis, ut promovendus ſit ſine peccato quocumque mortali, non tamē requiritur neceſſario, quod ante batiſmum, vel poſt,nullum peccatum commiſerit.ibid.
Falſa eſt opinio dicens,quod omne peccatum mortale repellit promovendum, & deijcit iam promotum. ibidem.
Falſa eſt opinio dicens quod peccat mortaliter,qui poſt baptiſmum mortaliter peccans ſe promoveri permittit,aut in ſuſcepto ordine permanet, quantumcumq; egerit pœnitentiam,niſi ſit cum eo diſpenſatū.ibid.
Crimina occulta per baptiſmalem innocentiam,aut per pœnitentiam abolita, non impediunt promovendum, aut deijciunt promotum.diſt.47.cap.1.n.4.p.368.
Homicidium quando habet annexam irregularitatem, & hæreſis, & ſimonia in ordine, quantūcunq;ſint occulta, etiā poſt peractā penitentiam non ſinunt aliquē promoveri, & impediūt executionē ſuſceptorū ordinū. ibidem.
Crimina quę ſunt mediocria ſecundū aliquos, & tali dicuntur, ſi ſunt manifeſta per ſententiam, aut per confeſsionem factam etiā in iure ſponte,aut evidentia facti,repellunt promovendum,& deijciunt iam promotū. ibidem.n.5.pag.369.
Limitatur in crimine ſimplicis fornicationis. ibidem.

Nullum

Nullum crimen repellit à promotione abolitum per pœnitentiam,& ſuper quo proceſſit legitima diſpenſatio. ibidem.
Propter ſolum illud crimen impedit promovendum, quod eſt indiſpenſabile, aut ſi requirit diſpenſationem, non eſt adhuc diſpenſatum in eo. ibidem.
Promotus per ſaltum eſt impeditus adſ ſuperiores,ſi qui deſunt,& ad reliquos ordines, ut eos poſsit accipere. diſt. 52.cap. 1. nu. 10. pag.424.
Effectus non ſuſcipiendi ordinem prætermiſſum, tollitur ubi primum diſpenſatur cum ſic promoto,ut in male ſuſcepto ordine miniſtret.ibidem.
Cum promoto per ſaltum poteſt epiſcopus diſpenſare,ut prætermiſſum ordinem ſuſcipiat,& ut in ordine male ſuſcepto miniſtret,& ad ſuperiores aſcendat,quamvis delictum ſit publicum, dūmodo talis in male ſuſcepto ordine, vel in prætermiſſo nō miniſtraverit ante diſpenſationem. ibid.n.11. pag.425.
Vide,Ordo ſacer.

Promovere.

Prælatus promovens indignum,tenetur ad intereſſe.diſt.23.cap.4.n.2.p.161.
Promovendus debet habere tredecim qualitates.diſt.25.c.3.n.16.p.188.
Qui promovetur, de minori ad maius eſt promovendus.diſt.74.c.4.n.2.pag.620.
Vide.Promotus.

Promulgatio.

Promulgatio an ſit de ratione legis. diſt.4.c.3. n.3 pag.29.
Vtrum legis promulgatio in curia principis ſufficiat ad omnes ſubditos obligādos.ibid.

Propter.

Dictio,propter, importat non ſolum cauſam proximam,ſed etiam remotam.diſt.55. cap. 12.n.2.p.504.

Proſtratio.

Proſtratio non fit â Paſcha uſque ad Pentecoſtem.diſt. 30.cap.17.n.3.pag.222.

Proteſtatio.

Proteſtatio aliquando exonerat poteſtatē. diſt. 27.cap.1.n.3.p.195.
Proteſtatio actum demonſtrat. diſt. 27.c.6.nu. 6 pag.198.
Proteſtatio quomodo tollatur.diſt. 28.cap.8.n. 7.p.204.

Proverbium.

Proverbia poſſent loco iurium allegari. in prōem. num. 25. pag. 5.

Provincia.

Quę dicatur provincia.diſtin.99.cap.1.num.2. pag.867.
Quot provincias habeat unaquæque religioſa congregatio, vide ubi agitur de ipſis cōgregationibus religioſis.diſt.54.cap. 12. à num. 4.uſque. 146.pag.441. & ſeqq.
Vide,Congregatio.

Prout.

Dictio,prout,quid ſignificet.diſt.37. c. 14.n.2. pag.287.

Proximus.

Facere alijs quod volumus nobis fieri, quomodo intelligatur.diſt.1.num.7.pag.9.

Prudentia.

Prudentia deſideratur in epiſcopo. diſt.36.nu 1.pag.278.
Prudentes ſunt conſulendi,& conſilijs eorum obſequendum.diſt.84.c.1.n.5 p.712.
Canities maturam præſignat prudentiam.diſt. 84.cap.6.n.2.pag.718.
Non annorum,ſed morum numerus prudentiam monet.ibidem.n.4.p.719.
In dubio præſumitur prudentia ſenis.ibid.n.5. pag.702.

Pſalere.

Omnes provinciæ eundem in pſalendo modum debent tenere.diſt.12.c.13.n.1.p.70.

Pſalmiſta.

Pſalmiſta qualiter ordinetur.diſt.23.cap. 20.n. 1.pag.171.
Pſalmiſtæ meminere patres.ibid.n.2.
Officium pſalmiſtæ quale ſit.ibidem. num.3. pag.172.

Pſalmiſtatus.

Pſalmiſtatus an ſit ordo. diſt. 23.c.20.num.4. pag.172.
Pſalmiſtatus, & quatuor minores ordines, an ſint ſacramenta.diſt.23.c.20.n.6.p.172.

Pubertas.

Pubertas incipit à decimo quinto anno inchoata in maſculis, à decimo tertio inchoato in fœminis,& finitur finito vigeſimo quinto anno. diſtinctione 77.cap. 3.nu. 3.pag.636.

A tempore inceptæ pubertatis usque ad annum vigesimum quintum completum tam masculus, quam fœmina dicuntur minores. ibidem.
Infra pubertatem masculus, & fœmina dicuntur pugillus, & pupilla. ibidem.

Publicare.

Tempus quod habent episcopi ad publicandas constitutiones factas in synodo. distin. 18. cap. 17. n. 2. p. 131.
Nemo ignorat, quæ publice fiunt. distinctione 16. cap. 14. num. 3. pag. 118.

Publicanus.

Quod non esset publicanorum munus. dist. 86. c. 19. n. 1. p. 741.

Pudicitia.

Quid sit pudicitia, quam debent habere sacerdotes. dist. 43. n. 1. p. 320.
Prudicitia non est propria virtus à castitate separata. ibidem.
Ea omissa, omnis ruit virtus. ibidem.
Impudicitia potest dici, quod sit inordinatio, quæ in tactibus, & osculis impuris sita est. ibidem.
An impudicitia sit peccatum mortale. ibid. n. 2. p. 321.

Pueritia.

Puer quare in templo offerebatur quadragesimo die. dist. 5. n. 5. p. 34.
Pueritia durat usque ad septennium. distinct. 28. cap. 5. num. 7. pag. 202.

Punire.

Scelera non debet princeps impunita relinquere. dist. 9. cap. 11. n. 3. pag. 51.
An habens iurisdictionem super aliquẽ possit per se cum punire. dist. 45. cap. 11. num. 4. pag. 357.
An unus puniatur pro alio sine culpa. distin. 22. cap. 6. n. 2. pag. 154.
Nobiles mitius debent puniri. distin. 40. cap. 5. n. 2. pag. 303.
Attento iure communi, affectus, seu conatus punitur eodem modo, quo effectus. dist. 47. cap. 2. n. 2. pag. 369.
Limitur primò, quando conatus cũ actu propinquo non devenit ad consumationem, quia non impeditus impedimento facti pœnitens desistit agere incepta. ibid.
Limitatur 2. in delictis non gravioribus ibid. num. 3.
Limitatur 3. in excõmunicatione, & alijs censuris ecclesiasticis, quia in illis ut incidatur, requiritur factum consummatum. ibid.
Quartò Limitatur, quãdo agitur civiliter. ibid.
Quintò quando delictum attentatur non per actum facti, sed per actum verbi. ibidem.
Sextò quando pœna imponitur ipso iure, quia tunc ad eam incurrendam non sufficit quælibetcumque conatus. ibid.
Limitatur septimo ubi conatus alicuius rei prohibitę, etiamsi habuisset effectum, nemini nocuisset. ibidem.
Limitatur, 8. in statutis punientibus delictum, sæpe enim intelligitur de cõsũmatis. ibid.
Nonò Limitatur, nisi effectus consisteret tantum in voluntate, & non pervenisset ad aliquem actum. ibid. n. 1.
Aliter dicendum in matrimonio, in quo sola voluntas habetur pro facto. ibidem.
Item in foro conscientiæ, & in hæresi. ibid.
Item quoad pœnam, quæ imponitur in genere, sicut est quando suspenditur clericus à canone pro peccato mortali. ibidem.
De consuetudine generali, quæ servatur in toto mundo, hodie conatus non punitur eo modo, ac si sequeretur effectus. dist. 47. cap. 2. n. 4. pag. 369.
Quomodo puniendus, qui consensum præstat erranti. dist. 83. c. 4. n. 2. p. 708.
Conatus an, & quando puniatur, non secuto effectu. dist. 62. cap. 2. n. 2. pag. 550.
Vide, Pœna.

Pupillus.

Pupillus quis dicatur. dist. 87. cap. 2. n. 4. p. 252.
Quis sit pupillus in ordine ad privilegiũ concessum miserabili personæ. ibid. n. 5.
Pupillis opem præstandam esse docent sacræ litteræ. ibid. n. 6.
Numquam admittendi sunt pupilli ad munera reipublicæ. dist. 77. c. 4. n. 15. p. 640.
Iurant tutores, & curatores facere nulla pupillis. dist. 87 cap. 5. n. 1. pag. 754.
Debent tutores pupillorum institutionem, bonosque mores procurare. ibidem. n. 2.

Purgatorium.

In purgatorio animæ cruciantur. dist. 25. c. 3. n. 10. pag. 188.
Purgatorius ignis qualis sit. dist. 25. cap. 4. nu. 4. pag. 189.
Pœnæ purgatorij nõ sunt æquales in omnibus animabus. dist. 25. cap. 4. n. 5 pag. 189.
Quanto tempore anima detineatur in purgatorio. dist. 25. cap. 4. n. 6. pag. 189.
In purgatorio est pœna ignis. dist. 25. cap. 5. nu. 2. pag. 190.
Pœna purgatorij an superet õmnem pœnam vitæ. ibidem. n. 3. p. 191.

Pœna purgatorij an poſſint relaxari. ibidē. num.4.
Animæ purgatorij an poſſint inde exire. ibid. num.5.
An ſint certæ de ſua ſalute, & poſſint mereri, aut demereri. ibid.6.
Vtrum animæ in purgatorio orent pro nobis. diſt.25.cap.5.num.7.pag.191.

Q.

Quadrageſima.

Quadrageſima habet ſex ſeptimanas. diſt.4.c. 5.n.3.p.31.
Quatuor dies, quæ primam dominicam præcedunt, non quadrageſima, ſed quinquageſima vocatur. ibidem.
Si ſtatutum dicat, quod committens tale delictum in quadrageſima, tali pœna puniatur, non includeretur qui in prædictis quatuor diebus illud committeret. ibidem.
Ludi in introitu quadrageſimæ, qui ſint liciti. diſt.4.cap.6.n.3.p.32.
Habens licentiam comedendi carnes in quadrageſima, an peccet. ibidem.n.4.
Habens poteſtatem comedendi ova in quadrageſima, an poſſit comedere lac, & butyrū, & ſimul uti piſcibus. ibidem.n.7.

Qualitas.

Vivens in una tantum qualitate non poteſt gubernari. diſt.89.cap.7.num.10.p.784.

Quam.

Dictio, quam, quales habeat ſignificationes. diſtinct. 38. cap. 1.n.3. pag. 290.

Quamvis.

Dictio, quāvis adverſatur præcedentibus in his quæ tum eiſdem generibus diſt. 50. cap.58.n. 3.pag.418.
Explicat, & ponit cauſam magis dubitabilē. ibidem.

Quandiu.

Dictio, quandiu, ſignificat quantumcunque diu, etiamſi mille anni effluxerint. diſt. 50. cap.7.n.3.pag.384.
Hoc eſt in arbitrio iudicis. ibidem.

Quaſi.

Dictio, quaſi denotat diminutionem. diſt. 44. cap.9.n.2.p.336.
Veritatem quandoque ſignificat. ibidem.

Quatenus.

Dictio, quatenus tribus modis exponitur, causaliter, temporaliter, quantitative. diſt.45.c. 14.n.3.p.351.

Querela.

Querela dicitur quando cauſa defertur ad iudicem abſque appellatione. diſt.81.cap.6.n. 2.pag.662.
Querela quandoque dicitur criminalis accuſatio. ibidem.
Quandoque etiam dicitur ipſamet appellatio. ibidem.

Quia.

Dictio, quia, quid importet. diſt.63.c.9.n.3.pag. 556.

Quicumque.

Quicumque, eſt dictio univerſalis affirmativa & nihil excludit. diſtinct. 50.cap.5c.num.2. pag.410.
Eſt adeo potēs, ut amplice iura, quæ aliis hac dictione non adiecta, ſtricte, & limitate intelligenda erant, ibidem.
In materia odioſa, eſt ſtricti iuris, & non includuntur ea, quæ ſunt diverſæ ſpeciei, & maioris expreſsu. ibidem.

Quidquid.

Dictio, quidquid, omnia comprehendit etiā minuſcula. diſt.4.cap.3.n.2.pag.29.

Quilibet.

Ius quilibet primum Archiepiſcopo datum eſt. diſt.1.cap.12.n.1.pag.182.

Quis.

Dictio, quis, vel quisquam ſignificationem habeat. diſt.74.cap.3.num.2.pag.620.

Quid.

Dictio, quid, quid ſignificet. diſtinctione 80. cap.5.num.6.pag.780.

Quod.

Dictio, quod, quid importet. diſtinctione 50. cap.48.num.2.& 3.pag.402.

Quondam.

Dictio, quondam, quid ſignificet. diſt.40.c.24. n.3.p.400.

Quoque.

Dictio, quoque, quid importet. dist. 50.c.66.n. 2.pag.415.

Quota.

Quando profertur textus canonis, vel legis ab aliquo qui legem condidit, non est necesse allegare quotam legis. dist.45.cap. 17. nu.6. pag.357.

Quando iudex profert sententiam, non tenetur allegare quotam legis, vel canonis, in quo fundatur. ibidem.n.7.p.358.

Quando advocati teneantur allegare quotam legis, quando non. ibidem.n.7.& 8.

R.

Rahab.

Rahab an fuerit meretrix. distin.56.c.8. num.5. pag.519.

Raritas.

Raritas res cõmendat. dist.59. cap.2.n.3.p.531.

Ratihabitio.

Ratihabitio episcopi non cõfirmat ordinationem factam. dist.63.cap.24.n.3.p.566.

Ratio.

Ratio æquivalet canoni. dist.9.c.5.n.7.p.49.

Ratiocinia.

Quæ dicantur publica ratiocinia. dist.53.c.1.n. 7.pag.427.

Irregularitas consurgens ex obligatione ad ratiocinia, talis proprie non est. ibidem. n. 1.pag.426.

Publica ratiocinia impediunt ingressum religionis. dist.53.cap.1.n.8.p.427.

Professio obligati ad ratiocinia valuit iure antiquo. ibidem.n.9.

Valet etiam hodie post moderationem bullæ Pij V. ibidem.n.10.

Cauſæ cur obligati ad ratiocinia, nec ad ordines, nec ad religionem admittantur. ibidē. num.11.

Reatus.

Quid sit reatus. dist.81.c.33.n.1.p.683.

Recipio.

Per verbum, non recipitur, quis censetur ex

Recitare.

Puniuntur clerici non recitantes divinum officium. dist.91.c.1.n.1.p.796.

Definitio horarum canonicarum traditur. ibidem.num.2.

Clerici in sacris constituti, & beneficiati, similiter religiosi, & moniales tenentur ad recitandum. dist.91.cap.1.n.3.p.797.

Clerici minorum ordinum nõ obligantur ad horas dicendas. ibidem.n.4.

Obligati ad recitandum peccant mortaliter non recitando totum officium, vel omittendo partem notabilem. ibidem.n.5.

Qui septem horas canonicas recitare omisit, unum tantum peccatum commisit. ibidem. num.6.

Clericus excommunicatus, degradatus, & suspensus, etiam tenetur ad recitandum. ibidē. num.7.

Vtrum teneatur quis recitare à tempore captæ beneficij possessionis, an solum acceptæ collationis. ibid.n.8.

An episcopus possit in sua diœcesi novam recitandi præscribere formam. dist. 91.cap.1. num.11.pag.798.

Præceptum recitandi est in iure expressum. dist.91.cap.2.n.1.p.798.

Officium divinum debet recitari ordine non præposteto. ibid.n.2.

Præceptum recitandi adimplet, quis simul omnes horas recitat, dummodo sit ante mediã noctem. ibidem.n.3.

Septem sunt horæ canonicæ, & optime fuerũt distributæ. ibid.n.4.p.799.

Non est necesse quod matutinæ, & nocturni media nocte dicantur. ibidem.n.5.

Vtrum peccet, qui officium unius diei omittit pro officio alterius.n.6.

Clericus tenetur ad recitandum, quamvis habeat beneficiũ tenue. dist.91.c.3.n.1.p.799.

Episcopus debet pœnam imponere clericis nõ recitantibus. dist.91.c.5.n.12.p.800.

Vtrũ clerici teneantur ex obligatione in choro communiter recitare. dist.92.cap.9. n.1. pag.807.

An sit peccatum mortiferum loco officij de feria, dicere de Sanctissima Trinitate, vel de Deipara Virgine. dist.44.n.3.p.328.

An coadiutores perpetui dum futura successione, virtute talis coadiutoriæ, teneantur recitare horas canonicas. ibidem.p.329.

Recte.

Dictio recte, & rite quid significent. distinct. 56.cap.3.num. 2.pag.5[illegible]

Rector.

Qui veniant appellatione Rectorum. dist. 45. c. 14. n. 2. p. 355.
Rector universitatis præcedit episcopũ scholasticum in studio. dist. 21. c. 2. n. 13. p. 147.

Regimen.

Regimen Aristocraticum incipit corrumpi, quando sapientes ex continua administratione reipublicæ divites effecti voluptatibus vocantes iudiciũ prævertunt, & pauperes opprimunt. distin. 89. cap. 7. num. 13. pag. 784.
Differentia regiminis politici ad hæreticum, & œconomicum. ibidem.

Regula.

Regula ex eo dicta, quod regit. dist. 3 cap. 2. n. 1. pag. 25.
Regula ordinat partes ad totum. ibid. n. 2.
Ob sanctitatem non recedituꝛ à iuris regulis. distinct. 23. cap. 29. num. 2. pag. 178.

Regularis.

Regularis non potest assumi ad honores ecclesiasticos sine licentia sui prælati. dist. 58. cap. 1. n. 1. p. 526.
Non indiget tali licentia ad impetrãda beneficia à summo pontifice. ibid. n. 2. p. 527.
Regularis assũptus ad beneficia, quando egeat licentia conventus. distinct. 58. cap. 2. nu. 6. pag. 529.
Cogendus est superior iniuste negans consensum ad electionem subditi. ibid. n. 7.
A quo superiore cogendus sit superior negans consensum. ibidem. n. 8.
Vide, Religiosus.

Religio.

An per ingressum religionis tollatur irregularitas. dist. 47. c. 9. n. 3. Pag. 375.
Vtrum pro communi necessitate parentum differendus ingressus religionis. dist. 86. cap. 21. n. 2. pag. 743.
Quid dicendũ pro graui necessitate. ibidem. num. 3.
Quid de parentibus pro filijs, & fratribus pro fratribus. ibidem. n. 4. & 5.
Quæ sint religiosæ congregationes. dist. 54. c. 12. n. 2. p. 441.
Quot hodie numerentur in ecclesia catholica religiosæ congregationes. ibidem. à n. 4. usque ad numerum. 146.
A quo sint fundatæ, quẽ habitã gestent, quot provincias, & monasteria contineant, & multa de his, & singulis religionibus. ibid.
Vide, Congregatio.

Religiosus.

Qui veniant appellatione religiosi. dist. 49. c. ult. n. 2. p. 381.
Religiosus factus episcopus potest tenere, & suscipere in baptismo. dist. in 53. cap. 1. nu. 5. pag. 427.
Religiosi possunt esse compatres baptizando. ibidem. n. 6.
Religiosi assumi possunt ad beneficia parochialia sæcularia distinct. 55. cap. 1. num. 1. p. 494.
Non est opus, ut causa assumendi sit necessitas, & defectus idonei ministri sæcularis. ibidem. n. 2. p. 495.
Non possunt habere beneficium simplex. ibidem. n. 3.
Non pensionem. ibidem. n. 4.
Religiosus assumptus ad beneficium parochiale, tenetur habere socium sui ordinis. ibidẽ. n. 14 pag. 496.
Religiosus episcopus non tenetur ad socium sui ordinis habendum. ibidem. n. 15.
Religiosus non indiget licentia sui prælati, ut acceptet summum pontificatum. dist. 58. c. 1. n. 3. pag. 527.
Licentia generalis facta religioso à suo prælato, ut consentiat cuicumque electioni de se factæ, non valet. ibid. n. 4.
Religiosus semel promotus ad beneficia sæcularia, non indiget ad novam promotionem licentia sui prælati. ibid. n. 5.
Cuius sit prælati hanc licentiã episcopo præstare. ibidem. n. 6.
Nullus religiosus est capax beneficij alterius religionis. dist. 3. c. 2. n. 9. p. 529.
Religiosus potest esse prælatus in ecclesia sæculari. dist. 56. c. 2. n. 14. p. 558.
Religiosus potest esse vicarius episcopi. ibid. num. 17 pag. 551.
Vtrum religiosus obligari possit ad maiorem perfectionem, quam professus est. dist. 74. cap. 2. n. 5. p. 619.
An tuto impetret religiosus licentiam, ut extra bona regularia pro matre viuat. dist. 88. cap. 17. n. 3. p. 738.
Vide, Religio, Novitius, Regularis, Examen.

Remedium.

Falsa remedia sunt abiicienda. distinctione non 7. cap. 6. num. 3. pag. 197.

Remissio.

Promissa remissio per locatorem conductori

propter bonũ, debet fieri etiam si bellum sit remotum. dist. 55. cap. 12. n. 3. pag. 504.
Princeps an possit bona remittere, quæ subditi tempore belli acquisierant. dist. 9. c. 2. nu. 2. p. 48.

Reprehensio.

Reprehensio infamandi causa, est illicita. dist. 21. cap. 5. n. 1. p. 149.
Reprehensio sit ad medelam, non ad querelã. dist. 86. cap. 2. num. 4 pag. 716.

Repudium.

Repudia an lege veteri permissa sint tanquam licita. dist. 3 cap. 3. num. 5 pag. 16.

Rescriptum.

An valeant rescripta per quæ incerti iudices dantur. dist. 50. cap. 39. num. 1. pag. 403.

Resistere.

Errorem admittit, qui non resistit. dist. 83. c. 3. n. 1. pag. 707.

Responsio.

Responsio in continenti facta potest revocari, dist. 50. cap. 14. n. 2. p. 387.
Responsio præcipitata revocari potest. dist. 43. cap. 5. num. 4. pag. 327.
Vide, Responsum.

Responsum.

Responsa prudentum quid sint. dist. 2. cap. 5. n. 1. pag. 22.
Responsa prudentum an habeant vim legis. ibidem. n. 2.
Quid dicendum de responsis Cardinalium. ibid. n. 3.

Respublica.

Qui ad rempublicam, sedent, debent futuris casibus prudenter occurrere. dist. 23. c. 1. nu. 11. p. 156.
Respublica suprema potest leges condere. distinct. 2. cap. 1. num. 8. pag. 204.

Restitutio.

De iure naturali est, ut res depositæ restituatur. dist. 1. cap. 7. n. 7. p. 161.
Nisi ex nova circumstantia ius naturale non obliget. ibidem.
An clericus teneatur restituere fructus beneficij, quos convertit in malos usus. dist. 44. n. 3. pag. 328.
An clericus non recitans, Horas canonicas, teneatur restituere fructus, & quomodo. ibid. num. 5.
An commendatarij teneantur ad restitutionẽ fructuum, si illis male dantur. dist. 44. n. 4. & 5. pag. 329.
Lapsus de facili non restituitur. dist. 50. cap. 30. n. 1. pag. 396.
Restitutio gratiæ non reponit causam in pristino statu. dist. 50. cap. 31. n. 1. p. 396.
Petenti restitutionem potest opponi exceptio de hæresi. dist. 8. c. 1. n. 3. p. 41.
An iudex iudicans contra iustitiam, teneatur parti refarcire damnum. dist. 45. c. 10. n. 1. 2. 3. pag. 355.
Quãdo iudex iudicat iniuste per imperitiam, non tenetur, nisi pro quantitate bonorum, quæ habebat, tẽpore, quo cõdemnatus fuit, qui læsionem accepit. ibid. n. 1.
Quod procedit etiam in filio familias iudice. ibidem.
Item licet pars iniuste condemnata non appellaverit à sententia, vel etiam appellaverit, & deserta sit appellatio, vel expresse renuntiaverit appellationi, adhuc in syndicatu poterit convenire iudicem, ut sibi refarciat litis æstimationem. ibidem.
Si tempore syndicatus pendeat appellatio interposita à sententia tanquam iniuste lata, poterit iudex in syndicatu conveniri, non quidem ut solvat, sed ut teneatur præstare cautionem de solvendo litis æstimationem, si sententia iudicabitur iniusta. ibid.
Limitatur primò, si sententia iniuste lata contineat errorem iuris expressum, quia tunc est nulla. ibidem. n. 2.
Secundò, quamvis hoc de iure procedat, de consuetudine iudices non syndicantur nisi de furtis, pecunia accepta, & male ablata, non verò de sententijs iniquis, & per imperitiam male latis. ibidem.
Iudex male iudicans per dolum, vel gratiam, tenetur litis æstimationem in solidũ solvere. ibidem. n. 3. p. 355.
An possit index conveniri durante eius officio. ibidem.
An hæc procedant in iudice delegato, arbitro, compromissario, & arbitrante. ibid.
An quando iudex fecit hanc vel illam male iudicando, & solvit parti interesse, habeat regressum contra aliam partem, quæ iniuste detinuit sententiam. ibid. n. 3. p. 356.
Sunt restituenda danti pro conservatione sui iuris. dist. 83. c. 1. n. 2. p. 704.
Cui non restituenda pro sententia iniusta accepta. ibidem. n. 3.
An precibus importunis acquisita, sint obnoxia restitutioni. ibid. n. 6 p. 705.
Utrum milites, & duces restituere teneantur, quod

quod ipſis offertur, ut alibi divertant. diſtinct.86.cap.19.num.2.pag.741.

Retributio.

Quæ dicatur divina retributio.diſt.87.c.4.n.1. pag.753.

Revelare.

Peccans poteſt revelari iudici.diſt.13. c. 2.n.6. pag.73.

Revelatio.

Revelatio quomodo probetur.diſt. 8. c.6.nu.2. pag.44.

Reverentia.

Reverentia quid ſit. diſt.89.cap. 7.n.2.p.782.
Minor debet maiori impendere reverentiam. ibidem.n.3.

Revocare.

An illud,quod incaute,& indiſcrete fit, poſsit revocari.diſt.43.c.1.n.2.p.322.
Vide, Reſponſio.

Reus.

Licitum eſt reo iniuſte convento, actorē eludere.diſt.43.cap.2.n.7.pag. 325.
Credendum eſt teſtibus in favorem accuſati deponentibus, licet contrarij ſint digniorēs.diſt.81.c. 32. n.2.p.682.
Idem erit in cauſis civilibus.ibid.n.3.& 4.

Rex.

Regibus debet quiſque obtemperare. diſt.8.c. 1.n.4.pag.41.
Reges non poſſunt legitimare ad ſpiritualia. diſt.10.c.1.n.4.p.52.
Reges circa ſpiritualia nequeunt ſe intromittere.diſt.10.c.5.n.2.p.54.
Epiſcopus ſi vocetur a Rege, & á metropolitano, ad Regem debet accedere.diſtin.18.c. 13.n.4 p.130.
Rex Luſitaniæ habet ius præſentandi ad epiſcopatum.diſt.23.cap.2.n.8.p.158.
Rex poteſt vocare epiſcopos ad negotia. diſtin. 18.c.13.n.2.p.130.
An Reges habeant ius conferendi beneficia, vel dignitatem eccleſiaſticam.diſt.63.c.7.n. 1.pag.555.
Reges ſunt patroni, & defenſores eccleſiarū. diſt.63.c.22.n.5.p.563.
Reges Hiſpaniæ,& Luſitaniæ non ſubſunt imperio.ibid.n.6.
Quando Reges poſſunt privilegijs renunciare cum præiudicio ſucceſſorum. diſt. 63.c.23. n.5.pag.565.
Reges Hiſpaniæ,& Luſitaniæ habent ius præſentandi epiſcopos,& Archiepiſcopos.diſt. 63.cap.25.n.2.& 3.p.567.
In generalibus derogationibus non continentur regij patronatus. ibidem.n.4.p.568.

Rigor.

Introducta ad rigorem iuris, debent obſervari.diſt.38.n.4.p.289.
Rigor,ius,& diſpenſatio differunt inter ſe. diſtinctione 50.cap.25.num.6.pag.393.

Ritus.

Ritus ſignificat feſtivitatem, ſeu ſolemnitatē. diſt.45.cap.3.num.6.pag.344.

Rogationes.

Clerici tenentur ire ad cathedralem in feſto rogationum.diſt.38. cap.2.num.2.p.291.
Quod procedit in monachis, & cōfraternitatibus.ibid.n.3.

Rogo.

Verbum, Rogo, aliquando importat præceptum.diſtinct.1.num.10.pag.9.

Rubrica.

Rubricæ quæ ſunt in Decreto, non habēt vim legis. in proœ..n.18.p.4.
Nullam earū poſuit Gratianus, prima excepta.ibidem.
Rubricæ Decretalium ſunt authenticæ, quando habent perfectam orationem.ibid.

S.

Saccularij.

Saccularij qui dicantur,& eorum pœna. diſt. 50.cap.45. num.2.pag.406.

Sacerdos.

Sacerdotes Dij vocantur.diſtin.17.cap. 1. n.4. pag.119.
Sacerdotes an poſsint in bello pugnare. diſt. 21.n.5.uſque. 11.pag.143.
Clericus in ſacris conſtitutus abſque metu irregularitatis,poteſt aſsiſtere in bello, ſive iuſto,ſive iniuſto, ad effectum miniſtrandi ſacramenta militibus. ibid.n.6.
Clericus poteſt eſſe præſens in bello iuſto, & hortari milites ad pugnam, & victoriam comparandam.ibidem.n.7.

Clericus

Clericus in bello iuſto militando,& vulnerãdo,ſi neminem mutilet, vel occidat, aut ſit cauſa proxima, ut alij faciant, non incurrit irregularitatem, etiamſi multa homicidia ſequantur.ibidem.n.8.
Clericus, vel prælatus eccleſiæ,qui dant arma militibus.ut in bello iuſto pugnent,non incurrunt irregularitatem, & ſi cũ armis poſtea occidant.ibid.n.9.
Clericus in bello pugnãs ob neceſſariam defentionem propriæ vitæ,perſonæ,& patriæ, non fit irregularis, etiam ſecuto homicidio per propriam actionem. ibidem. num. 10. pag.144.
Clericus prælians in bello licet iuſto,ſi aliquẽ mutilaverit,vel occiderit præter caſus poſitos,ſit irregularis.ibidem.n.11.
Sacerdotes unde dicantur.diſt. 21. cap.1.nu.8. pag.145.
Sacerdos an poſsit ſumere Euchariſtiam ſine ſtola.diſt.23.cap.9. num. 2. pag.164.
Sacerdos an poſsit cantare evangelium ſine apparatu diaconali.ibidem.n.5.p.165.
Non licet ſacerdotibus uxorem habere. diſt. 27.cap.1.n.2.p.195.
Conſtituti in coniugio non debent ad ſacerdotium aſſumi.diſt.28.cap.6. n.2.p.203.
Apoſtolorum tempore, an conjugati ſacerdotes matrimonio uterentur.diſt.28.cap.14.n. 1.pag.208.
Vxorius uſus ſacerdotibus interdictus.diſt. 28. c.16.n.2.pag.208.
Sacerdos ſuſpenſus tenetur recitare horas canonicas.diſt.28.c.16.n.7.p.210.
Laici an poſsint ejicere ſacerdotem concubinarium.diſt.28.cap.17.n.3.pag. 211.
Sacerdotes debent eſſe periti ad indicendas pœnitentias.diſt.29.cap.3.n.3.p.212.
Sacerdotes ſemper caſtitatem debent ſervare.diſt.31.c.2.n.2.p.224.
Sacerdotes non debent uxoribus ſuis miſceri. diſt.31.c.4.n.2.pag.225.
Hæretici affirmant poſſe à ſacerdotibus matrimonium contrahi.diſtin.31.c.12.num.8. pag.231.
Sacerdotes Græci hodie etiam tempore , quo miniſtrant alteri ,ab uxoribus continent. diſt.31.c.14.n.12.p.235.
Sacerdos non debet fieri,cujus uxor adulterĩ commiſit. diſt.34.cap.11.n.1.2.3.p.265.
An hoc procedat, ſi maritus adulterium ignoravit.ibid.
Sacerdotes debent ſcire ſacras ſcripturas, & canones.diſt.38.c.1.n.2.p.290.
Sacerdos tenetur ſcire tantũ, quod poſsit docere populum ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria.diſt.38.cap.3.n.1.p.291.
Sacerdotes debent canones ſcire.diſt.38.c.4.n. 1.p.292.
Quæ ſint ſacerdotibus neceſſariã. diſt. 38.c.5. n.1.pag.292.
Quæ ſit dignitas ſacerdotalis.diſtin.40.num.3. pag.300.
Sacerdotes dicuntur milites.diſt.40. cap.7.n.1. pag.306.
Sacerdotes inceſſu debent oſtendere maieſtatem.diſt.41. n.1.p.309.
Debent eſſe parci in cibo,& potu. ibid.n.2.
Veſtibus decentibus debent uti. ibidem.n.3.
Quid ſi dubitetur an tales veſtes ſint decẽtes. ibidem.n.4.
Veſtes nec debent eſſe fulgidæ, nec ſordidæ. diſt.41.n.5.p.309.
An dicens ſe ſacerdotem,teneatur id probare, & qualis probatio requiratur.diſt.42.c.2.n. 1.pag. 316.
Sacerdotes an deponantur per ſimplicem fornicationem.diſt.50.c.33.n.2.pag.400.
Quo tempore inceperit conſuetudo, ut ſacerdotes caſtitatem ſervarent, & quomodo. diſt.31.cap.14.n.7.p.234.
An papa ſolo verbo,eſto ſacerdos,poſsit creare aliquem ſacerdotem.diſtin.68.cap.2.n.2. pag.586.
A Caath geniti ſunt pariter ſacerdotes.diſtin. 77.c.7.n.2.p.646.
Sacerdotes debent vigilare ſuper ovibus ſibi commiſsis.diſt.81.c.23.n.2.p.678.
Sacerdotibus prohibetur mulierum converſatio.diſt.81. cap.24.n.1.pag. 678.
Vtrum coniugatus ad ordines promotus poſsit uxorem domi habere.ibidem.n.2.
Exemplo ſancti Auguſtini ſacerdotibus perſuadet pontifex.diſtinctione 81.cap.25. n.2. pag.679.
Quid differant ſacerdotes, & Levitæ.diſt.82.c. 3.n.2.pag.695.
Nulli eorum miniſtrabant,niſi prius certis ritibus conſecrarentur. ibidem.n.3.pag.697.
Quare tribus Levi in ſacerdotium fuerit præ omnibus electa.ibidem.n.9.
Sacerdotes audiendi, non contemnendi, quãquam ſint improbi. diſtinct. 83.cap.6.nu.5. pag.711.
Facilius impetrant ſacerdotes, quo immuniores ſunt à culpa. diſtinct. 84. cap. 3.num.5. pag. 715.
Quanta ſit ſacerdotalis dignitas.diſt. 93.cap.7. n.1.pag.809.
Olim regiæ dignitati ſacerdotium coniunctũ erat.ibid.n.2.
Sacerdotes publicis officijs fungi debent. ibidem.n.3.pag.810.
Exceptis ijs, quæ epiſcopis ſunt reſervata,omnia alia competũt ſimplicibus ſacerdotibus. diſt.93.c.24.n.10.pag.819.
Reſpondetur argumento contra hanc reſolutionem.ibid.n.11. & 12.

Sacerdos rite ordinatus,licet hæreticus ſit, aut excommunicatus,verum efficit ſacramentum.ibid.n.13.p.820.
Multitudo ſacerdotum eos contemptibiles facit.ibid.n.15.p.821.
Extollitur maxime ſacerdotum reverentia. diſt.93.c.25.n.3 p.821.
Vtrum ſimplex ſacerdos ex delegatione papæ presbyterium conferre poſsit. diſt.95.c. 1.n.7. & 8.pag.832.
Probabile eſt poſſe ſimplicem ſacerdotem excommiſsione ſubdiaconatum impertiri, & diaconatum.ibid.n.9.p.833.
Quomodo intelligatur princeps ſacerdotum. diſt.99.c.3.n.1.p.868.
Secerdos contumelioſus in ſuum epiſcopum, an ſit deponendus.diſt.55.c.13.n.15.p.507.
Quid ſi epiſcopum interficiat, aut religioſus ſuperiorem.ibidem.n.16.
Vide, Clericus, Presbyter, Epiſcopus.

Sacerdotium.

Sacerdotium eſt dignitas.diſt. 50. cap.15.n.1.p. 388.

Sacramentum.

Nullus diſpenſat in ijs, quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti. diſt.14.c.2.n.4.p.74.
Quæ ſacramenta ab hæreticis recipi poſsint. diſt.32.cap.6.n.17.p.242.
An ſacramentum definat eſſe tale,& polluatur ex eo, quod ſacerdos celebrat in peccato.diſt.49 cap.ult.n.1.pag.381.
De fide eſt ſacramenta novæ legis cauſas eſſe gratiæ.diſt.23 cap.2.n.13.p.159.
Sacramenta,ut ſic, ſunt proprijſsima materia ſimoniæ iuri naturali contrariæ.diſt.23.cap. 3.n.5.pag 160.
Matrimonium eſt verum ſacramentum novæ legis. diſt.23.cap.3.n.5 pag.160.
Non omnia ſacramenta ſunt inter ſe æqualia ibidem.n.7.
Sacramẽtum euchariſtiæ eſt cæteris omnibus. ſimpliciter præſtantius,ac dignius.ibidem.
Inter cætera ſacramenta, qui ordo dignitatis detur. ibidem.
Sacramenta à non pœnitentibus recipi non poſſunt.diſt.95.cap.3.n.1.p.834.

Sacrificium.

Abſtinentes ab uxoribus debent ad ſacrificia admitti.diſt.31.cap.6.n.1.pag.227.

Sacrilegus.

Sacrilegus quando amittat beneficium. diſtin. 81.cap.27.n.4.pag.680.

Secularis.

Sæcularis poteſt compelli ad præſtandum auxilium eccleſiaſtico. diſt.21.c.4. n.3.p.148.

Sallarium.

Quando Doctores,ſeu magiſtri poſſunt petere ſallarium.diſt.37.c.12.n.5.p.286.

Salomon.

An peccaverit Salomon immenſos pecuniarũ cumulos coacervando.diſtinct. 23.c.2.nu.2. pag.159.
Salomon omnium diſciplniarum, & artiũ cõpendium dici poteſt.diſt.37.c.12.n.4.p. 286.

Saltem.

Dictio, ſaltem,quid ſignificet.diſt. 74.c.9.n.3. pag.623.

Salutatio.

De ſalutatione lectorum,Iube domne benedicere.diſt. 77.cap.5.n.10.pag.642.
De ſalutatione,Dominus vobiſcum.ibid.n.11.
De ſalutatione Virginis Deiparę à concionatoribus.ibidem.num.12.

Sanctio.

Sanctiones Apoſtolicæ ſedis ſunt obſervandę. diſtinct.19.c.2.n.2. pag.133.

Sanctus.

Dicta ſanctorum haberi pro lege in deciſionibus cauſarum, qui teneant.in proęm.num. 26.pag.5.
Dicta ſanctorum inſerta in Decreto, qui doceant non habere firmam authoritatẽ.ibid.
Sancti non erant adeo ſolliciti in philoſophiæ libris perſcrutandis. in proæm.n.28 p.5.
Conſentiens eodem ſanctorum omnium ſentẽtia aut ſcripturarum interpretario, in docendo aliquid ad rectã fidem ſpectare, pro catholica veritate accipienda eſt,& contraria ſententia hæretica eſt reputanda. in proœm.n.28.pag.5.
Sanctorum dicta an debeant obſervari.diſt.9. c.3.n.2.& 3.p.48.
Cauſæ propter quas loca ſanctorum ſunt trãſmutanda.diſt.74.c.6.n.2.p.621.
Vtrum dicta ſanctorum in eccleſia univerſali eamdem habeant authoritatem, quam in republica civili reſponſa prudentum. diſt. 93.c.25.n.1.& 2.p.821.
Vtrũ ſancti in cęlo ad Deum pro nobis orẽt. diſt.22.c.2.n.5.p.153.

Non poteſt quilibet privatus explicare ad libitum. ibidem.n.6.p.140.
Hæc poteſtas ad Romanũ pontificem ſpectat. ibidem.n.7.
Verba ſecræ ſcripturæ non debent converti ad vanam interpretationem.diſt. 37.cap.4. n.1.pag.281.
In tenebris ambulat, qui ignorat ſcripturas. diſt.38.c.9.n.1.p.295.
Scientiam ſcripturarum amans, carnis vitia non amabit.diſt.38.c 8. n.1.p.395.
An ordo ſcripturæ debeat attendi, & ſervari in diſpoſitionibus.diſt.43.c.1.n.5.p.328.

Scriptum.

Scripta eorum,qui labuntur in hæreſim, quãdo reprehentur.diſt.9.cap.9.n.4. p.51.
An per ea,quæ quis in ſuis libris ſcribit, convincatur de eo,quod in eis reperitur. diſtin. 45.cap.3.n.14.15.16.pag. 346.

Scurrilis.

Quis dicatur ſcurrilis, & ioculator, & quibus pœnis puniatur.diſt.46.cap.6.n.1.p.365.

Secundum.

Dictio,ſecundum, quid ſignificet.diſt.38.cap. 14.n.2.pag.297.

Sed.

Dictio,Sed, quid ſignificet. diſt. 44.c. 9.num. 1 pag.336.

Sedes.

Sedes Apoſtolica quare ſic nominatur.diſt.17. cap.3.n.3.& 4.p.120.
Aliqua negotia ſedi Apoſtolicæ reſervantur. ibid.n.5.
Sedes Romana an poſsit eſſe in alio loco.diſt. 21.cap.3.n.4.p.148.
Sedes pro dignitate epiſcopali accipitur. diſt. 63.c.22.n.3. p.563.
Sedes epiſcopales cathedrales dicuntur. ibid. num.4.
Sedes prima eſt Romana, ſecunda Conſtantinopolitana.diſt. 65.cap.6.n 3.p 582.
Differentia ſedis honorem denotat. diſt. 90.c. 1.n.3.p.786.
Ordo in ſedendo debet obſervari.diſt.74. c.5. n.1pag 620.

Seditionarius.

Quis ſit ſeditionarius,& quibus pœnis puniatur.diſt.46. c.8.n.1.p.366.

Senator.

An appellatione pupuli comprehendantur ſenatores.diſt.45.c.17.nu.1.p.356.

Senatus conſultum.

Senatus conſulti definitio.diſt. 2.cap.3.num.1. pag.21.
Senatus conſultum duobis modis fiebat. ibid. num.2.
Quomodo differat ſenatus conſultum à Decreto ſenatus.ibidem.n.3.

Senectus.

Seniores præponuntur iunioribus,& privilegia ſenectutis.diſt.61.c.8.n.3.p.542.

Senex.

Senes errantes reprehendendi ſunt.diſt.9.cap. 10.n.1.p.51.
Ætas ſenilis incontinentiæ ſuſpitionem aufert.diſt.34.c.7.n.3 p.263.
Senex debet præferri iuniori.diſt.61. c.5.nu.3. pag.539.
Senes apti ad præfecturas eccleſiaſticas, & civiles.diſt.85.c.1.n.1.p.720.
Senes iure communi arcentur à bello. ibid. num.2.
Nec raró ſunt flagitioſi ſenes.diſt. 86.c.24.n.1. pag.745.
Nonnunquam propter ſenectutem pœna mitigatur.ibid.n.6.p.745.
Vide,Prudentia,Senectus,Senior.

Senior.

Seniores debent ſedere in primo loco.diſt. 38. cap.1.n.3.p.124.
Plurimum ſenioribus defertur.diſtin.20.cap.3. n.5.p.142.
Seniores iunioribus dominantur. diſt. 23. cap. 3.n.4.pag 159.
Aliquando ſeniores à iunioribus conſilio vincuntur.diſt.38 c.16.n.4.p.298.
Seniores mitius ſunt puniendi.diſt. 50.cap.63. n.4.p 414.
Seniores aliquando non ſunt ſequendi. diſt.9. cap.4.n.2.p.48.
Senior in beneficijs iuniori præfertur.diſt.74. c.9.n.2.p.622.
Seniores præponuntur iunioribus, & privilegia ſenectutis.diſt.61.c.8.n.3.p.542.
Vide,ſenex.

Senſus.

A communi ſenſu non eſt recedendum. diſt. 20.cap.3.num.3 pag.141.

Sententia.

Venales ſententiæ,ſunt nullæ. diſt. 83. c.1.n.4. pag.704.
Sententia lata ſine indagatione veritatis, eſt nulla.diſt.29.c.1.n.4.p.211.

Sententia præponitur verbis. diſtinctione 38. c.12.n.2.p.296.
Sententia eſt nulla, quam iudex profert intra paucos dies.diſt.50.c.14. n.3. pag.388.
An iudex iudicans contra iuſtitiam, teneatur parti reſarcire dan.num.diſt.45. cap.10.n.1. 2.3.pag.355.
Vide,iudex,& Reſtitutio.

Sepelire.

An poſsit quis præcipere,ne ſepeliatur. diſtin. 21.c.7.n.7.p.150.

Sepulchrum.

Sepulchrum Gratiani. diſtinct. 101.cap.1.n.3. pag.878.

Servitus.

Servitus legalis iuregentium ex miſericordia ad temperandum belli rigorem, fuit inſtituta.diſt.1.c.7.n.6.pag.16.
Vtrum aliqua ſervitus ſit introducta iure naturali.ibidem.
Omnis legalis ſervitus an iuregentium fuerit inſtituta.diſt.35.cap.8.n.5.& 6.p.277.
Anthores de irregularitate propter ſervitutē tractantes.diſt.54.c.1.n.1.p.430.
Vilitas conditionis nō attenditur in ſervo,ſed defectus libertatis.ibidem.n.2.
Plena libertas requiritur in ſervo ad clericatum. ibidem.n.5.
Quibus modis homo fiat ſervus.diſt. 54.cap.2. n.1.p.431.
Libertas conceſſa ſervo ad ordinationem, debet ipſam antecedere.ibid.n.2.
Presbyter, & Diaconus, quando exeant à ſervitute.diſt.54.c.9.n.5.p.436.
Vide,ſervus.

Servus.

Servi in aliquibus eventibus ſibi ipſis acquirunt.diſt. 87.c.8.n.3.p.758.
Papa an poſsit ſtatuere, ut laicus committens aliquod crimen,fiat ſervus.diſt. 32. cap. 10. n.2.pag.244.
Servo non ſolum conceditur immunitas reſpectu iudicis,ſed etiā reſpectu domini. diſt. 87.c.6.n.10.p.757.
Vxores clericorum, & filij efficiuntur eccleſiæ ſervi.diſt.32. cap. 10.n.4.p.245.
Servi ordinati in minoribus,redeunt ad ſervitem.diſt.54 cap.2.n.3.p.431.
Servi ordinati ſine dominorum facultate,gaudēt privilegio cap. ſi quis ſuadente, peccāt mortaliter,valet tamen ſacramentum.ibid. num.4.
Qui nam intelligantur nomine procuratorum,actorum, &c. diſtinctione 54. c.3.n.2. & 4 pag 432.
Libertas ſervis dari poteſt ſub conditione, ut ordinetur.diſt.54.c.4.n.1.p.432.
Poſſunt deduci in pactum ſervitia non repugnantia,ſtatui clericali. ibid.n.2.
Servi eccleſiæ ob ſolam ingratitudinem depōni poſſunt.ibid.n.3.p.433.
An ſervi ordinati poſsint contrahere matrimonium.ibid.n.4.
Libertas præſtita ſervo ad ordines, intelligitur abſoluta.diſt.54.c.5.n.1.p.433.
Patroni poſſunt retinere obſequium compatibile cum officio clericali.ibid.n.2.
Indirecta libertas ſufficit ad ordines. ibidem, num.3.
An clericus ad ſervitutem revocatus debeat habitum clericalem deponere.diſtin.54.c.6. n.2.pag 433.
An clericus redditus ſervituti perdat privilegium canonis, ſi quis ſuadente.ibid.n.3.
An presbyter poſsit ſe ſervituti tradere. ibid. num.4.
Servi adſcriptitij qui,& utrū liberi ſint. diſt. 54.c.7.n.1.p.434.
Servi originarij qui, & utrum ſint liberi.ibid. num.2.
Qui ſe perpetuis ſervitijs perſonalibus obligarunt,ſunt irregulares.ibid.n.6.
Servus habet peculium. diſtinct. 54. c.9.nu.1. pag.435.
Dominus ſervo naturaliter poteſt obligari. ibid n.2.
Dominus non poteſt civiliter obligari. ibidē. num.3.
Presbyter, & Diaconus quando exeant à ſervitute.diſt.54.c.9.n.5.p.436.
Subdiaconus contradicente domino ordinatus,quando exeat à ſervitute.ibidem.n.6.
Clericus in minoribus in ordinatione non fit ex ſervo liber.diſt 54 c.10 n.1.p.437.
Servus factus presbyter liber eſt, ſed domino reſtituitur.ibidem.n.2.
Servus ordinatus Diaconus,domino contradicente,non ſemper fit liber.diſt. 54.c.11.n.2. pag.438.
Vtrum ſit differentia inter ſervos,& originarios.diſt.54.cap.12.n.148 p.482.
Vtrū Chriſtianus captus à Chriſtiano in bello iuſto,fiat ſervus.diſtinct. 54. cap. 13.num.2. pag.482.
Apoſtatæ à fide poſſunt eſſe Chriſtianorūm ſervi.ibid.n.3.p.483.
Chriſtianus poteſt habere ſervum Iudæum. ibidem.n.4.
Servi fugientes ad eccleſiam, an gaudeant illius immunitate. diſtinctione 54. cap.16.n. 1.pag.483.
Servus iniens matrimonium cum libera ignara ſervitutis,domino tacente ſervitutem,fit liber.diſt.54.c. 20.n.1.p.488.

Annus repetitionis ſervi ordinati ſine voluntate domini, quando incipiat. diſt. 54. c. 20. n. 2. pag. 488.
Servus debet probari per triennium ad religionem. ibid. n. 3.
Servus factus monachus ſine voluntate domini, poteſt repeti per triennium, & quando illud incipiat. ibid. n. 4.
Servus factus profeſſus intra triennium profeſſionis, quibus caſibus repeti poſsit. ibid. num. 5.
Quando valeat profeſsio ſervi. ibid. n. 6.
Servus invalide profeſsionem emittēs ex defectu libertatis, quando teneatur ad vota ſimplicia. ibid. n. 7. p. 489.
Epiſcopalis ordo liberat á forma ſervili, & á patria poteſtate. ibid. n. 8. uſque. 13.
Servos adſcriptitios lex Luſitana ablegavit. diſt. 54. c. 20. n. 14. p. 489.
Servus multorum, licēt unus præſtet libertatē, non poteſt ordinari. diſt. 54. c. 21. n. 1. p. 490.
Servus, quem dominus præſentat ad ordines, eſt liber. ibid. n. 2.
Servus cui conceditur libertas per aliquod tēpus, poteſt ordinari. ibid. n. 3.
Servus, cui promiſſa eſt à domino libertas intra certum tempus, ſed non præſtita, non poteſt ordinari. ibid. n. 4.
Abbas non poteſt facere liberum ſervū monaſterij. diſt. 54. c. 22. n. 1. p. 490.
Summi pontifices ex humilitate ſe ſervos ſervorum Dei appellant. diſt. 61. c. 3. n. 1. p. 539.
Paulus in ſuis titulis ſe dicit ſervum Ieſu Chriſti. ibid. n. 2.
Servi an poſsint contrahere cum ancillis, inſcijs dominis. diſt. 81. cap. 27. n. 3. p. 680.
In quibus teneantur ſervi obedire dominis. diſt. 88. c. 13. n. 5. p. 734.
Servi clericorum an ſint conueniendi in foro eccleſiaſtico. diſtinct. 32. cap. 10. n. 8. 9. & 10. pag. 246.
Servi epiſcoporum an iudicentur iudice ſeculari. ibidem. n. 11.
Vide, ſervitus.

Seu.

Dictio, ſeu, quid ſignificet. diſt. 63. c. 30. num. 5. pag. 571.

Si.

Dictio, Si, Quid importet. diſt. 34. c. 6. num. 3. pag. 262.

Sibylla.

Sibyllæ fuerunt decem. diſtinct. 37. cap. 13. n. 1. pag. 287.

Sic.

Dictio, Sic, quid ſignificet. diſtinct. 76. c. 1. n. 3. pag. 626.

Sicilia.

Qui Authores agunt, utrum Sicilia ſit de patrimonio eccleſiæ. diſt. 94. c. 1. n. 3. p. 822.

Sicut.

Dictio, Sicut, quid ſignificet. diſt. 31. c. 5. num. 2. pag. 226.

Sigillum.

Sigillum capituli an ſit authenticum. diſt. 73. c. 1. n. 2. p. 618.

Silentium.

Silentium aliquando eſt fugiendum. diſt. 43. c. 1. n. 3. p. 322.

Silveſter.

Sylveſter papa primus quis fuerit. diſt. 24. c. 2. n. 1. p. 180.
Beati Sylveſtri acta. diſt. 15. c. 3. n. 27. 28 p. 89.

Simachus.

Simachus quis fuerit. diſt. 10. c. 2. n. 1. p. 52.

Symbolum.

Apoſtoli inſtituerunt ſymbolum. diſt. 15. c. 1. n. 35. pag. 81.
Symbolum quid ſignificet. ibidem. n. 36.
Quid dicatur ſymbolum. diſtinct. 44. c. 10. nu. 1. pag. 337.

Simile.

Similia ſimilibus gaudent. diſt. 13. cap. 2. nu. 2. pag. 73.
Parum refert, aut quid fiat, aut eius ſimile. diſt. 37. c. 15. n. 3. p. 288.
Vide, Argumentari.

Similiter.

Dictio, ſimiliter, quid ſignificet. diſt. 36. c. 1. nu. 4. p. 278.

Simonia.

Simoniam committentes, an incurrant excōmunicationem. diſt. 33. c. 2. n. 14. p. 256.
Sacramenta, ut ſic, ſunt proprijſsima materia ſimoniæ iuri naturali contrariæ. diſt. 23. cap. 3. n. 5. p. 160.
Canonicus, qui vadit ad horā pro denario, an committat ſimoniam. diſtinct. 61. c. 7. nu. 1. pag. 541.
Serviens epiſcopo ſpe futuræ remunerationis beneficij, an contrahat ſimoniam. ibid. n. 2.

Simplicitas.

Simplicitas eccleſiaſtica non debet contemni. diſt. 38. c. 12. n. 1. p. 296.
Quæ ſimplicitas improbetur. diſt. 39. c. 1. nu. 2. pag. 299.

Simplicius.

Simplicius pontifex quis fuerit. dist.13.c.15.ff. 2.pag.167.

Simul.

Dictio, simul quid significet. dist.64.cap.2.n.3. pag. 577.

Sine.

Dictio, sine, quam significationē habeat. dist. 80.c.6.n.3.p.665.

Synodus.

Synodus Constantinopolitana secunda.distin. 15.c.1.n.17.p.78.
Synodus Ephesina tertia.distin.15. cap.1.n.21. pag.79.
Numerus episcoporum, qui huic synodo interfuerunt.ibid.n.22.
Synodus Ephesina quando celebrata. ibidem. num.23.
Causa synodi Ephesinæ.dist.15.cap. 1.num.24. pag.79.
Synodus quarta chalcedonensis.dist.15.c.1.nu. 27.p.80.
Causa synodi chalcedonensis.ibid.n.30.p.81.
Synodus quid sit.ibid.n.34.
Synodus quinta quando celebrata.dist. 15.c.2. n.4.p.82.
Synodus Ariminensis apocrypha, quando celebrata.dist.15.c.3.n.47.48.p.93.
Sexta synodus quando fuit soluta. dist.16.c. 6. n.2.p.108.
Sextæ synodi acta corrupta à Theodoreto.ibidem.n.2.
Synodus Ancyrana.dist.16.c.7.n.6.p.110.
Synodus Neocæsariensis, ibid.n.7.
Synodus Gangrensis, ibid.n.8.
Synodus Antiochena.ibid.n.9.
Synodus Laodicensis.ibid.n.10.
Synodus Sardicensis.ibidem.n.14.
Synodus Carthaginensis.ibid.n.15.p.111.
Synodum Cyprianus celebravit.dist.16.cap.7. n.29.p.112.
Synodus Ancyrana quando celebrata.dist.16. c.11.n.2.p.116.
Synodus Neo cæsariensis secunda.ibid.n.3.
Synodus Gangrensis tertia.ibid.n.4.
Synodus Sardicensis quarta.ibid.n.5.
Osorius Cordubensis an ei præfuerit.ibidem. num.6.
Synodus Antiochena quinta.ibid.n.7.
Synodus Laodicensis sexta.ibidem.n.8.
Synodus Carthaginensis septima.ibid.n.9.
Synodus Africana octava.ibid. n.10.
Synodus Arelatensis nona. dist. 16.cap. 11.nu. 11.pag.117.
Canones ejus quot fuerin.ibid.n.12.
Synodus Arelatensis decima.ibid.n.14.
Synodus Arelatensis undecima.ibid.n.15.
Synodus Arelatensis duodecima. ibidem. num.16.
Synodus Arelatensis decima tertia. ibidem. num.17.
Synodus Arausicensis decima quarta. dist. 16. c.11.n.18.p.117.
Absque Apostolicæ sedis authoritate non licet Synodum particularem contra universalē congregare.dist.17.c.4.n.1.p.120.
Synodus quid significet.distin.15. cap. 1.n.34. pag.81.
Pœna episcopi non venientis ad synodū. dist. 18.c.14.n.1.p.130.
Ad metropolitanū spectat electio loci ad celebrandum synodum.dist.18.cap. 15.num.2. pag.130.
Exempti an teneantur venire ad synodū.dist. 18.c.15.n.3.& 4.p.131.
Fratres mendicantes an teneantur venire ad synodū.dist.18.c.16.n.1.p.131.
Synodus generalis an sit maior pontifice. dist. 19.c.9.n.3.4.5.6.p.138.
Synodus Anlyrana quando celebrata.dist. 28. c.8.n.1.p.203.
Synodus sexta quando celebra.dist.31.c.13.n. 1.pag.232.
Synodus Romana quo tempore celebrata.dist. 34.c.9.n.2.p.264.
Qui prius in synodo loquitur, maiorem prærogativam habet.dist.96.c.1.n.28.p.842.
Vide, Concilium.

Synodicus.

Luna cur appellatur synodica.dist.15.cap.1.n. 34.pag.81.
Stellæ cur dicerentur synodicæ.ibidem.

Siricius.

Siricius pontifex quis fuerit.dist.50.c. 56.hu. pag.410.

Sive.

Dictio, sive, quid significet. distin.50. cap.59. n.3.p.412.

Societas.

An irregularitas filij presbyteri tollatur per vota biennij societatis Iesu.dist.56.cap.1.n. 3.pag.510.
An expulsis post vota biennij à societate hæc irregularitas revivisca.ibid.n.4.
Congregatio clericorum societatis Iesu quo anno instituta. distinctione 54.cap.12.n.77. pag.461.
Est hæc familia in tres quasi classes divisa. ibidem.
Authores, qui agunt de hac familia.ibid.
Societatis Iesu privilegium circa examē subditorum ordinandorum.dist.77.c.7.num.6. pag.651.

Socrates.

An expulſis poſt vota biennij à ſocietate hæc irregularitas reviviſcat. ibidem.n.4.
Congregatio Clericorum ſocietatis Ieſu quo anno inſtituta.diſt.54.c.12.n.77.p.461.
Societatis Ieſu privilegium circa examē ſubditorum ordinandorū.diſt.77.c.7.n.6.p.651.

Socrates.

Socrates,Pythagoras,& Plato legem dederunt Magneſijs,& Siculis.diſt.1.c.3.n.2.p.12.

Solemnitas.

Omiſsio ſolennitatis an vitiet actum. diſt. 75. c.1.n.3.p.623.
Vide,Ritus.

Sors.

Indicium an admittatur per ſortes. diſt. 21. c. 1.n.2.p.144.

Soter.

Soter papa quis fuerit.diſt.23.c.25. n.1.p.176.

Sozomenus.

Sozomeni hiſtoria an ſit vera. diſt.31.c.12.n.4. pag.231.

Species.

Plus roboris habet quod in ſpecie dicitur,quā quod in genere.diſt.23.c.6.n.3.p.162.

Spolium.

Valet conſuetudo non ſolvendi ſpolia pontifici.diſt.12.c.11.n.6 p.70.
Vide,Præda.

Sponſalia.

An ſponſalia ob alicuius ex coniugibus fornicationem diſſoluātur.diſt.56.c.6.n.4. p.514.

Statim.

Dictio,Statim,quid ſignificet. diſt.50.c.27.n.3. pag.394.

Statuere.

Verbum,Statuimus,inducit ius novum.diſtin. 76.cap.4.n.3.p.628.

Status.

Status qualiter mutetur.diſt.31.c.10.n.3.p.229.

Statutum.

Statuta laicorū an adſtringant eccleſias. diſt. 10.cap 3.n.2.p.53.
Magiſtri grāmaticæ an poſsint ſtatuta facere. diſt.10.c.11.n.2.p58.
Statutis pontificum conſuetudo non refragatur.diſt.11.c.2.n.2.p.59.
Subditi non excuſantur dicentes non habere ſtatuta ſuperiorū.diſt.20.c.2.n.4.p.141.

Stella.

Stellæ cur dicerentur ſynodicæ. diſt. 15.cap.1. n.34.p.81.

Stephanus.

Stephanus primus,& tertius,qui fuerunt. diſt. 31.cap.14.n.1.p.233.
Stephanus epiſcopus Venuſiæ quis fuit.diſtin. 96.c.1.n.25.p.842.
Stephanus quintus adeptus ſedem anno 886, ſe ſervum ſervorum Dei appellavit.diſt.63. c.12.n.2.p.558.

Stola.

An ſine ſtola poſsit ſacerdos ſumere euchariſtiam.diſt.23.c.9.n.2.p.164.

Strena.

Strena quid ſignificet.diſt.37.c.5.n.4.p.282.

Stultitia.

Stultitia probatur per verba proferentis. diſt. 46.c.1.n.2.p.360.

Sub.

Dictio,Sub,quam ſignificationem habeat.diſt. 81.c.16.n.2.p.673.

Subdiaconus.

Subdiaconi quando creati. diſtinct. 21.num.1. pag.142.
Subdiaconus qualiter ordinetur, & de eius officio,& an ſit ſacramentum.diſt.23.c.15.nu. 2.3.& 4.p.169.
Subdiaconus non accipit manuum impoſitionem.diſt.23.c.15.n.5.p.169.
Non licet ſubdiaconis ſacrarium ingredi.diſt. 23.c.26.n.2.p.177.
Subdiaconi an poſsint tangere vaſa ſacra.diſt. 23.c.31.n.2.p.179.
Subdiaconi an poſsint eligi in epiſcopū diſtin. 23.c.32.n.1.p.179.
Subdiaconus caſtitatem promittit.diſt.28.c.1. n.2.p.199.
Debent continere ab omni actu venereo.ibidem.n.3 p.200.
Olim ſubdiaconus non ordinabatur ante vigeſimum annum.diſt.28.cap.5.n.5.p.202.
In Sicilia ſubdiaconi uxoribus ſuis utebantur. diſt.31.c.1.n.3.p.223.
Subdiaconis connubium prohibetur. diſt. 32. cap.2.n.1.p.236.
Subdiaconis uxorem ducere non licet.diſt.32. c.4.n.1.p.238.
Pontifex an dispenſet cum ſubdiaconis,ut matrimonium ineant.ibidem.n.2.& 3.
Subdiaconis an tempore Apoſtolorū eſſet licitum matrimonium contrahere.diſtin. 32. c.7.n.2.uſque.7.p.243.
Subdiaconi continentiam ſervare tenentur. diſt.32.c.9.n.1.p.244.

Subdiaconus ducēs uxorē,nō debet in ſubdiaconatu miniſtrare.diſt 34 c.17.n.1.p.268.
Ad ſubdiaconatum acceſſuri cōtinentiā profitentur.diſt. 28.c.5.n.2.p.202.
Eatenus dicitur ſubdiaconus divinis ſacramētis inſervire,quatenus ſacra vaſa, lintea,panem,& vinū ad venerabile euchariſtiæ ſacramentum præparat.diſt. 31.c.3.n.4.p.225.
Subdiaconus continentiam non ſervans etiam cum propria uxore, ab omni altaris officio depellitur.diſt.81.c.19.n.2 p.676.

Subdiaconatus.

Subdiaconatus an ſit ſacramentum. diſt. 23. c. 15.n.4.pag.169.
Subdiaconatus dicitur hodie ſacer ordo.diſtin. 60.c.4.n.2.p.536.

Subditus.

Subditi an ſint partes ſuæ reipúblicæ. diſt. 8.c. 2.n.5.p.42.
Subditi non excuſantur dicentes non habere ſtatuta ſuperiorum.diſt.10.c.2.n.4.p.141.

Subſcriptio.

Subſcriptio quid ſit.diſt.63.c.10.n. 2.p.556.
Subſcriptio præſentium quare requiratur in electione.diſt.64.c.7.n.2.p.579.

Subſtitutus.

Eamdem poteſtatem habet ſubſtitutus in officio,ſicut ille,qui á principio anni fuit electus.diſt.2.c.6.n.4.p.23.

Succeſſor.

Succeſſores prędeceſſorū facta mutare poſſūt, ſi ſint pernicioſa.diſt.63.c.28.n.4.p.570.

Suffragium.

Maior authoritate habet priorē vocem in ferendo ſuffragium.diſt.16.c.4.n.5.p.164.
Vtrū fideles ſatisfacere, & iuvare ſeſe poſsint ſuffragijs,diſt.81.c.34.n.9.p.688.

Suffraganeus.

Suffraganei omnes debēt intereſſe cōſecrationi ſui Archiepiſcopi.diſt.66.c.1.n.1.p.584.

Super.

Dictio,ſuper,quid ſignificet,diſtin. 68. c.5.n.3. pag.588.

Superior.

Superior non defendit factum contra ius.diſt. 21.c.5.n.2 pag.149.
Superior propter tumultum, non facit contra decreta ſactorū patrū.diſt.61,c.5.n.1.p.539.
Superior cogit ſubditos ſua conſervare, honeſte vivere,alterum non lædere, ius cuique tribuere.diſt.63.cap.11.nu.2.pag.557.
Superioribus ſemper erit obtemperandum. diſt.93.c.1.n.3.p.807.

Supplicatio.

Prohibita appellatione, adeſt locus reviſioni, & ſupplicationi,& ad quod uſque tēpus poſsit ſumpplicari.diſt.84.c.2.n.4.p.714.

Suſpenſio.

Suſpenſionis pœna ſemper eſt vitanda.diſt.34. cap.7.n.2.p.263.
An pœna capitis,ſi quis auſus,ſit vera ſuſpenſio.diſt.71.c.3.n.1.pag.612.
Ordinati in ſacris ab alieno epiſcopo, ſine proprij facultate,ſunt ſuſpenſi.ibid.n.2.
Suſpenſio an ſeparet ab omni officio eccleſiaſtico.diſt.81.c.16.n.2.p.674.
An ſuſpenſus ab officio, à beneficio etiā ſuſpendatur.diſt.17.n.1.& 2.p.674.
An clericus fornicarius ſuſpenſus ab officio,à beneficio etiam cenſeatur privatus.diſt. 81. c.18.n.2.p.675.
Suſpenſus an privetur beneficio.diſt. 28. c.16, n.5.p.210.
Vide, ſuſpenſus.

Suſpenſus.

Sacerdos ſuſpenſus tenetur recitare horas canonicas.diſt.28.c.16.n.7.p.210.
Ordinatus ſine titulo an maneat ſuſpēſus.diſt. 70.c.2.n.4 5.6.7.p 603.
Suſpenſio an incurratur ſine culpa.ibid. n.2.
Suſpenſio cap. Sanctorū, an ſit moderata per cap. Cum ſecundū,de præbendis.ibid.n.3.
Vnde,ſuſpenſio,ætas, & Ordo ſacer.

T.

Taberna.

Quas pœnas incurrat clericus tabernas ingrediens.diſt.44.c.2.n.1.p.331.
An poſsit clericus habere tabernam.diſtin.44. cap.3.n.1.p.331.

Tabernarius.

Officiū tabernarij nobilitati derogat. diſt. 44. c.3.n.2.p.331.

Tabernaculum.

Tabernaculi ideam Deus Moyſi monſtravit. diſt.77.c.7.n.4.p.646.
Artifices tabernaculi, ubi etiam de donarijs ad illud oblatis.ibidem.n.5.
Tabernaculum quid fuerit, & quo tempore erectum.ibid.n.6.7.8.9.

Tacens.

Tacens quando conſentire videatur. diſt.27.c. 1.n.6 p.196.& diſt.65.c.9.n.3.p. 584.

Tamen.

Dictio,tamen,quid ſignificet. diſt.65.c.7.nu.2. pag.582.

Tantum.

Dictio,tantum, quid ſignificet.diſt.50.c.62.nu. 2.& 3.p.413.

Taurus.

Clerici an poſsint adeſſe agitatitioni taurorũ. diſt. 34.c.19.n.4.p.270.

Taxativus.

Dictiones Taxativæ.diſt.24.c.6.n.4.p.184.

Teleſphorus.

Teleſphorus quis fuerit.diſt.4.c.4.n.1.p.30.

Temperantia.

Temperantia ciborum, & veſtium laudatur. diſt.41.c.5.n.1.p.312.

Temperantia quid ſit.diſt.23.c.2. n.2.p.157.

Temperamentum.

Temperamẽtũ quid ſit.diſt.89. c.7.n.10.p.784.

Temperamentum aliud uniforme,aliud diffor me.ibidem.

Quale fuerit Chriſti domini temperamentum interim dum mortalem vitam egit.ibid.

Templum.

Magnũ emolumentũ provenit ex frequẽtandis eccleſijs,& orandi in eis.diſt. 86.c.13.n. 1.p.733.

Templa viſitanda ad profectum, non in defectum.ibid.n. 3.

Vtrum templa magnifice ſtruenda. diſt.86.c. 18.n.3.p.739.

Tempus.

Quatuor anni dicuntur multum tempus. diſt. 16.c.6.n.6.p.109.

Tempus non currit ignoranti. diſt. 55.c.2.n.2. pag.495.

In quatuor temporibus orationes fiebant in templo.diſt.76.c.2.n.2.p.627.

Tenere.

Verbum,tenere, aliquando non importat neceſsitatem.diſt.26.c.5.n.3.p.195.

Quando quis tenetur ad aliquid,non tenetur niſi in quantũ poteſt.diſt.43.c.3.n.1.p.325.

Teſtamentum.

Modus per quẽ novũ,& vetus teſtamentũ per annum diſtribuitur.diſt.15.c.3. n.113.p.104.

Epiſcopus poteſt ſe intromittere de executoribus teſtamentorum.diſt.87.c.2.n.3.p.752.

Teſtamenta coram epiſcopo non aperiuntur. diſt.88.c 5.n.1. pag.766.

An publicatio teſtamenti laici,in quo inſtitutus eſt clericus hæres,fieri debeat coram iudice eccleſiaſtico,an laico.ibidem.

Executio teſtamenti de iure communi competit epiſcopo.n.2.p.767.

No poteſt teſtator id prohibere.ibid n.3.

Vide,illegitimus.

Teſtificari.

Teſtificari an quis poſsit de vitijs in pueritia. diſt. 37.cap.14.n.4.pag.287.

Vide,Teſtis.

Teſtis.

Si unus teſtis dicat aliquid fuiſſe factum ante nuptias, alter verò dicat poſt nuptias, quomodo reducendi ſint ad concordiam. diſt. 21.c.1.n.5 p.223.

Vnus teſtis regulariter non probat. diſt.9 c 5. n.5.p.49.

Etiam viro ſancto non eſt de facili credendũ. ibidem.n.4.

Magis eſt credẽdum honorabilibus perſonis. ibidem.n.6.

In cauſa matrimonij teſtes conſanguinei ſunt idonei.diſt.29.c.2.n.2.p.211.

Domeſticus admittitur in teſtem favore eccleſiæ.diſt.29.c.2.n.3 p.212.

Teſtis quomodo debeat deponere.diſt.37.c.11. n.3.p.286.

Quod teſtes ſine partis citatione non probãt. diſt.44.c.5.n.2.p.333.

Teſtis declarãs dictum ſuum, non tenetur iterum iurare.diſt.59.c.4.n.4.p.533.

Vide, Teſtimonium.

Teſtimonium.

Sufficiunt duo teſtimonia ad aliquid aſtruendum.diſt.10.c.1.n.1.p.32.

Quod ut valeat teſtimonium, requiritur iuramentum, & quando valeat ſine iuramẽto. diſt.44.c.5.n.3.4. & 5.p.333.

Pœna clerici qui falſum teſtimonium dixerit. diſt.50.c.7.n.2.p.384.

Teſtimoniũ clerici præfertur teſtimonio laici.diſt.77.c.9.n.5.p.653.

Quomodo præferendi ſint in teſtimonio ſeniores iunioribus.diſt.86.c.23.n.2.p.745.

Quando ſtandum ſit dicto vnius.diſt.86. c.24. n.9.pag.747.

Vide, Teſtis.

Theologus.

An præferẽdus; Theologus canoniſtæ in aſſecutione epiſcopatus.diſt.86.n.4.p.724.

Vide, Canoniſta.

Timor.

Timor Dei quid ſit. diſt.90.c.6.n.2.p.791.

Titulus.

Nomine remoto, removetur vigor, titulus, & effectus.diſt.68.c.5.n.2.p.588.
Epiſcopo debet conſtare de titulo ordinandi. diſt.70.c.1.n.4.p.593.
Ordinatus ſine titulo an maneat ſuſpenſus. diſt.70.c.2.n.4.5.6.7.p.603.

Tonſura.

Tonſura an ſit ſacramentum.diſt.21.c.1.n.15. pag.146.
Tonſuræ clericalis antiquitas.diſt.23.cap.32.n. 3.p.179.
Abbates poſſunt conferre primã tonſurã ſuis dubditis duntaxat.diſt.69.c.1.n.1.p.589.
Parochus an poſsit conferre primam tonſurã. ibidem.n.2.
Prima tonſura non eſt ordo.diſt.77.cap.1.n.1. pag.632.
Non peccat mortaliter, qui eam recipit in mortali.ibidem.n.2.
Nec epiſcopus eã cõferẽs in mortali.ibid.n.3.
Requiritur ad primam tonſuram ſeptenniũ completum.diſt.77.c.2.n.3.p.634.
A quo tempore requiratur hoc ſeptennium. ibid.n.4.
Qui ante ſeptennium completum recipit tonſuram,an peccet mortaliter.ibidem.n.5.
An epiſcopus conferens tonſuram non habẽtibus ſeptenniũ,peccet mortaliter.ibid.n.7.
Suſpenſio ob collatam tonſuram non habenti ætatem,non eſt ipſo facto.ibid.n.8.

Torqueri.

An in caſibus, in quibus clerici poſſunt torqueri,poſsnit torqueri per laicos.diſt. 45.nu. 1.& 2.p.339.

Traditio.

Traditionibus Romanæ eccleſiæ fides datur. diſtinct.1.cap.1.n.3.p.64.
Traditiones antiquæ non ſunt infringendæ. diſt.12.c.5.n.1.p.67.
Traditiones debent obſervari. diſt. 37.c.14.nu. 1.p.287.

Tranſcriptum.

Tranſcriptum ſine originali an valeat.diſt.76. c.7.n.3.p.629.

Trinitas.

Congregatio ſanctiſsimæ Trinitatis à quo inſtituta.diſt.54.c.12.n.36.pag.451.

Tribunal.

Chriſti,& pontificis eſt idem tribunal.diſt.50. c.54.n.3.p.409.

Tudertinus.

Tudertini populi unde dicti.diſt.96.c.1.nu.18. pag.841.

Tunc.

Dictio,tunc, quid ſignificet. diſt.n.50.c.35.n.4. pag.401.

Tutella.

Quando quis excuſetur à tutellis.diſt.2. c.6.n. 6.pag.23.
Tutella eſt onus,& eam adminiſtrare eſt officium virile. diſt.63.c.25.n.7 p.569.
Declarantur tria tutellarum genera. diſt. 86.c. 26.n.5.p.748.
Epiſcopi tutores,& curatores eſſe non poſſũt ullo genere tutellæ, niſi miſerabilium perſonarum.ibid.n.6.p.748.
Clerici in ſacris, ſi velint, poſſunt acceptare tutellam legitimam.ibid.n.7 p.749.
Clericiin minoribus poſſunt acceptare omnẽ tutellam.ibid.n.8.
Clerici in ſacris non poſſunt habere tutellam teſtamentariam,aut dativam.ibidem.n.9.
Religioſi non poſſunt habere tutellam teſtamentariam,aut dativam.ibidem.n.10.
Religioſi nec etiam legitimam tutellam habere poſſunt. ibidem.n.11.
Religioſi habere poſſunt perſonarum miſerabilium tutellam.ibidem.n.12.

Tutor.

Iurant tutores,& curatores facere utilia pupillis.diſt.86.c.5.n.1.p.754.
Debent tutores pupillorum inſtructionem,bonoſque mores procurare.ibid.n.2.
Tutor cum bene adminiſtrat,habetur loco patris,cum male,loco furis.ibid.n.3.
Tutor tenetur regulariter de lata, & levi culpa.ibidem.n.4. & 5.
Tutor res minoris emere non poteſt. ibidem. n.6.pag.755.
Res immobiles minoris vendi non poſſunt ſine decreto iudicis.ibid.n.7.
Epiſcopi tutores,& curatores eſſe non poſſũt ullo genere tutellæ, niſi miſerabilium perſonarum.diſt.86.c.26.n.6.p.748.
Vide,tutella.

V

Vagabundus.

Vagabundi,& vagi non ſunt exiſtimãdi clerici.diſt.93.c.8.n.1.p.810.

Valentinianus.

Valentinianus imperium adeptus anno domini.369.diſt.63.c.3.n.1.p.552.

Vas.

Vaſa ſacra an debeant eſſe aurea,aut argẽtea, diſt.12.c.5.n.3. & 4.p.67.

Vasa sacra, quando continent corpus, aut sanguinem, non tanguntur nisi à sacerdote, dist.23.c.27.n.4.p.177.
Idem dicendum de corporalibus.ibid.n.5.
Post ablutionem tangũtur à laicis, & fœminis. dist.23.c.27.n.6.p.177.
Ministri non possunt tangere vasa sacra. dist. 23.cap.30.n.2.p.178.
Vasa, in quibus reliquiæ continentur, an dicantur sacra.dist.23.c.31.n.4.p.179.

Vassalus.

Vassalus potest recedere à domino non servãte leges imperatorũ.dist.19.c.5.n.3.p.135.
An vassali teneãtur dominum in vinculis detentum liberare.dist.86.c.14.n.4.p.635.

Vbi.

Dictio,ubi,quid significet.dist.75.c.6.n.2.p.625.

Vbicunque.

Dictio,ubicunque,quam significationem habeat.dist.54.c.18.n.3.p.484.

Vel.

Dictio,vel,licet sit disiunctiva, aliquando ponitur copulative.dist.31.c.3.n.3.p.224.

Velum.

Velum quod fœminis Deo sacris dari solet, quotuplex sit.dist.77.c.5.n.2.p.641.
De quo velo disponat textus.ibid.n.3.
Quibus virginibus dari possit hoc velũ. ibid. num.4.
An quæ hoc velo velabitur, necessario debeat esse virgo.ibid.n.5.
An quæ per vim, & sine ullo mentis consensu oppressa est, possit velari.ibid.n.6.
An quæ occultissime integritatem corporis amisit mortaliter,possit velari.ibid.n.7.
An hæc teneatur se prodere,ne veletur.ibidẽ. num.8.
Authoris sententia proponitur.ibid.n.9.p.642.

Venatio.

Galli venationẽ exercẽt.dist.34.c.1.n.2.p.259.
Venatio prohibetur episcopis,& clericis. dist. 34.c.2.n.2.p.260.
Laicis an tempore ieiunij, & quadragesimæ venatio sit prohibita.dist.34.c.3.n.1.p.260.
Quatuor sunt species venationum.ibid.n.2.
Notãtur,qui venationes edunt.dist.51.c.1.n.10. pag.418.
Libertas venandi est de iure naturali. dist. 86. cap.8.n.1.p.730.
Quare venatio dicatur ars nequissima, distin. 86.c.9.n.1.p.731.
Quare interdicatur clericis, & aliquando permittatur.ibid.n.2.
Quare prohibeatur in die festo.ibid.n.3.p.732.
Clericis sæpius in venatione detentis, & monachis, nec recreationis gratia permittitur venatio.dist.86.c.10.n.1.p.732.
Quare piscatio,nõ venatio liceat clericis.dist. 86.c.11.n.1.p.732.
De pœnis ob venationem,& quomodo procedendum in eis.ibidem.n.2.

Venter.

Sacer venter quid.dist.56.cap.5.n.1.p.513.

Verberare.

An possint clerici verberari per laicos de mãdato sui superioris.dist.45.n.3.& 4.p.340.
An pater verberans filium in sacris constitutum,incurrat excommunicationem.distin. 45.c.8.n.3.p.351.
Maritus an possit verberare uxorẽ.ibid.n.4.

Verbum.

Verba debent exponi secundum vulgatã loquutionem.dist.38.c.14.n.1.p.297.

Veritas.

Veritas consuetudinem excludit.dist.8.c.4.n.1.p.43.
Veritas consuetudine firmatur. dist.8.c.7.n.2. pag.45.
Veritati frustra opponitur consuetudo. ibidẽ. pag.45.
Opinio cedit veritati.dist.8.c.8.n.1.p.46.
Veritas, si non defendatur, opprimitur, quomodo intelligendũ.dist.707.c.3.n.2.p.707.

Verò.

Dictio,verò, quid significet.distin.50.c.57.n.3. pag.411.

Vestis.

Potest quis excommunicari, si mutet vestes. dist.30.c.6.n.1.p.215.
Excommunicantur qui pretiosas vestes deferunt, reprehendes qui vilioribus ornantur. dist.30.c.15.n.1.p.221.
Mos regionis excusat in usu vestimentorum. dist.30.cap.15.n.3.p.221.
Quod etiam procedit in clericis.ibid.n.4.

Vicarius.

Vicarius an habeat potestatem ordinariã.dist. 25.c.1.n.19.p.186.
Vtrũ vicarius generalis episcopi sit præferendus archidiacono.distin.93.cap.26.n.2.& 2. pag.822.

Vicedominus.

Quo pacto Vicedominus dicatur idoneus.dist. 89.c.2.n.1.p.778.
Infamis non potest esse vicedominus episcopi.ibid.n.2.

Vicedominus tenetur ſpectare maxima commoda ſui domini. diſt.89.c.3.n.1.p.778.
Vide,œconomus.

Vicis.

Quid,vicis,nomine intelligatur.diſt. 82.c.3.n. 6.& 8.p.696.

Victor.

Victor papa.diſt.90.cap.12.n.1.p. 796.

Videlicet.

Dictio,Videlicet,quid ſignificet.diſt. 89.c.5.n. 7.p.780.

Vidua.

Viduæ quæ olim olim dicebantur.diſt.32.c.19. n.2.p.252.
Quomodo eligebantur.ibid.n. 3.p.253.
Vidua appellatur,cuius maritus eſt mortuus. diſt.34.c.16.n.1.& 6.p.267.
Mulieri, quæ maritum non habuit, competũt privilegia viduis conceſſa. diſt.34.cap.16.n. 2.pag 267.
Vidua dicitur , quæ maritum habet inutilem, & habet privilegia viduarum. diſt. 34.c.16. n.3.p.267.
An cognoſcat iudex eccleſiaſticus de cauſis viduarum,cum ſunt divites. diſt.87.c.1.nu. 4.& 5.p.750.
Cauſæ viduarum in ſacris literis commendãtur.ibidem.n.6.pag.751.
Privilegium viduæ prævalet alijs.ibidem. n.7.
Quæ viduæ ſtipendijs eccleſiæ ſuſtentandæ. diſt.81.c.34.n.1 p.686.

Vinculum.

Vincula legis divinæ ſunt indiſpenſabilia.diſt. 10.c.2.n.3.p.53.
Vide,Carcer.

Vindicare.

An quis poſsit propriam iniuriam vindicare. diſt.46.cap.8.n.3.& 4.pag.366.

Vindicta.

Culpa eſt relaxare aliquando vindictam. diſt. 28.cap.10.n.3.p.206.

Vinum.

Vinum ad luxuriam incitat.diſt.35.c.3.num.1. pag.273.
Qualiter ebrius puniatur , ſi alium occidat. ibidem.n.2.
Vſus vini impedit ſapientiam.diſt. 35.c.3.n.3. pag.274.
Monachi vinum debent fugere tamquam venenum.diſt. 35.cap.6.n.4 & 5.p.275.
Non facit contra abſtinentiam, qui vinũ pro corporis ſalute bibit.diſt.n. 35. cap.7.nu.1. pag.276.

Violentia.

An prælatus, vel alij de eius mandato facientes clerico violentiam,qui paratus erat corrigi, incurrat excommunicationem. diſt. 45.n.5. pag.340.

Vir.

Decem viri quando creantur, diſt. 7.c.1.nu.4. pag.40.

Virginitas.

Per virginitatem eccleſia triumphans deſignatur. diſt.26.cap.2.n.4.p.193.

Virgo.

Mulier corrupta inter moniales coaptari non poteſt,ut recipiat conſecrationem virginũ. diſt.26.c.2.n.4.p.193.
Virgines poſt conſecrationẽ nubere nequeũt. diſt.27.c.9.n.2.p.199.
Virgines an committant adulterium.ibid.n.3.

Virtus.

Virtus an nobiliter.diſt.40.cap.3.n.3.p.302.
Virtus difficilior,eſt præclarior. diſt. 40. cap. 7.n.3.pag.306.
Virtus nobilitati anteponitur.diſt.40.cap.9.n. 1.pag.307.
Qui virtute excellunt, debent honorari. diſt. 89.cap.5.n.4.p.789.

Vis.

Quæ ſit vis præciſa, & quæ vis conditionalis. diſt.45.c.5.n.3.p.349.

Viſitator.

Quod epiſcopus, & Viſitatores viſitando eccleſias pauperes,debent ſe habere moderate in expenſis in illis faciendis.diſt. 41.c.4. n.2.p.312.
Viſitator,ſeu adminiſtrator eſt,qui per papam eccleſiæ cathedrali datur, & poteſt beneficia conferre.diſt.61.c.16.n.1.p.546.
Viſitator quot modis dicatur. diſt.61.c.19.n.1. pag.549.
Papa ſolus dat hũiuſmodi adminiſtrationem, & quæ poteſt.ibidem.n.2.
An viſitatio ſit de lege diœceſana, vel de lege iuriſdictionis.diſt.80.cap.5.n.1.p.664.
Viſitator debet intendere, ut quærat quæ Ieſu Chriſti, non quæ ſua ſunt. ibid.n.2.p.665.
Viſitator non poteſt ſe immiſcere illis,quæ ad ipſum epiſcopum ſpectant.ibid.n.3.

Vita.

Vita clericorum, & laicorum debet eſſe diſcreta.diſt.4.c.4.n.3.pag.30.
Vita ſuſtentanda, non in delitijs traducenda. diſt.81.c.33.n.2.p.683.

Vitalia-

Digitized by Google

Vitalianus.

Vitalianus quando fuit ſedem adeptus.diſtin. 63.c.21.n.3.p.562.

Vitium.

Vitia morum magis præcavenda,quam lubricum linguæ.diſt.38.c.11.n.2.p.296.
Vitia aliquando ſimulãtur ſub nomine,& apparentia virtutis. diſtinct. 41.cap.6.num.1. pag.313.
Odit vitium,qui damnat errantes. diſt. 86.c.3. n.2.p.727.

Vivens.

Vivens in una tantum qualitate non poteſt gubernari.diſt.89.c.7.n.10.p.784.

Vltra.

Dictio, ultra,quid ſignificet.diſt.50.cap. 11. n. 2.& 3.p.386.

Vnctio.

Vnctio ſacerdotalis qualiter fiat. diſt. 23.c. 12. n.3.p.166.
Vtrum ſacramentum unctionis ſanis, furioſis,& pueris,aliiſque id generis adminiſtrari debeat.diſt.95.c.2.n.1.2.3.4.p.833.

Vnde.

Dictio, unde, quid ſignificet. diſt.50.c. 19.n.2. pag.390.

Vniviræ.

Vniviræ quæ dicantur. diſt.32. cap.19.num.4. pag.253.

Vniverſalis.

Abnuit Gregorius, quod eum univerſalẽ appellent. diſt.99.c.5.n.1.p.868.

Vniverſitas.

An in actibus univerſitatis ſit neceſſariũ exprimere nomina ſingulorum, an ſufficiat dicere,hoc fecit univerſitas.diſt.44.c.11.nu. 2.pag.338.
Vniverſitas extincta eſt, ſi omnes canonici mortui eſſent preter unum.diſt. 64.c.4.n.2. pag.578.

Vniverſum.

Abſque ordine inter partes non poſſet univerſum ſubſiſtere. diſtinct. 89. cap. 7.nu.9. pag.783.
Vniverſum ea ratione eſt compoſitum, quam poſtea Lyra imitata eſt.ibidem.
Mundus carmini comparatur, quod Syllabis longis,ac brevibus concinne, & numeroſe conſtat.ibidem.

Volo.

Volo ad actum licitum, & permiſſum, nõ ad actum regulatum ex voluntate corrupta referendum eſt.diſt.1.c.9.p.9.
Quid importer verbum, Voluerit.diſt. 45.c.8. n.1.p.351.
Verbũ, Volo,quid ſignificet.diſt.74.cap.4.nu. 3.pag.620.
Dictio, Volumus,quid importet.diſt.81. c. 29. n.2.p.681.

Voluntas.

Actus in voluntatem relictus, non debet ad actum prohibitum extendi. diſt.1.n.9.p.9.
Conatus, an & quando puniatur non ſecuto effectu.diſt.62.c.2.n.2.p.550.
Vide,Punire.

Votum.

Simplex votum an irritet matrimonium. diſt 27.c.3.n.2.pag.196.
Vtrum iuramentum, aut votum non procurandi,ac acceptandi epiſcopatum, ſit licitũ. diſt.85.c.1.n.8.p.721.
Vovens caſtitatem an poſsit nubere. diſt. 27. c.4.n.1.p.196.
Qui contra votum, matrimonium contraxit, an poſsit petere debitum. diſt.27.cap.4.n.2. pag.196.
Mulier vovens non poteſt nubere,vir tamen, qui eam diſponſavit, libere illa utitur. diſt. 27.c.5.n.3.pag.197.
Orientalis eccleſia an ſuſceperit votum caſtitatis.diſt.28.c.13.n.5.p.208.
Votum mentale quomodo diſpenſetur. diſt. 30.c.8.n.8.p.218.
De Iepthe voto qnid ſentiendum.diſtin. 56.c. 5.n.5.p.514.

Vrbanus.

Vrbanus ſecundus quis fuerit.diſt.50.c.37.nu. 1.pag.402.

Vrbs.

Vrbs, & civitas an ſit idem. diſt.63. cap.30.n 4.pag 571.

Vſque.

Dictio, uſque, quid ſignificet. diſt.32. cap. 12 n.2.& 3.p.247.

Vſura.

Quid ſit uſura. diſtinctione 46. cap. 9.num. 1. pag.367.
An fœnus ſit idem, quod uſura.diſt. 46.c.9.nu. 2.pag.367.
An uſuræ pro opere pio ſint licitæ.diſt.46.cap. 10.n.1.p.367.
An procurator,qui recipit uſuras nomine alterius,teneatur illas reſtituere.diſt. 46. c.10. n.3.p.367.

Vſura-

Digitized by Google

Vſurarius.

Vſurarius eſt irregularis. diſt. 33. cap.2.num. 7.pag.255.

Quas pœnas incurrat uſurarius.diſt.46. c.8.nu. 2.pag.366.

Epiſcopus,aut presbyter uſurarius,an debeant deponi.diſt.47.c.1.nu.1.p.368.

An clericus uſurarius poſsit, & debeat degradari ſine eo,quod aliud procedat. diſt. 47.c. 5.n.2. p.372.

Non dicitur uſurarius, qui iam non exercet uſuras.diſt.50.c.18.n.5.p.389.

Appellatione mercatoris an contineatur uſurarius.diſt.88.cap.11.n.4.p.772.

Vſurarius rectè dicitur maledictus. ibidem. num.5.& 6.

Manifeſti uſurarij ad cõmunionem altaris nõ admittuntur.diſt.88.c.11.n.5.p.772.

Ab uſurarijs oblationes in eccleſia non recipiuntur.ibidem.

An prædicta ſuſpenſio incurratur ipſo facto. ibid.n.6 p.773.

Vide,Vſura.

Vſus.

Quæ differentia detur inter morem,conſuetudinem,& uſum.diſt.1.c.4.n.3.p.13.

Vſus quid ſit.diſt.11.c.1.n.2.p.59.

Vſus an excuſet in malis.ibid.n.1.

Vt.

Dictio,Vt, quid ſignificet.diſt.50. c. 15.num.2. pag.388.

Vxor.

Vxor viri promoti ad ſacrum ordinem, non tenetur religionem ingredi. diſt.28.cap.10. n.6.p.206.

Vxor presbyteri, ſi alij nubat, debet ſeparari. diſt.28.c.11.n.2.p.206.

Vxor presbyteri redditur inhabilis ad matrimonium licet inſcia iuris.diſt. 28.c.12.nu.2. pag.207.

Apoſtoli iuſſerunt, ut clerici non abijciant uxores à cura ſua. diſtinctione 31. cap. 11. n.1.pag.229.

Epiſcopus debet habere uxorem, ut ſororem. diſt.31.cap.11.n.2.pag.230.

Epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent ab uxoribus abſtinere. diſtinctione 32.cap. 13. num.2. pag.248.

Vxor illius, qui ad ordines eſt promotus, an teneatur caſtitatem ſervare.diſt.32.c.14.nu. 7.& 8.p.250.

Pluralitas uxorum an prohibeatur attento iure naturali. diſtinctione 34. cap.5.nu.1.& 2. pag.261.

An poſsit conſuetudine introduci, ut vir plures habeat uxores.diſtinct.34.cap.5.num.3. pag.262.

Vxor conſentiens quod vir ad ordines promoveatur, eo mortuo non poteſt nubere. diſt.28.cap.10.num.4.pag. 206.

X.

Xenias.

Xenias Perſa auctor fuit erroris negantium honorem ſanctorum imaginibus. diſtinct. 16.cap.8.num.7. pag. 113.

Z.

Zeleucus.

Zeleucus Locrenſibus legem dedit.diſtinctione 1.cap. 3.num.2.pag.12.

Zepherinus.

Zepherinus pontifex quis fuerit. diſtinctione 16.cap.2.num.1.pag.105.

Zomolenus.

Zomolenus legem dedit ſcythis. diſtinctione 1.cap.3. num.2. pag.12.

Zoroaſtes.

Zoroaſtes legem dedit Perſis. diſtinctione 1. cap.3.num.2.pag.12.

Zozimus.

Zozimus pontifex quis fuit.diſt.36. cap.2.n.1. & 2.pag.278.

FINIS.

Digitized by Google